Tomus Quintus

# D. THOMAE AQVINATIS

## DOCTORIS ANGELICI,

### COMPLECTENS EXPOSITIONEM,

In Decem libros Ethicorum, et
In Octo libros Politicorum.

ARISTOTELIS.

*Quibus adiecta eſt eorumdem Politicorum antiqua interpretatio, per ſectiones propriis reſtituta locis, quam D. Thomas olim exponendo ſequutus eſt.*



ROMAE M. D. LXX.

Tomus Quintus

# D. THOMAE AQVINATIS DOCTORIS ANGELICI,

## COMPLECTENS EXPOSITIONEM,

In Decem libros Ethicorum, et
In Octo libros Politicorum.

ARISTOTELIS.

*Quibus adiecta eſt eorumdem Politicorum antiqua interpretatio, per ſectiones propriis reſtituta locis, quam D. Thomas olim exponendo ſequutus eſt.*



ROMAE M. D. LXX.

# DIVI THOMAE AQVINATIS DOCTORIS ANGELICI

## IN DECEM LIBROS ETHICORVM ARISTOTELIS AD NICOMACVM, EXPOSITIO.

### LECTIO PRIMA.

## ARISTOTELIS STAGIRITAE PERIPATETICORVM PRINCIPIS DE MORIBVS.

### Ad Nicomacum.

### LIBER PRIMVS.

**ANTIQVA TRANSLATIO.**

B Omnis ars, & omnis doctrina, ſimiliter autẽ & actus, & electio, bonum quoddam appetere videntur.

**IO. ARGIROPOLI TRANSLATIO.**

*Omnis ars, omniſque doctrina atque actus, itidem & electio, bonum quoddam appetere uidetur.*

Sicvt dicit Philoſophus in principio Metaphyſicæ. Sapientis eſt ordinare, cuius ratio eſt, quia ſapientia eſt potiſſima perfectio rationis, cuius proprium eſt cognoſcere ordinem. Nam & ſi vires ſenſitiuæ cognoſcant res aliquas abſolute, ordinem tamen vnius rei ad aliam cognoſcere, eſt ſolius intellectus, aut rationis. Inuenitur autem duplex ordo in rebus. Vnus quidem partiũ alicuiꝰ totius ſeu alicuius multitudinis adinuicem, ſicut partes domus adinuicẽ ordinantur. Alius ẽ ordo rerum ĩ finem. Et hic ordo eſt principalior, quàm primus. Nam vt Philoſophus dicit in vndecimo Meta. Ordo partiũ exercitus adinuicem, eſt propter ordinem totius exercitus ad ducem. Ordo autem quadrupliciter ad rationem comparatur. Eſt enim quidam ordo quem ratio non facit, ſed ſolum conſiderat, ſicut eſt ordo rerum naturalium. Alius autem eſt ordo, quem ratio conſiderando facit in proprio actu, puta cum ordinat conceptus ſuos adinuicem, & ſigna conceptuum, quę ſunt voces ſignificatiuæ. Tertius autem eſt ordo, quem ratio conſiderando facit in operationibus voluntatis. Quartus autem eſt ordo, quem ratio conſiderando facit in exterioribus rebus, quarum ipſa eſt cauſa, ſicut in archa & domo. Et quia conſideratio rationis per habitum perficitur, ſecundum hos diuerſos ordines quos proprie ratio conſiderat, ſunt diuerſę ſcientię. Nam ad philoſophiam naturalem pertinet conſiderare ordinem rerum, quem ratio humana conſiderat, ſed non facit, ita quòd ſub naturali philoſophia comprehẽdamus & metaphyſicam. Ordo autem quem ratio conſiderando facit in proprio actu, pertinet ad rationalem philoſophiam, cuius eſt conſiderare ordinem partium orationis adinuicem, & ordinem principiorum adinuicem & ad concluſiones. Ordo autem actionum voluntariarum pertinet ad conſiderationem moralis philoſophiæ. Ordo autem quem ratio conſiderando facit in rebus exterioribus conſtitutis per rationem humanam, pertinet ad artes mechanicas. Sic ergo moralis philoſophiæ, circa quam verſatur præſens intentio, proprium eſt conſiderare operationes humanas, ſecundum quòd ſunt ordinatæ adinuicem, & ad finem. Dico autem operationes humanas, quæ procedunt a voluntate hominis ſecundum ordinem rationis. Nam ſi quæ operationes in homine inueniuntur, quæ non ſubiacent volũtati & rationi, non dicuntur proprie humanæ, ſed naturales, ſicut patet de operationibus animæ vegetatiuæ, quæ nullo modo cadunt ſub conſideratione moralis philoſophiæ. Sicut igitur ſubiectum philoſophiæ naturalis eſt motus, vel res mobilis, ita ſubiectum moralis philoſophiæ eſt operatio humana ordinata in finem, vel etiam homo, prout eſt voluntarie agens propter finem. Sciendum eſt autem, quòd quia homo naturaliter eſt animal ſociale, vtpote qui indiget ad ſuam vitam multis, quæ ſibi ipſe ſolus pręparare non poteſt, conſequens eſt, quòd homo naturaliter ſit pars alicuius multitudinis, per quam præ-

A ſtetur ſibi auxilium ad bene viuendum, quo quidem auxilio indiget ad duo. Primo quidem ad ea, quæ ſunt vitæ neceſſaria, ſine quibus præſens vita tranſigi non poteſt, & ad hoc auxiliatur homini domeſtica multitudo, cuius eſt pars. Nam quilibet homo a parentibus habet generationem & nutrimentum, & diſciplinam. Et ſimiliter ſinguli, qui ſunt partes domeſticæ familiæ, ſeinuicem iuuant ad neceſſaria vitę. Alio modo iuuatur homo a multitudine, cuius eſt pars, ad vitæ ſufficientiam perfectam, ſcilicet, vt homo non ſolum viuat, ſed & bene viuat habens omnia quæ ſibi ſufficiunt ad vitam, & ſic homini auxiliatur multitudo ciuilis, cuius ipſe eſt pars, non ſolum quãtum ad corporalia, prout ſcilicet, in ciuitate ſunt multa artificia, ad quæ vna domus ſufficere non poteſt, ſed etiam quantum ad moralia, inquantum ſcilicet per publicam poteſtatem coercentur inſolen-

C tes iuuenes metu pęnę, quos paterna monitio corrigere non valet. Sciendum eſt autem, quòd hoc totũ, quod eſt ciuilis multitudo, vel domeſtica familia, habet ſolam vnitatem ordinis, ſecundum quam non eſt aliquid ſimpliciter vnũ. Et ideo pars eius totius, poteſt habere operationem, quæ non eſt operatio totius, ſicut miles in exercitu habet operationem, quæ non eſt totius exercitus. Habet nihilominus & ipſum totum aliquam operationem, quæ non eſt propria alicuius partium, ſed totius, puta conflictus totius exercitus. et tractus nauis eſt operatio multitudinis trahentium nauem. Eſt autem aliquid totum, quod habet vnitatem non ſolum ordine, ſed compoſitione, aut colligatione vel etiam continuitate, ſecundum quam vnitatem

D eſt aliquid vnum ſimpliciter, & ideo nulla eſt operatio partis, quæ non ſit totius. In continuis enim, idem eſt motus totius & partis, & ſimiliter in compoſitis, vel colligatis, operatio partis principaliter eſt totius, & ideo oportet, quòd ad eandem ſcientiam pertineat talis conſideratio & totius & partis eius. Non autem ad eadem ſcientiam pertinet conſiderare totum, quod habet ſolam ordinis vnitatem & partes ipſius. Et inde eſt, ꝙ moralis philoſophia in tres partes diuiditur. Quarum prima conſiderat operationes vnius hominis ordinatas ad finem, quæ vocatur Monaſtica. Secunda autem conſiderat operationes multitudinis domeſticæ, quæ vocatur Yconomica. Tertia autem conſiderat operationes multitudinis ciuilis, quæ vocatur

E Politica. Incipiens igitur Ariſtotel. tradere moralem philoſophiam a prima ſui parte in hoc Libro, qui dicitur Ethicorum, ideſt moralium, præmittit procœmium, in quo tria facit. Primo enim oſtendit de quo eſt intentio. Secundo modum tractandi, ibi. { Dicetur autem vtique ſufficienter, &c.} Lect. 3. Tertio, qualis debeat eſſe auditor huius ſcientiæ ibidem. { Vnuſquiſque autem bene iudicat & cætera. } Circa primũ duo facit. Primo præmittit quædam, quæ ſunt neceſſaria ad propoſitum oſtendendum. Secundo manifeſtat propoſitum, ibi. { Si itaque eſt aliquis finis, & cætera. Circa primum Lect. 2.

b Ideo bene enunciauerūt bonum, quod omnia appetunt.

c Differētia vero finium quædam videtur. Hi quidem enim ſunt operationes. Hi vero præter has, opera quædam.

d Quorum autē ſunt fines quidam præter operationes, in his meliora exiſtunt operationibus opera.

e Multis autem operationib' exiſtentibus & artibus & doctrinis, multi ſunt & fines. Medicinalis quidē enim ſanitas. Nauifactiuæ vero nauigatio. Militaris vero victoria. Iconomicæ vero diuitiæ.

f Quæcumq; autem ſunt taliū ſub vna quadam virtute, quemadmodum ſub equeſtri frenifactiua, & quæcumque aliæ equeſtriū inſtrumentorū ſunt. Hæc autem & omnis bellica operatio ſub militari. Secūdū eundē itaq; modū, aliẹ ſub alteris.

g In omnibus itaque architectonicarum fines ſunt deſiderabiliores his, quæ ſunt ſub his. Horum enim gratia & illas proſequuntur.

*Quapropter bene ueteres bonū ipſum id eſſe dixerūt, quod oīa appetūt.*

*Finium autem differentia quædam eſt. Quidam enim ſunt operationes, quidam præter has ipſas, opera quædam.*

G *Atque in quibus præter operationes, alii quidam ſunt fines, in iis ipſa opera ſunt operationibus præſtabiliora.*

*Cum uero complures ſint actus & artes atque ſcientiæ, fit ut multi ſint etiam fines. Medicinæ namque finis eſt ſanitas. Artis extruendarum nauium nauis. Facultatis rei militaris uictoria. Et familiaris rei gubernandæ diuitiæ.*

*Quæ autem ſub aliqua una potentia ſunt, ut ars conficiendorum frenorum cæteræque omnes inſtrumentorum* H *equeſtrium effectrices, ſeſe habēt ad facultatem equeſtrem, & hæc cum illis, omniſque actio bellica ad militarem facultatem, & ad alias aliæ ſimili modo.*

*In iis omnibus fines earum, quæ rationem architecturæ ſubeunt, magis ſunt expetibiles, quàm omnes fines inferiorum. Illi namque horum gratia expetuntur.*

duo facit. Primo enim proponit neceſſitatem finis. Secundo, comparationem habituum, & actuum ad finem, ibi. {Multis autem operationibus &c.} Circa primum tria facit. Primo proponit quòd omnia humana ordinantur ad finem. Secundo, diuerſitatem finium ibi. {Differentia vero finium &c.} Tertio, proponit cōparationem finium adinuicem. ibi {Quorum autē ſunt fines, &c.} Circa primum duo facit. Primo proponit quod intēdit. Secundo, manifeſtat propoſitum ibi. {Idō bene enunciauerunt &c.} Circa primum conſiderandum eſt, quòd duo ſunt principia humanorum actuum, ſcilicet intellectus ſeu ratio, & appetitus, quæ ſunt principia mouentia, vt dicitur in tertio de anima. Tex.cō.53. In intellectu autem vel ratione conſideratur ſpeculatiuū & practicum. In appetitu autē rationali conſideratur electio & executio. Omnia autem iſta ordinantur ad aliquod bonū ſicut in finem, nam verum eſt finis ſpeculationis. Quantum ergo ad intellectum ſpeculatiuum, ponit doctrinam, per quam transfunditur ſcientia a magiſtro in diſcipulum. Quantum vero ad intellectum practicum ponit artem, quæ eſt recta ratio factibilium, vt habetur ſexto huius. quantū vero ad actū
Lect. 3. intellectus appetitiui ponitur electio. quantum vero ad executionem ponitur actus. Non facit autem mentionem de prudentia, quẹ eſt in ratione practica ſicut & ars, quia per prudentiam proprie dirigitur electio. Dicit ergo, ꝙ ſingulum horum manifeſte appetit quoddam bonū tanꝗ finem. Deinde cum dicit.

b ¶ Manifeſtat propoſitum per effectum boni. Circa quod cōſiderandum eſt, quòd bonum numeratur inter prima, adeo ꝙ ſecundum Platonicos, bonum eſt prius ente. Sed ſecundum rei veritatem bonum cum ente conuertitur. Prima autem nō poſſunt notificari per aliqua priora, ſed notificantur per poſteriora, ſicut cauſæ per proprios effectus. Cum autem bonum proprie ſit motiuum appetitus, deſcribitur bonum per motum appetitus, ſicut ſolet manifeſtari vis motiua per motum. Et ideo dicit, quòd Philoſophi bene enunciauerunt bonum eſſe id, qđ omnia appetunt. Nec eſt inſtantia de quibuſdam, qui appetūt malum; quia non appetunt malum niſi ſub ratione boni, inquantum ſcilicet, extimant illud bonum, & ſic intentio eorum per ſe fertur ad bonum, ſed per accidens cadit ſupra malum. Quod autem dicit, Quòd omnia appetunt, non eſt intelligendum ſolum de habentibus cognitionem, quæ apprehendunt bonum, ſed etiam de rebus carentibus cognitione, quæ naturali appetitu tendunt in bonum, non quaſi cognoſcant bonum, ſed quia ab aliquo cognoſcente mouentur ad bonum, ſcilicet ex ordinatione diuini intellectus, ad modum quo ſagitta tendit ad ſignum ex directione ſagittantis. Ipſum autem tendere in bonum, eſt appetere bonum. Vnde & omnia dixit appetere bonum, inquantum tendunt ad bonum. Non autem eſt vnum bonum in quod omnia tendunt, vt infra dicetur. Et ideo non deſcribitur hic aliquod bonum, ſed bonum communiter ſumptū. Quia autem nihil eſt bonum, niſi inquantum eſt quædam ſimilitudo & participatio boni ſummi, ipſum ſummum bonum quodam modo appetitur in quolibet bono. Et ſic poteſt dici, quòd verum bonum eſt, quod omnia appetunt. Deinde cum dicit.

c ¶ Oſtendit differentiam finium, Circa quod conſiderandū eſt, quòd finale bonum in quod tendit appetitus vniuſcuiuſli-
F bet, eſt vltima perfectio. Prima autem perfectio ſe habet per modum formæ. Secunda autem per modum operationis. Et ideo oportet hanc eſſe differentiam finium, quòd quidam fines ſunt ipſæ operationes, quidam vero ſunt ipſa opera, ideſt operata quædam, quæ ſunt præter operationes. Ad cuius euidentiam conſiderandum eſt, quòd duplex eſt operatio, vt dicitur in nono Meta. T.com.1[illegible] Vna quæ manet in ipſo operante, ſicut videre, velle, & ītelligere, & huiuſmodi operatio proprie dicitur actio. Alia autem operatio tranſiens ī exteriorem materiā, quæ proprie dicitur factio. Quandoque enim aliquis exteriorem materiam aſſumit ſolum ad vſum, ſicut equum ad equitandum, & cytharā ad cytharizandum. Quandoque autem aſſumunt materiam exteriorem, vt mutent eam in aliquam formam, ſicut cum artifex facit domum aut lectum. Prima igitur & ſecunda operationum, non habent aliquid operatum, quod ſit finis, ſed vtraque earumē finis. Prima tamē nobilior, quàm ſecunda inquantum manet ī ipſo operāte. Tertia vero operatio eſt ſicut generatio quẹdā cuius finis eſt res generata. Et ideo in operationib' tertii generis, ipſa opera ſunt fines. Deinde cū dicit.

d ¶ Ponit tertium dicens, quòd in quibuſcumque operata,
I quæ ſunt prẹter operationes ſunt fines, oportet ꝙ in his operata ſint meliora operationibus, ſicut res generata eſt melior generatione. Nam finis eſt potior his, quæ ſunt ad finem. Nam ea, quæ ſunt in finem, habent rationem boni ex ordine ad finem. Deinde cum dicit.

e ¶ Agit de comparatione habituum & actuum ad finem. Et circa hoc quatuor facit. Primo manifeſtat, quòd diuerſa ordinantur ad diuerſos fines: et dicit, quòd cum multæ ſint operationes & artes & doctrinæ, neceſſe eſt quòd earum ſint diuerſi fines, quia fines, & ea quẹ ad finem ſunt, ſunt proportionabilia. Quòd quidem manifeſtat per hoc, quòd artis medicinalis finis eſt ſanitas, nauifactiuæ vero nauigatio, militaris autem victoria, yconomicæ vero, ideſt diſpenſatiuæ domus, diuitiæ: qđ quidem dicit ſecundum multorum opinionem. Ipſe autem probat in primo Politicæ, quòd diuitiæ non ſunt finis yconomicæ, ſed inſtrumenta. Secundo ibi. Capi[illegible]

f ¶ Ponit ordinem habituum adinuicem. Contingit enim v-
K num habitum operatiuum, quem vocat virtutem, ſub alio eſſe. Sicut ars quæ facit frena, eſt ſub arte equitandi, quia ille, qui debet equitare, præcipit artifici qualiter faciat frenum. Et ſic eſt architector, ideſt principalis artifex reſpectu ipſius. Et eadem ratio eſt de aliis artibus, quæ faciunt alia inſtrumenta neceſſaria ad equitandum, puta ſellas, vel aliquid huiuſmodi. Equeſtris autem vlterius ordinatur ſub militari. Milites enim dicebantur antiquitus non ſolum equites, ſed quicumque pugnatores ad vincendum. Vnde ſub militari non ſolum continetur equeſtris, ſed omnis ars vel virtus ordinata ad bellicam operationem, ſcilicet ſagittaria, fundibularia, vel quæcumque alia huiuſmodi, & per eundem modum aliæ artes ſub alijs. Tertio ibi.

g ¶ Proponit ordinem finium, ſecundum ordinem habituum. Et dicit ꝙ in omnibus artibus vel virtutibus, hoc communiter eſt verum, ꝙ fines architectarum ſunt ſimpliciter quo ad omnes magis deſiderabiles, quàm fines artium vel virtutum, quẹ ſunt ſub principalibus. Quod probat per hoc, quòd homines perſequuntur,



h Differt autē nihil operationes eſſe fines actuū aut prẹter has aliud quoddā, quemadmodum in dictis doctrinis.

*Atq; nihil intereſt ſiue fines actuū ipſæ ſint operationes, ſiue præter ipſas aliquid aliud, ut in his, quæ dictæ ſunt facultates.*

## LECTIO II.

B SI vtiq; eſt aliquis finis operabilium, quem ꝓpter ſeipſum volum', alia vero propter illum & non omnia propter alterum deſideramus, procedit enim in infinitum, ſicque eſſet vacuum & inane deſiderium. Manifeſtū quoniam hic vtique erit bonus & optimus.

b Igitur & ad vitam cognitio eius magnum habet incrementum, & quemadmodū ſagittatores ſignum habentes: magis vtiq; adipiſcemur qđ oportet.

c Si autem ſic, tentandum eſt figuraliter accipere illud, quid quidem eſt, & cuius diſciplinarum aut virtutum.

d Videbitur autē vtique principaliſſime & maxime architectonicæ eſſe. Talis vtique & ciuilis apparet.

## *LECTIO II.*

*IGitur, ſi quiſpiam rerū agendarum eſt finis, quem nos propter ſeipſum, cætera autem propter hunc uolumus, neque fit, ut omnia propter aliud expetamus (eſſet enim hoc modo ſine ullo fine progreßus, atque hinc noſter appetitus inanis eſſet & uanus.) Conſtat hunc talem finem ſummum bonum ipſumque optimum eße.*

C *Et ad humanam igitur uitam magnā huius cognitio opem affert. Nā, ut Sagittarii ſignum habentes, magis id quod oportet attingere poßumus.*

*Quod ſi ita ſit, enitendum eſt hunc ipſum figura quid nam ſit comprehendere, & cuius ſit ſcientiæ uel facultatis percipere.*

*Videbitur autem eius eße, quæ maxime dominatur, maximeque rationē ſubit architecturæ. Talem autem ſeſe offert ipſa ciuilis facultas.*

ſequuntur, ideſt quærunt illa, ideſt fines inferiorum artium vel
virtutum gratia horum, ideſt propter fines ſuperiorum. Litera autem ſuſpenſiua eſt, & ſic legenda. Quẹcumque ſunt taliū, & ſub vna quadam virtute, in omnibus itaque architectonicarum fines, & cætera. Quarto ibi.

h ¶ Oſtendit, non differre quantum ad ordinem finiū, vtrū finis ſit opus vel operatio. Et dicit, quòd nihil differt quātum ad ordinē pertinet, quòd fines earū ſint operationes, aut aliquid operatum præter operatiōes, ſicut apparet in prædictis doctrinis. Nam frenefactiuæ finis eſt operatum frenū, equeſtris vero, quæ eſt prīcipalior, finis eſt operatio, ſcilicet equitatio. Econtrario autē ſe habet in medicinali & in exercitatiua. Nam medicinalis finis eſt aliquod operatum, ideſt ſanitas. Exercitatiuæ vero, quæ ſub ea continetur finis eſt operatio, ideſt exercitium.

LECTIO II.

PRæmiſſis his, quæ ſūt neceſſaria ad ꝓpoſitum oſtēdendū, hic accedit Philoſophus ad manifeſtandum propoſitum, ſcilicet ad oſtendendū, quid principaliter reſpiciat huius ſciētiæ intētio. Et circa hoc tria facit. Primo, oſtēdit ex prẹmiſſis eſſe aliquem finem optimū in rebus humanis. Secundo, oſtendit quòd neceſſarium eſt habere cognitionem de ipſo, ibi. {Igitur ad vitam &c.} Tertio, oſtendit ad quam ſcientiam pertineat eius cognitio, ibi. {Videbitur autem vtiq; principaliſſime.} Circa primum vtitur triplici ratione: quarū principalis, talis eſt. Quicunque finis eſt talis, quòd alia volumus ꝓpter ipſum, & ipſum volumus propter ſeipſum, & non propter aliquid aliud, ille finis, non ſolum eſt bonus, ſed eſt optimus, & hoc apparet ex hoc, quòd ſemper finis cuius gratia alii fines queruntur, eſt principalior, vt ex prædictis patet, ſed in rebus humanis neceſſe eſt eſſe aliquem talem finem. Ergo in rebus humanis eſt aliquis finis bonus & optimus. Minorem probat ratione ducente ad impoſſibile, quæ talis eſt. Manifeſtum eſt ex prẹmiſſis quòd vnus finis propter alium deſideratur. Aut ergo eſt deuenire ad aliquem finem, qui non deſideratur propter alium, aut non. Si ſic, habetur propoſitum. Si autem non eſt inuenire aliquem talem finem, ſequitur quòd omnis finis deſideretur ꝓpter alium finem. Et ſic oportet procedere in infinitum. Sed hoc eſt impoſſibile, quòd procedatur in finibus in infinitum, ergo neceſſe eſt aliquem eſſe finem, qui non ſit propter alium finem deſideratus. Quòd autem ſit impoſſibile in finibus procedere in infinitum, probatur etiam ratione, quæ eſt ducens ad impoſſibile, hoc modo. Si procedatur in infinitum in deſiderio finium, vt ſemper vnus finis deſideretur propter alium in infinitum, nunquàm erit deuenire ad hoc quòd homo conſequatur fines deſideratos. Sed fruſtra & vane, quis deſiderat id quod nō poteſt aſſequi, ergo deſiderium finis eſſet fruſtra & vanum. Sed hoc deſiderium eſt naturale: dictum enim eſt ſupra, quòd bonum eſt, quod naturaliter omnia deſiderant. Ergo ſequitur, quòd naturale deſiderium ſit inane & vacuum. Sed hoc eſt impoſſibile. Quia naturale deſiderium nihil eſt aliud, quàm inclinatio inhærens rebus ex ordinatione primi mouentis, quæ non poteſt fruſtrari. Ergo impoſſibile eſt, quòd in finibus pro-
A cedatur in infinitum. Et ſic neceſſe eſt eſſe aliquem finem vltimum, propter quem omnia alia deſiderantur, & ipſe non deſideratur propter alia. Et ita neceſſe eſt eſſe aliquem optimum finem rerum humanarum. Deinde cum dicit.

b ¶ Oſtendit, quòd huius finis cognitio, eſt homini neceſſaria. Et circa hoc duo facit. Primo oſtēdit, quòd neceſſarium eſt homini cognoſcere talem finem. Secundo, oſtendit quid de eo cognoſcere oporteat ibi. {Si autē ſic tentandum eſt, &c.} Concludit ergo primo ex dictis, quòd neceſſaria eſt homini, ex quo eſt aliquis optimus finis rerum humanarum cognitio eius, quia habet magnum incrementum ad vitam, ideſt, multum auxilium cōfert ad totam vitam humanā. Quod quidem apparet, tali ratione. Nihil quod ī alterum dirigitur poteſt homo directe aſſequi, niſi cognoſcat illud, ad quod dirigendum eſt. Et hoc apparet per exemplū ſagittatoris, qui directe emittit ſagittam, attendens ad ſignum ad quod eam dirigit, ſed tota humana vita oportet quòd ordinetur in optimum, & vltimum finē humanæ vitæ. Neceſſe ē ergo habere cognitionem de vltimo & optimo fine humanẹ vitæ. Et huius ratio eſt, quia ſemper ratio eorum quæ ſunt ad
D finem, ſumenda eſt ab ipſo fine, vt etiam in Secundo Phyſic. probatur. Deinde cum dicit. T.c.89.

c ¶ Oſtendit, quid circa illum finem ſit cognoſcendum. Et dicit, ꝙ ex quo ſic eſt, quòd cognitio optimi finis neceſſaria eſt ad vitam humanam, oportet accipere quis ſit iſte optim' finis, & ad quam ſpeculatiuam ſcientiam vel practicam pertineat ei' conſideratio. Per diſciplinas enim, intelligit ſcientias ſpeculatiuas, per virtutes autem, ſcientias practicas: quia ſunt aliquarū operationum principia. Dicit autem, ꝙ tentandum eſt determinare, ad inſinuandum difficultatem, quæ eſt in accipiendo vltimum finem in humana vita, ſicut in conſiderando omnes cauſas altiſſimas. Dicit autem ꝙ oportet illud accipere figuraliter, ideſt veriſimiliter, quia talis modus accipiendi conuenit rebus humanis, vt infra dicetur. Horum autem duorum, primum quidem pertinet ad tractatum huius ſcientiæ, quia talis confidera- C.10.le.2.
E tio eſt circa rem, de qua hæc ſcientia conſiderat. Sed ſecundum pertinet ad procemium, in quo manifeſtatur intentio huius doctrinæ. Ideo ſtatim conſequenter cum dicit.

d ¶ Oſtendit, ad quam ſcientiam pertineat huius finis conſideratio. Et circa hoc duo facit. Primo, ponit rationem ad propoſitum oſtendendum. Secundo, probat quoddam, quod ſuppoſuerat ibi. {Quas enim eſſe eſt debitum, &c.} Primo ergo ponit rationem ad propoſitum, quæ talis eſt. Optimus finis ꝑtinet ad principaliſſimam ſcientiam, & maxime architectonicam. Et hoc patet ex his, quæ ſupra præmiſſa ſunt. Dictum eſt enim, quòd ſub ſcientia vel arte, quæ eſt de fine continentur illæ, quæ ſunt circa ea, quæ ſunt ad finem. Et ſic oportet quòd vltimus finis pertineat ad ſcientiam principaliſſimam, tanquàm de fine primo & principaliſſimo exiſtentem, & maxime architectonicam, tanquàm præcipientem aliis quid oporteat facere. Sed ciuilis ſcientia videtur eſſe talis, ſcilicet principaliſſima, & maxime architectonica. Ergo ad eam pertinet conſiderare optimum finem. Deinde cum dicit.

e Quas.n.eſſe debitũ eſt diſciplinarũ & ciuitatibꝰ, & quales vnũquemq; addiſcere, & vſque quo hæc præordinat. Videmus aũt & preciosiſſimas virtutum ſub hac exiſtẽres, vtputa Militarẽ, Iconomicã, & Rhetoricam.

f Vtente vero hac reliquis practicis diſciplinis. Amplius autẽ legem proponente quid oportet operari, & a quibus abſtinere, hmõi finis cõplectitur vtiq; eos qui aliarum. Quapropter hic vtiq; erit humanũ bonum.

g Si enim idem eſt bonum vni & ciuitati, maiuſque & perfectius, quod ciuitati videtur, & ſuſcipere, & ſaluare. Amabile quidem enim & vni ſoli: melius vero & diuinius, genti & ciuitatibus. Methodus quidem igitur hæc appetit, ciuilis quædam exiſtens.

*Hæc enim & quas ſcientias in ciuitatibus eſſe, & quales quemque diſcere, & quouſque oportet inſtituere ſolet. Eas præterea facultates, quæ ſummis afficiuntur honoribus ut rei militaris, reique familiaris facultatem, ac oratoriam artẽ huic ſubeſſe uidemus.*

G *Cum igitur cæteris actiuis ſcientijs hæc utatur, & leges ferat atque inſtituat, quid quiſque agere & a quibus abſtinere debeat, huius finis cæterarũ omnium facultatũ continet fines. Quo fit, ut hic finis ſit bonum ipſum humanum.*

*Quãquàm enim unius hominis idẽ & ciuitatis eſt bonum, ciuitatis tamen comparare conſeruareque bonum maius atq; perfectius & habetur & eſt. Nam amabile eſt & ſi uni ſoli, maius autem atque diuinius eſt, ſi genti ciuitatibuſue ſit acquiſitum partumq; conſeruetur.* H *Hæc igitur appetit hæc doctrina, cum ſit facultas quædã ciuilis.*

e ¶ Probat quod ſuppoſuerat, ſcilicet quòd ciuilis ſit talis. Et primo probat quòd ſit maxime architectonica. Secundo ꝙ ſit principaliſſima, ibi. {Si enim idem eſt vni, &c.} Circa primum duo facit. Primo attribuit Politicæ ſiue ciuili, ea quæ pertinent ad ſcientiam architectonicã. Secundo ex his concludit propoſitũ ibi. {Vtente autem hac, &c.} Duo autem pertinẽt ad architectonicam. Quorum vnum eſt, quòd ipſa præcipit ſcientię vel arti, quæ eſt ſub ipſa, quæ debeat operari, ſicut equeſtris pręcipit frenefactiuæ. Aliud autem eſt, quòd vtitur ea ad ſuum finem. Primum autem horum conuenit Politicæ vel ciuili, tam reſpectu ſpeculatiuarũ ſcientiarum, quàm reſpectu practicarũ, aliter tamẽ & aliter. Nam practicæ ſcientiæ ꝑcipit Politica, & quantum ad vſum eius vt operetur vel non operetur, & quãtũ ad determinationem actus. Præcipit enim fabro non ſolũ quòd ſua arte vtatꝰ, ſed etiã quòd ſic vtatur, tales cultellos faciens. Vtrumque.n. ordinatum eſt ad finem humanæ vitæ. Sed ſcientiæ ſpeculatiuę præcipit ciuilis ſolum, quantum ad vſum, non autẽ quãtum ad determinationem ſui operis. Ordinat enim Politica, quòd aliqui doceat vel addiſcãt geometriam. Huiuſmodi enim actus inquãtum ſunt voluntarij, pertinent ad materiam moralis, & ſunt ordinabiles ad finem humanæ vitæ. Non autem pręcipit politicus geometrię, quæ de triangulo concludat, hoc enim non ſubiacet humanæ volũtati, nec eſt ordinabile humanæ vitæ, ſed dependet ex ipſa rerum ratione. Et ideo dicit, quòd Politica præordinat quas diſciplinarum debitum eſt eſſe in ciuitatibus, ſcilicet tam practicarum quàm ſpeculatiuarum, & quis quam debeat addiſcere, & vſque ad quod tempus. Alia autem proprietas ſcientiæ architectonicæ, ſcilicet vti inferioribus ſcientiis pertinet ad Politicam ſolum reſpectu practicarum ſcientiarum, vnde ſubdit, quòd præcioſiſſimas, ideſt nobiliſſimas virtutum, ideſt artium operatiuarum, videmus eſſe ſub Politica, ſcilicet militarem, & yconomicam, & rethoricam, quibus omnibus vtitur politica ad ſuũ K finem, ideſt ad bonum commune ciuitatis. Deinde cum dicit.

f ¶ Ex præmiſſis duabus concludit propoſitum. Et dicit. Cum Politica vtatur reliquis practicis diſciplinis, ſicut ſupra dictum eſt. Et cum ipſa legem ponat quid oporteat operari, & a quibus abſtinere, vt prius dictum eſt, conſequens eſt, quòd finis huius tanquàm architectonicæ complectitur, ideſt ſub ſe continet fines aliarum ſcientiarum practicarum. Vnde concludit, quòd ſcilicet finis Politicæ eſt humanum bonum, ideſt optimus in rebus humanis. Deinde cum dicit.

g ¶ Oſtendit, quòd Politica ſit principaliſſima ex ipſa ratione proprii finis. Manifeſtum eſt enim quòd vnaqueque cauſa tanto prior eſt & potior, quanto ad plura ſe extendit. Vnde & bonum, quod habet rationem cauſæ finalis, tanto potius eſt quanto ad plura ſe extendit. Et ideo ſi idem bonum eſt vni homini & toti ciuitati, multo videtur maius & perfectius ſuſcipere, ideſt procurare & ſaluare illud, quod eſt bonum totius ciuitatis,

F quàm id, quod eſt bonum vnius hominis. Pertinet quidem ad amorem, qui debet eſſe inter homines, quòd homo conſeruet bonum etiam vni ſoli homini. Sed multo melius & diuinius eſt, quòd hoc exhibeatur toti genti & ciuitatibus. Vel aliquando amabile quidem eſt, quòd hoc exhibeatur vni ſoli ciuitati, ſed multo diuinius eſt, quòd hoc exhibeatur toti genti, in qua multæ ciuitates continentur. Dicitur autem hoc eſſe diuinius, eo quòd magis pertinet ad dei ſimilitudinem, qui eſt vltima cauſa omniũ bonorum. Hoc autẽ bonum, ſcilicet quod eſt commune vni vel pluribus ciuitatibus intendit methodus, ideſt quædam ars, quæ vocatur ciuilis. Vnde ad ipſam maxime pertinet conſiderare finem vltimum humanæ vitę, tanquàm ad principaliſſimam. Sciendum eſt autem, quòd Politicam dicit eſſe principaliſſimam, non ſimpliciter, ſed ĩ genere actiuarum ſcientiarum, quę ſunt circa res humanas, quarum vltimum finem Politica conſiderat. Nam vltimum finem totius vniuerſi conſiderat ſcientia diuina, quę eſt reſpectu omnium principaliſſima. Dicit autem ad Politicam pertinere conſiderationem vltimi finis humanæ vitæ, de quo tamen in hoc libro determinat, quia doctrina huius libri, cõtinet prima elementa ſciẽtię Politicæ.

## LECTIO III.

Icetur autẽ vtique ſufficienter, ſi ſecundũ ſubiectam materiã manifeſtetur. Certum.n. non ſimiliter in omnibꝰ ſermonibꝰ quærendum ẽ, quemadmodũ neq; in conditis. I Bona autẽ & iuſta, de quibus ciuilis intendit, tãtã habẽt differẽtiã & errorẽ, vt videanẽ lege ſola eẽ, natura vero

## LECTIO III.

*Icetur autem ſatis, ſi declarabitur perinde atque ſubiecta materia poſtulat. Ipſum enim exactum non eſt in omnibus ſimili modo rationibus flagitandum. Sicut nec in iis, quæ per artem conficiuntur. Honeſta autem & iuſta de quibus ciuilis conſiderat, tantam differentiam erroremque habent, ut lege tantum eſſe uideantur,*



A non. Talem autem quendã errorẽ habent & bona, quia multis contingunt detrimenta ex ipſis. Iam enim quidam perierunt propter diuitias, alii vero propter fortitudinem, amabile igitur de talibus & ex talibꝰ dicẽtes groſſe & figuraliter veritatem oſtẽdere, & de his, quæ B vt frequentius & ex talibus dicentes, talia & concludere.

b Eodem vtique modo & recipere, debitum eſt vnũquodque dictorum. Diſciplinati enim ẽ, in tantum certitudinem quærere ſecundum vnumquodq; genus, inquantum rei natura recipit, proximum enim videtur & Mathematicum perſuadentem acceptare, & Rethoricũ demõſtrationes expetere. C

c Vnuſquiſque autem iudicat bene quæ cognoſcit, & eorum eſt bonus iudex. Secundũ ergo vnumquodq; in vnoquoq; eruditus bene iudicat. Simpliciter aũt qui circa oĩa eruditus eſt.

d Idcirco, politicæ nõ eſt proprius auditor iuuenis. Inexpertus.n. eſt eorũ, qui ſecundũ vitã ſunt actuum. Rationes autem de his & ex his ſunt.

D e Amplius autem paſſionũ ſecutor exiſtens, inaniter audiet, & inutiliter, quia finis eſt non cognitio, ſed actus. Differt autem nihil iuuenis ſecundũ ætatem, aut ſecundum morem iuuenilis. Non enim a tẽpore defectio, ſed propter ſecundũ paſſiones viuere & ꝑſequi ſingula. Talibus.n. inutilis cognitio ſit, quemadmodũ incontinentibꝰ.

*& non natura. Talem etiam quẽdam errorem habent & ipſa bona, quia cõ pluribus ex ipſis accidunt detrimenta: quidam enim ob diuitias, quidam ob fortitudinem periere: earum igitur fuerit atque ſatis de talibus atque ex talibus dicentes pingui minerua figuraque, uerum ipſum oſtendere, & de iis, quæ ſunt plerumque atque ex talibus dicentes, talia & concludere.*

*Eodem modo & unumquemq; auditorem ea, quæ dicuntur accidere oportet. Eſt enim eruditi exactum ipſum eatenus in unoquoque genere flagitare, quatenus fert ipſius rei natura. Simile namque uidetur eſſe Mathematicum ſuadentem probare, & ab Oratore demonſtrationes exigere.*

*Atqui bene quiſq; iudicat ea, quæ cognoſcit, & ipſorum bonus eſt iudex. Is ergo in unaquaque re bene iudicat, qui in illis eſt eruditus. Abſolute autem, qui eſt in omnibus eruditus.*

*Quapropter iuuenis, ciuilis diſciplinæ non eſt idoneus auditor. Eſt enim rudis actuum uitæ. Ex his autem & de his ipſæ rationes efficiuntur.*

*Præterea, cum perturbationes ſequatur, incaſſum & ſine fructu audiet, quippe cum finis non cognitio ſit, ſed actio. Intereſt autem nihil iuuenis ſit ætate an moribus iuueni ſimilis. Non enim defectus eſt ob tempus. Sed quia uiuit & perſequitur ſingula cum perturbatione. Talibus enim inutilis ſit ipſa cognitio, perinde atque incontinentibus ipſis.*

## LECTIO III.

Oſtquàm Philoſophus oſtendit quid ſit bonũ, quod principaliter intenditur in hac ſcientia, hic determinat modum huic ſcientiæ conuenientem. Et primo ex parte doctoris. Secundo auditoris ibi. {Eodẽ autem vtique modo &c.} Circa primum ponit talem rationẽ. Modus manifeſtandi veritatem in qualibet ſcientia, debet eſſe conueniens ei, quod ſubiicitur ſicut materia in illa ſcientia. Quod quidem manifeſtat ex hoc, ꝙ certitudo non poteſt inueniri, nec eſt requirenda, ſimiliter in omnibus ſermonibus, quibus de aliqua re ratiocinamur. Sicut neque etiam in conditis, ideſt, his quæ fiunt per artem, non eſt ſimilis modus operandi in omnibus, ſed vnuſquiſque artifex operatur ex materia, ſecundum modũ ei conuenientem, aliter quidem ex terra, aliter ex luto, aliter ex ferro. Materia autem moralis talis eſt, ꝙ non eſt ei conueniens perfecta certitudo. Et hoc manifeſtat per duo genera, quæ videntur ad materiam moralis pertinere. Primo namque & principaliter ad materiam moralem pertinẽt opera virtuoſa, quæ vocat hic iuſta, de quibus principaliter intẽdit ciuilis ſcientia. Circa quæ, non habetur certa ſententia hominum, ſed magna differentia eſt in hoc, ꝙ homines de iis iudicant. Et in hoc multiplex error contingit. Nam quædam, quæ a quibuſdã reputãtur iuſta & honeſta, a quibuſdam reputanẽ iniuſta & inhoneſta, ſcdm differentiam temporũ, & locorum, & perſonarum. Aliquid enim reputatur vitioſum vno tempore, aut in vna regione, quod in alio tempore, aut in alia regione, nõ reputatur vitioſum. Et ex iſta differentia contingit quoſdam opinari, ꝙ nihil eſt naturaliter iuſtum vel honeſtum, ſed ſolum ſecundum legis poſitionẽ. De qua quidem opinione plenius aget in ſecundo huius. Secundo autem ad materiam moralem pertinent bona exteriora, quibus homo vtitur ad finem. Et circa etiam iſta bona contingit inuenire prædictum errorem, quia non ſemper eodem modo ſe habent in omnibꝰ. Quidam enim ꝑ ea iuuãtur, quibuſdam vero, ex ipſis proueniunt detrimenta. Multi enim homines occaſione ſuarum diuitiarum perierunt, vtpote a latronibus interfecti. Quidam vero occaſione ſuæ fortitudinis corporalis, ex cuius fiducia ĩcaute ſe periculis expoſuerunt. Et ſic manifeſtum eſt, ꝙ materia moralis eſt varia & diſformis, non habẽs omnimodam certitudinem. Et quia ſecundum artem demonſtratiuę ſciẽtiæ, oportet principia eſſe conformia concluſionibus, amabile eſt & optabile, de talibꝰ ideſt tam variabilibꝰ tractatum facientes, & ex ſimilibus procedentes, oſtẽdere veritatem: primo quidem groſſe, ideſt applicando vniuerſalia principia, & ſimplicia ad ſingularia, & compoſita, ĩ quibus eſt actus. Neceſſariũ eſt enim in qualibet operatiua ſcientia vt procedatur modo cõpoſito. Ecõuerſo autem, in ſcientia ſpeculatiua, neceſſe eſt vt procedatur modo reſolutorio, reſoluendo compoſita in prĩcipia ſimplicia. Deinde oportet oſtendere veritatem figuraliter, ideſt veriſimiliter, & hoc eſt procedere ex ꝓpriis prĩcipiis huius ſcientię. Nam ſcientia moralis eſt de actibus voluntariis, voluntatis autem motiuum eſt, non ſolum bonum, ſed apparens bonum. Tertio oportet vt cum dicturi ſimus de his, quæ vt frequentius accidunt, ideſt de actibus voluntariis, quos voluntas non ex neceſſitate producit, ſed forte inclinat magis ad unum, quàm ad aliud, vt etiam ex talibus procedamus vt principia ſint concluſionibus conformia. Deinde cum dicit.

b ¶ Oſtendit, quòd auditorem oportet acceptare in moralibꝰ prædictum modum determinandi. Et dicit, quòd debitum eſt, ꝙ vnuſquiſque recipiat vnumquodq;, quod ſibi ab alio dicitur. Eodem modo, ideſt ſecundum ꝙ conuenit materiæ. Quia ad hominem diſciplinatum, ideſt bene inſtructum pertinet, vt tãtum certitudinis quærat in vnaquaque materia, quantum natura rei patitur. Non enim poteſt eſſe tanta certitudo in materia variabili & contingenti, ſicut in materia neceſſaria, ſemper eodem modo ſe habente. Et ideo auditor bene diſciplinatus, non debet maiorem certitudinẽ requirere, nec minori eſſe contentus, quàm ſit conueniens rei de qua agitur. Propinquum.n. peccatum eſſe videtur, ſi aliquis acceptet aliquem Mathematicum perſuaſionibus rhetoricis vtentem, & ſi expetat a Rhetorico demonſtrationes certas, quales debet proferre Mathematicus. Vtrumque enim contingit ex hoc, quòd non conſideratur modus materiæ conueniens. Nam Mathematica eſt circa materiam, in qua inuenitur omnimoda certitudo. Rhetorica autem negociatur circa materiam ciuilem, in qua multiplex variatio accidit. Deinde cum dicit.

c ¶ Oſtendit, qualis debeat eẽ auditor huius ſcientiæ Et primo oſtendit quis ſit inſufficiens auditor. Secundo, quis ſit inutilis, ibi. {Amplius aũt paſſionum, &c.} Tertio, oſtendit quis ſit auditor cõueniẽs, ibi. {Secundum rationem, &c.} Circa primum duo facit. Primo, ꝑmittit quædam quæ ſunt neceſſaria ad propoſitum oſtendendum. Et dicit, ꝙ vnuſquiſq; nõ poteſt habere bonũ iudicium niſi de his, quæ cognoſcit. Et ſic ille, qui eſt inſtructus circa vnum aliquod genus, bene poteſt iudicare de his, quæ ꝑtinẽt ad illud genus. Sed ille, qui eſt bene inſtructus circa omnia, poteſt ſimpliciter bene iudicare de omnib. Secũdo ibi.

d ¶ Concludit propoſitum, ſcilicet, ꝙ iuuenis non eſt conueniens auditor Politicæ & totius moralis ſcientiæ, quæ ſub Politica comprehendiẽ, quia ſicut dictũ eſt, nullus poteſt bene iudicare niſi ea, quæ nouit. Omnis autẽ auditor, oportet ꝙ bene iudicet de his, quæ audit, vt.ſ. bene dicta recipiat, non autem ea quæ male dicunẽ. Ergo oportet, ꝙ nullus ſit auditor conueniens niſi habeat aliquam notitiam eorũ quæ debet audire. Sed iuuenis nõ habet notitiam eorum, quæ ꝑtinent ad ſcientiam moralem, quæ maxime cognoſcũtur per experientiam. Iuuenis autem eſt inexpertus operationũ humanę vitæ propter tẽ- E poris breuitatem, & tamen rationes moralis ſcientiæ procedũt ex his, quæ pertinent ad actus humanæ vitæ, & etiã ſunt de his. Sicut ſi dicatur, ꝙ liberalis minora ſibi reſeruat, & maiora aliis tribuit, hoc iuuenis propter inexperientiam forte non iudicabit verum eſſe, & idem eſt in aliis ciuilibus. Vnde manifeſtũ eſt, ꝙ iuuenis non eſt cõueniens auditor politicæ. Deinde cũ dicit.

e ¶ Oſtendit, quis ſit inutilis auditor huius ſcientiæ. Vbi cõſiderandum eſt, quòd ſcientia moralis, docet homines ſequi rationem, & diſcedere ab his, ad quæ paſſiones animæ inclinãt, quæ ſunt concupiſcentia, ira, & ſimilia. In quę quidem, aliqui tendunt dupliciter. Vno modo ex electione, puta cum aliquis hoc proponit, vt concupiſcentię ſuæ ſatisfaciat. et hos vocat ſectatores paſſionum. Et alio modo, cum aliquis proponit quidem a noxiis delectationibus abſtinere, vincitur tamen interdum impetu paſſionis, vt contra ſuum propoſitum, impetum paſſionis ſequatur. et talis vocatur incontinens. Dicit ergo, quòd ille qui eſt ſectator paſſionum, inaniter, ideſt ſine aliqua efficacia, audiet hanc ſcientiam, & inutiliter,

ideſt abſque conſecutione debiti finis. Finis enim huius ſcientiæ non eſt ſola cognitio, ad quam forte peruenire poſſent paſſionum ſectatores. Sed finis huius ſcientiæ eſt actus humanus, ſicut & omnium ſcientiarum practicarum. Ad actus autem virtuoſos non perueniunt, qui paſſiones ſectantur. Et ſic nihil differt quantum ad hoc, an auditor huius ſcientiæ ſit iuuenis ætate, vel iuuenis morib⁹, ideſt, paſſionum ſectator. Quia ſicut iuuenis ætate, deficit a fine huius ſcientiæ, qui eſt cognitio: ita ille qui iuuenis eſt moribus, deficit a fine, q eſt actio, non enim eſt defectus eius propter tempus: ſed propter hoc, quòd viuit ſecundum paſſiones: & ſequitur ſingula, ad quæ paſſiones inclinant. Talibus autem fit inutilis cognitio huius ſcientiæ, ſicut etiam incontinẽtibus, qui non ſequũtur ſcientiam, quam de moralibus habẽt. Deinde cum dicit.

f ¶ Oſtendit, quis ſit conueniens auditor huius ſcientiæ. Et dicit, quòd multum eſt vtile ſcire de moralibus illis, qui ſecundum ordinem rationis implent omnia ſua deſideria, & exterius operantur. Vltimo autem epilogat ea, quę dicta ſunt in hoc procemio, dicens, quòd tanta ſint dicta procemialiter de auditore, qđ fuit vltimum: & quis ſit modus demonſtrandi, quod fuit mediũ, & quid proponim⁹, ideſt, quid ſit illud, de quo iſta ſcientia principaliter intendat, quod fuit primum.

f Secundum rationem aũt deſideria facientibus & operantibus, multum vtiq; vtile erit de his ſcire. Et quidem de auditore: & qualiter demonſtrandum ſit & quid proponimus: prohemialiter dicta ſunt tanta.

*Iis autem, qui ſuas rationi ſubiiciunt appetitiones cum ratione q; agũt, magnam afferre poteſt utilitatem. De auditore igitur, & quonam modo rationes accipi debeant, quid que proponimus, tot exordii loco dicta ſunt.*

F b ¶ Determinat de fœlicitate. Et circa hoc duo facit. Primo, proſequitur opiniones aliorum de fœlicitate. Secundo, determinat de ipſa ſecundum propriam ſententiam, ibi. {Rurſus autem redeamus ad quæſitum bonum, &c.} Lect. 9. Circa primum duo facit. Primo, ponit opiniones aliorum de fœlicitate. Secundo, inquirit de eis, ibi. {Nos autem dicam⁹ vñ diſceſſimus, &c.} Lect. 5. Circa primum duo facit. Primo, ponit opiniones de vltimo fine humanorũ. Secũdo, determinat qualiter de huiuſmodi opinionibus ſit inquirendum, ibi. {Omnes igitur perſcrutari} Circa primũ duo facit. Primo oſtẽdit, in quo omnes conueniãt. Secũdo, in quo differant, ibi. {De fœlicitate autem, quæ ẽ &c.} Ponit ergo primo duo, in quibus omnes cõueniunt ſecundum vltimum finem. Primo quidẽ, ibi. {Fœlicitatem.n. multi} dicens, quòd & multi: ideſt populares: & excellentes, ideſt ſapientes nominauerunt ſummũ humanorum bonũ fœlicitatẽ. Secundo, quãtum ad quandam cõmunem nominis rationem: quia omnes exiſtimant bene viuere & bene operari, idem eſſe, quod eſſe fœlicem. Deinde cum dicit.

c ¶ Oſtẽdit, in quo differunt opiniones hominum circa fœlicitatem. Et dicit, q circa fœlicitatem qđ ſit in ſpeciali, altercantur, ideſt diuerſificantur homines. Et hoc triplici differentia. Quarum prima accipitur ſecundum quòd multitudo popularium non ſimiliter ĩ hoc ſentit cum ſapientibus. Nam populares exiſtimant fœlicitatem eſſe aliquid eorum, quæ ſunt in aperto manifeſto: vt ſunt illa, quæ in ſenſibilibus conſiderant, quæ ſola manifeſta ſunt multitudini: & adeo aperta, quòd non indigent expoſitione reſerante, ſicut ſunt voluptas, diuitiæ, & honor, & alia huiuſmodi. Quid autem ſapientes ſuper hoc ſentiant, vltimo ponit. Secunda autem differentia eſt popularium K adinuicem. Quorum, alii aliud ſenſibile bonum extimant eſſe fœlicitatem, ſicut auari diuitias, intemperati voluptates, ambitioſi honores. Tertia autem differentia eſt eiuſdem ad ſeipſum. Eſt enim conditio vltimi finis, vt ſit maxime deſideratum. Vnde illud quod maxime deſideratur, populus exiſtimat eſſe fœlicitatem. Indigentia autem alicuius boni, auget deſiderium. Vñ eger, qui indiget ſanitate, iudicat ipſam ſummum bonũ. Et pari ratione, mendicus diuitias. Et ſimiliter illi, qui recognoſcunt ſuam ignorantiam, admirantur quaſi fœlices eos, qui poſſunt dicere aliquod magnum, & quod eorum intellectũ excedat. Et omnia iſta pertinent ad opiniones multitudinis. Sed quidam ſapientes, ſcilicet Platonici, præter hæc diuerſa bona ſenſibilia, exiſtimauerunt eſſe vnum bonum, quod eſt ſecũdum ſeipſum, ideſt, q eſt ipſa eſſentia bonitatis ſeparata, ſicut.n. formam ſeparatam hominis, dicebant per ſe hominẽ, ſic bonum ſeparatũ per ſe bonum, quod omnibus bonis eſt cauſa, q ſint bona, inquãtũ ſcilicet, participant illud ſummũ bonum. Deinde cum dicit.

## LECTIO IIII.

Dicamus autem reſumẽtes, quoniã omnis cognitio & electio, bonum aliquid deſiderat, quid eſt hoc, quod dicimus ciuilem deſiderare. Et quid eſt, omnium operatorum ſummum bonum.

b Nomine quidem igitur ferè a plurimis confeſſum eſt. Fœlicitatem enim & multi & excellentes dicunt. Bene autem viuere & bene operari, idem exiſtimant ei, quod eſt eſſe fœlicẽ.

c De fœlicitate autem, quę eſt, altercanẽ. Et non ſimiliter multi ſapientibus crediderunt. Hi quidem enim apertorum quid & manifeſtorum, vtputa, voluptatem aut diuitias, aut honorem, alii autẽ aliud, multoties autẽ & idem ipſe alterũ, ęgrotans enim quidem ſanitatem. Mendicans autem diuitias, cõſcii autem ſibiipſis ignorantiæ I eos, qui magnum aliquid & ſuper ipſos dicunt, admirantur. Quidam autem exiſtimauerũt præter hæc multa bona, aliud eſſe ſecundum ſeipſum, quod & omnib⁹ cauſa eſt eſſendi bonũ.

G *LECTIO IIII.*

*Sed nũc repetẽtes dicamus. Cum omnis cognitio atque electio bonum quoddam affectet, quidnam ſit id, quod ciuilem appetere dicimus facultatem. Et quid id quod omnium rerum agendarum ſupremum eſt bonum.*

*Nomine igitur omnes ferè de ipſo conſentiunt. Nam & uulgus & elegantes, fœlicitatem inquiunt eſſe. Atque bene uiuere beneque agere & fœlicem eſſe, eadem eſſe putant.* H

*De fœlicitate autem, quænam ſit diſſentiunt, & non ſimiliter uulgus ac ſapientes eam aſſignant, quidam enim unum quid eorum, quæ clara manifeſtaque ſunt, ipſam eſſe putant, ut uoluptatem, aut diuitias, aut honorem, quidam aliquid aliud. Perſæpe etiam unus idemque diuerſum, nam cum ægrotat ſanitatem, cum pauper eſt diuitias. Ignorãtiæ uero conſcii ſuæ, eos admirantur, qui magnum aliquid & ultra uires ipſorum dicunt. Quidam autem præter hæc plura bona, aliud quoddam per ſe eſſe putabant, quod quidem & his uniuerſis, ut ſint bona, cenſuere cauſam eſſe.*

## LECTIO IIII.

Præmiſſo procemio: hic Ariſto. accedit ad tractatum huius ſcientiæ. Et diuiditur in partes tres. In prima determinat de fœlicitate: quæ eſt ſummum inter humana bona, perducens ad hoc, conſideratione fœlicitatis: quod eſt operatio ſecundum virtutem. In ſecunda parte determinat de virtutibus, ibi. {Si autem eſt fœlicitas operatio quædam ſecundum virtutem, &c.} Lect. 19. In tertia complet ſuum tractatum de fœlicitate, oſtendens, qualis & quæ virtutis operatio ſit fœlicitas. Et hoc, in 10. Lib. ibi. {Poſt hoc autem de delectatione, &c.} Circa primum duo facit. Primo dicit de quo eſt intentio. Secundo exequitur propoſitum, ibi. {Nomine q. dem, &c.} Dicit ergo primo, reſumendo quod ſupra dictum eſt, quòd cum omnis cognitio & electio deſideret aliquod bonum, ideſt, ordinetur ad aliquod bonum deſideratum ſicut in finem. Dicendum eſt, quid ſit illud bonum, ad quod ordinatur ciuilis ſcientia: quod ſcilicet, eſt ſummum omnium operatorum, ideſt, inter omnia ad quæ operatio humana peruenire poteſt. Hęc enim duo, ſupra dictum eſt, oportere conſiderari de vltimo fine humanorum bonorum, ſcilicet, quid ſit, quod hic proponitur conſiderandum, & ad quam ſcientiã pertineat: qđ ſupra in procemio tractatum eſt. Deinde cum dicit.

d ¶ Oſtendit,



d Oſtendit qualiter oporteat inquirere de prædictis opinionibus. Et circa hoc tria facit. Primo, oſtendit de quibus harũ opinionum oporteat inquirere. Secundo, quo ordine, ibi. {Non lateat autem nos &c.} Tertio, qualiter oporteat auditorem diſpoſitum eſſe, ad hoc q bene capiat ea quę dicentur, ibi. {Propter quod oportet conſuetudinibus, &c} Dicit ergo primo, quòd perſcrutari oẽs opiniões quas aliqui habent de fœlicitate, eſſet magis vanum, q̃ deceat philoſophũ. Quia quædam; omnino ſunt irrationabiles: ſed ſufficit illas opiniones maxime perſcrutari, quæ in ſuperficie habent aliquam rationem, vel propter apparentiam aliquã, vel ſaltem propter opinionem multorum hoc exiſtimantium. Deinde cum dicit.

e ¶ Oſtẽdit, quo ordine ratiocinandum ſit de huiuſmodi opinionibus, et ſimpliciter in tota materia morali, et aſſignat differentiam in proceſſu ratiocinandi. Quia quædam rationes ſunt, quæ procedunt a principiis, id eſt, a cauſis in effect⁹: ſicut demonſtrationes propter quid. Quædam autem ecõuerſo, ab effectib⁹ ad cauſas ſiue principia, quæ non demonſtrãt propter quid, ſed ſolum quia. Et hoc etiã Plato prius diſtinxit inquirens, vtrum oporteat procedere a principiis, vel ad prĩcipia. Et ponit exemplum de curſu ſtadiorum. Erant enim quidam Athlothetæ, i. ꝓpoſiti athletis currentibus in ſtadio. Qui quidem Athlothetæ, ſtabãt in principio ſtadiorũ. Quãdoque igitur athletę incipiebant currere ab athlothetis & ꝓcedebant vſq; ad terminum: quandoque autem econuerſo. Et ſic etiam eſt duplex ordo in proceſſu rationis, vt dictum eſt. Et vt accipiatur quo ordine oporteat procedere in qualibet materia, conſiderandum eſt, q oporteat incipere a magis cognitis, quia per notiora deuenimus ad ignota. Sunt autem aliqua notiora dupliciter. Quædam quidem quo ad nos, ſicut compoſita & ſenſibilia. Et quędam ſimpliciter, & quo ad naturam, ſcilicet, ſimplicia & intelligibilia. Et quia nos ratiocinando notitiam acquirimus, oportet, q procedamus ab his, quæ ſunt magis nota nobis: & ſi quidem eadem ſunt magis nota nobis & ſimpliciter, tunc ratio procedit a principiis: ſicut in mathematicis. Si autẽ alia magis nota ſint ſimpliciter, & alia quo ad nos, tunc oportet econuerſo procedere, ſicut in naturalibus & moralibus. Deinde cum dicit.

f ¶ Oſtendit, qualiter oportet eſſe diſpoſitum talium auditorem. Et dicit: q quia in moralibus oportet incipere ab his, quę ſunt magis nota quo ad nos, ideſt a quibuſdam effectibus conſideratis circa actus humanos: oportet illum, qui ſufficiens auditor vult eſſe moralis ſcientiæ: quòd ſit manu ductus & exer- A citatus in conſuetudinibus humanæ vitæ, ideſt, de bonis exterioribus & iuſtis, ideſt de operibus virtutum: & vniuerſaliter de omnibus ciuilibus: ſicut ſunt leges & ordines politicarum, & ſi qua alia ſunt huiuſmodi. Quia oportet in moralibus accipere, vt principium, quia ita eſt. Quod quidem accipitur per experientiam & cõſuetudinem, puta, quòd concupiſcentiæ per abſtinentiam ſuperãtur. Et ſi hoc ſit manifeſtum alicui, non multum eſt neceſſarium ei ad operandũ cognoſcere propter quid. Sicut, medico ſufficit ad ſanandum ſcire, quòd hæc herba curat talem ægritudinem. Cognoſcere autẽ propter qđ, requiritur ad ſciendum, quod principaliter intenditur in ſciẽtiis ſpeculatiuis. Talis autem, qui ſcilicet, eſt expertus in rebus humanis, vel ꝑ ſeipſum habet principia operabilium, quaſi per ſe ea conſiderans, vel de facili ſuſcipit ea ab alio. Ille vero, cui neutrũ horum conuenit, audiat ſententiam Heſiodi poetæ, qui dixit, quòd ille ẽ optimus, qui ſcilicet, poteſt per ſeipſum intelligere. Et ille etiã eſt bonus, qui recipit quæ ab alio dicũtur. Ille autem, qui neque per ſeipſum poteſt intelligere, neq; alium audiẽs, poteſt in animo reponere, eſt inutilis quantum ad acquiſitioné ſciẽtiæ.

d Omnes quidem igitur perſcrutari opiniones, inane fortaſſis eſt. Sufficiens autem eas maxime, quę ſupficietenus apparent, vel extimantur habere aliquam rationem.

e Non lateat autẽ nos quoniã B differunt, quæ a prĩcipiis rationes: & quæ ad principia. Bene enim & Plato dubitauit hoc & quęſiuit: vtrum a principiis vel ad principia ẽ via, quemadmodum in ſtadiis ab athlotetis ad terminũ, vel ecõuerſo. Incipiẽdum quidẽ igitur a cognitis. Hęc autẽ dupliciter ſunt. Hæc quidem.n. nobis. Hæc aũt ſimpliciter. Forte igitur nobis incipiendũ eſt a nobis cognitis.

C f Propter quod oportet conſuetudinibus duci bene: de bonis & iuſtis: & totaliter ciuilibus auditurũ ſufficienter. Principium enim hoc: & ſi ſufficienter nihil opus erit eo, quod propter quid. Talis autem habet: vel ſuſcipit vtique principia faciliter. Cui autem neutrũ exiſtit horum: audiat, quæ Heſiodi. Iſte quidẽ optimus, qui omnia intellexerit. Bonus autem rurſus & ille, qui benedicenti D obediet. Qui autem neque ipſemet intelligit: neque alium audiens in animo ponit, hic rurſus inutilis vir.

*Omnes igitur opiniones ſcrutari ſuperuacaneum eſt fortaſſe. Satis autem erit ſi eas ſcrutabimur, quæ maxime extant: aut rationem aliquam habere uidentur.*

*At enim ne lateat nos eas inter ſe ſe rationes differre, quæ a principijs proficiſcuntur, & quæ ad principia pergunt. Recte enim & Plato dubitabat atque quærebat: utrum a principijs, an ad principia ſit ipſa via. Vt in ſtadio ad calcem ex iis, quæ præmia ponunt, an contra. Enimuero ſemper eſt a notis incipiendum. Hæc autem duobus modis talia ſunt. Alia namq; ſunt nobis: alia ſimpliciter nota. Nobis igitur forſitan ex iis incipiendum eſt, quæ nobis ſunt nota.*

*Quocirca bene inſtitutum moribus eum eſſe oportet: qui de honeſtis & iuſtis & omni ciuili ratione eſt ſufficiẽter auditurus. Eſt enim principium eſſe. Atq; ſi hoc ſatis conſtet, non opus erit ipſo, cur, & quam ob cauſam eſt. Talis autem aut habet principia: aut accipere facile poteſt. Cui uero neutrum horum ineſt, is Heſiodi ſententiã audiat, hiſce carminibus explicatã.*

*Optimus ille quidem eſt ex ſeſe, qui*
*omnia nouit.*
*Perceptis quæ poſt, et ſp sũt meliora.*
*Is rurſus bon⁹ ẽ, paret q recta monẽti.*
*At qui ex ſe neſcit, cuiquam nec porrigit aures.*
*Vt bona ꝑcipiat, demẽs et ĩutilis ille ẽ.*

## LECTIO V.

Nos autẽ dicamus vnde diſceſſimus: ſummum bonũ.n. & fęlicitatem, nõ irrationabiliter vidẽtur ex his, q̃ hui⁹ vitę ſunt, exiſtimare.

*LECTIO V.*

*Sed nos cõ redeamus, unde digreſſi ſumus. Summum enim bonum fœlicitatemq;, non ſine ratione ex uiuendi modo uidentur exiſtimare.*

## LECTIO V.

Poſtquàm Philoſophus recitauit opiniones diuerſas de fęlicitate: hic inquirit veritatem de prædictis opinionibus. Et primo ĩquirit de opinione, loquẽtium de fœlicitate moraliter, E qui ſcilicet, ponebant in aliquo bonorum huius vitæ fœlicitatem. Secundo, inquirit de opinione, loquentium de fœlicitate non moraliter, ponentiũ eã in quodam bono ſeparato, ibi. {Quòd autem vniuerſale.} Lect. 6. Circa primum duo facit. Primo, ponit illud, quod eſt omnibus commune huiuſmodi opinionibus. Secundo, inquirit de diuerſitate opinionum, ibi. {Multi quidem & grauiſſimi.} Quia ergo videbatur philoſophus digreſſionem feciſſe a principali propoſito: dum modum procedendi determinauit, redit ad principale propoſitum, vnde diſceſſerat, ideſt ad opiniones de fœlicitate. Et dicit, quòd non irrationabiliter aliqui videntur exiſtimare finale bonum, quod fœlicitas dicitur: eſſe aliquid ex his, quæ pertinent ad hanc vitam, ſcilicet humanam. Eſt enim finis omnium operum vitæ. Ea autem, quæ ſunt ad finem, proportionantur fini. Vnde probabile eſt, quòd fœlicitas ſit de numero bonorum pertinentium ad hanc vitam. Sed de hoc infra dicetur, quid verum ſit. Deinde cum dicit.

b ¶ Inquirit veritatem circa ea in quibus diuerſificantur. Et circa hoc duo facit. Primo inquirit de opinionibus, quę magis videntur accedere ad veritatem. In ſecunda, de opinione recedente magis a veritate, ibi. (Pecunioſus autem violenter quis, &c.) Circa primum tria facit. Primo inquirit de opinione ponente fœlicitatem in his, quę pertinent ad vitam voluptuoſam. Secundo de opinione, ponente fœlicitatem in his, quæ pertinent ad vitam ciuilem, ibi. (Qui autẽ excellentes & operatiui, &c.) In tertia facit mentionem de vita contemplatiua, ibi. (Tertia autem ẽ, &c.) Circa primum tria facit. Primo, proponit opinionem. Secundo, ex incidenti diſtinguit vitas, ibi. (Tres enim sũt, &c.) Tertio inquirit de veritate propoſitæ opinionis, ibi. (Multi q. dem: ergo &c.) Dicit ergo primo, quòd inter bona huius vitæ, quidam eligunt voluptatem, in ea fœlicitatem ponentes. Et hi quidẽ ſunt nõ ſolũ multi, ideſt populares homines, qui fere omnes ad voluptates declinant, ſed etiam quidã qui ſunt grauiſſimi, vel propter auctoritatẽ ſciẽtiæ & doctrinæ, vel propter vitę honeſtatem. Nam etiã Epycurei, qui voluptatẽ ſummum bonũ extimabant, diligẽter colebant virtutes. Sed tamen propter voluptatem, ne ſcilicet p contraria vitia eorũ voluptas impediretur. Gula enim per immoderantiam cibi, dolores corporis generat. Propter furtũ aliquis carceri mancipatur. Et ita diuerſa vitia diuerſimode voluptatem impediũt. Et quia vltimus finis eſt maxime diligibilis, ideo illi qui ponunt voluptatem ſummum bonum, maxime diligunt vitam voluptuoſam. Deinde cum dicit.

c ¶ Diſtinguit triplicem vitam ſcilicet voluptuoſam, quæ dicta eſt nunc: ciuilem, & contemplatiuam. Et has dicit maxime excellentes. Ad cuius euidentiam ſciendum eſt, quòd ſicut infra in 9. Libro dicetur, vnuſquiſque id ad quod maxime afficiť reputat vitam ſuam: ſicut philoſophus philoſophari, venator venari, & ſic de alijs. Et quia homo maxime afficitur ad vltimũ finem, neceſſe eſt, ꝙ vitæ diuerſificentur ſecundum diuerſitatẽ vltimi finis. Finis autem habet rationem boni. Bonum autem in tria diuiditur, in vtile, delectabile, & honeſtum. Quorum duo, ſcilicet delectabile & honeſtum, habent rationem finis: qa vtrumque eſt appetibile propter ſeipſum. Honeſtum autem dicitur, quod eſt bonum ſecundum rationem: quod quidem habet delectationem annexam. Vnde delectabile, quod contra honeſtum diuiditur, eſt delectabile ſecundum ſenſum. Ratio autẽ eſt & ſpeculatiua & practica. Vita ergo voluptuoſa dicitur, quæ finem cõſtituit in voluptate ſenſibili. Vita vero ciuilis dicitur, quæ finem conſtituit in bono practicæ rationis: puta in exercitio virtuoſorum operum, vita autem contemplatiua, quæ conſtituit finem in bono rationis ſpeculatiuæ, vel in contemplatione veritatis. Deinde cum dicit. Lect. 14.

d ¶ Inquirit de prædicta opinione. Et circa hoc duo facit. Primo improbat eam. Secundo inducit rationem inducentem ad ipſam, ibi. (Adipiſcuntur autem, &c.) Circa primum conſiderandum eſt, ꝙ vita voluptuoſa, quæ ponit finem circa delectationem ſenſus, neceſſe habet ponere finem circa maximas delectationes, quæ ſequuntur naturales operationes, quibus, ſ. F natura conſeruatur ſecundum indiuiduum per cibum & potũ: & ſecundum ſpeciem per miſtionem ſexuum. Huiuſmodi autem delectationes ſunt communes hominibus & beſtiis: vnde multitudo hominum ponentium finem in huiuſmodi voluptatibus, videntur omnino beſtiales, quaſi eligentes talem vitam, ĩ qua pecudes ſimul nobiſcum communicant. Si enim in hoc fœlicitas hominis cõſiſteret, pari ratione beſtiæ fœlices eſſent, fruẽtes delectatione cibi & coitus. Si igitur fœlicitas eſt proprium bonum hominis, impoſſibile eſt, quòd in his conſiſtat fœlicitas. Deinde cum dicit.

e ¶ Ponit rationẽ inducentem ad hanc opinionem. Et dicit, ꝙ illi qui ponũt hãc opinionem, recipiũt pro ratione, ꝙ multi illorũ q. ſunt in maximis poteſtatibꝰ cõſtituti, ſicut Reges, & principes, q. fœliciſſimi apud vulgus reputantur, ſimilia patiuntur cuidam regi aſſyriorum nomine Sardanapalo, q. fuit voluptatibꝰ deditus. Et ex hoc reputant voluptatem eſſe optimum, vtpote, quæ ab optimatibꝰ maxime diligitur. Deinde cum dicit.

f ¶ Inquirit de opinionibus pertinentibus ad vitam actiuã ſiue ciuilem. Et primo quantum ad honorem. Secundo quãtum ad virtutem, ibi (Forſitan autem & magis, &c.) Et hoc rationabiliter. Nam vita ciuilis ſiue actiua, intendit bonum honeſtum. Dicitur autem honeſtum, quaſi honoris ſtatus. Vnde ad hoc pertinere videtur & ipſe honor & virtus, quæ eſt honoris cauſa. Circa primum tria facit. Primo ponit opinionem. Et dicit, ꝙ illi qui ſunt excellentes, ideſt virtuoſi & operatiui, ideſt dediti vitæ actiuæ, ponunt fœlicitatem in honore. Secundo ibi.

g ¶ Inducit ad hoc rationem. Quia fere totius ciuilis vitæ finis videtur eſſe honor, qui redditur bene operantibus in vita ciuili quaſi præmium. Et ideo colentibus ciuilem vitam, probabile videtur fœlicitas in honore conſiſtere. Tertio ibi.

h ¶ Improbat hanc opinionem duabus rationibus. Quarum primam ponit dicens, ꝙ ante aſſignatam rationem fœlicitatis diuinamus, ideſt coniicimus fœlicitatem eſſe quoddam bonũ: quod eſt propriũ ipſi fœlici, vtpote ad ipſum maxime pertinẽs: K & quod difficile ab eo aufertur. Hoc autem non conuenit honori, quia honor videtur magis conſiſtere in actu quodam honorantis, & in eius poteſtate, q̃ ipſius etiam qui honoratur. Ergo honor eſt quoddam magis extrinſecum & ſuperficiale q̃ bonũ, quod quæritur, ſ. fœlicitas. Secundam rationem ponit ibi.

i ¶ Quæ talis eſt. Fœlicitas eſt quoddã optimũ, qđ nõ quæritur ꝑꝑ aliud. Sed honore eſt aliqd melius, illud videlicet, ꝑꝑ quod quæritur. Ad hoc. n. homines videnť honorẽ quærere, vt & ipſi firmã opinionẽ accipiãt de ſeipſis, ꝙ ſunt boni & ꝙ ab aliis hoc credať. Et ideo, q̃runt honorari a prudẽtibus, qui ſunt recti iudicii, & apud eos, a quibꝰ cognoſcunť, qui melius poſſunt dẽ eis iudicare. Et q̃runt honorari de virtute, ꝑ quã aliquis eſt bonus, vt in ſecundo dicetur. Et ſic virtus ẽ aliquid melius honore ꝑꝑ quã honor q̃ritur. Non ergo in honore cõſiſtit. Deinde cũ dicit. Lect. 6.

k ¶ Inquirit de opinione ponentium fœlicitatem in virtute. Et circa hoc duo facit. Primo proponit opinionem, et dicit, ꝙ forſitan aliquis extimabit magis eſſe finem ciuilis vitæ virtutem q̃ honorem, ratione prædicta. Secundo ibi.

b Multi quidem & grauiſſimi voluptatem. Ideo & vitam diligunt voluptuoſam.

c Tres enim ſunt vitę maxime excellentes. et quæ nunc dicta eſt. et quæ ciuilis eſt. et tertia, quæ contemplatiua eſt.

d Multi quidem igitur omnino beſtiales videntur eſſe, pecudum vitam eligentes. G

e Adipiſcũtur autem rationẽ, quia multi eorum, qui in poteſtate ſunt, ſimilia patiũtur Sardanapalo.

f Qui autem excellẽtes & operatiui: honorem.

g Ciuilis. n. vitæ fere hic finis.

h Videtur autem magis ſuperficietenus eo, quod quæritur. Videtur. n. in honorãtibus magis eſſe q̈ in honorato. Bonum aũt propriũ quidẽ & quod difficile aufertur eſſe diuinamus. H

i Amplius aũt videntur honorem quærere, vt credãt ſeipſos bonos eſſe. Quærunt aũt a prudentibus honorari, & apud eos a quibus cognoſcũtur & in virtute. Manifeſtũ igitur, quoniã ſecundũ hos virtus melior eſt.

K Forſitan autem & magis vtique aliquis finem ciuilis vitæ hanc exiſtimet. I

*Vulgus quidem & importuniſſimi uoluptatem. Quapropter & deditã uoluptatibus uitam amant.*

*Tres enim ſunt maxime, quæ præcellunt: ea quæ nunc dicta eſt, et ciuilis, et contemplatiua tertia.*

*Vulgus igitur mancipij ſimile penitus eſſe uidetur, pecorum uitam deligendo.*

*Habet autem rationem, quòd complures eorum, qui ſunt in poteſtatibus conſtituti, perinde atque Sardanapalus uiuunt.*

*Elegantes autem & ad agendum idonei, honorem.*

*Honos. n. finis fere ciuilis eſt uitæ.*

*Videtur autem ab eo diſtare, quod quærimus bonum. Nam in iis potius, qui afficiunt, quàm in iis, qui afficiuntur honoribus eſt. Summum autem bonum proprium quid: taleq; eſſe uaticinamur, ut auferri facile nequeat.*

*Præterea, honorem perſequuntur homines, ut ſeipſi bonos eſſe credant. Itaque a prudentibus et apud eos, qui ipſos cognoſcunt: & ob uirtutem honoribus affici quærunt. Conſtat igitur ſecundum hos ipſos honore præſtantiorem eſſe uirtutem.*

*Atque forſitan & finem quiſpiam ciuilis uitæ magis hanc eſſe putauerit.*

l ¶ Improbat

---



l ¶ Improbat eam duplici ratione. Quarum prima talis eſt. A Fœlicitas videtur eſſe quoddam bonum perfectiſſimum. Sed virtus non eſt talis. Inuenitur enim quandoque ſine operatione quæ eſt perfectio: vt patet in his qui dormiunt, & tamen habitum virtutis habent, & in his qui habent habitum virtutis & in tota vita ſua non occurrit eis facultas operandi ſecundum illam virtutem: vt maxime patet in magnanimitate & magnificentia: quia aliquis pauꝑ habet habitum huiuſmodi, qui tamen nunquã poteſt magnifica facere. Non ergo virtus eſt idem fœlicitati. Secundam rationem ponit ibi.

m ¶ Quæ talis eſt: contingit aliquẽ habitum habentem virtutis infortunatum eſſe. Sed nullus diceret talem eſſe fœlicẽ niſi aliquis, qui vellet pertinaciter poſitionem ſuam defendere contra ratiões manifeſtas. ergo fœlicitas non eſt idẽ virtuti. Et hoc dicit ad propoſitum ſatis eſſe. Sed de his ſufficiẽter dictum eſt in Enkidijs, ideſt in quibuſdam circularibus verſibus, quos de fęlicitate compoſuit. Deinde cum dicit.

n ¶ Facit mentionẽ de vita contemplatiua. Et dicit quòd de tertia vita, ſcilicet cõtemplatiua perſcrutabitur inferius, ſcilicet in. x. Deinde cum dicit.

o ¶ Inquirit de quadã alia opinione minus rationabili, quę ponit fœlicitatem in aliquo, quod habet rationem boni vtilis, ſcilicet ĩ pecunia. Et hoc repugnat rationi vltimi finis. Nam vtile dicitur aliquid ex hoc, quòd ordinatur ad finẽ: quia tamen pecunia habet vniuerſalem vtilitatem reſpectu omnium bonorum temporalium, ideo probabilitatem quandam habet hæc opinio, quæ in pecuniis ponit felicitatem. Improbat autem eam Ariſtoteles duplici ratione. Quarum prima talis eſt. Pecunia per violentiam acquiritur & per violentiam perditur. B Sed hoc non conuenit fœlicitati, quæ eſt finis voluntariarum operationum: ergo fœlicitas non conſiſtit in pecunijs. Secundam rationem ponit ibi.

p ¶ Quæ talis eſt. Nos quærimus fœlicitatem tanquam aliqd bonum, quod non quæritur propter aliud: Sed pecunia quæritur propter aliud, quia habet rationem boni vtilis, vt dictum eſt, ergo in ipſa non conſiſtit fœlicitas. Concluditur autem vlterius, quod illa, quæ ſupra dicta ſunt, ſcilicet voluptas, honor, & virtus, poſſunt exiſtimari vltimi fines, quia propter ſe requiruntur, vt dictum eſt: Et tamen neque in illis eſt vltimus finis, vt oſtenſum eſt, quàmuis a diuerſis ſint multi ſermones compoſiti, ad aſſerendum fœlicitatem in prædictis bonis conſiſtere.

Sed iſtæ opiniones ſunt hic relinquendæ.

l Videtur autem imperfectior & hæc. Videtur enim contingere & dormire habentẽ virtutẽ, vel nõ operari per vitam.

m Et cum his mala pati, & infortunatum eſſe plurimum. Ita autem viuentem nullus vtique fœlicitabit, niſi poſitionem cuſtodiat. Et de his quidem igitur ſatis. Sufficienter enim in Enchydijs dictum eſt de ipſis. B

n Tertia autem eſt contemplatiua, de qua perſcrutationem faciemus in ſequentibus.

o Pecunioſus autem quis violenter eſt.

p Et diuitiæ non ſunt, quod quæritur bonum. Vtiles enim ſunt & alterius gratia. Ideo magis, quæ prius dicta ſunt, finem C aliquis vtique exiſtimat: Propter ſe enim diliguntur. Videntur autem neque illa, quàmuis multi ſermones ad hoc compoſiti ſint. Hic autem relinquãtur.

## LECTIO VI.

Qvod autem vniuerſale melius forte perſcrutari & quærere qualiter dicitur.

b Et ſi ardua tali quęſtione facta propter amicos veros introducere ideas. D

c Videbitur autem vtique melius eſſe forſitan, & oportere & pro ſalute veritatis, & familiaria deſtruere: ſpecialiterque & Philoſophos exiſtentes. Ambobus enim exiſtentibus amicis, ſanctam præhonorare veritatẽ.

*Verum & ipſa imperfecta eſt. Videtur enim poſſe uirtutem habens & dormire, aut non agere quicquàm per uitam.*

*Et inſuper maximis malis, atque aduerſa fortuna laborare. Eum vero qui ita ſe habet, nemo fœlicem dixerit: niſi qui poſitionem conſeruat. Sed hæc hactenus. Satis enim de his eſt & in conuerſionibus dictum.*

*De contemplatrice autẽ vita, quam tertiam diximus, in ſequentibus conſiderationem faciemus.*

*Ea uero, quæ pecuniis incumbit: uiolenta quædam eſt uita.*

*Ipſæque diuitiæ non ſunt id quod quærimus bonum: utiles enim ſunt & ob aliud quæri ſolent. Quapropter, ea, quæ prius ſunt dicta, potius quiſpiam fines eſſe exiſtimauerit, quippe cum propter ſe expetantur. At neque etiam illa ſunt, quanquàm ad ipſa complures iactæ ſunt rationes. Hæc igitur miſſa faciamus.*

## *LECTIO VI.*

*Præſtat fortaſſe de uniuerſali bono conſiderare: & quonam modo dicitur dubitare.*

*Quanquam hæc quæſtio per ardua nobis eſt: propterea quòd amici ſunt, qui formas ipſas introduxerunt.*

*Verum melius forſitan & oportere uidebitur ſua quoque, præſertim Philoſophos, pro ueritatis ſalute refellere. Nam cum ambo ſint amici, ſanctum eſt, honore ueritatem præferre.*

## LECTIO VI.

Poſtquam Philoſophus reprobauit opiniones ponentium fœlicitatem in aliquo manifeſtorum bonorum, hic improbat opinionem ponentium fœlicitatem in quodam bono ſeparato. Et circa hoc duo facit. Primo oñdit ꝙ neceſſarium ẽ inquirere de hac opinione. Secundo incipit eam improbare ibi. {Ferentes autẽ opinionem hãc &c.} Circa primũ tria facit. Primo proponit vtilitatem huius inquiſitionis. Secũdo, oſtendit quid videatur huic inquiſitiõi repugnare, ibi {Et ſi ardua tali quæſtione facta &c.} Tertio oñdit, quòd illud non debeat retrahere ab inquiſitiõe huius veritatis, ibi {Videtur autem vtique melius &c.} Circa primum conſiderãdum eſt, quòd illud bonũ ſeparatũ in quo Platonici ponebant hominis fœlicitatem cõſiſtere, dicebant vniuerſale bonum: per cuius participationẽ omnia bona dicuntur. Dicit ergo ꝙ perſcrutari de hoc vniuerſali bono an ſit, & inquirere qualiter eſſe ponatur, forſitã eſt melius, quàm inquirere de præmiſſis opinionibus: eius. n. inquiſitio eſt magis philoſophica: vtpote magis pertinens ad conſiderationem veri boni & vltimi finis, quàm præmiſſę ſi ipſæ opiniones ſecũdum ſe conſiderentur. Si autem conſiderentur ſecundum quòd pertinet ad ꝓpoſitũ inquirere de præmiſſis opinionibus, magis videť fuiſſe conueniens propoſito. Et ideo dixit forſitan, quod eſt aduerbium dubitandi. Deinde cum dicit.

b ¶ Ponit quid poſſit eum retrahere ab inquiſitione talis opinionis. et dicit, quòd huius inquiſitio eſt contraria ſuæ voluntati, propter hoc quòd erat introducta a ſuis amicis, ſcilicet a B Platonicis. Nam ipſe fuit Platonis diſcipulus. Improbando autem eius opinionem, videbatur eius honori derogare. Ideo autem potius hic, hoc dicit quàm in alijs libris, in quibus, opinionem Platonis improbat, quia improbare opinionem amici non eſt contra veritatem, quæ quæritur principaliter in alijs ſpeculatiuis. Eſt autem contra bonos mores: de quibus principaliter agitur in hoc libro. Deinde cum dicit.

c ¶ Oſtendit, quòd hoc eum non debeť retrahere. Quia videbitur melius eſſe, ideſt magis honeſtum, & ad bonos mores pertinens & omnino oportere: vt homo non vereatur oppugnare familiares ſuos pro ſalute veritatis. Eſt enim hoc adeo neceſſarium ad bonos mores, vt ſine hoc virtus conſeruari non poſſit. Niſi enim homo veritatem familiaribus præferret, conſequens eſſet, quòd homo falſa iudicia, & falſa teſtimonia proferret pro defenſione amicorum: quod eſt contra virtutem. Et quàmuis vniuerſaliter ratione pertinente ad omnes homines veritas

ſit

d Ferentes autem opinionem hanc, non faciebãt ideas, in quibus prius & poſterius dicebant. Propter quod, neq; numerorũ ideam conſtituebãt. Bonum autem dicitur & in eo quod quid eſt, & in quali, & in ad aliquid. Quod eſt autem & ſecundum ſeipſum, & ſubſtantia, prius natura eo, quod eſt ad aliquid. Propagini enim hęc aſsimilantur & accidenti entis. Quare, neque vtique erit communis quędam in his idea. G

*Qui igitur hanc attulerunt opinionem: in his rebus non faciebant ideas, in quibus prius & poſterius eſſe dicebant. Iccirco, neque numerorum ideam ponebant. At bonum & in ſubſtantia dicitur, & in quali, & in eo quod eſt ad aliquid. Atque id quod eſt per ſe ſubſtantiaue, prius eſt eo natura, quod eſt ad aliquid. Eſt enim hoc appendici & accidenti eius quod eſt ſimile. Quibus efficitur, vt non ſit in omnibus, communis quædam idea.*

e Amplius autem, quia bonũ ęquale dicitur enti: (Etenim in eo quod quid eſt dicitur: vtputa, Deus & intellectus: & in quali virtutes: & in quanto menſuratum: & in ad aliquid vtile: & in tempore mora: & in loco dieta: & altera talia.) Manifeſtum quòd nõ vtiq; erit commune quid vniuerſale & vnum. Non enim vtique diceretur in omnibus prædicamẽtis, ſed in vno ſolo. H

*Præterea, cum bonum æque, atque id quod eſt dicatur. (Nam & in ſubſtantia dicitur bonũ: vt mens & Deus: & in quali virtus: & in quanto mediocre: & in relatione vtile: & in tempore occaſio: & in loco mora: & alia iſtiuſmodi.) Conſtat non eſſe commune quicquam uniuerſale, ac unum. Non enim in omnibus prædicamentis, ſed in uno tantummodo diceretur.*

f Amplius autem, quia eorum quæ ſecũdum vnam ideam vna eſt & ſcientia, & bonorum omnium, eſſet vtique vna quędam ſcientia. Nunc autem ſunt multæ, & eorum quæ ſub vno ſunt prędicamento: vtputa temporis. In bello enim quidem militaris. In ęgritudine autem medicinalis. In laboribus autem exercitatiua. I

*Præterea, cum eorum quæ unam habent ideam, una ſit & ſcientia bonorum: etiam omnium una ſcientia quædam eſſet. Nunc autem plures ſunt & eorum quæ ſub eodem prædicamento ſunt collocata: ut temporis. In bello quidem militaris facultas: in ægritudine autem ars medendi. & mediocris in alimento quidem medicina: in laboribus autem ars corporis exercendi.*

fit præferenda amicis ſpecialiter: tamen hoc oportet facere Philoſopho, qui ſunt profeſſores ſapientiæ, quæ eſt cognitio veritatis. Quòd autem oporteat veritatem pręferre amicis, oſtendit hac ratione. Quia ei, qui eſt magis amicus, magis eſt deferendum. Cum autem habeamus amicitiam ad ambo, ſcilicet, ad veritatem & hominem: magis debemus amare veritatem, quàm hominẽ, quia hominem præcipue debemus amare propter veritatẽ, & virtutem, vt i viij.
Lectio. 3. huius dicetur. Veritas autem eſt amicus huiuſmodi ſuperexcellens: cui debetur reuerentia honoris. Etiã veritas eſt quoddam diuinum. In Deo enim, primo & principaliter inuenitur: & ideo concludit, quòd ſanctum eſt præhonorare veritatem hominibus amicis. Dicit enim Andronicus peripateticus, quòd ſanctitas eſt, quæ facit fideles & ſeruantes ea, q̃ ad deum. Iuxta hoc etiam eſt ſententia Platonis: qui reprobans opinionem Socratis magiſtri ſui dicit, quòd oportet magis de veritate curare, quàm de aliquo alio: Et alibi dicit: Amicus quidem Socrates: ſed magis amica veritas. Et in alio loco. De Socrate quidem parum eſt curãdum, de veritate multũ. Deinde cũ dicit.

d ¶ Improbat Platonis poſitionem dicentem, quòd fœlicitas hominis conſiſtit in quadam communi idea boni. Et circa hoc duo facit. Primo oſtendit, quòd nõ eſt vna communis idea boni. Secundo oſtendit, quòd etiam ſi eſ-
Lectio. 10. ſet, non conſiſteret in ea humana fœlicitas, ibi. {Sed forte hoc quidem relinquendum eſt nunc &c.} Circa primum duo facit. Primo oſtendit, quòd non ſit vna communis idea boni. Secundo inquirit de modo loquendi, quo Platonici hanc ideam nõ-
Lectio. 7. minabant, ibi. {Quæreret autem quis vtique &c.} Circa primum conſiderandum eſt, quòd Ariſt. non intendit improbare opinionem Platonis quantum ad hoc, quòd ponebat vnũ bonum ſeparatum, a quo dependerent omnia bona. Nam ip- K
Tex. cõ. 52. ſe Ariſtot. in 12. Metaphy. ponit quoddam bonum ſeparatum a toto vniuerſo, ad quod totum vniuerſum ordinatur: ſicut exercitus ad bonum ducis. Improbat autem opinionem Platonis quantum ad hoc, quòd ponebat bonum ſeparatum eſſe quandam ideam communem omnium bonorum, ad quod quidem improbandum, vtitur triplici ratione. Quarum prima ſumitur ex ipſa poſitione Platonicorum, qui non faciebant aliquam ideam in illis generibus, in quibus inuenitur prius & poſterius, ſicut patet in numeris. Nam binarius naturaliter prior eſt ternario, & ideo non dicebant Platonici, quòd numerus cõmunis, eſſet quædam idea ſeparata: ponebant autem ſingulos numeros ideales ſeparatos, puta binarium, ternarium, & ſimilia. Et huius ratio eſt, quia ea in quibus inuenitur prius & poſterius, non videntur eſſe vnius ordinis, & per conſequens, nec æqualiter vnam ideam participare, ſed in bonis inuenitur prius & poſterius: quod manifeſtat ex hoc, quòd bonum inuenitur F in eo quodquideſt, ideſt, ſubſtantia: & ſimiliter in qualitate, & etiam in aliis generibus. Manifeſtum eſt autem, quòd illud quod eſt ens per ſeipſum, ſcilicet, ſubſtantia, eſt naturaliter prius omnibus his, quæ non habent eſſe, niſi in comparatione ad ſubſtantiam: ſicut eſt quantitas, quę eſt menſura ſubſtantiæ: & qualitas: quæ eſt diſpoſitio ſubſtãtię: & ad aliquid, quod eſt habitudo ſubſtantiæ. Et idem eſt in alijs generibus, quæ omnia aſſimilantur propagini entis, ideſt ſubſtantiæ, quæ eſt principaliter ens, a qua propaginantur & deriuantur omnia alia genera. Quæ etiam in tantum dicuntur entia, in quãtum accidunt ſubſtãtiæ. Et ex hoc concludit, quòd non poteſt eſſe quædam cõmunis idea boni. Secundam rationem ponit, ibi.

e ¶ Ad cuius euidentiam ſciendum eſt, q Plato ponebat ideã eſſe rationem & eſſentiam omnium eorum, quæ ideam participant: Ex quo ſequitur, quòd eorum, quorum non eſt vna ratio communis, nõ poſſit eſſe vna idea: Sed diuerſorum prædicamentorum non eſt vna ratio communis. nihil enim vniuoce de his prędicatur. Bonum autem ſicut & ens, cum conuertatur cum eo, inuenitur in quolibet prædicamento: Sicut in quodquid eſt ideſt ſubſtantia, bonum dicitur Deus, in quo non cadit malitia: & intellectus, qui ſemper eſt rectus. In qualitate autem virtus, quæ bonum facit habentem. In quantitate autem commenſuratum, quod eſt bonum in quolibet, quod ſubditur menſuræ. In ad aliquid autem bonum, quod eſt vtile, quod eſt bonum relatum in debitum finem. In quando autem tempus, ſcilicet, oportunum, & in vbi, locus congruus ad ambulandum, ſicut dieta. Et idem patet in alijs generibus. Manifeſtum eſt ergo, quod non eſt aliquid vnum bonum, quòd ſcilicet ſit idea, vel ratio communis omnium bonorum, alioquin oporteret, quòd bonum non inueniretur in omnibus prædicamentis, ſed in vno ſolo. Tertiam rationem ponit, ibi.

f ¶ Ad cuius euidentiam ſciendum eſt, quòd ſicut Plato ponebat, quòd res extra animam exiſtentes, aſſequuntur formam generis, vel ſpeciei per hoc, quòd participant ideam, ita q anima non cognoſcit lapidem niſi per hoc, quòd participat ideam lapidis, ita anima illarum, ſcientiam & cognitionem participat per hoc, quòd ipſarum formæ, ſiue ideę in ipſa imprimuntur. Ex quo ſequitur, quòd omnium eorum quæ habent vnam ideam, eſt vna ſcientia. Si ergo omnium bonorũ eſſet vna idea, ſequeretur quòd omnia bona pertinerent ad conſiderationem vnius ſcientiæ. Hoc aũt videmus eſſe falſum, ẽt quantũ ad bona quæ ſunt in vno pdicamento. Quod addit, ne aliqs diuerſificatiões ſciẽtiarũ attribuat diuerſitati pdicamẽtorũ. Videmus aũt, quòd tẽpus cõgruum cõſiderat quidẽ in rebus bellicis militaris. In ægritudinibus aũt medicinalis. In laborib9 aũt exercitatiua. Relinquitur igitur, quòd nõ eſt vna communis idea bonorum.

LECTIO



## LECTIO VII.

Q Væreret autem vtique aliquis quid, & volunt dicere per ſe vnumquodque: ſi & in per ſe homine & in homine, vna & eadem eſt ratio, quæ hominis. Secundum enim quòd homo nihil differt. Si autem ſic, neque ſecundum quòd bonum. C

b Sed neque quidem perpetuũ eſſe magis bonum erit. Sed neq; magis, quod diuturnius eſt eo, quod vnius diei.

c Probabilius autem videntur Pythagorici dicere de ipſo, ponentes in bonorum coordinatione vnum. Quos vtiq; & Speuſippus ſequi videtur. Sed de his quidem igitur alius ſiet ſermo. D

d His aũt quæ dicta ſunt, dubitatio q̃dã ſubapparet: propter non de omni bono ſermones dici & fieri. Dici autem ſecundũ vnã ſpeciẽ, q̃ ſcd'm ſeipſa pſecuta sũt & dilecta. Factiua aũt horũ, vel cõſeruatiua aliqualiter: vel cõtrariorũ prohibitiua pp hæc dici: & ſecũdũ modũ aliũ. E Manifeſtũ igitur qm̃ dupliciter dicitur bonũ. Et hęc quidẽ propter ſeipſa. Hęc aũt pp hęc.

## *LECTIO VII.*

*D Vbitauerit autem quiſpiam quidnam & velint dicere ipſum quodque, ſi vna & eadẽ hominis eſt ratio, & in ipſo homine, & in homine. Nam quo vterq; eſt homo: hoc differentiam inter ſeſe nullam habebunt. Quod ſi ita eſt, neque quo vtrumque eſt bonum.*

*At vero, neque quia perpetuum eſt, ideo magis erit bonum. Siquidem neque diuturnum album, magis eſt album, quàm vnius album diei.*

*Probabilius autem de ipſo videntur dicere Pythagorici: ipſum vnum in bonorum ſerie collocantes. Quos ſecutus videtur & Speuſippus. Sed de his quidem alius erit ſermo.*

*In iis autem quæ dicta ſunt, controuerſia quædam eſt, quòd rationes non de omni bono ſunt dictæ. Dicuntur autem vna ſpecie bona ea, quæ amantur per ſe. Ea vero, quæ hæc efficiunt, aut aliquo modo conſeruant, aut contraria prohibent, propter hæc ipſa: modoque alia bona dicuntur. Conſtat igitur bona bifariam dici, alia per ſe, alia propter illa.*

## LECTIO VII.

O Stendit ſupra Philoſophus, quòd non eſt idea communis omnium bonorum: ſed quia Platonici illud bonũ ſeparatum nõ ſolum vocabant ideam boni: ſed etiam per ſe bonum, hic intendit inquirere Ariſt. vtrum cõueniẽter dicatur. Et circa hoc duo facit. Primo oſtendit, quòd illud bonum ſeparatum nõ conuenienter nominatur per ſe bonum. Secundo oſtendit, quòd ponere bonum ſeparatum eſſe p ſe bonum repugnat ei, quod dicitur eſſe communem ideam omnium bonorum, ibi. {His autem quæ dicta ſunt &c.} Circa primum tria facit. Primo oſtendit, quòd illud bonum ſeparatum non conuenienter dicitur per ſe bonum. Secundo excludit quandam reſponſionem, ibi. {Sed neque quidem perpetuum eſſe &c.} Tertio comparat hoc dictum opinioni Pythagoricorũ, ibi. {Probabilius autem videntur &c.} Circa primum cõſiderandum eſt, quòd illud bonum ſeparatum, quod eſt cauſa omnium B bonorum, oportet ponere in altiori gradu bonitatis, quàm ea, quæ apud nos ſunt: eo quòd eſt vltimus finis omnium. Per hoc autem dictum videtur, quòd non ſit altioris gradus in bonitate, quàm alia bona. Et hoc manifeſtat per hoc, quòd vnũquodq; ſeparatorum vocabant per ſe: vt per ſe hominem, & etiam per ſe equum. Manifeſtum eſt autem, quòd vna & eadem ratio eſt hominis, qui eſt apud nos, & p ſe hominis, ideſt ſeparati. Et hoc manifeſtat p hoc, q homo ſeparat9 & homo, qui eſt in materia, non differunt in hoc, quòd homo: differunt autem quantum ad quædã alia, puta quòd ille homo eſt in materia. Sicut aĩal commune & homo non differunt in ratione animalis. Sed differũt in hoc, quòd homo addit rationale ſup animal. Ita etiam videtur, q in ratiõe hominis nõ differat homo ſeparat9 ab hoc hominẽ. Sed in hoc, quòd hic homo addit materiã ſupra hominem. Eadem ratiõe bonum, quod nominauit per ſe bonum, nõ erit alterius rationis in bonitate, quàm hoc particulare: poterit autem eſſe differentia quantum ad aliqua alia, quæ ſunt præter rationem boni. Deinde cum dicit.

b ¶ Excludit quandam reſponſionem. Poſſet enim aliquis reſpondere, quòd illud per ſe bonum eſt melius: quia eſt perpetuum. Hęc autem bona ſunt corruptibilia. Quod autem eſt diuturnius videtur eſſe melius, & magis eligendum. Sed ad hoc excludẽdum dicit, quòd neque hoc, quod eſt perpetuum eſſe, facit illud per ſe bonum eſſe magis bonum. Perpetuum enim a non perpetuo differt duratione. Differentia autem durationis alicuius rei eſt pręter rationem ſpeciei: ſicut vita, quæ eſt vnius diei, & vita quæ eſt diuturna, non differunt in ratione vitæ: ſed ſolum differunt in duratione. Sic ergo ſi accipiatur bonum quaſi vna ſpecies, duratio erit præter rationem boni. Et ita ex hoc, quod eſt aliquid diuturnius, non differt ſecundum rationem boni quaſi exiſtens melius, quàm ſi eſſet vnius diei tantum. Sed ſi ponamus non eſſe vnam ſpeciem, vel ideam boni, vt Platonici poſuerunt: ſed quòd bonum dicitur ſicut ens in omnibus generibus, hoc ipſum quod eſt diuturnitas erit bonum in tempore, A vnde adderet ad bonitatem. Et ſic quod eſt diuturnius, erit melius. Sed hoc non poteſt dici, ſi bonum ſit vna ſpecies per ſe. & ita ſequitur, quòd neque ſit melius ex hoc, quòd eſt perpetuum. Deinde cum dicit.

c ¶ Comparat prædictam poſitionem poſitioni Pythagoricorum. Circa quod conſiderandum eſt, quòd ſecundum Platonicos eadem erat ratio boni & vnius. Et ideo ponebant idem eſſe per ſe vnum & per ſe bonum. Vnde neceſſe erat, quòd ponerent unum primum bonum; quod quidem Pythagorici non faciebant. Sed unum ponebant aliquid eorum, quæ continentur ſub coordinatione boni: ſub quo ponebant.

| | |
|---|---|
| Lumen | Maſculinum |
| Vnum | Dextrum |
| Intellectum | Finitum |
| Quietem | Par |
| | Rectum |
| | Quadratum |

Econtrario autem ſub malo ponebant.

| | | |
|---|---|---|
| Tenebras | Fœmininum | Curuum |
| Multitudinem | Siniſtrum | Altera parte longius |
| Opinionem | Infinitum | |
| Motum | Imparem. | |

Dicit ergo, quòd quantum ad hoc, probabilius dixerunt Pythagorici, quàm Platonici: quia non cogebantur ponere unam rationem boni. Vnde & Speuſippus, qui fuit nepos Platonis, filius ſororis eius, & ſucceſſor eius i ſcholis, in hoc non fuit ſecutus Platonem: ſed magis Pythagorã. Dicit autẽ, quòd de his habet fieri ali9 ſermo, ſcilicet in metaphyſica. Deinde cum dicit.

d ¶ Oſtendit, quòd dicere illud bonum ſeparatũ eſſe p ſe bonum, repugnat ei, q eſt unam eſſe ideam omnium bonorum. Et circa hoc tria facit. Primo oſtendit, quòd per ſe bonum non poteſt eſſe communis idea omnium bonorum. Secundo, quòd non poteſt eſſe communis idea eſſe omnium, quæ dicuntur per ſe bona, ibi. {Diuidentes igitur &c.} Tertio reſpondet cuidam quęſtioni, ibi. {Sed qualiter utique.} Dicit ergo primo, quòd contra ea quæ dicta ſunt a Platonicis occulte, apparet quædam dubitatio propter hoc, quia cũ loquitur de illo per ſe bono, non uidetur de omni bono ſermones dici quãtum ad ipſam apparẽtiam uerborum: & fieri quantum ad cõuenientiam rerum. Et hoc ideo, quia diuerſæ ſunt ſpecies, uel rationes bonorum. Dicuntur enim ſecundum unam ſpeciem, uel rationem boni, illa quę ſecũdum ſeipſa ſunt proſecuta, ideſt quęſita, uel deſiderata, uel dilecta, ideſt amata. Et ſecundum aliã rationem dicũtur bona illa, quę ſunt aliqualiter gratia illorum, quæ ſunt ſecundum ſe bona. Tertio uero modo dicuntur aliqua bona, quæ ſunt prohibitiua contrariorum. Sic igitur manifeſtũ eſt, quòd bonum dupliciter dicitur. Quædam enim ſunt bona ſecundum ſeipſa, ſcilicet prima, de quibus dictum eſt, quòd propter ſe quęruntur, utraque uero alia, ſcilicet factiua, vel conſeruatiua, & etiam prohibitiua contrariorum dicuntur bona propter illa, quę ſunt ſecundum ſe bona. Et ſic manifeſtum eſt, quòd

ratio

ratio per ſe boni, non poteſt aptari omnibus bonis. Deinde cum dicit.

e ¶ Oſtendit, quòd ratio per ſe boni nõ poteſt competere omnibus per ſe bonis. Et primo dicit de quo eſt intentio. Circa qđ conſiderandum eſt, quòd factiua, vel conſeruatiua ſecundũ ſe bonorum, vel prohibitiua contrariorum dicũtur bona, ſicut vtilia, & talibus nõ aptatur ratio per ſe boni. Separemus ergo inquit, ab eis illa, quæ ſunt ſecundum ſe bona, & videam⁹ ſi poſſint dici bona ſecundum vnã ideam, quã dicunt per ſe bonũ. Secundo ibi.

f ¶ Ad hoc inueſtigandũ, proponit quãdam quæſtionẽ, qualia ſcilicet, ſint ponẽda ſecundum ſe bona. Et hanc quæſtionem determinat per duo membra. Quorum primum eſt, vtrum dicenda ſint ſecũdum ſe bona, quęcunq; quærũtur ſolitaria, ſcilicet, etiam ſi ſola eſſent, vt ſcilicet, nulla alia vtilitas ex eis ſequeretur: ſicut ſcire, videre, & voluptates quædam & honores. Huiuſmodi enim, q̃uis quandoque quærantur ꝓpter aliquid aliud, ad quod ſunt vtilia: tamen ſi ad nihil aliud valerent, ſecundum ſe eſſent bona & deſiderabilia. Secundum autem membrum q̃ſtionis eſt, vtrum nihil aliud ſit per ſe bonum niſi ſola idea. Tertio, ibi.

g ¶ Deducit hoc ſecundum membrum immediate præmiſſum. Et concludit, ꝙ ſi nihil aliud ſit per ſe bonum niſi idea, erit idea quaſi exemplum quoddam: cuius ſimilitudo ſit alijs impreſſa. Exemplar autem eſt ſuperuacuum, ſi nulli aſſimiletur. Vnde ſequitur, quòd idea ſit inanis, ſi nihil aliud ſit ſecundum ſe bonum. Quarto ibi.

h ¶ Deducit primum. Et dicit, quòd ſi omnia prædicta ſint ſecundum ſe bona participando ideam, quæ eſt per ſe bonũ, oportebit, quòd in omnibus appareat eadem ratio bonitatis, ſicut in niue & ceruſa eſt eadem ratio albedinis, eo quòd participant vnam formam. Sed hoc non apparet eſſe verum in prædictis. Honor enim & prudentia, & voluptas, habent diuerſas rationes nõ ſolum proprias, prout ſcilicet ratio honoris inquantum eſt honor, differt a ratione prudentiæ inquantum eſt prudentia: ſed inquantum eſt bona. Non enim eſt vna ratio bonitatis in omnibus his, nec ſecundum eandem rationem ſunt appetibilia. Vnde relinquitur, quòd id quod dicunt per ſe bonum, non eſt aliquid commune, velut vna idea communis omnium bonorum. Deinde cum dicit.

i ¶ Reſpondet cuidam quæſtioni. Et hæc quidem quæſtio locũ habet. Quia aliquid dici de multis ſecũdum diuerſas rationes, contingit dupliciter. Vno modo, ſecundum rationes omnino di-
F uerſas, non habentes reſpectum ad vnum. Et iſta dicuntur æquiuoca a caſu, quia ſcilicet caſu accidit, quòd vnum nomen vnus homo impoſuit vni rei, & alius alij rei, vt præcipue patet in diuerſis hominibus vno nomine nominatis. Alio modo, vnũ nomen dicitur de multis ſecundum rationes diuerſas, non totaliter, ſed in aliquo vno conuenientes. Quãdoque quidẽ in hoc, quòd referuntur ad vnum principium, ſicut res aliqua dicitur militaris, vel q̃a eſt inſtrumentum militis, ſicut gladius, vel quia eſt tegumentũ eius ſicut lorica, vel quia eſt vehiculum ei⁹, ſicut equus. Quãdoque vero in hoc, quòd referuntur ad vnũ finem, ſicut medicina dicitur ſana, eo quòd eſt factiua ſanitatis, dieta vero, eo quòd eſt conſeruatiua ſanitatis, vrina vero, eo quòd eſt ſanitatis ſignificatiua. Quãdoque ſecundum proportiones diuerſas ad idem ſubiectum, ſicut qualitas dicitur eſſe ens, quia eſt diſpoſitio ꝑ ſe entis, ideſt, ſubſtatiæ: quãtitas vero eo quòd eſt menſura eiuſdẽ, & ſic de alijs, vel ſecundum vnam proportionem ad diuerſa ſubiecta. Eandem enim habẽt proportionẽ, viſus quo ad corpus, & intellectus ad animam. Vnde ſicut viſus eſt potentia organi corporalis, ita etiam intellectus eſt potẽtia aiæ abſque participatione corporis. Sic ergo dicit, quòd bonũ dicitur de multis, non ſecundum rationes penitus differentes, ſicut accidit in his, q̃ ſunt a caſu æquiuoca, ſed magis ſecundum analogiã, ideſt proportionem eandem, inquantum omnia bona dependent ab vno primo bonitatis principio, vel inquantum ordinãtur ad vnum finem. Non enim voluit Ariſt. quòd illud bonum ſeparatum ſit idea, & ratio omnium bonorum, ſed principium & finis. Vel etiam dicuntur omnia bona magis ſecundum analogiam, ideſt proportionem eandem, ſicut viſus eſt bonum corporis, & intellectus eſt bonum animę. Ideo hunc tertium modum præfert, quia accipitur ſecundum bonitatem inhærẽtem rebus. Primi autem duo modi ſecũdum bonitatem ſeparatam, a qua non ita proprie aliquid denominatur.

## LECTIO VIII.

Poſtquam Philoſophus oſtendit, quòd non eſt vna cõmunis idea boni, nunc oſtendit, quòd etiam ſi eſſet, nõ pertineret ad propoſitum, vt ſecundũ ipſam eſſet quærenda fęlicitas. Et circa hoc tria facit. Primo probat propoſitum. Secundo ponit quandam reſponſionem, ibi. {Forte alicui videbitur &c.} Tertio excludit eam, ibi. {Probabilitatem

e Diuidẽtes igitur ab vtilibus quæ ſecũdum ſeipſa, intueamur ſi dicuntur ſecundum vnã ideã.

f Secundum ſeipſa autem qualia ponet quis vtique, vel quæcumque & ſolitaria proſequuntur, vtputa ſcire & videre, & voluptates quædam & honores. G Hæc enim & ſi ꝓpter aliud quidem perſequimur, tamen ſecundum ſe bonorum ponet vtique aliquis. Vel neque aliud aliquid præter ideam.

g Quare inanis erit idea.

h Si autem & hæc ſunt eorum quę ſcđm ſeipſa, boni rationem in omnibus ipſis eãdẽ apparere oportebit, quemadmodu in niue & in ceruſa eam, quæ albedi- H nis. Honoris autem & prudẽtiæ & voluptatis alię & differentes ſunt rationes, ita ſecundum qđ bona. Non igitur eſt bonum cõmune quid ſecundum vnã ideã.

i Sed qualiter vtique dicuntur? Non enim aſsimilantur a caſu æquiuocis. An certe ei quod eſt ab vno eſſe, vel ad vnum omnia contendere, uel magis ſecundum analogiam. Sicut enim in I corpore viſus, in anima intellectus, & aliud vtique in alio.

## LECTIO VIII.

Sed forte hoc quidem relinquendũ eſt nũc. Certificare.n. de ipſis, alterius vtiq. philoſophiæ erit magis proprium. Similiter autẽ & de idea. Si enim eſt vnum quid cõmuniter pręedicatum bonũ, vel ſeparabile quidẽ ipſum ſecũ-

*Seiunctis igitur per ſe bonis a bonis vtilibus, conſideremus ſi ea quæ ſunt per ſe, vna idea boni dicantur.*

*At quænam quiſpiam poſuerit per ſe bona? an ea quæ & ſine aliis perſequimur, quale eſt ſapere & uidere, & uoluptates nõnullæ atque honores? Hæc enim, tametſi propter aliud quippiam perſequimur, tamen ex ijs eſſe poſuerit quiſpiam, quæ ſunt per ſe bona. An nihil aliud præter ideam ponendum eſt.*

*Quare forma res quædam erit inanis.*

*Quód ſi hæc quoque per ſe ſunt bona, eandem in ijs omnibus ipſius boni rationem ineſſe oportebit: perinde atque albedinis ratio eadem eſt in niue, atque ceruſa. At honoris prudentiæ, uoluptati, hoc ipſo quo bona ſunt, diuerſæ ſunt rationes ac differentes. Ipſum ergo bonum non eſt quid commune una idea.*

*At quonam modo dicuntur? Non enim hiſce ſimilia ſunt, quæ nomine eodem fortuito nuncupantur. Dicuntur ne igitur, quia ſunt ab uno, aut ad unum omnia conferunt? An comparatione potius rationum? Etenim ut eſt in corpore uiſus, ſic eſt in anima mẽs, & aliud item in alio.*

## *LECTIO VIII.*

*Sed hæc in præſenti forſitan omittenda ſunt. Nam exacte ipſa diſcutere, ad aliam magis ſpectat philoſophiam. Et de idea ſimiliter. Conſtat enim & ſi eſt aliquod unum bonum, quod communiter dicatur, aut ſeparatum quid ipſum per ſe, non tamen, aut agi,* K



litatem quidem igitur &c.} Dicit ergo primo hoc, ſcilicet qualiter bonum dicatur ſecundum vnam, vel diuerſas rationes de bonis, oportet nunc relinquere, quia per certitudinem determinare de hoc, pertinet magis ad aliam Philoſophiam, ſcilicet ad Metaphyſicam Et ſimiliter etiam conſideratio de idea boni, non eſt propria præſenti intentioni. Et horum rationem aſſignat: quia ſi eſſet unum bonum vniuoce de omnibus prędicatum, vel etiam ſi eſſet per ſeipſum ſeparatum exiſtens, manifeſtũ eſt, quòd non erit tale aliquid qđ ſit vel operatum, vel poſſeſſum ab homine. Nunc autem tale aliquid quærimus. Quærimus enim fælicitatem, quæ eſt finis humanorũ actuũ. Finis autem hominis, vel eſt ipſa eius operatio, vel eſt aliqua res exterior. Quę quidem poteſt eſſe finis hominis, vl' quia ẽ operata, ſicut domus eſt finis ædificationis, vel quia eſt poſſeſſa ſicut res quæ venit in vſum. Manifeſtum eſt autem, ꝙ illud bonum commune, vel ſeparatũ, nõ poteſt eẽ ipſa hominis operatio, nec etiam eſt aliquid per hominem factum. Nec etiã videtur aliquid ab homine poſſeſſũ, ſicut, poſſidentur res quę veniunt in vſum huius vitæ. Vnde manifeſtũ eſt, quòd illud bonũ cõmune, vel ſeparatũ non eſt bonũ humanum, quod nũc quęrimus. Deinde cum dicit.

b ¶ Ponit quandam reſponſionem. Poſſet enim aliquis dicere, quòd illud bonum ſeparatum, quãuis non ſit operatũ, vel poſſeſſum ab homine, eſt tamen exemplar omnium operatorum & poſſeſſorum bonorum. Expedit autem intueri exemplar ei, qui vult peruenire ad exemplata. Et ideo videtur expedire, quòd aliquis ipſum bonum ſeparatum cognoſcat propter bona poſſeſſa & operata. Quia habentes illud bonum ſeparatum, ſicut quoddam exemplum, magis poterimus cognoſcere, & per conſequens melius adipiſci ea, quæ ſunt nobis bona, ſicut inſpicientes ad hominem aliquem, magis poſſunt proprie depingere eius effigiem. Deinde cum dicit.

c ¶ Excludit præmiſſam reſponſionem duabus rationibus. Quarum prima ſumitur ex eo, quod communiter obſeruatur. Et dicit, quòd ſermo prædictæ rationis videtur eſſe probabilis. Sed tamen videtur diſſonare ab eo, quod obſeruatur in omnib⁹ ſcientiis. Omnes enim ſcientiæ & artes appetunt quoddam bonum, vt ſupra habitum eſt. Et vnaquæque vtitur eo, quod eſt neceſſarium ſibi ad conſequendum finem intentum. Nulla autem vtitur cognitione illius boni ſeparati. Quod non eſſet rationabile, ſi ex eo aliquod auxiliũ præberetur. Non ergo aliquid cõfert ad operata & poſſeſſa bona, cognitio illius boni ſeparati. Secundam rationem ponit ibi.

d ¶ Quę ſumitur ab ipſa natura rei. Et dicit, quòd illud bonũ conſiderandum eſt omnino inutile ad ſcientias & artes, & quan-
A tum ad earum exercitium, quia textor, vel faber in nullo iuuatur ad operationem ſuæ artis ex cognitione illius boni ſeparati. Et etiam quantum ad acquiſitionem ſcientiæ, vel artis. Nullus enim magis efficitur medicus, vel magis miles per hoc, quòd cõtemplatur ideam ſeparatam boni. Cuius rationẽ aſſignat, quia oportet exẽplar, ad quod neceſſe eſt inſpicere, eſſe cõforme operato. Ars autem non operatur aliqđ bonum cõmune, aut abſtractum, ſed concretum in ſingulari. Medicus enim nõ intendit ſanitatem in abſtracto, ſed in concreto, eã ſcilicet, quæ eſt hominis, quia medicatur non hominẽ vniuerſalem, ſed ſingularem. Vnde relinquitur, quòd cognitio vniuerſalis boni & ſeparati non ſit neceſſaria, neq; ad acquiſitionem ſcientiarũ, neque ad exercitium earum. Vltimo autẽ concludit, dictum eſſe de opinionibus fælicitatis.

## LECTIO IX.

Poſtquàm Philoſophus pertractauit opiniones aliorũ de fælicitate, hic determinat de ea ſecundũ propriam opinionẽ. Et diuiditur ĩ partes duas. In prima oſtendit, quid ſit fælicitas. In ſecunda determinat de quadam proprietate fælicitatis, ibi. {Determinatis autẽ his, ſcrutemur de fælicitate &c.} Lectio. 18.
Prima pars diuiditur in duas partes. In prima oſtendit, quid ſit fælicitas. In ſecunda remouet quandã dubitationẽ, ibi. {Multæ autem tranſmutationes fiunt &c.} Lectio. 15.
Circa primum duo facit. Primo oſtendit, quid ſit felicitas. Secundo oſtendit, quòd præmiſſæ ſententiæ concordant omnia, quæ dicuntur de fęlicitate, ibi. {Scrutandum ergo de ipſis &c.} Circa primum duo facit. Lectio. 12.
E Primo proponit quaſdam rationes communes, & cõditiones fælicitatis, quæ quaſi omnibus ſunt manifeſtæ. Secundo inquirit fęlicitatis eſſentiam, ibi. {Sed forte fælicitatem quidem &c.} Circa primum duo facit. Primo ponit fælicitatem eſſe vltimũ finẽ. Lectio. 10.
Secundo ponit conditiones, quæ competunt vltimo fini, ibi. {Hoc autem ad hoc magis explanare &c.} Dicit ergo primo, ꝙ expeditis his, quæ pertinent ad opiniones aliorum, rurſus oportet redire ad bonum, circa quod noſtra verſatur inquiſitio, ſcilicet ad fælicitatem, vt inueſtigemus quid ſit. Circa quod primum conſiderandum eſt, quòd in diuerſis operationibus & artibus videtur, aliud & aliud eſſe bonum intentum. Sicut in medicinali arte, bonum intentum eſt ſanitas, & in militari arte, bonũ intentum eſt victoria, & in alijs artibus, aliquod aliud bonum. Et ſi quæratur, quid ſit bonum intentum in vnaquaque arte, vel in vnoquoque negocio. Sciendum eſt, quòd hoc eſt illud, cuius gratia omnia alia fiunt. In medicina enim omnia fiunt propter ſanitatem. In militari omnia fiunt propter victoriam. Et in ædificatiua omnia fiunt propter domum conſtruendam. Et ſimiliter in quolibet alio negocio, aliquod aliud eſt bonum intentum, cuius

dũ ſeipsũ, manifeſtũ ꝙ nõ vtiq; erit opatũ, neq; poſſeſsũ bonũ. Nũc aũt tale aliquid quæritur.

b Forte aũt alicui videbitur, vtiq; melius eſſe cognoſcere ipsũ ad poſſeſſa & operata bonorũ. Velut enim exemplum hoc ha- B bentes magis ſciemus, & quæ nobis ſunt bona. Et ſi ſciamus, adipiſcemur ipſa.

c Probabilitatem quidem igitur quandã habet ſermo. Videtur autẽ ſciẽtijs diſſonare. Omnes.n. bonũ quoddã appetẽtes, & quo indigent inquirentes derelinquũt cognitionem ipſius. Tantum autẽ auxilium omnes artifices ignorare, & neq; inquirere, non eſt bene rationabile. C

d Inutile aũt. Et quid iuuabit textor & faber ad ſuã artẽ ſciẽs ipsũ bonũ? Vel qualiter magis medicus? vel magis miles erit, q ideam ipſam contemplatus eſt? Videtur quidem enim, neq; ſanitatem ita intendere medicus: ſed eam, quę hominis, magis autem forte eam, quæ huius. Secũdum vnumquemq; enim medicabitur. Et de his quidem igitur, intantum dictum ſit. D

## LECTIO IX.

Rurſus autem redeamus ad quęſitum bonum, qd vtiq; ſit. Videtur quidẽ enim aliud in alia operatione & arte. Aliud enim in medicinali, & militari, & reliquis ſimili-

*aut acquiri ab homine poſſe. Nunc autem tale quæritur.*

*Fortaſſe autem cuipiam melius eſſe uidebitur cognoſcere ipſum ad ea bona, quæ poſſideri ac agi poſſunt. Nam velut exemplar id habentes, magis ea, quæ nobis ſunt bona ſciemus, & ſi ſciremus, aſſequemur.*

*Hæc igitur ratio habet quidem quãdam probabilitatem, a ſcientiis autem diſcrepat. Vniuerſæ nanque bonũ affectantes quoddam, idque quod deeſt perquirentes, huius prætermittunt cognitionem. Tantam tamen opem omnis artifices ignorare, & non perquirere, non eſt conſentaneum rationi.*

*Dubium autem eſt. Et quidnam ad ſuam artem, aut textori confert, aut fabro, ſi ipſum ſcierit bonum? Aut quonam modo, uel medicus, vel dux euadet peritior, qui ideam ipſam aſpexerit? Neque enim valitudinem hoc modo medicus, ſed hominis, immo vero huius fortaſſe conſiderat, quippe cum ſingulis hominibus medeatur. Sed de his hactenus.*

## *LECTIO IX.*

*Nunc rurſus redeamus ad id, quod quærimus bonum, & qui tandem ſit ipſum, inueſtigemus. Eſſe enim aliud in alia actione conſtat & arte. Aliud eſt enim in medicina, & in re militari, & in cæ*

ius gratia omnia alia fiunt. Hoc autem bonum intentum in vnaquaque operatione, vel electione dicitur finis. Quia finis nihil aliud eſt, quàm illud cuius gratia alia fiunt. Si ergo occurrat ſtatim aliquis finis, ad quem ordinentur omnia, quæ operãtur oẽs artes & operationes humanæ, talis finis erit operatum bonum ſimpliciter, ideſt qđ intenditur ex omnibus operibus humanis. Si autem ad hoc occurrant plura bona, ad quæ ordinentur diuerſi fines diuerſarum artiũ, oportebit, quòd inquiſitio rationis noſtræ tranſcendat iſta plura, quouſque perueniat ad hoc ipſum, ideſt ad aliud vnum. Neceſſe eſt enim vnũ eſſe vltimum finem hominis inquantum eſt homo, ꝑpter vnitatem humanæ naturæ, ſicut vnus eſt finis medici inquantũ eſt medicus, propter vnitatem medicinalis artis. Et iſte vltimus finis hominis dicitur humanum bonum, quod eſt fęlicitas. Deinde cũ dicit.

b ¶ Ponit duas conditiones vltimi finis. Prima quidem, quòd ſit perfectum. Secunda, quòd ſit per ſe ſufficiens, ibi. {Videtur autem & per ſe ſufficientia &c.} Vltimus enim finis eſt vltim⁹ terminus motus naturalis deſiderij. Ad hoc autem, quòd aliquid ſit vltimus terminus motus naturalis, duo requiruntur. Primo quidẽ, quòd ſit habens ſpeciem, non autem in via ad ſpeciem habendam. Sicut generatio ignis nõ terminatur ad diſpoſitionem formæ, ſed ad ipſam formã. Quod autẽ formam habet, eſt perfectum. Quod autem eſt diſpoſitum ad formã, eſt aliquid imperfectum. Et ideo oportet, quòd bonum qđ eſt vltimus finis, ſit bonum perfectum. Secundo requiritur, quòd id quod eſt terminus motus naturalis ſit integrum, quia natura nõ deficit in neceſſarijs. Vnde finis generationis humanæ, non eſt homo diminutus membro, ſed homo integer. Et ſimiliter finis vltimus, qui eſt terminus deſiderij, neceſſe eſt, quòd ſit per ſe ſufficiens, quaſi integrum bonum. Circa autem perfectionem finalis boni conſiderandum eſt, quòd ſicut agens ad finem mouet, ita finis mouet deſiderium agentis. Vnde oportet gradus finium proportionari gradibus agentis. Eſt autem triplex agens. Vnum imperfectiſſimum, quod nõ agit per propriam formam, ſed ſolum inquãtum eſt motum ab alio, ſicut martellus agit cultellum. Vnde effectus ſecundum formã adeptam, non aſſimilatur huic agenti, ſed ei a quo mouetur. Aliud autem eſt agens perfectum, quod agit quidem ſecundum ſuam formam, vnde aſſimilatur ei effectus, ſicut ignis calefacit: ſed tamen indiget moueri ab aliquo principali priori agente.

ter. Quoniam igitur vnicuique bonũ, gratia cuius reliqua operata ſunt. Hoc quidem in medicinali ſanitas: in militari vero, victoria: in ædificatiua autem domus, in alio vero aliud. In omni autem operatione & electione, finis. Huius enĩ gratia reliquã operantur oẽs. Quare ſiquis operatorum omnium eſt finis, hic vtiq; erit operatum bonum. Si vero plures, plura hæc: tranſcendens vtique ſermo ad hoc ipſum perueniet.

b Hoc aũt adhuc magis explanare tẽtandũ. Qm̃ aũt plures videntur & fines, horũ aũt eligimus quoſdã propter alterũ, vtputa, diuitias, fiſtulas, & oĩa organa. Manifeſtũ igitur, qm̃ non ſunt oẽs ꝑfecti, at optimus autẽ perfectus quis videtur, quapropter, ſiquidem eſt aliquod vnũ ſolũ perfectũ, hoc vtiq; erit, qđ quæritur: ſi vero plura, ꝑfectiſſimum horum. Perfectius aũt dicimus, quod ſecũdũ ſeipſum eſt proſequibile eo, quod propter alterum. Et quod nunquã propter aliud eligibile his, quæ ſecũdũ ſeipſa, & propter aliud eligibilius. Et ſimpliciter vtique perfectum, quod ſecundũ ſeipſum eligibile ſemper, & nũquã propter aliud. Tale itaque fęlicitas maxime vtique eſſe videt̃, hanc. n. eligimus ſemper ꝑꝑ ſe ipſam, & nũquã propter aliud. Honorem vero & voluptatẽ & intellectũ & omnẽ virtutẽ eligim⁹ qdẽ & ꝑꝑ ipsã, nullo. n. adueniente eligeremus vnũqđq; ipſorũ. Eligimus aũt hæc & fęlicitatis gratia, propter hoc ſuſpicantes & fælices fore. Fælicitatẽ aũt nullus eligit horũ gratia, nec omnino ꝑꝑ aliud.

c Videtur autẽ & ex per ſe ſufficientia idẽ accidere. Perfectũ

*teris ſimili modo. Quid igitur vnicuique bonum eſt? An id gratia cuius cætera aguntur? Hoc autem in medicina quidem eſt ſanitas: in rei vero militaris facultate, victoria, & in extruendarum edium arte, domus, & in alia aliud. In actione etiam omni electioneue, id quod eſt finis. Huius e-*
G *nim gratia omnes agunt. Quare, ſiquis omnium rerum agendarum ſit finis, is ipſum bonum agendum erit. Sin vero plures, hi ipſi. Oratio igitur migrando ad idem acceſſit.*

*Enitendum autẽ eſt magis hoc declarare. Cum itaque plures ſint fines, & horum quoſdam ob alios expetamus, vt diuitias, fiſtulas, inſtrumentaque, omnino perſpicuum eſt, non omnes fines eſſe perfectos. At finem optimum perfectum quid eſſe*
H *conſtat. Quare ſi tantum vnus perfectus ſit finis, is hic erit, qui quæritur. Sin plures, is qui horum eſt perfectiſſimus. Eum autem, qui per ſe eſt expetibilis, perfectiorem eo dicimus eſſe, qui eſt propter alium expetendus, & eum qui numquam ob alium expetitur ijs vniuerſis, qui per ſe & propter illum etiam expetuntur. Et eum igitur perfectum ſimpliciter, qui per ſe ſemper eſt, & nunquam ob alium expetendus. Talis autem*
I *finis ipſa fælicitas maxime eſſe videtur. Hanc enim propter ſeipſam ſemper, & nunquam ob aliud quicquam expetimus, honorem autem voluptatem, mentem, virtutem denique omnem & propter ſe expetimus. Quippe cum ipſorum vnum quodque expeteremus ſi nihil inde etiam proueniret, & fælicitatis etiam gratia, per hæc ipſa fælices fore nos arbitrantes. Sed illorum gratia fælicitatem, aut ob aliud prorſus expetit nemo.*
K *Idem & ex ſufficientia videtur accidere. Perfectum namq; bonum ſuffi*

F Et quantum ad hoc habet aliquid imperfectionis, quaſi participans cum inſtrumento. Tertium autem eſt agens perfectiſſimũ, quod agit quidem ſecundum formam propriam, & ab alio non mouetur. Et ſimiliter eſt in finibus. Eſt enim aliquid quod appetitur, non propter aliquam formalem bonitatem in ipſo exiſtentẽ, ſed ſolum inquantum eſt vtile ad aliquid, ſicut medicina amara. Eſt autem aliquid quod eſt quidem appetibile propter aliquid quod in ſe habet, & tamen appetitur ꝑpter aliud, ſicut medicina valida ſapida. Et hoc eſt bonum perfectius. Bonum autem perfectiſſimum eſt, quod ita appetitur ꝑpter ſe, quòd nũquam appetitur ꝑpter aliud. Hos igitur tres gradus bonorum diſtinguit hic Philoſoph⁹. Et dicit, quòd hoc quod dictum eſt de vltimo fine, oportet adhuc magis explanare inquirendo cõditiones, quæ requiruntur ad vltimum finem. Videntur autem eſſe plures gradus finium, quorum quoſdam eligimus ꝑpter aliud ſolum, ſicut diuitias, quę non appetuntur niſi inquantum ſunt vtiles ad vitã hominis, & fiſtulas, quibus canitur, & vniuerſaliter omnia organa, quæ non quæruntur niſi propter vſum eorũ. Vnde manifeſtũ eſt, quòd omnes iſti fines ſunt imperfecti. Optimus autẽ finis, qui eſt vltimus, oportet quòd ſit perfect⁹. Vnde ſi vnũ ſolũ ſit tale, oportet hoc eſſe vltimũ finẽ quẽ quęrimus. Si aũt ſint multi ꝑfecti fines, oportet ꝙ perfectiſſimus horũ ſit optimus & vltimus. Manifeſtũ eſt aũt, quòd ſicut id quod eſt ſ̃m ſe appetibile, eſt magis perfectũ eo, qđ eſt appetibile propter alterũ, ita illud quod nunq̃ appetitur propter aliud eſt ꝑfectius, his quæ licet ſecundum ſe appetantur, tamen appetuntur etiam propter aliud. Et ita ſimpliciter perfectũ eſt, quod eſt ſemper ſecundum ſe elegibile, & nunquam propter aliud. Talis autẽ videtur eſſe fęlicitas, quam nequaquã eligimus propter aliud, ſed ſemper propter ſeipſam. Honorem uero & uoluptates & intelligentiam & uirtutem eligimus quidẽ propter ſeipſa. Eligeremus. n. ea uel appeteremus, etiam ſi nihil aliud ex eis nobis proueniret. Et tñ eligimus ea propter fælicitatem, inquantum per ea credimus nos futuros fælices. Fælicitatẽ autem nullus eligit propter hoc, nec propter aliquid aliud. Vnde relinquitur, quòd fælicitas ſit perfectiſſimum bonorum, & per conſequens vltimus & optimus finis. Deinde cum dicit.

c ¶ Agit de per ſe ſufficientia fælicitatis. Et primo quantum ad id quod pertinet ad rationem ſufficientiæ. Secundo inquantũ ad id



ad id quod additur per ſe, ibi. {Amplius autem omnium &c.} Dicit ergo primo, quòd idem videtur ſequi ex per ſe ſufficiẽtia, ſicut & ex perfectione, ſcilicet quòd fælicitas ſit optimus & vltimus finis. Hæc enim duo ſe conſequuntur. Nam bonũ perfectũ videtur eſſe per ſe ſufficiens. Si enim quantum ad aliquid nõ ſufficit, iam nõ videtur perfecte deſiderium quietare, & ita non erit perfectũ bonũ. Dicitur autem eſſe ꝑ ſe ſufficiens bonum, non quia ſit ſufficiẽs vni ſoli homini, viuenti vitã ſolitariã, ſed parentibus & filijs, & vxori, & amicis, & ciuibus, vt ſcilicet ſufficiat eis in tẽporalibus prouidere neceſſaria auxilia miniſtrando, & in ſpiritualibus inſtruendo, vel conſiliando. Et hoc ideo, quia homo naturaliter eſt aĩal ciuile. Et ideo non ſufficit ſuo deſiderio, ꝙ ſibi prouideat, ſed ẽt quòd poſſit alijs prouidere. Sed hoc oportet intelligere vſque ad aliquem terminũ. Si enim aliquis velit hoc extendere, non ſolum ad conſanguineos, & amicos proprios, ſed etiam ad amicos amicorum, ꝓcederet hæc in infinitum, & ſic nulli poterit ſufficientia prouenire, & ita nullus poſſet eſſe fælix, ſi fælicitas hanc infinitã ſufficientiam requireret. Loquitur enim ĩ hoc libro Philoſophus de fælicitate, qualis in hac vita poteſt haberi. Nam fælicitas alteri⁹ vitæ omnem inueſtigationẽ ratiõis excedit. Quis autem ſit terminus, vſque ad quem oporteat fælicem eſſe ſufficientem, rurſus perſcrutandũ alibi erit, ſcilicet in yconomica, vel Politica. Et qa expoſuerat cui debeat eſſe ſufficiens bonum perfectum, qđ fælicitas dicitur, qa ſcilicet non ſoli vni homini, ſed ſibi & omnibus quorum cura ad ipſum ſpectat, conſequenter exponit quid ſit quod dicitur per ſe ſufficiens. Et dicit, quòd per ſe ſufficiens dicitur illud, quod etiam ſi ſolum habeatur, facit vitam eligibilem, & nullo exteriori indigentem. Et hoc maxime conuenit fælicitati, alioquin, non terminaret motũ deſiderij, ſi extra ipſam remaneret aliquid, quo homo indigeret. Omnis enim indigens, deſiderat adipiſci id quo indiget. Vnde manifeſtum eſt, quòd fęlicitas eſt bonum per ſe ſufficiẽs. Deinde cum dicit.

d ¶ Exponit rationem per ſe ſufficientiæ, quãtum ad hoc, quod dicit per ſe. Dicitur autem aliquid per ſe ſufficiens, ex eo quòd ſeorſum ab alijs acceptum, eſt ſufficiens. Quod quidem poteſt dupliciter contingere. Vno modo ſic, quòd illud bonum perfectum, quod dicitur per ſe ſufficiens, non poſſit recipere augumẽtum bonitatis ex alio bono addito. Et hoc quidem eſt conditio eius, quod eſt totale bonum, ſcilicet Dei. Sicut enim pars connumerata non eſt aliquid maius, quàm totum, quia ipſa pars in to-

enim bonũ per ſe ſufficiens eſſe videtur. Per ſe ſufficiens autem dicimus, non ipſi ſoli viuenti vitam ſolitariam, ſed & parentibus, & filijs, & vxori, & vniuerſaliter amicis, & ciuibus, quia natura ciuile homo. Horum au tem aſſumẽdus terminus quis. Extendenti enim ad parẽtes & propinquos, & amicos amicorum, in infinitum procedit. Sed hoc quidem rurſus perſcrutandum. Per ſe ſufficiens autem ponimus, quod ſufficientem ſolitariam & eligibilem facit vitã, & nullo exteriori indigentem. Talem autem fælicitatem exiſtimamus eſſe.

d Amplius autem omniũ maxime eligibilem non connumeratam. Connumerata autẽ manifeſtum, quòd eligibilior cum oĩno eſſe putemus bonorũ. Superabundãtia. n. bonorũ fit, eo quod appoſitum eſt. Bonorũ autẽ maius eligibilius ſemꝑ. Perfectum vtique quidem vr̃ & per ſe ſufficiens fælicitas, omnium operatorum exiſtens finis.

LECTIO X.

SEd forte fœlicitatẽ quidem & optimum dicere cõfeſſum quidem videtur. Deſideratur autem manifeſtius quid eſt adhuc dici.

b Forte vtiq; fiet hoc, ſi ſumatur opus hominis. Quemadmodum enim tibicini, & ſtatuifico, & omni artifici, & omnino quorum eſt opus aliqđ & actus in opere, videtur bonum eſſe & bene, ita videtur vtique & ho-

*ciens eſt. Sufficiens autem dicimus non ipſi ſoli, qui vitam ſolitariam agit, ſed & parentibus, & natis, & vxori, & amicis omnino, ac ciuibus. Quandoquidem homo natura ciuilis eſt, atque ſumendus eſt in his terminus quidam, nam ſi ad parentes hoc*
B *ipſum & natorum natos, & amicorum amicos extenderis, in infinitum fiet progreſſio. Sed de hoc conſiderandum eſt poſtea. Id autem ſufficiens eſſe ponimus, quod ſolum a cæteris ſegregatum expetibilem uitam facit, reique nullius indigentem. Talem autem fælicitatem ipſam eſſe exiſtimamus.*

*Et inſuper cum non numeratur, cum cæteris maxime omnium expeti-*
C *bilem, cum numeratur magis, ut par eſt expetibilem, cum minimo bonorum eſſe putamus. Augmentum enim bonorum fit id quod adiungitur. Id autem ſemper magis eſt expetibile, quod maius eſt bonum. Perfectum igitur quid & ſufficiens eſt fælicitas, cum ſit rerum agendarum omnium finis.*

*LECTIO X.*

D *SEd forſitan fælicitatem quidem ſummum eſſe dicere bonum ab uniuerſis cõceditur. Deſideratur autẽ, ut dilucidius quidnam ſit ipſa dicatur.*

*Hoc igitur fortaſſe fuerit ſi opus hominis caperetur. Vt enim modulatoris, ſtatuarij, cæterorumque artificum, & eorum omnium omnino, quorum eſt opus aliquod actione. Bonum, & id quod bene ſeſe habet in ipſo opere uidetur conſiſtere, ſic &*

A to includitur, ita etiam quodcumque bonum connumeratum, Deo non facit aliquod augmentum bonitatis, quia non eſt bonum, niſi per hoc, quòd participat bonitatem diuinã. Aliquid autem dicitur etiam ſolitarium, vel nullo alio connumerato eſſe ſufficiens, inquãtum continet omne illud, quo indiget homo ex neceſſitate. Et ſic fælicitas de qua nũc loquitur, habet de ſe ſufficientiam, quia in ſe continet omne illud quod eſt in ſe neceſſarium, non autẽ omne illud quod poteſt homini aduenire. Vnde poteſt melior fieri aliquo alio addito. Non tamen remanet deſiderium hominis inquietum, quia deſiderium ratione regulatũ, quale oportet eſſe fælicis, non habet inquietudinem de his, quæ non ſunt neceſſaria, licet ſint poſſibilia adipiſci. Hoc eſt ergo quod dicit, maxime inter omnia conuenire fælicitati, ꝙ etiam ipſa non connumerata alijs, ſit eligibilis. Tamen, ſi cõnumeretur alicui alteri in minimo bonorum, manifeſtum eſt, quòd erit eligibilior. Cuius ratio eſt, quia per appoſitionẽ fit ſuperabundantia, vel augmentum boni. Quanto autẽ aliquid eſt magis bonũ, tanto eſt magis eligibile. Vltimo autem concludit epilogando quod dictum eſt, ſcilicet quòd fælicitas cum ſit omnium operatorũ vltimus finis, eſt perfectum bonum, & per ſe ſufficiens.

LECTIO X.

POſtquam Philoſophus poſuit quaſdam conditiones fælicitatis, hic inueſtigat diffinitionẽ eius. Et circa hoc tria facit. Primo, oſtendit
E neceſſitatẽ huius inquiſitionis. Secundo venatur diffinitionem fælicitatis, ibi. {Forte vtique fiet hoc &c.} Tertio oſtẽdit, quòd præmiſſa diffinitio non eſt ſufficiens, ſed adhuc oportet amplius dicere, ibi. {Circumſcribatur quidem &c.} Dicit ergo primo, ꝙ omnes confitentur fælicitatem eſſe aliquid optimũ, ad quod pertinet, quòd fælicitas ſit vltimus finis & perfectum bonum per ſe ſufficiens. Sed adhuc manifeſtius oportet dici aliquid de fælicitate, vt ſciatur quid ipſa ſit in ſpeciali. Deinde cum dicit. Lectio. 11.

b ¶ Inueſtigat diffinitionem fælicitatis Et circa hoc duo facit. Primo inquirit genus eius. Secundo differentias eius, ibi. {Si autem opus hominis.} Circa primum tria facit. Primo oſtendit, ꝙ fælicitas eſt operatio hominis. Secundo oſtendit, quòd hominis ſit aliqua propria operatio, ibi. {Vtrum igitur textoris &c.} Tertio oſtendit, quæ ſit propria operatio hominis, ibi. {Quid igitur &c.} Dicit ergo primo, quòd quid ſit fælicitas poterit manifeſtum eſſe, ſi ſumatur operatio hominis. Cuiuslibet enim rei habentis propriã operationem, illa eſt bonum ſuum, & hoc qđ bene

bene eſt ei, conſiſtit in eius operatione. Sicut tibicinis bonum conſiſtit in eius operatione. Et ſimiliter eius, qui facit ſtatuam, & cuiuslibet artificis. Et huius ratio eſt, quia bonum finale cuiuslibet rei eſt eius vltima perfectio. Forma autem eſt perfectio prima, ſed operatio eſt perfectio ſecunda. Si autem aliqua res exterior dicatur eſſe finis, hoc non erit niſi mediante operatione, per quã ſcilicet, homo ad rem illam attingat, vel faciendo, ſicut ędificator domum, aut quia vtitur, ſeu fruitur ea. Et ſic relinquitur, quòd finale bonum cuiuslibet rei in eius operatione ſit requirendum. Si igitur hominis eſt aliqua operatio ꝓpria, neceſſe eſt, quòd in eius operatione propria, conſiſtat finale bonum ipſius, quod eſt fœlicitas. Et ita fœlicitas ẽ propria operatio hominis. Si autem dicitur in aliquo alio fœlicitas conſiſtere, aut hoc erit aliquid, quo homo redditur idoneus ad huiuſmodi operationẽ, aut erit aliquid, ad quod per ſuam operationẽ attingit, ſicut deus dicitur eſſe beatitudo hominis. Deinde cum dicit.

c ¶ Probat, quòd ſit aliqua propria operatio hominis. Et hoc dupliciter. Et primo quidem per ea, quæ accidunt homini. Accidit enim homini, quòd ſit textor, vel coriarius, aut grammaticus, vel muſicus, ſiue aliquid aliud huiuſmodi. Sed nihil iſtorum eſt, quod nõ habeat propriã operationẽ. Alioquin ſequeretur, quòd huiuſmodi ocioſe & fruſtra homini aduenirent. Multo autẽ magis inconueniẽs eſt, quòd ſit ocioſum & fruſtra id quod eſt ſecundũ naturam, qđ eſt ordinatum ratione diuina, quàm id quod eſt ordinatum ratione humana. Cum igitur homo ſit aliquid exiſtens ſecundum naturam, impoſſibile eſt, quòd ſit naturaliter ocioſus, quaſi non habens propriam operationem. Eſt igitur aliqua operatio hominis propria, ſicut eorũ, quæ ei accidũt. Cuius cauſa eſt, quia vnumquodq;, vel naturale, vel artificiale, eſt per aliquam formam, quæ eſt alicuius operationis principiũ. Vnde ſicut vnaquæque res habet propriũ eſſe per ſuam formã, ita etiam habet propriam operationem. Secundo ibi.

d ¶ Oſtendit idem per hominis partes. Eamdem enim operationem oportet extimare in toto, & in partibus, quia ſicut anima eſt actus totius corporis, ita quædã partes animę ſunt actus quarumdam partium corporis, vt viſus oculi. Sed quælibet pars hominis habet propriam operationem, ſicut oculi operatio eſt videre, & manus palpare, & pedum ambulare, & ſic de alijs particulis, relinquitur ergo, quòd totius hominis ſit aliqua propria operatio. Deinde cum dicit.

e ¶ Inquirit, quid ſit propria operatio hominis. Manifeſtum F eſt autem, quòd ipſa operatio eſt vniuſcuiuſque rei, quæ competit ei ſecundum ſuam formam. Forma autem hominis eſt aĩa, cuius actus dicitur viuere, non quidem ſecundũ quòd viuere eſt eſſe viuentis, ſed ſecundum quòd viuere dicitur aliquod opus vitę, puta intelligere & ſentire. Vnde manifeſtum eſt, quòd in aliquo opere vitæ conſiſtit hominis fœlicitas. Non autem poteſt dici, quòd ſecundum quodcũq; viuere, attendatur hominis fœlicitas, quia viuere eſt cõmune plãtis. Sed fœlicitas quæritur ſicut quoddam propriũ hominis bonum. dicitur enim bonum humanum. Pari autem ratione ſpecies vitæ, quæ dicitur nutritiua; vel augmentatiua ſeparanda ẽ a fœlicitate, quia etiam hæc communia ſunt plantis. Et ex hoc accipi poteſt, ꝙ fœlicitas non conſiſtit, neq; in ſanitate, neque in pulchritudine, neque in fortitudine, neq; in proceritate corporis. Omnia enim hæc acquiruntur per operationes huius vitæ. Poſt vitam autem nutritiuam & augumẽtatiuã, ſequitur vita ſenſitiua, quæ etiam non eſt propria homini, ſed conuenit equo, & boui, & cuilibet animali. Vnde nec in hac vita conſiſtit fœlicitas. Et ex hoc accipi poteſt, ꝙ humana fœlicitas nõ cõſiſtit in aliqua ſenſibili cognitione, ſeu delectatione. Poſt vitam autem nutritiuã & ſenſitiuam, non relinquitur niſi vita, q̃ eſt operatiua ſecundum rationem. Quę quidem vita propria eſt homini. Nam homo ſpeciem ſortitur ab hoc, quod eſt rationale. Sed rationale eſt duplex. Vnum quidem participatiue, inquantum ſcilicet, perſuadetur & regulatur a ratione. K Aliud vero eſt rationale eſſentialiter, quod ſcilicet, habet ex ſeipſo ratiocinari & intelligere. Et hæc quidẽ pars principalius rationalis dicitur. Quia quod eſt per ſe, ſemꝑ eſt principalius eo, quod eſt per aliud. Quia igitur fœlicitas eſt principaliſſimũ bonum hominis, conſequens eſt, vt magis conſiſtat in eo, quod eſt rationale eſſentialiter, quàm in eo, quod eſt rationale per participationem. Ex quo poteſt accipi, quòd fœlicitas principalius conſiſtat in vita contemplatiua, quàm in actiua, & in actu rationis, vel intellectus, quàm in actu appetitus ratione regulati. Deinde cum dicit.

f ¶ Inueſtigat differẽtias fœlicitatis. Et diuidit in partes duas, ſecundum duas differentias quas inueſtigat. Secũda pars incipit, ibi. {Amplius autem &c.} Primo igitur accipitur ex præmiſſis, quòd proprium opus hominis ſit operatio animæ, quæ eſt ſecũdum ipſam rationem, vel non ſine ratione. Quod dicit propter operationem appetitus regulati ratione. Hoc autem in omnibꝰ communiter inuenitur, quòd idẽ eſt opus alicuius rei in genere acceptæ,

mini. Siquidem eſt opus aliquod ipſi.

c Vtrum igitur textoris quidẽ, & coriarij ſunt opera quædam & actus, hominis vero nullũ eſt, ſed ocioſum naturaliter eſt.

d Vel quemadmodum oculi, & manus, & pedis, & omnino vniuſcuiuſque particularum videtur aliquod opus, ita & hominis: propter hæc omnia ponet aliquis vtique opus aliquod. G

e Quid igitur vtique inquam? Viuere quidẽ videtur cõmune & plantis. Quęritur autem proprium. Separandum ergo nutritiuam & augmentatiuam vitã. Sequens autem ſenſitiua quædã vtique erit. Videtur vero & hęc H communis & equo, & boui, & omni animali. Relinquitur operatiua vtique quędam rationẽ habentis. Hoc aũt quidẽ, vt perſuaſibile ratiõe. Hæc vero, vt habens & intelligens. Dupliciter aũt & hęc dicta, eam quæ ſecundum rationẽ ponendum. Principalius enim videtur dici.

f Si autem eſt opus hominis animę operatio ſecũdum rationem, vel non ſine ratione, idem I autẽ dicimus opus eſſe genere huius, & huius ſtudioſi, quemadmodum cithariſtę & ſtudioſi cithariſtę, & ſimpliciter vtiq; hęc in omnibus appoſita ſecundum virtutem abundantia ad opus. Cithariſtę quidem enim citharizare, ſtudioſi autem bene. Si autem ſic, hominis ponimus opus vitam quandam, hãc autem animę operationem, & actum cũ ratione. Studioſi autẽ

*hominis bonum in opere ipſius eſſe cõſtabit, ſi ſit ipſius aliquod opus.*

*Fabri ne igitur, & ſutoris opera ſunt quædam, actiones ve, hominis autem nullum eſt opus, ſed eſt ocioſus homo natura.*

*An vt oculi, manus, pedis, & cuiuſque omnino partis aliqđ opus eſt, ſic & hominis: præter hæc omnia quiſpiam aliquod poſuerit opus.*

*Quid igitur id fuerint tandem? Viuere enim cum plantis cõmune eſt. Opus autem proprium ipſius hominis quæritur. Segregãda eſt ergo nutriendi augendique vita. Hanc ſentiendi ſequitur vita. At ipſam etiam homini cum equo, ac boue omnique animali conſtat eſſe communem. Reſtat igitur actiua quædam uita rationẽ habentis. Huius autem aliud eſt, ut obediens rationi, aliud, ut eam habens atque intelligens. Sed cum hæc etiam bifariam dicatur, ea ponenda eſt, quæ eſt actu. Hæc enim magis proprię dicitur uita.*

*Eſt igitur opus hominis, operatio animæ per rationem, aut non ſine ratione. At uero opus huius, ac ſtudioſi huius idem eſſe genere dicimus, ut Citharedi, ſtudioſique citharedi. Et hoc in omnibus abſolute operi adiũcta perfectione, quæ eſt a propria uirtute. Citharedi nanque opus, eſt citharam pulſare, ſtudioſi uero, bene pulſare, Eodẽ modo cũ hõis opus uitã quandam eſſe ponamus, & hanc ipſam operationem animæ, atque actus cum ratione. Studioſi profecto uiri hæc ipſa ſunt, cum bene, recteque*



acceptæ, & opus illius rei ſi ſit bona, niſi quòd oportet apponere A ex parte operationis id quod pertinet ad virtutem, ſicut opus cithariſtæ & citharizare. Opus autem boni cithariſtæ eſt bene citharizare. Et ſimiliter eſt in omnibus alijs. Si igitur opus hominis conſiſtit in quadam vita, prout ſcilicet homo operatur ſecũdum rationem, ſequitur ꝙ boni hominis ſit bene oꝑari ſecũdum rationẽ, & optimi hominis, ſcilicet fœlicis optime hoc facere. Sed hoc ꝑtinet ad rationẽ virtutis, quòd vnuſquiſq; habens virtutem ſecundum eam bene operetur, ſicut virtus equi eſt ſecũdum quã bene currit. Si ergo operatio optimi hominis, ſcilicet fœlicis eſt, vt bene & optime operetur ſecundum rationem, ſequitur quòd humanum bonum, ſcilicet fœlicitas ſit operatio ſecundum virtutem, ita ſcilicet, quòd ſi eſt vna tantũ virtus hominis, operatio quę eſt ſecundum illam virtutem erit fœlicitas. Si autẽ ſunt plures virtutes hominis, erit fœlicitas operatio, quæ eſt ſecundũ illarum optimam. Quia fœlicitas non ſolum eſt bonum hominis, ſed optimum. Deinde cum dicit.

g ¶ Inueſtigat aliam differentiam fœlicitatis. Requiritur enim etiam ad fœlicitatem continuitas & perpetuitas quantum poſſibile eſt. Hoc enim naturaliter appetitus habentis intellectum deſiderat, vt potè appræhendens nõ ſolum eſſe, vt nunc, ſicut ſenſus, ſed etiã eſſe ſimpliciter. Cũ autem eſſe ſit ſecundum ſeipſum appetibile, conſequens eſt, quòd ſicut animal ꝑ ſenſum appręhendens eſſe, vt nunc, appetit nunc eſſe, ita etiam homo per intellectum appræhendens eſſe ſimpliciter, appetit eſſe ſimpliciter & ſemper, & non ſolum, vt nunc. Et ideo de ratione perfectæ fœlicitatis eſt continuitas & perpetuitas, quàm tamen præſens vita non patitur. Vnde in præſenti vita non poteſt eſſe perfecta fœlicitas. Oportet tamen, quòd fœlicitas qualis poſſibilis eſt eſſe præſentis vitæ, ſit in vitam perfectam, ideſt per totam hominis vitam. Sicut enim vna hirundo veniens non demonſtrat ver, nec vna dies temperata, ita nec etiã vna operatio ſolum facta, facit hominem fœlicem, ſed quando homo per totã vitam continuat operationem bonam. Sic ergo patet, ꝙ fœlicitas, eſt operatio propria hominis ſecũdũ virtutẽ in vitã ꝑfectã.

## LECTIO XI.

POſtquam Philoſophus inueſtigauit diffinitionem ipſius fœlicitatis, nunc oſtendit, quid poſt hoc agendum relinquatur. Et circa hoc duo facit. Primo oſtendit, q̃d reſtat agendum. Secũdo, quomodo id agere oporteat, ibi. {Meminiſſe autem & prędictorum &c.} Circa primum tria facit. Primo proponit quid ſit factum, & quid reſtat agẽdum. Et dicit, quòd ita ſicut ſupra habitum eſt, circumſcribitur bonum finale hominis, quod eſt fœlicitas. Et vocat circumſcriptionem notificationem alicuius per aliqua communia, quę ambiũt quidem ipſam rem, non tamẽ adhuc per ea in ſpeciali declaratur natura illius rei. Quia vt ipſe dicit, oportet quòd aliquid prius figuraliter dicatur, ideſt ſecundum quandam ſimilitudinariam & extrinſecam quodammodo deſcriptionem, & deinde oportet, vt manifeſtatis quibuſdam alijs, reſumatur illud quod fuit priꝰ figuraliter determinatum, & ſic iterato plenius deſcribatur. Vnde & ipſe poſtmodum in fine libri de fœlicitate tractatum complebit. Secundo ibi.

b ¶ Aſſignat rationẽ eius, quod dictũ eſt, dicens, quòd naturã cuiuslibet hominis pertinere videtur, vt ea, quæ bene continent deſcriptionem alicuius rei, perducat de imperfecto ad perfectum particulatim diſponendo. Primo, ſcilicet vnam partẽ, & poſtea aliam inueſtigando. Ad hominis enim naturam ꝑtinet ratione vti ad veritatis cognitionẽ. Rationis autem proprium eſt, nõ ſtatim apprehendere veritatem. Et ideo ad hominem pertinet paulatim in cognitione veritatis proficere. Subſtantiæ vero ſeparatæ, quæ intellectuales dicuntur, ſtatim abſque inquiſitione notitiam veritatis habent. Tertio ibi.

c ¶ Oſtendit, per q̃d homo ad prędicta iuuetur. Et dicit, quòd eorum, quæ bene ſe habẽt ad aliquid circumſcribendum, videtur tẽpus eſſe quaſi adinuentor, vel bonus cooperator, non quidem, quòd tẽpus per ſe ad hoc aliquid operetur, ſed ſecundum ea, quæ in tempore aguntur. Si enĩ aliquis tempore procedente det operam inueſtigandæ veritati, iuuatur ex tempore ad veritatem inueniendã, & quantũ ad vnũ & eundẽ hominẽ, qui poſtea videbit, quod prius non viderat, & etiã quantũ ad diuerſos, vtpote cum aliquis intuetur ea, quæ ſũt a prædeceſſoribus inuenta, & aliquid ſuperaddit. Et per hũc mo B dum facta ſunt additamenta in artibus, quarum a principio aliquid modicum fuit adinuentum, & poſtmodũ per diuerſos paulatim profecit in magna quantitate, quia ad quamlibet pertinet ſuperaddere id quod deficit in conſideratione prædeceſſorum. Si autem econtrario, exercitium ſtudij prætermittatur, tempus eſt magis cauſa obliuionis, vt dicitur in. 4. Phyſic. & quantũ ad vnum hominẽ, qui ſi ſe negligentiæ dederit, obliuiſcetur quod ſciuit, & quantum ad diuerſos. Vnde uidemus multas ſcientias, quæ apud antiquos viguerunt, paulatim ceſſantibus ſtudijs in obliuionem abijſſe. Deinde cum dicit. Tex. 128.

d ¶ Oſtẽdit, quõ ſit proſequẽdũ id qđ reſtat. Et primo hoc proponitur in generali reducẽs ad memoriã ea, quæ ſupra in proœmio dicta ſunt, ꝙ. ſ. non oportet ſimiliter exquirere certitudinẽ in oĩbus, ſed in ſingulis ſcđm ſubiectã materiã, prout. ſ. proprium eſt illi doctrinæ, quæ circa illã materiã uerſatur. Secundo ibi.

e ¶ Manifeſtat, quod dixerat in ſpeciali. Et primo, quantum ad id, quod diuerſimode in diuerſis obſeruari oportet. Secundo,

viri bene hoc & optime. Vnum quodque autem bene ſecundũ propriam virtutem perficitur. Si autem hoc humanum bonũ animæ operatio ſit ſecundum virtutẽ. Si aute plures virtutes ſcđm ꝑfectiſsimã & optimam.

g Amplius autem in vita perfecta. Vna enim hirundo nõ facit ver, nec vna dies. Ita vtique nec beatum & fœlicẽ vna dies, neque paruum tempus. B

## LECTIO XI.

CIrcumſcribitur quidẽ igitur bonum ita. Oportet enim forte figuraliter dicere primum, deinde poſterius deſcribere. C

b Videbitur autem vtique hominis eſſe perducere & particulatim diſponere, quę bene habentia circumſcriptionem.

c Et tempus talium inuentor vel cooperator bonus eſſe. Vnde & artium facta ſunt additamenta. Omnis enim eſt apponere, quod deficit.

d Meminiſſe autẽ & prędictorũ oportet, & certitudinẽ nõ ĩ omnibus ſimiliter exquirere, D ſed in ſingulis ſecundũ ſubiectã materiam, & in tantum, quantum proprium eſt doctrinę.

e Etenim tector & geometra differẽter q̃dẽ inquirunt rectã. Hic quidẽ enim inquantum eſt

*ſiunt. Singula autem bene per propriam virtutem efficiuntur. Quæ cũ ita ſint, ſit ut bonum humanum animæ ſit operatio per virtutem. Et ſi plures ſint virtutes, per optimam nimirum & perfectiſſimam.*

*Et inſuper in vita perfecta. Ver enim, nec vna facit hirundo, nec vnus dies, & beatum hominem eodem modo, fœlicemue, nec vnus dies, nec breue vllum efficit tempus.*

## LECTIO XI.

*SVmmum igitur bonum hoc circumſcriptum ſit modo. Primum namque forſitan, vt figuram quandam deſcribere, poſtea depingere ipſum oportet.*

*Videtur autem cuiuslibet eſſe ea, quæ bene ſunt circumſcripta producere, & explicare atque exponere.*

*Tempuſque talium inuentor eſt, aut adiutor bonus. Vnde & artium facta ſunt incrementa. Eſt enim cuiuſuis, id quod deeſt ſupplere, ac addere.*

*Oportet autem & ea, quæ ſupradiximus in memoria habere, & ipſum exactum non in omnibus eodem modo, ſed in ſingulis, & vt patitur ſubiecta materia, & eouſque quouſque ad doctrinam attinet flagitare.*

*Nam faber & geometres, diuerſo modo angulum rectum inquirunt. Alter enim quoad vtilis eſt, ad opus.*

quantum ad id, quod communiter in omnibus obſeruandum eſt, ibi. { Pertranſire autem oportet &c. } Circa primum tradit triplicem diuerſitatem. Quarum prima eſt ſecundum differentiam ſcientiæ practicæ & ſpeculatiuæ. Vnde dicit, quòd tector. i. artifex operatiuus, & geometra, qui eſt ſpeculatiuus, differenter inquirunt de linea recta. Artifex quidem operatiuus, vtpote carpentarius inquirit de linea, inquantū eſt vtile ad opus, vtpote ad ſecandum lignum, vel aliquid aliud huiuſmodi faciendum, ſed Geometra inquirit quid eſt linea, & quale, & qd ſit, conſiderando proprietates & paſſiones ipſius, quia Geometra intendit ſolā ſpeculationē veritatis. Et ſecundū hunc modum faciendum eſt ī alijs ſcientijs operatiuis, vt non ſequatur hoc inconueniēs, vt in ſcientia operatiua fiant ſermones plures, ad opera non pertinentes; puta, ſi in hac ſcientia morali aliquis vellet pertractare omnia, quæ pertinent ad rationē & alias partes animæ, oporteret de hoc plura dicere, quàm de ipſis operib⁹. Eſt enim in vnaquaque ſcientia vitioſum, vt homo moretur in his, quæ ſunt extra ſcientiam. Aliam autem diuerſitatem tangit, ibi.

f ¶ Quæ attenditur ſecundum differentiam principiorum, & eorum quæ ſunt ex principijs. Et dicit, quòd non eſt in omnibus eodem modo cauſa inquirenda. Alioquin procederetur in infinitum in demonſtrationibus. Sed in quibuſdā ſufficit, quòd bene demonſtretur, ideſt manifeſtetur, quòd hoc ita eſt, ſicut in his, quę accipiuntur in aliqua ſciētia, vt principia, quia principiū oportet eſſe primū. Vnde non poteſt reſolui in aliqd prius. Ipſa autem principia non eodē modo manifeſtantur. Sed quædā cōſiderantur inductione, quæ eſt ex particularibus imaginarijs, vtputa ꝙ omnis numerus eſt par, aut impar. Quædā vero accipiūtur ſenſu, ſicut in naturalibus, puta quòd omne quod viuit, indiget nutrimento. Quædam vero conſuetudine, ſicut in moralibus, vtpote quòd concupiſcentiæ diminuuntur, ſi eis non obediamus. Et alia etiam principia aliter manifeſtantur, ſicut in artibus operatiuis accipiuntur principia per experientiam quandam. Deinde cum dicit.

g ¶ Determinat modum quantum ad id quod eſt communiter obſeruandum in omnibus. Et dicit, quòd homo debet inſiſtere ad hoc, quòd ſingula principia pertranſeat, ſcilicet eorum notitiā accipiendo, & eis vtēdo, ſēm ꝙ nata ſunt cognoſci, & ſtudendum qualiter determinētur in hoīs cognitione, vt ſcilicet ſciat diſtinguere principia abinuicem, & ab alijs. Cognitio enim

F principiorum multum adiuuat ad ſequentia cognoſcenda, principiū enim videtur plus eſſe, quàm dimidiū totius, quia. ſ. oīa alia quæ reſtant, continentur in principijs. Et hoc eſt quod ſubdit, quòd per vnum principium bene intellectum & conſideratum, multa fiunt manifeſta eorum quæ quæruntur in ſcientia.

vtile ad opus. Hic autem, quid eſt, vel quale quid. Speculator enim eſt veri. Secundum eundem itaque modum, & in alijs eſt faciendum, vt nō extra opera operibus plura fiant.

f Non expetēdū autē, neq; cauſam in oībus ſimiliter. Sed ſufficiens, & in quibuſdā hoc ſi determinātur bene: vtputa, ſicut circa principia. Hoc autem primum eſt & principium. Principiorum autem hæc quidem inductione cōtemplata ſunt. hæc vero ſenſu. hæc autem conſuetudine quadā. et alia āt aliter.

g Pertranſire aūt, vt oportet tētandum ſingula ſecūdū ꝙ innata ſunt, & ſtudendum qualiter terminentur bene. Magnū enim habēt auxilium ad ſequētia. Videtur igitur enim, pluſquàm dimidiū totius eſſe principium, & multa manifeſta fieri ꝑ ipſum eorū, quæ quærūtur.

*Alter quid nam ſit, & quale quid ipſum inquirit. Contemplator enim eſt veritatis. Idem modus, & in cæteris eſt ſeruandus, ne his, quæ inſtituimus agere, plura fiant ea, quæ fines illorum egrediuntur.*

*Nec in omnibus ſimili modo cauſa poſtulanda eſt. Sed ſat eſt in quibuſ-* G *dam ſi bene demonſtrata fuerint eſſe. Quod quidem, & in ipſis principijs ſit, atque hic modus primus eſt, & principium. Principium autem alia inductione, alia ſenſu, alia aſſuetudine quadam, alia alio modo perſpiciuntur.*

*Enitendum eſt autem ſingula pertractare, vt ſuapte natura percipi poſſunt, & adhibenda eſt diligentia, ut* H *bene definiantur. Nam magnam ad ea quæ ſequuntur, afferunt opem. Principium enim pluſquam dimidiū totius eſſe videtur, & eorum, quæ quæruntur complura per ipſum manifeſta fieri ſolent.*

## LECTIO XII.

Scrutandum vtique de ipſo non ſolum ex cōcluſione, & ex quibus ſermo, ſed ex dictis de ipſo. Vero quidem enim omnia conſonant exiſtentia. Falſo autem cito diſſonat verum.

b Diuiſis itaq; bonis tripliciter, et his quidem exterius dictis. His autem circa animam, & corpora. Circa animā principaliſsime dicimus & maxime bona. Actus autem & operationes animales circa animam ponimus. Quare bene vtiq; dicēt ſm̄ hāc opinionē antiquam exiſtētē & cōfeſſā a Philoſophis.

## LECTIO XII.

*Conſiderādum eſt igitur de ipſa, non ex concluſione ſolum, & ijs ex quibus eſt* I *ipſa ratio, ſed ex ijs etiam, quæ de ipſa dicuntur. Vero namque omnia quæ competūt, conſona ſunt, a falſo autem cito ipſum diſcrepat verum.*

*Cum igitur bona in tria ſint diuiſa, & alia externa, alia circa animam, alia circa corpus bona dicantur, ea quæ ſunt circa animam propriiſſime maxime dicimus bona. At actus & operationes animæ circa animam eſſe ponimus, quare hac opinione cum antiqua tum a philoſophantibus conceſ-* K *ſa benedicitur.*

## LECTIO XII.

Poſtquam Philoſophus oſtēdit in generali quid ſit fœlicitas, hic intendit confirmare ſententiam ſuam, quam de fœlicitate præmiſit, per ea, quę de fœlicitate dicuntur. Et circa hoc duo facit. Primo dicit de quo eſt intētio. Secundo exequitur propoſitum, ibi. { Diuiſis itaq; &c. } Dicit ergo primo, ꝙ principium maxime oportet bene determinare. Principium autem in operatiuis eſt vltimus finis. Ad hoc autem, quòd diligentior de eo conſideratio habeat, ſcrutandum eſt non ſolum per concluſiones & principia, ex quibus ratiocinantis ſermo procedit, ſed etiam ex his, quæ dicuntur de ipſo, ideſt de vltimo fine, ſiue de fœlicitate. Et huius rationē aſſignat, quia omnia cōſonāt vero. Et huius ratio eſt, quia vt dicetur ī ſexto huius, verū eſt bonum intellectus. Bonum autem, vt dicitur in hoc libro cōtingit vno modo, ſcilicet concurrentibus omnibus, quæ pertinent ad perfectionē rei. Econuerſo autē malū contingit multipliciter, ſcilicet per cuiuſcumque debitæ conditionis defectū. Non autem inuenitur aliquod malum in quo totaliter ſit bonum corruptum, vt dicetur in quarto huius, & ideo omnia concordant bono, nō ſolum bona, ſed etiā mala, ſecundum hoc, quòd aliquid retinēt de bono. Et ſimiliter omnia falſa concordant vero, inquantum aliquid retinent de ſimilitudine veritatis. Nō enim eſt poſſibile, quòd intellectus opinantis aliquod falſum, totaliter priuetur cognitione veritatis. Sed per uerum ſtatim dijudicatur falſum, utpote ab eo deficiēs. Et hoc eſt quod ſubdit, quòd falſo diſſonat uerum, ſicut ab obliquo diſſonat rectum. Deinde cum dicit.

b ¶ Proſequitur intentum. Et primo quantū ad ea quæ ab alijs de fœlicitate dicuntur. Circa primum duo facit. Primo oſtendit, quòd prædictæ ſententiæ (quantum ad ea, quę ab ipſo ſupra de fœlicitate ſunt dicta, ibi. Confeſſa autē de fœlicitate) cōueniūt ea, quæ concorditer ab alijs dicuntur. Secundo, ꝙ cōueniunt et ea in quibus alij diſcordant, ibi. { Videntur autē & quæſita &c. } Circa primum duo facit. Primo oſtendit, quòd dictæ deſcriptioni fœlicitatis concordant ea, quæ communiter a ſapientibus dicuntur.



dicuntur. Secundo oſtendit idem de his, quæ dicuntur communiter ab omnibus, ibi. { Conſonat autem rationi, &c. } Primum oſtendit dupliciter. Primo quidem diuidendo bona humana in tria. Quorum quędam ſunt exteriora, ſicut diuitiæ, honores amici & alia huiuſmodi, quædam vero interiora; & hęc rurſus diuidūtur in duo genera. Quia quædam eorum pertinent ad corpora, ſicut robur corporis, pulchritudo & ſanitas: quædā vero pertinēt ad animam, ſicut ſcientia & virtus & alia huiuſmodi, inter quæ bona, prīcipaliſſima ſūt ea, quæ pertinent ad animam, nam res exteriores ſunt propter corpus; corpus autē propter animam, ſicut materia propter formam, & inſtrumētum propter agens principale. Et hæc eſt communis ſentētia omnium Philoſophorū, ſcilicet quòd bona aīæ ſunt principaliſſima. Sed circa alia bona diuerſimode ſenſerunt Stoici & Perhypatetici, nā Stoici poſuerunt alia bona non eſſe hominis bona, eo quòd eis nō ſit homo bonus. Perhypaterici autē, ideſt ſectatores Ariſt. poſuerunt bona quidē exteriora eſſe minima bona, bona autē corporis quaſi media, ſed bona principaliſſima ponebāt bona animæ, quibus homo eſt bonus. Alia vero ſecundum eos dicūtur bona, inquātum inſtrumentaliter ipſis principalibus deſeruiunt. Et ſic fœlicitas cum ſit principaliſſimum bonum, in bonis animę eſt ponendum. Vnde manifeſtum eſt, quòd ponere fœlicitatem in operatione animæ rationalis, vt ſupra diximus, conueniens eſt ſecundum hāc opinionem antiquam & communem omnibus Philoſophis, ꝙ ſcilicet principaliſſima bonorum ſint ea, quæ ſunt ſecundum animam. Secundo, ibi.

c ¶ Oſtendit idem alio modo. Eſt enim duplex genus operationum animæ. Quarum quædam tranſeunt in exteriorem materiam, ſicut texere & ædificare. Et huiuſmodi operationes non ſunt fines, ſed operata ipſorum, ſcilicet pannus contextus, & domus ædificata. Quædam vero operationes animæ ſunt in ipſo operante manentes, ſicut intelligere & velle. Et huiuſmodi operationes ſunt fines. Recte ergo dictum eſt, quòd ipſi actus & operationes ſunt fines, dum ſcilicet poſuimus fœlicitatem eſſe operationem, & non aliquid operatum. Sic enim fœlicitas ponitur aliquid bonorum, quæ ſunt circa animam, & non aliquid eorū, quæ ſunt exterius. Operatio enim manens in agente, ipſamet eſt perfectio & bonum agentis. In operibus autem, quæ procedunt exterius, perfectio & bonum in exterioribus effectibus inuenitur. Vnde non ſolum pręmiſſa ſententia conuenit poſitioni Philoſophorum, ponentiū bona animæ eſſe principaliſſima, per hoc, ꝙ fœlicitatē poſuimus circa operationē aīæ, ſed etiā per hoc, ꝙ ipſam operationē poſuimus fœlicitatē. Deinde cū dicit.

d ¶ Oſtendit, quòd præmiſſæ ſententiæ conuenit illud etiā in quo omnes de fœlicitate conueniunt. Dictum eſt enim ſupra, ꝙ bene viuere, & bene operari, idem exiſtimant omnes, quòd fœlicem eſſe. Et huic rationi, ideſt notificationi fœlicitatis conuenit prædicta aſſignatio, quia fere nihil aliud videtur eſſe bona vita, quàm bona opatio, qualis videtur eſſe fœlicitas. Viuere enim il-

A la dicuntur, quæ ex ſe mouētur ad operandū. Deinde cum dicit.

e ¶ Oſtendit, quòd præmiſſæ ſententiæ conueniunt etiam ea in quibus alij differūt. Et circa hoc tria facit. Primo proponit ea, in quibus homines differunt circa fęlicitatem. Secūdo oſtendit, quòd ſingulę eorum præmiſſæ ſententiæ conueniunt, ibi. { Dicentibus quidē &c. } Tertio, mouet ex pręmiſſis quandam quæſtionem, & ſoluit, ibi { Vnde & quæritur, &c. } Circa primum tria facit Primo proponit, quod intēdit, ſcilicet quòd omnia, quę ſunt a diuerſis diuerſimode circa fœlicitatem quæſita, vidētur exiſtere dicto. i. ſaluari cum prædicta opinione. Secundo ibi.

f ¶ Ponit diuerſas opiniones de fœlicitate. Quarum prima eſt, quòd felicitas ſit virtus. Et hæc ſubdiuiditur in tres. Quidam enim poſuerūt, ꝙ vniuerſaliter quælibet virtus ſit fœlicitas, vel ſpecialiter virtus moralis, quæ eſt perfectio appetit⁹ rectificati per rationē. Quibuſdam vero videtur, quòd prudentia fœlicitas ſit, quæ eſt perfectio practicę rationis. Alijs autem videtur, quòd fœlicitas ſit ſapientia, quæ eſt perfectio ſumma rationis ſpeculatiuæ. Secunda opinio eſt, quòd omnia, vel aliquod horum ſit fœlicitas, ſed oporteat adiungi voluptatem, & hæc ſubdiuiditur in partes duas. Nam quidam poſuerūt virtutem cum voluptate, quaſi ex æquo eſſe fœlicitatem. Alij vero poſuerunt, quòd fœlicitas eſt virtus non ſine voluptate, quaſi ſecundario ſe habente ad fœlicitatem. Tertia opinio eſt, quòd quidam cum his comprehendunt ad complementum fœlicitatis abundantiam exteriorum bonorum, puta diuitiarum, & aliorum huiuſmodi. Tertio ibi.

g ¶ Aſſignat differentiam opinantium prædicta. Et dicit, quòd quædam dicta prædictorum, ſcilicet quòd voluptas & diuitiæ requirantur ad fœlicitatem, dixerunt multi, ideſt vulgares homines & antiqui viri, qui ſcilicet erant in talibus minus exercitati. Alij vero, ſcilicet ꝙ in bonis animæ eſſet fœlicitas dixerunt pauci & glorioſi viri, ideſt in ſcientia famoſi. Non eſt autem probabile, quòd aliqui eorum in omnibus errauerint, ſed quilibet eorum in vno, vel in pluribus recte ſenſit. Deinde cum dicit.

h ¶ Oſtendit, quòd prædictæ opiniones conueniunt cum præmiſſa aſſignatione fœlicitatis. Et primo oſtendit de prima opinione, quæ poſuit virtutem eſſe fœlicitatem. Secundo de ſecunda, quæ addit voluptatem, ibi. { Eſt autem & uita ipſorum &c. } Lectio. 13.
Tertio de tertia, quæ addit exteriora bona, ibidem ibi. { Differunt autem. } Videtur tamen eorum &c. Circa primum duo facit. Primo oſtendit, quòd prima opinio conueniat cum ſua ſententia. Secundo oſtendit in quo ſua ſententia melior ſit. Dicit ergo quòd illis qui dicunt fœlicitatem eſſe uirtutem omnē, vel aliquam, concordat ratio fœlicitatis ſuperius poſita, quòd ſcilicet ſit operatio ſecundum uirtutem. Manifeſtum eſt enim, quòd operatio ſecundum uirtutē, eſt aliquid uirtutis. Deinde cū dicit.

i ¶ Oſtendit, quòd ſuum dictum melius ſit. Et primo per rationem. Secundo per humanam conſuetudinem, ibi. { Quemadmodum. } Dicit ergo primo, quòd ſicut non parum differt

c Recte autem, quoniā & actus quidam dicuntur & operationes finis. Ita enim & eorū, quę circa animā ſunt bonorū fiet, & non eorum, quæ exterius.

d Conſonat autem rationi, & bene viuere, & bene operari fœlicem. Ferè enim bona vita quædā dicta eſt bona operatio.

e Videntur autem & quæſita circa fœlicitatem omnia exiſtere dicto.

f His quidē. n. virtus, his vero prudētia, alijs autē ſapiētia q̄dam eſſe videtur. His autē hæc, vel horum aliquid cū voluptate, vel non ſine voluptate. Alij autem & eam, quæ exterius eſt abundantiam compręhendūt.

g Horum autem hoc & quidē multi & veteres dicunt. Hoc autem pauci & glorioſi viri. Neutros autem horum rationabile peccare in vniuerſis, ſed & vnū aliquid, vel plura dirigere.

h Dicentibus quidē igitur omnem virtutem, vel virtutē quandam concors eſt ratio noſtra. Huius enim ſecundum ipſam operatio.

i Differt autem forte nō parū in poſſeſsione vel vſum optimū

*Finem ipſum actus quoſdam & operationes eſſe, ſic enim fit, ut ſit ex ipſis animæ bonis, & non ex bonis externis.*

*Conſonum eſt etiā ipſi rationi, & id quod dicitur fœlicem, inquam, bene* B *uiuere, beneq; agere. Fere enim bona quædā uita, bonaq; actio dictum eſt.*

*Cuncta præterea, quæ circa fœlicitatem quæruntur ei, quod dictum eſt ineſſe uidentur.*

*Aliis nanque uirtus, aliis prudentia, aliis ſapientia quædam, aliis hæc, aut horum aliquid cum uoluptate, aut non ſine uoluptate fœlicitas eſſe uidetur. Sunt & qui externam etiam affluentiam ſimul accipiunt.* C

*Atque hæc partim multi & antiqui, partim pauci uerique dicunt præclari, quorum neutros tota uia aberrare, ſed aliqua ex parte, & in pluribus uera attingere conſentaneum eſt rationi.*

*Eorum igitur ſententiæ qui uel omnem, uel aliquam uirtutem fœlicitatem aſſerunt eſſe, ipſa ratio conſona eſt. Huius eſt enim ea operatio,* D *quæ per ipſam efficitur.*

*Intereſt autem fortaſſe non parum in poſſeſſione, an in uſu & in habitu,* E

conſiſtere, vt in habitu, vel operatione. Habitum enim contingit nullum bonũ perficere exiſtentem, vtputa dormienti, aut & aliter qualiter ocioſo. Operationem autem non poſsibile eſt. Operabitur enim ex neceſsitate, & bene operabitur.

k Quemadmodum autem in Olympia non optimi & fortiſſimi coronantur, ſed agonizantes. Horum enim quidam vincunt, ita & eorum, qui in vita bonorum & optimorum operãtes recte, illuſtres fiunt.

*an in operatione ſummum conſiſtere bonum putare. Fieri enim poteſt, vt habitus quidem & ſi ineſt, nullum efficiat bonum, vt in dormiente, vel etiam alio modo quodam ocioſo facto, vt operatio autem nihil efficiat boni fieri nequit, qui namque operatur: aget utique neceſſario, & bene etiam aget.*

G *Atque ut in Olympia non hi, qui ſunt elegantiſſimi forma, præſtantiſſimique robore, ſed ii qui decertant coronis aſſiciuntur, ipſorum enim aliqui vincunt, ſic & qui bene agunt eorum, que ſunt in uita pulchra bonaque compotes fiunt.*

## LECTIO XIII.

EST autẽ vita ipſorũ ſecundum ſeipſam delectabilis.

b Delectari quidem enim animalium eſt. Vnicuique autem eſt delectabile ad quod dicitur amicus, vtputa equus quidem amanti equum: ſpectaculum autem amanti ſpectaculum. Eodem autem modo & iuſta amanti iuſtum, & omnino, quę ſecundum virtutem amanti virtutem.

c Multis quidem igitur delectabilia aduerſantur adinuicẽ, quia non naturalia ſunt. Amantibus autem bonum ſunt delectabilia, quę natura ſunt delectabilia. Tales autem ſecundũ virtutem operationes. Quare & his delactabiles & ſecundum ſeipſas.

d Nihil autẽ indiget voluptate vita eorum quaſi adiuncto aliquo. Sed habet voluptatem in ſeipſa.

e Cum dictis. n. nullus eſt bonus, q non gaudet bonis operationibus. Neque enim iuſtum vtique aliquis diceret, non gaudentem iuſta operatione, neq; liberalem non gaudentem liberalibus operationibus. Similiter aũt & in alijs. Si aũt ſic, ſecũdũ ſeipſas vtiq; erũt ſecundum virtutẽ opatiões delectabiles.

## LECTIO XIII.

H EST *autem uita ipſorum per ſe iocunda.*

*Nam uoluptate quidem affici e[x] his eſt, quæ ad animam pertinent. Id autem eſt cuique uoluptati, cuius amator dicitur unuſquiſque, ut equus equorum amatori, & ſpectaculum ſpectaculorum identidem amatori. Eodem modo & amatori iuſtorum iuſta, & omnino uirtutum amatori, ea quæ per uirtutem efficiuntur.*

I *Quæ igitur uoluptati ſunt uulgo, eo repugnantia ſunt, propterea quòd non natura talia ſunt, ſed amatoribus boneſtatis, ea ſunt uoluptati, quæ ſunt natura iocunda. Tales autem hæ ſunt actiones, quæ a uirtute emanant. Quare & his ipſæ ſunt uoluptati, atque per ſeipſas iocundæ.*

*Ipſorum igitur uita non indiget uoluptate tanquam aliqua foris adiungenda, ſed habet in ſeipſa uoluptatem.*

K *Præter enim ea, quæ dicta ſunt, neque bonus is eſt, qui bonis & boneſtis actionibus non delectatur. Nam neque iuſtum eum quiſquam dixerit, qui iuſtis non gaudet, neque liberalem enim qui liberalibus actionibus non delectatur, & in cæteris eodem modo. Quòd ſi hæc ita ſunt, actiones eſſe, quæ a virtute proficiſcuntur per ſeipſas ſunt voluptati, atque iocundæ.*

F in exterioribus rebus, quod quis optimum ponat in poſſeſſione alicuius rei, vel in vſu eius, qui eſt manifeſte melior, quàm ſit poſſeſſio, ita etiam ſe habet circa habitum virtutis & operationem, quæ eſt vſus eius qui eſt melior. Poteſt enim eſſe habitus in eo, qui nullum bonum facit, ſicut in dormiente, vel in eo, qui qualitercumque eſt ocioſus. Sed de operatione non eſt hoc poſſibile. Ex neceſſitate enim ſequitur, quòd ille operetur, cui ineſt operatio, & quòd bonum operetur ſi inſit ei operatio ſecundũ virtutem. Vnde operatio ſecundum virtutem eſt perfectior q̃ ipſa virtus. Deinde cum dicit.

k ¶ Manifeſtat idem per cõſuetudines humanas. Circa quod ſciendum eſt, quòd ĩ Macedonia eſt quidam mõs altiſſimus, qui vocatur Olympus, in quo fiebant quidam ludi ad exercitium pugnæ, qui vocabantur Olympiades, in quibus non corohabantur aliqui ex hoc, quòd fortiſſimi eſſent pugnatores & optimi, ſed ſolum illi qui agonizabant, quorum aliqui vincebant. Qui autem non pugnabant non poterant vincere. Ita etiam de numero ipſorum, qui ſunt boni & optimi in vita virtuoſa, illi ſoli fiunt illuſtres & fœlices qui recte operantur. Vnde melius dicitur, quòd operatio ſecundum virtutẽ ſit fœlicitas, quàm ipſa virtus.

LECTIO XIII.

POſtquam Philoſophus oſtẽdit de prima opinione, quæ ponit fœlicitatẽ eſſe virtutem, in quo conueniat cum diffinitione ſupra poſita, & in quo ab ea deficiat, oſtendit nunc idẽ circa ſecundam opinionem, quæ poſuit fœlicitatem eſſe virtutem cum delectatione. Et circa hoc duo facit. Primo oſtendit in quo conueniat hæc poſitio cũ ſua ſententia. Secundo oſtendit in quo deficiat, ibi. {Nihil autem indiget voluptate &c.} Circa primum duo facit. Primo proponit quod intendit. Secundo manifeſtat propoſitũ, ibi {Delectari quidem enim &c.} Dicit ergo primo, ꝙ vita eorum, qui operantur ſecundum virtutem, eſt ſecundum ſe delectabilis. Et ita fœlicitati quam ponimus in operatione virtutis, nõ deeſt delectatio, quã ſecundũ iſtos fœlicitas requirit. Deinde cũ dicit.

b ¶ Probat propoſitum. Et primo oſtendit, quòd in operatione virtutis ſit delectatio. Secundo oſtendit, quòd hæc delectatio eſt potior alijs, ibi. {Multis quidem igitur &c.} Dicit ergo primo, quòd delectari eſt proprium animalium. Quamuis enim appetitum aliquem naturalem attribuamus rebus inanimatis, delectationem tamen non attribuimus niſi cognitionem habẽti. Ex quo datur intelligi, quòd delectatio proprie ꝑtinet ad operationes animæ, in quibus ponitur fœlicitas. In huiuſmodi. n. operationibus, vnicuique eſt delectabile id, cuius dicitur eſſe amicus. Sicut enim amans deſiderat rem ſi abſens fuerit, ita delectatur in ea ſi fuerit præſens. Sicut equus eſt delectabilis amanti equum, & ſpectaculum amanti ſpectaculum. Vnde manifeſtũ eſt, quòd vnuſquiſque virtuoſus, amat operationẽ propriæ virtutis, vtpote ſibi conuenientem. Vnde iuſto inquantũ amat iuſtitiam, delectabile eſt operari iuſta. Et vniuerſaliter operationes, quę ſũt ſecundum virtutem ſuam delectabiles virtuoſis virtutem amãtibus. Deinde cum dicit.

c ¶ Oſtendit hãc delectationem eſſe potiorem alijs. Et proponit quod ea, quæ ſunt delectabilia multitudini vulgarium hominum, ſunt contraria adinuicem. Sicut prodigus delectatur in effuſione. Illiberalis in ſuperflua retentione. Et hoc ió eſt, quia delectationes tales non ſunt ſecundundum naturã hominis, quæ eſt omnibus cõmunis. Nõ enim ſunt ſecundum rationem, ſed ſecundum corruptionem appetitus a ratione deficientis. Sed illis, qui amãt bonum virtutis ſunt delectabilia ea, quæ ſunt ſecũdum naturam delectabilia, quæ ſcilicet conueniunt homini ſecundum rationem, quæ eſt perfectio naturæ ipſius. Et propter hoc, omnes virtuoſi in eiſdem delectantur. Tales autem ſunt operationes ſecũdum virtutem, ſcilicet naturaliter delectabiles homini, tũ quòd ſecundum rationem recta. Et ideo non ſolum ſunt delectabiles quo ad ipſos homines, ſed etiam ſunt delectabiles ſecundũ ſeipſas. Operatiões aũt vitioſæ, ſũt delectabiles quo ad ipſos hoies, q̃bus ſũt cõformes, ſ̃m habit⁹ corruptos quos habent. Cũ igitur id qđ eſt ſ̃m ſe & naturaliter tale ſit poti⁹, delectatio ſecũdũ opationẽ virtutis erit delectabilior alijs. Deinde cũ dicit.

d ¶ Oſtendit quomodo prædicta poſitio deficiat a veritate. Et circa hoc duo facit. Primo proponit quod intendit. Secundo manifeſtat propoſitum, ibi. {Cum dictis enim &c.} Eſt ergo conſiderandum circa primum, quòd dicentes virtutem cum voluptate eſſe fœlicitatem, videbantur innuere, quòd virtus ad complementum fœlicitatis indigeat extrinſeca voluptate. Sed ipſe hoc excludit dicens, quòd vita eorum qui operãtur ſecundum virtutem, non indiget voluptate, quaſi aliquo extrinſeco adiuncto, ſed habet voluptatem in ſeipſa. Deinde cum dicit.

e ¶ Manifeſtat quod dixerat. Et circa hoc tria facit. Primo probat, quòd vita virtuoſa habet delectationẽ in ſeipſa. Secũdo oſtendit



f Quinimmo, & pulchræ & bonæ. Et maxime horum vnumquodque ſi bene iudicat de his ſtudioſus. Iudicat autem vt diximus. Optimum ergo & pulcherrimum & delectabiliſsimum fœlicitas.

g Et non diuiſa ſunt hæc ſecundum Deliacam ſuperſcritionẽ. Optimum iuſtum. Deſideratiſſimum autem ſanum eſſe. Delectabiliſsimũ vero quo qs optat frui. Omnia enim exiſtunt hæc optimis operationibus. Has autem vel vnam harum optimam dicimus eſſe fœlicitatem.

h Videtur tamen & eorũ quæ exterius ſunt bonorũ indigẽs, quemadmodum diximus.

i Impoſsibile. n. vel non facile bona operari impotentem tribuere exiſtentem. Multa quidẽ enim opata ſunt, quẽadmodũ diximus per organa, ꝑ amicos, per diuitias, & per ciuilem potentiã. Quibuſdam autem denudati coinquinant beatitudinẽ, vtputa nobilitate, bona prole, pulchritudine. Non omnino enim fœlix, qui ſpecie turpiſsimus, vel ignobilis, vel ſolitari⁹, & ſine prole. Amplius autẽ forte fœlix minus, ſi cui peſsimi filij ſunt, vel amici, vel boni exiſtentes mortui ſunt. Quemadmodum igitur diximus videtur indigere & tali ꝓſperitate.

k Vnde in idem ordinant quidam bonam fortunam fœlicitati. Quidam vero virtutem.

B *At vero bonæ quoque ſunt & etiã pulchræ, atque horum vnumquodque maxime ipſis competit, ſi recte de his ipſe iudicat ſtudioſus, iudicat autem vt eſt dictum. Optimum ergo & pulcherrimum, & iocundiſſimum eſt ipſa fœlicitas.*

*Et non ſe iungũt hæc perinde atq; in illo Deliaco carmine ſeparantur.*

C „ *Summe eſt pulchrum ex Aſtræa, quod gignitur alma.*

„ *Optima ſi valeas, res eſt, quod quilibet optat.*

„ *Sũme ẽ iocũdũ ſi re potiaris amata.*

*Hæc. n. operationibus oĩa cõpetũt. Has autẽ ipſas, aut vnã ipſarũ, quæ ſit optima fœlicitatẽ ipſam dicimus eſſe.*

*Videtur tamen & externis indigere bonis, vt diximus.*

*Fieri enim non poteſt, aut non facile ſit, vt is res agat præclaras, cui facultates deſunt. Multa namque per*

D *amicos, per diuitias, per ciuilem potentiam, tanquam per inſtrumenta aguntur, quibuſdam autem carentes vt nobilitate, bona prole, pulchritudine beatitudinem maculant. Non enim ſatis ad fœlicitatem idoneus eſt, qui penitus eſt deformis, aut ignobilis, aut ſolitarius ſine prole, & minus etiam fortaſſe ſi cui perpraui ſint filii, uel amici, aut boni mortui ſint. Vt igitur diximus, uidetur fœlicitas, & talis indigere proſperitatis.*

E

*Vnde quidam proſperitatem fortunæ, quidam uirtutem fœlicitatem eſſe dicunt.*

A oſtendit, quòd inſuper habet pulchritudinem & bonitatem ſecundum excellentiam, ibi. {Quinimmo & pulchre &c.} Tertio excludit quandam ſententiã falſam, ibi. {Et nõ diuiſa ſunt &c.} Dicit ergo primo, quòd dictis rationibus quibus oſtenſum eſt operationes ſecundum virtutem eſſe naturaliter delectabiles, etiam addendum eſt hoc, quòd delectatio eſt de neceſſitate virtutis, & pertinet ad rationem ipſius. Nullus enim eſt virtuoſus qui nõ gaudet bonis operibus. Et hoc manifeſtat per inductionem, quia nullus dicet eũ eſſe iuſtũ, qui nõ gaudet de hoc ꝙ operatur iuſta. Et idẽ eſt in liberalitate, & in qualibet alia virtute. Cuius ratio eſt, quòd vnicuique virtuoſo, operatio propriæ virtutis eſt ei cõueniens ſecundũ proprium habitũ, & per conſequens fit ei delectabilis. Ex quo patet quòd operatiões ſecundum virtutes, ſunt ſecundũ ſeipſas delectabiles. Et ſic nõ requirũt delectationẽ extrinſecam. Deinde cum dicit.

f ¶ Oſtendit, quòd operationes ſecundũ virtutem non ſolum ſunt delectabiles, ſed etiam pulchræ & bonæ. Delectabiles quidem ſunt in ordine ad operantem cui cõueniunt ſecundũ proprium habitum. Pulchræ autem ſecundũ ordinem debitũ circũſtantiarum quaſi quarumdã partium. Nam in debita commenſuratione partium pulchritudo cõſiſtit. Bonæ autem ſunt, ſecundum ordinem ad finem. Addit autem, quòd vnumquodque horũ triũ maxime cõuenit eis. Et hoc probat per iudicium ſtudioſi. Qui cum habeat rectum ſenſum circa operabilia humana, verum habet iudicium circa ea. Sicut ille qui habet guſtum ſanum, verum habet iudicia circa ſapores. Sed ſtudioſus iudicat operationes ſecundum virtutem eſſe maxime delectabiles & pulchras & bonas, vtpote pro quib⁹ omnia delectabilia & pulchra, & bona præmittit. Cum igitur in operationibus virtutum conſiſtat fœlicitas, conſequens eſt quòd fœlicitas ſit optimum & pulcherrimũ & delectabiliſſimum. Deinde cum dicit.

g ¶ Excludit a propoſito quandam opinionem. Ad cuius euidentiam conſiderandum eſt, quòd apud Delos in templo Apollinis erat ſupraſcriptum quod optimum eſt, id quod eſt iuſtiſſimum. Deſideratiſſimum eſt, ſanum eſſe. Delectabiliſſimum autem eſt id quo quis optat frui. Sed Philoſophus dicit, quòd iſta tria non conueniunt diuerſis, ſed omnia conueniunt operationibus, quæ ſunt ſecundum virtutem, in quibus vel in quorum optima conſiſtit fœlicitas. Vnde vnum eſt, ſcilicet fœlicitas, qđ eſt optimum & pulcherrimum deſideratiſſimum, ſiue delectabiliſſimum. Deinde cum dicit.

h ¶ Accedit ad tertiam opinionem, quæ ponebat, quòd ad fœlicitatem requirũtur exteriora bona. Et circa hoc tria facit. Primo proponit in quo hęc opinio veritati conueniat. Secũdo, manifeſtat propoſitum, ibi. {Impoſſibile enim &c.} Tertio inducit concluſionem ex dictis, ibi. {Vnde in idẽ &c.} Dicit ergo primo, ꝙ tertia opinio ſuprapoſita, quantum ad hoc vera videtur eẽ, quòd fœlicitas indiget exterioribus bonis, vt ſupra dictũ eſt. Deinde cum dicit.

i ¶ Manifeſtat propoſitum. Circa quod conſiderandum eſt, quòd exteriorum bonorum quibuſdã indiget fœlicitas, ſicut inſtrumentis quibus indigemus ad exercendum opera virtutis, in quibus conſiſtit fœlicitas. Et quãtum ad hoc dicit, ꝙ eſt ĩpoſſibile vel difficile, quòd homo, q nõ habet diuitias de quibus poſſit donare & expendere, operetur quædam virtuoſa opa. Multa enim opera virtuoſa facimus per amicos, & ꝑ diuitias, & per ciuilem potentiam, puta per hoc quòd aliquis eſt Rex vel Proconſul. Quædam vero exteriorum bonorum ſunt, quæ faciũt quandam pulchritudinem fœlicitatis, inquantum ſcilicet, reddunt hominem placitum in oculis aliorum, quod pertinet ad rationem pulchritudinis. Et quantũ ad hoc ſubdit, quòd denudari quibuſdam exteriorum bonorũ, coinquinat beatitudinẽ, inquantum ſcilicet reddit hominẽ aliqualiter contemptibilẽ in oculis aliorũ, ſicut patet de eo q caret nobilitate, vel bona prole, aut etiã pulchritudine corporali. Non enim eſt omnino fœlix, qui eſt turpis ſpecie, quia ex hoc redditur in oculis aliorum contemptibilis & deſpectus. Et eadem ratio eſt de eo, qui eſt ignobilis, vel qui caret bona prole. Et multo minus eſt fœlix, ſi habeat peſſimos filios vel amicos, quia impeditur ab operatione virtutis. Et ſimiliter etiam repugnat fœlicitati, ſi amici quos bonos habebat, mortui ſunt, quia ex hoc aliqua cauſa triſtitiæ remanet in corde eius. Sic igitur videtur, quod fœlicitas exteriori proſperitate indigeat. Deinde cum dicit.

k Infert concluſionem. Quia. n. fœlicitas cõſiſtit in operatio-

ne virtutis, Indiget tamen aliqualiter exterioribus bonis, quæ dicuntur bona fortunæ, quia multoties fortuito adueniunt homini, vel recedunt. Inde eſt, quòd quidam idem poſuerunt eſſe bonam fortunam & fœlicitatem. Quidam vero dixerunt idem eſſe fœlicitatem & virtutem, vt ſupra dictum eſt.

## LECTIO XIIII.

Nde, & quæritur vtrum eſt diſcibile, vel aſſueſcibile, vel aliter qualiter exercitabile, vel ſecundum quandam diuinam prouidentiam, vel propter fortunam aduenit.

G

b Siquidem igitur, & aliud aliquod Deorum eſt donum hominibus, rationabile & fœlicitatem Dei datum eſſe & maxime humanorum quanto optimum. Sed hoc quidem forte alterius erit vtique perſcrutationis magis proprium.

c Videtur autẽ, & ſi nõ a Deo immiſſum eſt, ſed propter virtutem, & quandam diſciplinam & exercitationẽ hæc aduenit diuiniſſimorum eſſe. Virtutis enim premium & finis optimum videtur, & diuinum quid, & beatum. H

d Erit autem vtiq; & multum commune. Poſſibile enim exiſtere omnibus non orbatis ad virtutem per quandam diſciplinam & ſtudium.

e Si autẽ eſt ita, melius quàm propter fortunam beari, & rationabile habere ſic. Siquidem, quæ ſecundum naturam, vt poſſibile optime habere ſic nata ſunt. Similiter autem & quę ſecundum artem, & omnem cauſam, & maxime ſecundum optimam. I

## LECTIO XIIII.

*Nde & dubitatur, vtrum diſciplina: an aſſuetudine, an alio quodam modo per exercitium acquiri poſſit, an aliqua diuina forte, an & ob fortunam proueniat.*

*Si igitur, & aliquid aliud Deorum eſt munus hominibus, conſentaneum eſt rationi & fœlicitatem a Dijs ipſis dari, & eo magis, quo cæteris humanis bonis eſt præſtabilius. Verum hoc ad aliam magis conſiderationem forſitan pertinet.*

*Videtur tamen, & ſi non a Dijs immortalibus mittitur, ſed virtute diſciplinaue quadam vel exercitatione cõparatur, diuiniſſimum eſſe. Præmium enim finisque virtutis optimum & diuinum quoddam, atque beatum eſſe conſtat.*

*Eſt præterea multum commune. Fieri namque poteſt ut diſciplina quadam, ac diligentia ab uniuerſis ijs cõparetur, qui nullo principio labefactato, idonei sũt ad cõſequẽdũ uirtutẽ.*

*Quòd ſi melius eſt hoc mõ, quàm ob fortunam fœlicem eſſe rem, ita ſe habere conſentaneum eſt rationi. Siquidem ea quæ ſunt ſecundum naturam, ut quàm optime ſeſe habere poſſunt, ſic ſe habent ſuapte natura & ea ſimiliter, quæ per artem conficiuntur, atq; ab oĩ proueniunt cauſa, & ea maxime, q̃ a pſtabiliſſima proficiſcuntur.*

## LECTIO XIIII.

Oſtquam Philoſophus oſtẽdit, quomodo *diuerſæ* opiniones concordant diffinitioni fœlicitatis ſuprapoſitæ, hic inquirit ex conſequẽti de cauſa fœlicitatis. Et primo mouet quæſtionem. Secundo determinat eam, ibi. { Si quidem igitur &c. } Circa primum conſiderandũ eſt, quòd neceſſe eſt fœlicitatem procedere, vel a cauſa per ſe & determinata, vel a cauſa per accidens & indeterminata, quæ eſt fortuna. Si autem a cauſa determinata, & per ſe, aut hoc erit a cauſa humana, aut a cauſa diuina. A cauſa autem humana fit aliquid in nobis tripliciter. Vno modo addiſcendo, ſicut ſciẽtia. Alio modo aſſueſcendo, ſicut virtus moralis. Tertio modo exercitando, ſicut militaris induſtria, & alia huiuſmodi. Proponit igitur quæſtionem trium membrorum, quorum primum pertinet ad cauſam humanã. Et hoc eſt, qđ quærit, vtrum fœlicitas ſit aliquid diſciplinabile, ſicut ſcientia, vel aſſueſcibile, ſicut virtus moralis, vel aliqualiter exercitabile, ſicut induſtria artificialium operationum. Secundum membrum pertinet ad cauſam diuinam, & hoc eſt quod quærit, vtrum fœlicitas ſit in nobis, ſecundum quandam diuinam particulam, & ſecundum qualemcunque participationem alicuius diuinorum ſuper hoĩem exiſtentiũ. Tertiũ aũt membrũ ad cauſam pertinet per accidens, & indeterminatã. Et hoc eſt quod quærit, vtrum fœlicitas adueniat homini propter fortunam. Deinde cũ dicit.

b Determinat prædictam quæſtionem. Et primo quaſi per modum diuiſiuum conſiderando ſingula membra quæſtionis. Secundo, per rationem communem ſumptam ex diffinitione fœlicitatis, ibi. { Manifeſtum eſt autem ex ratione &c. } Circa primum tria facit, Primo oſtendit, quòd maxime rationabile eſt, quòd fœlicitas ſit ex cauſa diuina. Secũdo oñdit, ꝙ tolerabile eſt ꝙ fœlicitas ſit ex cauſa humana, ibi. { Videtur autem &c. } Tertio oſtendit, quòd inconueniens eſt, quòd ſit ex cauſa fortuita, ibi. { Si autem eſt ita &c. } Dicit ergo primo, quòd ſi aliquid aliud ex dono Deorum, ideſt ſubſtantiarum ſeparatarum, quas antiqui Deos vocabant, datur hominibus, rationabile eſt, quòd fœlicitas ſit donum Dei ſupremi, quia ipſa eſt optimũ inter bona humana. Manifeſtũ eſt.n. ꝙ ad altiorẽ finẽ aliquid perducitur ab altiori virtute, ſicut ad altiorem finem perducit ars militaris, quàm frenefactiua. Vnde rationabile eſt, quòd vltim⁹ finis, ſcilicet fœlicitas, pueniat homini ex ſuprema F omnium virtute, ſcilicet Dei ſummi. Quòd autem a ſubſtantijs ſeparatis aliquid detur hominibus, euidens ſit ex ipſa conuenientia hominum ad ſubſtantias ſeparatas, ſecundum intellectualem virtutem. Sicut enim corpora inferiora recipiunt ſuas pfectiones a corporibus ſuperioribus, ita intellectus inferiores ab intellectibus ſuperioribus. Circa hoc autem nõ diutius moratur, ſed hoc dicit magis proprium alterius perſcrutationis, ſcilicet, Metaphyſicæ. Deinde cum dicit.

c ¶ Oſtendit, tolerabiliter dici, quòd fœlicitas ſit a cauſa humana. Quàmuis enim ſit a Deo principaliter, tamẽ ad hoc homo aliquid cooperatur. Hoc autẽ oſtẽdit dupliciter. Primo quidẽ per hoc quòd ſi eſt a cauſa humana, non remouetur id quod eſt proprium fœlicitatis, ſcilicet, ꝙ ſit aliquid optimum & diuinum. Et dicit, quòd ſi fœlicitas non ſit aliquod donum miſſum immediate a Deo, ſed adueniat homini propter virtutem, ſicut aliquid aſſueſcibile, vel propter aliquam diſciplinam, ſicut aliquid diſcibile, vel ꝑpter aliquam exercitationem ſicut aliqd exercitabile, nihilomin⁹ fœlicitas eſſe videtur aliquid diuiniſſimum, quia cum ſit præmium & finis virtutis, ſequitur ꝙ ſit optimum & diuinum aliquid & beatum. Non enim dicitur aliquid diuinũ propter hoc ſolum, quia eſt a Deo, ſed & quia nos Deo aſſimilat propter excellentiam bonitatis. Secundo ibi.

d ¶ Oſtendit idem per hoc, quòd hæc poſitio conueniat fœlicitati, id quod pertinet ad finem alicuius naturę, vt ſcilicet ſit commune aliquod his, quæ habent naturam illam. Nõ enim natura deficit ab eo quod intendit niſi in paucioribus. Et ita ſi fœlicitas eſt finis humanę naturę, oportet quòd poſſit eſſe communis omnibus vel pluribus habentibus humanam naturam. Et illud ſaluatur ſi ſit ex cauſa humana. K Quia ſi ſit per quandam diſciplinam & ſtudium, poterit prouenire omnibus non habentibus aliquod impedimentum ad operandum opera virtutis, vel per defectũ naturæ, ſicut q ſunt naturaliter ſtulti, aut p malã cõſuetudinẽ, q̃ imitat naturã. Ex quo patet, ꝙ fœlicitas de qua Philoſophus loqt̃, nõ cõſiſtit in illa cõtinuitate ad intelligẽtiã ſeparatã, per quã homo intelligat oĩa, vt quidã poſuerũt. Hoc enim nõ prouenit multis, immo nulli in hac vita. Deinde cum dicit.

e ¶ Oſtendit intolerabile eſſe, quòd fœlicitatis cauſa ſit fortuna. Et hoc duabus rationibus, Quarum prima talis eſt. Ea quæ ſunt ſecundum naturam optime ſe habent, ſicut apta nata ſunt. Et idem eſt etiam de omnibus, quę ſunt ſecundum artem, vel ſecundum quamcunque cauſam, & maxime ſecundũ optimã cauſam, a qua videtur fœlicitas dependere, cũ ſit quoddam optimũ. Huius autem ratio eſt, quia & ars & omnis cauſa agens agit propter bonum. Vnde conſequens eſt, quòd vnumquodque agens optime diſponat id quod agit quanto melius poteſt.



Et hoc præcipue videtur de Deo, qui eſt totius naturæ cauſa, & A ideo ea, quæ ſunt ſecundum naturam, videntur ſe habere quanto melius nata ſunt eſſe. Sed melius eſt quòd fœlicitas ſit ex aliqua cauſa per ſe, vel diuina, vel humana quàm a fortuna, quæ eſt cauſa per accidens. Quia ſemper quod eſt per ſe, potius eſt eo, quod eſt per accidens. Ergo fœlicitas non eſt a fortuna Secundam rationem ponit, ibi.

f ¶ Quæ talis eſt Fœlicitas eſt maximum omnium bonorũ humanorum, quia omnia alia ad ipſam ordinantur, ſicut ad finem. Eſſet autem maxime pernicioſum, ſi hoc a fortuna dependeret: quia multo magis alia humana bona eſſent fortuita, & ita ceſſaret humanum ſtudium circa humana bona exequenda, quod eſſet periculoſiſſimum. Sic ergo fœlicitas nõ eſt fortuita. Deinde cum dicit.

g ¶ Soluit prædictã quæſtionem. Et dicit manifeſtum eſſe ex diffinitione fœlicitatis ſuprapoſita, quid ſit verum circa id, qđ quæritur in præmiſſa quæſtione. Dictũ ẽ enim ſupra, quòd fœlicitas eſt operatio animæ rationalis ſecũdum virtutem. Id autem quod eſt ſecundum virtutem, eſt ſecundum rationẽ motã ab aliqua cauſa diuina. Quod autẽ eſt ſecundum fortunam, eſt præter rationem. Fœlicitas igitur non eſt a fortuna: ſed ab aliqua alia cauſa humana ꝓxima, a cauſa autem diuina principaliter & primo Cõcurrunt autẽ ad fœlicitatẽ quædam alia bona, in quibus fortuna aliquid operatur, In eis tamen nõ principaliter conſiſtit fœlicitas. Sed eorum quædam neceſſaria ſunt ad decorem quendã *fœlicitatis*. Quædã vero inſtrumentaliter cooperantur ad fœlicitatem, vt ſupra dictum eſt. Vnde propter iſta bona ſecundaria, non oportet fœlicitatem fortunæ attribuere. Deinde cum dicit.

h ¶Oſtendit, quòd prædicta fœlicitatis diffinitio non ſolum cõſonat opinionibus aliorum de fœlicitate, ſed etiam his, quæ ſunt ſecundum ſuam opinionem. Et circa hoc duo facit. Primo oſtendit, quòd conſonat his, quæ ab eo ſupra de fœlicitate ſunt dicta. Secundo, concludit, quid ſecundum hanc ſententiã recte dicendum ſit, ibi. { Decenter igitur neque bouem &c. } Dicit ergo primo hoc, ſcilicet fœlicitatem eſſe operationem ſecundum virtutem: confeſſa ſunt, ideſt conſona his, quæ in proœmio diximus. Poſuimus enim ibi, quòd optimum humanorum bonorum, ſcilicet fœlicitatis ſit finis Politicæ, cuius finis manifeſte eſt operatio ſecundum virtutem. Politica enim ad hoc prę cipuum ſtudium adhibet ferendo leges, & præmia, & pænas adhibendo, vt faciat ciues bonos, & operatores bonorum. Quod eſt operari ſecundum virtutem. Deinde cum dicit.

i ¶ Concludit ex præmiſſa ratione a quibus fœlicitas ſit ſubtrahenda ſecundum ea, quæ conuenienter dicuntur. Et primo dicit, quòd nullum animal irrationale dicitur eſſe fœlix. Et hoc conuenienter, quia nullum eorum poteſt communicare in operatione virtutis, quæ eſt ſecundum rationem, quam diximus eſſe fœlicitatem. Secundo ibi.

k ¶ Excludit a fœlicitate etiam pueros. Et dicit, quòd propter eãdem cauſam, etiam puer non poteſt dici fœlix. Quia propter defectum ætatis, nondum plenũ habet viſum rationis, vt poſſit eſſe operator virtuoſarũ operationum. Et ſi aliquando dicũtur beati, hoc eſt propter ſpem futuræ perfectionis, quæ ex aliquibus inditijs de eis concipitur. Ideo autem in præſenti non ſunt fœlices, quia fœlicitas, vt ſupra dictum eſt, indiget virtute perfecta, ad hoc quòd ſit, non ſolum bona, ſed optima operatio & vita perfecta, ad hoc quòd ſit bona operatio, cõtinua & diuturna.

f Maximum autem & optimũ concedere fortunæ, valde pernicioſum vtique erit.

g Manifeſtũ aũt eſt ex ratione, quod quæritur. Dictũ eſt enim animæ operatio ſecundũ virtutem qualis quędam. Reliquorum autem bonorum, hoc quidem exiſtere neceſſarium. Hæc autem cooperatiua & vtilia nata ſunt organice. B

h Confeſſa autem hęc vtique erunt, & his, quæ a principio. Politicę enim finem optimum poſuimus. Hæc autem plurimum ſtudium facit huiuſmodi quales quoſdam, & bonos ciues facere & operatores bonorum.

i Decenter igitur neq; bouem, neq; equum, neque aliqđ aliud animãtium fœlix eſſe dicimus. Nullũ enim ipſorum poſſibile eſt cõmunicare tali opatione. C

k Propter hanc autẽ cauſam, neque puer fœlix eſt. Nondum enim operator talium propter ętatem. Dicti autẽ propter ſpẽ beatificantur. Indigent enim quẽadmodum diximus, uirtute perfecta & vita perfecta.

*Id autem quod maximum atque pulcherrimum eſt, fortunæ aſcribere, abſurdum videtur in primis.*

*Patet etiam ex ipſa ratione, quod quæritur. Dicta eſt enim operatio animæ per uirtutem. Cæterorum autem bonorum, alia inſunt neceſſario, alia adiuuant, ſuntque vtilia ut inſtrumenta.*

*Hæc & his conſona ſunt, quæ in principio diximus. Ipſum enim finem facultatis ciuilis optimũ ponebamus. Hæc autem magnam adhibet diligentiam: vt ciues ipſos diſponat bonosque faciat, & ad honeſtas res agendas idoneos reddat.*

*Merito igitur nec bouem, nec equum, nec aliud quicquam animantium dicimus fœlix. Quippe cum fieri nequeat ut ipſorum quicquam talis ſit particeps operationis.*

*Hanc autem ob cauſam, neq; puer eſt fœlix: nondum enim eſt idoneus ad res tales agendas propter ætatem. Qui dicuntur fœlices ob ſpem dicuntur. Eſt enim opus ut diximus, & perfecta uirtute & perfecta etiam uita.*

## LECTIO XV.

D

Vltæ autem tranſmutationes vitę fiunt & omnimode fortunę ſecundum vitam. Et contingit maxime abũdantẽ magnis calamitatibus incidere in ſenectute, quemadmodũ in Heroicis de Priamo narratur. Talibus autẽ vſum fortunis, & finientem miſarabiliter null⁹ vtiq; fœlicitat.

E

## LECTIO XV.

*Vltæ namque mutationes in uita fiunt uariæque fortunæ. Atque fieri poteſt ut is, qui maxime bonis abundat, in magnas incidat in ſenectute calamitates: ut in Heroicis de Priamo dicitur. Eum autem qui tali fortuna eſt uſus, & miſerabiliter obiit: nemo fœlicem dicet.*

## LECTIO XV.

Oſtquam Philoſophus oſtẽdit, quid eſt fœlicitas. Hic mouet quandam dubitationem de fœlicitate. Verum ſcilicet, in hac vita poſſit aliquis dici fœlix. Et circa hoc tria facit. Primo ponit dubitationis motiuum. Secundo ponit dubitationem, ibi. { Vtrum igitur nullum alium bonum &c. } Tertio ponit ſolutionem, ibi. { Vel fortunas quidem ſequi &c. } Dicit ergo primo, quòd multæ trãſmutationes vitæ fiunt, raro enim eſſe puta omnibus modis in paucis ſtabilis eſt, & huiuſmodi tranſmutationes fiunt de bono in malum, & de malo in bonum. Quandoque quidem, ſecundum aliquid paruum, quandoque autem ſecundum aliquid magnum, quandoque autem ſecundum aliquid mediocriter ſe habens. Huiuſmodi autem mutationes fieri contingit ſecundum totam hominis vitam, puta in adoleſcentia, iuuentute vel ſenectute. Contingit enim quandoque, quòd aliquis, qui per totam vitam ſuam habuit maximam abundantiam exteriorum bonorum, in ſenectute incidit in maximas calamitates, ſicut de Priamo narrat Homerus in verſibus heroicis. Nullus autem dicet eum fœlicem eſſe, qui talibus vſus eſt bonis fortuitis, & poſtea finit miſerabiliter: quia hoc ad augumentum miſeriæ pertinere videtur, quòd aliquis de magna proſperitate in magnam miſeriam deueniat. Deinde cum dicit.

b ¶ Monet dubitationem intentã. Et primo ꝓponit quæſtionẽ. Secundo obijcit ad eam, ibi. {Si autem vtique &c.} Tertio excludit quandam reſponſionem, ibi. {Si autem non dicimus &c.} Proponit ergo primo quæſtionẽ, de opinione Solonis, qui fuit vnus de ſeptem ſapientibus, & condidit Athenienſium leges. Qui conſiderans humanam vitam fortunæ mutationibus eſſe obnoxiam, dixit, quòd nullus debet dici fœlix quamdiu viuit, ſed ſolum in fine vitæ ſuæ. Eſt ergo q̃ſtio, vtrum propter id quod accidit circa Priamũ, nullus alius homo ſit dicẽdus beatus quamdiu viuit, ſed ſecundum ſententiã Solonis optimũ eſt cõſiderare finẽ vitæ, ſi fœlicitas perſeueret vſque in finẽ, vt ſic aliquis fœlix dicatur, vel non oporteat hoc obſeruare. Deinde cum dicit.

c ¶ Obijcit ad quęſtionem prædictã, improbando dictum Solonis. Si enĩ aliquis ita ponat ſicut Solon dixit, ſequitur ꝙ homo ſit fœlix tantum quãdo moritur. Sed hoc videtur inconueniens, & ꝓpter alias ratiões, vtputa, quòd mors eſt maxim⁹ defectus, cũ fœlicitas ſit ſumma perfectio. Et etiã propter hoc q̃d ſupra diximus, quòd fœlicitas ẽ operatio quædã. Mortuus autem non videtur habere operationẽ aliquam. Nõ ergo mortui poſſunt dici fœlices. Eſt notandum, ꝙ Philoſophus non loquitur hic de fœlicitate futurę vitæ, ſed de fœlicitate præſentis vitæ, verum attribui poſſit homini dũ viuit vel ſolũ in morte. Deinde cũ dicit.

d ¶ Excludit reſponſionem. Et hoc duabus rationibus Quarum ſecundam ponit, ibi {Sed reuertẽdo ad prius quæſitũ &c.} Circa primum duo facit. Primo, proponit reſponſionem & improbat eam. Secundo, ex hoc mouet quandam quæſtionem, ibi. {Quæſtionẽ autẽ & hæc tribuũt &c.} Circa primum conſiderandum eſt, quòd præcedens Ariſt. ratio oſtendebat, quòd aliquis non eſt fœlix in morte. Concedet autẽ hoc aliquis dicens, mortuum non eſſe fœlicem, nec Solonem hoc dicere voluiſſe, quòd ſcilicet, aliquis cum moritur ſit fœlix. Sed voluit dicere, quòd aliquis tunc cum moritur poteſt firmã dare de eo ſententiam, quòd fuit beatus. Quia iam eſt extra periculum malorum & infortuniorum, vt de cætero non poſſit dubitari de fœlicitate ipſius. Sed hanc reſponſionem excludit dicens, quòd hoc habet quandam dubitationem. Mortuus enim a viuo differt in hoc quòd caret ſenſu. Contingit autem quòd homini viuenti proueniat aliquod bonum vel malum, ſed illud non ſentiat, puta ſi eo ignorante infametur, vel filij eius occidantur; aut diuitiæ eius diripiantur; ergo pari ratione videtur, quòd mortuo poſſit bonum vel malum accidere, quàmuis non

F ſentiat. Et loquitur de malo vel bono vitæ ciuilis, vt patet per exempla quę ſubdit, dicens. Honores & inhonorationes. Quandoque enim mortuis aliqui honores exhibentur, ſicut quòd laudantur, & memoria eorum celebratur. Et ſimiliter fiũt eis quędam exhonorationes, puta cum extumulantur & eorum oſſa cõburuntur. Similiter etiam videntur aliqua bona vel mala eis poſſe accidere, ſecundum proſperitates & infortunia filiorum & nepotum. Sic igitur videtur, quòd nec etiam mortui omnino ſunt extra mala & infortunia. Et ita etiam in morte non poſſet dici, quòd eſſent fœlices. Deinde cum dicit.

e ¶ Interponit quãdam quæſtionem occaſione præmiſſorũ, Et dicit, quòd iſta, ſcilicet proſperitates & infortunia filiorũ, & nepotum afferunt quæſtionẽ. Contingit enim quandoq;, quòd aliquis fœliciter viuit, vſque ad ſenectutem, & moritur fœliciter ſecundum rationem fœlicitatis aſſignatam. Et tamen poſtea fiũt multæ tranſmutationes circa filios eius. Quorum quidã sũt boni ſecundum dignitatẽ patris. Quidam econtrario ſe habent. Manifeſtum eſt enim, quòd ſecundum omnem modũ contingit diuerſificari filios a parentibus, vtpote, quòd bonorum parentum ſint mali filii, & diuitum pauperes. Hac autem poſitione facta, incõueniens ex vtraque parte ſequi videtur. Nam inconueniens eſt ſi mortuus trãſmutetur propter huiuſmodi infortunia, vt qui aliquando ſit fœlix, rurſus fiat miſer. Et ex alia parte inconueniens videtur ſi ad minus aliquo vicino tempore, illa quæ contingunt filijs in nullo pertineant ad parentes etiã mortuos, vt ex hoc eorum fœlicitas impediatur. Deinde cum dicit.

f ¶ Ponit ſecundam rationem ad excludendum reſponſionem præmiſſam. Et dicit, quòd prætermiſſa ſecunda quæſtione, reuertendum ad primam quæſtionem, ex cuius ſolutione videri poterit veritas quæſtionis ſecundæ. Videtur autem quòd prędicta reſponſio non ſit conueniens. Si enim oportet reſpicere ad finem humanæ vitæ, & tunc dicere aliquem fœlicem, non quòd tunc vere beatus ſit, ſed ꝙ prius beatus erat, hoc videtur eſſe inconueniens, quòd cum aliquis eſt fœlix, non vere dicatur de eo, quòd eſt fœlix, cum veritas propoſitionis de præterito, fundetur ſuper veritate propoſitionis de præſenti. Ideo enim aliquid verum eſt fuiſſe, quod verum fuit eſſe. Sed aliqui nolebant dicere hominem eſſe fœlicem, propter tranſmutationes præſentis vitæ. Et propter hoc, quòd exiſtimabant fœlicitatem eſſe quodda m

b Vtrum igitur nullum aliũ hominum beatificãdum vſquequo vtique viuit? ſed ſecundũ Solonẽ debitũ eſt finẽ reſpicere.

*Nullus ne igitur homo fœlix quandiu viuit dicendus eſt? ſed Solonis ſententia finem ſpectare oportet.*

c Si autem vtique & ponendum ita. Ergo eſt fœlix tunc cum vtique morietur. Vel hoc omnino inconueniens, ſpecialiterque, & G dicentibus nobis operationem quandam fœlicitatem.

*Quod ſi & ita ponendum eſt, tum ne fœlix eſt, cum e vita deceſſerit? An id abſurdum eſt penitus nobis: præſertim qui fœlicitatem operationẽ quandam dicimus eſſe.*

d Si autem non dicimus mortuũ fœlicẽ, neq; Solon hoc vult, ſed qm̃ tunc vtiq; quis firmiter beatificabit hominẽ, vt iam extra mala exiſtentem & infortunia. Habet quidẽ & hoc quæſtionem quandam. Videtur.n. eſſe & mortuo malũ aliquod, & bonũ ſiquidem viuenti non ſentienti autem, puta honores, & inhonoratiões, & filiorũ, & oĩno pronepotũ ꝓſperitates & infortunia. H

*Quòd ſi mortuum fœlicem non dicimus, neque Solon id vult, ſed tunc dici beatum hominem tuto poſſe, quòd iam eſt extra omnia mala calamitateſque, habet quidem & hoc controuerſiam quandam, mortuo nanque, bonum & malum videtur aliquod eſſe, ſiquidem & viuenti non autem ſentienti, vt honores, infamiæ, & filiorum poſterorumque omnino proſperitates atque aduerſitates.*

e Quæſtionem autem & hæc tribuunt. Etenim qui bene vixerit, vſque ad ſenectutem & mortuus eſt ſecundum rationem, contingit multas trãſmutationes fieri circa filios. Et hos quidem ipſorũ bonos eſſe & potiri vita, quæ eſt ſecundũ dignitatẽ, hos autẽ econuerſo. Manifeſtum autẽ qm̃ diſſenſionibus ad patres omnifariam habere ipſos contingit. I Inconueniens autem fiet vtique ſi ſimul tranſmutetur & mortuus, & fiet aliquando quidem fœlix, rurſus autem miſer. Incõueniẽs autem, & in hoc nihil, neque in quodam tempore ſuperuenire, quæ ſint filiorum patribus.

*Dubitationem autem, & hæc aſſerunt, ei nanque qui ad ſenectutem vſque beate vixerit, ſecundumque rationem deceſſit multas circa poſteros accidere mutationes contingit, & alios ipſorum eſſe bonos vitamque conſecutos eſſe pro dignitate, alios contra. Conſtat autem & diſtantiis ad parentes multis variiſque modis ipſos ſeſe habere poſſe: abſurdum igitur eſt, ſi defunctus ſimul etiam mutaretur, & nunc fœlix fieret, nunc miſer. Abſurdum eſt etiam & minime, nec aliquod ad tempus poſterorum ad parentes res pertinere.*

f Sed reuertẽdum ad prius quęſitum. Forſitan enim vtiq; inſpicietur & quod nũc quæſitum eſt ex illo. Si enim vtiq; finẽ videre K

*Sed redeundum eſt ad id, quod prius eſt dubitatum. Ex illo nanq;, & id quod nunc quæritur fortaſſe perſpicietur. Si igitur finem ſpectare oportet*



quoddam permanens, & non de facili tranſmutabile, alioquin non quietaret deſiderium naturę. Deſiderat enim vnuſquiſque naturaliter firmiter permanere in bono quod habet. Sed fortunæ multoties circulariter reuoluuntur circa eoſdem vt ſcilicet, de bonis veniant in mala, & econuerſo. Et ſic manifeſtum eſt, quòd ſi in iudicando de fœlicitate, ſequamur conſiderationẽ fortunæ, & dicamus in hac vita de aliquo quòd ſit fœlix, multoties de vno & eodem dicemus quòd ſit fœlix, & rurſus quòd ſit miſer. Et ſic annunciabimus aliquem eſſe fœlicem ad modũ Camaleontis. Qui ſcilicet ẽ animal mutans colorem, ſecundum colores diuerſorum corporum appoſitorum. Et annunciabimus fœlices eſſe debiliter firmatos. Quod eſt contra rationem fœlicitatis.

A Si autem ſunt operationes dominæ vitæ &c.} Dicit ergo primo, ꝙ huic ſermoni, quo ſcilicet dicimus operationes ſecundũ virtutes eſſe principales in fœlicitate, atteſtatur illud, quod parum ſupra quæſitum eſt de permanẽtia fœlicitatis. Nihil enim humanorum inuenitur eſſe ita conſtanter permanens, ſicut operationes ſecundũ virtutem. Manifeſtum eſt enim, quòd exteriora bona, & etiam ĩteriora bona ad corpus pertinentia, cum ſint materialia & corporalia, per ſe ſubiecta ſunt mutationi. Ea vero, quæ ad animam pertinent ſolũ per accidens. Vnde minus ſubiacent mutationi. Eorum vero quæ ad animam humanam pertinent, q̃dam pertinent ad intellectum, ſicut ſcientiæ, quędam vero ad operationes vitæ, ſicut virtutes. Quæ q̃dem permanẽtiores ſunt ipſis diſciplinis, ideſt ſcientiis demõſtratiuis. Quod quidem intelligendum eſt, non quantum ad materiam. Nam ſciẽtiæ demõſtratiuę sũt circa neceſſaria, quę impoſſibile eſt aliter ſe habere. Sed eſt intelligendum quantũ ad exercitium actus. Non enim imminet nobis ita cõtinuum exercitiũ ſpeculationis ſcientiarum, ſicut operationum ſecundum virtutem. Continue enim occurrũt nobis ea in quib⁹ oportet nos agere ſecundum virtutẽ, vel contra virtutem, ſicut vſus ciborum, cõſortia mulierum, colocutiones hominũ adinuicẽ, & alia huiuſmodi, in quibus continue verſatur vita humana. Vnde oportet, ꝙ habitus virtutis magis per conſuetudinẽ firmetur in homine, quàm habitus ſcientiæ. Et inter ipſas virtutes illæ, quæ ſunt honoratiſſimę, videntur eſſe permanẽtiores, tum quia magis intenſę, tum quia magis continue operantur homines ad hoc, quòd ſecundum eas viuant. Et tales ſunt operationes virtutum, in quibus conſiſtit fœlicitas quia ſunt perfectiſſimę, vt dictũ eſt, & illud naturaliter eſt cauſa, quare homo non obliuiſcitur eſſe virtuoſus, quia ſcilicet cõtinue in his homo exercitatur. Eſt & alia cauſa, quia ſcilicet virtus conſiſtit principaliter in appetitus inclinatione, quæ per obliuionem non tollitur. Deinde cum dicit. Lectio. 18.

c ¶ Oſtendit, quòd ſecũdum prędicta fœlicitas poterit per totam vitam durare. Et dicit, ꝙ cum operationes ſecundum virtutes ſint permanentiſſimæ, vt dictum eſt, ſi in eis principaliter ponatur fœlicitas, vt diximus, ſequetur quòd fœlici inerit id, quod quæſitum eſt in præterita quæſtione, ſcilicet quòd erit talis per totam vitam ſuam. Et hoc primo probat per ipſas operationes, ibi. {Semper enim &c.} Ille enim qui habet habitum perfectum,

oportet, & tũc beatificare vnũquemq; non vt exiſtentem beatum, ſed qm̃ prius erat, qualiter non inconueniens ſi quãdo eſt fœlix nõ vere dicetur de eo exiſtere. Propter non velle viuẽtes fœlicitare propter tranſmutationes & propter permanens B quid fœlicitatẽ exiſtimare, & nequaquã facile trãſmutabile. Fortunas autẽ recirculari multoties circa eoſdem. Manifeſtũ enim, ꝙ ſi ſequamur fortunas, eundem fœlicem, & rurſus miſerum dicemus multoties. Camaleonta quændam, fœlicem nunciantes, & debiliter firmatum.

*& tunc beatum dicere quemque, non quia beatus tunc eſt, ſed quòd prius erat. Quomodo non eſt abſurdum, ſi cum eſt fœlix non uere de ipſo dicetur quòd ineſt, quia uiuentes dicere, beatos ob mutationes nolumus. Et quia fœlicitatem quidem ſtabile quoddam, nulloque modo facile mutabile eſſe putamus. Fortunam autem in eiſdem ſæpe reuolui, nam ſi fortunam ſequamur, ſæpenumero fœlicem ac miſerum eundem dicemus, Camæleontem quendam oſtendentes ipſum fœlicem eſſe, ac debiliter collocatum.*

LECTIO XVI.

Præmiſſa dubitatione, hic dubitationem philoſoph⁹ ſoluit. Et primo, ſoluit principalem dubitationem. Secundo, ſecundariam ibi. {Pro nepotum autem fortunas &c.} Circa primum duo facit. Primo, præmittit quoddam, quod eſt neceſſarium ad quæſtionis ſolutionem. Secundo, applicat ad ſolutionem præſentis quæſtionis ibi. {Teſtatur autem ſermoni &c.} Circa primũ conſiderandum eſt, quòd fœlicitas eſſentialiter cõſiſtit in operatione virtutis. Bona autem exteriora, quæ ſubiacent fortunæ, pertinent quaſi inſtrumẽtaliter ad fœlicitatem. Et ideo dicit quòd non debemus ſequi fortunas iudicando aliquẽ eſſe miſerum vel fœlicem. Quia bonũ vel malum hominis, q̃d attenditur ſecũdum rationem, non conſiſtit principaliter in his. Sed humana vita indiget his inſtrumẽtaliter, ſicut dictum eſt. Sed operationes ſecundũ virtutem sũt principales & dominium habentes in hoc, quòd eſt aliquem eſſe fœlicem, vt ſcilicet ex hoc dicatur principaliter aliquis eſſe fœlix, quod operatur ſecundum virtutem. Et contrariæ operationes, ſcilicet vitioſæ, habent principalitatem & dominium in contrario, ſcilicet in miſeria, vt ſcilicet ille vere ſit miſer, qui vitioſis operationibus inſiſtit. Deinde cum dicit. Lectio. 17.

b ¶ Adaptat quod dictum eſt ad ſolutionem quæſtionis. Et primo oſtendit, quòd operationes ſecundum virtutem, maxime inueniuntur permanentes inter omnes res humanas. Secundo oſtendit, ꝙ ſecundum prædicta poterit fœlicitas permanere per totam vitam ibi, Exiſtet autem vtique, &c.} Tertio oſtendit, ꝙ ſecundum prædicta euitantur omnia inconueniẽtia ibi.

LECTIO XVI.

C VEl fortunas quidem ſequi nequaquam rectũ. Non enim in his bene vel male. Sed indiget his humana vita, quemadmodũ dixim⁹. Dominæ autem ſunt, quę ſecundum virtutem operationes fœlicitatis. Contrarię autem contrarii.

LECTIO XVI.

*AN fortunam ſequi nullo modo eſt rectum. Non eſt enim in ipſa bene uel male uiuere ſitum, ſed indiget humana uita ipſius, ut diximus. Operationes autem hæ quidem, quæ a uirtute proficiſcuntur fœlicitatis, hæ uero, quæ ſunt contrariæ, contrarii dominæ ſunt.*

b Teſtatur autẽ ſermoni & q̃d nunc quæſitum eſt. Circa nihil enim ſic exiſtit humanorũ operum conſtantia, vt circa operationes, quæ ſecundum virtutẽ ſunt. D Permanentiores.n. diſciplinis hęc videntur eſſe. Earundem autem honorabiliſſimę ꝑmanentiores propter maxime intendere, & maxime cõtinue viuere in ipſis beatos. Hoc.n. aſſimilatur cauſæ eius, q̃d eſt non fieri circa ipſas obliuionem.

*Atteſtatur huic ſententiæ, & id quod nunc dubitauimus. Etenim nullis in operibus humanis tanta eſt firmitas, quanta eſt in operationibus hiſce, quæ a uirtute proficiſcuntur, hæ namque ſtabiliores, & ſcientiis ipſis eſſe uidentur. Harum autem ipſarum hæ, quæ cæteris antecellunt, maxime ſtabiles, ſunt propterea quòd in his ipſi beati & maxime & continuatiſſime uiuunt. Hoc enim ſimile eſt cauſæ ut ipſarum non fiat obliuio.*

c Exiſtet autem vtique quod q̃ſitum eſt fœlici. Et erit per vitã talis. Sẽper.n. vel maxime omnium operabitur & ſpeculabit̃ E quæ ſecundum virtutem.

*Id igitur quod quæritur, competit ipſi fœlici, & erit talis per uitam, nam ſemper aut maxime ea aget & contemplabitur, quæ prodeunt a uirtute.*

perfectum, ſemper poteſt operari ſecundum illum habitum, vel F maxime continue inter omnes. Fœlix habet perfectam virtutē vt ſupra habitum eſt. Ergo ipſe ſemper vel maxime poterit operari in vita actiua, quæ ſunt ſecundum virtutem, & ſpeculari in vita contemplatiua. Secundo ibi.

d Et fortunas feret optime, et omnino vbique prudenter qui & vere bonus, & tetragonus ſine vituperio.

e Multis autem factis ſecundū fortunam, & differentibus magnitudine & paruitudine, parua quidē proſperitatū, ſimiliter autē & oppoſitorū manifeſtū ꝙ non faciunt inclinationē vitæ. G Magna autē & multa facta, quidem bene beatiorē faciunt vitam. Etenim hæc condecorare nata ſunt, et vſus eorum bonus & ſtudioſus ſit. Econuerſo autē accidentia tribulant & conturbāt beatum. Triſtitias enim inferunt & impediunt in multis operationibus. Veruntamen, & in his refulget bonum: cum vtique ferat quis faciliter multa, H & magna infortunia, nō ꝓpter doloris inſenſibilitatē, ſed virilis exiſtens & magnanimus.

f Si autem ſunt operationes dominæ vitæ, quemadmodū diximus, nullus vtiq; beatorum fiet miſer. Neque .n. aliquando operabitur odibilia mala. Vt enim vere bonū & ſapiētē omnes exiſtimamus fortunas decēter ferre, & exiſtentibus ſemꝑ optima operari, quemadmodum ex datis, & ducē bonū præſente exercitu vti maxime bellicoſe, & coriorum inciſorem ex datis coriis optimum calciamentum facere, eodem modo & alios artifices omnes. Si autem ita, miſer quidē nequaquā fiet vtique fœlix. Neque vtiq; beatus, Priami in infortuniis īcidet. Neq; vtique varius & facile trāſmutabilis. neq; ex fœlicitate mouebitur facile, neque cōtingentibus infortuniis, ſed a magnis & multis. Et ex talibus non vtiq; fiet rurſus fœlix ī paruo tēpore, ſed ſiquidem in multo & perfecto magnorum & bonorum in ipſo factus abundans.

*Fortunamque feret pulcherime & omni ex parte cōcinne ac æquabiliter. Quippe qui, uere bonus atque quadratus eſt ſine uituperatione.*

*Cum autem a fortuna multa eueniant, & magnitudine paruitateque differant: parua quidem ſiue ſint ſecunda, ſiue aduerſa, conſtat non facere uitæ momentum. Grandia uero ac multa, ſi ſecunda ſint, beatiorem uitam efficiunt. Quippe cum ad decorandum ſint apta: & uſus ipſorum pulcher ſtudioſusque ſit. Sin aduerſa præmunt læduntque uitam beatam. Afferunt enim dolores & multas operationes impediunt. Attamen & in iis ipſis perlucet ipſa honeſtas: cum multas quiſpiam ac magnas aduerſitates facile perfert: non ob indolentiam rectius, ſed quia generoſus eſt atque magnanimus.*

*Quòd ſi operationes dominæ ſunt; vt diximus vitæ, nemo beatorum fuerit miſer. Numquam enim odioſum quicquam atque improbum aget. Eū enim qui uere bonus eſt, atque prudens, fortunam omnem decore perferre: pro facultateque rerum ſemper res pulcherimas agere, ut & I ducem bonum præſentibus uti caſtris ad optime gerendum bellum, & bonum item ſutorem ex ſibi datis pellibus pulcherimum conficere calceum cæterosque omnes identidem artifices arbitramur. Quæ cum ita ſint: miſer quidem numquam fuerit ipſe fœlix, beatus tamen non erit, ſi in Priami calamitates inciderit. Nec igitur uarius facileque mutabilis erit. Neque enim ex fœlicitate facile aut a quibuſuis: ſed ab ingentibus & multis aduerſitatibus dimouebitur, & ex tali- K bus non in paruo, ſed in longo quodam perfectoue tempore rurſus fuerit fœlix, magnas in eo res preclaraſque nactus.*

d ¶ Oſtendit idem ex bonis fortunę, quę ſunt ſecūdaria in fœlicitate. Et dicit, ꝙ fęlix optime feret omnes fortunas, et in omnibus ſe habebit omnino prudenter, vtpote qui ē vere bonus, non ſecundum apparentiam ſolum. Et eſt tetragonus ſine vituperio, ideſt ꝑfectus quatuor virtutibus cardinalibus, vt quidam exponūt. Sed hoc non videtur eſſe ſecundum intentionem Ariſtot. qui nunquam inuenitur talem enumerationē facere. Sed tetragonum nominat perfectum in virtute ad ſimilitudinem corporis cubici, habentis ſex ſuperficies quadratas, propter quod bene ſtat in qualibet ſuperficie. Et ſimiliter virtuoſus in qualibet fortuna bene ſe habet. Quia igitur ad virtutem pertinet omnes fortunas bene ferre, patet quòd propter nullam fortunæ mutationem, deſiſtet fœlix ab operatione virtutis. Et hoc cōſequenter in ſpeciali oſtendit quaſi per modū diuiſionis, cum ſubdit.

e ¶ Et dicit, quòd quum multa bona & mala ſecundum fortunam eueniant, quę differunt magnitudine & paruitate, manifeſtum eſt, ꝙ paruæ proſperitates, & ſimiliter parua infortunia, non inclinant vitam de fœlicitate ī miſeriam, vel econtrario. Si autem fuerint multa & magna, aut erunt bona, aut mala. Si bona, conferēt ad hoc ꝙ vita hominis ſit beatior. Quia ſicut ſupra dictum eſt, fœlicitas īdiget exteriorib⁹ bonis, vel ad decorem, vel inquantum ſunt inſtrumenta operationis ſecundum virtutem. Et quantum ad primum dicit, quòd nata ſunt ſimul decorare vitā fœlicis. Quātum autem ad ſecundum dicit, ꝙ vſus exteriorum bonorum ē bonus & virtuoſus, inquantum, ſcilicet virtus vtitur eis, vt quibuſdam inſtrumentis ad bene agendum. Si autem accidant ecōtrario, vt ſcilicet ſint multa & magna mala, inferunt quidē fœlici quandam tribulationem exterius, & conturbationem interius. Quia interius inferunt triſtitias, & exterius impediunt a multis bonis operationibus. Non tamen per eas tollitur totaliter operatio virtutis. Quia etiam ipſis infortuniis virtus bene

F vtitur, et ſic refulget in eis bonum virtutis, inquantum ſcilicet aliquis faciliter ſuſtinet multa & magna infortunia, non propter hoc ꝙ non ſentiat dolorem ſeu triſtitiam, ſicut Stoici poſuerunt, ſed quia tanquam virilis & magnanimus huiuſmodi triſtitiis eius ratio non ſuccumbit. Hæc enim fuit diuerſitas inter Stoicos & Peripateticos, quorum princeps fuit Ariſt. quòd Stoici poſuerunt triſtitiam nullo modo cadere in virtuoſum, quia in corporalibus & exterioribus reb⁹, nullum bonum hominis conſiſtere ponebant. Peripatetici autem ponebant in hominē virtuoſum triſtitiā rationem moderatam, non autem quæ rationē ſubuerteret. Ponebant .n. ꝙ in corporalibus & exterioribus rebus, aliquod hominis bonum conſiſtit, non quidem maximum, ſed minimum, inquantum, ſcilicet adiuuat. Sed aduertendum, ꝙ aliqua tranſmutatio poſſet accidere, quæ omnino auferret ei⁹ fœlicitatem, impediēdo totaliter operationem virtutis, puta ſi per ægritudinem furiam vel inſaniā, vel quamcumque amentiā incurrat. Sed cū fœlicitas non quæratur niſi in vita humana, quæ eſt ſecundū rationem, deficiente vſu rationis, deficit talis vita. Vnde ſtat⁹ amentię reputandus eſt quantum ad vitā humanam, ſicut ſtatus mortis. Et ideo idem videtur eſſe dicendum de eo qui ꝑmanſit in opere virtutis vſque ad amentiam, ſicut ſi permāſiſſet vſq; ad mortē. Deinde cum dicit.

f ¶ Ex præmiſſis excludit inconuenientia, quæ ſequi videbantur. Et dicit, ꝙ ſi operationes virtuoſæ habent dominiū in fœlicitate, vt dictū eſt, non ſequitur ꝙ beatus fiat miſer propter infortunia, ꝓꝑ quæ non operabitur aliqua odibilia & mala, ſcilicet virtuti contraria. Sed poſſumus exiſtimare de eo probabiliter ꝙ propter virtutem perfectam, quam habet beatus, tāquam vere bonus & ſapiens omnes fortunas feret decenter, quod eſt ſecundum virtutem operari in qualibet fortuna. Et ſi non eaſdem operationes faciet in qualibet, ſed ſecundum ea, quæ exiſtunt, ſcilicet proſpera vel aduerſa, ſemper operabitur optime quaſi vtens his, quæ affert fortuna, ſicut quibuſdam datis, prout ſcilicet ad bonum ducē pertinet, vt exercitu dato maxime vtatur bellicoſe ſecundum exercitus conditionem. Alia tamen faciet ſi habeat in exercitu milites expertos, & alia ſi habeat exercitū tyronum. Et ſimiliter ad inciſorem coriorū pertinet, ꝙ ex datis coriis



coriis optimum calciamentum faciat. Meliora tamen calciamē A ta faciet ex vno corio q̃ ex alio, & idem etiam eſt in omnibus aliis artificibus. Et ſi ita eſt, nunquàm miſer per aliqua proſpera ſuperuenientia efficietur fœlix. Quia illis proſperis male vtetur & operans vitioſe, ſemper miſer remanebit. Et ſimiliter ille, qui eſt fœlix, non incidet in infortunia Priami. Primo quidem, quia prudenter ea præcauebit. Secundo, quia ſi ſuꝑueniāt ex improuiſo optime ea feret, vt dictū eſt. Et ita non facile tranſmutabitur a fœlicitate ad miſeriam, nec per quęcumque infortunia, ſed ꝑ multa & magna, per quę ab operatione rationis abducetur. Et ſi ſit factus infœlix, nō rurſus d̄ facili fiet fœlix, ſed multo tempore abundantiam accipiet bonorum & magnorū, tum per exercitium virtuoſi act⁹, tum per reparationē exterioris fortunæ. Deinde cum dicit.

g Quid igitur prohibet, dicere fœlicē ſm̄ virtutē perfectam operantem & exterioribus bonis ſufficienter ditatū, non contingenti tēpore, ſed perfecta in vita? Vel apponendū & victurū ſic & finiturū ſecundū rationē, quia futurū in manifeſtum nobis. Fœlicitatem autem finem B & perfectū ponim⁹ omnino, & omnimode. Si ita autē beatos dicemus viuentiū, quib⁹ exiſtūt & exiſtent, quæ dicta ſunt. Beatos aūt vt homines Et quidem igitur de his intantū dictū ſit.

*Quid igitur obſtat, eum fœlicem dicere, qui per uirtutem operatur perfectam & bonis externis ſatis abundat, non quouis in tempore, ſed in uita perfecta? an eſt addendum & ita eſt uicturus, & ſecundum rationem moriturus. Quippe cum futurum quidem incertum ſit nobis, fœlicitatem autem finem & omnino perfectam omni ex parte ponamus. Quod ſi ita ſit, eos quibus ea quæ diximus & inſunt, & inerunt beatos dicemus. Beatos autem ut homines. Sed de his quidem eo uſque ſit definitum.*

g ¶ Concludit ſuā ſententiam de fœlicitate. Et dicit, quòd nihil prohibet dicere illum eſſe fœlicem q operatur ſecundū virtutem quidem perfectam, & habet exteriora bona ſufficientia ad operationem virtutis, nō quidem in aliquo paruo tempore, ſed in vita perfecta, ideſt per longū tempus. Et hoc quidē ſufficit ad hoc ꝙ aliquis poſſit dici fœlix in hac vita. Sed ſi volumus accipere fœlicitatem ſecundum optimum quod eſſe poteſt, ſic apponendum eſt ad rationem fœlicitatis: quia ſit victurus, ſicut dictū eſt, per ſuam totam vitā & finiturus, ideſt moriturus, ſecundum ꝙ conuenit rationi. Ratio autem, quare hæc conditio videtur apponenda, eſt, quia futurum ignotum eſt nobis. Ad rationem autem fœlicitatis, cum ſit finis vltimus, videtur pertinere omne id quod eſt perfectum & optimum. Et hoc ſecundo modo loquebatur Solon de fœlicitate. Et ſi ita eſt, vt dictum eſt, illos de numero viuentium beatos dicemus in hac vita: quibus exiſtunt in præſenti, & exiſtēt in futuro ea, quæ dicta ſunt. Sed quia iſta videntur non vſquequaque attingere ad cōditiones ſupra de fœlicitate poſitas, ſubdit, ꝙ tales dicimus beatos, ſicut homines qui in hac vita mutabilitati ſubiecti, non poſſunt perfectam beatitudinem habere. Et quia non eſt inane naturæ deſiderium, recte exiſtimari poteſt, ꝙ reſeruatur homini perfecta beatitudo poſt hanc vitam. Vltimo epilogat dicens, ꝙ de his intantum dictum eſt.

## LECTIO XVII.

Ronepotum autē fortunas & amicorū omnium nequaquā quidem conferre valde inamicabile videtur, & opinionibus contrarium. C

b Multis autē & omnimodas habentibus differentias accidētibus, & his quidē magis redundantibus, his autē minus, ſecūdum vnūquodq; quidē diuidere longum & infinitū videtur. Vniuerſaliter aūt dictum, & typo forſitan vtique & ſufficienter habebit. Si vtiq; quēadmodum & circa ipſum fortunarū, D hę quidem habent aliquod pōdus & auxiliū ad vitam, hę aūt leuiores videntur, ita & quę circa amicos & ſimiliter omnes.

c Differre autē paſſionum vnāquāque circa viuentes vel mortuos, contingit multo magis, q̃

## LECTIO XVII.

*Fortunam autem poſterorū, amicorum omnium nihil cōferre longe ab amicitiæ finibus diſcedere, & opinionibus contrarium eſſe uidetur.*

*Cum uero multa ſint ea quæ eueniunt, uariaſque differentias habeant & alia magis, alia minus conferant, in ſingula quidem ipſa diuidere prolixum & infinitum eſſe conſtat. Sat autem erit fortaſſe ſi de his ipſis uniuerſaliter figuraque dicetur. Vt igitur aduerſitatum earum, quæ beatis eueniunt, aliæ pondus aliquod momentumque habent ad uitam, aliæ ſunt leuiores, ſic ſeſe habent ea, quæ circa amicos accidunt omnes.*

*Viuentibus aūt an mortuis calamitas accidat multo magis refert, quàm res nefandæ graueſq; an agantur, an*

## LECTIO XVII.

Oſtquàm Philoſophus ſoluit principalem dubitationem, quæ erat de tranſmutatione fortunæ circa fœlicem, hic determinat dubitationem ſuperinductā, ſcilicet de mutatione fortunæ circa amicos. Et circa hoc duo facit. Primo comparat fortunia & infortunia circa amicos, contingentia his, quæ contingunt circa ipſum hominē. A Secundo comparat ea quę contingunt circa mortuum, his quæ contingunt circa viuum ibi. {Differre autem paſſionum &c.} Circa primum duo facit. Primo proponit ꝙ ea quę circa amicos contingunt, redundant in ipſum hominem. Secundo oſtendit, quæ & qualia, ibi. {Multis autem & omnimodas &c.} Dicit ergo primo, ꝙ ſi aliquis vellet dicere ꝙ fortunę bonę vel malæ pronepotum, vel quorumcunque poſterorum & omniū amicorū nequaquam conferrent ad fœlicitatem hominis viuētis ſeu mortui, videt hoc eſſe inconueniēs duplici ratione. Primo quidē, quia hoc eſſet cōtra rationem amicitiæ, quæ ē quædam vnio amicorum ita ꝙ vnus eorum reputat ea quæ ſunt alterius quaſi ſua. Secūdo, quia hoc eſſet contrarium opinioni communi, quæ nō poteſt totaliter eē falſa. Deinde cū dicit.

b ¶ Oſtendit quæ & qualia amicorum accidentia conferant ad fœlicitatem amici. Et dicit, ꝙ cum ea quæ accidunt ſecundum fortunia bona vel mala ſint multa, & omnib⁹ modis differentia, puta ſecundum ſpeciem, ſecundum quantitatem, ſecundum tempus, & ſecundum alia huiuſmodi, quorum quædam magis redundāt & quædam minus, ſi aliquis vellet omnia ſingillatim determinare, quid ſcilicet redundet ex his in hominem & quid non, eſſet valde longum, immo penitus infinitum, quia huiuſmodi diuerſitas infinitis modis cōtingit. Sed ſufficit ꝙ dicatur in vniuerſali & in typo, ideſt figuraliter, ideſt ſuperficialiter vel ſimilitudinarie: ſi dicatur ꝙ fortunarum quæ ſunt circa ipſum hominem, quædam ſcilicet magnę habent aliquod pōdus, ideſt vim immutandi conditionem vitæ humanæ, & conferunt auxilium ad fœlicem vitam: quædam autem ſunt leuiores ex quib⁹ E non multum iuuatur vita hominis. Ita etiam contingit in his, quæ eueniunt circa quoſcunque amicos, ita tamen ꝙ magis redundant ea quæ accidunt circa propinquiores, licet ſint minora in quantitate. Deinde cum dicit.

c ¶ Oſtendit ex quo accidentia amicorum redundant ad hominem, & hoc magis manifeſtum eſt ad hominem, dum viuit, qualiter etiam hoc ſe habeat circa mortuum. Et circa hoc duo facit. Primo oſtendit quomodo differenter ſe habeat quantum ad hoc circa viuos & mortuos. Secūdo inquirit vtrum accidentia amicorum redundent ad mortuos, cum manifeſtum ſit ꝙ redundant ad viuos. Et hoc ibi. {Magis autem fortaſſis.} Circa primum conſiderandum eſt, ꝙ mortui poſiti ſunt extra vitam præſentem, cuius fœlicitatem. Ariſt. hic inquirere intendit, vt ex præmiſſis patet. Attingunt autem mortui hanc vitam ſolū ſecundum ꝙ remanent in memoriis hominum viuentium. Et ideo hoc modo ſe habent mortui ad viuentes ſecundum conſiderationem huius vitæ, ſicut ſe habent ea quæ nunc actu contingunt, ad ea quæ olim fuerunt, & nunc recitantur, puta bella

Troiana vel aliquid huiuſmodi. Dicit ergo quòd hoc, quod quę cumque paſſionum, ideſt accidentium fortuitorum contingat circa viuos vel circa mortuos, multo magis differt quàm quòd aliqua iniuſta, puta homicidia vel rapina, & mala, ideſt infortunia quæcunque præexiſtant in tragediis, ideſt a Poetis recitentur, vt olim exiſtentia, vel quòd nūc fiant. Quia in primo ſumitur idem ex parte fortuiti euentus, & differentia ex parte perſonarū, quarum quędā ſunt actu in rebus humanis, q̄dam autem ſunt ſolū in memoria. In ſecūdo autem econuerſo accipitur idē ex parte perſonarum, quæ ſunt in rebus humanis, & differentia ex parte fortuitorū euētuum, quorum quidam ſunt actu in rebus humanis, quidā autem ſolum ſecundum commemoratiuam recitationem. Et quia fœlicitas ad perſonas pertinet magis quàm ad res exterius contingentes, iō philoſophus dicit ꝙ prima differētia, quātum pertinet ad propoſitū, ſcilicet ad mutationem fœlicitatis, maior eſt quàm ſecūda. Et ex iſto ſimili inducto de differentia euentuum, dicit eſſe ſyllogizandū differentiam in propoſito. Manifeſtum eſt enim, quòd præterita mala recitata, & ſi quodam modo pertineant ad audiētem, qui aliquo modo ad ea afficitur, non tamen ita quòd immutent cōditionem ipſius. Vnde multo minus fortunia immutant conditionem mortui. Et hoc quidem induxit philoſophus quaſi ſoluens rationē ſupra poſitam, quæ concludebat ꝙ ſi aliquid redundat ad viuos non ſentientes, ꝙ redundat etiā ad mortuos. Deinde cū dicit.

d ¶ Inquirit vltimo, vtrū aliquo modo redundet ad mortuos quæ contingunt circa amicos. Et primo inquirit propoſitum. Secundo concludit principale intentum ibi. {Conferre quidē, &c.} Dicit ergo primo, quòd magis videtur eſſe inquirendum circa eos qui mortui ſunt, ſi aliquo modo communicant vel bonis vel malis, quæ accidunt in hac vita, quia quòd non immutetur aliquis ex eis a fœlicitate in miſeriam, vel econuerſo, ſatis videtur manifeſtum. Quia ſi aliquid ex his quæ hic aguntur ad eos redundat, ſiue bonum ſiue malum, erit fragile & parum vel ſimpliciter, vel quantum ad ipſos. Si autem hoc ita eſt, non erit tantum & tale, vt faciat fœlices eos qui non ſunt, neque his, qui ſunt auferat beatitudinem. Dictum eſt enim, quòd parua accidentia non faciunt mutationem vitæ. Si ergo ex his, quæ agūtur, parum aliquid redundat ad mortuos, ſequitur ꝙ ex hoc eorum conditio circa fœlicitatē non immutetur. Deinde cū dicit.

e ¶ Concludit ſuam ſententiam. Et dicit, quòd bona amicorum, quæ agunt, vel mala quæ eis accidunt, conferre videntur aliquid mortuis, & ſimiliter infortunia in eos redundare, tamē ſub tali modo, & tanta quantitate, vt neque fœlices faciant nō fœlices, neque non fœlices faciant fœlices, neque tranſmutant eos ſecundum aliquid talium, puta ſecundum ſapientiam & virtutem, vel aliquid huiuſmodi. Poteſt autem eſſe conſtructio ſuſpenſiua ab illo loco. Si autem non tantum & tale &c. & tunc conueniens conditionalis erit conferre quidem &c. & ſuperabūdabit illatiua coniunctio. Videtur autem ſecundum intentionē Ariſt. ea quæ hic dicuntur, eſſe intelligenda de mortuis, non ſe-

F cundum quòd ſunt in ſeipſis, ſed ſecundum quòd viuunt in memoriis hominum. Sic enim videtur redundare in eos quæ amicis eorum contingunt poſt mortem, prout ex hoc redditur eorum memoria, & gloria magis delectabilis vel magis obſcura. Sed hoc quidem dicit eſſe fragile quoddam. Quia nihil eſt fragilius eo, quod in ſola opinione hominū conſiſtit. Dicit autem eſſe paruū quoddam, & maxime quo ad ipſos, quia non ꝑtinet ad eos niſi ſecūdum ꝙ ſunt in memoriis hominū. Quęrere autē, vtrum homines poſt mortem aliqualiter viuant ſecundum animam, & vtrum cognoſcāt ea quæ hic aguntur, aut ſi ex his aliquo modo immutantur, nō pertinet ad propoſitum, cum philoſophus hic agat de fœlicitate præſentis vitæ, ſicut ex ſupradictis patet. Et ideo huiuſmodi quæſtiones quæ longa diſcuſſione indigerent, hic ꝑtermittēdæ ſunt, ne in hac ſcientia quæ ē operatiua, plures ſermones extra opera fiant, quod ſupra philoſophꝰ reprobauit. Sed alibi hęc pleniꝰ differuimus.

iniuſta & mala prȩexiſtere ī tragediis vel etiam fieri. Syllogizandū vtique & ita differenter.

d Magis autē fortaſſis inquirēdum circa eos qui defecerunt, ſi aliquo bono cōmunicant vel oppoſitis. Videtur.n. ex his, ſi G & redundat ad ipſos quodcumque, ſiue bonum ſiue contrariū fragile quoddā & parū, vel ſimpliciter vel ad ipſos eſſe. Si aūt ſic non tantum, & tale vt faciat fœlices eos qui nō ſunt, neque his q̄ ſunt auferat beatitudinē.

e Cōferre quidē igitur aliquid videntur his qui defecerūt bonæ operationes amicorū. Similiter aūt & infortunia. Talia autem & tam magna, vt neq; fœlices non fœlices faciant, neq; H aliud talium aliquod.

*in tragediis recitentur. Animaduertenda eſt igitur differentia hoc etiam modo.*

*Immo uero conſiderandum forſitan eſt, ſi cuiuſpiam boni uel mali participes fiant defuncti. Videtur igitur etiam, ſi quippiam ex his ad ipſos perueniat ſiue bonum, ſiue contrarium, exile quid ac paruum aut ſimpliciter, aut illis eſſe, ſi minus tantum ac tale, ut neque beatos eos efficiat, qui beati non ſunt, neque beatitudinem auferat a beatis.*

*Videntur igitur tam proſperitates, quàm aduerſitates amicorum, aliquid defunctis afferre. Tale autem ac tantum, ut neque fœlices infœlices, nec aliud quicquàm huiuſcemodi faciat.*

## LECTIO XVIII.

DEterminatis autē his, ſcrutemur de fœlicitate, vtrū laudabiliū eſt vel magis honorabilium. Manifeſtum enim quoniā potentiarum non eſt.

b Videtur autem omne laudabile in quale quid eſſe & ad aliquid qualiter habere laudari. I

## *LECTIO XVIII.*

*HIs determinatis, de fœlicitate conſideremus, utrū laudabile ſit, an potius honorabile. Conſtat enim potentiam non eſſe.*

*Omne laudabile ex eo laudari uidetur, quia ē affectū aliqua qualitate, & aliquo modo ſeſe habet ad aliquid.*

## LECTIO XVIII.

POſtquàm philoſophus oſtēdit, quid eſt fœlicitas, hic inquirit de quadam ꝓprietate fœlicitatis. Et primo mouet q̄ſtionem. Secundo determinat veritatem. {Videtur autem omne laudabile &c.} Dicit ergo, quòd poſt diffinitionem prædictorum, neceſſe eſt perſcrutari, vtrum fœlicitas ſit de numero bonorum honorabilium vel laudabilium. Et quòd neceſſe ſit fœlicitatem contineri ſub altero genere horum bonorum, probat per hoc, quòd fœlicitas non eſt de genere potentiarum. Non enim aliquis laudatur, vel honoratur ex eo quòd habet potentiam ad bonum, ſed ex eo quòd aliqualiter eſt ad bonum diſpoſitus. Ad huius autem quæſtionis euidētiam conſiderandum, quòd honor & laus dupliciter differunt. Primo quidem, ex parte eius in quo conſiſtit honor vel laus. Sic enim honor in plus ſe habet quàm laus. Honor enim importat teſtimonium manifeſtans excellentiā alicuius, ſiue hoc K fiat per verba ſiue facta, vtpote cum aliquis genuflectit alteri vel aſſurgit ei. Sed laus conſiſtit ſolum in verbis. Secundo differunt quantum ad id, cui exhibetur laus & honor. Vtrumque.n. exhibetur alicui excellentiæ. Eſt autem duplex excellentia: vna quidem abſoluta, & ſic ei debetur honor: alia autem eſt excellentia in ordine ad aliquem finem, & ſic debetur ei laus. Deinde cum dicit.

b ¶ Determinat motam quæſtionem. Et primo oſtendit fœlicitatem eſſe de numero bonorum honorabilium, ex hoc quòd eſt quoddam perfectum & optimum. In ſecunda parte ex hoc, quòd habet rationem principii ibi. {Videtur autem ita habere, &c.} Circa primum duo facit. Primo oſtendit, qualis ſit laus. Secundò concludit ꝙ optimorum non eſt laus, ſed aliquid melius ibi. {Si autem eſt &c.} Circa primum duo facit. Primo proponit qđ intendit. Secundo manifeſtat propoſitū ibi. {Iuſtū.n. &c.} Dicit ergo primo, ꝙ omne qđ laudatur, videt̄ eſſe laudabile ex duobꝰ ſimul, ex hoc.ſ. ꝙ ī ſe habet aliqualē diſpoſitionē, & ex hoc ꝙ habet aliqualē habitudinē ad aliq̄d aliud. Deīde cū dicit.

c ¶ Manifeſtat



c Iuſtum enim & virilē & vniuerſaliter bonū & virtutē laudamus propter opera & actus, & fortem & curſorem & aliorū vnumquodque in quale quiddam natum eſſe, & habere aliqualiter ad bonum aliquod & ſtudioſum.

B d Manifeſtum autē eſt hoc, & ex his quæ circa Deos ſunt laudibus. Deriſibiles enim videntur ad nos relati. Hoc autē contingit, quia ſunt laudes per relationem vt diximus.

e Si autem laus eſt talium, manifeſtum quoniā optimorū nō eſt laus, ſed maius aliquid in eis & melius.

f Quemadmodum videtur. Deos enim beatificamus & fœlicitamus, C & virorum diuiniſſimos beatificamus. ſimiliter autem & bonorum. Nullus enim fœlicitatem laudat quēadmodum iuſtum: ſed vt diuinius aliquid & melius beatificat.

g Videtur autē & Eudoxus bene attribuiſſe de primitiis voluptati: in non laudari enim bonorum exiſtentē nunciare exiſtimat: quoniam melius ē laudabilibus. Talem autem eſſe Deum & per ſe bonum. Ad hęc D enim & alia referri.

h Laus enim quidem virtutis, Operatores enim bonorum ab hac virtute laudantur. Laus autem operum ſimiliter corporalium & animalium. Sed quidē forte magis proprium certificare his, qui circa laudes inſudauerunt. Nobis autem manifeſtū ex his, quæ dicta ſunt, quoniam eſt fœlicitas honorabiliū & perfectorum.

*Iuſtum enim & fortem & bonum omnino uirum, atque uirtutem ob opera laudamus & actiones. Robuſtum etiam idoneumq; ad curſum hominē, & cæterorum quemque ſimiliter laudamus, quòd affectus eſt aliqua qualitate, & ad bonum aliquod ſtudioſū que refertur.*

*Id ita eſſe patet & ex Deorum laudibus. Nam cum ad nos referuntur, ridiculi ſane uidentur. Quod quidē ex eo fit, quia laudes, ut diximus, per relationem efficiuntur.*

*Quod ſi laus talium eſt, conſtat optimorum non eſſe laudem, ſed maius aliquod præſtabiliuſue.*

*Quemadmodum & uidetur. Nā & deos beatos fœliceſque dicimus, & uiros etiam eos, qui maxime ſunt diuini & rerum bonarum ſimili modo. Nemo namque fœlicitatem laudat ut iuſtitiam, ſed ut diuinius quoddā præſtabiliuſue, rem dicit eſſe beatam.*

*Videtur autem & Eudoxus recte uoluptati primas defendiſſe partes. Id enim uoluptatem inquam, quæ quidem eſt bonum non laudari indicare, putabat præſtabiliorem ipſam eſſe rebus laudabilibus uniuerſis. Talem autem deum & ſummum bonum eſſe dicebat, ad hæc enim cætera uniuerſa referri.*

*Etenim laus quidem uirtutis eſt. Hac.n. ad res boneſtas agēdas idonei fiunt. Cōmendationes autē operū ſunt ſimili modo tā corporis, q̄ etiā animæ. Verū hæc quidē exacte diſcutere magis ad eos forſitan pertinet, qui laudādi munere funguntur. Nobis autē perſpicuū ex his, quæ diximus fuit, fœlicitatē ex his eſſe, quæ honorabilia ſunt & perfecta.*

c ¶ Manifeſtat propoſitum. Et primo ex laudibus humanis. Secundo ex laudibus diuinis ibi. {Manifeſtū autem eſt hoc & ex his.} Circa primum conſiderandum eſt, quòd homo laudatur & propter virtutem animi, & propter virtutem corporis. Secundum virtutem autem animi laudatur & ipſe homo habēs virtutem animi, puta iuſtus & fortis, & cōmuniter bonus ſecūdum quamcunq; virtutem. Et etiam laudatur ipſa virtus, & hoc propter aliquid aliud, ſcilicet propter opera & actꝰ. Ex hoc autem laudatur virtuoſus, & ipſa virtus inquantum ordinatur ad exequendum opus virtutis. Secundo vero virtute corporis laudatur aliq̄s, quia eſt fortis ad pugnandū, & agilis ad currendum, & ſic de aliis ſimilibꝰ, ex hoc quòd homo aliqualiter ordinatur ad aliquid quod eſt bonū in ſe & ſtudioſū, quaſi ſtudio dignum. Et eſt attendenda differentia inter virtutes animi & corporis. Nam ad laudes virtutis animę ſufficit, ꝙ aliq̄s bene ſe habeat ad proprium actum virtutis. Quia bonū hominis in ipſo actu virtutis ē. Sed in virtutibus corporalibus non ſufficit quòd aliquis bene ſe habeat ad actum illius virtutis, puta ad currendū vel luctandū. In his enim non cōſiſtit bonū hominis. Poteſt enim aliquis currere vel luctari vł pugnare, & propter bonū, & propter malū. Et ideo loquens de laude virtutum animæ, dixit, quòd laudantꝰ ꝓpter opera & actꝰ. Sed loquens de virtutibus corporalibꝰ determinauit quòd laudantur in ordine ad aliud. Deinde cum dicit.

d ¶ Manifeſtat qđ dixerat per laudes diuinas. Si enim aliq̄d eſſet laudabile abſolute, & non ſecundum habitudinem ad aliquid aliud, ſequeretur quòd idem in omnibus eſſet laudabile. Hoc autem manifeſte apparet falſum, ſi quis cōſiderat laudes, quibus laudamꝰ ſubſtantias ſeparatas, quas Deos nominat. Si quis enim laudes eorum referret ad ea, quę in hominibus laudantur, deriſibile videretur, puta ſi quis laudaret de hoc, quòd non vincatur a concupiſcentia vel timore. Et hoc ideo contingit, quia laudes ſūt per relationem ad aliquid, vt eſt dictum. Deinde cum dicit.

e ¶ Ex præmiſſis concludit propoſitum. Et primo ponit concluſionem in huncmodum. Laus eſt eorum, quorum bonitas conſideratur in ordine ad aliquid aliud. Sed optima non ordinantur ad aliquid aliud, quinimmo alia ordinantur in ipſa. ergo optimorum non eſt laus, ſed aliquid melius laude. Sicut etiā in ſpeculatiuis, principiorum non eſt ſcientia, ſed aliquid ſcientia altius, ſcilicet intellectus. Scientia enim eſt concluſionum,

A quæ cognoſcuntur propter principia. Et ſimiliter laus eſt eorū, quorum bonitas eſt propter alia. Honor autem aliquid melius laude, eſt eorum ad quæ alia ordinantur. Secundo ibi.

f ¶ Manifeſtat concluſionem præmiſſam per ea quæ communiter dicuntur. Et primo quantum ad ea quorum eſt aliquid melius laude. Secundo quantum ad ea, quorum eſt laus ibi. {Laus quidem enim &c.} Circa primum duo facit. Primo inducit ad propoſitum manifeſtadum id qđ cōmuniter videtur. Secundo id quod viſum fuit Eudoxo. ibi {Videtur autem & Eudoxus &c.} Dicit ergo primo, ꝙ optimorum eſſe aliquid melius laude, videt̄ communiter omnibus. Quod manifeſtum ē ex hoc, quod Diis quaſi aliq̄d melius laude attribuentes, dicimus eos beatos & fœlices, & ſimiliter optimos virorū in quibus apparet q̄dam diuina ſimilitudo propter eorū excellentiam: & ſicut optimis perſonarum attribuimus aliquid melius laude, ita etiā optimis de numero bonorum, ſicut fœlicitatis. Nullus enim laudat fœlicitatem ꝑ modum quo laudat hominem iuſtū, vel virtuoſum, ſed attribuit ei aliquid maius, dum dicimus eā eſſe beatitudinem. Deinde cum dicit.

g ¶ Inducit ad idē dictum Eudoxi. Qui in voluptate conſtituebat primitias bonorum, ponens ſcilicet voluptatem eſſe ſummum bonum. Et hoc denunciari exiſtimat, quòd cum ſit de numero bonorū, non laudatur, eo ꝙ ipſa in ſe eſt aliquid melius laudabilibus, non enim laudatur aliquis propter voluptatē, & tale eſt Deꝰ, & quicquid aliud eſt per ſe bonum, quia ad huiuſmodi quæ E ſunt per ſe bona, etiā alia referuntur, quorum, ſcilicet bonitas laudatur in hoc quòd ſe aliqualiter habent ad ea, quæ ſunt per ſe bona. Deinde cum dicit.

h ¶ Manifeſtat quod dixerat quantum ad ea quorum eſt laus. Et dicit, quòd laus eſt virtutis, per quam ſumus operatores bonorum. Laudatur enim aliquis propter actus corporis vel animę, vt ſupra dictum eſt. Sed conſiderare ea de quibus conſueuerunt homines laudari magis proprie pertinet ad Rhethores, quorum ſtudium inſudat circa laudes. Pertinet enim ad demōſtratiuum genus cauſarum, quod eſt vnum de tribus, quæ cadunt ſub conſideratione Rhetoricę, vt patet per Philoſophum primo Rhetoricæ, & per Tullium in rhetorica ſua, ſed quantum Cap. 3. ad nos manifeſte apparet ex prædictis, quòd fœlicitas eſt de numero honorabilium, eo quòd eſt quoddam bonum perfectum. Deinde cum dicit.

i ¶ *Probat*

i ¶ Probat propoſitum ex ratione principii. Id enim quod eſt principium & cauſa bonorum ponimus honorabile, quaſi quoddam diuinum exiſtens. Nam deus eſt primum principium omnis boni. Sed fœlicitas eſt principium omnium bonorum humanorum. Quia propter ipſam omnes homines operantur omnia quę agunt. Finis autem in operabilibus, & appetibilibus habet rationem principii. Quia ex fine ſumitur ratio eorū, quę ſunt ad finem. Vnde ſequitur, quòd fœlicitas ſit quoddā bonum honorabile.

i Videtur autem ita habere & propter eſſe principium. Huius .n. gratia reliqua omnia oēs operantur. Principiū autē & cauſam bonorū honorabile quid, & diuinum ponimus.

*Videtur autem & ex eo ſic ſe habere quia principium eſt. Cætera enim gratia eius agimus omnes. Principiū uero cauſamque bonorum honorabile quoddam & diuinum dicimus eſſe.*

## LECTIO XIX.

Oſtquàm Philoſophus determinauit de fœlicitate, hic incipit determinare de virtute. Et primo pręmittit quædam, quæ exiguntur ad cōſiderationem virtutis. Secundo incipit determinare de virtute in principio ſecundi Libri ibi. {Duplici autē virtute exiſtente, &c.} Circa primum tria facit. Primo oſtēdit, quòd ad hanc ſcientiam pͭineat de virtute cōſiderare. Secundo, aſſumit quædam, quæ cognoſcere oportet de partibus animæ, ibi. De virtute autē &c.} Tertio, ſecundū diuiſionem partium animæ diuidit virtutem ibi. {Determinatur autē virtus &c.} Primum oſtendit dupliciter. Primo quidem ratione aſſumpta ex parte fœlicitatis. Dictum eſt enim ſupra, quòd fœlicitas eſt operatio quædā ſecundum virtutem perfectam. Et ſic per cognitionem virtutis melius poterimus de fœlicitate conſiderare. Vnde & in decimo Libro determinando de omnib⁹ virtutibus, complet tractatum de fœlicitate. Cum igitur ſciētia hæc principaliter quærat bonum humanum quod eſt fœlicitas, conueniens ē quòd ad hanc ſcientiam pͭineat de virtute ſcrutari. Secundo ibi.

Lectio. 10.

b ¶ Probat propoſitum ex propria ratione huius ſcientiæ. Ciuilis enim ſcientia ſecūdum rei veritatem maxime videtur ſtudere & laborare circa virtutem. Intendit enim ciues bonos facere & legibus obedientes, ſicut patet per legiſlatores Cretenſiū & Lacedemoniorum, qui habebant ciuitatem optime ordinatā, vel ſiqui alij ſunt ſimiles leges ponentes ad faciendum homines virtuoſos. Sed conſideratio præſentis ſcientiæ ad Politicam F pertinet. Quia in hac ſcientia traduntur principia Politicæ. Vnde manifeſtum eſt, quòd quęſtio de virtute fiet conueniens huic ſcientiæ ſecundum id quod in procemio elegimus Politicam præ omnibus aliis diſciplinis, inquirentem vltimum finem humanorum. Deinde cum dicit.

## LECTIO XIX. G

SI autē eſt fœlicitas operatio quædam ſecūdū virtutem perfectam, de virtute ſcrutandum. Forte enim vtiq; ita & melius de fœlicitate contemplabimur.

b Videtur autē & ſecundū veritatem ciuilis circa hāc maxime inſudare. Vult .n. ciues bonos facere, & legum obauditores. Exemplū aūt horū habem⁹ H Cretēſium & Lacedemoniorū legiſlatores & ſiqui alii tales facti ſunt. Si vero Politicę eſt perſcrutatio hæc, manifeſtum qm̄ fiet vtique quæſtio ſecundū eā, quæ a principio electionem.

c De virtute autem perſcrutādū, humana videlicet. Etenim bonum humanum quærebam⁹ & fœlicitatem humanā. Virtutem autem dicimus humanam non eam, quę corporis, ſed eā I quæ animæ. Sed & fœlicitatem operationem animæ dicimus. Si autem hæc ita habent, manifeſtum qm̄ oportet Politicū ſcire aliqualiter, quæ circa animā quemadmodum & eū qui oculos curat & omne corpus, & magis, quāto honorabilior & melior Politica medicinali. Sed & medicorū excellētes multa negociātur circa corporis cognitionem. Contemplandum itaque & ciuili de anima.

d Contemplandum autem horum gratia, & inquantum ſufficienter habet ad quæſita. In plus enim certificare, operoſi⁹ eſt propoſitis.

## LECTIO XIX.

*CVm autem fœlicitas animæ quædam per uirtutem perfectam ſit operatio, de uirtute conſideremus oportet. Hoc enim modo melius fortaſſe de fœlicitate etiā contemplabimur.*

*Videtur autem & is, qui uere ciuilis eſt, circa hanc maxime elaborare. Vult enim ipſos ciues bonos efficere legibuſque obtemperantes. Atque horum exemplum legumlatores, tum Cretenſium, tum Lacedemoniorum habemus, & ſiqui alii tales fuere. Quòd ſi hæc conſideratio ciuilis eſt facultatis, conſtat inquiſitionem hanc, perinde ut ab initio propoſuimus ac inſtituimus fore.*

*De uirtute autem humana conſiderandum eſt. Bonum enim humanum fœlicitatemue quærebamus humanā. Virtutem uero humanam diximus, nō eam, quæ corporis eſt, ſed eam, quæ animæ. Et fœlicitatem enim operationem animæ dicimus. Quæ cū ita ſint, patet ipſum ciuilem, aliqua ex parte de anima ſcire oportet, quemadmodū & eum qui curaturus eſt oculos, totūque corpus de ipſis ſcire oportet. Et eo magis, quòd facultas ciuilis honorabilior eſt atque præſtabilior medicina. Elegantes etiam medici multa plane circa cognitionē corporis tractant. Et ciuilis igitur ipſe de anima contempletur oportet.*

K

*Horum autem gratia & quoad ſatis eſt ad ea, quæ hic quæruntur. Nā ulterius exactiuſue cōſiderare maius eſt opus difficiliuſue fortaſſe, quàm ea quæ proponuntur.*

c ¶ Aſſumit quædā de partib⁹ animæ neceſſaria ad cognitionem virtutū. Et circa hoc duo facit. Primo oſtendit, quòd neceſſarium eſt huiuſmodi aſſumi in hac ſcientia. Secundo aſſumit ea ibi. {Dicuntur autē de hac &c.} Circa primum duo facit. Primo oſtēdit, quòd ē neceſſe huic ſcientiæ, quòd conſideret quædam de partibus animæ. Secundo oſtendit, qualiter debeat ea conſiderare ibi. {Contemplādum autem &c.} Dicit ergo primo, quòd cum nos intēdamus perſcrutari de virtute, intelligimus hoc de virtute humana. Dictum eſt enim ſupra, quòd quærimus in hac ſcientia bonū humanum & fœlicitatem humanam. Et ideo ſi virtutem quærimus propter fœlicitatem, neceſſe eſt ꝙ virtutem humanam quæram⁹. Virtus autem, quæ eſt proprie humana, non eſt ea, quę eſt corporis, in qua communicat cū aliis rebus, ſed ea q̄ eſt animæ, quæ eſt ꝓpria ſibi. Sed ad hoc etiam cōpetit id qđ ſupra diximus, ꝙ fœlicitas ē operatio animæ. Sic ergo ſe habet Politicus ad conſiderandum de anima, cuius virtutem quęrit, ſicut medicus ad conſiderandū de corpore, cuius ſanitatem quærit. Vnde manifeſtum eſt, ꝙ oportet Politicū aliqualiter cognoſcere ea, quæ pertinent ad animam, ſicut medicus, qui curat oculos, & totū corpus, oportet ꝙ conſideret de oculis & de corpore toto. Et tanto magis hoc pertinet ad Politicum, vt conſideret animam, cuius virtutem inquirit, quanto eſt melior ipſa, q̄ ſciētia medicinæ, vt ex ſupradictis patet. Et ideo oportet, ꝙ eius conſideratio ſit magis completa. Videmus autem ꝙ excellentes medici multa tractant circa cognitionem corporis, & non ſolū circa medicinales operationes. Vnde Politicus habet aliquam conſiderationem de anima. Deinde cum dicit.

d ¶ Oſtendit, qualiter de his debeat conſiderare. Et dicit, quòd in hac ſcientia contemplandum eſt de anima, gratia horū idest



idest virtutum & actuum hominis, de quibus eſt hic principa- A lis intentio. Et ideo intantum cōſiderandum eſt de anima, quā tum ſufficit ad ea, quæ principaliter quærimus. Si autem aliqs vellet plus certificare de anima, quàm ſufficit ad propoſitum, requireret hoc maius opus quàm ea, quæ in propoſito quæruntur. Et ita eſt in omnibus aliis, quæ quæruntur propter finē, quòd eorum quantitas eſt aſſumenda ſecundum quòd competit fini. Deinde cum dicit.

Lect. 10.

e ¶ Aſſumit ea, quæ ſunt hic conſideranda de partib⁹ animę. Et primo diuidit partes animæ in rationale & irrationale: Secundo ibi. {Irrationalis autem &c.} ſubdiuidit irrationale. Tertio ibidem. {Si autem oportet hoc &c.} ſubdiuidit aliud membrū diuiſionis primæ, ſcilicet rationalem animæ partē. Circa primum duo facit. Primo ponit diuiſionem. Secundo dicit prętermittendam quandam dubitationem ibi. {Hæc autem vtrum &c.} Dicit ergo primo, ꝙ de anima ſufficiēter quædam ſunt dicta ī Libro de anima, quē vocat exteriores ſermones, vel quia ſcripſit Librum illum per modum epiſtolæ ad aliquos longe exiſtētes. Libri enim quos ſolebat docere ſuos auditores, vocabantur auditus, ſicut libri phyſicorum dicūtur de phyſico auditu. Vel melius, exteriores ſermones vocātur qui ſunt extra propoſitam ſcientiā. His autem, quæ ibi dicta ſunt, hic eſt vtēdum, puta quòd quędam pars animæ eſt rationalis, quædam irrationalis, vt dicit in Tertio de anima: Deinde cum dicit.

Lect. 41.

f ¶ Mouet quandā dubitationem eſſe in propoſito prætermittendam, vtrum ſcilicet hæ duæ partes animæ rationalis & irrationalis ſint diſtinctæ adinuicem, ſubiecto, loco, & ſitu, ſicut particulæ corporis, vel cuiuſcumq; alterius continui diuiſibilis. Sicut Plato poſuit rationale eſſe in cerebro, concupiſcibile eſſe in corde, & nutritiuum in epate, vel potius hę duæ partes non diuidantur ſecundū ſubiectū, ſed ſolū ſecundū rationē, ſicut in circunferentia circuli, curuū, ideſt cōuexum, & concauū non diuiduntur ſubiecto, ſed ſolū ratione. Et dicit quòd quantum pertinet ad propoſitum, non differt quid horū dicatur. Et ideo præmittit hanc quæſtionē ad propoſitum non pertinentem.

e Dicuntur autem de hac & in exterioribus ſermonibus ſufficienter quędam. et vtendū ipſis. Puta hoc quidē irrationale ipſius eē. hoc vero rōnē habēs.

f Hæc autē vtrum determinata ſunt quemadmodum corporis particulę & omne diuiſibile B vel ratione duo ſunt indiuiſibilia apta nata, quemadmodum peryferia in curuum & concauum, nihil differt ad præſens.

## LECTIO XX.

IRrationalis autem hęc quidē aſſimilatur cōmuni & plātatiuo. Plātatiuū autē dico cauſam eius, quod eſt nutriri & augeri. Talē C enim virtutem animæ in omnibus, quæ nutriuntur ponet aliquis vtique, & in embrionibus eandem vtiq; hanc & in imperfectis: rationabili⁹ enim quàm aliam aliquam.

b Hæc quidem igitur communis quędam virtus & nō humana apparet.

c Videtur .n. in ſomnis operari maxime particula hęc & virtus. Bonus aūt & malus nequaquā manifeſti ſunt ſm̄ ſomnū. D Vn̄ dicūt nihil differre ſm̄ dimidiū vitæ fœlices a miſeris. Contingit aūt hoc decēter. Somnus .n. eſt quies animæ, ſm̄ ꝙ dicit̄ ſtudioſa & praua. Verumtamē ſi quo paulatim pertranſeunt q̄dā motuū. Et ita meliora fiunt fantaſmata ſtudioſorū, q̄ quorūlibet. Sed de his quidē igitur ſufficienter. Et nutritiuam igitur relinquēdam, quoniam humanæ virtutis expers eſt.

*Dicuntur autem & in externis ſermonibus aliqua de ipſa ſufficienter. Et utendum eſt ipſis. Vt partium eius aliam ratione uacare, aliam rationem habere.*

*Atque nihil in præſenti refert diſtinctæ ſint hæ perinde atque corporis partes & omne partibile, an ratione quidem ſint duæ, re uero ſeiungi non poſſint, ut in circumferentia ſeſe habent concauum & conuexum.*

## LECTIO XX.

*PArtis autem ratione uacantis alia quidem communis eſt & uegetatiua. Loquor autem de ea, quæ cauſa eſt ut id quod ipſam habet nutriatur, incrementaque ſuſcipiat. Talem enim animæ potentiā in uniuerſis, quæ nutriuntur quiſpiam poſuerit & in fœtibus, & hanc eandē etiam in perfectis. Eſt enim magis cōſonum rationi eandem, quàm aliquam aliam ponere.*

*Huiuſmodi igitur uirtus communis quædam, & non humana uidetur.*

*Nam hæc pars & potentia, in ſomnis maxime operatur. Bonus autem & malus minime in ſomno diſcernitur. Quapropter, inquiunt, a miſeris fœlices in dimidio uitæ nihil differre. Hoc autem recte accidit, ſomnus enim ocium eſt animæ, tam ſtudioſæ, quàm uitioſæ, niſi parumper motus proueniant aliqui, atq; ita modeſtorum meliora, quàm quorumuis uiſa fiant. Sed de his quidem hactenus. Et nutriendi potētia cum expers ſit humanæ uirtutis, omittenda eſt.*

## LECTIO XX.

POſtquàm philoſophus diuiſit partes animæ per rationale & irrationale, hic ſubdiuidit partem irrationalem. Et primo ponit vnum membrum diuiſionis. Secundo ponit aliud ibi. {Videtur vtiq; & alia quædam &c.} Circa primum duo facit. Primo ponit quandam partem animæ irrationalem. Secundo, oſtendit quòd illa pars animæ non eſt proprie humana ibi. {Hæc quidem &c.} Dicit ergo primo, quòd inter irrationales partes animæ vna eſt, quæ aſſimilatur animæ plantarum, quæ eſt communis omnibus viuētibus hic inferius. Et huiuſmodi pars illa eſt, quæ eſt cauſa nutrimēti & augmēti in omnibus. Et talis pars animæ ponit̄ in omnibus, quæ nutriuntur, non ſolum iam natis, ſed etiam antequam naſcantur ideſt, in embrionib⁹, qui manifeſte nutriūtur & creſcunt. Similiter inuenitur hæc pars animę in animalibus non ſolum perfectis, ideſt in habentibus omnes ſenſus, & motis motu progreſſiuo, ſed etiam in animalibus imꝑfectis, quæ habent ſolum ſenſum tactus, & manent immobilia in eodem loco, ſicut ſunt conchilia. Manifeſtum ē enim, quòd omnia prædicta viuunt, & habent aliquam partem animæ. Rationabilius autem in eis omnib⁹ ponitur hęc pars animæ, q̄ quæuis alia, quia opera hui⁹ partis manifeſtius in eis apparent. Deinde cum dicit.

b ¶ Oſtendit quòd prædicta pars animę non eſt humana. Et primo cōcludit hoc ex prædictis. Humanum enim dicimus, quod eſt propriū homini. Si ergo pars animæ maxime eſt communis conſequens ē ꝙ non ſit humana. Secunda ibi.

c ¶ Addit manifeſtationem ex quodā euidenti ſigno. Hæc enim pars animę efficaciſſime inuenitur operari in ſomnis, recurrente enim calore naturali ad interiora, dū animal dormit digeſtio melius E celebratur. Id autem quod eſt propriū hominis ſecundū quòd homo dicitur bonus vel malus, non multum operatur in ſomno. Nec ſecundum ſomnum manifeſtatur quis ſit bonus vel malus. Vnde prouerbialiter dicunt, quòd fœlices non differunt a miſeris ſecundum ſomnum, qui eſt dimidium vitæ, quia in ſomno ligatur iudicium rationis, & non operantur exteriores ſenſus, operatur autem fantaſia, & vis nutritiua. Hoc autem contingit rationabiliter, ſcilicet quòd ſecundum ſomnum non differat bonus & malus, fœlix & miſer, quia in ſomno quieſcit a ſua operatione illa pars, ſecundū quam homo dicitur bonus. Et bonus & malus in ſomno differunt, non propter differētiom, quæ fit in dormiendo, ſed propter differentiam, quæ fuit in vigilando, inquantum ſcilicet motus vigilantiū paulatim pertranſeunt ad dormientes, prout ſcilicet ea quæ homo vidit, vel audiuit, vel cogitauit vigilando, occurrūt fantaſiæ dormientis. Et per hunc modū, in dormiendo fiunt meliora fantaſmata virtuoſorum, qui circa honeſta ſe occupāt in vigilando, quàm quorumcumque

rumcumque aliorum, qui vanis & inhoneſtis vigilantes ſe occupant. Et de his ſufficiat quod dictum eſt. Relinquitur autem ex præmiſſis quòd pars animæ nutritiua, non eſt nata eſſe particeps humanæ virtutis. Deinde cum dicit.

d Videtur vtique, & alia quædam natura animę irrationalis eſſe participans quidem aliqualiter ratione.

e Incontinentis.n. & cōtinentis rationē habens laudamus. Recte.n. & ad optima deprecat ratio. Videtur aūt in ipſis aliud G quidem præter rationem innatū, quod aduerſatur & obuiat rationi. Similiter.n. quēadmodum diſſolutę corporis particulę in dextram pręeligentium mouere, in ſiniſtram praue ferūtur, & in anima ſic. Ad contraria.n. motus incontinentiū. Sed in corporibus quidem videm⁹, ꝙ peruerſę motū eſt, in anima vero non videmus. Fortaſſis autem nihil minus in anima exiſtimandum eſſe aliquid præter H rationem, contrarians huic & obuians. Qualiter autem alterum nihil differt.

f Ratione autē & hoc videtur participare quemadmodū diximus. Obedit igitur rationi, quod continentis eſt. Amplius autem forſitan ſubiectus eſt qđ ſobrii & fortis. Omnia enim cōſonant rationi.

g Videtur vtiq; & irrationale I dupliciter. Plantatiuū quidem .n. nequaquam cōmunicat rationi. Cōcupiſcibile vero & vniuerſaliter appetibile, participat aliqualiter ſecundū ꝙ exaudibile eſt ei & obedibile. Ita vtique & patris & amicorum dicimus habere rationē, & nō quēadmodum mathematicorum.

h Quoniam autē ſuadetur aliqualiter a ratione irrationale nunciat, & ſuaſio, & omnis increpatio & deprecatio.

*Videtur autem & alia quædam eſſe natura animæ uacans ratione, aliqua tamen ex parte particeps rationis.*

*Continentis enim & incontinentis rationem, idque animæ, quod rationē habet laudare ſolemus. Recte namque & ad optimas res inuitat. In ipſis autem & aliud quid præter rationem in eſſe conſtat, quod quidem repugnat reſiſtitque rationi. Nam ut diſſolutæ corporis partes ſi ad dexteram mouere uelis, in ſiniſtram feruntur. Sic plane fit & in anima. Ad contraria enim incontinentium appetitiones feruntur. Verum in corporibus quidem cernimus ea; quæ ad contrariam partem feruntur. In anima uero non cernimus. Fortaſſe autem non minus et in anima putandum eſt eſſe aliquid præter rationem, quod huic aduerſatur & obſtat. Dicere uero quomodò eſt diuerſum, nihil refert.*

*Videtur autem & hoc rationis uti diximus particeps eſſe. Patet enim in ipſo continente rationem, & in temperante ac forti magis forſitan eidem obtemperat. Omnia enim in illis ſunt conſona rationi.*

*Pars igitur animæ ratione uacans eſt duplex. Vegetatiua namque nullo modo rationis eſt particeps. Sed cupiēdiuis, et omnino appetendi rationis eſt quodāmodo particeps ea ratione qua obedit ipſi atque obtemperat. Sic & patris & amicorum, & non ut rerum mathematicarum dicimus rationem habere.*

*Hanc autem partem ratione uacātem rationi obtemperare admonitiones, & increpationes, & cohortationes K etiam indicant.*

d ¶ Ponit aliud membrum diuiſionis. Et primo proponit, qđ intendit. Secundo ꝓbat propoſitum ibi. {Incontinētis enim, &c.} Dicit enim primo, ꝙ pręter nutritiuam partem animę videtur eſſe quædam alia pars, irrationalis quidem ſicut nutritiua, ſed aliqualr participans rationem. i quo differt a nutritiua, quæ omnino ē expers humanę virtutis, vt dictum eſt. Deinde cum dicit.

e ¶ Probat propoſitum. Et primo, ꝙ ſit alia quædam pars animæ irrationalis. Secundo, quòd participat rationem ibi. {Ratione autem & hoc videtur, &c.} Primum autem probat, ratione ſūpta ex parte continentis & incontinentis, in quibus laudamus partē animæ, quæ habet rationem, eo quòd ratio eorum recte deliberat & ad optima īducit quæſtio deprecando, vel perſuadēdo, vterque enim horum eligit abſtinere ab illicitis voluptatibus. Sed in vtroque eorū videtur eſſe aliquid naturaliter eis inditum præter rationem, quod cōtrariatur rationi & obuiat ei, ideſt impedit ipſam in executione ſuæ electionis. Vnde patet, quòd eſt quodam irrationale, cum ſit rationi cōtrariū. Et hoc eſt appetitus ſenſitiuus, qui appetit, id quod eſt delectabile ſenſui, qđ interdum contrariatur ei, quod ratio iudicat eſſe ſimpliciter bonum. Hoc autem in eo, qui eſt continens vincitur a ratione, nam cōtinens habet quidem concupiſcentias prauas, ſed ratio eas non ſequitur. In incontinente autem vincit rationem, quæ deducitur a concupiſcentiis prauis. Et ideo ſubdit exemplum, quòd ſicut corporis membra ſunt diſſoluta, quia ſcilicet, non poſſunt omnino contineri a virtute corporis regitiua, ſicut accidit in paralyticis & ebriis, qui mouentur in partem ſiniſtram, quando eligunt in dexteram moueri, ita etiam verum eſt ex parte animæ in incontinentibus, quòd mouentur ad contraria eorū, quæ ratio eligit. Sed hoc non ita apparet in partibus animæ, ſicut in partibus corporis. Quia in partibus corporis manifeſte videmus quomodo aliquid inordinate mouetur, ſed in partibus animæ non ita manifeſte videmus hoc. Nihilominus exiſtimādum eſt, quòd aliquid ſit in homine, quod contrariatur & obuiat rationi. Sed qualiter hoc ſit alterum a ratione, vtrum ſcilicet ſubiecto, vel ſolum ratione, hoc non refert ad propoſitum. Deinde cum dicit.

F f ¶ Oſtendit, quòd huiuſmodi irrationale participat rationē. Et primo manifeſtat hoc ex his, quæ intra hominem aguntur. Secundo ex his, quæ aguntur extra hominem ibi. {Quoniam autem ſuadetur, &c.} Circa primum duo facit. Primo oſtendit, quòd hoc irrationale participat rationem. Secundo, concludit differentiam huiuſmodi irrationalis partis ad eam, quæ ſupra poſita eſt ibi. {Videtur vtique & irrationale, &c.} Dicit ergo primo, quòd irrationale de quo nunc dictū eſt, videtur aliqualiter participare rationem, ſicut ſupra dictum eſt. Et hoc manifeſtum eſt ī homine continente, cuius appetitus ſenſitiuus obedit rationi. Quàmuis enim habeat cōcupiſcentias prauas, non tamen ſecūdum eas operatur ſed ſecundum rationem. Et multo amplius ſubiicitur huiuſmodi pars animæ rationi ī homine ſobrio, ideſt tēperato; qui ita habet appetitum ſenſitiuum edomitum per rationē; quòd non ſunt in eo concupiſcentiæ prauæ vehementes. Et eadē ratio eſt de forti & quolibet habente habitum virtutis moralis. Quia in talibus ferè omnia cōſonant rationi, ideſt non ſolum exteriores actus, ſed etiam interiores concupiſcentiæ. Deinde cum dicit.

g ¶ Concludit ex præmiſſis differentiā vtriuſque irrationalis. Et dicit, quòd videtur ſecundum præmiſſa dupliciter eſſe irrationale. Nam nutritiuum, quod inuenitur in plātis, in nullo communicat cum ratione, non enim obedit īperio rationis. Sed vis concupiſcibilis & omnis vis appetitiua, ſicut iraſcibilis, & voluntas participant aliqualiter rationem, ſecundum quòd exaudiūt rationem mouētem & obediunt ei, vt imperanti. Et ita rationem dicimus habere ſe in loco patris imperantis & amicorum amouentium. Et non ſe habet per modum ſpeculantis tantum, ſicut ratio mathematicorum. Tali enim ratione hæc pars animæ rationalis in nullo participat. Deinde cum dicit.

h ¶ Oſtendit ꝙ irrationale participat rationem per ea, quæ exterius aguntur. Signat enim hoc, vt ipſe dicit, & ſuaſio, quæ eſt ab amicis, & increpatio, quę eſt a maioribus, & deprecatio, quæ eſt a minoribus ad hoc, ꝙ homo ſuas concupiſcentias non ſequatur. Hæc autem omnia fruſtra eſſent, niſi huiuſmodi pars animæ irrationalis participare poſſet rationem. Et ex hoc apparet, ꝙ ratio non ſubditur motibus paſſionum appetitus ſenſitiui, ſed poteſt eos reprimere. Ideo non ſubditur motibus cœleſtium corporum, ex quibus immutationē corporis humani poteſt fieri aliqua immutatio circa appetitum animæ ſenſitiuum. Cum



Cum enim intellectus, vel ratio, non ſit potentia alicuius organi corporalis, non ſubditur directe alicuius virtutis corporeæ actioni. Et eadem ratione nec voluntas, quę eſt in ratione, vt Text. 20 dicitur in tertio de anima. Deinde cum dicit.

i ¶ Subdiuidit aliud membrum diuiſionis primæ, ſcilicet rationalem animę partem. Et dicit, ꝙ ſi oportet dicere illā partem animę, quæ participat rationem eſſe aliqualiter rōnalem, duplex erit rationale. Vnum quidem ſicut principaliter & ī ſeipſo rationem habens, quod eſt eſſentialiter rationale. Aliud autē eſt, quod eſt natū obedire rationi, vt & patri. Et hoc dicimus rationale ꝑ participationē. Et ſm hoc vnum mēbrum continetur & ſub rationali & irrationali. Eſt.n. aliqd irrationale tantū ſicut pars animę nutritiua. Quędam vero ē rationalis tm̄, ſicut intellectus & ratio. Quædā vero eſt ſm ſe quidē irrationalis, participatiue aūt rationalis, vt appetitus ſenſitiuus, & voluntas. Deinde cū dicit.

K ¶ Diuidit virtutē ſm prædictam differentiā partiū animæ. Et dicit, ꝙ virtus determinatur.i. diuiditur ſm prædictam diffe- A rentiā partium animæ. Cum.n. virtus humana ſit per quā bene perficitur opus hominis, quod eſt ſecundū rationē, neceſſe eſt, ꝙ virtus humana ſit in aliquo rationali. Vnde cū rationale ſit duplex.ſ. per eſſentiā & per participationē, conſequens eſt, ꝙ ſit duplex humana virtus. Quarū quædā ſit in eo, quod eſt rationale per ſeipſum, quæ vocatur ītellectualis, quædā vero eſt in eo ꝙ eſt rationale per participationē, ideſt in appetitiua animæ parte, & hæc vocatur moralis. Et ideo dicit, ꝙ virtutum quaſdā dicimus eſſe intellectuales, quaſdam vero morales: ſapientia enim, & intellectus & prudentia dicuntur eſſe intellectuales virtutes, ſed liberalitas & ſobrietas morales. Et hoc probat per laudes humanas, quia cum volumus aliquē de moribus ſuis laudare, nō dicimus, ꝙ ſit ſapiēs, & intelligēs, ſed ꝙ ſit ſobrius & mitis. Nec ſolū laudam⁹ de mo- C ribus aliquē, ſed etiā laudamus aliquem ꝓp habitum ſapientiæ. Habitus autē laudabiles dicūtur virtutes, præter ergo virtutes morales, ſunt etiam aliquæ intellectuales, vt ſapiētia, intellect⁹, & aliquæ huiuſmodi. Et ſic terminatur primus liber.

i Si autem oportet & hoc dicere rationem habere, dupliciter erit, & rationem habens. Hoc quidem principaliter & in ſeipſo, hoc autē quemadmodum a patre audibile aliquid.

K Determinatur aūt virtus ſecundū differentiā hāc. Dicim⁹ .n. harū has qdē intellectuales, has aūt morales. Sapientiā quidē & intellectū & prudentiā intellectuales. Liberalitatē aūt & ſobrietatē, morales. Dicētes.n. de moribus, non dicimus quoniam ſapiens, vel intelligēs, ſed quoniā mitis, vel ſobrius. Laudamus autē & ſapientem ſecūdum habitū. Habituum aūt, laudabiles virtutes dicimus.

*Quòd ſi oportet hanc quoque partem dicere rationem habere, duplex & ea pars erit, quæ rationem habet. Et una quidem proprie & in ſeipſa. Altera uero ut is qui obtemperat patri.*

B *Diuiditur autem & uirtus hac differentia. Virtutum enim, alias intellectiuas, alias morales dicimus eſſe. Liberalitatem autem & temperantiam morales. Nam cum de moribus cuiuſpiam loquimur, non ſapientem illum aut ſagacem, ſed mitem aut temperātem dicimus eſſe. Laudamus autem & ſapientem ob habitum. At habituū, eos, qui laudabiles ſunt, uirtutes appellare ſolemus.*

# ARISTOTELIS MORALIVM

## AD NICOMACVM

### LIBER SECVNDVS.

### Cum Sancti Thomæ Aquinatis præclariſsimis commentariis.

### LECTIO PRIMA.

POſtquàm philoſophus determinauit ea, quæ ſunt ꝓambula ad virtutem, hic incipit de virtutibus determinare. Et diuiditur in partes duas. In prima determinat de ipſis virtutibus. In ſecunda de quibuſdam, quæ conſequuntur ad virtutes, vel comitantur eas in ſeptimo libro, ibi. {Poſt hæc autem dicendū, aliud facientes principium &c.} Prima aūt pars diuiditur ī duas partes. In prima determinat de virtutibus moralibus. In ſecunda de intellectualib⁹ in 6. lib. ibi. {Quia autē extitimus prius dicentes, &c.} Et ratio ordinis eſt. Quia virtutes morales ſūt magis notæ, & per eas diſponimur ad intellectuales. Et prima pars diuiditur in partes duas. In prima determinat ea, quæ pertinent ad virtutes morales in communi. In ſecunda determinat de virtutibus moralibus in ſpeciali. Lib. 3. Lec. 14. Et hoc ibi. {Quoniam quidem igitur moralis medietas eſt &c.} Prima autem diuiditur in duas partes. In prima determinat de virtute morali in communi. In ſecunda determinat de quibuſdam principiis moralium actuum in 3. lib. ibi. {Virtute itaq; & circa paſſiones &c.} Prima autē pars diuiditur in partes tres. In prima inquirit de cauſa virtutis moralis. In ſecunda inquirit quid ſit virtus moralis, ibi. {Poſt hæc autem quid ſit virtus &c.} In tertia parte oſtēdit quomodo aliquis poſſit fieri virtuoſus, ibi. {Quæ quidē igitur eſt virtus moralis &c.} Circa primū D tria facit. Primo oſtendit, ꝙ virtus moralis cauſatur in nobis ex operationibus. Secundo oſtendit ex qualibus operationib⁹ cauſetur in nobis ibi. {Qm̄ igitur præſens negociū &c.} In tertia parte mouet quandā dubitationē circa prædicta. ibi. {Quæret autē vtiq; aliquis &c.} Circa primū duo facit. Primo oſtendit, quæ ſit cauſa generationis virtutis. Secundo, quid ſit cauſa corruptiōis ibi. {Adhuc ex eiſdē &c.} Circa primū tria facit. Primo proponit ꝙ virtus moralis ſit in nobis ex conſuetudine operum. Secundo oſtendit ꝙ non eſt in nobis a natura, ibi. Ex quo & manifeſtū &c.} Tertio manifeſtat quod dixerat ꝑ ſignū, ibi. {Teſtatur aūt quòd ſit &c.} Dicit ergo primo, ꝙ cum duplex ſit virtus.ſ. intellectualis & moralis. Intellectualis virtus ſm̄ plurimū & generatur & augetur ex doctrina: cuius ratio eſt, quia virtus intellectualis ordinatur ad cognitionē, quæ quidē acquiritur nobis magis ex doctrina q̄ ex intētione. Plures.n. ſunt, qui poſſunt cognoſcere veritatē ab aliis addiſcēdo q̄ per ſe inueniendo. Plura etiā vnuſquiſq; inueniēs ab alio diſcet q̄ per ſeipſum īueniat. Sed quia in addiſcendo non proceditur in infinitū, oportet ꝙ multa cognoſcant homines inueniēdo. Et quia oīs cognitio noſtra ortū habet a ſenſu, & multoties ſentire aliquid, facit experimentū. Ideo conſequēs eſt vt intellectualis virtus indigeat experimento longi temporis. Sed moralis virtus fit ex more i. ex Lectio. 2.

### LECTIO I.

DVplici aūt exiſtente virtute, hac quidē ītellectuali, hac aūt morali: ea quidē quæ intellectualis, plurimū ex doctrina habet & generationē & augmētū. Ideo experimēto indiget & tēpore. Moralis vero ex more fit. Vnde & nomē habuit parū d̄clinās a mor̄.

### LECTIO I.

E *CVm autem uirtus ſit duplex intellectiua inquam, atque moralis, intellectiua quidem plurimum ex doctrina generationem habet & incrementum. Quapropter experientia indiget temporeque. Moralis autem aſſuetudine comparatur. Vnde & nomen habuit tale.*

consuetudine. Virtus enim moralis eſt in parte appetitiua. Vnde importat quandam inclinationẽ in aliquid appetibile. Quæ quidem inclinatio, vel eſt a natura quæ inclinat in id quod eſt ſibi conueniens, vel ex conſuetudine quæ vertitur in naturam. Et inde eſt, quòd hoc nomen moraleꝫ ſumitur a cõſuetudine parum inde declinans. Nam in græco ethos per. E. breue ſcriptũ, ſignat morem ſiue moralem virtutem. Ithos autẽ ſcriptum per. y. græcum, quod eſt longum, ſignificat conſuetudinem. Sicut etiam apud nos nomen moralis ſignificat quandoque conſuetudinem, quandoque autẽ id quod pertinet ad vitium, vel virtutem. Deinde cum dicit.

b ¶ Probat ex præmiſſis, quòd virtus moralis non ſit a natura per duas rationes. Quarum prima talis eſt. Nam eorũ, quæ ſunt natura, nullum variatur propter aſſuetudinẽ. Et hoc manifeſtat per exemplum, quia cum lapis naturaliter feratur deorſum: quantumcumque proiiciatur ſurſum, nullo modo cõſueſcet ſurſum moueri, & huius ratio eſt: quia ea quæ naturaliter agunt, aut agunt tantum, aut agunt & patiuntur. Si agunt tantum, ex hoc nõ immutatur ĩ eis principium actionis. Et manente eadem cauſa, ſemper remanet inclinatio ad eundem effectum. Si autẽ ſic agunt, quòd etiam patiantur niſi ſit talis paſſio, quę remoueat principium actionis, nõ tolletur inclinatio naturalis, quæ inerat. Si vero ſit talis paſſio, quæ auferat principium actionis, iam nõ erit eiuſdem naturæ. Et ſic non erit ſibi naturale, qđ fuerat prius. ideo ꝑ hoc, quòd naturaliter aliquid agit non immutatur circa ſuam actionem. Et ſimiliter etiam ſi moueatur contra naturam, niſi forte ſit talis motio, quæ naturam corrumpit. Si vero naturale principium actionis maneat, ſemper erit eadem actio. Et ideo in his, quæ ſunt ſecũdum naturam, & in iis, quę ſunt contra naturam, conſuetudo nihil facit. In his autem quæ pertinent ad virtutes, conſuetudo aliquid facit, cuius ratio eſt: quia virtus moralis pertinet ad appetitum qui operatur ſecundum quòd mouetur a bono apprehenſo: Et ideo ſimul cũ hoc, quòd multoties operatur, oportet quòd multoties moueatur a ſuo obiecto. Et ex hoc conſequitur quamdam inclinationem ad modum naturæ, ſicut etiam multæ guttæ cadentes, lapidem cauant. Sic igitur patet, quòd virtutes morales non ſunt in nobis a natura, neque ſunt nobis contra naturam. Sed ineſt nobis naturalis aptitudo ad ſuſcipiendum eas, in quantum ſcilicet appetitiua vis in nobis nata eſt obedire rationi. Perficiuntur autem in nobis per aſſuetudinem inquantum ſcilicet ex eo, qđ multoties agimus ſecundum rationem, imprimitur forma vi rationis in appetitiua. Quæ quidẽ impreſſio, nihil eſt aliud q̃ virt⁹ moralis Secũdã rationem ponit ibi.

c ¶ Quæ talis eſt. In omnibus illis quę nobis inſunt ex natura, prius ineſt nobis potentia, quàm operatio. Et hoc patet in ſenſibus. Non enim ex hoc, quòd multoties vidimus, vel audiuimus, accepimus ſenſum viſus & auditus. Sed econuerſo ex hoc, quòd habuim⁹ hos ſenſus vti eis cepimus, non autem ex hoc, quòd eis vſi ſumus factum ẽ, vt eos haberemus. Sed operando ſecundum virtutem accepimus virtutes, ſicut etiam cõtingit in artibus operatiuis, in quibus homines faciendo addiſcunt ea, quæ oportet facere poſtquam didicerũt. Sicut ædificando fiũt ædificatores, & citharizando citharistæ. Et ſimiliter operando iuſta, aut temperata, aut fortia, fiunt homines iuſti, aut tẽperati, aut fortes. Ergo huiuſmodi virtutes non ſunt in nobis a natura. Deinde cum dicit.

d ¶ Manifeſtat qđ dixerat per ſignũ. Et dicit, ꝙ ei quod dictum eſt, ꝙ operãdo efficimur virtuoſi ac teſtatur hoc, ꝙ fit in ciuitatibus, qa legiſlatores aſſuefaciẽdo homines ꝑ pcepta, præmia, & pœnas, ad opera virtutũ: faciũt eos virtuoſos, & ad hoc debet ferri intentio cuiuſlibet legiſlatoris. Qui vero hoc nõ bñ faciũt, peccãt in legiſlatione. Et hoc rũ ciuilitas differt a recta ciuilitate ſecundũ differẽtiã boni & mali. Deĩde cũ dicit.

e ¶ Oſtendit ꝙ ex operibus eiſdem fit & corrũpitur virtus. Et primo oſtendit propoſitum. Secundo infert quoddã correlariũ ex dictis ibi. {Propter qđ oportet, &c.} Dicit ergo primo, quòd eadem ſunt principia ex quibus diuerſimode acceptis, fit & corrumpitur virtus. Similiter eſt de qualibet arte. Et manifeſtat hoc primo in actibus, qa ex hoc ꝙ citharizãtur aliqualiter hoĩes fiũt & boni & mali citharistæ, ſi ꝓportionaliter accipiãt. Et eadem ratio eſt ædificatoribus, ſeu omnibus aliis artificibus.

b Ex quo manifeſtũ, quoniã neque vna moraliũ virtutũ natura nobis inſit. Nullum enim natura exiſtentiũ aliter aſſueſcit, puta lapis natura deorſum lat⁹ non vtique aſſueſcit ſurſum ferri, neque ſi decies millies aſſueſcat quis, cum ſurſum iaciens. G Neq; ignis deorſum neq; aliud aliquod eorũ, quę aliter innata ſunt, aliter vtiq; aſſueſcet. Neq; igitur natura neq; pręter naturam inſunt virtutes, ſed innatis quidẽ nobis ſuſcipere eas, perfectis aũt per aſſuetudinem.

c Adhuc quæcumq; nobis natura quidem aduenitunt, potentias horum prius ferimus, poſterius aũt operationes horum reddimus. Quod in ſenſibus manifeſtũ. Non. n. ex multoties videre aut ex multoties audire ſenſus accipimus: ſed econuerſo habẽtes vſi ſumus, nõ vtẽtes habuimus. Virtutes autem accepimus operantes prius, quẽadmodũ & in aliis artib⁹. Quæ enim oportet diſcentes facere hæc faciẽtes diſcim⁹. Puta ædificãtes ędificatores fiũt, & in citharizantes citharistę. Sic aũt & iuſta quidem operantes iuſti efficimur. Temperata autem tẽperati. Fortia vero fortes.

d Teſtatur autem & quod fit in ciuilitatibus. Legislatores enim ciues in ciuitatibus faciunt bonos. Et volũtas quidẽ cuiuslibet legislatoris hęc eſſe. Quicũq; vero hęc nõ bñ faciũt, peccãt. Et differt horũ ciuilitas a ciuilitate, vt bona a mala.

e Adhuc autem ex eiſdem, & per eadem, & fit omnis virtus K & corrũpitur. Similiter aũt, & ars. Ex citharizare. n. & boni & mali fiunt citharistæ. Proportionaliter autẽ & ædificatores & reliqui oẽs. Ex bene quidem ędificare boni erũt ædificatores ex male ãt mali. Si. n. nõ ſic haberet, nihil vtiq; opus eſſet docente: ſed oẽs vtiq; fierẽt boni, vel mali. Sic vtiq; & in virtutibus habet. Operãtes enim in cõmunicationibus, quę ſũt ad homines, efficiũtur hi quidem iuſti, hi autẽ iniuſti. Operantes aũt etiã in periculis & aſſueti timere, vel confidere: hi quidem fortes, hi aũt timidi. Similiter aũt & q̃ circa cõcupiſcẽtias habent & iras: hi quidẽ enim temperati & mites fiunt, hi autẽ intemperati & iracũdi: hi quidẽ bene ex ſic in eis conuerſari, hi autẽ ex ſic male. Et omnino & vno vtiq; ſermone, ex ſimilibus operationibus habitus fiunt.

*Ex quo patet, nullam fieri virtutẽ morum in nobis natura. Nihil. n. eorũ quæ ſunt natura, aliter aſſueſcit. Vt lapis, cui quidẽ natura competit ferri deorſum, nunquam aſſueſcit ferri ſurſum, neque ſi millies ipſum aſſuefaciendi cauſa quiſpiã ſurſum proiiceret. Simili modo, nec ignis ferri deorſum, nec aliud quicquam aliter quam ſibi natura cõpetet aſſueſcet. Neque igitur natura, neque præter naturã uirtutes in nobis efficiuntur, ſed idonei quidẽ ad ipſas ſuſcipiẽdas ſumus natura. Suſcipimus autem ipſas atque perficimur per cõnſuetudinem.*

*Præterea, eorum quæ in nobis fiũt natura, potentias prius accipimus, deinde reddimus operationes. Quod quidem in ipſis ſenſibus intueri licet. Nõ enim ex eo, quia vidimus, vel audiuimus ſæpe, ſenſus accepimus. Sed contra, habentes vſi ſumus, non uſi accepimus. At uirtutes accipimus operati prius, quemadmodum & in artibus. Quæ namque poſtea quam didicerimus facere oportet, ea facientes diſcimus. Aedificatores etenim ædificantes, & cithаredi pulſantes citharam fiunt. Pari modo, iuſta agẽtes iuſti, & modeſta modeſti, fortiaque fortes efficimur.*

*Teſtatur hoc & id quod in ciuitatibus fieri ſolet. Legem namque latores, ipſos ciues aſſuefaciẽtes, bonos efficiunt. Atque omnis quidem legumlatoris hæc eſt uoluntas. Qui uero non bene id faciunt peccant, atq; hoc ipſo, Reſpublica bona a mala differt.*

*Inſuper ex eiſdem & per eadem omnis uirtus & ars ſimiliter & fit, & corrũpitur, ex eo namq; quia pulſant citharam, et boni & mali fiunt citharedi. Simili ratione & ædificatores et cæteri omnes. Nam ex eo, quia bene ædificant boni. Et ex eo, quia male, mali fiunt ædificatores, & fabri. Quod niſi ita ſeſe haberet, nõ eſſet opus docente, ſed omnes boni fierent aut mali. Sic igitur & in virtutibus res ſeſe habet. Agentes enim ea, quæ ſunt in commertijs hominum: alij iuſti, alij iniuſti fiunt. Agentes enim ea, quæ ſunt in terribilibus rebus, timereq; aſſueſcentes, aut confidere, alij fortes, B alii timidi fiunt, alii temperati ac iracundi: ex eo plane, quia hoc in ipſis, aut hoc modo verſantur. Atque vt breuiter dicam, omnes habitus ex operationibus ſimilibus fiunt.*



Quia ex hoc, quòd frequenter bene ædificant, fiunt boni ædificatores, & ex male ædificando, mali. Et ſi hoc non eſſet verum, non indigerent homines ad diſcendum huiuſmodi artes aliquo docente, qui dirigeret eorum actiones, ſcilicet ad omnes qualitercumque operarentur fierent, vel boni, vel mali artifices. Et ſicut ſe habet in artibus, ita ſe habet in virtutibus. Qui. n. in commutationib⁹, quæ ſũt ad homines bene operantur, fiũt iuſti, qui autem male, iniuſti. Et ſimiliter qui operantur in periculis & aſſueſcũt timere, vel cõfidere, ſi hoc bene faciunt, fiunt fortes, ſi autem male, timidi. Et ita ẽ etiam de temperantia & manſuetudine circa concupiſcẽtias & iras. Et vniuerſaliter vt vno ſermone dicatur, ex ſimilibus operationibus fiunt ſimiles habitus. Deinde cum dicit.

f ¶ Dicit ꝙ oportet ſtudium adhibere quales operationes aliquis faciat, qa ſecundum harũ differentiam ſequuntur differentiæ habituũ. Et ideo concludit, ꝙ non parum differt, quòd aliquis ſtatim a iuuentute aſſueſcat vel bene, vel male operari, ſed multum differt, quin potius totum ex hoc dependet. Nam ea, quæ nobis a principio imprimuntur, firmius retinemus.

f Propter quod, oportet operationes quales reddere. Secundum harũ enim differentias, ſe C quuntur habitus. Non parum ergo differt ſic, vel ſic ex iuuene confeſtim aſſuefieri, ſed multum, magis autem omne.

*Quapropter, tales, quaſdam operationes reddere oportet. Ipſarum namque differentias habitus ipſi ſequuntur. Non igitur parum, ſed plurimũ, quin potius totum refert ſic, an non ſic, homines ab adoleſcentia conſueſcant.*

## LECTIO II.

Voniã igitᷣ pſens negociũ nõ cõtemplationis gratia eſt queadmodũ alia. (non. n. vt ſciamus quid eſt virt⁹ ſcrutamur, ſed vt boni efficiamur: qa nullũ vtiq; eſſet pficuũ eius) neceſſariũ eſt perſcrutari ea, quæ circa operationes qualiter operandum eſt eas. Hę enim ſunt dominæ huius, quod eſt, quales fieri habitus, quemadmodum diximus.

b Secundum rectam quidẽ ergo rationem operari cõmune: & ſupponatur. Dicetur enim poſterius de hoc: & quid eſt ratio recta, & qualiter ſe habet ad alias uirtutes.

c Iſtud aũt prę cõfeſſum ſit, qm̃ omnis, qui de operabilibus eſt ſermo, typo, & nõ ſecundũ certitudinem debet dici: quemadmodũ & in prĩcipio dixim⁹: qm̃ ſermones ſunt expetendi ſecundum materiã. Quę aũt in operationibus & quæ conferentia nihil ſtans habent: quemadmodũ neq; ſana. Tali aũt exiſtente uniuerſali ſermone, adhuc magis, q de ſingulis ẽ ſermo nõ ha-

## LECTIO II.

*Vm autem præſens tractatio non contemplationis ſit, vt cæteræ, gra ia. (Non enim, vt ſciamus quidnam ſit uirtus: ſed vt efficiamur boni conſideramus: nam nulla ipſius eſſet vtilitas.) De actibus D quonam modo ſint agendi conſiderare neceſſe eſt. Hi namq; ſunt auctores, ut tales quidam ipſi habitus fiãt: quemadmodum diximus.*

*Agere igitur ratione recta commune eſt & ſupponatur. Poſterius autẽ de ipſo dicetur: & quid eſt ipſa recta ratio: & quomodo ad cæteras ſeſe habet uirtutes.*

*E Illud autẽ antea confiteamur oportet: omnem ſermonem, qui eſt de rebus agendis, figura & non exacte fieri debere: quemadmodum & ab initio diximus: rationes inquam ut materia poſtulat, ſemper eſſe efflagitãdas. Actiones autem & ea, quæ proſunt, nullam habent ſtabilitatẽ, quẽadmodũ neq; ſalubria ipſa. Atq; cũ talis ſit ſermo uniuerſalis, multo minus is ſermo certitudinis habet, qui de ſingularibus eſt. Nã neq; ſub artẽ, neq; ſub pceptionẽ*

## LECTIO II.

Oſtquàm philoſophus oſtẽdit, quòd virtutes cauſantur in nobis ex operationibus, ĩquirit hic quomodo hoc fiat. Et circa hoc duo facit. Primo, oſtendit quales ſint operationes ex quibus virtus cauſatur in nobis. Secundo oſtendit quid ſit ſignum virtutis iam generatæ in nobis, ibi. {Signum autem oportet facere, &c.} Circa primũ tria facit. Primo, oſtendit neceſſitatem pręſentis inquiſitionis. Secũdo, determinat modum inquirendi, ibi. {Illud autem præcõfeſſum ſit, &c. Tertio oſtendit ex quibus operationib⁹ cauſantur virtutes. Circa primum duo facit. Primo, oſtendit neceſſitatem præſentis inquiſitionis. Secundo oſtendit quid oporteat hic ſupponere, ibi. {Secundum rectam A quidem ergo, &c.} Circa primum conſiderandum eſt, ꝙ in ſpeculatiuis ſcientiis, in quibus non quæritur niſi cognitio veritatis, ſufficit cognoſcere, quę ſit cauſa talis effectus. Sed in ſcientiis operatiuis, quarum finis eſt operatio, oportet cognoſcere q bus motibus, ſeu operationibus talis effectus a tali cauſa ſequatur. Dicit ergo, ꝙ pręſens negociũ. ſ. moralis philoſophiæ, non eſt pp contemplationẽ veritatis, ſicut alia negocia ſcientiarum ſpeculatiuarũ, ſed eſt pp operationẽ. Non. n. in hac ſciẽtia ſcrutamur, quid ſit virt⁹ ad hoc ſolũ, vt ſciam⁹ hui⁹ rei veritatẽ, ſed ad hoc, ꝙ acquirẽtes virtutẽ, boni efficiamur. Et huius rationẽ aſſignat, quia ſi inquiſitio huius ſcientiæ eſſet ad ſolã ſcientiã veritatis, parũ eſſet vtilis. Non. n. magnum quid eſt, nec multũ pertinẽs ad ꝑfectionẽ intellectus, ꝙ aliquis cognoſcat variabilẽ veritatẽ cõtingentiũ operabiliũ circa quæ eſt virtus. Et quia ita eſt, cõcludit, ꝙ neceſſe eſt perſcrutari circa operationes noſtras, quales ſint fiendæ. Quia ſicut ſupra dictũ eſt, operationes habẽt virtutẽ & dñium ſuper hoc, ꝙ in nobis generentur habitus boni vel mali. Deinde cum dicit.

b ¶ Oſtẽdit ꝙ hoc debet ſupponi tãquã quoddã cõmune circa qualitatẽ operationũ cauſantiũ virtutẽ, ꝙ ſcilicet ſint ſm rationẽ rectã, cuius ratio eſt, quia bonum cuiuſq; rei ẽ in hoc, ꝙ ſua operatio ſit cõueniens ſuæ formæ. Propria autẽ forma hoĩs eſt ſm quam eſt animal rationale. Vnde oportet, ꝙ operatio hominis ſit bona ex hoc, ꝙ eſt ſm rationẽ rectã. Peruerſitas. n. rationis repugnat naturæ ratiõis. Poſterius aũt determinabitur. ſ. in 6. Li. quid ſit recta ratio, quę. ſ. pertinet ad virtutes intellectuales, & qualiter ſe habeat ad alias virtutes, ſcilicet ad morales. Deinde cum dicit.

c ¶ Determinat modũ inquirẽdi de talibus. Et dicit, ꝙ illud oportet primo ſupponere, ꝙ oĩs ſermo, q eſt de operabilibus, ſicut eſt iſte, debet tradi typo. i. exẽplariter, vel ſimilitudinarie, & nõ ſm certitudinẽ, ſicut dictũ eſt in ꝓœmio totius libri. Et hoc iõ, qa ſermones ſunt

exquirēdi ſēm conditionē materiæ, vt ibidē dictū eſt. Videmus aūt, ꝙ ea, quæ ſunt in operationibus moralib⁹, & alia, quæ ſunt ad hoc vtilia. ſ. bona exteriora, nō habent in ſeipſis aliquid ſtās per modū neceſſitatis, ſed omnia ſunt cōtingentia & variabilia. Sicut etiā accidit in operibus medicinalibus, q̄ ſunt circa ſana. Quia ipſa diſpoſitio corporis ſanādi & res quæ aſſumūtur ad ſanandū multipliciter variantur. Et cū ſermo moralium etiam in vniuerſalibus ſit incert⁹ & variabilis, adhuc magis incert⁹ eſt, ſi quis velit vlterius deſcendere tradendo doctrinam de ſingulis in ſpeciali. Hoc enim, non cadit neque ſub arte, neq; ſub aliqua narratione. Quia cauſę ſingularium operabiliū variātur infinitis modis. Vnde iudicium de ſingulis relinquitur prudentiæ vniuſcuiuſque. Et hoc eſt, quod ſubdit, quod oportet ipſos operantes per ſuam prudentiam intendere ad cōſiderandum ea, quæ conuenit agere ſecūdum præſens tēpus, conſideratis omnib⁹ particularibus circūſtantiis, ſicut oportet medicum facere ī medicando, & gubernatorem in regimine nauis. Quamuis autem hic ſermo ſit talis ideſt vniuerſaliter incertus, in particulari autem inenarrabilis, tamen attemptare debemus, vt aliquod auxilium ſup hoc homini conferamus, per quod. ſ. dirigaꝛ in ſuis operibus. Deinde cum dicit.

d ¶ Oſtendit quales operationes ſint quæ cauſent virtutē. Et circa hoc duo facit. Primo oſtēdit ex qualibus operationibus cauſatur virtus. Secundo, oſtendit, ꝙ virtus cauſata ſimiles operationes producit, ibi. {Sed non ſolum generationes, &c.} Dicit ergo primo, hoc eſſe primo conſiderandū, quòd virtutes ſiue operationes cauſantes virtutes, natæ ſunt corrumpi ex ſuperabundantia & defectu. Et ad hoc manifeſtandum oportet aſſumere quædam manifeſtiora ſigna & teſtimonia, ſcilicet ea quę accidunt circa virtutes corporis, quæ ſunt manifeſtiores, q̄ virtutes animæ. Videmus enim, ꝙ fortitudo corporalis corrūpitur ex ſuperabundantibus Gymnaſiis. i. exercitiis quibuſdā corporalibus quibus aliqui nudi decertabant, eo ꝙ per nimiū laborē debilitatur virtus naturalis corporis. Similiter defectus horū exercitiorū, corrūpit fortitudinē corporalē, quia ex defectu exercitii mē-

F bra remanēt mollia & debilia ad laborandū. Et ſimiliter etiā eſt in ſanitate. Nā ſiue aliquis ſumat nimis de cibo, vel potu, ſiue etiā minus q̄ oporteat, corrūpitur ſanitas. Sed ſi aliquis ꝑ debitā menſurā vtatur exercitiis, & cibis, & potibus, fiet in eo fortitudo corporalis, & ſanitas augebiꝛ & cōſeruabitur. Et ita ſe habet in virtutibus animæ, puta fortitudine & tēperātia & aliis virtutib⁹. Ille. n. qui omnia timet & fugit, & nihil ſuſtinet terribiliū, efficiꝛ timidus. Et ſimiliter qui nil timet & ad omnia pericula ꝑcipitanter vadit, efficiꝛ audax. Et ita etiā eſt ex parte tēperantiæ. Ille. n. qui potiꝛ qualibet voluptate, & nullā vitat, efficiē intēperatus. Qui autē oēs vitat, ſicut homines agreſtes, abſq; ratione faciunt, iſte efficitur inſenſibilis. Nec tñ ex hoc accipitur, ꝙ virginitas, q̄ abſtinet ab omni delectatiōe venerea, ſit vitiū. Tū quia ꝑ hoc non abſtinet ab omnib⁹ delectationib⁹. Tum quia ab his delectationib⁹ abſtinet ſēm rōnem rectā, quēadmodū etiā non eſt vitioſum, ꝙ aliq milites abſtinēt ab omnibus delectationib⁹ venereis, vt liberius vacent reb⁹ bellicis. Hæc autē ideo dicta ſunt, q̃a temperantia & fortitudo corrūpuntur ex ſupabūdantia & defectu, a medietate aūt ſaluantur. Quę quidē medietas accipitur non ſēm quantitatē, ſed ſēm rationem rectā. Deinde cum dicit.

e ¶ Oſtendit ꝙ virtus ſimiles operationes ꝑducit eis, ex q̄bus gñratur. Et dicit, ꝙ ex eiſdē operibus fiunt generatiōes virtutū & augmētationes & corruptiones, ſi contrario modo accipianꝛ. Et operationes virtutū generatarū in eiſdē conſiſtūt. Et hoc patet & ī corporalibus, quæ ſunt manifeſtiora. Sicut. n. fortitudo corporalis cauſaꝛ ex hoc, ꝙ poteſt multū ſumere cibū & multos labores ſuſtinere. Et q̄ factus eſt fortis, pōt iſta maxime facere, ita etiam habet ſe in virtutibus animæ, quia ex hoc, ꝙ recedimus a voluptatibus efficimur temperati, & quando facti ſumus temperati, maxime poſſumus recedere a voluptatibus. Et ſimiliter ſe habet in virtute fortitudinis, quia per hoc, ꝙ ſumus aſſueti contemnere & ſuſtinere terribilia, efficimur fortes. Et facti fortes, maxime hoc poſſumus facere, ſicut etiam ignis generatus ex calefactione, poteſt maxime calefacere.

bet certitudinem. Neq; .n. ſub arte neque ſub enarratione aliqua cadit. Oportet autē ipſos ſemꝑ operantes ea, quæ ad tempus intendere, quēadmodum ī medicinali habet & ī gubernatiua. Et quāuis exiſtente tali, ꝑſenti ſermōe tētādū auxiliari.

G d Primum igitur hoc ſpeculādum qm̄ talia innata ſunt ab indigētia & ſuperabūdantia corrumpi. (Oportet. n. de immanifeſtis, manifeſtis ſignis & teſtimoniis vti) quemadmodū in fortitudine & ſanitate videm⁹. Superabundantia. n. Gymnaſii & deficientia, corrumpunt fortitudinem. Similiter autē & potus & cibi. Amplius & minus effecti corrumpunt ſanitatem. Quæ autē commenſurata ſunt, faciunt, & augēt, & ſaluant. Ita

H igitur & in tēperātia & fortitudine habet, & aliis virtutibus. Qui. n. omnia timet & fugit & nihil ſuſtinet, timidus efficitur. Et qui nihil omnino timet, ſed ad omnia vadit, audax. Similiter autē & qui omni voluptate potitur, & neq; ab vna recedit, intēperatus eſt. Qui aūt omnes fugit quēadmodum agreſtis, inſenſibilis. Corrūpitur enim temperantia & fortitudo a ſuꝑabundantia & defectu, a medie

I tate autem ſaluatur.

e Sed nō ſolū generationes, & augmentationes, & corruptiones ex eiſdem, & ab eiſdē fiunt ſed & operationes ī eiſdē erūt. Etenim in aliis manifeſtiorib⁹ ita ſe habet, puta ī fortitudine. Fit enim ex multū cibū ſumere & multos labores ſuſtinere. Et maxime poteſt hoc facere fortīs. Ita aūt & in virtutibus. Ex recedere enim a voluptatibus,

K efficimur tēperati. Et effecti maxime poſſumus recedere ab ipſis. Similiter aūt in fortitudine. Aſſueti. n. contemnere terribilia & ſuſtinere ipſa, efficimur fortes. Et effecti maxime poſſumus ſuſtinere terribilia.

*ullam cadunt. Sed oportet ipſos agentes, ea ſemper conſiderare, quæ ad tempus accommodantur, quemadmodum & in medicina fit, & in gubernandi etiam arte. Verùm & ſi præſens ſermo talis eſt, uti diximus, enitēdum eſt tamen, opem & auxilium ferre.*

G *Primum igitur hoc contemplemur oportet, res iſtiuſmodi tales eſſe, ut a nimio corrumpantur & pauco, ut in uiribus uidemus ac ualitudine fieri. Nam pro rebus obſcuris claris inditiis, utamur oportet. Nimii namque labores paucique, uires corrumpunt. Similiter potus cibique, tam nimii quàm pauci, ualitudinem auferunt. Moderati uero faciunt, augent & conſeruant. Sic igitur & in fortitudine, ac temperantia cæteriſque uirtutibus res*

H *ſeſe habet. Qui namque cuncta fugit atque formidat, neque quicquam ſubire perferreque patitur, is timidus fit. Qui nihil omnino timet, ſed aggreditur omnia, is audax nimirum efficitur. Simili modo, qui uoluptate omni potitur, nec excepit ullam, intemperás. Qui cunctas fugit perinde atq; agreſtes homines, inſenſatus euadit. Etenī tam temperantia, quàm fortitudo, a nimio quidem & pauco corrumpitur, a mediocritate autem conſeruatur.*

I

*At. n. non ſolū ortus & incrementa corruptioneſue ex eiſdē & ab eiſdē efficiuntur, ſed & operationes in eiſdē etiā erunt. Nā & in cæteris, quæ ſunt manifeſta, magis res ita ſeſe habere uidetur, ut in uiribus. Vires. n. non tam copia cibi, q̄ multorū laborū tolerantia cōparantur. Et robuſtus ipſe multum ſumere cibū, & multos labores tolerare maxime poteſt. Sic fit & in uirtutibus ipſis. Nā abſtinēdo a uoluptatibus,*

K *efficimur tēperati. Et facti iā tēperati maxime ab ipſis poſſumus abſtinere. Idē & in fortitudine fit. Etenim aſſueſcendo formidoloſas res paruipēdere ſubireq; ipſas atq; perferre, fortes euadimus, factique fortes maxime res formidoloſas poterimus ferre.*





## LECTIO III.

Poſtquàm Philoſophus oſtendit quales debeant eſſe operationes, ex quibus cauſantur virtutes, hic oſtēdit quid ſit ſignum virtutis iam generatæ. Et circa hoc duo facit. Primo proponit, quod intendit. Secundo probat propoſitum, ibi. {Propter voluptatem quidam &c.} Circa primum conſiderādum, quòd cum virtus ſimilia operetur his operationibus, ex quibus generata eſt, vt ſupra dictū eſt, differt executio huiuſmodi operationis poſt virtutē & ante virtutem. Nā ante virtutem facit homo ſibi quandam violentiam ad operādum huiuſmodi. Et ideo tales operationes, habent aliquam triſtitiam admixtā. Sed poſt habitū virtutis generatum, huiuſmodi operatiōes fiunt delectabiliter. Quia habitus ineſt per modum cuiuſdā naturæ. Ex hoc autē eſt aliquid delectabile, quòd conuenit alicui ſecundum naturam. Dicit ergo, ꝙ ſignum habituum iā generatorum, vel bonorum, vel malorū, accipitur ex delectatione, vel triſtitia, quæ ſuperuenit operationibus. Et hoc manifeſtat per exempla. Ille enim, qui in hoc gaudet, quòd recedit a voluptatibus corporalibus eſt temperatus, quia operatur id quod eſt conueniens ſuo habitui. Et ſimiliter ille, qui ſuſtinet pericula delectabiliter, vel ad minus ſine triſtitia, eſt fortis. Specialiter enim in actu fortitudinis ſufficit non triſtari, vt infra dicetur

Cp. II. in tertio. Ille autem qui cum triſtitia pericula ſubſtinet, timidus eſt. Cauſam autem eius, quod dixit aſſignat ex hoc, quòd omnis moralis virtus eſt circa voluptates & triſtitias. Quod quidem non eſt ſic intelligēdum, ꝙ omnis virtus moralis ſit circa voluptates & triſtitias, ſicut circa propriam materiam. Materia. n. vniuſcuiuſq; virtutis moralis eſt id, circa quod, modū ratio imponit. Sicut iuſtitia circa operationes, quæ ſunt ad alterum. Fortitudo circa timores & audacias. Temperantia circa quaſdā delectationes. Sed ſicut dicetur in ſeptimo huius, delectatio eſt principalis finis omnium virtutū moralium. Hoc. n. requiritur in omni virtute morali, vt aliquis delectetur & triſtetur, in quibus oportet. Et ſēm hoc, hic dicit, ꝙ moralis virtus eſt circa voluptates & triſtitias, quia intentio cuiuslibet virtutis moralis eſt, ad hoc; quòd aliquis recte ſe habeat in delectando & triſtando. Deinde cum dicit.

b ¶ Probat propoſitū. Et primo rationibus ſumptis ex his, q̄ pertinent ad virtutē. Secundo ex parte ipſius hominis virtuoſi ibi. {Fiet aūt vtiq;, &c.} Circa primū ponit quatuor rationes. Quarū prima ſumitur ex ſtudio hominū tendentiū in virtutē. Oſtenſum eſt. n. ſupra, ꝙ ex eiſdē contrario modo factis, virtus generatur & corrūpitur. Videmus. n. ꝙ per voluptatē & triſtitiā virtus corrūpitur, quia ꝑꝑ concupiſcentiam delectationū operamur mala, ꝑꝑ triſtitiā, quam timemus in laboribus honeſtis,

A recedimus a bonis, ideſt virtuoſis operibus. Vnde ſicut Plato dixit, oportet eū, qui tendit ad virtutē, ſtatim a iuuentute aliqualiter manuduci, vt gaudeat & triſtetur, de quibus oportet. Hæc eſt. n. recta diſciplina iuuenū, vt aſſueſcant, ꝙ delectētur in bonis operibus, & triſtentur de malis. Et ideo inſtructores iuuenū cū bene faciunt, applaudunt eis, cū male faciunt, increpant eos. Secundam rationem ponit ibi.

c ¶ Quæ quidē ſumitur ex materia virtutis moralis in hūc modū Omnis virtus moralis eſt circa act⁹ ſicut iuſtitia, quę eſt circa emptiōes & vēditiones & alia hmōi vel circa paſſiones ſicut manſuetudo, quę eſt circa iras, & ſic de aliis. Sed ad omnem paſſionē ſequitur delectatio, vel triſtitia. Quia paſſio animæ nihil aliud eſt, q̄ motus appetitiuę virtutis in ꝓſecutione boni, vel in fuga mali. Cum ergo prouenit bonū in quod appetitus tendit, vel cum vitat malū, quod refugiebat, ſequitur delectatio. Qñ autē eſt econuerſo, ſequitur triſtitia. Sicut iratus qñ conſequitur vindictā, lætatur, & ſimiliter timidus, qñ euadit pericula. Qñ aūt econuerſo ſe habet, triſtatur. Relinquiꝛ ergo, ꝙ omnis virtus moralis ſit circa delectatiōes & triſtitias, ſicut circa quædam finalia. Tertiam rationem ponit ibi.

d ¶ Et ſumitur ex medicina animæ. Sicut. n. medicinæ ad ſanitatē reſtituendam ſunt quædam amaræ potiones exhibitę, & delectabiles ſubtractæ, ita etiā & pœnæ ſunt quædā medicinæ ad reparandā virtutē: quę quidē fiunt per ſubtractionē aliquarū delectationū, vel adhibitionē aliquarum triſtitiarum: quia medicinæ natæ ſunt fieri per contraria, ſicut quando ſuperabundat calor, medici adhibent frigida. Ergo

E etiam virtus moralis eſt circa aliquas delectationes & triſtitias. Quartam rationem ponit ibi.

e ¶ Quæ ſumitur ex eo, quod eſt contrariū & corruptiuū virtutis. Et dicit, ꝙ omnis habit⁹ naturā habet ad hæc, & circa hæc operāda, quibus ſit deterior & melior, ideſt a quibus augetur in bonitate ſi ſit habitus bonus, vel in malitia ſi ſit malus, vel pōt intelligi, a quibus innatus eſt fieri deterior, vel melior. i. a quibus natus eſt generari, vel augeri, quod eſt fieri meliorē, ſiue corrūpi, vel diminui, quod eſt fieri deteriorē. Videm⁹ aūt, ꝙ homines fiunt praui per corruptionē virtutis, ex eo, ꝙ ſequuntur voluptates & fugiūt triſtitias, vel quas nō oportet, vel qñ nō oportet, vel qualitercūq; aliter deuiet aliquis a ratione recta. Et ex hac occaſione moti fuerunt Stoici, vt dicerent, ꝙ virtutes ſunt quædā impaſſibilitates & quietes. Quia. n. videbāt, ꝙ homines fiunt mali ꝑ delectationes & triſtitias, cōſequens eſſe putauerūt ꝙ virtus in hoc cōſiſtat, ꝙ omnino trāſmutationes paſſionū ceſſent. Sed in hoc male dixerunt, quod totaliter a virtuoſo volūt excludere animæ paſſiones. Pertinet. n. ad bonū rationis, vt reguletur per eā appetitus ſenſitiuus, cuius motus ſunt paſſiones.

## LECTIO III.

Signum autem oportet facere habituū, ſuperuenientem voluptatē vel triſtitiā operibus. Qui quidem. n. recedit a corporalibus voluptatib⁹ & hoc ipſo gaudet

B temperatus. Qui autem triſtatur intēperatus. Et qui quidem ſuſtinet pericula & gaudet, vel non triſtatur, fortis. Qui autē triſtaꝛ, timidus. Circa voluptatē. n. & triſtitias ē moralis virt⁹.

b Propter voluptatē quidē. n. mala operamur. Propter triſtitiam autē a bonis recedimus. Propter qđ oportet duci qualiter confeſtim ex iuuenibus, vt Plato ait. Quare, & gaudere, &

C triſtari in quibus oportet. Recta enim diſciplina hæc eſt.

c Adhuc autē, ſi virtutes ſunt circa actus & paſſiones. Omni autem actui & paſſioni conſequitur delectatio & triſtitia. Et propter hoc vtique erit virtus circa delectatiōes & triſtitiass.

d Demonſtrant autē & pœnæ factę propter hæc. Medicinę. n. quædā ſunt. Medicinæ aūt per contraria innatę ſunt fieri.

D e Adhuc ſicut prius diximus. Omnis animæ habitus a quib⁹ innatus eſt fieri deterior & melior, ad hęc & circa hæc naturā habet. Propter voluptates. n. & triſtitias praui fiunt in proſequēdo has & fugiēdo, vel quas non oportet, vel quando non oportet, vel vt non oportet, vel

## LECTIO III.

*At qui ſignum habituum ſit oportet ea uoluptas, quæ ipſis actionibus aduenit & identidem dolor. Qui namque a corporis abſtinet uoluptatibus, ſi hoc ip-*

B *ſo gaudet temperans eſt. Sin moleſte fert, intemperans. Rurſus qui pericula ſubit & gaudet, aut ſaltem non dolet fortis, qui uero dolet, timidus eſt. Moralis namque uirtus circa uoluptates doloreſque uerſatur.*

*Ob uoluptatem enim res improbas agimus. Ob dolorem uero res poſthabemus honeſtas. Quapropter homines ab ipſa ſtatim adoleſcentia, ut inquit Plato, ita inſtitutos eſſe oportet, ut iis gaudeant doleantque, quibus do*

C *lere gaudereque oportet. Hæc eſt. n. æducatio ac eruditio recta.*

*Præterea, ſi uirtutes ſūt circa actiones atque affectus. Omnem uero affectum et actionem omnem, uoluptas ſequitur, aut dolor. Virtus ob idipſum etiam circa uoluptates doloreſque uerſatur.*

*Indicant id ita eſſe & pœnæ, quippe cū per ipſos fiant dolores. Sunt. n. medicamenta quædam. Medicamenta autem per contraria fiunt.*

D *Præterea, omnis habitus animi, ut & antea diximus, ad eas res & in his ſuā habet naturam, a quibus deterior, meliorque efficitur. At ob uoluptates doloreſue praui habitus fiunt, ex eo ſane, quia perſequuntur homines atque fugiunt, aut quas & quos non oportet aut cum non oportet, aut quēadmodū non oportet, aut quot modis aliis a ra-*

Vnde ad virtutem non pertinet, quòd excludat omnes paſſiones, ſed ſolum inordinatas, quæ ſcilicet ſunt vt non oportet, & quando non oportet, & quæcumque alia adduntur pertinentia ad alias circũſtantias. Ex his ergo concludit ſupponendum eſſe, quòd circa voluptates & triſtitias virtus optima operetur. Malitia autem, quæ eſt habitus virtuti cõtrarius, mala. Deinde cum dicit.

f ¶ Inducit ad propoſitũ alias quatuor rationes ſumptas ex parte hominum, ex quibus ineſt virtus, & delectatio & triſtitia. Quarum prima ſumitur ex communitate delectationũ. Et dicit, quòd tria ſunt, quæ cadunt ſub electione humana, ſcilicet bonum, ideſt honeſtum, cõferens, ideſt vtile & delectabile. Quibus tria cõtrariãtur, ſcilicet malum, ideſt vitium, qđ opponitur honeſto, nociuum, quod opponitur vtili, & triſte, quod opponitur delectabili, circa omnia autem hæc bonꝰ rectè ſe habet. Malus autem homo peccat, & præcipue circa delectationem, quæ eſt cõmunior inter prædicta, duplici cõmunitate. Primo quidẽ, quantum ad ea, quæ delectantur, delectatio enim inuenitur ĩ omnibus animalibꝰ, quia non ſolum eſt ſecundum partẽ intellectiuam, ſed eſt etiam ſecundum ſenſitiuam, ſed vtile & honeſtum pertinent ad ſolam partem intellectiuam. Nã honeſtum eſt, quod fit ſecũdum rationem, vtile autem importat ordinem alicuius in alterum. Ordinare autem proprium eſt rationis. Alia autem communitas eſt, ex parte ipſarum rerum de quibus eſt delectatio, conſequitur enĩ ad omnia, quæ cadũt ſub electione. Honeſtum enim eſt delectabile homini ſecũdum quòd eſt conueniens rationi, vtile autem eſt delectabile propter ſpẽ finis. Non autem eſt econuerſo, quòd omne delectabile ſit vtile, vel honeſtũ, vt patet in delectationibus ſecũdum ſenſum. Secundam autem rationẽ ponit ibi.

g ¶ Quæ ſumitur ex connaturalitate delectationis, ſimul enim cum omnibus nutritur a pueritia ipſa delectatio, quia puer mox natus, delectatur in lacte. Et ideo difficile eſt, quòd homo poſſit ſubiugare hanc paſſionem, quæ comparatur vitæ, in hoc ſcilicet, quòd incepit cum homine a principio vitæ. Et ideo circa delectationem maxime eſt virtus moralis. Tertiam rationem ponit ibi.

h ¶ Quæ ſumitur ex humano ſtudio. Omnes enim homines regulãt operationes ſuas delectatione & triſtitia, vt ſcilicet, operationibus intendentes, in quibus delectantur, & ab eis abſtinentes, de quibus triſtantur. Et iõ neceſſe eſt, quòd circa delectationem & triſtitiam ſit totum negociũ moralis virtutis, quæ ſcilicet ordinatur ad bene operandum. Non enim parũ pertinet ad operationes, quòd aliqs bene, vel male gaudeat, vel triſtetur. Quia ſi gaudet de bonis, bene operatur. Si autem de malis, male. Quartam rationem ponit ibi.

i ¶ Quę ſumitur ex cõparatione eius ad iram, quia vt dixit Heraclitus, difficilius eſt pugnare cõtra voluptatẽ, quàm contra iram, quum tamen pugnare contra irã videatur difficillimum propter eiꝰ impetum. Sed concupiſcentia delectationis & communior ẽ & naturalior, & magis durat. Circa difficilius autem ſemper conſiſtit ars & virtꝰ. Nam in facilibus quilibet poteſt bene operari. Sed bene operari in difficilibus, eſt ſolum habentis virtutem & artem. Et ideo manifeſtum eſt ex prædictis, quòd totum negocium virtutis & Politicę, ideſt ciuilis cõuerſationis, conſiſtit circa delectatiões & triſtitias. Quibus qui bene vtitur, bonus erit. Qui male autem vtitur, erit malus. Deinde cum dicit.

K ¶ Epilogat, quæ dicta ſunt ſcilicet, ꝙ virtus ſit circa delectatiões & triſtitias, & quòd eadem ſunt ex quibus virtus generatur & augetur, & ex quibus etiam corrumpitur contrario modo factis, & eadem ſunt ex quibus generatur virtus, & quę operatur virtus iam generata.

qualitercumq; aliter a rõne determinatur. Ideoque determinant virtutes impaſſibilitates quaſdã & quietes. Nõ bene aũt qm̃ ſimpliciter dicunt. Sed vt non oportet, & quãdo nõ oportet, & quęcumque alia apponũtur. Supponitur ergo virtus eẽ talis circa voluptates & triſtitias optimorum operatiua. Malitia autem contrariorum.

*tione talia præſcribuntur. Quapropter & ſunt, qui definientes uirtutes, affectuum ipſas inquiunt eſſe uacuitates tranquillitateſue quaſdam. Sed nõ rectè, quia ſimpliciter dicunt & non addunt, ut oportet, & quando oportet, & cætera, quæ adduntur. Virtus ergo talis ſupponitur eſſe facultas agẽ* G *di res optimas circa uoluptates atque dolores, uitium autem contrarium.*

f Fiet autem nobis manifeſtũ ex his adhuc de eiſdem. Tribus .n. exiſtentibus, quę circa electiones, & tribus, quę in fugis bono conferente delectabili, & tribus contrariis malo nociuo triſti. Circa hæc quidẽ omnia, bonus directiuus eſt, malus aũt peccans, maxime autem circa delectationem. Cõmunis enim hæc animalibus & omnibꝰ, quę ſub electione aſſequuntur. Etenim bonum & conferens & delectabile videtur.

*Fuerit autem nobis de ipſis, & ex his etiam manifeſtum, nam cum tria ſint ob quæ quiſpiam expetit, honeſtũ, utile, iucundum. Et tria illis contraria ob quæ fugit, turpe, inutile, atque moleſtum. Bonus quidẽ uir circa hæc omnia rectè agit. Malus autem peccat. Et maxime circa uoluptatem.* H *Hæc enim & communis eſt animalibus, & omnia quæ in expetitionem cadunt comitatur. Quippe cum & honeſtum, & utile uideatur eſſe iucundum.*

g Adhuc autem ex puero omnibus nobis connutritur. Propter quod difficile eſt contere re hanc paſſionem comparatam vitæ.

*Præterea cunctis una cum hominibus ab ipſis incunabulis eſt enutrita. Quapropter arduum eſt hunc affectum inſitum uitæ extrudere.*

h Regulant autẽ operationes hi quidem magis, hi quidẽ minus delectatiõe & triſtitia. Propter hoc igitur, neceſſarium eſt circa hæc eſſe omne negocium. Non.n. parũ in operationes bene, vel male gaudere & triſtari.

*Iudicamus etiam & actiones ipſas* I *alii magis, alii minus uoluptate atque dolore. Iccirco, totum ipſum negocium circa hæc eſſe neceſſe eſt. Non enim parum poteſt ad actus bene, aut male gaudere aut dolere.*

i Adhuc autẽ difficilius voluptati pugnare, q̃ iræ, quemadmodũ ait Heraclitus. Circa difficilius autẽ ſemper & ars ſit & virtus. Etenim bene & melius in hoc. Quare & ꝓpter hoc circa delectatiões & triſtitias omne negocium & virtutis & politicę. Qui quidẽ enim bene his vtitur, bonus erit. Qui autem male, malus.

*Difficilius eſt etiã, ut Heraclito placet, uoluptati repugnare, quàm iræ. At circa difficilius ſemper & ars ſit & uirtus. Id enim, quod in hoc efficit bene, præſtabilius eſt. Quare propter hoc etiam circa uoluptates doloreſque totum negocium eſt & ipſius* K *uirtutis, & ciuilis etiam facultatis. Qui namque bene his utitur, bonus erit. Qui uero male, malus.*

K Quoniam quidem igitur, & virtus circa delectationes & triſtitias. Et quoniam ex quibus ſit ab his & augetur & corrumpitur, non ſimiliter factis. Et quoniã ex quibus ſit circa hęc & operatur, dictum eſt.

*Dictum ſit igitur, uirtutem circa uoluptates doloreſque uerſari, & ex quibus ſit, ab iis ipſis augeri, & cum non eodem modo fiunt corrumpi, & circa illa etiam operari, ex quibus eſt orta.*





## LECTIO IIII.

POſtquàm philoſophus oſtendit, quòd virtutes cauſantur ex operibus, hic mouet quandam dubitationem. Et circa hoc tria facit. Primo mouet dubitationem. Secundo ſoluit eam ibi. {Vel neque in artibus, &c.} Tertio ex determinatione quęſtiõis inducit concluſionẽ principaliter intentã ibi. {Bene igitur dicitur, &c.} Eſt ergo dubitatio, quam primo mouet talis: ita ſe habet in virtutibꝰ ſicut in artibus, ſed ĩ artibus ita ſe habet, quòd nullus operatur opus artis niſi habens artem, ſicut nullus facit opera grammaticalia niſi grammaticus exiſtens, neque opera muſicalia, niſi muſicus exiſtẽs. Ergo ita ſe habebit ĩ virtutibus, quòd quicumque facit opera iuſta eſt iam iuſtus, & quicumque facit opera temperata, eſt iam temperatus. Non ergo videtur verum eſſe, quod dictum eſt, quòd homines faciẽdo iuſta, fiunt iuſti, & faciendo temperata, fiunt temperati. Deinde cum dicit.

b ¶ Soluit dubitationem prædictam. Et primo interimendo id quod aſſumebatur de artibus. Secundo interimendo ſimilitudinem, quæ apponebat inter virtutes & artes. ibi {Adhuc autem neque ſimile, &c.} Dicit ergo primo, quòd in artibus non ita ſe habet, ſicut aſſumebatur ſcilicet, quòd quicumque facit grammaticalia, iam ſit grãmaticus. Contingit enim quandoque ꝙ aliquis idiota a caſu pronunciet congruã locutionem, quandoque etiam hoc contingit alio ſuppoſito, ad cuius ſcilicet exẽplar operetur, puta ſi aliquis minus repreſentet locutionẽ congruam, quam aliquis gramaticus profert. Sed tũc aliquis eſt iudicandus grammaticus, quando facit opus grammaticale & grãmaticaliter, ideſt ſecundum ſcientiam grammaticæ, quam habet. Deinde cum dicit.

c ¶ Ponit ſecundã ſolutionem. Circa quã duo facit. Primo interimit ſimilitudinẽ artiũ ad virtutẽ. Secundo cõcludit ſolutionem ibi. {Res quidẽ igitur iuſte, &c.} Dicit ergo primo, ꝙ non eſt ſimile in artibus & virtutibus. Quia opera quę fiunt ab artibus, habent in ſeipſis, qđ pertinet ad bene eſſe artis. Cuius ratio eſt, quia ratio eſt ars recta factibiliũ, vt dicetur in. 6. huius. Facere aũt eſt operatio tranſiens in exteriorẽ materiã. Talis aũt actio eſt perfectio facti. Et ideo in hmõi actionibus, bonũ conſiſtit in ipſo facto. Et ideo ad bonũ artis ſufficit, ꝙ ea quæ fiũt bene ſe habeant. Sed virtutes ſunt principia actionũ, quæ nõ tran A ſeunt in exteriorẽ materiã, ſed manent in ipſis agentibꝰ. Vnde tales actiones ſunt pfectiones agentiũ. Et ideo bonũ harũ actionum, in ipſis agentibus cõſiſtit. Et ideo dicit, ꝙ ad hoc, ꝙ aliqua fiant iuſte, vel tẽperate, nõ ſufficit, ꝙ opera quæ fiũt bene ſe habeant, ſed requiritur ꝙ operans, debito modo operetur. In quo modo tria dicit eẽ attendẽda. Quorũ primũ pertinet ad intellectũ ſiue ad rationẽ, vt. ſ. qui facit opꝰ virtutis, nõ operetur ex ignorãtia, vel a caſu, ſed ſciat quid faciat. Secũdũ accipitur ex parte virtutis appetitiuæ. In quo duo attẽdunt. Quorũ vnũ eſt, vt nõ operetur ex paſſiõe, puta cũ facit ex timore aliqđ opꝰ virtutis, ſed operetur ex electione, ita ꝙ electio operis virtuoſi nõ ſit ꝓpter aliquid aliud, ſicut cũ aliquis operatur opus virtutis ꝑꝑ lucrum, vel ꝓpter inanem gloriã. Sed ſit ꝑꝑ hoc. ſ. propter ipſum opus virtutis, quod ſm̃ ſe placet ei, qui habet habitum virtutis, tanquã ei cõueniens. Tertiũ aũt accipitur ſecundum rationẽ habitus vt. ſ. aliquis firme. i. conſtanter quantum ad ſeipſum, immobiliter, ideſt a nullo exteriori ab hoc remoueatur, quin habeat electionẽ virtuoſam & operetur ſecundũ eam. Ad artes aũt nõ requiritur niſi primũ horũ, quod eſt ſcire. Poteſt. n. aliquis eſſe bonus artifex, etiã ſi numquã eligat operari ſecundũ artẽ, vel ſi non perſeueret in ſuo opere. Sed ſcientia, paruũ, vel nullũ habet momẽtum ad hoc, ꝙ homo ſit virtuoſus. Sed totum cõſiſtit in alijs. Quæ quidẽ adueniunt homini ex frequẽti operatione virtuoſa. Et ſic immobiliter ſe habet. Deinde cũ dicit.

d ¶ Concludit ſolutionem prædictæ dubitationis. Et dicit, ꝙ res quæ fiunt, dicũtur iuſtæ & tẽperatæ quæ ſunt ſimiles illis quas iuſtus & tẽperatus operatur, ſed nõ oportet, ꝙ quicumque hæc operatur, ſit iuſtus & tẽperatus, ſed ille qui ſic ea operatur, ſicut operãtur iuſti & tẽperati, ſcilicet ſm̃ tria p̃miſſa, dicitur iuſtus & tẽperatus. Sic igitur homines primo operãtur iuſta & tẽperata, nõ eodẽ modo quo iuſti & tẽperati vtũtur, & ex talibus operationibus cauſatur habitus. Si quis aũt quærat: quomodo ẽ poſſibile, cũ nihil reducat ſe de potẽtia in actũ? Dicendũ eſt, ꝙ perfectio virtutis moralis, de qua nũc loquimur, cõſiſtit in hoc, ꝙ appetitus reguletur ſm̃ rationẽ. Prima aũt rationis principia ſunt naturaliter nobis indita, ita in operatiuis, ſicut in ſpeculatiuis. Et ideo ſicut ꝑ principia præcognita facit aliquis inueniẽdo ſe ſcientẽ in actu, ita agẽdo ſm̃ principia rationis practicæ, facit aliquis ſe virtuoſum in actu. Deinde cum dicit.

## LECTIO IIII.

QVæret autem vtiq; aliquis, qualiter dicimus quoniam oportet quidem iuſta operãtes iuſtos fieri, temperata autem, tẽperatos. Si enim operantur iuſta & tempe B rata, iam ſunt iuſti & tẽperati: quemadmodũ ſi grãmatica & muſica, grammatici & muſici.

## LECTIO IIII.

*DVbitauerit autem quiſpiam quonam modo dicimus iuſta agentes, iuſtos, & temperata temperatos fieri oportere. Nã ſi iuſta temperataque agunt, iam iuſti ſunt & temperati, perinde atque ſi grammatica muſica ue faciunt, grammatici ſunt atque muſici.*

b Vel neque in artibus ita habet. Contingit. n. grammaticũ, quid facere a caſu, & alio ſuppoſito. Tunc igitur grammaticus, ſi grammaticũ quid faciat & grammatice, hoc autem eſt ſecundum eam, quæ in ipſo eſt grammaticam.

*An nec in artibus res ita ſe habet? Fieri namque poteſt, ut grammaticũ aliquod quiſpiam faciat & fortuna & alio admonente. At tunc erit grammaticus, cum & grammaticum quippiam & grammatice faciet, ideſt ſecundum eam, quæ eſt in ipſo grammaticam artem.*

C c Adhuc autem neq; ſimile eſt in artibus & in virtutibus. Quę .n. ab artibus fiunt, bene habẽt in eis. Sufficit igitur hæc qualiter habentia fieri. Quæ aũt ſecũdum virtutes fiunt, neq; ſi hæc qualiter habeant iuſte, vel temperate operata ſunt. Sed ſi operans qualiter habens operetur. Primum quidem ſi ſciens, deinde ſi eligens, & eligẽs propter hæc. Tertium autem, & ſi firme & immobiliter habeat & operetur. Hæc autem ad alias quidem artes non connumerãtur præter ipſum ſcire. Ad virtutes autem ſcire quidẽ parum, aut nihil poteſt Alia autem non parum, ſed omnia poſſunt, quæ ex multotiens operari iuſta & tẽperata adueniunt.

*Præterea, nec ſimile in artibus & in uirtutibus eſt. Nam ea, quæ ab artibus fiunt, bonum ipſum in ſeipſis habent. Sufficit igitur, ſi ipſa aliquo modo ſeſe habentia fiant. At ea quæ a uirtutibus prodeunt, non iuſte aut temperate aguntur, ſi ſint iuſta aut temperata. Sed ſi & agens ſic ſeſe habens agat. Primo quidem ſi ſciens, deinde ſi eligens, & eligens propter ipſa. Tertio ſi firmo animo ac immutabili agat. Hæc autem ad habitus quidem* D *cæteros habendos non requirũtur præter ipſum ſcire. Ad uirtutes autem, ſcire quidem parum, aut nihil poteſt. Cætera uero non parum, ſed totum poſſunt. Quæ quidem & ex eo, quia per ſæpe res iuſtæ temperatæque aguntur, proueniunt.*

d Res quidẽ igitur iuſtæ & tẽperatæ dicuntur quando ſunt tales, quales vtique iuſtus & tẽperatus operabitur. Iuſtus autem & temperatus eſt, non qui hæc operatur, ſed qui vt iuſti & temperati operantur.

*Res igitur iuſtæ temperatæque dicuntur, cum ſunt tales, quales uir iuſtus ageret aut temperatus. Iuſtus autem ac temperatus eſt, non is, qui has* E *agit, ſed qui ſic etiam agit, ut iuſti tẽperatique agunt.*

e ¶ Concludit concluſionem principaliter intentam. Et primo concludit propoſitum. Secundo arguit quorumdam erroré, ibi. {Sed iuſti quidem, &c.} Concludit ergo primo, quòd bene ſupra dictum eſt, quòd homo ſit iuſtus, ex eo quòd iuſta operatur, & temperatus, quia temperata. Qui autem non operatur, nec ſtudiũ apponit, nũquam fiet bonus. Deinde cum dicit.

f ¶ Arguit quorũdam errorem, qui nõ operantur opera virtutis, ſed confugiendo ad ratiocinãdum de virtutib⁹, eſtimãt ſe fieri bonos philoſophando. Quos dicit eſſe ſimiles infirmis, qui ſolicite audiunt ea, quæ dicuntur ſibi a medicis, ſed nihil faciunt eorum quæ ſibi pręcipiunt. Ita.n. ſe habet philoſophia ad curationẽ animæ, ſicut medicina ad curationẽ corporis. Vnde ſicut illi, qui audiunt præcepta medicorum & non faciunt, numquã erunt bene diſpoſiti ſecũdum corpus, ita neq; illi, qui audiũt documenta moraliũ philoſophorũ & non faciunt ea, numquã habebunt animã bene diſpoſitam.

e Bene igitur dicitur qm̃ ex iuſta operari iuſtus fit, & ex tẽperata temperatus. Ex non operari autem hæc, nullus vtiq; neq; curabit fieri bonus.

f Sed multi hęc quidẽ non operantur. Ad rationem autem fugientes exiſtimant philoſophari, & ſic fore ſtudioſos, & ſimile aliquid facientes laborantib⁹, qui medicos audiunt quidem ſtudioſe, faciunt autẽ nihil horum, quæ præcepta ſunt. Quemadmodũ igitur neque illi bene habebũt corp⁹ ita curati, neq; iſti animã ita philoſophantes.

*Recte igitur dicitur iuſtum fieri agentem iuſta, & temperatum etiam temperata. Qui uero hæc non agit, numquam euaſurus eſt bonus.*

*Verum plerique hæc quidem non agunt. Ad ſermones autem confugiẽtes ſeſe philoſophari putant, & ſtudioſos hoc fore modo. Atque perinde, ut ægroti faciunt, qui medicos quidem diligenter audiunt, nihil autem eorum agunt, quæ præcipiuntur ab illis. Vt igitur illis corpus non bene ſeſe habebit, ſi ita curantur, ſic nec his animus plane, ſi ita philoſophantur.*

G

## LECTIO V.

POſt hæc autem quid eſt virtus ſcrutandum. Quia igitur quæ ĩ anima fiunt tria ſunt, paſſiones, potentiæ, & habitus, horum aliqđ vtique erit virtus.

b Dico autem paſſiones quidẽ concupiſcentiam, iram, timorem, audaciam, inuidiam, gaudium, amicitiam, odiũ, deſiderium, zelum, miſericordiam, & vniuerſaliter quibus ſequitur delectatio, vel triſtitia.

H

## *LECTIO V.*

*POſt hæc quidnã ſit ipſa uirtus conſideremus oportet. Cum igitur tria ſint, quæ fiunt in anima. Affectus, Potentiæ, Habitus. Horum aliquid ipſam uirtutem eſſe neceſſe eſt.*

*Atque affectus quidem uoco, cupiditatem, iram, metum, fiduciam, inuidiam, gaudium, amicitiam, odiũ, deſiderium, æmulationem, miſericordiam. Ea omnino, quæ uoluptas comitatur aut dolor.*

## LECTIO V.

POſtquàm Philoſophus determinauit de cauſa virtutis. Hic incipit inquirere quid ſit virtus. Et diuiditur in partes duas. In prima oſtendit quid ſit virtus. In ſecunda determinat de oppoſitione virtutis ad vitium ibi. {Tribus autem diſpoſitionibus, &c.} Prima autem pars diuiditur ĩ partes duas. In prima determinat quid eſt virtus in generali. In ſecunda manifeſtat diffinitionem aſſignatam in ſingulis virtutibus ibi. {Oportet autem non ſolum vniuerſaliter dici.} Prima autem diuiditur in partes duas. In prima inueſtigat diffinitionem virtutis. In ſecunda concludit diffinitionem ibi. {Eſt ergo virtus habitus, &c.} Circa primum duo facit. Primo inueſtigat genus virtutis. Secundo differentiam eius ibi. {Oportet autem non ſolum &c.} Inueſtigat autem genus virtutis per viã diuiſionis. Vnde circa primum tria facit. Primo proponit diuiſionem. Secundo exponit membra eius, ibi. {Dico autem paſſiones quidem igitur, &c.} Tertio ex diuiſione poſita argumentatur, ibi. {Paſſiones. Dicit ergo primo, quòd ad perſcrutandum quid eſt virtus, oportet aſſumere, quòd tria ſunt in anima, ſcilicet paſſiones, potentiæ, & habitus, quorum alterum neceſſe eſt eſſe virtutẽ. Dixit enim ſupra, quòd virtus eſt principiũ quarumdam operationum animæ. Nihil autem eſt in anima, quod ſit operationis principium, niſi aliquod horum trium. Videtur enim homo aliquando agere ex paſſione, puta ex ira. Quandoque vero ex habitu, ſicut ille qui operatur ex arte. Quandoque vero ex nuda potentia, ſicut quando homo incipit primo operari. Ex quo patet, quòd ſub hac diuiſione, non comprehenduntur abſolute omnia, quę ſunt in anima, quia eſſentia animæ nihil horum eſt, nec etiam operatio intelligibilis, ſed ſolum hic tanguntur illa, quæ ſunt principia alicuius actionis. Deinde cum dicit.

Lectio. 10. Lectio. 8. Lect. 7. Lect. 6.

b ¶ Manifeſtat membra prædictæ diuiſionis. Et primo manifeſtat, quæ ſunt paſſiones. Secundo quę ſunt potentiæ, ibi. {Potentias autem, &c.} Tertio qui ſunt habitus, ibi. {Habitus autem ſecundum quos, &c.} Circa primum conſiderandum eſt, ꝙ ſecundum vegetabilem animam, non dicuntur paſſiones animę eo quòd vires huius partis animæ, non ſunt paſſiuæ, ſed actiuæ

F tam in parte ſenſitiua, quàm intellectiua. Vires autem apprehenſiuæ & appetitiuæ ſunt paſſiuæ pręter intellectum agentẽ. Et quamuis ſentire & intelligere ſit pati quoddam, non tamen dicuntur paſſiones animæ ſecundum apprehenſionem ſenſus, vel intellectus, ſed ſolum ſecundum appetitum. Quia operatio potentiæ apprehenſiuę, eſt ſecundũ quòd res apprehenſa eſt in apprehẽdẽte per modum apprehendentis. Et ſic res apprehẽſa quodammodo trahitur ad comprehendentem. Operatio autem potentiæ appetitiuæ eſt ſecundum quòd appetens inclinatur ad appetibile. Et quia de ratione patiẽtis eſt, quòd trahatur ab agẽte, & nõ econuerſo: inde eſt, ꝙ operationes potẽtiarum apprehenſiuarum, nõ dicuntur proprie paſſiões, ſed ſolũ operationes potentiarum appetitiuarum. Inter quas etiam operatio appetitus intellectiui nõ proprie dicitur paſſio, Tum quia nõ eſt ſecundum tranſmutationem organi corporalis, quæ requiritur ad rationẽ paſſionis proprie dictæ; Tum quia etiã ſecundum operationẽ appetitus intellectiui, qui eſt voluntas, homo non agitur tamquam patiens, ſed potius ſeipſum agit tãquam Dominus ſui actus exiſtens. Relinquitur ergo, ꝙ paſſio-

I nes proprie dicantur operationes appetitus ſenſitiui, quæ ſunt ſecundum trãſmutationem organi corporalis, & quibus homo quodammodo ducitur. Appetitus autem ſenſitiuus diuiditur ĩ duas vires, ſcilicet in concupiſcibilem, qui reſpicit abſolute bonum ſenſibile, quod ſcilicet eſt delectabile ſecundum ſenſum, & malum ei contrarium, & iraſcibilem, qui reſpicit bonum ſub ratione cuiuſdam altitudinis, ſicut victoria dicitur eſſe quoddam bonum, quamuis non ſit cum delectatione ſenſus. Sic igitur quecumque paſſiones reſpiciunt bonum vel malum abſolute, ſunt in concupiſcibili. Quarum quædam ſunt reſpectu boni, & ſunt tres. Amor qui importat quãdam connaturalitatem appetitus ad bonum amatum. Deſiderium, quod importat motum appetitus in bonum amatum. Et delectatio, quæ importat quietem appetitus in bono amato. Quibus opponuntur in ordine ad malum ſcilicet, Odium amori. Auerſio ſiue fuga deſiderio. Et triſtitia delectationi. Illæ vero paſſiones, quæ reſpiciunt bonum, vel malum ſub ratione cuiuſdam ardui, pertinent ad iraſcibilẽ, ſicut timor & audacia reſpectu mali. Spes & deſperatio reſpectu boni. Quintum eſt ira, quæ eſt paſſio cõpoſita, vnde nec contrarium habet. Et ideo enumerando paſſiones dicit, ꝙ paſſiones ſunt concupiſcentia, quam nominamus deſideriũ, & ira & timor & audacia & inuidia, quæ continetur ſub triſtitia, & gaudium, quod cõtinetur ſub delectatione. Eſt enim delectatio nõ corporalis, ſed interiori apprehẽſione conſiſtens, & amicitia & odium & deſiderium. Quod differt a concupiſcentia, eo ꝙ concupiſcentia eſt delectationis corporalis. Deſiderium autem cuiuſlibet alterius delectabilis. Addit autem zelum & miſericordiam, quæ ſunt ſpecies triſtitiæ. Nam miſericordia eſt triſtitia de malis alienis, zelus autem eſt triſtitia de hoc, ꝙ homo deficit ab his, quæ alii habent. Addit autem ꝙ vniuerſaliter ad omnia prædicta ſequitur delectatio & triſtitia, quia omnia alia importãt motus quoſdam in bonum & malum, ex quorum ſuperuẽtu cauſatur delectatio, vel triſtitia. Vnde omnes aliæ paſſiones terminantur ad delectationem & triſtitiam. Deinde cum dicit.

K



c ¶ Manifeſtat, quæ ſunt potentiæ nõ quidẽ in generali, ſed circa materiam moralem ſecundum differentiam ad paſſiones. Dicit enim, quòd potentiæ dicuntur ſecundum quas dicimur paſſibiles prædictarum paſſionum, ideſt potentię pati paſſiones prædictas. Puta potentia iraſcibilis eſt ſecundum quam poſſumus iraſci. Potentia autem concupiſcibilis eſt ſecundũ quam poſſumus triſtari, vel miſereri. Deinde cum dicit.

d ¶ Manifeſtat, qui ſint habitus, & hoc ẽt non in generali, ſed in materia morali ꝑ comparationem ad paſſiones. Et dicit, ꝙ habitus dicuntur ſecũdum quos nos habemus paſſiones bene, vel male. Habitus eſt.n. diſpoſitio quædam, determĩnãs potentiam per comparationem ad aliquid. Quę quidem determinatio ſi ſit ſecundum quod conuenit naturæ rei, erit habitus bonus diſponens ad hoc, quòd aliquid fiat bene. Alioquin eſt habitus malus, & ſecundum ipſum aliquid fiet male. Et exemplificat, quòd ſecundum aliquem habitum habemus nos, vt iraſcamur, vel male, ſi hoc fiat vehemẽter, vel remiſſe, ideſt ſecundum ſuperabũdãtiam, aut defectũ, vel bene, ſi hoc fiat medio modo. Deinde cum dicit.

e ¶ Argumẽtatur ex diuiſione pręmiſſa. Et primo oſtendit, quòd virtutes nõ ſint paſſiones. Secundo quòd non ſunt potẽtiæ, ibi. {Propter hoc autem neque potentiæ, &c.} Tertio concludit, quòd ſunt habitus, ibi. {Si igitur neq; paſſiones, &c.} Circa primum ponit quatuor ratiões. Quarum prima eſt talis. Secundum virtutes dicimur boni, & ſecũdũ malitias oppoſitas dicimur mali. Sed ſecundum paſſiones abſolute conſideratas non dicimur boni, vel mali. Ergo paſſiones neque ſunt virtutes, neque malitiæ. Secundam rationem ponit ibi.

f ¶ Quæ accipitur ex laude & vituperio, quæ ſunt teſtimonia quædã bonitatis, uel malitiæ. Dicit ergo, ꝙ ſ̃m uirtutes laudamur, Secũdũ aũt malitias oppoſitas uituperamur. Sed ſecũdũ paſſiones abſolute cõſideratas, neq; laudamur, neq; uituperamur. Nõ.n. aliquis laudatur, neq; uituperatur ex hoc, ꝙ abſolute timet, uel iraſcitur, ſed ſolum ex hoc, ꝙ aliqualiter timet, uel iraſcitur, ideſt ſecundum rationem, uel pręter rationẽ. Et idem eſt intelligendum in alijs paſſionibus animæ. Ergo paſſiones animæ, neq; ſunt uirtutes, neq; malitię. Tertiam rationẽ ponit ibi.

A g ¶ Quæ ſumitur ex modo agendi ſecundum virtutem. Virtutes enim, vel ſunt electiones, vel non ſunt ſine electione. Poteſt enim virtus dici ipſe actus virtutis. Et ſic, ſi accipiamus principales actus virtutum, qui ſunt interiores, virtus eſt electio. Si autem exteriores, virtus nõ eſt ſine electiõe. quia exteriores actus virtutis ab interiori electioni procedunt. Si autem accipiatur virtus pro habitu ipſo virtutis, ſic etiam virtus non eſt ſine electione, ſicut cauſa non eſt ſine proprio effectu. Paſſiones autem adueniunt nobis ſine electione, qa interdum præueniũt deliberationẽ rationis, quæ ad electionem requiritur. Et hoc eſt, quod dicit, ꝙ iraſcimur & timem⁹ non ſponte, ideſt ex arbitrio rationis. Ergo paſſiões non ſunt virtutes. Quartã rationem ponit ibi.

h ¶ Et ſumitur ſecũdum ipſam eſſentiã virtutis. Paſſiones enim ſunt motus q̃dam ſecundum quos nos moueri dicimur. Virtutes & malitiæ ſunt quædam qualitates ſecũdum quas nõ dicimur moueri, ſed aliqualiter, ideſt bene, vel male diſponi ad hoc, quòd moueamur. Ergo paſſiones non ſunt virtutes, neque malitiæ. Deinde cum dicit.

i ¶ Oſtẽdit, quòd virtutes non ſunt potẽtiæ duabus rationibus. Quarum prima ſumitur ſecũdum rationem boni & mali, ſicut etiam & ſupra probauit de paſſionibus. Et eſt ratio talis, nullus bonus, vel malus dicitur, neque laudatur, neque vituperatur ex hoc, quòd poteſt pati ſecũdum aliquam paſſionem, puta ex hoc, quòd poteſt iraſci, vel timere. Sed ſecundum virtutes & malitias dicimur boni, vł mali & laudamur, vel vituperamur. Ergo virtutes & malitię non ſunt potentiæ. Secundam rationem ponit ibi.

k ¶ Quæ ſumitur ex cauſa. Et eſt talis. Potentiæ inſunt nobis a natura, quia ſunt naturales proprietates animæ. Sed uirtutes & malitiæ ſecundum quas dicimur boni uel mali, non ſunt nobis a natura, ut ſupra probatum eſt. Ergo uirtutes & malitiæ non ſunt potentiæ. Deinde cum dicit.

l ¶ Concludit propoſitum, quia ſcilicet ſi uirtutes non ſunt paſſiones neque potentię, relinquitur quòd ſunt habitus ſecundum diuiſionem præmiſſam. Et ſic concludit, quòd manifeſtum eſt, quid ſit uirtus, ſecundum ſuum genus, quod ſcilicet, eſt in genere habitus.

c Potentias autem ſecundum quas paſsibiles horũ dicimur, puta ſecundum quas potentes iraſci, vel triſtari, vel miſereri.

d Habitus autem ſecũdũ quos ad paſsiões habemus bene, vel male. Puta ad iraſci, ſiquidem vehementer, vel remiſſe male habemus. Si autẽ medie bene. Similiter autem & ad omnia.

e Paſsiones quidem igitur nõ ſunt neque virtutes, neque malitiæ. Quoniam neque dicimur ſecundũ paſsiones ſtudioſi, vel praui. Secundum autem virtutem, vel malitiam dicimur.

f Et quoniam ſecundũ paſsiones quidem, neq; laudamur, neque vituperamur. Nõ.n. laudatur qui timet, neq; qui iraſcit. Neq; vituperatur, qui ſimpliciter iraſcitur, ſed q̧ qualiter. Secũdũ virtutes aũt, vel malitias laudamur, vel vituperamur.

g Adhuc iraſcimur quidem & timemus, non ſponte. Virtutes autem electiones quędam vel non ſine electione.

h Adhuc autem ſecundum paſſiones quidẽ moueri dicimur. Secundum virtutes autem, vel malitias non moueri, ſed diſponi qualiter.

i Propter hoc autem, neque potentię ſunt. Neq; enim boni dicimur propter poſſe pati ſimpliciter, neque mali. Neque laudamur, neque vituperamur.

K Et adhuc potentes ſumus natura. Boni autem vel mali, non efficimur natura. Diximus autem de hoc prius.

l Si igitur neque paſsiones sũt virtutes, neq; potẽtiæ, relinquitur habit⁹ eas eẽ. Quid quidem igiẽ genus eſt virtutis, dictũ eſt.

*Potentias autem eas quibus ad hos effectus ſuſcipiendos idonei dicimur eſſe, vt quibus dolere poſſumus, vel iraſci, uel miſereri.*

B *At habitus eos quibus bene, vel male nos ad affectus ipſos habemus, ut ad iraſcendum ſi uehementer, aut remiſſe ſimus diſpoſiti, male habemus, ſi mediocriter, bene, & ad cæteros affectus ſimili modo.*

*Virtutes igitur uitiaque non ſunt affectus, nam affectibus quidem ſtudioſi, uel uitioſi non dicimur. Virtutibus autem & uitiis dicimur.*

C *Et ob affectus neque laudamur, neque uituperamur. Non enim qui metuit, aut iraſcitur, aut laudatur, neque qui ſimpliciter, ſed qui modo quodam iraſcitur uituperatur. At ob uirtutes uitiaque laudamur, aut uituperamur.*

*Præterea iraſcimur quidem & timemus ſine electione. Virtutes autem electiones ſunt quædam, aut non ſine electione.*

D *Inſuper affectibus quidem moueri dicimur. Virtutibus autem, aut uitiis non moueri, ſed aliquo modo diſponi.*

*Propter hæc eadem neque potentiæ ſunt. Nam neque boni, uel mali dicimur, neque laudamur, aut uituperamur, quia poſſumus ſimpliciter affici.*

E *Et inſuper potentes quidem ſumus natura. Boni uero non efficimur, aut mali natura, quemadmodum antea diximus.*

*Quòd ſi uirtutes, neque affectus ſunt, neque potentiæ, reſtat ipſas habitus eſſe. Quid igitur ſit ipſa uirtus genere, diximus.*

LECTIO

## LECTIO VI.

POſtquam Philoſophus oſtendit quid ſit genus virtutis, hic inquirit quæ ſit propria differentia eius. Et primo proponit, quod intendit. Et dicit, ꝙ ad hoc, ꝙ ſciatur quid eſt virtus, oportet non ſolum dicere, quòd ſit habitus per quem innoteſcit genus eius, ſed etiam qualis habitus ſit, per qđ manifeſtatur differentia eius. Secundo ibi.

b ¶ Manifeſtat propoſitum. Et circa hoc duo facit. Primo manifeſtat in communi quandam conditionem virtutis. Secundo ex illa conditione virtutis manifeſtat propriam differẽtiam eius, ibi. { Qualiter autem &c. } Dicit ergo primo, quòd omnis virtus ſubiectum cuius eſt, facit bene habere, & opus eius bene ſe habens. Sicut virtꝰ oculi eſt, per quam & oculus eſt bonus, per quam bene videmus, quod eſt propriũ opus oculi. Similiter etiã virtus equi eſt, quæ facit equum bonum, & per quam equus bene operatur opꝰ ſuũ, qđ eſt velociter currere, & ſuauiter ferre aſcenſorem, & audacter expectare bellatores. Et huius ratio eſt, quia virtus alicuius rei attenditur ſecundum vltimum, quod poteſt, puta in eo, quòd poteſt ferre centum libras, virtus eius determinatur nõ ex hoc, qđ fert quinquaginta, ſed ex hoc, quòd centum, vt dicitur primo cœli. Vltimum autem ad qđ potentia alicuius rei

Tex. 116.

ſe extendit, eſt bonũ opus. Et ideo ad virtutem cuiuslibet rei pertinet, quòd reddat bonum opus. Et quia perfecta operatio non procedit niſi a perfecto agente, cõſequens eſt, quòd ſecundum virtutẽ propriã vnaquæque res & bona ſit, & bene operetur. Et ſi hoc eſt verum in omnibus alijs, vt per exempla iam patuit, ſequitur quòd virtus hominis erit habitus quidam, vt ſupra dictum eſt, ex quo homo ſit bonus, formaliter loquendo, ſicut albedine ſit aliquis albus, & per quẽ aliquis bene operatur. Deinde cũ dicit.

c ¶ Secundum prẽmiſſam conditionem virtutis inquirit differentiam propriam virtutis. Et hoc tripliciter. Primo quidem ſecundum proprietatem operationum. Secundo ſecundum naturam virtutis, ibi. { Adhuc autem & hoc erit manifeſtum &c. } Tertio ſecundum propriam rationem boni, vel mali, ibi. { Adhuc peccare quidem &c. } Dicit ergo primo, ꝙ qualiter homo fiat bonus, & qualiter bene operetur, iam ſupra dictum eſt. Dictum

Lect. 7.
Lectio. 4.

F eſt enim ſupra, quòd per operationes, quæ ſunt in medio, efficimur boni ſecundum vnamquamque virtutem. Et effecti boni ſimiles operationes operamur. Relinquitur ergo, ſi virtus eſt quæ facit hominem bonum & bene operantem, quòd ſit in medio. Deinde cum dicit.

## LECTIO VI.

OPortet autem non ſolũ ſic dicere, quoniam habitus, ſed & qualis quidem.

b Dicendum igitur, quoniam virtus omnis cuius vtique fuerit virtus, & id bene habens pſicit, & opus eius bene reddit. Puta oculi virtus & oculum ſtudioſum facit & opus eius. Oculi enim virtute, bene videmus. Similiter & ęqui virtus ęquum ſtudioſum facit, & bonum ad currendum, & ferendum aſcenſorem, & expectandum bellatorem. Si itaque hæc in omnibus ita habet & hominis virtus erit vtique habitus ex quo bonus homo ſit, & a quo bene opus ſuum reddit.

c Qualiter autẽ hoc erit, iam quidem diximus.

d Adhuc autem & hoc erit manifeſtum, ſi ſpeculati fuerimus, qualis quidẽ eſt natura ipſius. In omni itaque continuo & diuiſibili eſt accipere, hoc autem plus, hoc quidem minus, hoc vero ęquale. Et hoc, vel ſecũdũ ipſam rem, vel ad nos. Aequale autem medium quidem eſt ſuperabundantiæ & defectus.

e Dico vtique rei quidem medium, quod ęqualiter diſtat ab vtroque extremorum, quod eſt vnum & idem in omnibus. Ad nos autem, quod neque abundat, neque deficit. Hoc autem neq; vnum, neq; idẽ omnibus.

f Puta ſi decem multa, duo autẽ pauca, ſex media accipiũtur ſecundũ rem. Aequaliter enim excedunt & exceduntur. Hoc autem medium eſt ſecundum Arithmeticam proportionem.

## *LECTIO VI.*

*OPortet non ſolum ita dicere virtutem habitum eſſe, ſed etiam qualisnam habitus ſit.*

*Dicendum eſt igitur omnem virtutem & idipſum cuius eſt virtus bene*

G *ſeſe habere facere, & opus ipſius reddere bene. Oculi nanque virtus, & oculum, & opus ipſius ſtudioſum facit. Quippe cum uideamus uirtute oculi bene. Virtus itidem equi ſtudioſum efficit equum, & bonum ad currendum portandumque equitem, & expectandum etiam hoſtem. Quod ſi idipſum ita ſeſe habet in omnibus, & uirtus ipſius etiam hominis habitus is erit, a quo bonus efficitur homo, & quo bene ſuum opus ipſe red-*

H *det efficietque.*

*Quomodo autem id erit, & antea quidem diximus.*

*Et nunc etiam magis patebit, ſi contemplabimur qualis nam ſit ipſius uirtutis natura. In omni itaque re continua diuiſibilique, aliud plus, aliud minus, aliud æquale, uel ex parte ipſius rei, uel reſpectu noſtri accipi poteſt. Aequale autem, medium eſt quoddam inter exuperationem*

I *atque defectum.*

*Atque rei quidem ipſius medium id eſſe dico, quod ab extremorum utroque diſtat. Idque eſt apud omnes unum & idem. Reſpectu autem noſtri, quod neque exuperat, neque deficit. Idque non eſt apud omnes unum & idem.*

*Vt ſi decem ſint multa, & duo*

K *pauca, ſex ipſius rei media capiuntur, æque nanque excedunt & exceduntur. Atque hoc in Arithmetica comparatione, rationum medium eſſe conſtat.*

d ¶ Probat idem p naturam virtutis &c. Et circa hoc tria facit. Primo præmittit quædã quæ ſunt neceſſaria ad propoſitũ oſtendendum. Secundo, concludit propoſitum, ibi. { Si itaque omnis ſcientia &c. } Tertio, exponit concluſionem, ibi. { Dico autem moralẽ &c. } Circa primum duo facit. Primo proponit ea, quæ ſunt neceſſaria ad propoſitum oſtendendum. Secundo manifeſtat qđ dixerat, ibi. { Dico vtiq; &c. } Dicit ergo primo, ꝙ adhuc magis manifeſtum erit, qualiter efficiamur boni & bene operantes, ſi conſideremus qualis ſit natura virtutis. Ad cuius euidentiam oportet præaccipere, ꝙ tria quędam, ideſt plus, & minus, & æquale, tam in contingentibus continuis, quàm etiã in quolibet alio diuiſibili, contingit accipere, ſiue diuidatur ſecundum numerum, ſicut omnia diſcreta, ſiue per accidens, puta per intenſionem & remiſſionem qualitatis in ſubiecto. Hæc autem tria ita ſe habent, ꝙ æquale eſt medium inter plus, quod pertinet ad ſuperabũdãtiam, & minus, quod pertinet ad defectũ. Et hoc quidem poteſt dupliciter accipi. Vno modo ſecundũ abſolutam quantitatem rei. Alio modo ſecundum proportionem eius ad nos. Deinde cum dicit.

e ¶ Manifeſtat qđ dixerat de differentia ſecundum rem, & quo ad nos. Et primo per rationem. Secundo per exempla, ibi. { Puta ſi &c. } Dicit ergo primo, quòd medium ſecundum rem eſt, quod æqualiter diſtat ab vtroq; extremorum. Et quia conſideratur ſecundum quantitatem abſolutã rei, idem eſt quo ad omnes. Sed mediũ quo ad nos eſt, quia neque ſuperabundat, neque deficit a debita proportione ad nos. Et propter hoc, iſtud medium non eſt idẽ quo ad omnes. Sicut ſi accipiatur in calceo medium quo ad nos, quod neque excedit menſuram pedis, neque deficit. Et quia non omnes habent eandem quantitatem pedis &c. Hoc medium non eſt idem quo ad omnes. Deinde cum dicit.

f ¶ Manifeſtat quod dixerat per exempla. Et primo de medio rei, quod ęqualiter diſtat ab extremis, ſicut ſex media accipiuntur inter



decem, quę ſunt multa, & duo, quæ ſunt pauca, quia æqualiter ſex exceduntur a decem & excedũt duo, ſcilicet in quatuor. Medium autem, quod ſic accipitur in numeris ſecundum ęquidiſtantiam a duobus extremis, dicitur eſſe ſecũdum Arithmeticam proportionem, quæ conſiderat ipſam numeri quantitatem. Medium autẽ, quod accipitur ſecundum æqualitatẽ proportiõis quo ad nos, dicitur eſſe ſecundũ Geometricam proportionem; vt infra patebit in Quinto. Secundo ibi.

Lib. 6.

g ¶ Exemplificat de medio. Et dicit, quòd medium, quod accipitur in comparatione ad nos, non eſt ita ſumendum, ſcilicet ſecundum ęquidiſtantiam ab extremis. Et hoc ſatis apparet in exemplo prius poſito de calceo. Non n. ſi calceus cuius longitudo eſt viginti digitorum ſuperabundans eſt, ille autem, qui eſt quatuor diminutus, propter hoc oportet, quòd ille, q. eſt duodecim digitorum, medio modo ſe habeat, ſed forte erit abundans in comparatione ad pedem alicuius alterius. Et hoc etiam ipſe exemplificat in cibis. Nam deficies in comparatiõe ad pedem comedere decẽ minas, ideſt decem mẽſuras eſt multũ, & comedere duas eſt paucum. Propter hoc magiſter, qui debet ordinare de cibis alicuius non debet præcipere ei, ꝙ comedat ſex, qa hoc etiam eſt multum in comparatione ad vnum, vel paucum in comparatione ad alterũ. Eſſet enim paucum ad quẽdam, qui uocabatur Milo, de quo Solinus narrat, quòd comedebat vnum bouem in die. Sed hoc eſſet multũ dominatori Gymnaſiorum, ei qui debeat vincere in ludis Gymnaſticis, in quibus homines nudi luctabantur, & oportebat eos modicum cibum ſumere, vt eſſent agiliores. Simile eſt de his, qui ludunt in ſtadio, & de his, qui ludunt in paleſtra, qui erat quidam ludus exercitatorius apud græcos. Et ita etiam eſt ſecundum omnem operatiuam ſcientiam, & ſciens fugit ſuperabundantiam & defectum, & deſiderat inquirere id quod eſt medium, non quidem ſecundum rem, ſed in comparatione ad nos. Deinde cum dicit.

h ¶ Ex præmiſſis argumentatur in hunc modum. Omnis ſcientia operatiua bene perficit opus ſuum, ex hoc, quòd ſecundũ intentionem reſpicit ad medium, & ſecundum executionem ope-

A ra ſua perducit ad medium. Et huiuſmodi ſigna accipi poſſunt ex hoc, quòd homines quando aliquod opus bene ſe habet, conſueuerunt dicere, quòd nihil eſt addendum, vel minuendum, dãtes per hoc intelligere, quòd ſuperabundantia & defectus corrumpunt bonitatem operis, quæ ſaluatur in medietate. Vnde & boni artifices, ſicut dictum eſt, operatur reſpicientes ad medium. Sed virtus eſt certior omni arte, & etiam melior, ſicut & natura. Virtus enim moralis agit inclinãdo determinate ad vnum, ſicut & natura. Nam conſuetudo in naturam vertitur. Operatio autem artis eſt ſecundum rationem, quæ ſe habet ad diuerſa. Vnde certior eſt virtus, quàm ars, ſicut & natura. Similiter etiam virtus eſt melior, quàm ars, quia per artem eſt homo potens facere bonum opus, non tamen ex arte eſt ei, quòd faciat bonum opus, poteſt enim prauum opus agere, quia ars nõ inclinat ad bonum vſum artis, ſicut grammaticus poteſt incongrue loqui. Sed per virtutem aliquis non ſolũ poteſt bene operari, ſed etiam bene operans, quia virtus inclinat ad bonam operationem, ſicut & natura. Ars autem ſola facit cognitionem ſolam bonæ operationis. Vnde relinquitur a minori, ꝙ virtus, quæ eſt melior arte, ſit coniectatrix medij. Deinde cum dicit.

i ¶ Exponit concluſionem inductam. Et dicit, quod dictũ eſt, debet intelligi de virtute morali, quæ eſt circa paſſiones & operationes, in quibꝰ eſt accipere ſuperabundantiam & defectum & medium. Et exemplificat primo in paſſionibus. Dicit enim, quòd contingit timere, audere, & concupiſcere, & auerti, ideſt fugere aliqd, & iraſci, & miſereri, & vniuerſaliter delectari & triſtari magis & minus, quàm oportet. Quorum vtrumque non bene ſit. Sed ſi aliquis timeat & audeat, & ſic de alijs, quæ oportet, & in quibus oportet, & ad quos oportet, & cuius gratia oportet, & eo modo quo oportet, hoc eſt medium in paſſionibus Et in hoc conſiſtit optimum virtutis. Et ſimiliter circa operationes eſt ſuperabundantia & defectus & medium. Virtus autem moralis circa paſſiones & operationes eſt, ſicut circa materiam propriam, ita quòd in eis ſuperabundantia eſt vitioſa & defectus vituperabilis, ſed medium laudatur & recte ſe habet. Hęc autem duo ad virtutem

g Quo autem ad nos, non ita ſumendum. Non enim alicui ſi decem minas comedere multum. Duas autem paucum, magiſter ſex minas pręcipiet. Eſt enim forſitan & hoc multum ſumenti, vel paucum. Miloni.n. quidem paucum, dominatori

B autem Gymnaſiorũ multum. Similiter & in curſu & in paleſtra. Ita vtique omnis ſciens ſuperabundantiam fugit, medium autem quærit & hoc deſiderat. Medium autẽ, non quod rei, ſed quo ad nos.

h Si vtiq; oĩs ſcientia ſic opus bene perficit ad medium reſpiciens, in hoc ducens opera, vnde conſueuerũt dicere bene habentibus operibus, quoniã, ne-

C que auferre eſt, neque apponere, vt ſuperabundãtia quidem & defectu corrumpente, bene autem medietate ſaluante, boni autem artifices, vt diximus, ad hoc reſpicientes operantur. Virtus aũt oĩ arte certior & melior eſt, quẽadmodũ & natura, medij vtique erit cõiectatrix.

i Dico autem moralem. Hæc enim vtique erit circa paſsiones & operationes. In his enim eſt ſuperabundãtia & defectus, & medium. Puta & audere, & ti-

D mere, & concupiſcere: & auerti, & iraſci, & miſereri, & vniuerſaliter delectari, & triſtari eſt, & magis & minus. Et vtraque non bene. Quando autem oportet & ĩ quibus, & ad quos, & cuius gratia, & vt oportet, & medium & optimum, quod eſt in virtute. Similiter autem circa operationes eſt ſuperabundantia & defectus & medium. Virtus autem circa paſsiones & operatiões eſt. In quibus qui-

E dem ſuperabundantia vitioſa eſt, & defectus vituperatur. Mediũ autem laudatur & dirigit. Hæc autẽ ambo virtutis. Medietas quædam ergo eſt virtus coniectatrix exiſtens medij.

*Ad id quod eſt noſtra ex parte medium, non eodem ſumendum eſt modo. Non enim ſicut decem quidem minas comedere nimium eſt, duas autem parum, ſex ei minas ludi magiſter præcipiat. Eſt enim & hoc fortaſſe nimium ei, qui accepturus eſt, aut parum. Miloni nanque parum. Incipienti vero ſeſe exercere nimium eſt. Simili modo res ſeſe habet in curſu ac in paleſtra. Hoc igitur modo quiuis artifex exuperationem quidem fugit atque defectum, medium autem quærit & expetit, non quidem rei, ſed quod ad nos medium dicitur.*

*Quòd ſi omnis ſcientia ſuum hoc modo bene conficit opus, ad medium ipſum reſpiciens & in hoc ſua redigens opera. Vnde & dici ſolet in ijs, quæ bene ſeſe habent operibus, nec auferri quicquam, nec addi poſſe, proptereaque bonum ipſum corrumpunt nimium & parum, mediocritas vero conſeruat. At boni artifices ad hoc reſpicientes, vt diximus, operantur. Virtus autem omni arte exactior eſt & præſtantior, quemadmodum & natura. Ipſa profecto virtus medij ipſius eſt coniectatrix.*

*Loquor autem de morum virtute. Hæc enim circa affectus actuſque verſatur, in quibus eſt nimium & parum & medium. Fit enim, vt magis & minus quiſpiam, & metuat, & confidat, & cupiat, & abhorreat, & iraſcatur, & miſereatur, & omnino delectetur ac doleat. Et vtroque modo non bene. Et etiam quando oportet & pro quibus, & ad quos & cuius gratia, & vt oportet. Hoc autem medium eſt & optimum, quod eſt ipſius virtutis. Similiter circa actus nimium eſt, & parum, & medium. Virtus autem circa affectus actuſque uerſatur, in quibus exuperatio quidem peccatum eſt, & defectus vituperatur, medium autem laudatur & recte conficitur, quorum utrumque uirtutis ipſius eſt. Virtus igitur mediocritas eſt quædam, cum ſit ipſius medij coniectatrix.*

virtutem pertinet,ſcilicet rectitudo,quæ opponitur peruerſitati vitioſæ,& laus,quæ opponitur vituperio,quæ conſequuntur ex primis duabus. Et ſic concludit,quòd virtus moralis & in ſe conſiderata,eſt quædam medietas,& eſt medij coniectatrix, inquantum,ſcilicet reſpicit medium,& medium operatur.

F tangit cum dicit,electiuus,ideſt ſecundum electionem operans. Principale enim virtutis eſt electio,ut infra dicetur.Et quia oportet actum determinari per obiectum. Ideo tertio ponit obiectū ſiue terminum actionis,in hoc, quòd dicit exiſtens in medietate quo ad nos. Oſtenſum eſt enim ſupra, quòd virtus inquirit & operatur medium non rei,ſed quo ad nos. Dictum eſt autē ſimiliter, quòd virtus moralis eſt in appetitu,qui participat rationē. Et ideo oportuit quartam particulam apponi,quæ tangit cauſam bonitatis in virtute,cum dicit, Determinata ratione. Non enim inquirere medium eſt bonum, niſi inquantū eſt ſecundum rationem determinatam, verum quia contingit rationem eſſe & rectam & erroneam, oportet virtutem ſecundum rationē rectam operari, vt ſupra ſuppoſitum eſt. Et ad hoc explicandum ſubdit. Vt vtiq; ſapiens determinabit &c. ſcilicet medium. Sapiens autē hic dicitur non ille, qui eſt ſapiens ſimpliciter,quaſi cognoſcens altiſſimam cauſam totius vniuerſi, ſed prudens qui eſt ſapiens rerum humanarum, vt infra in ſexto dicetur. Nam & ī arte ędificatoria determīatur quid bonum ſit fieri ſecundum iudicium ſapiētis in arte illa.Et idē eſt in omnibus alijs artibus.Deinde cum dicit. Lect.5.

c ¶ Manifeſtat præmiſſam diffinitionē quantum ad hoc, ꝙ dixit virtutem in medietate conſiſtere. Et circa hoc tria facit. Primo oſtendit quorum ſit medietas. Secūdo reſpectu cuius attēdatur medietas iſta, ibi. { Et adhuc &c.} Tertio concludit quoddam correlarium,ibi { Propter quod ſecundum ſubſtantiam &c. } Dicit ergo primo, quòd virtus ipſa eſt quędā medietas inter duas malitias,& inter duos habitus vitioſos,eius ſcilicet,qui eſt ſecundum ſuperabundantiam,& eius,qui eſt ſecundum defectum. Sicut liberalitas eſt medietas inter prodigalitatem,quæ vergit in ſuperabundantiam, & illiberalitatem quæ vergit in auaritiam. Deinde cum dicit.

K d ¶ Oſtendit,reſpectu cuius attenditur ſuperabundantia & defectus & medium. Et dicit,adhuc eſſe conſiderandum,quòd quędam malitiæ per comparationem ad aliquid deficiunt, aliæ vero ſuperabundant, tam in paſſionibus,quàm in operationibus ab eo,ſcilicet quod oportet a quo quidam deficiunt & quidam ſuperabundant. Sed virtus inquantum ſeruat id quod oportet,dicitur medium inuenire per rationem, & eligere per voluntatē. & ſic patet,quòd virtus ipſa eſt medietas,& iterum mediū operatur,medietas quidem eſt inter duos habitus, ſed mediū operatur in actionibus & paſſionibus. Deinde cum dicit.

e ¶ Infert quoddam corollarium ex dictis, ſcilicet quòd virtus, ſecundum ſuam ſubſtantiam, & ſecundum rationem diffinitiuā eſt medietas. Sed inquantum habet rationem optimi in ſtalige nere,& bene operantis ſiue diſponentis eſt extremitas. Ad cuius euidentiam conſiderandum eſt,quòd ſicut dictum eſt, tota bonitas virtutis moralis dependet ex rectitudine rationis. Vnde bonum conuenit virtuti morali, ſecundum quòd ſequitur rationē rectam

## LECTIO VII.

Adhuc, peccare quidem multis modis dicitur. Malū enim eſt infiniti vt Pythagorici exiſtimauerūt. Bonum autem finiti. Dirigere autem vno modo. Ideoque hoc quidem facile, hoc autem difficile. Facile quidem non contingere ſignum, difficile autem contingere. Et propter hoc igitur malitiæ quidē & ſuperabundantiæ defectus. Virtutis autē medietas. Boni.n.quidē ſimpliciter, multifariæ autem mali.

b Eſt igitur virtus habitus electiuus in medietate exiſtēs quo ad nos, determinata ratione, & vt vtique ſapiēs determinabit.

c Medietas autem duarum malitiarum. Huius quidem, ſecundum ſuperabundātiam, huius autem, ſecundum defectum.

d Et adhuc, huic has quidem deficere, has autem ſuperabundare ab eo quod oportet & in paſſionibus, & in operationibus. Virtutem autem medium inuenire & eligere.

e Propter quod, ſecundū ſubſtantiam quidem & rationem quod quid eſt eſſe dicētem, medietas eſt virtus. Secundū optimum autē & bene extremitas.

## *LECTIO VII.*

G *Præterea, peccare quidē multis modis contingit. Malum enim eſt infiniti, vt Pythagorici putant, bonum vero finiti. At recte agere unice. Quapropter & alterum facile, alterum difficile eſt. Facile quidem non attingere ſignum, difficile autem illud attingere. Et ob hoc igitur nimium quidē atque parum uitio aſcribuntur, mediocritas vero uirtuti. Vno nanque modo bonus eſt, multisque nefandus.*

H *Eſt igitur uirtus habitus electiuus in mediocritate conſiſtens, ea, que eſt ad nos definita ratione, & ut definierit ipſe prudens.*

*Mediocritas autem duorum eſt uitiorum: unius per exuperationem, alterius per defectum.*

*Et ex eo etiam quia illa quidem partim deficiunt, partim exuperant id quod oportet & in affectibus, & in actibus. Virtus autem medium ipſum & inuenit, & expetit.*

I *Quapropter ipſa uirtus eſſentia quidem & ratione quid eſt dicente, mediocritas eſt. At optimi reſpectu & bene ſeſe habentis extremitas.*

## LECTIO VII.

Præmiſſis duab⁹ rationibus, hic ponit Philoſophus tertiā, quæ ſumitur ex ratione boni & mali. Et dicit quòd multipliciter cōtingit peccare, quia malum qđ includitur in rationē peccati, pertinet ad infinitum ſecundum Pythagoricos, & bonum ſecundum eos pertinet ad finitum, per oppoſitum eſt intelligendum ꝙ recte agere contingit ſolum vno modo. Huiuſmodi autē ratio accipi poteſt ex eo, qđ Dioniſius dicit ī lib. de Diui. no. quia bonum contingit ex vna & integra cauſa, malum autem ex ſingularibus defectibus, ſicut patet in bono & malo corporali. Turpitudo enim quæ eſt malum corporalis formæ, contingit quodcunque membrum indecenter ſe habeat. Sed pulchritudo non contingit, niſi omnia membra ſint bene proportionata & colorata. Et ſimiliter ægritudo, quę eſt malum cōplexiōis corporalis, prouenit ex ſingulari deordinatione cuiuslibet humoris. Sed ſanitas eſſe non poteſt niſi ex debita proportione omnium humorum. Et ſimiliter peccatū in actione humana contingit quæcunque circūſtantiarū inordinate ſe habeat qualitercunque, vel ſecundum ſuperabundantiam, vel ſecundum defectum. Sed rectitudo eius non erit niſi in omnibus circumſtantijs debito modo ordinatis. Et ideo ſicut ſanitas vel pulchritudo contingit vno modo, ægritudo autē & turpitudo multis, immo infinitis modis, ita etiam rectitudo operationis vno ſolo modo contingit, peccatum autem in actione contingit infinitis modis. Et inde eſt, quòd peccare eſt facile, quia multipliciter hoc contingit. Sed recte agere eſt difficile, quia non contingit niſi vno modo. Et ponitur exemplum, quia facile eſt & recedere a contactu ſigni, ideſt puncti ſiue in centro circuli, ſiue in quacumque alia ſuperficie determinate ſignati, quia hoc contingit infinitis modis. Sed tangere ſignum, eſt difficile, quia contingit vno ſolo modo. Manifeſtum autem quod ſuperabundantia & defectus multipliciter contingunt, ſed medietas vno mō. Vnde manifeſtū eſt, quòd ſuperabūdantia & defectus ad malitiam, medietas autem ad virtutem pertinent, quia boni ſūt aliqui ſimpliciter, ideſt vno modo, ſed mali ſunt multifarie ideſt multipliciter, vt dictum eſt. Deinde cum dicit.

b ¶ Concludit ex præmiſſis diffinitionem virtutis. Et primo ponit ipſam diffinitionem. Secundo manifeſtat eam, ibi. { Medietas autem duarum &c } Tertio excludit errorem, ibi. { Non autem ſuſcipit omnis &c. } In diffinitione autem uirtutis ponit quatuor. Quorum primum eſt genus, quod tangit cum dicit, ꝙ virtus eſt habitus, vt ſupra habitum eſt. Secundum eſt actus virtutis moralis. Oportet enim habitum diffiniri per actum. Et hoc

Lectio. 5.



rectam, malum autem vtriq; vitio, ſcilicet ſuperabundantiæ, & inquantum recedit a ratione recta. Et ideo ſecundum rationem bonitatis & malitiæ, ambo vitia ſunt in vno extremo, ſcilicet in malo quod attenditur ſecundum receſſum a ratione. Virtus autem eſt in altero extremo, ſcilicet in bono, quod attenditur ſecūdum ſequelam rationis. Non tamē ex hoc virtus & oppoſita vitia conſequuntur ſpeciē, quàm diffinitio ſignat. Quia ratio recta ſe habet ad appetitum rectū, ſicut motiuum & regula extrinſeca. Appetitus autē peruerſus per vitium, non intendit a ratione recta deficere, ſed præter intētionem hoc ei accidit: per ſe autē intendit id, in quo ſuperabundat vel deficit. Quod autē eſt pręter intentionem eſt per accidēs, id autem quod eſt extrinſecum, & per accidēs non conſtituit ſpeciem, ſed ſpecies habitus ſumitur, ſecundum obiectum in qđ per ſe tendit. Secundum obiecta autem medium cōpetit virtuti, extrema autem vitijs. Et ideo dixit quòd ſecundum rationem boni, virtus eſt in extremo, ſed ſecundum ſpeciē ſubſtantialem eſt in medio. Deinde cum dicit.

f ¶ Excludit quendam errorem. Poſſet enim aliquis credere, quòd in operationibus & paſſionibus virtus teneret medium, vitia autem tenerēt extrema, quod hoc contingeret in omnibus operationibus & paſſionibus. Sed hoc ipſe excludit dicens, quòd non omnis operatio, vel paſſio animæ, ſuſcipit medietatem, quæ ſcilicet ad virtutem pertineat. Et hoc manifeſtat, ibi. { Quædam enim &c. } Et primo per rationem, quia quædam actiones & paſſiones in ipſo ſuo nomine implicāt malitiam, ſicut gaudiū de malo, & inuerecūdia, & inuidia. In operationibus autē adulterium, furtum, homicidiū. Omnia.n. iſta & ſimilia, ſecundum ſe ſūnt mala, & non ſolum ſuperabūdantia ipſorum vel defectus. Vnde & circa hoc, non contingit aliquem recte ſe habere, qualitercūque hoc operetur, ſed ſemp hoc faciens, peccat. Et ad hoc exponendum ſubdit, quòd bene, vel non bene non contingit in talibus, ex eo quòd aliquis faciat aliquod eorum, puta adulterium ſicut oportet, vel quando

A oportet, vt ſic fiat bene, male autem, quando ſecundum quòd non oportet. Sed ſimpliciter, qualitercunq; aliquod horum fiat eſt peccatum. In ſe enim quodlibet horum importat aliquid repugnans ad id quod oportet. Secundo ibi.

g ¶ Manifeſtat idem per exempla in vitijs. Et dicit, quòd quia iſta ſecundum ſe malitiam important, ſimile eſt querere in iſtis medium & extrema, ſicut ſi aliquis attribueret medietatem ſuperabundantiæ & defectum circa hoc quod eſt iniuſta facere, & timidum, vel incōtinentem eſſe, quod quidem eſſet incōueniens. Cū enim iſta importent ſuperabundātiam & defectum, ſequeretur quòd ſuperabundantia & defectus eſſent medietas, quod eſt oppoſitum in adiecto. Et quòd ſuperabundantiæ eſſet ſuperabuntia, & defectus eſſet defectus, quærendus, quod in infinitum abiret. Tertio ibi.

h ¶ Manifeſtat idem per ſimile in virtutibus. Manifeſtum eſt enim, quòd quia temperātia & fortitudo de ſe important medium, non eſt in eis accipere ſuperabundantiam & defectū, quaſi aliqs ſit ſuperabundanter, vel deficienter temperatus aut fortis. Medium enim non poteſt eſſe extremum. Et ſimiliter quia illa de ſe important extrema, nō poteſt eſſe illorū medietas, neque ſuperabundantia & defectus. Sed qualitercūque operatū eſt vnūquodque eorum vitioſum eſt. Vltimo autem concludit, ꝙ nullius ſuperabundātiæ, vel defectus poteſt eſſe medietas, aut ſuperabuntia aut defectus medietatis.

f Non ſuſcipit autē omnis operatio, neque omnis animæ paſſio medietatē. Quædam.n. confeſtim nominata conuoluta ſūt cum malitia, puta gaudium de malo, & inuerecundia, & inuidia, & in operationibus, adulteriū, furtum, homicidium. Hęc enim omnia, & quæ talia dicūtur ſecundum ſeipſa mala eſſe, ſed non ſuperabundantię ipſorum, neque defectus. Nō igitur eſt vnquā circa hæc dirigere, ſed ſemper peccare. Neque eſt bene, vel non bene circa talia in eo, quod oportet, vt oportet & quando, & qūo, puta adulterari. Sed ſimpliciter facere quodcūque horū, peccatū eſt.

g Simile igitur attribuenti, & circa iniuſta facere & timere, & incontinentē eſſe, eſſe medietatem, & ſuperabundantiā, & defectum. Erit enim ſic ſuperabundantiæ & defectus medietas. Et ſuperabundantiæ ſuperabundantia, & defectus defectionis.

h Quemadmodum autem tēperantiæ & fortitudinis nō eſt ſuperabundantia & defectus, propter medium non eſſe aliqualiter extremum, ita neque illorum medietas, neque ſuperabundantia & defectus, ſed vt vtique operatum eſt, vitioſum eſt. Vniuerſaliter ergo, neque ſuperabundantię, neque defectus medietas eſt, neque medietatis ſuperabūdātia & defectus.

B *Non autem omnis actus, nec omnis affectus ſuſcipit mediocritatem. Sunt enim affectus nonnulli qui continuo nomine ſuo ſunt cum prauitate connexi, vt maliuolentia, vt imprudentia, vt inuidentia. Et actus identidem, vt adulterium, furtum, homicidium. Hæc enim uniuerſa, & talia ita dicuntur, quia ipſa ſunt praua, ſed non exuperationes ipſorum atque defectus. Circa igitur talia nullum eſt tempus recte agendi, ſed ſemper delinquitur. Neque fit ut quiſquam bene, uel male talium quicquā agat, qui cum oportet, & quando, & ut oportet adulterium committendo. Sed Simpliciter quicquid iſtorum efficiatur, delinquitur.*

C *Simile igitur eſt & circa iniuſtitiā timiditatem, & luxuriam mediocritatem ponendam eſſe cenſere, & id quod nimium dicitur & parum. Hoc enim modo exuperationis & defectus erit utique mediocritas, & exuperationis exuperatio, & defectus item defectus.*

D *Sed ut temperantiæ fortitudinisue non eſt exuperatio atque defectus, quia medium ipſum eſt modo quodam extremum, ſic nec illorum eſt mediocritas, nec exuperatio & defectus, ſed ut cūque agantur ſemper delinquitur. Omnino namque nec exuperationis, nec defectus eſt mediocritas, nec mediocritatis exuperatio & defectus.*

## LECTIO VIII.

Oportet autem non ſolū vniuerſaliter dici, ſed & de his, quæ ſunt ſecūdum ſingula aptare. In his, qui circa operationes ſermonibus vniuerſales quidem inaniores ſunt, particulares autem veriores. Circa ſingularia enim operationes, oportunum autem in his concordare. Sumendum igitur hoc ex deſcriptione.

## *LECTIO VIII.*

E *At enim idipſum non ſolum uniuerſaliter dicere, ſed ad ipſa ſingula etiam accommodare oportet. Sermonum enim eorum qui circa actus uerſantur, uniuerſales quidem magis communes, particulares uero magis ſunt ueri. Actus namque circa ſingula ſunt, quibus ſermones, rationeſque conſentaneas eſſe oportet. Hæc igitur ex deſcriptione ſumenda ſunt.*

## LECTIO VIII.

Poſtquam Philoſophus oſtēdit quid eſt virtus in generali, hic manifeſtat diffinitionem poſitam in ſpeciali per ſingulas virtutes. Et circa hoc duo facit. Primo oſtendit hoc eſſe neceſſarium. Secundo proſequitur intentum, ibi. { Circa timores quidem igitur &c. } Dicit ergo primo, quòd oportet non ſolum dici vniuerſaliter quid eſt virtus, ſed etiam adaptare in ſpeciali ad ſingula. Et rationem huius aſſignat, quia in ſermonibus qui ſunt circa operationes vniuerſales, ſunt magis inanes, & particulares ſunt magis veri

b Circa quidem igitur timores & audacias, fortitudo eſt medietas. Superabundantium autem, qui intimiditate quidē, innominatus. Multa enim ſunt innominata. Qui autē in audere ſuperabundat, audax. Qui aūt ī timere ſuperabūdat, in audere vero deficit, timid⁹. G

c Circa delectatiōes autem & triſtitias non omnes. Minus autē & circa triſtitias, medietas quidem tēperantia. Superabundantia autem intemperantia. Deficientes autem circa delectationes non multum fiunt, propter qđ, iſti nomina nō ſunt ſortiti. Sunt autē inſenſibiles:

d Circa dationem autem pecuniarum & circa acceptionē, medietas quidem liberalitas. Superabundantia autem & defectus, ꝓdigalitas & illiberalitas. Cōtrariȩ aūt & hæ ſuperabūdāt

*Circa timores itaque fiduciasue mediocritas quidem eſt fortitudo. At exuperantium, is quidem qui non timendo exuperat, nomine caret. Sunt autem complura, quæ nominibus vacant. Is autem qui confidendo exuperat, audax eſt. At is qui timendo quidem exuperat, confidendo autem deficit, timidus.*

*Circa voluptates atque dolores nō omnes quidem, & minus circa dolores, mediocritas quidem eſt temperantia, exuperatio autem intemperantia. At deficientes circa voluptates perpauci fiunt. Quapropter, nec his eſt poſitum nomen: ſed inſenſati vocentur.*

*Circa dandās capiendaſque pecunias, mediocritas quidem eſt liberalitas.* H *Nimium atque parum prodigalitas, & illiberalitas, quibus contrario mōdo exuperant & deficiunt homines. Prodigus enim in erogan-*

veri. Et huius rationem aſſignat, eo quòd operationes ſunt circa ſingularia. Et ita oportunum eſt, quòd ſermones qui ſunt de operabilibus, concordent cum particularibus. Si ergo dicantur ſermones operationū ſolum in vniuerſali, erunt in vanum, Tū quia non conſequuntur finem ſuum qui eſt directio particularium operationum, Tum etiam, quia nō poſſunt vniuerſales ſermones in talibus ſumi, qui nō deficiāt in aliquo particularium propter varietatem materiæ, vt ſupra dictum eſt. (Libro. 1. Lectio. 3.) Sed particulares ſermones ſunt efficaciores, vtpote apti ad dirigēdum operationes, & ſunt etiam veriores, quia accipiuntur ſecundum id, in quo vniuerſales ſermones verificantur. Et ideo quod dictū eſt in vniuerſali de virtute, ſumendum eſt ex deſcriptione circa ſingulas virtutes. Deinde cum dicit.

b ¶ Exequitur intētum, oſtendens per ſingula, quòd mediū eſt bonum & laudabile. Extremum autē malum & vituperabile. Et primo oſtendit in virtutibus. Secundo in paſſionibus, ibi {Sunt autē & in paſſionibus &c.} Et primo oſtendit in virtutibus. Circa primum conſiderandum eſt, quòd virtutes dupliciter aliqui diſtinxerūt. Quidam enim attendunt diſtinctionem earum, ſecūdum quoſdam generales modos virtutum, qui quidem ſunt quatuor. Nā radix virtutis conſiſtit in ipſa rectitudine rationis, & ſecundum eam oportet quaſcumque actiones & paſſiones dirigere. Aliter tamen ſunt dirigibiles actiones, quàm paſſiones. Nam actiones quantum eſt de ſe, non habent aliquam reſiſtētiam ad rationem, ſicut emptio & venditio, & alia huiuſmodi. Et ideo circa eas non requiritur niſi quòd ratio, quandam æqualitatem rectitudinis ſtatuat. I Sed paſſiones important inclinationem quandā, quæ poteſt repugnare rationi dupliciter. Vno modo ex eo, quòd rationē trahit ad aliud, ſicut patet de omnibus paſſionibus, quæ pertinent ad proſecutionem appetitus, ſicut concupiſcētia ſpes, ira, & alia huiuſmodi. Et circa has paſſiones, oportet quòd ratio rectitudinem ſtatuat reprimendo & refrenando eas. Alio modo ex eo, quòd paſſio retrahit ab eo quod eſt ſecundum rationem, vt in omnibus paſſionibus, quæ important fugam appetitus, ſicut timor, odium, & ſimilia. Et in huiuſmodi paſſionibus, oportet quòd ratio rectitudinem ſtatuat, firmando animum in eo, quod eſt ſecundum rationem. Et ſecundum hoc, quatuor nominamus virtutes, quȩ a quibuſdam principales dicuntur. Nam ad prudentiam pertinet ipſa rectitudo rationis. Ad iuſtitiam vero, æqualitas in operationibus conſtituta. Ad fortitudinem autem, firmitas animi. Ad temperantiam, repreſſio paſſionum, ſicut ipſa nomina ſonant. K Quidam igitur iſtas virtutes generaliter acceperunt, putantes omnem cognitionem veritatis ad prudentiam pertinere, omnium æqualitatem actionum ad iuſtitiā, omnem firmitatem animi ad fortitudinem, & omnem refrenationem vel repræſſionem ad temperantiam. Et ſic locuti ſunt de his virtutibus. Tullius & Seneca, & alij quidam. Vnde poſuerunt has virtutes eſſe quaſi generales, & dixerunt omnes virtutes eſſe earum ſpecies. Sed iſta virtutum diſtinctio, non videtur eſſe conueniens. Primo quidem, quia prædicta quatuor ſunt talia, ſine quibus nullla virtus poteſt eſſe. Vnde per hoc non poſſunt ſpecies virtutis diuerſificari. Secundo, ſpecies virtutum & vitiorum non accipiuntur ex parte rationis, ſed ex parte obiecti, vt ſupra dictum eſt. (Lectio. 7.) Et ideo conuenientius Ariſt. virtutes diſtinxit ſecundum obiecta, ſiue ſecundum materias. Et ſic prædictæ virtutes quatuor, non dicuntur principales, quia ſunt generales, ſed quia ſpecies earum accipiuntur ſecundū quædam principalia, ſicut prudentia, quæ non eſt circa omnem cognitionem veri, ſed ſpecialiter circa actum rationis qui eſt pręcipere, Iuſti- F tia autem non eſt circa omnem ęqualitatem actionum, ſed ſolū in his, quæ ſunt ad alterum, vbi melius eſt æqualitatem conſtituere. Fortitudo non eſt circa quamlibet firmitatem, ſed ſolum in timoribus periculorum mortis. Temperantia non eſt circa omnem refrenationem, ſed ſolum in concupiſcentijs & delectationibus tactus. Aliæ vero virtutes ſunt q̄dam ſecundaria. Et ideo poſſunt reduci ad prædictas, non ſicut ſpecies ad genera, ſed vt ſecundariæ ad principales. His igitur præſuppoſitis, ſciendum eſt, quòd de iuſtitia, & prudentia, hic Philoſophus non agit, ſed infra in quinto & ſexto. Agit autem de temperantia & fortitudine, & quibuſdam alijs ſecūdarijs virtutibus. Quæ omnes ſunt circa aliquas paſſiones. Sed omnes paſſiones animæ reſpiciunt aliquod obiectū, quod quidem pertinet, uel ad ipſam hōis corporalem uitam, uel exteriora, uel ad humanos actus. Primo ergo facit mentionem de uirtutibus, quæ ſunt circa paſſiones, quarum obiecta pertinent ad corporalē uitam. Secūdo de illis, quæ pertinent ad exteriora bona, ibi. {Circa dationem autē pecuniarum & circa acceptionem &c} (Lectio. 6.) Tertio de illis, quæ reſpiciunt exteriores actus, ibi. {Sunt autem & aliȩ tres medietates &c.} Circa primum duo facit. Primo loquitur de fortitudine, quæ reſpicit pericula interimentia vitam. Secundo, de temperantia, quæ reſpicit ea, quæ ſunt utilia ad conſeruandam uitā, ſcilicet cibos, quibus conſeruatur uita in indiuiduo, & uenerea, quibus conſeruatur in ſpecie, ibi. {Circa delectatiōes autem & triſtitias &c.} Dicit ergo primo, quòd fortitudo eſt medietas circa timores & audacias, inquantū, ſcilicet reſpiciūt pericula mortis. Sed eorum, qui ſuperabundanter, ille qui ſuperabundat in hoc, quòd eſt eſſe intimidum, qui etiam deficit in timēdo, eſt innominatus, quia raro hoc accidit. Et multa ſimiliter ſunt innominata propter hoc, quòd homines ea non aduertunt communiter, ut ſic ipſis nomina imponerent. Ille uero qui ſuperabundat in audendo, uocatur audax. Et differt ab intimido. Nam ille dicitur ſecundum defectum timoris, audax autem ſecundum exceſſum audaciȩ. Ille uero qui ſuperabundat in timēdo, & deficit in audendo, uocatur timidus. Deinde cum dicit.

c ¶ Inducit de temperantia. Et dicit quod temperantia eſt medietas, non circa omnes delectationes & triſtitias, ſed circa eas, quȩ ſunt tactus pertinētes ad cibos & uenerea. Minus eſt autem circa triſtitias, quàm circa delectationes. Nam huiuſmodi triſtitiȩ cauſantur ex ſola abſentia delectationum. Superabundantia autem in talibus uocatur intemperantia. Sed defectus non multum fit propter hoc, quòd omnes naturaliter appetunt delectationem. Et inde eſt, quòd iſte defectus eſt innominatus. Sed ipſe imponit nomen, & uocat tales inſenſibiles, eo quòd huiuſmodi delectationes ſenſu percipiuntur. Et ideo ille, qui refugit has delectationes præter rationem rectam, conuenienter uocatur inſenſibilis. Deinde cum dicit.

d Introducit de uirtutibus, quæ reſpiciunt exteriora. Et primo de his, quæ ſunt circa concupiſcentias exteriorum bonorum. Secundo de uirtute, quæ reſpicit exteriora mala, ibi. {Eſt autem & circa iram &c.} (Lectio. 9.) Exteriora autem bona, ſunt diuitiæ & honores. Primo igitur introducit de uirtutibus, quæ reſpiciunt diuitias. Secundo de his, quæ reſpiciunt honores, ibi. {Circa autem &c.} Circa primum duo facit. Primo introducit de liberalitate, quæ eſt circa mediocres diuitias. Secundo, de magnificentia, quæ eſt circa magnas, ibi. {Circa pecunias autē &c.} Dicit ergo primo, quòd liberalitas eſt medietas circa dationem & acceptionem pecuniarum. Sed prodigalitas & illiberalitas ſe habent ſecundum ſuperabundantiam, & defectum contrario modo. Nam prodigus



& deficiūt. Prodigus enim quidem in tributione ſuperabundat, in acceptione autem deficit. Illiberalis autē in acceptione quidem ſuperabūdat, in tributione vero deficit. Nūc quidē igiř typo, & ī capitulo dicim⁹, cōtēti hoc ipſo, poſterius autē certius de his determinabiř. B

e Circa pecunias autem & aliȩ diſpoſitiōes ſunt. Medietas quidem magnificētia. Magnificus enim differt a liberali. Hic quidem enim circa magna, hic autem circa parua. Superabundātia autem apyrocalia & banauſia. Defectus vero paruificentia. Differunt autem hæc ab his, quæ circa liberalitatem. Quomodo autem differunt, poſterius dicetur. C

*do exuperat, in capiendo deficit. At illiberalis atque auarus in capiendo exuperat, in erogando deficit. Atque de hiſce nunc quidem figura loquimur, & in ſumma hoc ipſo contēti. Poſtea uero, exactius de ipſis determinabimus.*

*Sunt & aliæ circa pecunias d'ſpoſitiones, & mediocritas quidem eſt magnificentia. Differt enim hoc a liberali magnificus, quòd hic circa magna, ille circa parua verſatur. Exuperatio autem ruditas circa decorum, atque ſorditas, & defectus circa decorum puſillitas. Atque hæc differunt ab iis, quæ circa liberalitatem diximus eſſe, & differentiam poſterius explicabimus.*

## LECTIO IX.

Irca honorem autē & inhonorationem, medietas quidem magnanimitas. Superabundantia autem ehapnotes quædam dicta. Defectio autē puſillanimitas.

b Sicut autem dicimus habere ad magnificentiam liberalitatem circa parua differentem, D ita & habet quædam & ad magnanimitatem circa honorem exiſtentem magnum, hæc autē circa paruum exiſtentem. Eſt enim, vt oportet appetere honorem & magis, quàm oportet & minus. Dicitur autem qui ſuperabundat quidem deſiderijs philotimus, qui autem deficit, aphilotimus. Medius autem innominatus. Innominatȩ autem & diſpoſitiones. Verumtamen philotimi & philotimia. Vnde E contendunt extremi de media regione. Et nos autē quandoq; medium philotimū vocamus, eſt autem quando aphilotimū. Propter autem cauſam hoc facimus in his, quæ deinceps dicentur. Nunc autem de reliquis dicamus ſecundum enarratum modum.

## LECTIO IX.

*Irca honorem & eius oppoſitum mediocritas quidem eſt magnanimitas. Exuperatio vero lentitudo quædam, & defectus puſillanimitas dicitur.*

*Vt autem ad magnificentiam ſeſe habere diximus liberalitatem, hoc differentem ab illa, quòd circa parua verſatur, ſic ſeſe habet & ad magnanimitatem, quæ quidem circa honorem magnum, alia quædam diſpoſitio, quæ circa paruum uerſatur. Fit enim ut appetatur honor ut oportet, & magis quàm oportet & minus. Atque is quidem, qui in honorum exuperat appetitione ambitioſus uocatur. Is autem qui deficit appetitione, uacans honoris. Et medius nomine caret. Diſpoſitiones etiam ipſæ præter unam nomine carent. Ambitioſi namque ambitio uocitatur. Quocirca, fit vt extremi de medio loco decertent. Nos quoque medium hunc, modo ambitioſum, modo uacantem honoris appetitione uocamus. Et nunc ipſum ambitioſum, nunc alterum laudamus. Cur autem id fiat, in ſequentibus explanabitur. Nunc de cæteris eundem ſeruantes modum dicamus.*

gus ſuperabundat in datione & deficit in acceptione. Illiberalis A autem econtrario, ſuperabundat in acceptione, & deficit in datione hæc autem hic dicuntur typo, ideſt exemplariter, & in capitulo, ideſt ſummarie, ſed poſtea & de his, & de alijs determinabitur certius. Deinde cum dicit.

e ¶ Introducit de magnificentia. Et dicit, quòd præter prædictas diſpoſitiones, vt liberalitatē & oppoſita vitia, ſunt etiā quædam aliæ circa pecunias, circa quas etiam magnificentia eſt medietas quędā. Sed differt magnificus a liberali, in hoc quòd magnificus eſt circa magna, ſed liberalis eſt circa parua. Sed ſuperabūdantia reſpectu magnificentiæ vocatur apyrocalia, ab a, quod eſt ſine & pyros, quod eſt experientia & calos bonum, quaſi ſine experientia boni, quia ſcilicet multum expendentes, nō curāt qualiter bene expendāt: vocatur etiā hæc ſuperabundantia, banauſia, a banos, quod eſt fornax, quia ſcilicet ad modum fornacis omnia conſumūt. Sed defectus vocatur paruificentia. Et hȩ etiā extremitates differunt ab his, quæ cōtrariantur liberalitati. Quomodo autem differant, dicetur poſterius in quarto.

LECTIO IX.

Oſitis virtutib⁹, q̄ reſpiciūt diuitias, hic ponit virtutes, quæ reſpiciunt honores. Et primo ponit virtutem, quæ reſpicit magnos honores. Secundo virtutem, quȩ reſpicit mediocres, ibi. {Sicut autem dicimus &c.} Dicit ergo primo, quòd magnanimitas eſt medietas circa honorē, & inhonorationem. Superabundantia autem in proſequendo ea, quæ pertinent ad magnum honorem, eſt quædam diſpoſitio, quæ dicitur chaumotes, ex eo quòd ardet in ijs, quæ pertinent ad appetitum honoris. Nam cauma, incendium dicitur, ſed capnos ī græco idem eſt quod fumus. Poteſt etiam ſi ſic ſcribatur chapnotes dici, quaſi fumoſitas. Conſueuimus.n. eos qui nimis anhelāt ad aſcendēdū aliqua alta vel magna, vocare ventoſos vel fumoſos. Sed defectio oppoſita magnanimitati, vocatur puſillanimitas. Deinde cum dicit.

b ¶ ponit aliam virtutem, quæ eſt circa mediocres honorēs. Et dicit, quòd ſicut dictum eſt, quòd liberalitas differt a magnificentia in eo quòd liberalitas eſt circa parua, cum magnificentia ſit circa magna, ita etiam ad magnanimitatem, quæ eſt circa magnum honorem, ſe habet quędam virtus, quæ eſt circa honorē paruum. Et quòd circa hoc oporteat eſſe aliquam virtutem in medio exiſtentē, manifeſtat ꝑ hoc quod ſubdit, quòd contingit etiam mediocrē honorem appetere, ſicut oportet, qđ pertinet ad medium virtutis, & magis quàm oportet, quod pertinet ad ſuperabundātiam, & minus quàm oportet, quod pertinet ad defectum. Ille autem qui ſuperabūdat in, deſiderio honoris, vocatur philotimus, ideſt amator honoris. Ille vero, qui deficit in deſiderio honoris, vocatur aphilotimus, ideſt ſine amore honoris. Ille autem, qui medio modo ſe habet, eſt innominatus. Et ſimiliter diſpoſitiones, ideſt habitus vitiorum, aut virtutis mediæ, ſunt innominatæ. Poſſumus tamē fingere nomina, vocantes diſpoſitionem qua quis eſt philotimus, pilothimiā, & diſpoſitionē qua quis dicitur aphilotimus, aphilotimiam. (Lect. 7.) Sed quia medium nō eſt nominatum, ideo illi qui ſunt in extremo, contendunt de media regiōe & vterque ſe dicit eſſe in medio exiſtentem. Quod manifeſtat, & loquitur ad ſimilitudinem duarum ciuitatum, inter quas ſolet eſſe contentio de medijs finibus, qñ non eſt certus limes præfixus, dum vtraq; dixit territoriū mediū ad ſe pertinere. Sed quia hoc fere cōmune eſt in omnib⁹ vitijs, quòd vterque extremorum reputat ſe eſſe ī medio & virtuoſum in altero extremo, ſicut timidus reputat fortē audacem, quem audax reputat timidum, cōſequenter ponit qđ eſt proprium in hac materia, quia non ſolum vitioſi aſcribunt ſibi nomen virtutis, Sed etiā virtuoſi propter hoc quòd medium virtutis eſt innominatum, vtuntur nomine vitij, quaſi nomine virtutis. Et hoc eſt quod ſubdit, quòd etiam nos rationabiliter loquentes, quandoque illum, qui eſt in medio vocamus philotimum, & quandoque vocamus illum aphilotimum

aphilotimum. Quandoque enim laudamus hominem, ex eo quòd eſt philotimus. Conſueuimus enim dicere aliquem laudantes, quòd eſt homo curans de honore ſuo, & ſic virtuoſum ipſum vocamus philotimum. Quandoque etiam laudamus aphilotimum, ſicut cum in laudem alicuius dicimus, quòd non curat de honoribus hominum, ſed de veritate. Et ſic aphilotimum vocamus virtuoſum. Quare autẽ hoc accidit, dicetur in ſequentibus, ſcilicet in Quarto. Sed nunc oportet nos ꝓſequi de reliquis medietatibus ſecũdũ ꝓdictum modum, ſcilicet exemplariter. Deinde cum dicit.

d ¶ Ponit virtutem, quæ reſpicit exteriora mala, ex quibus homo prouocatᷓ ad iram. Et dicit, quòd circa iram eſt ſuperabundãtia, defectus, & mediũ. Et quàmuis omnia iſta ſint vt plurimum innominata, medium tamen conſueuimus nominare manſuetum, & medietatem manſuetudinem. Illum autem qui ſuperabundat in hoc, vocamus iracundum, & diſpoſitionem eius iracundiam. Illum autem qui deficit, vocamus iniraſcibilem & defectum iniraſcibilitatem. Deinde cum dicit.

e ¶ Ponit virtutes, quę reſpiciunt humanos actus. Et primo oſtendit earum diſtinctionem. Secundo exemplificat de ipſis, ibi {Circa verũ quidem igitur &c.} Dicit ergo primo, ꝙ ſunt tres medietates, quæ quantum ad aliquid differunt, & quantum ad aliquid conueniunt. Conueniũt qdẽ quãrũ ad hoc, quòd omnes ſunt circa verba & opera, quibus homines adinuicem communicant. Differũt autem quantum ad hoc, quòd vna earũ eſt circa veritatem talium verborum & factorum. Aliæ autem circa delectationem ipſorum, ita tamen quòd vna earum reſpicit delectationem eorum, quę dicuntur vel fiunt ludo, alia vero in his, quæ pertinent ad communem vitam, ſcilicet in ſerioſis. De his etiam dicendum eſt, vt magis appareat, quòd in omnib⁹ medietas eſt

d Eſt autem & circa iram ſupabũtia & defectus & medietas. Fere autem innominatis exiſtẽtibus ipſis, medium manſuetũ dicentes, & medietatem manſuetudinem vocamus. Extremorum autem, qui quidem ſuperabundat, iracundus ſit. Malitia autem iracundia. Qui autem deficit iniraſcibilis quidẽ, defectio autem iniraſcibilitas.

e Sunt autem & aliæ tres medietates, habentes quidem quãdam ſimilitudinẽ adinuicem, differentes vero abinuicem. Omnes enim quidem ſunt circa verborum & operationũ cõmunionẽ. Differũt aũt, qm̃ hæc quidem eſt circa verum, qđ eſt in ipſis Hæc autẽ circa delectabile. Huius autẽ hęc quidẽ in luſu, hæc aũt in omnibus, quę ſecundum vitã. Dicẽdũ igitur de his, vt magis cognoſcamus, qm̃ in omnibus medietas eſt laudãda. Extrema autem non recta, nec laudabilia, ſed vituperabilia ſunt. Sunt quidem igitur, & horum plura innominata. Tentandum autem, quòd & in alijs ipſis noĩa fingere manifeſtationis gratia & boni, qđ cõſequit.

f Circa verum quidem igitur, medius quidem verus quis, & medietas veritas dicatᷓ. Fictio autẽ, quæ quidem ad maius, iactantia, & qui habet eam, iactator. Quæ autem ad minus, yronia, & yron.

g Circa delectabile autem, qđ quidem in ludo medius quidẽ, eutrapelus, & diſpoſitio, eutrapelia. Superadundantia autem, bomolochia: & qui habet eam, bomolochus. Qui autem deficit, agroicus quis, & habitus agroichia.

h Circa reliquum autem delectabile, quod in vita qui quidẽ vt oportet delectabilis eſt amicus, & medietas amicitia. Qui autem ſuperabundat, ſi quidem nullius gratia placidus. Si autem vtilitatis alicuius, ſui blãditor. Qui autem deficit & in omnibus indelectabilis litigioſus quis, diſcolus.

*Eſt igitur & circa iram mediocritas & nimium atque parum. Atque cum fere nominibus careant, medium manſuetum dicentes, mediocritatem manſuetudinem appellabimus. Extremorum autem is quidem qui exuperat iracundus, & uitium iracundia uocitetur. Is uero qui deficit ira uacans,* G *quidam & defectus iræ uacuitas nuncupetur.*

*Sunt & aliæ tres mediocritates, quæ tametſi ſimilitudinem quandam & conuenientiam inter ſeſe habent, differunt tamen. Omnes enim ſunt circa uerborum actuumue communem uſum. Sed differunt, quòd earum una circa uerum, quod eſt in ipſis, cætere circa iucundum uerſantur. Quod quidem partim eſt in lo-* H *co, partim in cæteris congreſſionibus uniuerſis. Et de his igitur eſt dicendum, ut magis cernamus in uniuerſis mediocritatem quidem laudabilem eſſe, extrema uero neque recta, neque laudabilia, ſed uituperabilia eße. Atque horum etiam pleraque nominibus carent. Verum enitendum eſt & his perinde atque cæteris ponere nomina diluciditatis gratia, & ut facile ſequi poſſimus.*

*Circa uerum igitur, medius qui-* I *dem uerax quidam, mediocritas ueritas appelletur. Fictio uero ſi ad maiora pergat arrogantia, & arrogans qui ipſam habet dicatur. Sin ad minora diſſimulatio nuncupetur, & qui habet ipſam diſſimulator.*

*Circa iucundum, quod in ioco conſiſtit, medius quidem comis & urbanus, & diſpoſitio comitas atque urbanitas appelletur. Exuperatio autem ſcurrilitas, & qui ipſam habet,* K *ſcurra. Et qui deficit ruſticus quidam, & habitus ruſticitas nuncupetur.*

*Circa uero reliquum iucundum quod eſt in uita, is quidem qui eſt, ut oportet iocundus amicus dicatur, & mediocritas amicitia. Is autem qui exuperat, ſi nullius gratia rei, placidus. Sin ſui emolumenti cauſa, adulator eſt appellandus. At is qui deficit, & in cunctis eſt iniucundus contentioſus quidam difficiliſque dicatur*

F laudabilis, extrema autem non ſunt laudabilia, ſed vituperabilia. Plura autem horum ſunt innominata. Sed ſicut in aliis fecimus, tentabimus ponere nomina, vt fiat manifeſtum quod dicitur, & propter bonum quod inde cõſequitur, quia finis huius ſciẽtiæ no eſt manifeſtatio veritatis ſed bonũ operis. Deide cũ dicit.

f ¶ Exemplicat de præmiſſis virtutibus & primo de ea, quæ eſt circa verum. Et dicit, quòd circa verũ medius eſt ille, qui dicitur verus, & medietas dicitur veritas ſed fictio falſi, quę eſt in plus, quando ſcilicet aliquis fingit maiora de ſe quàm ſunt vocatur iactantia, & talis fictor vocatur iactator. Sed fictio, quæ eſt ad minus, ſcilicet quando aliquis fingit de ſe quædam vilia, vocatur yronia ideſt irriſio, & talis fictio vocatᷓ yron. ſcilicet irriſor. Secundo ibi.

g ¶ Exemplificat de virtute, quę eſt circa ludos. Et dicit, quòd circa delectationem, quæ eſt in ludis, ille qui mediũ tenet vocatur eutrapelus, quaſi bene ſe vertens ad omnia, & diſpoſitio vocatur eutrapelia. Ille autem qui ſuperabundat, vocatur bomolochus a bomos, quod eſt altare, & lochos qđ eſt raptus. Et dicitur ad ſimilitudinem milui, qui ſemper uolabat circa aras ydolorum: in quibus uolabant, ut aliquid raperent. Et ſimiliter ille qui excedit in ludo, ſemper inſiſtit ad hoc, quòd rapiat uerbum uel factum alicuius, ut in ludum conuertat. Diſpoſitio autem uocatur bomolochia. Ille autem qui deficit, uocatur agroicus. i. agreſtis, & diſpoſitio uocatur agroichia. Tertio ibi.

h ¶ Exemplificat de tertia dictarum uirtutum. Et dicit, circa reliquum delectabile, quòd eſt in uita, quantum ad ea, quæ ſerio agũtur, medius uocatur amicus, non ab effectu amandi, ſed a decenti conuerſatione, quem poſſumus affabilem dicere. Et ipſa medietas uocatur amicitia uel affabilitas. Iſte autẽ qui ſuperabundat in hoc, ſi non faciat hoc niſi cauſa delectandi, uocatur placidus, ſi autem hoc propter aliquam



aliquam propriam vtilitatem, puta propter lucrum, vocatur blanditor vel adulator, qui autem in hoc deficit, & non veretur contriſtare eos cum quibus viuit, vocatur litigioſus & diſcolus. Deinde cum dicit. A

i ¶ Ponit exemplum de quibuſdam paſſionibus laudabilibus. Et primo de verecundia. Et dicit, quòd etiam in paſſionibus & adiũctis ſunt quædam medietates. Verecundia enim non eſt virtus, vt in Quarto oſtendetur. Sed tamen verecundus laudatur, eo quòd in talibus eſt medium accipere. Ille autẽ qui ſuperabundat, vt de omnibus verecundetur, vocatᷓ cataplex, ideſt ſtupidus. Ille autem qui deficit, vel nihil verecundatur, vocatur inuerecundus, medius uero verecũdus. Tertio ibi.

k ¶ Agit de alia paſſione, quæ vocatur nemeſis, ideſt repræhẽſio, quę eſt medietas inuidiæ epicacotharchiæ, tarchus enim dicitur gaudẽs, chachos malum, epi. ſup, ac ſi dicatur gaudium de malo. Sunt autem hæ diſpoſitiones circa delectationem & triſtitiam, de his, quæ eueniũt ꝓximis. Nemeſiticus enim, ideſt reprehenſor, triſtatur, ſi aliqui mali proſperantur ĩ ſua malitia, inuidus autem ſuperabundat vt triſtetur de omnibus, qui proſperantur ſiue bonis, ſiue malis. Sed ille qui dicitᷓ epicacotharcos, tantum deficit a triſtando, vt etiam gaudeat de malis, qui in ſua malitia proſperãtur. Sed de his alibi dicitur, ſcilicet in 2. Rhet. Vltimo autẽ, quia iuſtitia habet diuerſas ſpecies, in quibus non ſimiliter accipitur medium, de iuſtitia poſt dicetur in Quinto, & qualiter partes eius ſint ĩ medio, & ſimiliter poſtea dicetur in. 6. de virtutibus rationalibus, ideſt intellectualibus.

LECTIO X.

POſtquam Philoſoph⁹ in cõmuni oſtendit quid eſt virtus, & diffinitionẽ applicauit ad ſpeciales virtutes. Hic determinat de oppoſitio- ne uirtutum & vitiorum. Et circa hoc tria facit. Primo oſtendit in his eſſe duplicem contrarietatem: vnam quidem vitiorũ adinuicem, aliã autem vitiorum ad virtutem. Secundo oſtendit, quòd maior eſt contrarietas vitiorum adinuicem, ibi. {Sic autem oppoſitis adinuicem &c.} Tertio oſtendit, quomodo vnum vitiorum magis opponitur virtuti quàm reliquũ, ibi. {Ad mediũ aũt &c.} Circa primũ tria facit. Primo proponit quod intendit. Secũdo probat propoſitum, ibi. {Quemadmodum enim æquale &c.} Tertio infert quoddam corollariũ ex dictis, ibi. {Propter quod & proijciunt. Dicit primo, quòd cum ſint tres diſpoſitiones, quarum duæ ſunt vitioſæ, vna ſcilicet ſecundum ſuperabundantiam, alia vero ſecundum defectum, vna vero eſt ſecundum uirtutem, quę eſt in medio, quælibet harum aliqualiter opponitur cuilibet, qa extremæ diſpoſitiones & adinuicem sũt contrariæ, & etiam eis contrariatur media diſpoſitio. Deinde cum dicit.

b ¶ Probat quod dixerat. Non fuit autem neceſſarium probare, quòd duo uitia, quæ ſe habent ſecundum ſuperabundantiam & defectũ ſint contraria, eo quòd ſint maxime diſtantia, ſed hoc uidebatur eſſe dubium, qđ dictum eſt uirtutem contrariari uitijs, qa cum uirtus ſit in medio uitiorum non diſtat maxime ab utroque eorum, cum tamen contrarietas ſit maxima diſtantia, ut dr̄ in. 10. Meteo. Et ideo hoc ſpecialiter hic Philoſophus oſtendit, quòd uirtus contrarietur utrique uitiorum. Circa qđ conſiderandum eſt, quòd cum medium participet aliqualiter utrumque extremũ, inquãtũ participat unũ eorũ cõtrariatur alteri, ſicut æquale qđ ẽ mediũ inter magnũ & paruũ, eſt quidẽ ĩ cõparatione ad magnũ paruũ, & in cõparatione ad paruũ eſt magnũ. Et ideo æquale & magno opponitᷓ ẜm rationẽ parui, & paruo ẜm rõnem magni. Et propter hoc eſt motus a contrario in Tex.cõ.23.

i Sunt autem & in paſsionibus & in his, quæ circa paſsiones medietates. Verecundia enim virtus quidem non eſt, laudatur autem & verecundus. In his enim hic quidem dicitur medius. Qui autem ſuperabundat vt cataplex, qui omnes vere- B cundatur. Qui autem deficit, vel nequaquam verecundatur, inuerecundus. Medius autem verecundus.

k Nemeſis autem medietas inuidiæ & epicacotharchię. Sunt autem circa triſtitiam & delectationem in his, quę accidunt proximis factas. Nemeſeticus quidem enim triſtatur de indigne bene operantibus. Inuidus autem ſuperexcedens hunc in C oĩbus triſtatur. Epicacotharchię autem tantum deficit a triſtãdo, vt & gaudeat. Sed de his quidem igitur & aliás tempus erit. De iuſtitia autem, quia nõ ſimpliciter dicitur poſt hoc diuidẽtes de vtraq; dicemus qualiter medietates ſunt. Similiter & de rationalibus virtutibus.

LECTIO X.

TRibus autem diſpoſitionibus duabus quidem malitijs, hac quidem ſecundum ſuperabundantiam, hac autem ſecundum defectum, vna autem virtute medietate omnis omnibus opponitur aliqualiter. Extremæ quidem enim & mediæ, & adinuicem contrarię ſunt. Media autem extremis. D

b Quemadmodum ęquale ad minus quidem maius, ad ma- E ius autem minus, ita medij habitus ad defectum quidem ſupabundant, ad ſuperabundantiã autem deficiunt, & in paſsionibus autem, & in operationibus. Fortis enim ad timidum quidẽ audax videtur, ad audacem quidem timidus. Similiter autẽ & temperatus ad inſenſibilẽ quidem intemperatus, ad intemperatum autem inſenſibilis. Liberalis autem ad illiberalẽ quidem prodigus, ad prodigum autem illiberalis.

*Sunt & in affectibus, & in ijs, quæ ſunt circa affectus mediocritates. Verecundia namque virtus quidem non eſt, laudatur tamen & ipſe etiam verecundus. Nam & hic dicitur eße medius & exuperans atque deficiens, & exuperat quidem is, qui in vniuerſis verecundatur, qualis eſt ipſe pauidus. Qui vero deficit, aut nulla in re verecundatur, appellatur impudens. Medius vero dicitur verecundus.*

*Indignatio autem mediocritas eſt inuidiæ & maliuolentiæ. Verſantur autem circa dolorem & voluptatem, quæ oriuntur ex ijs, quæ proximis accidunt. Indignans enim dolet cum aliqui proſperitate fortunæ indigne fruuntur. Inuidus autem hunc exuperans de omnibus dolet. Sed maliuolus adeo deficit in dolendo, vt gaudeat. Verum de his erit & alio loco tempus dicendi. De iuſtitia uero poſtea pertractabimus. Atque cum non dicatur ſimpliciter, diſtinguemus ipſam, & de utraque dicimus quomodo mediocritas eſt. Et ſimiliter de rationis uirtutibus.*

*LECTIO X.*

*CVm autem tres ſint diſpoſitiones, & duæ quidem ſint uitia, quorum alterum in exuperatione, alterum in defectu conſiſtit. Vna autem uirtus, quæ quidem eſt mediocritas omnes inter ſe, & ſi non æque ſuſcipiunt oppoſitionẽ. Extremæ namque cum mediæ, tum inter ſeſe contrariæ ſunt, media uero extremis.*

*Nam ut æquale maius quidem eſt, cum comparatur ad minus, minus autem cum comparatur ad maius, ſic & habitus medii reſpectu quidem defectuum exuperãt, reſpectu autem exuperationum deficiunt, tam in affectibus, quàm etiam actibus. Fortis enim cum ad timidum comparatur audax, cum ad audacem, timidus eße uidetur. Pari modo temperans reſpectu quidem inſenſati intemperans, reſpectu autem intemperantis inſenſatus. Liberalis etiam prodigus ſi ad illiberalem, illiberalis ſi cum prodigo conferatur.*



medium

Tex.cõ.6. medium, ſicut & in contrarium, vt dicitur in. 5. Phyſic. Sic igitur medij habitus, conſtituti tam in paſſionibus, quàm in operationibus ſe habent, vt ſuperabundantes ad eum, qui eſt in defectu, & vt deficientes ad eum qui ſuperabundat. Sicut fortis in comparatione ad timidum, eſt audax. In comparatione autem ad audacem eſt timidus.

Et ſimiliter temperatus in comparatione ad inſenſibilẽ, eſt intemperatus. In comparatione autem ad intemperatum, eſt inſenſibilis. Ita etiam de liberali, qui eſt ꝓdigus in comparatione ad liberalem. Liberalis autem in cõparatione ad prodigum. Et ſic patet, ꝙ virtus contrariatur vtriq; extremorum. Deinde cum dicit.

c ¶ Infert quoddã corrolariũ ex dictis. Quia enim habitus medius ſe habet in comparatiõe ad vnũ extremum ſecundũ rationẽ alterius, inde eſt quòd extremi proijciunt mediũ alter ad alterum, ideſt vterque in extremitate exiſtens, eſtimat medium, quaſi alterũ extremum ſibi oppoſitum. Sicut timidus fortẽ vocat audacẽ, & audax vocat eum timidum. Quod etiã ſignũ eſt eius, quod dictũ eſt. ſ. quòd virtus contrarietur vtrique extremorum. Deinde cum dicit.

d ¶ Oſtendit, quòd maior eſt oppoſitio vitiorum adinuicẽ, quàm ad virtutem, & hoc duabus rationibus. Quarum prima eſt, quòd quanto magis aliqua a ſe diſtãt, tanto magis ſunt cõtraria, quia contrarietas eſt quędã diſtantia. Magis autem diſtant extrema adinuicẽ, quàm a medio, ſicut magnum & paruum magis diſtãt ab inuicem, quàm ab ęquali, quod eſt medium inter ea. Ergo vitia magis opponũtur adinuicem, q̃ ad virtutem. Eſt autem hoc conſiderandum, quod loquitur hic de oppoſitione virtutis ad vitia, non ſecũdum rationem boni & mali, quia ſecundum hoc ambo vitia continentur ſub vno extremo, ſed loquitur prout virtus ſecundum propriam ſpeciem eſt in medio duorum vitiorum. Secundam rationem ponit ibi.

e ¶ Quæ talis eſt. Virtutis ad unum extremorum eſt aliqua ſimilitudo ſicut inter fortitudinem & audaciam, & inter prodigalitatem & liberalitatem. Sed inter duo vitia extrema, eſt omnimoda diſſimilitudo. Ergo maxime contrariantur adinuicem, quia contrarietas importat maximam diſtantiam, vt dictum eſt. Deinde cum dicit.

f ¶ Oſtendit, ꝙ virtuti vnum extremorum magis contrariatur

c Propter quod & proiiciunt medium extremi alter ad alterum. Et vocat fortem quidẽ timidus audacẽ, audax autem timidũ. Et ĩ aliis ꝓportionaliter.

d Sic autem oppoſitis adinuicem his, maior contrarietas eſt extremis adinuicem, quám ad medium. Longius enim hęc diſtant abinuicem quàm a medio, quemadmodum magnum a paruo, & paruum a magno, quàm ab ęquali.

a Adhuc ad medium quidem quibuſdam extremis ſimilitudo quædam videtur, vt audacię ad fortitudinem & prodigalitatis ad liberalitatem. Extremis autem adinuicem plurima diſſimilutudo. Quæ autem plurimum diſtant abinuicem, contraria determinantur. Quare & magis contraria, quæ plurimũ diſtant.

f Adhuc autem medio opponitur in his quidem magis defectio, in his autem ſuperabundantia. Puta fortitudini quidem non audacia ſuperabundantia exiſtens, ſed timiditas defectus exiſtens. Temperantię autẽ non inſenſibilitas indigentia exiſtens, ſed intemperantia ſuperabundantia exiſtens.

g Propter duas autem cauſas hoc contingit. Vnam quidem quæ ex ipſa re. In eſſendo enim proximius & ſimilius alterum extremorum medio, non hoc, ſed contrariũ opponimus medio magis. Puta, quia ſimilius eſſe videtur fortitudini audacia & proximius, & diſſimilius timiditas, hanc magis opponimus. Diſtantia enim plus a medio contraria magis eſſe videntur. Vna quidem igitur cauſa hæc eſt ex ipſa re.

*Quapropter & extremorum vterq; medium ipſum a ſe compeli ad alterum. Atque fortem audax quidem timidum, timidus autem audacem appellat. Et in cæteris ſimili modo.*

G *Hæc cum hoc modo inter ſeſe opponãtur, maior eſt vtique contrarietas extremorum inter ſeſe, quàm ad medium. Longius enim hæc inter ſeſe, quàm a medio diſtant. Et perinde atque magnum magis a paruo, paruumque a magno, quàm ab æquali utrumque diſtat.*

*Extremis inſuper nonnullis ad medium ſimilitudo quædã eſſe videtur, vt audaciæ ad fortitudinem, & prodigalitati ad liberalitatem. At extremorum inter ſeſe maxima eſt diſſimilitudo.* H *Atque ea, quæ plurimum inter ſe diſtant diffinientes contraria dicunt. Quo fit, vt ea quæ magis diſtant, magis contraria ſint.*

*At uero medio in quibuſdam exuperatio, in quibuſdam defectus magis opponitur. Fortitudini namque, non audacia, quæ eſt exuperatio, ſed timiditas, quæ eſt defectus magis opponitur. Temperantiæ uero non inſenſibilitas,* I *quæ quidem eſt defectus, ſed intemperantia, quæ eſt exuperatio magis contraria eſt.*

*Id autem ob duas accidit cauſas. Atque una quidem eſt ex ipſius rei natura. Nam quia propinquius atque ſimilius eſt extremorum alterum medio, ideo non hoc ipſi ſed contrarium oppoſitum eſſe magis aſſerimus. Vt cum audacia quidem ſimilius fortitudini uideatur atque propinquius eſſe, timiditas autem diſſimilius, hanc* K *illi magis oppoſitam eſſe cenſemus. Etenim ea, quæ plus a medio diſtant, eidem contraria magis eſſe conſtat. Hæc igitur una eſt cauſa, quæ quidem eſt ex ipſius rei natura.*

F quàm aliud. Et circa hoc duo facit. Primo proponit, quod intendit. Secundo rationem aſſignat, ibi. {Propter duas aute &c.} Dicit ergo primo, ꝙ in quibuſdam magis contrariatur medio virtutis vitium, quod eſt in defectu, in quibuſdam autem magis vitium, quod eſt in exceſſu. Sicut fortitudini non maxime contrariatur audacia, quæ maxime pertinet ad ſuperabundantiam, ſed timiditas quæ ꝑtinet ad defectum. Econtrario autem tẽperantiæ non maxime contrariatur inſenſibilitas ad quam pertinet indigentia & defectus, ſed intemperantia ad quam ꝑtinet ſuperabundantia. Deinde cũ dicit.

g ¶ Aſſignat duas rationes eius quod dixerat. Quarum vna ſumitur ex parte ipſius rei. i. ex ipſa natura virtutum & vitiorum. Dictum eſt enim ſupra, quòd eſt quædã ſimilitudo alterius extremi ad medium virtutis. Et ex hoc ipſo, ꝙ vnum extremorũ eſt propinquius & ſimilius medio virtutis quàm illud, ſequitur ꝙ nõ ipſum, quod eſt ſimili' ſit magis contrarium virtuti, ſed illud qđ ei opponitur. Sicut ſi audacia eſt ſimilior fortitudini, & proximior, ſequitur ꝙ timiditas ſit diſſimilior, & per cõſequẽs magis cõtraria. Quia illa, quę magis ſũt diſtantia a medio, videntur ei eſſe magis contraria Horum autem rationem oportet accipere ab ipſa natura paſſionum. Contingit enim hoc quod hic dicit, in virtutib' moralibus, quæ ſunt circa paſſiones, ad quas pertinet conſeruare bonum rationis contra motum paſſionum. Paſſio autẽ dupliciter corrumpere poteſt bonum rationis, vno modo vehementia ſui, impellendo ad plus faciendum, quod ratio dictat, præcipue in cõcupiſcentijs delectationum, & alijs paſſionibus, quæ pertinent ad proſecutionem appetitus. Vnde virtus, quę eſt circa huiuſmodi paſſiones, maxime intendit paſſiones tales reprimere. Et propter hoc vitium, quod eſt in defectu, magis ei aſſimilatur, & quod eſt in ſuperabundantia, magis ei contrariatur, ſicut patet de temperantia. Quædam vero paſſiones corrumpunt bonum, retrahendo in minus ab eo quod eſt ſecundum rationem, ſicut patet de timore, & alijs paſſionibus ad fugam pertinentibus. Vnde uirtus, quæ eſt circa huiuſmodi paſſiones, maxime intendit firmare aliquem in bono rationis contra defectum. Et propter hoc uitium, quod eſt in defectu, magis ei contrariatur. Deinde cum dicit.

h ¶ Aliam



h ¶ Aliam rationem aſſignat ex parte noſtra. Cum enim ad virtutem pertineat vitia repellere, intentio virtutis eſt ad illa vitia potius repellenda, ad quæ maiorem etiam inclinationem habemus. Et ideo illa vitia ad q̃ ſumus qualitercũq; magis nati, ipſa ſunt magis contraria virtuti. Sicut magis ſumus nati ad proſequendum delectationes, quàm ad fugiẽdum eas: propter hoc facillime mouẽtur ad intemperantiam, quæ importat exceſſum delectationũ. Sic igitur illa vitia magis dicimus eſſe contraria virtuti, quæ magis nata ſunt creſcere in nobis, ꝓꝑ hoc ꝙ naturaliter inclinamur ad ipſa. Et ideo intẽperãtia ad quã pertinet ſuperabundantia delectationis, magis eſt contraria temperantię, quàm inſenſibilitas, vt dictum eſt.

LECTIO XI.

Poſtquam Philoſophus determinauit de virtute q̇d ſit. hic oñdit qũo aliquis poſſit virtutẽ acquirere, quia ſicut ſupra dictũ eſt, finis huius doctrinæ non eſt cognitio veritatis, ſed vt boni efficiamur. Circa hoc aũt duo facit. Primo oſtẽdit, ꝙ difficile eſt hominẽ fieri virtuoſum. Secũdo oñdit, qualiter ad hoc poſſit perueniri, ibi. Propter qđ oportet cõiectãtem &c. } Circa primum duo facit. Primo reſumit ea quæ dicta ſunt. Et dicit, ꝙ ſufficiẽter ſupra dictũ eſt, ꝙ virt' moralis ſit medietas, & qualiter ſit medietas, qa ſ. nõ ſcđm rẽ, ſed quo ad nos, & quorũ ſit medietas, quia. ſ. eſt medietas duarũ malitiarũ, quarũ vna ſe habet ſecũdũ ſuperabũdãtiam, alia vero ſcđm defectũ. Dictũ eſt ẽt, quare virt' ſit medietas, quia. ſ. eſt cõiectatrix medij, mediũ inquirendo. ſ. & eligẽdo. ſ. tã ĩ paſſiõibus, quàm in actionibus. Secundo, ibi.

b ¶ Cõcludit ex pręmiſſis, ꝙ difficile eſt eſſe ſtudioſũ. i. virtuoſum. Quia ĩ oĩb' hoc videm', ꝙ accipere mediũ difficile eſt, declinare aũt a medio ẽ facile. Sicut accipere mediũ in circulo nõ ẽ cuiuslibet, ſed ſciẽtis. i. Geometræ. Declinare aũt a cẽtro quilibet põt & faciliter. Et ſimiliter dare pecuniã, & cõſumere eã. Sed ꝙ aliqs aliqd det, cui oporter dare & q̃tũ oportet, & qñ oportet, & cui' gr̃a oportet, & qualiter oportet, ꝑ qđ intelligitur bene dare, non eſt cuiuslibet, nec eſt facile, ſed propter ſuam diffi-

A cultatem eſt rarum, & eſt difficile, laudabile, & virtuoſum, inquantum eſt ſecundum rationem. Deinde cum dicit.

c ¶ Oſtẽdit modos, quibus aliqs põt ꝑtingere ad hoc ꝙ fiat virtuoſus. Et circa hoc duo facit. Primo oñdit, qualiter aliqs poſſit ad mediũ inuentũ peruenire. Secũdo agit de ipſa inuẽtione medij, ibi. {Difficile aũt forſitan &c. } Circa primũ ponit tria documenta. Quorum vnũ ponit qđ ſumit ex ipſa natura rei. Et dicit, qa virtuoſũ fieri, & accipere mediũ eſt difficile. Propter hoc oportet eũ, qui cõiectat mediũ qui. ſ. intẽdit ad mediũ ꝑuenire, principaliter ad hoc intendere, vt recedat ab extremo, qđ magis contrariat virtuti. Sicut ſi aliqs vult ꝑuenire ad mediũ fortitudinis debet principale ſtudiũ adhibere ad hoc, ꝙ recedat a timiditate, quę magis opponit fortitudini, quàm audacia, vt dictũ eſt. Et ponit exẽplũ cuiuſdã Circes, q̃ ammonebat nauigãtes, vt principaliter cauerẽt maxima pericula maris, q̃ ſũt vndę ſubuertẽtes nauẽ, & fumoſitates nebularũ impedientes aſpectũ nautarũ. Et hoc eſt, quod dicit: extra fumũ & vndã cuſtodi nauem, quaſi dicat, ita nauẽ cuſtodias, vt fugias fumoſitates & vndas. Rationẽ ꝓdicti documẽti aſſignat dicens, ꝙ vnũ extremorũ vitiorũ, illud. ſ. quod ẽ magis cõtrarium virtuti eſt mai' peccatũ, illud aũt extremũ, qđ eſt min' cõtrariũ virtuti eſt minus peccatũ. Et ideo qa valde difficile eſt cõtingere mediũ uirtutis, iõ debet hõ niti vt ſaltem maiora pericula uitet, q̃. ſ. ſunt uirtuti magis cõtraria, ſicut nauigantes dicũt ꝙ poſt primã nauigationẽ in qua hõ nihil periculi ſuſtinet, ſecunda nauigatio eſt, vt homo ſumat minima periculorũ. Et ſimile accidit circa uitã humanã, eo modo quo dictũ eſt, ut. ſ. hõ principaliter uitet uitia, q̃ maxime cõtrariant uirtuti. Secũdũ documẽtũ ponit ibi.

d ¶ Et ſumitur ex parte noſtra, quantum ſcilicet ad ea, quæ ſunt propria unicuique. Et dicit quòd oportet eum, qui uult fieri uirtuoſus, attendere quid ſit illud ad quod magis appetitus eius natus eſt moueri, diuerſi enim ad diuerſa naturaliter magis inclinantur, ad quid autem unuſquiſque naturaliter inclinetur cognoſcere poteſt, ex delectatione & triſtitia, quæ circa ipſum fit, quia unicuique eſt delectabile id quod eſt ſibi conueniens,

h Alia autẽ ex nobis ipſis. Ad quæ n. ipſi magis nati ſumus aliqualiter hæc magis cõtraria medio vidẽtur. Puta ipſi magis nati ſumus ad delectationes, ideo facilius mobiles ſumus ad intẽperantiã quàm ad temperãtiã. B Igitur hęc magis contraria dicimus ad quæ augmentũ magis fit. Et propter hoc intemperantia ſuperabundantia exiſtens, magis contraria eſt temperãtię.

LECTIO XI.

Voniã q̇dẽ igit̃ eſt virt' moralis medietas & qualiter, & qm̃ eſt medietas duarũ malitiarũ, hui' quidẽ ſcđm ſuperabũdãtiã, hui' autẽ ſcđm defectũ, & qm̃ talis eſt, C quia coniectatrix medij, qđ eſt in paſſionibus & operationib', ſufficienter dictum eſt.

b Ideo & difficile ſtudioſum eſſe. In vnoquoq; n. mediũ accipere difficile, puta circuli medium nõ cuiuslibet ſed ſciẽtis. Sic autẽ & iraſci quidẽ cuiuslibet & facile, & dare argentũ & conſumere: cui autem & quantum, & quando, & cuius gratia oportet, & qualiter, non adhuc D cuiuslibet neq; facile, qđ eſt bene & rarũ, & laudabile & bonũ.

c Propter quod oportet cõiectantẽ medium quidẽ primũ recedere a magis contrario, quẽadmodũ & Circe monebat hic, extra fumum quidẽ & vndã cuſtodi nauẽ. Extremorum, n. hoc quidem eſt peccatũ magis, hoc autem minus. Quia igitur medium attingere ſumme difficile ſecũdũ ſecundam aiunt E nauigationem, minima ſumendum malorum. Hoc autem erit maxime hoc modo quo dicimus.

d Intendere autem oportet & ad quæ ipſi facile mobiles ſum'. Alij. n. ad alia apti nati ſumus. Hoc autem erit notũ ex delecta

*Altera autem in nobis ſumitur ipſis. Ea namque medio contraria magis eſſe videntur, ad quæ noſipſi quodammodo natura ſumus propenſiores. Nos enim ipſi quia magis ad uoluptates ſumus procliues, iccirco facilius ad intemperantiã, quàm ad modeſtiam inclinamur. Hæc igitur magis contraria dicimus virtuti, quæ in nobis augentur magis. Et propterea intemperãtia, quæ eſt exuperatio, magis eſt contraria temperantiæ.*

*LECTIO XI.*

*Virtutem igitur moris mediocritatem eſſe, & quomodo, & uitiorum duorum mediocritatem eſſe vnius per exuperationẽ, alterius per defectum, & talem eſſe propterea quòd coniectatrix eſt eius medii, quod in affectibus eſt atq; actibus, ſatis iam diximus.*

*Quapropter difficile eſt ſtudioſũ. Eſt enim difficile in unoquoque mediũ capere, ut circuli mediũ inuenire non cuiuslibet, ſed ſcientis eſt tantum. Pari modo iraſci quidẽ & dare argentũ ſumptuſue facere cuiuslibet eſt & facile. Sed cui & quantum, & quãdo, & quomodo, & gratia cuius oportet, non cuiuslibet eſt, neq; facile, quod quidem eſt ipſum rectum, & eſt perrarum & laudabile, & perpulchrum.*

*Iccirco, eum qui medium ipſum cõiectat, primum quidem a magis contrario diſcedere oportet, & perinde atque Circe monebat.*
*Extra undam & fumum longe compelle carinam.*
*Extremorum enim altero magis, altero minus delinquitur. Cum igitur cõſequi medium ſumme ſit difficile, ſecũda vt inquiunt nauigatione minima malorum ſunt capienda. Idque erit hoc maxime modo quem diximus.*

*Conſiderare autem oportet & ad quæ nos ſumus propenſiores. Nam alii ad alia, natura ſumus procliues. Quod q̇dẽ ex uoluptate doloreue inde*

ſecundum naturam. Vnde ſi aliquis in aliqua actione vel paſſione multum delectetur, ſignum eſt ꝙ naturaliter inclinetur in illud. Homines autẽ vehementer tendunt ad ea, ad quæ naturaliter inclinãtur. Et ideo de facili circa hoc homo trãſcendit mediũ. Et ꝓpter hoc oportet ꝙ in contrariũ nos attrahamus quantum poſſumus. Quia qñ damus ſtudiũ ad hoc quòd multum recedamus a peccato, ad quod proni ſumus, ſic tandẽ vix perueniemus ad medium. Et ponit ſimilitudinẽ de illis q. dirigunt ligna diſtorta, qui dũ volũt ea dirigere, torquent in aliam partẽ & ſic reducuntur ad mediũ. Et eſt hic conſiderandũ, ꝙ hæc via acquirendi virtutes eſt efficaciſſima, vt. ſ. homo nitatur ad cõtrariũ eius ad quod inclinatur, vel ex natura vel conſuetudine. Via tamen quam Stoyci poſuerunt eſt facilior, ut. ſ. hõ paulatim recedat ab his in quæ inclinatur, vt Tullius narrat in lib. de Tuſculanis q̃ſtionibus. Via ẽt quã hic Ariſt. ponit, cõpetit his qui vehementer deſiderant recedere a vitijs, & ad virtutẽ ꝑuenire. Sed via Stoycorũ magis cõpetit his, qui habent debilem & tepidam volũtatem. Tertiũ modum ponit ibi.

e ¶ Et hoc etiã documentũ ſumitur ex parte noſtri, non quidem ſecũdum id qđ eſt propriũ vnicuiq;, vt dictum eſt de ſecũdo documẽto, ſed ſecundum id quod eſt cõmune oĩbus. Omnes. n. naturaliter inclinantur ad delectationes. Et ideo dicit, ꝙ vniuerſaliter maxime debent tendentes in virtutem cauere ſibi a delectationib⁹: propter hoc enim quòd homines maxime inclinantur in delectationem, delectabilia apprehẽſa de facili mouẽt appetitũ. Et ideo dicit, quòd non poſſumus de facili dijudicare delectationem immorando, ſcilicet circa conſiderationem eius, quin appetitus accipiat ipſam proſiliendo ſcilicet in concupiſcentiã eius. Et ideo, quod ſeniores plebis Troianæ patiebantur ad Helenam, iudicantes eam eſſe abijciendam, hoc oportet nos pati ad delectationem, & in omnibus reſpectu delectationis dicere vocem illorum, vt ſcilicet abijciamus a nobis corporales delectationes. Et ſic abijcientes delectationem minus peccabimus, quia concupiſcentia delectationum ducit homines in plurima peccata. Concludit ergo, quòd facientes ea, quæ in capitulo, ſcilicet ſummarie dicta ſunt, maxime poterunt adipiſci medium virtutis. Deinde cum dicit.

f ¶ Oſtendit, qualiter ſit determinandum medium virtutis. Et circa hoc tria facit. Primo oſtendit eius difficultatem. Secundo oſtendit, quid ſufficiat ad medium determinandum, ibi. {Sed qui quidem parum &c.} Tertio, reſpondet tacitæ quæſtioni, ibi. {Hic autem vſquequo &c.} Dicit ergo primo, quòd hoc, ſcilicet inuenire medium eſt difficile, maxime conſiderando ſingulas circunſtantias in ſingularibus operabilium. Quia non eſt facile determinandum qualiter ſit faciendum, & reſpectu quorum, & in qualibus rebus & quantum tempus ſit iraſcendum. Et huiuſmodi difficultatis ſignum oſtẽdit, quia illos, qui deficiunt, puta in iraſcẽdo, quandoque laudamus, & dicimus manſuetos. Et quãdoque laudamus illos qui magis aggrauant puniẽdo vel reſiſtendo, & vocamus illos viriles. Deinde cum dicit.

g ¶ Oſtendit, quid ſufficiat ad medium virtutis. Et dicit, ꝙ ille qui parum tranſgreditur ab eo quod bene ſit ſecundũ virtutem, non vituperatur, neque ſi declinet ad maius, neque ad minus, quia modicus receſſus a medio virtutis latet propter difficultatẽ medij, ſed ille qui multum recedit vituperatur, quia non latet. Deinde cum dicit.

h Reſpondet cuidã tacitę quæſtioni. Poſſet enim aliquis quærere, quantus receſſus a medio vituperetur & quantus non. Sed ipſe reſpondens dicit, quòd non poteſt de facili determinari aliquo ſermone, vſque ad quãtum terminum, & quantum, aliquis recedens a medio vituperetur. Sicut nec aliquid aliud ſenſibiliũ, quæ magis ſenſu decernuntur, quàm ratiõe determinari poſſint. Huiuſmodi autem, quæ ad operationes virtutum pertinent in ſingularib⁹ conſiſtunt. Et propter hoc eorum iudicium conſiſtit in ſenſu, & ſi non in exteriori, ſaltem in interiori, per quem aliquis bene eſtimat de ſingularibus, ad quem pertinet iudicium prudentiæ, vt infra dicetur in Sexto. Sed hoc tantum hic ſufficit, ut oſtendatur, quòd medius habitus in omnibus ſit laudabilior. Sed quandoque oportet declinare ad ſuperabundantiam, quandoque autem ad defectum, uel propter ipſam naturam uirtutis, uel propter inclinationem noſtram, ut ex ſupradictis patet. Et per hunc modum facile deprehendetur medium ſecundum, quod aliquid bene ſit.

Et in hoc terminatur ſecundus liber.

tione & triſtia facta circa nos. In contrarium autem nos ipſos trahere oportet. Multum enim abducentes a peccato in mediũ ueniemus. Quod tortuoſa lignorum dirigentes faciunt.

e In omni autẽ maxime obſeruandum delectabile & delectationem. Non. n. non accipientes iudicamus eam. Quod igitur plebis ſenes patiebantur ad Helenam, hoc oportet pati & nos ad delectationẽ & in omnibus illorũ dicere vocẽ. Sic igit abijcientes ipſam minus peccabimus. Hoc igitur facientes vt in capitulo dicamus, maxime poterimus medium adipiſci.

f Difficile autẽ forſitan hoc & maxime in ſingularibus. Nõ. n. facile determinare, qualiter, & quibus & in qualibus, & quãtũ tẽpus ſit iraſcendũ. Etenim nos qñq; quidẽ deficiẽtes laudam⁹ & manſuetos dicimus, qñq; autem grauãtes viriles vocamus.

g Sed qui quidẽ parũ bene trãſgreditur nõ vituperatur, neq; ad maius, neq; ad minus. Sed qui ad plus. Iſte enim nõ latet.

h Hic aũt vſquequo & inquantũ vituperabilis nõ facile ſermone determinare, neq; . n. aliud aliquid ſenſibilium. Talia autẽ in ſingularibus & in ſenſu iudicium. Hoc quidem igitur tantũ oſtenditur, quoniã medius habitus in omnibus laudabilis. Declinare autem oportet quãdoque quidem ad ſuperabundantiam, quandoque autem ad defectum. Sic enim facile mediũ & quod bene adipiſcemur.

F

*proueniente percipietur. Atque noſipſos ad contrarium oportet retrahere. Longe nanque a delinquendo ſecedentes, ad ipſum tandem medium accedemus, vt ſolent ij facere, qui ligna obliqua ad rectitudinẽ redigunt.*

G *In vniuerſis autem cauendum eſt maxime a voluptate. Non enim incorrupti iudicamus de ipſa. Vt ergo Troianorum ſenes erga Helenam ſeſe habuerunt, ſic & nos ad voluptatem ipſam eſſe affectos, in omnibuſque illorum dicere vocem oportet. Hoc enim modo remouentes a nobis ipſam minus peccabimus. Hæc igitur facientes (vt in ſumma dicam,) maxime medium attingere conſequiue poterimus.*

H *Id autem ipſum difficile eſt fortaſſe & in ſingulis maxime. Non enim facile determinari poteſt quomodo, & quibus, & pro quibus, & quanto in tempore iraſcendum eſt. Etenim nos interdum eos, qui deficiunt laudamus, & mites dicimus eſſe. Interdum ipſos infenſos appellamus viriles.*

*Verum qui parum a recto exorbitat, non carpitur ſiue ad defectum, ſiue ad exuperationem ſe flectat. Qui vero multum, vituperatur. Non enim latet egreſſus.*

I *Facile autem non eſt excipere ratione, quouſque & quantum a recto quiſpiam egreſſus carpendus eſt. Neque enim aliud quicquàm ſenſibilium determinari facile poteſt. Talia vero in ſingulis ſunt & iudicium eſt in ſenſu. Verum illud eſt manifeſtũ, medium habitum in uniuerſis laudabilem eſſe. Oportet autem nunc ad exuperationem, nunc ad defectum declinare. Hoc enim modo facillime medium ipſum & rectum attingemus ac aſſequemur.*

K

Finis ſecundi libri Ethicorum Ariſtotelis.



# ARISTOTELIS MORALIVM AD NICOMACHVM

## LIBER TERTIVS.

Cum Sancti Thomæ Aquinatis præclariſsimis commentariis.

## LECTIO PRIMA.

POſtquam Philoſophus determinauit de virtute in cõmuni: hic determinat de quibuſdã principijs actuũ virtutis. Dixerat enim diffiniens virtutem, quòd virtus eſt habitus electiuus, eo ſcilicet quòd virtus per electionem operatur, & ideo nunc conſequenter de electiõe determinat, & de volũtario, & volũtate. Horum trium voluntarium commune eſt. Nam voluntariũ dicitur oẽ quod ſponte ſit. Electio autẽ eſt eorum, quę ſunt ad finẽ. Sed voluntas reſpicit ipſum finẽ. Diuiditur ergo pars iſta in partes duas. In prima determĩat de tribus prędictis principijs virtuoſorum actuũ. In ſecunda parte cõparat huiuſmodi principia ad actus virtutum, ibi. {Exiſtente vtique inuolũtario &c.} Circa primum tria facit. Primo determĩat de voluntario & inuoluntario. Secundo determinat de electione, ibi. {Determinatis autem &c.} Tertio determinat de voluntate, ibi. {Voluntas autem, quæ quidem finis &c.} Circa primum duo facit. Primo oſtẽdit, quòd ad præſentem doctrinã conſiderare pertinet de voluntario & inuoluntario. Secundo de eis, ibi {Videntur autem non voluntaria &c.} Circa primum ponit duas rationes. Quarũ prima ſumitur, ex eo qđ eſt proprium præſenti conſiderationi, quę eſt de virtutibus. Et concludit ex præmiſſis, ꝙ virtus moralis, de qua nunc agitur, eſt circa paſſiones & operationes, ita. ſ. ꝙ in his quæ ſunt volũtaria circa operationes & paſſiones, fiũt laudes, cũ aliquis operaẽ ſẽm virtutẽ, & vituperia qñ aliquis operaẽ ſẽm vitiũ. Qñ aũt aliqs inuoluntarie operaẽ, ſi quidẽ id qđ eſt ſcđm virtutẽ, nõ meretur laudẽ, ſi aũt cõtra virtutẽ, meretur veniã ex eo ꝙ inuolũtarie agit, vt. ſ. minus vituperetur. Qñq; aũt mereẽ miſericordiã, vt. ſ. tota litera vituperio reddaẽ immunis. Vel põt diſtingui venia a miſericordia, vt dicatur venia, qñ diminuitur, ſeu totaliter dimittitur vituperiũ, ſeu pęna ex iudicio rationis. Miſericordia autẽ ex hoc, ꝙ ſit ex paſſione. Laus autẽ & vituperiũ proprie debentur virtuti & vitio. Et ideo voluntarium & inuoluntariũ ſecundum quæ diuerſificatur rõ laudis & vituperij, debet determinari ab his, qui intendunt de virtute cõſiderare. Secũdã rõnẽ ponit ibi.

b ¶ Quæ ſumiẽ ex cõſideratiõe Politica, ad quã p̃ſens cõſideratio ordinatur. Et dicit, ꝙ vtile eſt legislatoribus, ꝙ conſiderẽt voluntarium & inuoluntarium ad hoc, quòd ſtatuant honores bene agentibus, uel pænas peccantibus, in quibus diuerſitatem facit uoluntarij & inuoluntarij differentia. Deinde cum dicit.

c ¶ Determinat de uoluntario & inuoluntario. Et primo de inuoluntario. Secundo de uoluntario, ibi. {Exiſtente autem inuoluntario &c.} Et ratio ordinis eſt, quia inuoluntarium ex ſimplici cauſa procedit, puta ex ſola ignorantia, uel ex ſola uiolẽtia, ſed ad uoluntarium oportet plura concurrere. Circa primum tria facit. Primo diuidit inuoluntarium. Secundo determinat de uno membro diuiſionis, ibi. Violentũ autem &c.} Tertio determinat de alio, ibi. {Quod propter ignorantiam &c.} Dicit ergo primo, ꝙ inuoluntaria uidentur eſſe aliqua dupliciter, ſcilicet uel illa, quę fiunt per uiolentiam, uel illa q̃ fiunt propter ignorãtiam. Et ratio huius diuiſionis eſt, quia inuoluntarium eſt priuatio uoluntarij. Volũtariũ autẽ importat motũ appetitiuæ uirtutis, quæ præſupponit cognitionem apprehenſiuæ uirtutis, eo ꝙ bonum apprehenſum mouet uirtutem appetitiuã. Dupliciter autem aliqd eſt inuoluntarium. Vno modo per hoc quòd excluditur ipſe motus appetitiuæ uirtutis. Et hoc eſt inuolũtarium per uiolentiam. Alio modo, quia excluditur cognitio uirtutis apprehẽſiuę. Et hoc ẽ inuolũtariũ ꝑ ignorantiã. Deinde cũ dicit.

d ¶ Determinat de uoluntario per uiolentiã. Et circa hoc duo facit. Primo oſtendit quid ſit uiolentum. Secũdo excludit circa hoc errorem, ibi. {Si quis autem delectabilia &c.} Circa primũ tria facit. Primo oſtendit quid ſit ſimpliciter uiolentum. Secundo quid ſit uiolentum ſecundum quid, ibi. {Quæcumque autẽ propter timorem.} Tertio epilogat, ibi {Qualia utique & eodem &c.} Dicit ergo primo, quòd violentum eſt cuius eſt principium extra. Dictum eſt enim, quòd uiolẽtia excludit motum appetitiuum. Vnde cum appetitus ſit principium intrinſecum, conueniens eſt quòd uiolentum ſit a principio extrinſeco. Non omne tamen cuius principium eſt extra, eſt uiolentum, ſed ſolũ quòd ita eſt a principio extrinſeco, ꝙ appetitus interior non cõcurrit in idẽ. Et hoc eſt, qđ dicit, ꝙ oportet tale uiolentũ eſſe in quo nihil conferat. ſ. per proprium appetitum. Homo ẽt dicitur operans inquantum facit aliquid per uiolentiã, & dicitur patiẽs inquantum uiolentiam patitur. Et ponit exemplũ, puta ſi ſpiritus, ideſt uentus per ſuam uiolentiam impellat rem aliquam ad aliquem locum, uel ſi homines dominium & poteſtatẽ habẽtes, expulerũt aliquẽ cõtra ſuam uoluntatem. Deinde cum dicit.

e ¶ Oſtendit quid ſit uiolẽtum ſecundũ quid. Et circa hoc tria facit. Primo mouet dubitationem. Secundo ſoluit, ibi. {Miſtæ

## LECTIO I.

Irtute vtique & circa paſsiones & operationes exiſtente, & in voluntarijs quidem laudibus & vituperijs factis, in inuoluntariis autem venia, quandoque autem & miſericordia, voluntarium & inuoluntarium neceſſariũ forſam determinare de virtute intendentibus.

b Vtile autem & legislatoribus, & ad honores, & ad pœnas.

c Videntur autem inuoluntaria eſſe, quæ violenta vel propter ignorantiam facta.

d Violentum autem eſt, cuius principium extra tale exiſtens in quo, nihil confert operans, vel patiens. Puta ſi ſpiritus tulerit aliquò, vel homines domini exiſtentes.

e Quæcunq; autem propter timorem maiorũ malorũ operata ſunt, vel propter bonum ali-

## LECTIO I.

*Vm virtus circa affectus actus verſetur, & in iis quidem, quæ ſua ſponte quis agit, laudes & vituperationes, in iis autem, quæ inuitus facit venia nonnumquam & miſericordia locum habeat. Eos forſitan qui de virtute conſiderant, de eo quod ſua ſponte quis facit, atque inuitus determinare neceſſe eſt.*

*Vtilis eſt etiam legũlatoribus hæc ſane conſideratio ad præmia pœnaſque inſtituendas.*

*Videtur itaque ea inuitus facere quiſpiam, quæ uiolentia uel per ignorationem facit.*

*Id autem eſt uiolentum, cuius principium eſt foris, in quod nihil is, qui agit, aut patitur confert, ut ſi uentus aliquò tulerit, aut homines poteſtatem habentes.*

*At ea, quæ maiorum metu malorum, aut ob aliquod bonum aguntur, ut ſi tyrannus quempiã aliquid agere*

B C D E

Lectio. 4. Lectio. 5. Lectio. 10. Lectio. 4. Lectio 2. Lectio. 2.

Lec. ſequẽ. quidem igitur ſunt &c.} Tertio ſolutionem manifeſtat, ibi.{ In operationibus autem &c.} Dicit ergo primo, quòd quædã ſunt quę aliquis operatur propter timorem maiorum malorum, quæ ſcilicet timet incurrere, vel propter bonum aliquod, quod ſcilicet timet amittere, puta ſi aliquis tyrannus habens in ſuo dominio & poteſtate parentes & filios alicuius, & præcipiat ei, ꝙ aliquid turpe operetur tali conditione, vt ſi operetur nõ occidantur, ſi non operetur, occidantur. Eſt ergo dubitatio: vtrũ illa, quæ ex tali timore fiunt, ſint dicenda voluntaria, vel potiꝰ inuoluntaria. Et ponit aliud exemplum, de his qui in tempeſtatibꝰ maritimis exiſtentes, eijciunt res ĩ mare. Quod quidẽ ſimpliciter loquendo, nullus facit volũtarius. Sed ad hoc, ꝙ ipſe, & illi qui cum eo ſunt, ſaluentur, faciũt hoc omnes, qui habent intellectum bene diſpoſitum. Deinde cum dicit.

f ¶ Soluit præmiſsã dubitationem concludens ex eo quòd dictum eſt, quòd prędictę operationes, q̃ ex timore fiunt, ſunt mixtæ, ſcilicet habentes de vtroque: de inuoluntario quidem, inquãtũ nullus vult ſimpliciter res ſuas ĩ mare ꝓijcere: de voluntario autem, inquantum quidem ſapiens, vult hoc pro ſalute ſuæ perſonæ & aliorum. Sed tamen magis accedũt ad voluntarias operatiões, quàm ad inuoluntarias. Cuius ratio eſt, quia hoc quòd eſt ꝓijcere res ĩ mare, vel quicquid eſt huiuſmodi, poteſt dupliciter conſiderari. Vno modo abſolute, & in vniuerſali, & ſic eſt inuoluntarium. Alio modo ſecundum particulares circumſtantias, quæ occurrunt in tempore ĩ quo eſt hoc agendum. Et ſecũdum hoc eſt volũtarium. Quia vero actus ſunt circa ſingularia, magis eſt iudicanda cõditio actꝰ ſecundum conſiderationes ſingularium, quàm ſecundum conſiderationem vniuerſalium. Et hoc eſt quod dicit, quòd prædictæ operationes factæ ſunt voluntariæ tunc, quando ſunt operatæ, ideſt conſideratis omnibus ſingularibus circunſtantijs, quę pro tempore illo occurrunt, & ſecundum hoc ſingulare tempus eſt finis & complementum operationis. Et ideo dicendum eſt proprie aliquid voluntarium & inuoluntarium ſecundum conſiderationem temporis, quando aliquis operatur. Manifeſtum eſt autem, quòd tunc operatur volens. Quod patet ex hoc, quòd in talibus operationibus principium mouẽdi organicas partes, ideſt applicãdi mẽbra corporis ad operãdũ, eſt in ipſo hoĩe. Ali- F ter tñ eſſet, ſi ipſe non moueret mẽbra, ſed ab aliquo potentiori mouerentur. Ea autem quæ fiunt ex principio intrinſeco, ſunt in poteſtate hominis, vt ea operetur vel non operetur, quòd pertinet ad rationem voluntarij. Vnde manifeſtum eſt, quòd tales operationes proprie & vere ſunt voluntariæ. Sed tamen ſimpliciter.i. in vniuerſali cõſiderãdo eas, ſunt inuoluntariæ, quia nullus quãtũ eſt ĩ ſe, eligeret operari aliquid talium niſi propter timorem, vt dictum eſt.

quod, puta ſi tyrãnus præcipiat turpe aliquod operari, dominꝰ exiſtens parentum & filiorum, & operante quidem ſaluentur, non operante autem moriantur, dubitationem habet: vtrũ inuoluntaria ſint, vel voluntaria. Tale autem aliquid accidit & circa eas, quę in tempeſtatibus electiones. Simpliciter autem nullus eijcit voluntarius, in ſalute autem ſui & aliorum omnium intellectum habẽtes.

f Mixtę quidem igitur ſunt tales operationes. Aſsimilantur autem magis voluntarijs, volũtarię enim ſunt tũc cum operatæ ſunt, finis autem operatiõis ſecundum tempus eſt, & voluntarium autem & inuoluntariũ, quando operatur dicendũ, operatur autẽ volens, & enim principium mouẽdi organicas partes in talibus operationibus in ipſo eſt. Quorum autem in ipſõ principiũ, in ipſo & operari & non, voluntaria itaque talia, ſimpliciter autem forſitan inuoluntaria. Nullus enim vtique eligeret ſecundum ſeipſum talium aliquid.

*turpe iuberet, habens in poteſtate & parentes & liberos, hac lege, vt ſi illud agat, illi ſint incolumes, ſi non agat diſpereant, controuerſiam habere uidentur, utrum hæc inuiti, an ſponte faciant homines. Tale etiam quid accidit & circa iactus eos, qui in tempeſtatibus fiunt. Simpliciter enim* G *nemo ſuas fortunas eijcit ſponte. Sed omnes propter ſuam cæterorumque ſalutem eiiciunt, modo ſint mentis ſanæ.*

*Tales igitur actus miſti quidẽ ſunt, ijs autem magis ſunt ſimiles quos ſponte homines agunt, expetuntur enim tum cum aguntur. Atque finis actionis in temporis conditione conſiſtit, & ſponte igitur, & inuitum unumquemque dicendum eſt agere cũ agit, agit* H *autem ſua ſponte. Eſt enim in ipſo principium mouendi partes eas, quæ ſunt in huiuſcemodi actibus inſtrumenta. At quorum principium eſt in ipſo, ea agere, uel non agere in ipſo eſt ſitum. Talia igitur ſua ſponte quiſque agit, at ſimpliciter fortaſſis inuitus, nemo namque talium quicquam per ſe expeteret unquam.*

## LECTIO II.

IN operationibus autẽ talibus quandoque & laudantur, quando turpe aliquid vel triſte ſuſtinent ꝓ magnis & bonis, cum autem econuerſo vituperantur. Turpiſsima enim ſufferre pro nullo bono, vel modico parui.

b In aliquibus autem laus non fit quidem, venia autem quando propter hæc operatur aliqs, quæ non oportet, quę humanã naturam excedunt & nullus vtique ſuſtineret.

## *LECTIO II.*

I *IN actibus autem huiuſcemodi, nõnumquam homines & laudantur, cum pro magnis & honeſtis rebus aliquid turpe ferũt, aut moleſtũ, Si uero contra faciunt, uituperantur. Eſt enim improbi pro nulla re honeſta uel mediocri, res turpiſſimas ferre.*

*In quibuſdam autem laus quidem non fit, ſed uenia locum habet, cum* K *ea, quæ non agere oportet quiſpiam egerit ob huiuſcemodi res, quæ naturam humanam ſuperant nemoque perferret.*

## LECTIO II.

POſtquam Philoſophus ſoluit dubitationẽ motam circa ea, quæ fiũt ꝑꝑ metum, oſtẽdens hmõi operationes eſſe volũtarias, hic ſolutionẽ manifeſtat ꝑ hoc, quòd laus & uituperiũ, honor & pæna, debentur hmõi operationibus voluntarijs. Et circa hoc duo facit. Primo oſtẽdit, qualiter hmõi operationibus debeat laus & vituperiũ, honor & pæna. Secundo manifeſtat difficultates circa hoc imminentes, ibi. {Eſt autẽ difficile &c.} Circa primum ponit tres gradus operationum taliũ, quæ fiunt per metum quantũ ad hoc, quod mereantur laudem vel vituperium. Et quantum ad primum oſtendit, quòd in talibus operationibꝰ, quas dixit eſſe miſtas ex voluntario & inuolũtario, qñq; aliqui laudantur, ex eo ꝙ ſuſtinẽt aliqđ turpe, nõ quidẽ peccatũ, ſed ignominiam aliquã, vel etiã aliqđ triſte.i. aliqđ contriſtatiuũ, ꝑꝑ hoc ꝙ perſeuerant in aliquibus magnis & bonis, puta in aliquibus virtuoſis actibus. Quando autẽ accidit econuerſo, vituperantur, quia proprium praui hominis eſſe videt, vt ſuſtineat turpiſſima, ideſt aliquas magnas cõfuſiones pro nullo vel modico bono. Nullus.n. ſuſtinet aliqđ malũ pro cõſeruatione alicuius boni, niſi illud bonũ præpõderet in corde ſuo alijs bonis, quibus q̃ mala opponũtur ſuſtinet. Pertinet aũt ad inordinationẽ appetitus, quòd aliquis parua bona præeligat magnis, quæ tolluntur ꝑ magna mala. Et ideo hoc eſſe dicit praui hominis.i. qui habet appetitum inordinatum. Secundum gradum ponit ibi.

b ¶ Dicit, quòd in quibuſdam operationibus propter metum factis, non meretur aliquis laudẽ, ſed ſolum veniã, ut (ſupple) aliquis inde non multũ uituperetur, quod ſcilicet operatur quędã, quæ non oportet, non aliqua, puta decẽtia ad ſtatum ſuum, cũ tñ non ſint multum grauia, propter timorem aliorum malorum, quorum



quorum ſuſtinentia excedit humanam naturam, & quæ nullus poſſet ſuſtinere, præcipue propter hanc cauſam, puta ſi alicui immineret ſuſtinere ignis aduſtionẽ, niſi diceret aliquod iocoſum mendacium. Vel niſi aliqua vilia abiecta opera faceret, quæ non decerent eius dignitatem. Tertium gradum ibi.

c ¶ Dicit quòd quædam operationes ſũt adeo malæ, quòd ad eas faciendas nulla coactio adhiberi poteſt, ſed magis debet homo ſuſtinere mortem patiendo duriſſima tormẽta, quàm talia operari, ſicut beatus Laurentius ſuſtinuit aduſtionẽ craticulæ, ne ydolis immolaret. Et hoc ideo Philoſophus dicit, vel quia moriẽti ꝓpter virtutem remanet poſt mortem gloria, vel quia fortiter perſiſtere ĩ bono virtutis, eſt tantum bonum, vt ei æquiparari non poſſit diuturnitas vitæ, quam homo moriẽdo perdit. Et ideo dicit, ꝙ Alcmeona, ideſt carmina Alcmeone, facta ab Euripide poeta, vidẽtur eſſe deriſoria, in quibus narratur, ꝙ Alcmeõ coactus fuit matrem occidere ex præcepto patris ſui, qui hoc ſibi præceperat ĩ bello Thebano moriens, ad quod ierat ex vxoris conſilio. Deinde cũ dicit.

d ¶ Ponit duas difficultates, quæ imminent circa prædictas operationes. Quarũ prima pertinet ad iudicium rationis. Et dicit, quòd quandoque difficile eſt iudicare quid ſit eligendum, propter hoc ꝙ aliquis euitet malũ, & quid mali ſit ſuſtinẽdum propter hoc quòd non deficiat ab aliquo bono. Secunda difficultas ꝑtinet ad immutabilitatem affectus. Quam ponit ibi.

e ¶ Et dicit, quòd adhuc difficilius eſt morari perſeueranter in his, quæ homo cognoſcit per iudiciũ rationis, quàm recte iudicare. Et aſſignat rationem difficultatis dicẽs, ꝙ vt plurimũ cõtingit ꝙ ea, quæ expectãtur triſtia.i. afflictiua vel doloroſa, illa autem ad quæ homines coguntur ꝑ timorẽ ſunt turpia. Difficile eſt aũt, ꝙ affectus hominis ex timore doloris non moueatꝰ. Et cũ illa ad quæ aliqs ꝑ hmõi cogitur, ſunt turpia, conueniens eſt ꝙ circa eos, qui coguntur ad huiuſmodi agẽda per timores triſtium fiant vituperia: circa eos aũt, q ad hoc cogi non poſſunt, fiant laudes. Deinde cum dicit.

f ¶ Epilogat, quæ dicta ſunt & quorumdam rationem aſſignat. Et primo reſumit quæſtionem principalem, ſcilicet qualia ſunt dicenda violenta. Secundo reſumit reſponſionem quantum ad ea quæ abſolute violenta ſunt, quorum cauſa eſt exterius, ita ꝙ A ille qui operatur ꝓpter violentiã, nihil cõferat. Tertio reſumit de operationibus mixtis. Et dicit, quòd illa quæ ſecundum ſeipſa, ideſt abſolute, & vniuerſaliter conſiderata ſunt inuoluntaria, efficiuntur voluntaria ſecundum certum tempus & propter certos euentus. Horum autem quàmuis ſecundum ſe ſint inuoluntaria, principium eſt in operatiõe, & ideo dicenda volũtaria ſecundum hoc tẽpus, & pro iſtis cauſis. Et ſic patet ꝙ aſſimilatꝰ magis voluntarijs q̃ inuoluntarijs, quæ ſunt voluntaria, conſideratis ſingularibus, in quibus operationes conſiſtunt. Quarto reſumit qđ dixerat de difficultate in talibus contingente. Et dicit, quòd non eſt facile tradere qualia oporteat ꝓ qualibus eligere. Et rationẽ aſſignat, ex hoc quòd multæ differentię ſunt in ſingularibus. Et ideo iudicium de his, nõ poteſt ſub certa regula comprehendi, ſed relinquuntur exiſtimationi prudentis. Deinde cum dicit.

g ¶ Excludit errorem quorumdam de his, quæ per violentiam fiũt, quia enim homo eſt id qđ eſt ſecundum rationem, viſum eſt quibuſdam quòd illud ſolum homo ꝑ ſe, & quaſi voluntarie faciat, quod facit ſecundum rationem. Quãdo autem contingit, quòd homo contra rationem vel propter concupiſcentiam alicuius delectationis facit, vel propter cupiditatem alicuꝰ exterioris boni, violenter facit. Et ideo dicebant, quòd delectabilia & exteriora bona, puta diuitiæ, ſunt violenta effectiue, inquantũ ſcilicet cum ſint quædam extrinſeca, cogunt hominẽ ad agẽdum contra rationẽ. Sed hoc improbat quinque rationibus. Quarum prima talis eſt. Si exteriora inquantũ ſunt delectabilia, & videntur bona, violentiam inferunt, ſequitur ꝙ oĩa quæ agimꝰ, ſint violẽta in rebus humanis, & nihil ſit volũtariũ, qa oẽs hoĩes q̃cũq; operãtur, gr̃a horũ operantur.i. ꝑꝑ aliqđ delectabile, vel ꝑꝑ aliqđ quocũq; mõ bonũ. Hoc autem eſt inconueniens. ergo & primum. Secundam rationem ponit ibi.

h ¶ Quæ talis ẽ. Oẽs q operantꝰ ex violẽtia, & inuolũtario, operantꝰ cũ triſtitia. Vñ & 5. Met. bene dicitꝰ, ꝙ neceſſitas ẽ cõtriſtãs, Tex. cõ. 6. qa cõtrariatꝰ volũtati. Sed illi q operantꝰ ꝑꝑ aliqđ bonũ, ſeu ꝑꝑ aliqđ delectabile adipiſcẽdũ, operantꝰ cũ delectatione. Non ergo operantur per violentiã & nolentes. Tertiam rationẽ ponit ibi.

i Et dicit quòd ridiculum eſt cauſari, ideſt cauſare exteriora bona, & non incuſare ſeipſum ex eo, quòd reddit ſe venabilẽ, ideſt

c Quædam autem fortaſsis nõ eſt cogi, ſed magis moriendum patientem duriſsima. Etenim Euripidis Alcmeona deriſoria videntur, cogentia matrem occidere.

d Eſt autem difficile quandoque iudicare, quale pro quali eligendum, & quid pro quo ſuſtinendum.

e Adhuc autem difficilius immorari cognitis. Vt enim in multum eſt, quæ quidem expectantur triſtia, quę autem coguntur turpia. Vnde laudes & vituperia fiunt circa coactos, vel non.

f Qualia vtique dicendum violenta? Vel ſimpliciter quidem quando cauſa in his exterius, & qui operatur nihil cõfert. Quæ autem ſecundum ſeipſa quidẽ inuoluntaria ſunt, nunc autem pro his volũtaria. Quorum autem & principium in operante ſecundum ſeipſa quidem inuoluntaria ſunt, nũc autem & pro his voluntaria. Magis autem aſſimilantur voluntarijs. Operatiões enim in ſingularibus. Hęc autem voluntaria. Qualia autẽ pro qualibus eligendum, non facile tradere. Multæ enim differentię ſunt in ſingularibus.

g Siquis autem delectabilia & bona dicat violenta eſſe. Cogunt enim exterius exiſtentia, omnia vtique ſic erunt violenta. Horum enim gratia omnes omnia operantur.

h Et qui quidem vi & nolentes cum triſtitia. Qui autem propter bonum, cum delectatione.

i Ridiculum enim cauſari, quę exterius, ſed non ipſum bene venabilem exiſtentem a talibus.

*Sunt autem quædam ad quæ forſitan non licet quemquàm eſſe compulſum, ſed potius oportet ſumma perpeſſum tormenta, mortem obire. Ridicula namque videntur ea, quæ ad necem matris Alcmeonem Euripidis compulerunt.*

B *Eſt autem interdum difficile, quale pro quali ſit expetendum, & quid pro quo ſuſtinendum diſcernere.*

*Difficilius etiam eſt poſteaquàm cognoueris in ſententia permanere. Fit enim plerumque, vt ea quidẽ, quæ expectantur moleſta, ea vero ad quæ coguntur turpia ſint, vnde laudãtur, atque vituperantur ij, qui fuerunt, aut non fuerunt compulſi.*

C *Quænam igitur dicenda ſunt violenta? An ea quidem ſimpliciter inuitus quiſpiam agit, quorum externa eſt cauſa, & ipſe agens nihil omnino confert? Quæ vero per ſe quidem inuitus facit, ſed nunc & pro his expetuntur, principiumque eſt in ipſo agẽte, ea per ſe quidem inuitus, nunc autem & pro his ſponte agit. Magis autem his ſimilia ſunt, quæ ſua ſponte quis agit. Actus enim ſunt circa ipſa ſingula, quæ quidẽ ſponte facit. Qualia vero pro qualibus expetenda ſint, non facile aſſignare poſſumus. Quippe cum in ipſis ſingulis, cõplures ſint differentiæ.* D

*Quod ſi quiſpiam ideo iucunda, violenta dixerit eſſe, quia & extra ſunt, & compellunt, omnia erunt eius ſententia violenta. Horum enim gratia, omnes omnia agunt.*

E *Atque qui violentia inuitiq; agũt, ij cum dolore. Qui ob iucundum, hi cum voluptate.*

*Eſt autem ridiculum externa quæpiam, ſed non ſeipſum, qui quidem ab huiuſcemodi rebus facile capitur.*

permittit ſe ſuperari a talibus delectabilibus, non enim voluntas noſtra ex neceſſitate mouetur a talibus appetibilibus, ſed poteſt eis inherere & non inherere, eo quòd nihil eorum habet rationem vniuerſalis & perfecti boni, ſicut fœlicitas, quam omnes ex neceſſitate volumus. Quartam rationem ponit ibi.

k Et dicit quòd ridiculum eſt, quòd aliqs dicat ſeipſum eſſe cauſam bonarũ & virtuoſarum operationum, & quòd delectabilia ſint cauſæ turpium operationum, inquantum alliciunt concupiſcentiam. Ideo autẽ hoc dicit eſſe ridiculum, quia contrariæ operationes, reducuntur in eandem potentiam rationalem, ſicut in cauſam. Et ideo oportet, quòd ſicut ratio ſecundum ſeipſam agens, eſt cauſa virtuoſæ operationis, ita etiam ſit cauſa vitioſæ operationis ſequendo paſſiones. Quintam rationem ponit ibi.

l ¶ Et dicit, quòd violentum eſt cuius principiũ eſt extra, ita quòd ille qui patitur, inde nil conferat ad actionem. Sed ille qui agit propter bona exteriora confert aliquid actioni. Ergo quàmuis principium inclinãs eius voluntatem ſit extra, non tamen eius operatio eſt violenta, neque ſimpliciter, quia aliquid confert ad operationem, neque per aliquam miſtionem, quia in operatiõibus miſtis, nõ redditur aliquid ſimpliciter voluntarium, ſicut accidit hic. Et ideo homo operatur ibi cum triſtitia, hic autem cũ delectatione, vt dictum eſt.

k Et bonorum quidem ſeipſum. Turpium autem delectabilia.

*Et boneſtorum quidem ſe, turpium autem ea quæ afferunt voluptatẽ cenſere cauſam eſſe.*

l Videtur vtique violentum eſſe cuius extrinſecum principiũ nihil conferente vim paſſo.

*Id igitur violentum eſt, cuius principium eſt foris, nihil prorſus eo conferente cui vis eſt illata.*

## LECTIO III. G

Qvod aũt propter ignorantiam, non inuoluntarium quidẽ omne eſt. Inuoluntarium autẽ, quod triſte & in pœnitudine. Qui enim propter ignorantiam operatur quodcunque, nihil triſtatus in operatione, volens quidem nõ operatus eſt, quod non ſciuit, neque rurſum nolens non triſtatus de eo, qđ propter ignorantiam, qui quidem in pęnitudine nolens videtur, qui autem non pęnitet, quia aliter ſit non volens, quia enim differt, meli⁹ eſt habere nomẽ ꝓpriũ.

## *LECTIO III.*

*Omne autem, quod ob ignorationem eſt actum, non ſponte quidem eſt actum. Ab inuito tamen id effectum eſt omne, pro quo dolet, qui egit, ipſumq; pænitẽtiam ſubit, qui namque ob ignorationem aliquid egit, & non fert moleſte ſe illud egiſſe, ſponte quidem ſua non egit, quod neſciebat, non tamen egit inuitus, quippe cum non doleat* H *ob idipſum. Qui igitur ob ignorationẽ quippiã egit, ſi ipſũ pæniteat, inuitus feciſſe videtur, ſi nõ peniteat, cũ is ali⁹ ſit, nõ ſpõte dicatur egiſſe, cũ .n. differat, melius ẽ, vt propriũ habeat nomẽ.*

b Alterum autem videtur & propter ignorantiam operari ab eo, quod eſt ignorantem facere. Ebrius enim, vel qui iraſcitur, nõ videtur propter ignorantiam operari, ſed propter aliquid eorum, quæ dicta ſunt, non ſciens autem, ſed ignorãs. Ignorat quidem igitur omnis malus, quæ oportet operari, & a quibus fugiendum. Et propter tale peccatum, iniuſti & vniuerſaliter mali fiunt.

*At enim hæc etiam ipſa ob ignorationem (inquam) agere & ignorantem agere diuerſa ſunt. Nam ebrius aut iratus, non videtur ob ignorationem agere, ſed ob aliquid eorum, quæ dicta ſunt, non ſciens, ſed ignorans.* I *Omnis igitur prauus ignorat, quæ agere oportet & a quibus eſt abſtinendum. Et ob huiuſcemodi errorem, iniuſti homines, maliquе omnino fiunt.*

c Inuoluntarium aũt vult dici nõ ſiquis ignorat, quod cõfert.

*Inuitus autẽ dicitur quiſpiam agere, non ſi ignorat id quod conducit.*

## LECTIO III.

Poſtquã Philoſophus determinauit de inuolũtario ꝑ violẽtiã, hic determinat de inuolũtario ꝑ ignorãtiã. Et circa hoc duo facit. Primo oñdit, qũo ſit aliqd inuoluntariũ ꝑ ignorantiã, Secũdo manifeſtat q̃dã q̃ dixerat, ibi. {Forte igitur nõ malum &c} Circa primum ponit tres differentias circa ignorantiam. Quarum prima attenditur ſecũdum quòd aliquid quod fit propter ignorantiam, diuerſimode ſe habet ad voluntatem. Quandoque enim eſt voluntati contrarium, & tunc proprie dicitur inuoluntarium. Quandoque autem non eſt contrarium voluntati, ſed eſt præter voluntatem, inquantum ignoratur. Et hoc non dicitur inuoluntarium, ſed nõ volũtarium. Dicit ergo, ꝙ hoc, qđ fit propter ignorãtiã, ita ſcilicet quòd ignorantia ſit cauſa eius, vniuerſaliter eſt non voluntarium, ex hoc, quòd actus voluntatis non fertur in illud. Non enim poteſt actus voluntatis ferri in id, quod eſt penitus ignoratum, cum obiectum voluntatis ſit bonum cognitum. Sed tũc ſolum id quod ex ignorantia cauſatur, dicitur inuoluntarium quaſi voluntati contrariũ, quando poſtquam cognoſcitur inducit triſtitiam & pœnitudinẽ, quæ eſt triſtitia circa ea, quæ quis fecit. Ex hoc enim eſt aliquid contriſtans, quòd eſt voluntati cõ- F trarium, vt dicitur. 5. Metaph. Ille enim, qui propter ignorantiam operatur aliquid, & non triſtatur de hoc, quòd operatus eſt, poſtquam illud cognoſcit, puta ſi accipiat argentum eſtimans ſe accipere ſtamnum, non poterit dici, quòd volens acceperit argentum, cum non cognouerit illud eſſe argentum, nec poteſt dici, quòd nolens, ideſt contra ſuã voluntatem acceperit argentum, cum non triſtetur de eo, quòd propter ignorantiam argẽtum accepit. Ille enim videtur eſſe nolẽs, qui habet triſtitiã & pœnitudinem de eo, qđ propter ignorantiam fecit. Sicut ſi aliquis accepiſſet econuerſo ſtamnum putans accipere argentum. Sed quia ille, qui nõ pęnitet aliter ẽ ab illo, qui pęnitet, qui dicitur nolens vocetur ille non volẽs. Quia enim differt a nolente ſecundum rem melius eſt, quòd habeat nomen proprium & diſtinctum. Secundam differentiam ponit ibi.

b ¶ Quę qdẽ accipitur ẜm differẽtiã ei⁹, qđ fit ad ignorãtiã q̃, q̃ñq; eſt cã ei⁹ qđ fit, q̃ñq; vero ꝓcedit ex alia cã. Dicit ergo, ꝙ alterum videtur eſſe, quòd aliquis operatur propter ignorantiam ab eo, quod aliquis operetur ignorans. Quandoque.n. aliqs operatur ignorans, ſed nõ propter ignorantiam. Sicut ebrius, vel iratus, non operatur propter ignorantiam, ſed propter ebrietatem, vel iram. Et tamen neuter eorum operatur ſciens, quia ex ebrietate & ira, cauſatur ignorantia, ſimul cum tali operatione, & ita ignorãtia ſe habet, vt concomitans operationem, & non ſicut cauſa eius. Et ex hoc concludit, quòd ſicut qui iraſcitur, operatur ignorans, non autem propter ignorantiam, ſed propter iram, ita omnis malus operatur non quidem propter ignorantiam, ſed ignorans in parti- K culari, quæ bona oportet facere, & a quibus malis oporteat fugere, inquantum ſcilicet eſtimat hoc malum ſibi nũc eſſe faciendum, & ab hoc bono ſibi nunc eſſe ceſſandum. Et propter hoc peccat, quia ſcilicet operatur, quæ non oportet. Ignorantes autẽ vniuerſaliter fiunt iniuſti quo ad alios, & mali quo ad ſeipſos. Ex quo patet, quòd ex hoc, quòd aliquis operatur ignorãs, & non propter ignorantiam, non cauſatur inuoluntarium, quia nullus propter id quod inuoluntarius facit, eſt iniuſtus, vel malus. Tertiam differentiam ponit ibi.

c ¶ Quæ quidem ſumitur ex parte eius, quod ignoratur: vbi cõſiderandum eſt quòd duplex poteſt eſſe ignorantia. Vno modo, ſecundum quòd aliquis ignorat quid oporteat facere, vel vitare. Et hanc ignorantiam, dicit eſſe eius, quod confert, ideſt qđ operari oportet. Talis autem ignorantia non cauſat inuoluntarium, quia ignorãtia huiuſmodi nõ poteſt homini habẽti vſum rationis prouenire, niſi ex negligentia; quia quilibet tenetur adhibere ſolicitudinem ad ſciendum quid oporteat eum facere, vel vitare. Vnde ſi ipſa ignorantia reputatur voluntaria, dum



dum homo eam non vult vitare ſicut tenetur, conſequens eſt, quòd nec illud quod per huiuſmodi ignorantiam fit, inuoluntarium iudicetur. Et hoc eſt, quod dicit, quòd inuoluntarium vult, ideſt natum eſt dici, non ſiquis ignorat, quod confert. i. ꝙ eſt expediens ad operandum. Hoc autem poteſt aliquis ignorare dupliciter. Vno modo in aliquo particulari eligibili, puta cum aliquis propter concupiſcentiã eſtimat ſibi nunc eſſe fornicandum. Alio modo in vniuerſali, vt patet in illo, qui opinatur omnem fornicationem eſſe licitam. Vtraque autem ignorantia eſt eius, quod cõfert. Vnde neutra inuoluntariũ cauſat. Et hoc eſt qđ dicit, quòd illa ignorantia, quæ eſt in electione, per quam ſcilicet, exiſtimat hoc malum ſibi nũc eſſe faciendum, non eſt cauſa inuoluntarii, ſed ẽ magis cauſa malitiæ, ideſt peccati. Neque etiam ignorãtia, quæ eſt in vniuerſali eſt cauſa inuolũtarii, quia ꝑꝑ ignorantiam huiuſmodi aliquis vituperatur. Non autem vituperatur aliquis propter ĩuoluntarium, vt ſupra habitũ eſt. Alia autem eſt ignorãtia ſingulariũ conditionum, puta quòd iſta mulier ſit vxor, vel ꝙ iſte vir ſit pater, vł ꝙ iſte locus ſit ſacer. Et iſta ſunt circa quę & in quibus, eſt operatio humana, ꝑ quorum iuſtam ignorantiam aliquis meretur miſericordiam & veniam, eo quòd ille q̃ ignorat aliquod horum, operatur inuoluntarie. Vnde patet, quòd ignorantia talium ſingularium circunſtantiarum, cauſat inuoluntarium, non autem ignorantia eius, quod confert. Deinde cum dicit.

d ¶ Manifeſtat quod dixerat, ſcilicet quæ ſunt iſtæ circunſtantiæ, quarum ignorantia cauſat inuoluntarium. Et circa hoc tria facit. Primo proponit, quæ ſunt iſtæ circunſtantiæ. Secundo, qualiter ignorentur, ibi. {Omnia quidem igitur, &c.} Tertio, qualiter earum ignorantia inuoluntarium cauſat, ibi. {Sunt omnia vtique, &c.} Circa primum conſiderandum eſt, quòd circunſtantiæ, nihil aliud ſunt, quàm quædam ſingulares conditiones humani actus, quæ quidem poſſunt accipi, vel ex parte cauſarum actus, vel ex parte ipſius actus. Cauſa autem actus eſt efficiens, vel finis. Efficiens eſt autem, vel agens principale, vel inſtrumentale. Ex parte autem actus, tria accipi poſſunt, ſcilicet ipſum genus actus. Materia, ſiue obiectum ipſum. Et modus agendi Et ſecundum hoc ponit Philoſophus hic ſex circunſtantias. Et dicit, quòd non eſt malum, immo optimum determinare, quæ & quot ſint iſta ſingularia, quorum ignorantia inuoluntarium facit, & vtitur aduerbio dubitandi, ſicut in multis aliis locis in hoc Libro, propter incertitudinem moralis materiæ. Enumerans ergo hæc ſingularia, dicit, Quis, quod pertinet ad perſonam principalis agentis. Et quid, ſcilicet agat, quod pertinet ad genus actus. Et circa quid, quod pertinet ad materiam, vel obiectum. Apponit autem & circa hoc id, quod pertinet ad menſuram actus, vt agentis, ideſt locum, vel tempus, cum dicit. Vel in quo operatur, quia omnes res exteriores videntur ha- A bitudinem habere ad actum humanum. Tullius autem hoc, qđ dicitur circa quid, comprehendit ſub hoc, quod dicitur quid. Quod autẽ dicitur in quo, diuidit ĩ duas circunſtantias, ſcilicet in quando & vbi. Quantum autem ad agens inſtrumentale, ſubdit. Quandoque autem, & quo, puta inſtrumento. Non enim omnis actio fit per inſtrumentũ, puta intelligere, & velle. Loco autem hui⁹ ponitur a quibuſdã, quibus auxiliis. Nã ille cui prębetur auxilium, vtitur auxiliis ſicut inſtrumentis. Quantum ad finem dicit, & cuius gratia, puta cum medicus vulnerat, cauſa ſalutis. Quantũ autem ad modum agendi, dicit, & qualiter, puta quiete, ideſt leuiter, vel vehementer, ideſt fortiter. Deinde cum dicit.

e ¶ Oſtendit, qualiter prędictæ circũſtantiæ ignorentur. Et dicit, quòd nullus eſt, qui omnes prædictas circunſtantias ignoret, niſi ſit totaliter inſanus. Et inter cæteras circunſtãtias, manifeſtum eſt, quòd nõ poteſt ignorare quid ſit operãs, quia ſic ignoraret ſe ipſum, quod eſt impoſſibile. Poteſt autẽ ignorare illud qđ quis operatur, ſicut illi, qui dicũt aliqua, quæ non erant dicenda, dicunt excuſando ſeipſos, quòd excidit a memoria eorum, vel quòd nunquam ſciuerunt, ꝙ talia erant ineffabilia ideſt, ꝙ talia non erant dicẽda, ſicut reuelata ſunt myſtica, ideſt ſecreta Eſchyli, ideſt cuiuſdam Poetæ. Ille vero qui talia loquitur, ignorat quid faciat, quia neſcit hoc eſſe reuelationem ſecretorum. Et ponit aliud exemplum quantum ad facta, ſicut ſagittator, qui vult monſtrare diſcipulo ſuo qualiter ſit ſagittandum, & mittit in aliquid. ſ. telum. Talis enim neſcit quid facit, quia neſcit ſe dimittere telum. Deinde ponit exemplum de ignorantia eius, quod eſt circa quid, ſicut ſi aliquis filium ſuum credat eſſe hoſtem, q̃ impugnet domum eius, & interficiat eum. Sicut quædã mulier Meropes, interfecit filium ſuum. Et ſic patet, ꝙ in tali facto ſcit homo quid facit, quia ſcit ſe interficere, ſed non ſcit circa quid facit, quia non ſcit ſe interficere filium. Præterea, ponit exem- E plum de ignorantia inſtrumenti, ſicut ſi aliquis ĩ haſtiludio vtatur haſta lanceata, quam putat eſſe rotundatam. ſ. per amotionem ferri, vel ſiquis eſtimat lapidem quo vtitur eſſe pumicem. Vlterius aũt, ponit exemplũ de ignorantia finis. Et dicit, ꝙ ſi aliquis medicus, vel minutor, percutiens hominem propter ſalutem corporalẽ, vel magiſter propter ſalutem occidat. Iſte habet ignorantiam finis, non quidẽ eius quẽ intendebat, ſed eius, qui ex opere conſequitur. Ignorabat enim, ꝙ opus eius ad talẽ finem perueniret. Vltimo autẽ ponit exemplum de ignorantia modi actionis, puta cum aliquis eſtimat ſe leuiter ducere manũ ad oſtendendum qualiter ſit percutiendum, ſicut faciunt pugiles, & percutiat fortiter. Talis enim, ignoranter fortiter percutiet. Deinde cum dicit.

f ¶ Oſtendit, quomodo prædictorum ignorantia inuoluntariũ cauſat. Et primo dicit, ꝙ cum ignorantia poſſit eſſe circa quodlibet

Nõ enim, quę ĩ electione ignorantia, cauſa inuoluntarii, ſed malitiæ, neque quæ vniuerſalis. Vituperatur enim propter hanc. Sed quę in ſingularibus ĩ quibus, & circa quę operatio. In his enim miſericordia & venia. Horũ enim aliquod ignorans inuoluntarie operatur.

*Non enim ea ignoratio, quæ facta eſt electione, cauſa eſt, ut aliquid inuitus quiſpiam faciat, ſed prauitatis. Nec etiam ea, quæ eſt uniuerſalis. Homines enim propter hanc ipſam repræhenduntur. Sed ea, quæ eſt ſingulorum, in quibus, & circa quæ eſt ipſa actio. In his enim & commiſeratio locum habet & uenia, qui namque aliquid eorum ignorat, inuitus agit.* B

d Forſitan igitur non malum determinare hęc & q̃, & quot ſint, & quis vtique, & quid, & circa quid, vel in quo operatur quandoque autem & quo, puta inſtrumento, & gratia cuius, puta ſalutis, & qualiter, puta quiete, vel vehementer.

*Forſitan igitur non ab re fuerit, ſi quæ et quot ſunt ipſa determinabimus. Quis itaque, quid, & circa quid, uel in quo agit. Nonnumquam & quo, ut inſtrumento. Et cuius gratia, ut ſalutis. Et quomodo, ut ſenſim, uel uehementer.*

e Omnia quidẽ igitur hæc, nullus vtique ignorabit non inſanus. Manifeſtũ autem, ꝙ neque operantẽ, qualiter.n. ſeipſum. Quod autẽ operatur ignorabit vtiq; aliquis, puta, dicẽtes aiũt excidere ipſos, vel nõ ſcire, quoniam ineffabilia erãt, quemadmodũ Eſchylo sũt myſtica, vel monſtrare volens dimittere, vt qui telum. Exiſtimat vtiq; aliquis & filium oppugnatorẽ eẽ, quemadmodum Meropen, & rotundari lanceatã haſtam, vel lapidem pumicẽ eſſe. Et in ſalutem percutiens occidere vtiq;. Et oſtẽdere volẽs, quẽadmodũ pugiles, percutiens vtique.

C *Omnia igitur hæc nemo ignorauerit, modo non ſit inſanus. Patet autem neque ipſum agentem quo namq; modo ſe ignorabit. Ignorauerit autem quiſpiam id quod agit, ut dicentes inquiunt excidiſſe ſibi aut neſciſſe reticenda eſſe, quemadmodum Eſchylus ipſa archana Cereris, aut oſtendere uolens immiſiſſe, ut qui telum iecit, putauerit autem quiſpiam et filium hoſtem eſſe, ut Merope putauit. Et haſtam cuſpidem habentem, ea uacare. Et lapidẽ pumicem eſſe. Et interfecerit quiſpiam ſalutis percuſſum cauſa. Et monſtrare uolentes, ut faciunt, qui* D *manibus extremis luctantur, percuſſerit.*

f Circa omnia vtiq; hęc ignorantia exiſtente, in quibus ope

*Cum igitur circa hæc omnia, in quibus eſt ipſe actus ſit ignoratio, qui*

ſibet prædictorum quinque, quæ concurrunt ad operationem, ille videtur nolens ſiue inuoluntarius operari, qui ignorat aliquod prædictorum. Non autem æqualiter quantum ad omnia, ſed præcipue ſi ſit ignorantia in principaliſſimis circumſtantiis. Secundo ibi.

g ¶ Manifeſtat quæ ſunt principaliſſimæ circunſtanciæ. Et dicit, quòd principaliſſimæ circunſtãtiæ eſſe videntur, in quibꝰ eſt operatio, ideſt obiectum ſiue materia actꝰ. Et cuius gratia, ideſt finis. Quia actus ſpecificantur ſecundum obiecta. Sicut autem materia ẽ obiectum exterioris actꝰ, ita finis eſt obiectum interioris actus volũtatis. Tertio ibi.

h ¶ Dicit ꝙ ignorantia ipſorum non ſufficit ad inuoluntarium. Et dicit, quòd cum inuoluntarium eſſe dicatur ſecundũ prædictam ignorantiam, adhuc requirit inuolũtarium, quòd operatio ſit cum triſtitia & pęnitudine, vt ſupra dictum eſt.

LECTIO IIII.

POſtquàm Philoſophus determinauit de inuoluntario, hic d̃terminat de voluntario. Et primo oſtendit quid ſit voluntarium. Secundo excludit circa hoc quendam errorem, ibi. {Forſitan enim nõ bene dicit, &c.} Circa primum conſiderandum, ꝙ quãuis inuoluntariũ videatur dici ſecundũ remotionem voluntarii, tamen ſi reſpiciamus ad cauſas, dicitur aliquid voluntarium per remotionem eorum, quæ cauſant inuoluntarium, vt violentiæ & ignorantiæ. Et quia vnũquodq; cognoſcitur per ſuam cauſam, idõ diffinitionem voluntarii tradit remouendo cauſas inuoluntarii. Et dicit, quòd cum inuoluntarium fiat propter vim illatam & propter ignorantiam, vt ſupra dictum eſt, voluntarium videtur eſſe, cuius principium eſt in ipſo operante. Et ſic excluditur violentia, ita tamen, quòd ipſe operans ſciat ſingulas circumſtantias, quæ concurrunt ad operationem. Et per hoc excluditur ignorantia, quæ cauſat inuoluntarium. Deinde cum dicit.

b ¶ Excludit quændam errorem. Et primo ponit ipſum. Quidam enim putabant non omne id eſſe voluntarium, cuius principium eſt intra, cum ſcientia circumſtantiarum. Poteſt enim contingere ꝙ illud principium, quod eſt intra, non ſit appetitus rationalis, qui dicitur voluntas, à qua denominatur voluntarium, ſed aliqua paſſio appetitus ſenſitiui, puta ira, vel concupiſcentia, vel aliquid aliud huiuſmodi, quod philoſophus dicit non eſſe bene dictum. Et notandum, ꝙ quia paſſiones appeti-

ratio, qui horum aliquid ignorat, nolens videtur operari. Et maxime in principaliſſimis.

Principaliſſima autẽ eſſe videntur, in quibus operatio & cuius gratia.

h Secundum talem vtiq; ignorantiam inuoluntario dicto, & adhuc oportet operatorem triſtem eſſe & in pęnitudine.

LECTIO IIII.

EXiſtente autem inuolũtario, quod vi & propter ignorantiam, voluntarium videbitur vtiq; eſſe cuius principium in ipſo ſciente ſingularia, in quibus eſt operatio.

b Forſitan. n. non bene dicitur inuoluntaria eſſe, quæ ꝓp iram, vel propter concupiſcentiam.

c Primum quidem . n. nullum adhuc animalium aliorũ voluntarie operabitur, neque pueri.

d Deinde, vtrum nihil voluntarie operatur eorũ, quæ propter concupiſcentiam, vel iram, vel bona quidẽ voluntarie, mala autem non voluntarie. Sed ridiculũ vna cauſa exiſtente. Inconueniens aũt forte inuolũtaria dicere, quæ oportet appetere. Oportet aũt & iraſci in quibuſdam & concupiſcere quædam, puta ſanitatem & diſciplinam.

e Vidẽtur aũt & inuolũtaria quidem triſtia eſſe. Quæ autem ſm̃ concupiſcentiã delectabilia.

f Adhuc autem, qui differunt in ęſſendo inuoluntaria, quæ ſecundum cogitationem, vel irã peccantur, fugiẽda quidẽ enim ambo.

*horum aliquid ignorauit, ſi inuitus egiſſe uidetur, & maxime in præcipuis.*

*Hæc autem ea uidentur eſſe, in quibus eſt ipſe actus, & id cuius agitur gratia.*

*Eius igitur quod ab inuito ob ignorationem talem dicitur eſſe factum,* G *oportet actionem dolorem inſuper pœnitentiamque afferre.*

*LECTIO IIII.*

*CVm autem id inuitus quiſpiam agat, quod ui & ob ignorationem agitur, id ſua profecto ſponte quiſpiam uidebitur agere, cuius principium eſt in ipſo agente, ſciente ſingula, in quibus eſt ipſe actus.* H

*Forſitan enim non recte dicitur ea fieri ab inuitis, quæ per iram aut cupiditatem aguntur.*

*Primo namque nulla bellua ſponte aget, neque pueri.*

*Deinde, utrum nihil eorum ſponte agamus, quæ cupiditate, uel ira agimus. An honeſta quidem ſponte, turpia uero inuiti, an ridiculum eſt cum una ſit cauſa. Abſurdũ eſt etiam forſitan ea ab inuitis agi cenſere, quæ o-* I *portet appetere. Oportet autem & iraſci pro quibuſdam & cupere nonnullas res, ut ſanitatem atque diſciplinam.*

*Videntur etiam ea quidem quæ ab inuitis fiunt dolorem, ea uero quæ cupiditate aguntur, uoluptatem afferre.*

*Præterea, quid intereſt inter ea, quæ per rationem, & quæ per iram peccantur hoc ipſo, quod ab inuitis agantur? Etenim fugienda quidem* K *ſunt ambo.*

F tus ſenſitiui excitantur a rebus exterioribus apprehenſis ꝑ ſenſum, hic error eiuſdem rationis eſſe videtur cum eo, quem ſupra remouit, ſecundum quem dicebatur, ꝙ res exteriores inferunt violentiam, ſed illud fuit ibi dicendum, vbi agebatur de violento, cuius principium eſt extra. Hoc autem eſt hic agendum, vbi agitur de volũtario, cuius principium eſt intra, nam paſſiones intra nos ſunt. Secundo ibi.

c ¶ Improbat prædictã opinionẽ quinque rationibus. Quarum prima talis eſt. Quæcumq; operantur bruta animalia & pueri, operantur ſecundum paſſionem appetitus ſenſitiui, non autem ſecundũ appetitum intellectiuum, quia carent vſu rationis. Si ergo, quę per iram & concupiſcentiam & alias paſſiones appetitus ſenſitiui fiunt, eſſent inuoluntaria, ſequeretur ꝙ neq; bruta animalia, nec pueri voluntarie operarẽtur. Dicuntur autem voluntarie operari, nõ quia operẽtur ex voluntate, ſed quia proprio motu ſponte agunt, ita ꝙ a nullo exteriori mouentur. Hoc enim dicimꝰ voluntarium, quod qs ſpõte & proprio motu operatur. Eam ergo, quæ propter irã, vel concupiſcentiam fiunt, ſunt voluntaria. Secundam rationem ponit ibi.

d ¶ Quæ talis eſt. Si ea, quæ fiunt propter iram, vel concupiſcentiam, non ſunt voluntaria, aut hoc eſt vniuerſaliter verum, aut hoc eſt verum in malis: non in bonis, vt ſcilicet bona, quæ quis facit ex paſſione, voluntarie faciat, mala autẽ nõ volũtarie. Quod forte ita dicebant, quia bona concordant rationi, cui mala contrariantur. Voluntas autem in ratione ẽ. Sed hoc ſecundũ videtur eſſe ridiculoſũ cũ ſit vna cauſa omniũ, quæ homo facit, ſiue ſint bona, ſiue mala, ſ. voluntas. Non. n. quantumcunq; ira, vel concupiſcentia increſcat, homo prorũpit ad agendũ, niſi adueniat cõſenſus rationalis appetitus. Similiter etiã inconueniens videtur primũ, ſ. ꝙ aliquis dicat non volũtaria bona, quæ oportet appetere, & ſm̃ paſſionẽ. Nam ad ea, quæ oportet appetere, ratio ꝑ voluntatẽ inducit. Oportet aũt in quibuſdã iraſci, puta ad coercendum peccata. Et ſimiliter oportet concupiſcere quædã, puta ſanitatẽ, vel diſciplinã. Relinquit ergo falſum eſſe, ꝙ ea quæ ꝓp paſſionem fiunt, non ſint voluntaria. Tertiam rationem ponit ibi.

e ¶ Quæ talis eſt. Violenta ſunt cum triſtitia. Sed illa quę fiunt ſecundum concupiſcentiam, fiunt cum delectatione. Non ergo ſunt inuoluntaria. Quartam rationem ponit ibi.

f ¶ Quæ talis eſt. Sicut ſupra habitum eſt, peccata quæ ſunt voluntaria, ſunt vituperanda, & fugienda. Quod non poteſt dici de inuo-



deinuoluntariis, quia neque poteſt ea homo fugere, neque ꝓpter ea vituperatur. Sed ſicut peccata, quæ fiunt ſecundum cogitationem, ideſt per deliberationem ſunt fugienda & vituperabilia, ita etiam peccata, quę fiunt propter iram, vel aliam paſſionem, Poteſt enim homo per voluntatem paſſioni reſiſtere. Vnde ſi propter paſſionẽ aliquid turpe operet, vituperatur. Non ergo differunt ea, quæ fiunt ex deliberatione quantum ad hoc, quòd ſunt voluntaria. Quintam rationem ponit.

g ¶ Quę talis eſt. Paſſiones irrationales, ideſt appetitꝰ ſenſitiui, videntur eſſe humanæ inquantũ, ſcilicet appetitus ſenſitiuus poteſt obedire rationi, vt ſupra dictum eſt. Ergo & operationes, q̃ ſunt ab ira & concupiſcentia & aliis paſſionibꝰ ſunt humanæ. Sed nulla operatio inuoluntaria eſt humana. Non enim attribuũtur homini, qui operatur inuoluntarius, neque ad laudem neque ad vituperium. Inconueniens eſt ergo dicere, quòd ea q̃ fiunt ex paſſiõe, ſint inuoluntaria.

LECTIO V.

POſtquàm Philoſophus determinauit de voluntario & inuoluntario, hic determinat de electione. Et primo determinat de ipſa electione. Secundo de conſilio, quod in diffinitione electionis, ponitur, ibi. {Conſiliãtur autem, vtrum de omnibus, &c.} Circa primũ duo facit. Primo oſtendit, ꝙ ad præſentem doctrinã pertinet conſiderare de electione. Secundo inquirit, quid ſit electio, ibi. {Electio vtique voluntarium.} Dicit ergo primo, ꝙ poſtquam determinatum eſt de voluntario & inuoluntario, cõſequens eſt pertranſeunter de electione determinare, quia ſcilicet breuiter proponit ea, quę ſunt neceſſaria ad conſiderandũ de electione: quòd autem ad hanc doctrinam pertineat de electione determinare, probat hic, quia electio maxime videtur eſſe propria virtuti, de qua ad præſens principaliter intenditur & huiuſmodi ratio manifeſtatur ex eo, ꝙ cum ex habitu virtutis procedat, & interior electio, & exterior operatio, mores virtuoſi, vel vitioſi magis diiudicantur ex electione, quàm ex operibus exterioribus. Omnis enim virtuoſus eligit bonum, ſed quandoque non operatur propter aliquod exterius impedimẽtum. Et vitioſus quandoque operatur opus virtutis, non tamen ex electione virtuoſa, ſed ex timore, vel propter aliquem inconuenientem finem, puta propter inanem gloriam, vel propter aliquid aliud huiuſmodi, vnde patet, ꝙ ad præſentem intentionem pertinet conſiderare de electione. Deinde cum dicit.

b ¶ Oſtendit, quid ſit electio. Et primo inquirit genus eius. Secundo differentias ipſius, ibi. {Dicentes autem ipſam, &c.} Tertio concludit diffinitionem eius, ibi. {Quid igitur, vel quale, &c.} Genus autem electionis eſt voluntarium, quia prædicatur vniuerſaliter de electione, & eſt in plus. Vnde dicit pri-

Lib. 7.

g Videntur autem non minus humanæ eſſe irrationabiles paſſiones. Quare & operationes hominis ab ira & concupiſcentia. Inconueniens itaque ponere inuoluntaria hæc.

LECTIO V. B

DEterminatis autem voluntario & inuoluntario, de electione ſequitur pertrãſire. Maxime propriũ enim videtur eſſe virtuti & magis mores iudicare operationibus.

b Electio vtique voluntarium eſſe videtur. Non idem autem, ſed in plus voluntarium. Volũtaria enim quidem & pueri, & omnia animalia communicãt, electione autem non. Et repentina voluntaria quidem dicimus, ſecundum electionem autem non.

c Dicentes autem ipſam cõcupiſcentiam, vel iram, vel voluntatem, vel quandam opinionẽ, non videntur recte dicere.

d Non enim commune electio & irrationabilium, concupiſcẽtia autem & ira.

e Et incontinens concupiſcẽs quidem operatur, eligens autẽ non. Continens autem econuerſo, eligens quidem, cõcupiſcẽs autem non eſt.

*Affectus autem rationis expertes, non minus humani eſſe uidentur, & actus ipſius hominis ab ira cupiditate que fiunt. Abſurdum eſt igitur hæc ab inuitis agi cenſere.*

*LECTIO V.*

*DEterminatis his eo (inquã) quod ſponte, & eo quod inuitus quiſpiam agit, conſequens eſt, ut de electione dicamus. Ipſa namque uirtuti eſt familiariſſima & magis quàm ipſi actus diiudicat, mores atque expendit.*

C *Electio itaque ſponte quidem noſtra uidetur fieri Non tamen eſt idẽ quod illud quod ſponte fit. Sed quod fit ſponte ad plura ſeſe extendit. Eſt enim cum pueris & animalibus cæteris nobis commune. Electio uero non eſt communis. Et ea quæ a nobis repente fiunt, ſponte quidem noſtra fieri dicimus, electione uero non dicimus.*

*Qui uero dicunt, ipſam eſſe cupiditatem, uel iram, uel uoluntatem, uel opinionem quandam, non recte dicunt.*

D *Etenim electio non eſt commune homini cum rationis expertibus, at cupiditas eſt & ira.*

*Et incontinens cupiens quidem, non tamen eligens agit. Continens autem contra, eligens quidem, at non cupiens agit.*

A mo, ꝙ omnis electio eſt quoddam voluntarium, non aũt omnino ſunt idem electio & voluntarium, ſed voluntarium eſt in plus. Quod probat duplici ratione. Quarum primam ponit, ibi. {Voluntaria quidem enim, &c.} Quæ talis eſt. Pueri & alia animalia communicant ipſo voluntario, inquantũ ſcilicet proprio motu aliqd ſpõte operantur, vt ſupra dictum eſt. Non autem communicãt electione, quia non operantur ex deliberatione, quod requiritur ad electionem, ergo voluntarium eſt in plus, q̃ electio. Secundam rationem ponit, ibi. {Et repente, &c.} Quę talis eſt. Ea, quę repente facimus, dicimus eſſe voluntaria, quia ſcilicet principium in nobis eſt, non autem dicuntur eſſe ſecũdum electionem, quia ſcilicet nõ fiunt ex deliberatione. Ergo voluntariũ eſt in plus, quàm electio. Deĩde cũ dicit. Lect. 4.

c ¶ Inueſtigat differentias electionis ꝓbando, ſcilicet eã differre ab his cum quibus videtur conuenire. Et circa hoc duo facit. Primo proponit, quod intendit. Secundo probat propoſitum, ibi. {Non enim cõmune, &c.} Dicit ergo primo, ꝙ quidam dixerunt electionem eſſe concupiſcentiam, quia ſcilicet vtrumque importat motum appetitus in bonum. Quidam autem poſuerũt electionem eſſe iram forte propter hoc, ꝙ in vtraque eſt quidã vſus rationis. Iratus enim vtitur ratione, inquantũ iudicat iniuriam illatã eſſe dignam vindicta. Quidam vero conſiderantes, ꝙ electio eſt ſine paſſione, attribuunt electionem parti rationali, vel quãtum ad appetitum, dicentes eam eſſe voluntatem, vel quantum ad apprehenſionem, dicentes eam eſſe quandam opinionem. Et ſimpliciter in his quatuor comprehenduntur omnia principia humanorum actuum, quæ ſunt ratio ad quam pertinet opinio E appetitus rationalis, qui eſt voluntas: appetitus ſenſitiuus, qui diuiditur in iraſcibilem, ad quem pertinet, ira, & concupiſcibilem, ad quem pertinet concupiſcentia. Dicit autem Philoſophꝰ, quòd non videntur recte dicere, qui dicunt electionem eſſe aliquid eorum. Deinde cum dicit.

d ¶ Probat propoſitum. Et primo oſtendit, ꝙ electio non ſit concupiſcentia. Secundo, ꝙ non ſit ira, ibi. {Ira autem, &c.} Lectio. 5.
Tertio, ꝙ non ſit voluntas, ibi. {Sed neque voluntas, &c} Quarto, quòd non ſit opinio, ibi. {Neq; iam opinio, &c.} Circa primum ponit quatuor rationes. Quarum prima eſt communis cõcupiſcentiæ & iræ, & eſt talis. Concupiſcentia & ira communiter inueniuntur in hominibus & in animalibus irrationalibꝰ. Sed in animalibus irrationalibus non inuenitur electio, vt dictum eſt. Ergo electio non eſt concupiſcentia, neque ira. Secundam rationem ponit ibi.

e ¶ Quæ talis eſt. Si electio eſſet concupiſcentia, quicumque operatur eligens, operaretur concupiſcens, & econuerſo. Hoc autem eſt falſum, quia incontinens operatur ſecundum concupiſcentiam,

cupiſcentiam, non autem ſecundum electionem, quia non im- F manet proprie electioni propter concupiſcentiam. Continens autem econuerſo operatur ex electione, non autem ex concupiſcentia cui per electionem reſiſtit, vt infra in ſeptimo patebit. (ca. 2. le. 1.) Ergo electio nõ eſt idẽ concupiſcẽtię. Tertiã rationẽ ponit ibi.

f ¶ Quæ talis eſt. Concupiſcentia contrariatur electioni, ĩ eo ſcilicet, qui eſt cõtinens, vel incontinens. Contrarium enim eligit vterque ſecundum rationem ei, quod concupiſcit ſecũdum appetitum ſenſitiuum, neutro autem concupiſcentia contrariatur concupiſcentiæ. Quia tota concupiſcentia vtriuſque ad idem tendit, ſcilicet ad delectabile ſenſus. Non eſt autem intelligendum, quòd nulla cõcupiſcentia cõtrarietur alteri concupiſcẽtiæ. Inueniuntur n. concupiſcentiæ contrariorum, puta cum vnus concupiſcit moueri & alius quieſcere. Ergo patet, ꝙ electio non ſit idem cõcupiſcentiæ. Quartam rationem ponit ibi.

g ¶ Quæ talis eſt. Concupiſcentia ſemper eſt cum delectatione, ſcilicet ꝓpter præſentiam rei concupitæ, vel cum triſtitia propter eius carentiam. Ad omnem enim paſſionem ſequitur delectatio & triſtitia, vt in ſecundo habitum eſt. Sed electio non eſt ex neceſſitate cum delectatione, vel triſtitia. Poteſt enim eſſe abſque omni paſſione, ex ſolo iudicio rationis. Ergo electio nõ eſt concupiſcentia. Deinde cum dicit. (Lect. 3.)

h ¶ Oſtendit quòd electio non ſit idem irę. Et dicit quo ad hoc, ꝙ electio minꝰ eſt ira, quàm concupiſcentia, quia etiam ſecundum apparẽtiam, ea, quæ facta ſunt propter iram, non videntur eſſe facta ſecundum electionem, eo ꝙ propter velocitatem motus iræ, ea quæ fiunt ex ira maxime ſunt repentina. Quamuis enim in ira ſit aliquis vſus rationis, inquantum ſcilicet iratus incipit audire rationem iudicantem, ꝙ iniuria debet vindicari, non tamen perfecte audit eam determinantem modum & ordinem vindictæ. Vnde maxime excludit deliberationem, quæ requiritur ad electionem. Concupiſcentia autem non ita repente operatur. Vnde ea quæ fiunt ſecundum concupiſcentiam, non videntur eſſe remota ab electione, ſicut ea quæ fiunt per iram. Deinde cum dicit.

i ¶ Oſtendit differentiam electionis ad voluntatem. Et primo proponit quod intendit. Secundo probat propoſitum, ibi. {Electio quidem enim, &c.} Tertio concludit radicem differentiæ voluntatis & electionis, ibi. {Vniuerſaliter autem.} Dicit ergo primo, ꝙ neque etiam electio eſt voluntas, quàmuis videatur eſſe propinqua voluntati. Vtrumque enim pertinet ad vnam potentiam, ſcilicet ad appetitum rationalem, qui voluntas dicitur. Sed voluntas nominat huiuſmodi potentiæ actum relatum in bonum abſolute. Electio autem nominat actum eiuſdem potentiæ relatum in bonum, ſecundum quòd pertinet ad noſtram operationem, per quam in aliquod bonũ ordinamur. Deinde cum dicit.

K ¶ Probat propoſitum tribus rationibus. Quarum prima talis eſt. Electio enim quia refertur ad noſtram operationẽ, nõ dicitur eſſe impoſſibilium. Et ſiquis dicat ſe eligere aliqđ impoſſibilium, videbitur eſſe ſtultus. Sed voluntas, quia reſpicit bonum abſolute poteſt eſſe cuiuſcumque boni, licet ſit impoſſibile. Sicut aliquis poteſt velle eſſe immortalis quod eſt impoſſibile ſecundũ ſtatum huius corruptibilis vitæ: ergo electio & voluntas non ſunt idem. Secundã rationem ponit ibi.

l ¶ Voluntas alicuius poteſt eſſe circa ea quæ non fiunt ꝑ ipſum, ſicut ille, qui circumſpicit duellũ, poteſt velle, ꝙ vincat aliquis hypocrita, ſcilicet ſimulatam gerens perſonam, puta qui ingreditur campum, quaſi pugil, cũ non ſit pugil, vel ꝙ vt vincat ille, qui vere ẽ athleta. Sed nullus eligit talia, quæ fiunt per alium, ſed ſolum illa, quæ exiſtimat poſſe fieri per ipſum. Ergo electio differt a voluntate. Tertiam ratione ponit ibi.

m ¶ Dicit ꝙ voluntas magis eſt finis, q̃ eius, quod ẽ ad finẽ, quia ea, quæ ſunt ad finem volumus ꝑpter finem. Propter quod autem vnumquodq; illud magis. Sed electio eſt ſolum eorum, quæ ſunt ad finem, non autem ipſius finis, quia finis præſupponitur, vt iã prædeterminatus. Ea vero quæ ſunt ad finem, inquiruntur a nobis diſponenda in finem. Sicut ſanitatẽ, K quæ eſt finis medicationis volumus principaliter: ſed eligimus medicinalia per quæ ſanemur. Et ſimiliter volumus eſſe fœlices quod eſt vltimus finis, & hoc dicimus nos velle. Sed non conuenit dicere, quòd eligamus nos eſſe fœlices. Ergo electio non eſt idem voluntati. Deinde cum dicit.

n ¶ Ponit radicẽ totius differentiæ ad quam vniuerſaliter omnes prædictæ differentiæ reducuntur. Et dicit, ꝙ electio videtur eſſe circa ea, quæ ſunt in poteſtate noſtra. Et hæc eſt cauſa, quare nec eſt impoſſibilium, neque eorum, quæ per alios fiunt, neque finis, qui vt plurimum præconſtituitur nobis a natura.

f Et electioni quidẽ cõcupiſcẽtia cõtrariatur. Concupiſcentia aũt concupiſcentiæ non-

g Et cõcupiſcẽtia quidẽ & delectabilis & triſtis. Electio aũt neq; triſtis neq; delectabilis.

h Ira aũt adhuc minus. Nequaquam.n. quę propter irã ſũ electionem eſſe videntur. G

i Sed nec volũtas, quamuis ꝓpinqua eſſe videatur.

k Electio quidem.n. nõ eſt impoſſibiliũ. Et ſiquis dicat eligi videbitur vtiq; inſipiens eſſe. Voluntas aũt eſt impoſſibiliũ, puta immortalitatis.

l Et voluntas quidem eſt circa ea, quæ neqaquã ꝑ ipſum ſunt operata vtiq;, puta hypocritã aliquẽ vincere, vel athletã. Eligit aũt talia nullus. Sed quęcũque exiſtimat fieri vtiq; ꝑ ipſũ. H

m Adhuc autẽ voluntas quidẽ finis eſt magis. Electio eorum, quę ſunt ad finẽ, puta ſanitatẽ volumus. Eligimus aũt per quæ ſani erimus. Et fœlices eſſe volumus quidem & dicimus. Eligimus aũt dicere nõ congruit.

n Vniuerſaliter aũt videtur electio circa ea, q̃ in nobis eſſe. I

*Et cupiditas quidẽ aduerſatur electioni: cupiditati uero cupiditas non repugnat.*

*Cupiditas præterea iucundi eſt & moleſti. Electio uero neque moleſti neque iucundi.*

*Ira etiam minus eſſe uidetur, quippe cum ea, quæ fiunt ira, minime per electionem fieri uideantur.*

*At uero neque uoluntas eſt, tametſi finitima hæc eſſe apparent.*

*Electio namq; non eſt eorum, quæ fieri nequeunt. Quod ſi quis eligere dixerit ea, amens eſſe uidebitur. Voluntas autem eſt, ut immortalitatis.*

*Et uoluntas quidem eſt & circa ea quæ per ipſum, qui uult nequaquam agerentur. Volumus enim hiſtrionẽ aliquem uincere, uel certantem. At eligit talia nemo. ſed ea quæ per ſeipſum exiſtimat fore poſſe.*

*Præterea, uoluntas quidem magis eſt ipſius finis: electio autem eorum quæ ferunt ad finem: ut ſani quidem eſſe uolumus: eligimus autem ea quibus erimus ſani: & fœlices quidem eſſe uolumus atque dicimus: eligimus autem non conuenit dicere.*

*Atque omnino in his uerſatur electio, quæ in noſtra ſunt poteſtate.*

## LECTIO VI.

NEque iam opinio vtiq; erit. Opinio quidẽ .n. videtur circa omnia eſſe, & nihil minus circa æterna & impoſſibilia, & ea quæ in nobis. Et falſo & vero diuiditur, non autẽ malo & bono. Electio autem his magis. Vniuerſaliter

## LECTIO VI.

*OPinio quoque non eſt. Opinatio nãque circa uniuerſa uidetur eſſe: nec minus circa æterna & ea quæ fieri nequeunt, quàm circa quæ noſtra in poteſtate ſunt collocata. Et falſo ueroque diuiditur: non malo bonoque. Electio autem hiſce magis. Electionem*

## LECTIO VI.

POſtquàm Philoſophus oſtendit, ꝙ electio non eſt idem, neque concupiſcentiæ, neque iræ, quæ pertinent ad appetitum ſenſitiuum, neque etiam voluntati, quæ pertinet ad appetitum rationalẽ, hic oſtendit, ꝙ non eſt idem opinioni, quæ pertinet ad ipſam rationem.



Et circa hoc tria facit. Primo oſtendit, ꝙ electio non eſt idem A cuilibet opinioni. Secundo, ꝙ non eſt idem ſpecialiter opinioni, quæ eſt de operandis a nobis, ibi. {Sed neque cuidam, &c.} Tertio mouet quandam dubitationem, quam inſolutam relinquit ibi. Si autẽ præſit. Dicit ergo primo, ꝙ ſecundũ prædicta apparet, ꝙ electio nõ eſt idẽ, ꝙ opinio vniuerſaliter ſumpta, & hoc probat duabꝰ rationibus. Quarum prima talis eſt. Opinio poteſt eſſe circa omnia, & nihil minus circa æterna & impoſſibilia, q̃ circa ea, quæ ſunt in poteſtate noſtra. Sed electio eſt ſolum circa ea, q̃ ſunt in nobis, vt dictum ẽ. Ergo electio non eſt idem opinioni. Secundam rationem ponit, ibi. { Et falſo & vero, &c. } Quæ talis eſt. Ea quę diuerſis differẽtiis diuiduntur, differunt, nec ſunt idem. Sed opinio diuiditur vero & falſo, quia pertinet ad vim cognitiuam, cuius obiectum eſt verum, non autẽ diuiditur bono & malo quibus diuiditur electio, quæ pertinet ad vim appetitiuam, cuius obiectũ eſt bonum. Et ex hoc concludit, ꝙ electio non eſt idẽ opinioni vniuerſaliter acceptæ. Et hoc eſt adeo manifeſtum, quòd nullus contrarium dicit. Deinde cum dicit.

b ¶ Oſtendit ꝙ electio nõ eſt idem cuidam opinioni, quæ ſcilicet ẽ de his, quæ cadũt ſub noſtra operatione. Et hoc oſtẽdit duabꝰ rationibꝰ. Quarum prima talis eſt. Ex hoc, ꝙ eligimus bona, vel mala, dicimur quales quidem, ideſt boni, vel mali. Non autem ex hoc, ꝙ opinamur bona, vel mala, aut vera vel falſa dicimur boni, vel mali. Ergo electio non eſt idẽ opinioni, quæ eſt de eligibilibus. Huius differentiæ autem ratio ẽ, quia bonus vel malus dicitur aliquis, non ſecundum potentiam ſed ſecundum actum, vt habetur in nono metaphyſice, ideſt nõ ex hoc, ꝙ eſt potens bene operari, ſed ex hoc, quod bene operatur: ex hoc autem, ꝙ homo eſt perfectus ſecundum intellectum fit homo potens bene operari, non autem bene operatur, ſicut ille, qui habet habitum grammaticæ ex hoc ipſo eſt potens bene loqui congrue. Sed ad hoc, ꝙ congrue loquatur, requiritur ꝙ hoc velit, quia habitus eſt quo quis agit cum voluerit, vt dicit Commen. in tertio de anima. Vnde patet, ꝙ bona voluntas facit hominem bene operari, ſecundum quamcumque potentiã vel habitum rationi obedientem. Et ideo aliquis dicitur ſimpliciter bonus homo ex hoc, ꝙ habet bonam voluntatem. Ex hoc autem, ꝙ habet bonum intellectum, non dicitur bonus homo ſimpliciter, ſed ſecundum quid, puta bonus grãmaticus, vel bonus muſicus. Et ideo, quia electio pertinet ad voluntatem, opinio autem ad intellectum, ex electione dicimur boni vel mali, non autem ex opinione. Secundam rationem ponit ibi.

c ¶ Electio præcipue reſpicit actiones noſtras. Eligimus enim quod accipiamus hoc vel fugiamus, vel quicquid eſt aliud quod ad actiones noſtras pertinet, ſed opinio principaliter reſpicit res. Opinamur enim quid eſt hoc, puta ꝙ eſt panis, vel ad quid conferat, vel qualiter ſit eo vtendum. Non eſt autem opinio principaliter circa operationes noſtras, puta ꝙ opinemur nos accipere aliquid vł fugere, quia actiones noſtræ ſunt quædam ſingularia contingentia & cito trãſeuntia. Vnde earũ cognitio, vel opinio, non multum quæritur propter veritatẽ, quæ ſit in eis, ſed ſolum propter opus. Ergo electio non eſt idem opinioni. Tertiam rationem ponit ibi.

d ¶ Quæ talis eſt. Bonum electionis in quandam rectitudine cõſiſtit, puta prout .ſ. appetitus recte ordinat aliquid in finem. Et hoc eſt, ꝙ dicit, ꝙ electio magis laudatur in hoc, qđ eſt eius cuiꝰ oportet quaſi recte. Sed opinio laudatur in hoc ꝙ vere eſt alicuius. Et ſic bonum & perfectio opinionis eſt veritas. Quorum autem ſunt diuerſæ ꝑfectiones, & ipſa ſũt diuerſa. Ergo electio non eſt idem opinioni. Quartam rationem ponit ibi,

e ¶ Quæ talis eſt. Electio eſt cum quadam certitudine. Illa enim eligimus, q̃ maxime ſcimus eſſe bona. Sed opinio eſt ſine certitudine. Opinamur enim illa q̃ non multum ſcimus eſſe vera. Ergo non ſunt idem. Quintã rationem ponit ibi.

f ¶ Si enim opinio & electio eſſent idẽ, oporteret ꝙ idẽ eẽnt illi, qui eligunt optima, & qui habent veram opinionẽ de eis. Sed hoc patet eſſe falſum. E. Quidã enim vere opinantur in vniuerſali quid ſit melius, ſed propter malitiam non eligunt, quod melius eſt, ſed quod ẽ deterius. Ergo electio & opinio non ſunt idẽ. Deinde cũ dicit.

g ¶ Mouet quandam dubitationem, vtrum ſcilicet opinio præcedat electionem, vel ſequatur ad ipſam. Et dicit, ꝙ hoc nihil differt ad propoſitum, quia nunc non intendimus determinare ordinem eorum, ſed ſolum vtrum electio ſit idem alicui opinioni. Sciendum tamen, ꝙ opinio quum pertineat ad vim cognoſcitiuam, per ſe loquendo, præcedit electionem, quæ pertinet ad vim appetitiuam, quæ mouetur a cognoſcitiua. Per accidens tamen contingit quandoque, ꝙ opinio ſequitur electionẽ. Puta, cum aliquis ex affectu eorum quæ diligit, mutat opinionem, quam prius habebat. Deinde cum dicit.

h ¶ Oſtendit quid ſit electio, et dicit, ꝙ cum non ſit aliquod quatuor prędictorum, oportet conſiderare quid ſit ſecundũ genus, vel quale quid eſt ſecundum differentiam. Et quantum ad genus videtur, ꝙ ſit voluntarium. Non tamen omne voluntarium eſt eligibile, vt ſupra dictum eſt, ſed voluntarium præconſiliatum.

quidẽ igitur opinioni non idẽ. Forſitan neque dicit aliquis.

b Sed neque cuidam. In eligendo quidem enim bona, vel mala, quales quidẽ ſumus. In opinando autem non.

c Et eligimus quidem accipere, vel fugere, vel aliquid taliũ. Opinamur autem quid eſt, vel cui confert, vel qualiter. Accipere autem, vel fugere nõ multum opinamur. B

d Et electio quidem laudatur in eſſendo, cuius oportet magis vel recte. Opinio autem in eſſendo, vt vere.

e Et eligimus quidem quę maxime ſcimus bona exiſtentia. Opinamur autem quando non multum ſcimus. C

f Et videntur non idem & eligere optima & opinari. Sed quidam opinari quidẽ melius, propter malitiam autem eligere, quæ non oportet.

g Si autem præſit opinio electioni vel ſubſequatur, nihil differt. Non enim hoc intendimus, ſed ſi idem eſt opinioni cuidam. D

h Quid igitur, vel quale quid eſt, quoniam dictorum nihil? uoluntarium quidem videtur. Voluntarium autem nõ omne eligibile, ſed certe, quod præconſiliatum. Electio enim cum ratione & intellectu. Subſignare autem videtur & nomen, vt ens præ aliis eligibile.

*igitur idem eſſe & opinationem omnino nemo forſitan dicit.*

*At nec etiam eſt idem, quod opinatio quædam. Eligendo namque bona, uel mala, quales quidem ſumus. Opinando autem non ſumus.*

*Et eligimus quidẽ capere aliquid, aut fugere, aut aliquid talium. Opinamur autem quidnam ſit, uel cui conferat, uel quo pacto conducat, ſed capere, aut fugere, non nimium opinamur.*

*Et electio quidem laudatur ex eo, quia eſt eius, quod oportet magis, uel quia eſt recta. Opinio uero ex eo, quia eſt uera.*

*Et eligimus quidem quæ maxime ſcimus eſſe bona. Opinamur autem ea quæ non nimium ſcimus.*

*Videntur præterea idem homines non eligere optima atque etiam opinari. Sed quidã opinari quidem melius, ob uitium autem non ea, quæ oportet eligere.*

*Nihil autem refert, ſi antecedat electionem aut comitetur opinio, non enim idipſum nunc perſcrutamur, ſed ſi idem ſit electio, quod opinatio quædam.*

*Quid igitur aut quale quid eſt electio, cum nihil ſit eorum, quæ diximus? Videtur itaque ſponte quidem a nobis fieri. Attamen, non omne quod ſponte agimus eſt eligibile, ſed id, cuius conſultatio anteceſſit. Electio namque cum ratione eſt atque mente. Subſignificare autem id & nomẽ uidetur inueniẽs ipſum ex aliis eligibile eſſe.*

ſiliatum. Et quòd hęc differentia ſit attendonda, manifeſtat per hoc, ꝙ conſilium eſt actus rationis, & ipſa electio oportet, ꝙ ſit cum actu rationis & intellectus. Et hoc videtur ſubſignare, ideſt occulte ſignare ipſum nomen eius, quod ſignat, vt aliquid præ aliis accipiatur. Hoc autem pertinet ad rationem conferentem, vt vnum aliis præferatur.

## LECTIO VII.

a Conſiliãtur autem, vtrũ de omnibus & omne conſiliabile eſt, aut de quibuſdam non eſt conſilium.

b Dicendum aũt forſitan conſiliabile, non pro quo conſiliaretur vtique aliquis inſipiens, vel inſanus, ſed pro quibus intellectum habens.

c De ęternis autem nullus conſiliatur, puta de mundo, vel diametro, vel coſta, quoniam incõmenſurabiles.

d Sed neque de his, quæ in motu, ſemper autem ſecundum eadem factis ſiue ex neceſſitate ſiue natura, vel propter aliquam aliam cauſam, puta Solis verſionibus & ortibus.

e Neque de his, quæ aliàs aliter, puta ſiccitatib⁹ & imbrib⁹.

f Neque de his, quę a fortuna, puta theſauri inuentione.

g Sed neque de humanis omnibus, puta qualiter vtiq; Scythę optime conuerſentur, nullus Lacedemoniorum conſiliatur. Nõ enim & fiet vtique horum per nos aliquid.

h Conſiliamur autẽ de his, quæ in nobis & operabilibus.

i Hæc aũt & ſunt reliqua. Cauſę. n. videntur eſſe natura & neceſſitas & fortuna. Adhuc autẽ & intellectus & omne, quod ꝑ hominem. Hominum autẽ ſinguli conſiliantur de his, quæ ꝑ ipſos operabilibus.

## *LECTIO VII.*

*At eſt ne de omnibus conſultatio, & omne quoduis eſt conſultabile, an de quibuſdam non eſt conſultatio.*

G *Atque dicendum eſt forſitan conſultabile, non id eſſe de quo quiſpiam inſipiens, uel mente captus, ſed id, de quo ſanæ mentis uir conſultauerit.*

*De æternis autem nemo conſultat, ut de mundo, uel de communis menſuræ diametri laterisque uacuitate.*

H *Sed neque de iis, quæ conſiſtunt quidem in motu, ſemperque fiunt eodem modo, ſiue neceſſitate, ſiue natura, ſiue propter aliquam aliam cauſam, ut de Solſtitiis atque exortu.*

*Neq; de iis, quæ aliàs aliter ſeſe habent, ut de ſiccitatibus, imbribuſue.*

*Nec item de iis, quæ eueniũt a fortuna, ut de theſauri inuentione.*

I *Sed neque de humanis omnibus rebus. Nam quonam modo Reſp. Scytharum optime gubernaretur, Lacedemoniorum conſultat nemo. Nihil enim horum per noſipſos fieri poteſt.*

*Conſultamus autẽ de iis rebus agẽdis, quæ in noſtra ſunt poteſtate.*

*Hæ enim & reſtant. Cauſæ namque uidentur eſſe, natura, neceſſitas, fortuna, & mens inſuper, ac omne, quod per hominem efficit. Quiſque autem de iis conſultat, quæ agi per ipſum poſſunt.*

LECTIO VII.

Poſtquàm Philoſophus determinanit de electione, hic determinat de conſilio. Et primo de conſilio ſecundum ſe. Secundo per comparationem ad electionẽ ibi. {Conſiliabile autem, &c.} Circa primum duo facit. Primo oſtendit de quibus debeat eſſe conſilium. Secundo determinat de modo & ordine conſiliandi, ibi. {Cõſiliamur autem non de finibus, &c.} Circa primũ duo facit. Primo oſtendit de quo eſt intentio. Secundo exequitur propoſitum, ibi. {De æternis autem, &c.} Circa primum duo facit. Primo proponit quæſtionem, quã tractare intendit. Et eſt quæſtio, vtrũ homines cõſilientur de omnibus rebus, ita ꝙ vnumquodque ſit conſiliabile, aut quædam ſint de quibus non eſt conſilium. Secundo ibi.

Lectio. 9.

Lectio. 8.

b ¶ Exponit propoſitam quęſtionem. Et inquit, ꝙ non dicitur illud conſiliabile, de quo quandoq; conſiliatur aliquis inſipiẽs, qui ſcilicet habet vſum ratiõis, ſed peruerſum, vel inſanus, qui totaliter vſu rationis caret. Sed illud vere dicitur conſiliabile, quo conſiliãtur homines habentes intellectum recte diſpoſitum. Tales. n. non conſiliãtur niſi de rebus, quæ in natura ſua talia ſunt, vt de eis conſilium haberi debeat, quæ proprie dicuntur conſiliabilia. Inſipientes enim quandoque conſiliantur etiam de his, quæ in natura ſua ſunt talia, vt de eis conſiliũ haberi nõ debeat. Deinde cũ dicit.

c ¶ Oſtendit de quibus ſit conſilium. Et primo diſtinguendo res ſecundum cauſas ſuas. Secundo diſtinguendo eas ſecundum cauſas quaſcumque, ibi. {Et quidem circa cauſas quaſcumque, &c.} Tertio diſtinguendo eas ſecundum ipſarum rerum conditiones, ibi. {Conſiliari autem oportet, &c.} Circa primum duo facit. Primo oſtendit de quibus non ſit conſilium. Secundo, cõcludit de quibus ſit conſilium, ibi. {Conſiliamur autem, &c.} Tertio oſtendit concluſionem ſequi ex præmiſſis, ibi. {Hæc autem & ſunt reliqua, &c.} Circa primum quinque facit. Primo dicit, ꝙ nullus conſiliatur de æternis ideſt de his, quæ ſemꝑ ſunt & ſine motu. Huiuſmodi autem ſunt, vel illa quorum ſubſtantiæ motui non ſubduntur, ſicut ſubſtantię ſeparatæ, & ipſa mundi vniuerſitas. Vel etiam ea, quæ, & ſi ſecundum eſſe ſint in ma-

F teria mobili, tamen ſecundum rationem ab huiuſmodi materia abſtrahuntur, ſicut ſunt mathematica. Vnde ponit exemplum de diametro quadrati & coſta. ideſt latere eius, de quibus nullus conſiliatur, an ſint commenſurabiles. Secundo ibi.

d ¶ Dicit, ꝙ nullus etiam conſiliatur de his, quæ etſi moueantur, motus tamen eorum ſemper eſt vniformis, ſiue vniformitas motus eorum ſit ex neceſſitate non propter aliquam aliã cauſam, ſicut ea, quæ ſunt neceſſaria ꝑ ſeipſa, ſiue hoc ſit per naturã corporũ mobilium, ſiue hoc ſit ꝑpter aliquam cauſam ſeparatam, prout ponuntur ſubſtãtiæ immateriales, mouentes orbes cæleſtes, de quibus hic loquitur. Vnde exẽplificat de verſionibus, ideſt de circularibus motibus Solis & ortibus eius, &c. Tertio ibi.

e ¶ Dicit, ꝙ neque etiam eſt conſiliũ de his, quæ in motu cõſiſtunt, & vt in pluribus eodẽ modo fiunt aliquando tamen licet ĩ paucioribus aliter accidunt, ſicut ſũt ſiccitates, quæ vt frequentius accidunt ĩ Eſtate, & hymbres, q vt plurimum accidũt in Hyeme, licet quandoque aliter accidat. Quarto ibi.

f ¶ Dicit, ꝙ neque conſilium eſt in his, quæ fiunt a fortuna, ſicut de inuentione theſauri. Sicut enim ea, de quib⁹ ſupra habitum eſt, nõ ſunt ex operatiõe noſtra, ita quæ ſ a fortuna non poſſũt eſſe ex noſtra pręmeditatione, quã ſunt improuiſa & ꝑter intentionem. Quinto ibi.

g ¶ Dicit, ꝙ non ſolum homines non cõſiliantur de neceſſariis & naturalibus & fortuitis, ſed nec etiã de omnibus reb⁹ humanis, ſicut Lacedemonii non conſiliantur qualiter Scythæ,

K qui ſunt ab eis valde remoti, optime debeant conuerſari. Et ſubiungit rationem communem reſpondentem omnibus prędictis, cum dicit. Non enim fiet, &c. Quia ſcilicet nihil eorum, quæ ſcilicet, vel ſunt neceſſaria, vel naturalia, vel fortuita, vel per alios homines facta, ſit per nos. Deinde cum dicit.

h ¶ Dicit, quaſi concludens ex præmiſſis de quibus ſit conſilium. Et dicit, ꝙ conſiliamur de operabilibus, quæ in nobis, ideſt in noſtra poteſtate exiſtunt. Conſilium enim ad operationem ordinatur. Deinde cum dicit.

i ¶ Oſtendit hoc ſequi ex præmiſſis, quia ſcilicet pręter præmiſſa de quibus dictum eſt, ꝙ non eſt conſilium, iſta ſola ſunt, reliqua ideſt ea, quæ ſunt in nobis, de quibus dicimus eſſe conſilium. Et hoc probat diuidendo cauſas. Videntur enim cauſę quatuor rerum ſcilicet natura, quæ eſt principium motus, ſiue eorum, quæ ſemper eodem modo mouentur ſiue eorum, quæ vt in pluribus vniformiter motus ſeruant. Et neceſſitas, quæ eſt cauſa eorũ, quę ſemper eodẽ modo ſunt ſine motu. Et fortuna, quæ



quæ eſt cauſa per accidens, præter intentionem agentis, ſub qua etiam comprehenditur caſus. Et præter has cauſas adhuc eſt cauſa intellectus, & quicquid eſt aliud, quod producit id quod ꝑ hominem fit, ſicut voluntas & ſenſus, & alia huiuſmodi principia. Et hæc cauſa diuerſificatur ſecundum diuerſos homines, ita ꝙ ſinguli homines conſiliantur de his operabilibus, quæ poſſunt fieri ꝑ ipſos, ex quo de his, quæ per alias cauſas fiunt, cõſilium non eſt, vt dictum eſt. Deinde cum dicit.

K ¶ Oſtendit de quibus poteſt eſſe conſilium ſecũdum diuerſas artes operatiuas, ſecundum quas operamur ea, quæ in nobis ſunt. Et circa hoc duo facit. Primo oſtẽdit circa quas artes ſit conſilium, & circa quas non. Et dicit, ꝙ circa illas operatiuas diſciplinas, quę habẽt certos modos operandi, & ſunt per ſe ſufficientes, ita .ſ. ꝙ effectus operis eorum, non dependet ex euẽtu alicuius extrinſeci, circa has in quam artes non eſt conſilium, ſicut de literis conſcribendis. Et huius ratio eſt, qa non conſiliamur niſi in dubiis. Nõ eſt autem dubiũ qualiter debeat ſcribi, qa certus eſt modus ſcribẽdi, & non eſt dubius & non depẽdet effectus ſcripturę niſi ex arte & manu ſcribentis. Sed de his eſt cõſiliũ quæcũque fiant per nos, ideſt in quibus oportet nos præ determinari qualiter fiant, quia non ſunt ĩ ſe certa & determinata. Secundo ibi.

l ¶ Oſtendit, ꝙ de his non eſt eodẽ modo conſilium, ſed de quibuſdam magis & de quibuſdã minus. Et primo oſtendit hanc differentiam inter artes operatiuas adinuicem. Et dicit, ꝙ non ſemper de his, quæ per nos determinantur, ſimiliter, ideſt ęquali dubitatione conſiliantur, ſed de quibuſdã magis, quæ ſunt minus determinata, & in quibus plura exteriora oportet conſiderare, ſicut in arte medicinali, in qua oportet attendere ad virtutem naturæ eius, qui infirmatur, & in negociatiua, in qua oportet attendere ad neceſſitates hominum & abundantiam rerum venalium, & in gubernatiua, in qua oportet attendere ad flatus ventorum. In his magis conſiliamur q̃ in arte gymnaſtica, ideſt luctatiua & exercitatiua, quæ magis hẽt certos & determinatos modos. Et quanto prædictæ artes ſunt minus certæ, tanto magis in ipſis eſt conſiliandũ. Et idẽ intelligẽdũ eſt in aliis artibus. Tertio ibi.

m ¶ Oſtendit differentiam quantum ad neceſſitatem conſilii in artes operatiuas & ſcientias ſpeculatiuas. Et dicit, ꝙ magis neceſſe habemus conſiliari circa artes, ſcilicet operatiuas, q̃ circa diſciplinas, ſcilicet ſpeculatiuas, in quibus non eſt conſilium quantum ad ea de quibus ſunt, quia huiuſmodi ſunt ex neceſſitate, vel ex natura. Sed quantum ad vſum earum, vt puta, quomodo, vel quo ordine ſit in eis procedendum. In quo tamẽ minus eſt neceſſe conſiliari q̃ in ſcientiis practicis, circa quas magis dubitamus propter magnam varietatem, quæ in iſtis artib⁹ accidit. Deinde cum dicit.

k Et quidem igitur circa certas & per ſe ſufficientes diſciplinarum non eſt conſilium, puta de literis. Non enim dubitamus qualiter ſcribendum, ſed quæcumque fiunt per nos.

l Non ſimiliter autẽ ſemper de his conſiliamur, puta de his, q̃ ſecundum medicinalem & negociatiuam & circa gubernatiuam magis q̃ gymnaſticã, quã to minus certificata eſt, & adhuc de reliquis ſimiliter.

m Magis autem & circa artes, quàm diſciplinas, magis enim circa ipſas dubitamus.

n Conſiliari autem oportet & in his, quæ vt ſepius.

o Incertis aũt qualiter eueniẽt & in quibus indeterminatum.

p Conſiliatores autem aſſumimus in magna diſcredentes velut nobiſipſis inſufficientibus dignoſcere.

*Atque circa exactas quidem ſcientias & ſufficientes non eſt conſultatio ut de literis. Non enim ambigimus quomodo literæ ſcribendæ ſint. Sed de iis conſultamus, quæ fiunt quidem a nobis.*

B *Non tamen ſemper eodem modo, ut de agendis per medicinam, uel pecuniariam artem, & eo magis in gubernandi facultate, quàm in exercendi arte deliberamus quominus exacta eſt, & de cæteris ſimili modo.*

*Atque magis etiã in artibus, quàm in ipſis ſcientiis, nam circa ipſas magis ambigimus.*

*Conſultatio autẽ in iis uerſatur quæ plerumq; quidem fieri poſſunt.*

C *Incerta tamen ſunt, quonam eueniẽt mõ, et in quibus ẽ indeterminatio.*

*Atque cũ magnis de rebus deliberare uolumus, aſſumimus & alios ad conſiliũ, diffidentes nobiſipſis tamquã non ſufficientibus ad id diſcernendũ.*

A n ¶ Oſtendit de quibus debeat eſſe conſilium, conſiderando conditiones ipſarum rerum. Et circa hoc ponit tres conditiones rerum, de quibus eſt conſilium. Et primo dicit, ꝙ oportet conſiliari de his, quæ ſepius accidunt. Tamen quia poſſunt aliter euenire, incertum eſt qualiter contingant. Si quis enim vellet in conſilium deducere ea, quæ rariſſime accidunt, puta ſi Pons lapideus ꝑ quẽ tranſeundum eſt, cadat, nũquam homo aliquid operaretur. Secundo ibi.

o ¶ Dicit, ꝙ oportet conſiliari de illis in quibus non eſt determinatũ qualiter oporteat agere. Iudex enim nõ cõſiliat qualiter debeat ſententiare in his, quæ ſunt lege ſtatuta. Sed forte in caſibus in q̃bus non eſt aliquid lege determinatum. Tertio ibi.

p ¶ Dicit, ꝙ aſſumim⁹ nobis alios ad conſiliandum in rebus magnis, quaſi nõ credentes nobis ipſis vt ſimus ſufficientes ad diſcernendũ, quid oporteat nos facere. Et ſic patet, ꝙ conſilium non debet eſſe d̃ minimis quibuſcumque, ſed de rebus magnis.

## LECTIO VIII.

a Conſiliamur autem, nõ de finibus, ſed de his, quę ad fines. Neque. n. Medicus conſiliabitur ſi ſanabit, neq; Rhetor ſi perſuadebit, neq; Politicus ſi pacem faciet, neque reliquorum aliquis de fine.

b Sed ponẽtes finem aliquem, qualiter & per quæ erit inten-

## *LECTIO VIII.*

*Conſultamus autem non de finibus, ſed de iis, quæ ad fines ipſos perducũt. Nec enim Medicus ſi ſanabit, nec Orator*

D *ſi perſuadebit, nec Reipublicę gubernator ſi bene recteque legibus ciuitatem inſtituet, nec denique cæterorũ quiſquam de fine deliberat.*

*Sed omnes poſito quodã fine, quẽadmodum et per quæ fiet ille conſide-*

LECTIO VIII.

Poſtquàm Philoſophus oſtẽdit de q̃bus ſit conſilium, hic determinat de modo & ordine conſiliãdi. Et quia cõſilium eſt quædam inquiſitio. Circa hoc tria facit. Primo oſtẽdit modum conſiliatiuæ inquiſitionis. Secundo effectum eius, ibi. {Et ſiquidem impoſſibile enim, &c.} Tertio oſtendit huius inquiſitionis terminum, ibi. {Videtur autem quemadmodũ, &c.} Circa primum duo facit. Primo ponit modum conſiliandi. Secundo manifeſtat, quæ dixerat, ibi. {Qui enim conſiliatur, &c.} Cum autem conſilium ſit quædam inquiſitio practica de operabilibus, neceſſe eſt, ꝙ ſicut in inquiſitione ſpeculatiua ſupponũtur principia, & quædã alia inquiruntur, ita etiã in conſilio fiat. Vnde primo oſtendit, quid ſupponitur in conſilio. Secundo, q̃d

E in conſilio quæratur, ibi. {Sed ponentes finẽ, &c.} Eſt autẽ conſiderandum, ꝙ in operabilibus, finis eſt ſicut principiũ, quia ex fine dependet neceſſitas operabiliũ. Vt dicitur in ſecundo Phyſicorũ. Et ideo oportet finẽ ſupponere. Et hoc eſt, quod dicit, ꝙ non conſiliamur de finibus, ſed de his, quæ ſunt ad fines, ſicut in ſpeculatiuis nõ inquiritur de principiis, ſed de concluſionibus. T. com. 74. Hoc autẽ, quod dixerat manifeſtat per exẽpla, quia. ſ. Medicus non conſiliatur an debeat ſanare infirmũ, ſed hoc ſupponit quaſi finẽ. Nec Rhetoricus cõſiliatur ſi debeat ꝑſuadere, ſed hoc intendit quaſi finẽ. Nec etiã Politicus. i. rector ciuitatis conſiliat an debeat facere pacem, quæ ſe habet ad ciuitatem, ſicut ſanitas ad corpus hominis, quę conſiſtit in conuenientia humorum, vt pax in conuenientia voluntatum. Et ſic nullus aliorum operantium conſiliatur de fine. Deinde cum dicit.

b ¶ Oſtendit de quibus, & quomodo ſit inquiſitio cõſilii. Circa quod tria ponit. Quorum primum eſt, ꝙ ſuppoſito aliquo fine.

fine. Prima intentio consiliantium eſt, qualiter ideſt, quo motu, vel actione poſſit perueniri ad illum finẽ, & per quæ inſtrumenta oportet moueri, vel agere ad finem, puta per equum, vel nauem. Secunda autem intentio eſt, quando ad finem aliquem per plura poteſt veniri, ſiue inſtrumenta, ſiue actiones, per quid eorum facilius & melius perueniatur. Et hoc pertinet ad iudicium, in quo quandoq; aliqui deficiũt bene ſe habentes in inuentione viarũ ad finem. Tertia autem intentio eſt, ſi contingat, ꝙ per vnum ſolum inſtrumentũ, vel motum, vel per vnum optime perueniatur ad finem, vt ꝓcuretur qualiter per hoc ad finem perueniatur. Ad quod requiritur conſtantia, & ſolicitudo. Et ſi id per quod eſt deueniẽdum ad finem nõ habeatur in promptu, oportet inquirere vlterius, propter quid haberi poſſit. Et ſimiliter de illo quouſque perueniatur ad cauſam, quæ occurit primo in operando, quæ eſt vltima in inuentione conſilii. Deinde cum dicit.

c ¶ Manifeſtat qđ dixerat per ſimilitudinem inquiſitionis ſpeculatiuæ. Et dicit, ꝙ ideo cauſa, quę prima eſt in operatione eſt vltima in inuentione, quia ille, qui cõſiliatur videtur inquirere, ſicut dictum eſt, per modum reſolutionis cuiuſdam. Quemadmodũ Dyagramma quæ eſt deſcriptio geometrica, in qua qui vult probare aliquam concluſionem, oportet ꝙ reſoluat concluſionem ĩ principia, quouſq; peruenit ad principia prima in demonſtrabilia. Omne autem conſiliũ eſt quæſtio, ideſt inquiſitio quædam, & ſi nõ omnis quæſtio, ideſt inquiſitio ſit conſilium ſicut inquiſitio Mathematica. Sola enĩ inquiſitio de operabilibus eſt conſilium. Et quia conſilians reſolutiue inquirit, neceſſe eſt, quòd eius inquiſitio perducatur vſque ad id, quod eſt principium in operatione, quia id quod eſt vltimum in reſolutione, eſt primum in generatione, ſiue in operatione. Deinde cum dicit.

d ¶ Oſtendit effectum conſilii. Et primo oſtendit propoſitũ. Secundo manifeſtat quædam quæ dicta ſunt, ibi. {Quæruntur autem quandoque, &c.} Dicit ergo primo, quòd poſtquam inquiſitio conſilii peruenerit ad id, quod oportet primum operari, ſi inueniant cõſiliantes illud eſſe impoſſibile, diſcedunt, ideſt dimittunt totum illud negocium quaſi deſperantes. Puta ſi ad negocium aliquod proſequendum, quidem indiget homo pecuniis ad dandum aliquibus, & non poſſit eas dare, oportet dimittere negocium. Si autem appareat, ꝙ ſit poſſibile illud quod inuentum eſt per conſilium, ſtatim incipiunt operari, quia vt

F dictum eſt, oportet eſſe primum in operatione id, ad quod terminatur reſolutiua inquiſitio conſilii. Poſſibile autem dicitur aliquid operanti non ſolum ſecundum propriam potentiam, ſed etiam ſecundum potentiam aliorum. Vnde dicit, quòd poſſibilia ſunt, quæ fiunt per amicos, quia ea quæ fiunt per amicos, aliqualiter fiunt per nos, inquantum ſcilicet principiũ horum eſt in nobis, prout ipſi ĩtuitu noſtro hoc faciunt. Deinde cum dicit.

e ¶ Manifeſtat qđ dixerat, videlicet ꝙ ſunt illa inquiſita, ꝙ quandoque inueniũtur poſſibilia, quandoque non. Et dicit, quòd quandoque inquiruntur per conſiliũ inſtruméta, puta equus aut gladius. Quandoque autem neceſſitas, ideſt opportunitas eorum, ideſt qualiter oporteat vti. Et ita etiam ẽ in reliquis artib⁹ ꝙ quandoq; quæritur per quid aliquid fiat, quandoque autem qualiter vel propter quid, quæ pertinent ad neceſſitatem prædictam. Deinde cũ dicit.

f ¶ Cõcludit quòd ſit terminus ſiue ſtatus in ĩquiſitione cõſilii. Et hoc quidem ſecundum tria. Primo quidem ex parte ipſius operantis. Vnde dicit, quòd ſicut ſupra dictum eſt, Homo eſt principiũ ſuarum operationũ. Conſiliũ autẽ vniuſcuiuſq; hominis eſt de his, quæ ſunt operabilia ab ipſo. Et ideo quando inquiſitio conſilii peruenit ad id quod homo habet in ſua poteſtate, vt faciat, ibi terminatur conſilium. Secundo ibi.

g ¶ Oſtendit quòd conſilium habet terminum, vel ſtatum ex parte finis. Et dicit, quòd operationes omnes ſunt aliorũ gratia, ideſt finiũ. Vnde de ipſo fine nõ eſt conſilium, ſed de his, quæ ſunt ad finem. Et ſic patet, quòd finis eſt in inquiſitione conſilii, & ex parte finis & ex parte agentis, ſicut in demõſtrationibus, & in ſurſum, & in deorſum, quaſi ex parte vtriuſque extremi. Tertio ibi.

h ¶ Oſtendit ꝙ eſt ſtatus in inquiſitione conſilii ex parte ſingularium inſtrumétorum, quibus vtimur in operibus, ſicut quibuſdam mediis ad perueniendum in finem. Et dicit, ꝙ neq; etiã conſilium eſt de rebus ſingularibus, qualia ſunt, puta, ſi hoc, qđ proponitur ſit panis, vel ſi eſt digeſtus, ideſt coctus, vel confect⁹ ſicut oportet. Hic enim diſcernit ſenſus. Quod autem ſecundũ hæc tria in conſiliis ſit ſtatus, ſicut & in demonſtrationibus ꝓbat per impoſſibile: quia ſi aliquis ſemper conſiliaretur, deueniret hoc in infinitum, quod ſub ratione non cadit, & per conſequens neque ſub conſilio, quod eſt quædam ratiocinatiua inquiſitio, ſicut dictum eſt.

dunt. Et ſi per plura quidem videatur fieri, per quod facillime & optime intendunt. Si autem per vnum procuratur qualiter hoc erit, & id, ꝑ quid, quouſq; vtique veniant ad primam cauſam, quę inuẽtione vltima eſt.

c Qui enim conſiliatur, videtur quærere & reſoluere dicto modo, quemadmodũ Dyagrãma. Videtur autem quæſtio quidem non omnis eſſe conſilium, puta Methematicę. Conſilium autem omne quæſtio. Et quod vltimum eſt in reſolutione, primum eſſe in generatione. G

d Et ſi quidem impoſſibile inueniant diſcedunt, puta ſi pecuniis indigent, has autem nõ poſſibile eſt, tribui. Si autẽ poſſibile videatur, incipiunt operari. Poſſibilia autẽ, quę per nos fiũt vtique. Quę enim per amicos, per nos aliqualiter ſunt. Principium enim in nobis. H

e Quęruntur autem quãdoq; inſtrumenta, quandoque aũt neceſſitas eorum. Similiter autem & in reliquis. Quandoque quidem per quid, quandoque autem qualiter vel ꝑꝑ quid.

f Videtur aũt quemadmodum dictũ eſt, homo eſſe principium operationum. Conſilium autẽ de operabilibus ab ipſo. I

g Operationes autem aliorum gratia. Non vtiq; igitur erit cõſiliabilis finis, ſed quæ ad fines.

h Neq; vtiq; ſingularia, puta ſi panis hoc, vel digeſtũ ẽ, vt oportet, vel factũ eſt, vt oportet. Senſus.n. hæc certificat. Si aũt ſemꝑ conſiliabitur in infinitũ veniet. K

*rant. Atque ſi per plura poſſe fieri uideretur, per quod illorum facillime optimeque fiet perquirunt. Sin per unum, quonam modo per illud fiet, & illud item per quid efficietur conſiderant, idque faciunt donec ad primam perueniant cauſam, quæ quidem in inuentione eſt ultimum.*

*Qui namque conſultat, is quærere uidetur, dictoque modo perinde atq; deſignationem linearum reſoluere. Non autem omnis perquiſitio conſultatio eſt. Mathematicæ namq; perquiſitiones, conſultationes non ſunt. Omnis autem conſultatio eſt continuo perquiſitio. Idque quod ultimum eſt in reſolutione, primum eſſe conſtat in generatione.*

*Atque ſi conſultantes in aliquid inciderint, quod quidẽ fieri nequeat deſiſtunt, ut ſi ſit pecuniis opus, has autẽ habere non poſſit. Quod ſi uideatur fieri poſſe tunc agere aggrediuntur. Ea uero dicimus fieri poſſe, quæ per noſipſos fieri poſſunt. Nam ea, quæ per amicos fiunt, per noſipſos quodã modo fiunt, quippe cum principium ſit in nobis.*

*Quæruntur autem quandoque quidem inſtrumenta, quandoque autem uſus ipſorum, & in reliquis ſimili modo. Interdum per quod, interdum quonam modo, aut per quem ſolet quæri.*

*Videtur igitur (ut dictũ eſt) homo principium actuum eſſe, & de iis eſſe conſilium, quæ agi ab ipſo poſſunt.*

*Et actus aliorum eſſe gratia. Finis igitur non erit conſultabilis, ſed ea, quæ deducunt ad fines.*

*Nec etiam ſingula, ut ſi panis ſit hoc, uel cõfectum ſit, ut oportet. Hæc enim ſenſus ipſius ſunt. Quod ſi ſemper quiſpiam conſultauerit, in infinitum abibit.*

LECTIO



## LECTIO IX.

Poſtquàm Philoſophus determinauit de conſilio abſolute, hic determinat de conſilio per comparationem ad electionem. Et circa hoc duo facit. Primo comparat conſilium ad electionem. Secũdo ex hoc concludit quid ſit electio, ibi. {Ex exiſtente autem eligibili.} Circa primum duo facit. Primo proponit, quod intendit. Secundo ꝓbat propoſitum, ibi. {Qđ enim ex conſilio, &c.} Comparat ergo primo conſiliũ ad electionem dupliciter. Vno quidem modo quãtũ ad obiectum ſiue materiam vtriuſque in quo cõueniunt Et quantum ad hoc dicit, ꝙ idem eſt conſiliabile & eligibile, quia videlicet, tam cõſilium, quàm electio eſt de his, quę operantur propter finem. Alio autem modo quantum ad ordinẽ vtriuſque. Et quãtum ad hoc dicit, ꝙ quando iam determinatum eſt aliquid ꝑ conſilium, tunc primo eligitur quaſi cõſilio præcedente electionem. Deinde cum dicit.

b ¶ Manifeſtat qđ dixerat. Et primo quidem per rationẽ ſumptam ex his, quę ſupra dicta ſunt de conſilio. Et dicit, quòd iõ determinatio conſilii præcedit electionem, quia oportet, quòd poſt inquiſitionem cõſilii ſequatur iudicium de inuentis per conſilium. Et tunc primo eligitur id quod prius eſt iudicatum. Et quòd iudicium rationis conſequatur inquiſitionem conſilii, manifeſtat per hoc, ꝙ vnuſquiſque qui inquirit conſiliando qualiter debeat operari, deſiſtit a cõſiliando, quãdo inquiſitionẽ ſuã reſoluendo perducit ad id, quod ipſe poteſt operari. Et ſi plura poteſt operari, quando reduxit in antecedẽs, ideſt in id quod ei primo operandum occurit. Et hoc eſt quod eligitur. ſ. quod primo operandum occurrit. Vnde relinquitur ꝙ electio præſupponit determinationem conſilii. Secundo ibi.

c ¶ Probat quod dixerat per exemplum. Et dicit, ꝙ hoc. ſ. ꝙ electio debeat ſequi determinationem cõſilii, patet ex antiquis vrbanitatibus, ideſt ex conſuetudine antiquarum ciuilitatum, ſecundum quam Reges non habebant dominatiuam poteſtatẽ in multitudine, vt facerent omnia prout eis videretur, ſed erãt rectores multitudinis ad quã pertinebat eligere ea, quæ a principibus conſilio determinata erant. Et ideo dicit, quòd antiquitus Reges annunciabant plebi ea, quæ ipſi elegerant per determinationem ſui conſilii, vt ſic plebs eligeret, quod ab eis determinatum erat. Et hoc ſecutus fuit Homerus, inducens principes græcorum, ea quæ in conſilio determinauerant plebi annũciantes. Deinde cum dicit.

A d ¶ Oſtendit ex præmiſſis quid ſit electio. Et dicit, quòd cum eligibile nihil aliud ſit, quàm quidam de numero eorum, quæ ſunt in noſtra poteſtate, quod ex conſilio conſideratur, conſequens eſt, quòd electio nihil aliud ſit, quàm deſiderium eorum, quæ ſunt in noſtra poteſtate ex conſilio proueniens. Eſt enim electio actus appetitus rationalis, qui dicitur voluntas. Ideo autem dixit electionem eſſe deſiderium conſiliabile: quia ex hoc, quòd homo conſiliatur peruenit ad iudicandum ea, quæ ſunt per conſiliũ inuenta. Quod quidẽ deſideriũ eſt electio. Vltimo autem.

e ¶ Oſtendit qualis ſit prædicta diffinitio de electione data. Et dicit, ꝙ nunc eſt diffinita electio, typo, ideſt figuraliter non ſecũdum quod eſt conſuetum ſibi determinare id, qđ eſt ſecundũ ſubſcriptionem, ideſt, ſecũdum diffinitionem, cuius ſingulæ partes inueſtigantur. Sed vniuerſaliter tradita eſt diffinitio electionis. Et dictum eſt circa qualia ſit. ſ. circa ea, quæ ſunt in nobis. Et ſupra etiam dictũ eſt, quòd eſt eorum, quæ ſunt ad fines de quibus etiã eſt conſiliũ.

### LECTIO IX.

Conſiliabile aũt & eligibile idem. Veruntamẽ determinatum eſt, iã eligibile.

b Quod enim ex conſilio pręiudicatum eſt, eligibile eſt. quieſcit enim vnuſquiſque quærens qualiter operabitur, quãdo in ſeipſum reducet principium & ipſum in antecedens, hoc enim eſt, quod eligitur. B

c Manifeſtum autẽ hoc ex antiquis vrbanitatibus, quas Homerus imitat⁹ eſt. Reges enim, quæ eligebant, annunciabant plebi.

d Exiſtente autem eligibili cõſiliabili deſiderabili eorũ, quæ in nobis. Et electio vtique erit conſiliabile deſiderium eorum, quę in nobis. Ex conſiliari enim iudicantes deſideramus ſecundum conſilium. C

e Electio quidem igitur typo: nunc non vt cõſuetũ eſt dicere ſecundũ ſubſcriptionẽ: ſed vniuerſaliter dicta ſit & circa qualia eſt, & qm̃ eorũ quæ ad fines.

### *LECTIO IX.*

*Conſultabile autem & eligibile idem eſt. Ipſum tamen eligibile definitum iam eſt.*

*Quod enim cæteris ex conſultatione prætulimus id eligibile eſt. Deſinet enim tunc demum unuſquiſque perquirere quonã aget modo, cum in ſeipſum principium redegerit, & in id ipſum, quod antecedit, hoc eſt enim, quod eligit.*

*Patet hoc ita eẽ & ex uetuſtiſſimis rebus pub. quas imitabatur Homerus. Quæ namque reges eligerent, ea populo renunciabant.*

*Cum igitur ipſum eligibile ſit conſultabile appetibile ex iis, quæ in noſtra ſunt poteſtate, & ipſa electio deliberatiua appetitio rerum erit earũ, quæ in noſtra ſunt poteſtate. Nam ſimulatque diiudicauimus ex conſultatione affectamus deliberationem.*

*Quid eſt igitur electio figura ſit dictum, & circa quæ uerſatur, & eorum eſſe, quibus ad ipſos fines acceditur.*

## LECTIO X.

Poſtquam Philoſophus determinauit de voluntario & electione, hic determinat de voluntate. Et circa hoc tria facit. Primo proponit, quod manifeſtũ eſt, de voluntate. Secundo inducit quandam dubitationem, ibi. {Videtur autem his, &c.} Tertio ſoluit, ibi. {Si autem vtrique, &c.} Dicit ergo primo, ꝙ dictum eſt ſupra, ꝙ voluntas ſit ipſius finis. Et loquitur hic de voluntate ſecundum quòd nominat actum potentiæ voluntatis. Cuiuslibet enim potentiæ actus, denominatur ab ipſa potentia, & reſpicit id, in qđ potẽtia primo & per ſe tẽdit, ſicut viſio dicitᷣ act⁹ potẽtię viſiuæ in ordine ad viſibilia. Et per hũc modũ intellect⁹ dicitᷣ reſpectu primorũ principiorũ, quæ per ſe & primo cõparantur ad intellectiuã potentiã. Vñ & voluntas dicitur proprie ipſorum finium, quos ſicut principia quædã primo & per ſe reſpicit potentia voluntatis. Deinde cum dicit. Lect. 5. in fine.

b ¶ Inducit quandã dubitationẽ. Et circa hoc tria facit. Primo.n. proponit cõtrarias opiniones circa voluntatẽ. Et dicit, ꝙ quibuſdã videtur, ꝙ volũtas ſit eius, quod eſt per ſe bonũ. Aliis aũt videtur, ꝙ ſit eius, qđ eſt apparens bonum. Secundo ibi.

c ¶ Improbat primã poſitionẽ. Et dicit, ꝙ illis qui dicũt, ꝙ nihil ẽ volũtabile, i. in qđ feratur volũtas, niſi id qđ ẽ per ſe bonũ, ſequitᷣ ꝙ nõ ſit volũtabile qđ qs nõ recte vult, quia ſm̃ eorũ poſitionẽ ſequeretᷣ ſi eſſet volũtabile, ꝙ eſſet bonũ. Cõtingit autẽ qñq; ꝙ eſt malũ. Nõ ergo ſemꝑ volũtas ẽ ꝑ ſe boni. Tertio ibi.

### LECTIO X.

Voluntas autem quoniam quidem finis eſt, dictum eſt. D

b Videtᷣ aũt his quidẽ ꝑ ſe boni eſſe. his autem apparẽtis boni.

c Cõtingit autem per ſe bonũ voluntabile dicentibus, nõ eſſe voluntabile, quod vult qui non recte vult. Si enim erit voluntabile & bonum erit, ſi ſic autem contingit malum.

### *LECTIO X.*

*Voluntatem finis quidem ipſius eſt, iam pauloante diximus.*

*Sed uidetur aliis quidem eſſe ueri boni, aliis, apparentis boni.*

*Atque ſit ſententia quidem eorum qui uerum bonum id eſſe cenſent, qđ eſt affectabile uoluntate, ut id non ſit affectabile uoluntate, quod is qui non recte expetit uult. Nã ſi ſit, erit & cõtinuo bonum, at et at forte malum.*

d ¶ Improbat ſecundam poſitionem. et dicit, ꝙ illis, qui dicunt, ꝙ voluntabile ſit apparens bonum, ſequitur, quòd nihil ſit ſecundum naturam voluntabile, ſed vnicuique ſit voluntabile id quod ſibi videtur. Diuerſis autem diuerſa videntur voluntabilia, & quandoque contraria. Sicut ſi non eſſet viſibile color, ſed id quod videtur eſſe color, ſequeretur quòd nihil eſſet naturaliter viſibile. hoc autem eſt inconueniens, quia cuiuslibet potentiæ naturalis eſt aliquod obiectum naturaliter determinatum. non ergo verum eſt, quòd voluntas ſit apparentis boni. Deinde cum dicit.

e ¶ Soluit prædictã dubitationẽ. Et primo ponit ſolutionẽ ſecundum quandam diſtinctionem. Et dicit, ſi dicta inconuenientia, quæ conſequuntur ad ambas prædictas opiniones non acceptantur. Dicendũ eſt diſtinguendo, ꝙ ſimpliciter & ſecundum veritatem voluntabile eſt ꝑ ſe bonum. Sed ſecundũ quid, ideſt per reſpectum ad hunc, vel ad illum, eſt volibile id quod ei videtur bonum. Secundo ibi.

f ¶ Oſtendit cui cõueniat vtrunque mẽbrum diſtinctionis ꝓmiſſæ. Et dicit, quòd ſtudioſo illud eſt voluntabile, quod eſt voluntabile ſecundũ veritatem, ideſt ſimpliciter bonum, ſed prauo, ideſt vitioſo homini, ideſt voluntabile, quod contingit, ideſt, qcquid ſit illud indeterminate, quod ſibi videtur bonum. Et adhibet exẽplum in corporalib⁹, videmus enim, quòd hominibus quorum corpora ſunt bene diſpoſita, ſunt ſana illa, quæ ſecundum veritatẽ ſunt talia. Sed infirmis ſunt ſana q̃dam alia, quæ ſcilicet ſunt tẽperatiua malitiæ complexionis eorum. Similiter etiam amara & dulcia ſecundum veritatem videntur illis, q habent guſtum bene diſpoſitum. et calida iis, qui habent tactum bene diſpoſitũ, & grauia bene diiudicant illi, qui habẽt virtutẽ corporalẽ bene diſpoſitã. His.n. qui ſunt debiles, leuia videnť grauia. Tertio ibi.

g ¶ Manifeſtat quod dixerat. Et primo quantum ad virtuoſos. Et dicit, quòd virtuoſus ſingula, quæ pertinent ad operationes humanas recte diiudicat. In ſingulis enim videtur ei eſſe bonum illud quod vere eſt bonum. et hoc ideo, quia vnicuique habituum naturaliter videntur delectabilia ea, quæ ſunt ei propria, ideſt ea, quæ ei conueniunt. Habitui autem virtutis con-

d Rurſus autem apparens bonum voluntabile dicẽtibus nõ eſſe natura per ſe bonum voluntabile, ſed vnicuique quod videtur. alii autem aliud videtur. et ſic contingit contraria.

e Si autem vtique hęc non placent, ergo dicendum ſimpliciter quidem & ſecundum veritatem voluntabile eſſe per ſe bonum. Vnicuiq; autẽ, qđ videť.

f Studioſo quidẽ igitur, quod ſecundum veritatem eſſe, prauo autẽ, quod contingit. Quẽadmodum & in corporibus bene diſpoſitis, ſana ſunt ſecundũ veritatem talia exiſtentia, infirmis autem altera. Similiter autem & amara, & dulcia, & calida, & grauia, & aliorum talia ſingula.

g Studioſus enim ſingula iudicat recte, & in ſingulis verum ei apparet. Secundum vnumquẽque enim habitũ propria ſunt, & bona & delectabilia. Et differt plurimum forſitan ſtudioſus hoc: verũ in ſingulis videre quemadmodum regula & menſura exiſtens ipſorum.

h Multis autem deceptio propter delectationem videtur fieri. non enim exiſtens bonũ videtur. deſiderant igitur delectabile, vt bonum: triſtitiam autem male fugiunt.

## LECTIO XI.

EXiſtente vtique voluntabili quidẽ finis. Cõſiliabilibus autẽ & eligibilibus eorum, quæ ad finem. Quæ circa hæc operationes ſecundum electionem erũt vtiq; & voluntarie. Virtutum autem operationes circa hęc. In nobis autem & virtus.

b Similiter autem & malitia. In quibus.n. in nobis operari &

*Sententia autem eorum, qui bonum apparens inquiunt eſſe quod eſt affectabile uoluntate, ut nihil ſit prorſus, quod ſuapte natura ſit affectabile uoluntate, ſed id quod unicuique uidetur. At aliud alii uidetur, & repugnantia forte.*

G *Quòd ſi hæc non placent, dicendum eſt ſimpliciter quidem & re uera, uere bonum eſſe affectabile uoluntate. Vnicuique uero id quod unicuique uidetur.*

*Studioſo igitur, ideſt affectabile uoluntate, quod uere eſt bonum. Vitioſo uero quicquid contigerit. Fitq; hoc perinde atque in corporibus ipſis. His enim, quorum corpora bene ſeſe habent, ſalubria ſunt, ea quæ uere talia ſunt. Iis autem, quorum corpora ſunt ægrota, non hæc ipſa, ſed alia. Similiter & amara ac dulcia, & calida, atque grauia, & cætera id genus.*

H *Studioſus enim homo recte ſingula iudicat & ſingulis in rebus id ipſi uidetur, quod uere eſt tale. In unoquoque enim habitu ſunt propria quædam honeſta atque iucunda. Atque in ſingulis plurimũ fortaſſe præſtat uir ſtudioſus in dignoſcendis iis, quæ uere talia ſunt, proptereaque, eſt ut norma quædam atque menſura ipſorum.*

I *Multitudo uero decipitur ob uoluptatem. Ipſa namque bonum quidem non eſt, bonum tamen eſſe apparet. Perſequuntur igitur ipſam tamquam bonum, dolorem autem fugiunt tamquam malum.*

## LECTIO XI.

*CVm igitur finis ſit affectabilis uoluntate. Ea uero quibus itur ad finem conſultabilia ſint atque eligibilia, fit ut actus ii qui circa hæc uerſantur, ab electione*

K *proficiſcantur, noſtraque ſponte fiant. at operationes uirtutum circa hæc ipſa uerſantur. Noſtra igitur in poteſtate ipſæ uirtutes.*

*Et identidẽ uitia collocantur. quibus enim in rebus noſtra in poteſtate*

F ueniunt ea, quæ ſunt ſecundum veritatem bona, quia habitus virtutis moralis diffinitur ex hoc, ꝙ eſt ſecundum rationem rectam. Ideo ea quæ ſunt ſecundum rationem, quę ſunt ſimpliciter bona, videntur ei bona. Et in hoc plurimum differt ſtudioſus ab aliis, quòd in ſingulis operabilibus videt quid vere ſit bonum, quaſi exiſtens regula & mẽſura omnium operabilium; quia ſcilicet in eis iudicandum eſt aliquid bonum, vel malum, ſecundũ ꝙ ei videtur. Secundo ibi.

h ¶ Manifeſtat qđ dixerat quantum ad prauos. Et dicit, ꝙ multis ſcilicet prauis deceptio in diſcretione boni, vel mali accidit præcipue propter delectationem, ex qua contingit, ꝙ delectabile, quod nõ eſt bonum, deſiderẽt tanquam bonum, & aliquid triſtabile ipſis, quod in ſe eſt bonum, fugiant tanquã malum. Quia ſcilicet non ſequũtur rationem, ſed ſenſum.

## LECTIO XI.

POſtquàm Philoſophus determinauit de voluntario, electione, & conſilio, & voluntate, quæ ſunt principia humanorũ actuum, hic applicat ea, quæ dicta ſunt ad vitia & virtutes. Et circa hoc tria facit. Primo, determinat veritatem. Secundo excludit errorẽ, ibi. {Differentia autem, quòd nullus volens, &c.} Tertio epilogat quæ dicta ſunt de virtutibus, ibi. {Conuenienter, vt quidem igitur, &c.} Circa primum tria facit. Primo ſecundũ ea quæ dicta ſunt, oſtendit eſſe virtutẽ in nobis, ideſt in poteſtate noſtra. Secundo oſtendit idem de malitia, ibi. {Similiter autẽ, &c.} Tertio oſtendit conſequentiæ rationem, ibi. {Si autem in nobis, &c.} Dicit ergo primo, ꝙ cũ voluntas ſit de fine, cõſilium autẽ & electio de his, quę ſunt ad finem, cõſequens eſt, ꝙ operationes quæ ſunt circa hoc. ſ. circa ea q̃ ſunt ad finẽ, ſint ſm electionẽ, & per conſequẽs ſint volũtariæ, quia electio voluntariũ eſt, vt ſupra dictũ eſt. Sed operationes virtutũ ſunt circa ꝓdicta. Ergo ſunt volũtarię. Et ꝑ conſequẽs oportet, ꝙ ẽt ipſa virtus ſit volũtaria, & in nobis, ideſt in poteſtate nr̃a exiſtens. Deinde cum dicit.

b ¶ Oſtendit idem de malitia, ideſt de vitio virtuti oppoſito. Et dicit, quòd ſimili ratione malitia eſt voluntaria, & in nobis exiſtens, quia operationes eius ſunt tales. Et hoc ſic probat, quia



quia ſi operari eſt in poteſtate noſtra, oportet etiam, quòd non operari ſit in poteſtate noſtra. Si enim non operari non eſſet in poteſtate noſtra, impoſſibile eſſet nos non operari, ergo neceſſe eſſet nos operari, & ſic operari non eſſet ex nobis, ſed ex neceſſitate. Et ſimiliter dicit, quòd in quibus rebus non operari eſt in poteſtate noſtra, per conſequẽs, quòd etiam operari ſit in poteſtate noſtra. Si enim operari non eſſet in poteſtate noſtra, impoſſibile eſſet nos operari. Ergo neceſſe eſſet nos non operari, & ſic nõ operari non eſſet ex nobis, ſed ex neceſſitate. Sic ergo dicendũ eſt, quòd in quibuſcumque rebus, affirmatio eſt in nobis & negatio. Et econuerſo. Operationes autem virtutum & vitiorum differunt ſecundum affirmationem & negationem: puta, ſi honorare parentes eſt bonum & actus virtutis, nõ honorare parentes eſt malum, & ad vitium pertinens. Et ſi non furari pertinet ad virtutem, furari pertinet ad vitium. Vnde conſequens eſt, quòd ſi operatio virtutum eſt in nobis; vt probatum eſt, quòd etiã operatio vitii ſit in nobis. Et ita per conſequens ipſum vitiũ erat in nobis, ideſt in poteſtate noſtra. Deinde cum dicit.

c ¶ Aſſignat rationem prædictæ conſequentiæ ſcilicet ꝙ ſi operationes ſint ĩ nobis, ꝙ & habitus ſint in nobis. Et dicit, ꝙ ſi in poteſtate noſtra eſt operari, vel non operari bona vel mala, vt nunc oſtenſum eſt, quum per hoc, ꝙ homo operatur, vel non operatur bonũ, vel malũ, fiat bonus, vel malus, vt in Secũdo oſtenſum eſt, conſequens eſt, quòd in poteſtate noſtra ſit eſſe decentes, ideſt bonos ſecundum habitum virtutis, & prauos ſm habitũ vitii. Deinde cum dicit.

d ¶ Excludit errorem circa prædicta. Et primo excludit ipſum errorẽ. Secundo radices eius, ibi. {Sed forſitan talis, &c.} Circa primũ tria facit. Primo ponit erroris excluſionẽ. Secundo mouet ſuper hoc dubitationẽ, ibi. {Vel in nunc dictis, &c.} Tertio determinat veritatem, ibi. {Si aũt hæc videntur, &c.} Circa primum conſiderandũ eſt, ꝙ quidam dixerunt, ꝙ nullus eſt malus volens, neq; aliquis eſt beatus, vel bonus nolens. Quod ideò dicebant, quia voluntas per ſe tendit in bonum. nam bonũ eſt, quod omnia appetunt. et per conſequens, voluntas per ſe refugit malum. Dicit ergo, ꝙ vnum horum veriſimiliter apparet eſſe mendacium, ſcilicet ꝙ nullus ſit malus volens, quia malitia ẽ quoddam voluntarium. alterum autẽ videtur eſſe verum ſcilicet, ꝙ nullus ſit bonus ac beatus nolens. Deinde cum dicit.

Lectio 1. Lect. 1. Lectio 11.

non operari & in quibus non & etiam. Quare, ſi operari bonũ exiſtens in nobis eſt, & non operari in nobis erit malum exiſtens. Et ſi non operari bonum exiſtens in nobis & operari malum exiſtens in nobis.

c Si autẽ in nobis bona operari & mala, ſimiliter autẽ & non operari, per hoc autem erat bonos & malos eſſe, in nobis erit decentes & prauos eſſe.

d Dicere autem, ꝙ nullus volens eſt malus, neq; nolens beatus, aſſimilatur hoc quidem mẽdaci, hoc autem veraci. Beatus quidem enim nullus erit nolẽs. Malitia autem voluntarium.

e Vel in nunc dictis dubitandũ & hominem non dicendũ principium eſſe, neq; genitorẽ operationum, quemadmodum & natorum.

f Si autem hæc videntur, & nõ habemus in alia principia reducere præter ea, quę ĩ nobis, quorum & principia ĩ nobis, & hęc in nobis & voluntaria.

g His autem videntur teſtificari & propria, quæ a ſingulis, & ab ipſis legiſlatoribus. Puniunt enim & cruciant facientes mala quotquot non vi aut propter ignorãtiam, cuius non ipſi cauſa. Bona autẽ operantes honorant, velut hos quidẽ prouocantes, hos autem prohibentes. Et quæcumque neq; in nobis ſunt, neque voluntaria, nullus prouocat operari, vt nihil ante opus exiſtens ſuadere, puta non calefieri, vel dolere, vel eſurire, vel aliquid quodcumq; taliũ. Nihil enim minus patiemur hæc.

*ſitum eſt agere in iis & non agere. Et in quibus non agere, in iis eſt & agere. Quare, ſi agere bonum, quod honeſtum eſt in nobis eſt ſitum, & nõ agere, quod eſt turpe in nobis eſt collocatum. Et ſi non agere malum, quod eſt honeſtum in noſtra eſt poteſtate, & agere, quod eſt turpe in nobis eſt ſitum.*

B *Quòd ſi in nobis eſt ſitum tam honeſta, quàm turpia agere, & ſimili modo non agere. Hoc autem erat bonos & malos eſſe. In nobis ergo eſt ſitum nos probos & improbos eſſe.*

*Dicere autem ſua ſponte neminem prauum nec inuitum quemquam beatum eſſe, alterum falſo eſt ſimile, alterum uero. Nam beatus quidem nemo eſt inuitus. Sponte autem noſtra prauitas comparatur.*

C *Vel obſtandum eſt iis, quæ modo ſunt dicta, & hominem non eſſe principium eſt dicendum, neque procreatorem, actuum perinde ac liberorum.*

*Quòd ſi hæc uera uidentur, nec in alia ulla principia noſtros actus, q̃ in ea, quæ ſunt in nobis reducere poſſumus, quorum principia ſunt in nobis, ea quoque in nobis ſunt ſita, ſponteque a nobis fiunt.*

D *Hæc ita eſſe teſtes ſunt, & priuatim ſinguli homines & ipſi legumlatores. Nam eos quidem qui praua faciunt, ſi modo non ui, nec ob ignorationem eam cuius ipſi nõ fuerunt cauſa illa agant, caſtigant ac puniunt. Iis autem, qui honeſta agunt honores inſtituunt, ut homines partim hortentur, partim prohibeant. Ad ea agenda, quæ nec in noſtra ſunt poteſtate, nec noſtra ſponte efficiuntur, nemo prorſus hortatur, quippe cum uanum*

E *ſit perſuaſum eſſe cuipiam nõ calere, aut non dolere, aut non eſurire, aut quiduis aliud tale, nam nihilominus hæc ipſa patietur.*

A e ¶ Mouet dubitationem circa prædicta. Si enim verum eſt, ꝙ actiones virtutum & vitiorum ſint voluntariæ, & per conſequens virtus & malitia, planum eſt verum eſſe, quod nunc dictum eſt. Sed numquid eſt aliquis, qui credat eſſe dubitandum de prædictis, ita ꝙ dicat hominem non eſſe principium ſuarũ operationum neque genitorem, ſicut pater eſt principium filiorum? quaſi dicat, mirum eſt ſi aliquis hoc dicat. Deinde cum dicit.

f ¶ Confirmat veritatẽ. Et primo per rationẽ. Secundo per ſigna, ibi. {His aũt verum, &c.} Dicit ergo primo, ꝙ ſi hoc. ſ. cõſiliũ, & electio, & volũtas, quæ ſunt in poteſtate noſtra, videntur eẽ principia operationũ noſtrarũ, & non poſſumus reducere operationes noſtras ĩ alia principia niſi in ea, quæ ſunt ĩ poteſtate noſtra. ſ. cõſilium, & electionẽ, conſequẽs eſt, ꝙ operationes noſtræ bonæ, vel malæ ſint in poteſtate nr̃a; quia illa quorũ principia ſunt in poteſtate noſtra, & ipſa ſunt ĩ poteſtate noſtra & ſunt voluntaria. Deinde cum dicit.

g ¶ Manifeſtat propoſitum per ſigna. Et primo in his, quę manifeſte ſunt voluntaria. Secundo in his, quæ vidẽtur aliquid de inuoluntario habere, ibi. {Etenim in ipſo ignorare, &c.} Dicit ergo primo, ꝙ his, quæ dicta ſunt. ſ. ꝙ operationes virtutum & vitiorum ſint in nobis, videntur atteſtari propria, quæ fiunt a ſingulis priuatis perſonis. Quilibet .n. paterfamilias punit filiũ, vel ſeruũ male agentẽ. Et ſimiliter atteſtantur ea, quæ fiunt a legiſlatoribus, qui habent curam Reipublicæ. Ipſi .n. puniunt leuius, vel cruciant grauius eos, qui operãtur mala, dum tamẽ non faciunt hoc per violentiã, vel ꝓp ignorãtiã, cuius, ſ. ignorãtiæ ipſi non ſunt cauſa. Si.n. per vim aut ignorãtiam operarentur, nõ eſſent eorũ opera volũtaria, vt ex ſupradictis patet. Vñ manifeſtũ eſt, ꝙ puniunt eos tanquã voluntarie operãtes. Et ſimiliter honorãt operãtes bona volũtarie, quaſi ꝑ honores ꝓuocantes bonos ad bona, & ꝑ penas ꝓhibẽtes malos a malis Nullus aũt ꝓuocat aliquẽ ad operãdũ ea, q̃ nõ ſunt ĩ poteſtate nr̃a, neq; voluntaria, quia in talib⁹ ſuaſio ante opus, eſt omnino inutilis. Sicut ſi aliqs ſuadeat alicui, vt ĩ Eſtate nõ calefiat, vel ĩ infirmitate nõ doleat, vel ſubtractis cibis nõ eſuriat, vł ſi aliqd aliud tale eſt, qđ non ſit in poteſtate nr̃a, quia nihil minus ꝓp ſuaſionẽ pateremur hæc. Si ergo nõ ꝓuocamur ad ea, q̃ nõ ſunt in nobis, ꝓuocamur aũt ad faciendũ bona, & vitandum mala, conſequens eſt, ꝙ iſta inſunt nobis. Deinde cum dicit. Lect. 2. & 3

Lectio. 3. h ¶ Manifeſtat idem in his, quæ videntur habere aliquid de inuoluntario. Ignorantia aūt inuoluntarium cauſat, vt ſupra dictum eſt, ſi tamen nos ſumus ignorantiæ cauſa, erit ignorantia voluntaria, & pro ea puniemur, poteſt autem homo eſſe cauſa ſuæ ignorantiæ dupliciter. Vno modo directe aliquid agendo, ſicut patet de his, qui ſe inebriāt, & ex hoc redduntur ignorantes, q dupliciter ſunt increpandi. Primo quidem, quia ſe inebriauerunt. Secūdo, quia ex ebrietate aliquod peccatum fecerunt. Principium.n. ebrietatis eſt in poteſtate ipſius hominis, quia homo eſt dominus eius, quòd nō inebriet, ideſt in ſua poteſtate hoc habet, ebrietas autē eſt cauſa ignorantiæ. Et ſic per conſequēs eſt homo ignorantiæ cauſa. Alio modo, homo eſt cauſa ignorantiæ indirecte, per hoc, ꝙ non agit id quod agere debet, propter hoc ignorantia eorum, q̄ ſcire tenetur & pōt, reputatur volūtaria, & propterea homines puniūtur, & hoc eſt quod dicit, quòd legislatores puniunt ignorantes ea, quę ſunt lege ſtatuta, quę omnes ſcire oportet, ſicut quòd non eſt furandum, & non difficilia iuris, quæ nō tenentur omnes ſcire, quia nec poſſent. Et idem etiā in aliis q̄cumque homines videntur ignorare propter negligētiā, q̄a in poteſtate eorum erat, vt non ignorarent, Domini enim ſunt ſui, & in poteſtate ſua habent, vt ſint diligentes & nō negligentes.

h Etenim ipſo ignorante puniunt, ſi cauſa videatur eſſe ignorantię. Puta ebrius duplices increpationes. principium enim in ipſo. dominus enim eſt eius, quod eſt non inebriari. hoc autem ignorantiæ cauſa. Et ignorantes aliquid eorum, quæ in legibus, quæ oportet ſcire, & non G difficilia ſunt, puniuntur. Similiter & in aliis quæcumque propter negligentiam ignorare videntur, vt in ipſis exiſtente non ignorare. Eius enim, quod ē diligentes eſſe, Domini ſumus.

L E C T I O XII.

Sed forſitan talis aliquis eſt, vt non diligēs ſit.

H

b Sed eius qđ eſt tales fieri ipſi ſunt cauſa viuentes remiſſe, & eius quod eſt iniuſtos vel incontinentes eſſe. Hi quidem mala facientes. hi autē in potationibus, & in talibus degentes.

c Quæ enim circa ſingula operationes tales faciunt. Hoc autem manifeſtum ex meditantibus ad quamcumque agoniam vel operationem. Perficiunt.n. operantes. Ignorare quidē igitur, q̄m ex operari circa ſingula habitus fiūt penè inſenſibilis.

I

d Adhuc aūt irrationabile iniuſta facientē nō velle iniuſtū eē aut ſtuprantē incontinentem.

*Etenim pro ignoratione etiam ipſa penas inſtituunt ſi quiſpiam ignorationis eſſe ſibi cauſa uideretur. Ebrios namque duplici pena afficiendos eſſe putarunt. Principium enim in ipſis ē, quippe cū in ipſorū ſit poteſtate ebrietatem uitare, quæ quidem ignorationis eſt cauſa. Puniunt etiam eos, qui aliquid eorum ignorant, quæ legibus cōtinentur, quæ quidē ſcire oportet, nec ſunt difficilia cognitu. Similiter & in aliis quæcumque per negligentiam homines ignorare uidentur, ex eo plane quia in ipſis eſt non ignorare, eſt enim in ipſorū poteſtate diligētiā adhibere.*

*L E C T I O XII.*

*At fortaſſe tales ſunt quidam, ut diligentiam non adhibeant.*

*At ut tales fierent & iniuſti, aut intemperantes, ipſi ſunt ſane cauſa diſſolute uiuentes & res iniuſtas agentes, & potui & rebus talibus indulgentes.*

*Operationes enim, quæ ſunt circa ſingula tales efficiunt. Quod quidem ex iis patet, qui cuiuis ludo uel actui ſtudent. perſeuerant enim in operando. Ignorare igitur ex operationibus, quæ ſunt circa res ſingulas, habitus ipſos emergere nimium hæbetis hominis eſt.*

*Præterea, metas ratiōis egreditur. Iniurias facientem hominem aut intēperate agentem nolle ſe iniuſtum, aut*

L E C T I O XII.

Poſtquàm Philoſophus excluſit errorem dicentium, quòd nullus eſt voluntarie malus, hic excludit huiuſmodi erroris radices. Et primo quidem, quantum ad interiorem diſpoſitionem, ex qua poſſet aliquis inclinari ad malum præter ſuam voluntatem. Secundo, quantū ad vim apprehenſiuam, qua aliquid iudicatur bonum vel malū,
Lectio. 13. ibi. {Si autem quis dicat.} Circa primum duo facit. Primo ꝓponit id cui poſſet aliquis inniti ad ſuſtinendum errorem prædictum. Secundo hoc improbat, ibi. {Sed eius, quod eſt tales.} Dixerat autem Philoſophus, quòd in hominis poteſtate eſt, ꝙ quis ſit diligens vel negligens circa aliquid. Sed hoc poſſet aliquis negare dicens, quòd aliquis naturaliter talis eſt, vt non ſit diligens. Sicut videmus phlegmaticos naturaliter eſſe pigros, cholericos aūt iracundos, melancholicos triſtes, & ſanguineos iucundos. Et ſecundum hoc ſequitur, quòd non ſit in poteſtate hominis, quòd ſit diligens. Deinde cum dicit.

b ¶ Excludit quod dictum eſt. Ad cuius euidentiam conſiderandum eſt, quòd aliquis poteſt dici aliqualis dupliciter. Vno modo ſecundum diſpoſitionem corporalem, ſiue conſequentem corporis complexionem, ſiue conſequentem impreſſionem cæleſtium corporum, & ex huiuſmodi diſpoſitione non poteſt immediate immutari intellectus vel voluntas, quę ſunt penitus incorporeæ potentiæ, non vtentes organo corporeo, vtpatet per

F Philoſophum in 3. de anima. Poteſt autem per huiuſmodi diſpoſitionem ſequi aliqua mutatio ex parte appetitus ſenſitiui, qui vtitur corporeo organo, cuius motus ſunt animę paſſiones. Et ſecundum hoc ex eius diſpoſitione nihil amplius mouetur ratio & voluntas, quæ ſunt principia humanorum actuum, q̄ ex paſſionib⁹ animæ de quibus ſimiliter ī Primo dictum eſt, ꝙ ſint ſuaſibiles ratione. Alia autē eſt diſpoſitio ex parte animæ, quę quidem eſt habitus, ex quo inclinatur volūtas vel ratio in operatione, Et ideo Philoſophus prætermiſſis diſpoſitionibus vel qualitatibus corporalibus, agit de ſola diſpoſitione habituum. Et circa hoc duo facit. Primo enim oſtēdit, quòd habitus animę ſecundum quos aliquis eſt negligēs vel iniuſtus, ſunt voluntarii ex hoc, ꝙ propter eos aliquis vituperatur. Secundo oſtendit quòd etiam defectus corporales, qui ſunt increpabiles, ſunt voluntarii, ibi. {Non ſolum autem animæ malitiæ &c.} Circa primum duo facit. Primo oſtēdit quòd habitus animæ ſunt voluntarii, quantum ad eorū generationem. Secūdo oſtēdit quòd non ſunt voluntarii, poſt quàm iam eorum generatio eſt completa. Circa primū duo facit. Primo proponit quod intendit. Secundo probat propoſitum, ibi. {Quæ .n. circa ſingula &c.} Eſt autem conſiderādum, ꝙ habitus mali differunt, ſicut & act⁹ mali. Quidam enim ſunt mali habitus, ex eo ꝙ retrahunt a bene agendo, & quantum ad hmōi habitus dicit, ꝙ ipſi homines ſibiipſis ſunt cauſa, vt fiant tales .i. non diligentes ad bene operandum, per hoc ꝙ viuunt remiſſe .i. abſque conatu ad bonas operationes. Alii autem habitus mali ſunt, per quos aliquis inclinatur ad male agendum, ſiue hoc ſit in nocumentū aliorum, ſiue in propriam deordinationem. Et quantū ad hoc dicit, ꝙ homines ſibiipſis ſunt cauſa ꝙ ſunt iniuſti, inquantum mala faciunt aliis, & incontinentes, inquātum vitam ſuam ducunt in ſuperfluis potibus, & in aliis huiuſmodi, quæ ad delectabilia tactus pertinent. Deinde cum dicit.

T. com. 9. & 10.

K

c ¶ Probat propoſitum. Et primo per ſimile in aliis, videmus enim quòd in ſingulis operationes faciunt tales .i. diſpoſitiones ad ſimilia operanda, & iſtud manifeſtum eſt ex illis, qui ſtudent, & operam dant ad quodcumque exercitium, puta luctæ vel militiæ, aut quamcumque operationem. Omnes enim ex hoc qđ operantur, multoties fiunt tales, vt poſſint ſimilia perfecte facere, cum ergo hoc videmus contingere in omnibus, hoc videtur eſſe hominis quaſi ſenſu carentis, quod ignoraret ex operationibus habitus generari. Secundo ibi.

d ¶ Oſtendit idem ratione ſumpta ex ordine actus ad habitū. Si .n. aliquis vult aliquam cauſam ex qua ſcit ſequi talem effectū conſequens eſt ꝙ velit illum effectum, & quàmuis forte non velit illum effectum ſecundum ſe, potius tamen vult illum effectū eſſe, quàm cauſa non ſit. Sicut ſi quis velit ambulare in æſtu, præſciens ſe ſudaturum, conſequens eſt, quòd velit ſudare.

Quamuis



Quàmuis enim hoc ſecundum ſe non velit, vult tamen potius ſudorem pati quàm ab itinere abſtinere. Nihil enim prohibet aliquid non eſſe ſecundum ſe voluntarium, quod tamen eſt voluntarium propter aliud, ſicut potio amara propter ſanitatem. Aliter autem eſſet, ſi homo neſciret ꝙ talis effectus ſequeretur ex tali cauſa. Puta ſi aliquis ambulās in via, incidit in latrones, non efficitur hoc voluntarium, quia non fuit præſcitum. Manifeſtum eſt autē ꝙ homines iniuſta facientes, fiunt iniuſti, & ſtupra committentes, fiunt incontinentes. Ergo irrationabile eſt, ꝙ quis velit iniuſta facere, & tamen nō velit eſſe iniuſt⁹, aut velit ſtupra facere & non velit eſſe īcontinens. Et manifeſtum eſt, ꝙ ſi non ignorās operatur voluntarie illa, ex quibus ſequitur quòd ſit iniuſtus, voluntarie erit iniuſtus. Deinde cum dicit.

Le. vltim.

e ¶ Oſtendit quòd habitus mali non ſubiacēt volūtati, poſtquàm ſunt generati. et dicit, Non ideo, quia volūtarie ſit aliquis iniuſtus, quādocumq; volet deſinet eſſe iniuſtus & fiet iuſtus. Et hoc probat ꝑ ſimile in diſpoſitionibus corporalibus. Si enim ſit aliquis q̄ quum ſanus eſſet volens in ægritudinem incidat per hoc, qđ viuit incontinenter, vtēdo ſcilicet immoderato cibo & potu, & non obediēdo medicis, a principio erat in poteſtate nō ægrotare. Sed poſtquam emiſit actionem ſumpto iā ſuperfluo, aut nociuo cibo, non adhuc eſt in poteſtate eius vt non ægrotet. Sicut ille qui proiicit lapidem, poteſt non proiicere, non tamē in poteſtate eius eſt, quòd reſumat quando proiecit. Et tamē dicimus quòd emittere vel proiicere lapidem ſit ī hominis poteſtate, quia a principio in poteſtate hominis erat. Sic eſt & de habitibus vitiorū quia a principio ī poteſtate hominis eſt, quòd non fiat iniuſtus vel incontinens. Vnde dicimus, ꝙ homines volentes ſunt iniuſti & incontinentes, quamuis poſtquam facti ſunt tales non adhuc ſit in eorum poteſtate, vt ſcilicet ſtatim deſinant eſſe iniuſti vel incontinentes, ſed ad hoc requirit̄ magnū ſtudiū & exercitiū. Deinde cū dicit.

f ¶ Oſtendit per ſimilitudinem corporalium defectuum ꝙ habitus vitioſi ſint voluntarii. Et dicit quòd non ſolum malitiæ animæ ſunt voluntariæ, ſed in quibuſdam defectus corporales. Et tales homines iuſte increpamus. Nullus enim iuſte increpat eos qui ſunt turpes naturaliter, ſed ſolum eos, qui ſunt turpes

A propter aliquam negligentiam debiti cultus. Similiter ſe habēt debilitates aut cæcitates. Nullus enim iuſte improperabit ei q̄ eſt cæcus a natiuitate, vel ex infirmitate, vel ex aliqua plaga, quod non eſt voluntarium. ſed propter hoc homines magis miſerentur eorum. Et ſic patet quòd malitiarum & defectuū corporalium illi increpantur, qui ſunt in poteſtate noſtra. Vnde manifeſtum eſt ꝙ in aliis, ideſt in his, quæ pertinet ad animam malitiæ, ideſt habitus vitioſi, in noſtra ptāte exiſtūt.

Si autem non ignorans aliquis operatur ex quibus erit iniuſt⁹, volens iniuſtus vtique erit.

e Non tamē ſi velit iniuſtus exiſtens requieſcet & erit iuſtus. non.n. qui ægrotat ſanus. Et ſi ſic contingit, volēs ęgrotat, incontinēter viuens, & inobediēs B medicis, tunc quidem igitur inerat ei non ægrotare, emiſſo autem non adhuc, quēadmodum neq; dimittenti lapidem adhuc ipſum poſſibile reſumere, ſed tamen in ipſo mittere & proiicere. Principium .n. in ipſo, ſic autem & iniuſto & incontinenti, ex principio quidem inerat tales non fieri, propter quod volentes ſunt. Factis autem non adhuc ineſt non eſſe. C

f Non ſolum animę malitiæ voluntarię ſunt, ſed quibuſdam & quę corporis, quos & increpamus. Propter naturam .n. quidē turpes nullus increpat, ſed eos qui propter deſidiam & negligentiam. Similiter autem & circa imbecillitatem & turpitudinem & orbitatem. Nullus .n. vtique improperabit cęco natura, vel ex infirmitate, vel ex plaga ſed magis miſerebitur. Eum autem qui ex vini potatione, D vel alia incontinētia omnis vtique increpabit. Earum autem, quę circa corpus malitiarum, quæ in nobis, increpantur, quæ autem non in nobis, non, ſi autem ſic & in aliis quę increpantur malitiæ, in nobis vtique erunt.

L E C T I O XIII.

Si autē quis dicat quoniam omnes deſiderant apparens bonū, fantaſię autem non domini ſed qualiſcumque vnuſquiſque eſt talis & finis videtur ei. E

*intemperatum eſſe. Quòd ſi quis non ignorans agit ea, ex quibus erit iniuſtus. is ſua ſponte erit iniuſtus.*

*Non tamen ſi uult cum eſt iniuſtus deſinet eſſe talis ac iuſtus erit. Nec enim qui ægrotat ſi uult erit ſanus. Et forte ſua ſponte ægrotat, ſi incontinenter uiuebat & præcepta medicorum negligebat, tunc igitur licebat ipſi nō ægrotare, ſed poſtea quàm ualitudinē perdidit ſuam, non licet, ſicut neque fit ut quiſque reſumat lapidem quem proiecit, erat tamen in ipſo ſitum ſumere ipſum atque proiicere: principium .n. erat in ipſo: modo eodem & iniuſto et intemperanti licebat quidem ab initio talem non fore, quapropter ſua ſponte eſt talis. Sed poſtea quàm talis eſt factus, non licet ipſi non eſſe talem.*

*Non ſolum autem animi uitia noſtra ſponte fiunt, ſed corporis etiam interdum a nonnullis identidem comparantur. Quos quidem & increpamus. Eos enim qui natura ſunt turpes reprehendit profecto nemo, ſed eos qui per inertiam, tales atque ocium euaſerūt. Idem & circa imbecillitatem euenire conſtat, & cum quiſpiam membris eſt captus. Nemo namque exprobrabit cuiquā idipſum, ſi ſit aut natura, aut ægritudine aut uulnere cæcus, ſed potius miſerebitur. Quòd ſi ebrietate uel aliquo alio flagitio captus ſit oculis, omnes utique carpent ac increpabunt. Vitia igitur corporis ea quidem, quæ in noſtra ſunt poteſtate reprehenduntur. Ea uero, quæ non ſunt, non increpantur. Hæc cum ita ſint & in cæteris ea uitia, quæ increpātur noſtra in poteſtate ſunt collocata.*

*L E C T I O XIII.*

*Sed fortaſſe quiſpiam dicet uniuerſos quidem homines id affectare ſemper quod bonum apparet, ipſius tamen apparētiæ dominos ipſos non eſſe. Sed qualis tandem unuſquiſque eſt, talem & finē ipſi uideri.*

LECTIO XIII.

Poſtquàm Philoſophus excluſit radicem ponētium malitiam non eſſe volūtariū ex parte diſpoſitionis, inclinantis appetitū, hic excludit aliam radicē ex parte virtutis cognoſcitiuæ. Et circa hoc duo facit. Primo proponit dictam radicē. Secundo excludit eā ibi. {Siquidem igitur &c.} Circa primum conſiderandum eſt, quòd bonum mouet appetitum, inquantū eſt apprehenſum. Sicut enim appetitus, ſeu inclinatio naturalis, ſequitur formā naturaliter inhærentem, ita appetit⁹ animalis ſequitur formā apprehenſam. Ad hoc igitur quòd aliquid appetatur, præexigitur quod apprehendatur vt bonum. Et inde eſt, ꝙ vnuſquiſque deſiderat id quod apparet ſibi eſſe bonum. Poteſt ergo aliquis dicere, ꝙ hoc non eſt in poteſtate noſtra, ꝙ hoc videat̄ vel appareat nobis bonum. Quia non ſumus domini fantaſiæ, ideſt apparitionis vel viſionis. Sed qualis eſt vnuſquiſque, talis finis videtur ei, ideſt tale aliquid videtur ei appetendum, quaſi bonū & finis. Secundum enim propriam formam eſt aliquid vnicuique conueniens, ſicut igni ferri ſurſū, & terræ ferri ad medium. Et ſic etiam videmus in animalibus, quòd vnumquodq; animal appetit aliquid tanquam bonum & finem, ſecundū diſpoſitionem ſuæ naturæ. Vnde diuerſa animalia habent diuerſos actus & operationes, quamuis omnia animalia vnius ſpeciei habeant ſimiles motus & operationes. In ſpecie autem humana inueniuntur diuerſi, habentes diuerſos motus & operationes. Vnde eſtimauerunt aliqui, hoc eſſe propter naturalem diſpoſitionem, propter quam videtur huic, hoc bonum, alii vero illud, ita quòd hoc non ſubiaceat hominum dominio ſiue poteſtati. Deinde cum dicit.

b ¶ Excludit radicem prædictam. Et circa hoc tria facit. Primo ponit rationem remouentem quod dictum eſt. Secundo in contrarium ſubdit ſolutionem interiementem ibi. {Si autem nullus &c.} Tertio improbat eam ibi. {Si vtique hæc ſunt vera.} Circa primum conſiderandum eſt, quòd aliquid poteſt alicui bonum apparere dupliciter. Vno modo in vniuerſali. ſ. ſpeculatiua quadam cōſideratione. Et huiuſmodi iudicium de bono non conſequitur aliquam particularem diſpoſitionē, ſed vniuerſalem vim rationis ſyllogizātis in operationibus, ſicut & in his, quæ ſūt a natura. Sed quia operabilia ſunt cōtingentia, non cogitur ratio ad aſſentiendū huic vel illi, ſicut accidit in demonſtratiuis, ſed in poteſtate habet homo, ꝙ aſſentiat vni vel alii parti contradictionis, ſicut accidit in omnib[9] operabilibus, & maxime circa operabilia ī quibus plurima attēduntur, ſecundū quorum quodlibet aliqđ poteſt iudicari bonum. Alio modo poteſt aliquid apparere bonum alicui. ſ. practica cognitione per comparationem ad opus. Et de huiuſmodi iudicio nunc Philoſoph[9] loquitur, qđ quidem poteſt ſuper aliquo ferri, quod ſit bonum dupliciter. Vno modo, vt aliqđ videatur alicui ſimpliciter & ſecundum ſe bonum, & hoc videtur bonum ſecundum rationem finis. Alio autē modo, vt videatur aliquid alicui bonum non ſimpliciter & ſecundum ſe, ſed prout nunc. Cum autem appetitus inclinetur in aliquid dupliciter. Vno modo ſecundum animæ paſſionem. Alio modo ſecundum habitum. Ex paſſione contingit ꝙ aliquid iudicetur bonum prout nunc. Sicut illi, qui timet ſubmerſionem propter paſſionem timoris videtur bonū, vt nunc, ꝙ merces in mare proiiciantur: & concupiſcenti, ꝙ fornicetur. Sed iudicium quo homo iudicat aliquid eſſe bonum ſecundum ſe & ſimpliciter, prouenit ex inclinatione habitus, & de hoc nunc agitur. Et ideo dicit, cum homo aliqualiter ſit cauſa ſui habitus mali propter conſuetudinem peccandi, vt oſtenſum eſt, conſequens eſt, quòd ipſe etiam ſit ſibi cauſa fantaſiæ cōſequentis talem habitū, idest apparitionis qua ſibi videtur hoc eſſe ſecundū ſe bonum. Deinde cum dicit.

c ¶ Ponit reſponſionem aduerſarii interimentis, quod dictum eſt. Et dicit, ꝙ forte aliquis ponet ꝙ nullus eſt ſibi cauſa ꝙ male faciat. Sed hoc facit vnuſquiſq; propter ignorantiam finis, in quantum. ſ. eſtimat optimum aliquid conſequi per id quod male operatur. Quòd autem aliquis deſiderat debitum finem, nō prouenit homini propria ſponte, ſed oportet ꝙ ex ſua natiuitate hoc ei conueniat vt. ſ. ſicut homo viſum exteriorem, quo homo bene iudicat colores, habet ex ſua natiuitate, ita etiā ex ſua

F natiuitate habeat bonam diſpoſitionem interioris viſus quo bene iudicet, & deſideret id quod eſt ſecundum veritatem bonū. Et ſic ille dicendus erit bonam natiuitatem habens, cui prædictum iudicium inditum eſt ex ſua natiuitate. Illa enim videtur eſſe perfecta, & vere bona natiuitas per quam homini bene & optime innaſcitur illud quod eſt maximum & optimum, & quod non poteſt homo alterius auxilio, vel diſciplina accipere, ſed oportet quòd tale id habeat, quale inditum eſt ſibi a natura. Ergo, ꝙ homo hoc bene habeat ex ſua natiuitate, dupli ci de cauſa, reddit natiuitatem laudabilē. Vno modo ꝓꝑ excellentiam huius boni. Alio modo ꝓꝑ impoſſibilitatem, aliter acquirendi. Conſiderandum eſt autem ꝙ hæc videtur eſſe poſitio quorumdam mathematicorum ponētium, ꝙ homo in ſua natiuitate diſponitur ex virtute cæleſtium corporū, vt hoc vel illud agat. Quā quidem poſitionē Ariſt. in Libro de anima attribuit his, qui non ponebant differentiā inter ſenſum & intellectum. Si enim aliquis dicat, ſicut ibi dicitur. Talis eſt voluntas hominibus, qualē inducit pater virorū, deorumq;, idest Cælū vel Sol, conſequēs erit ꝙ voluntas & ratio in qua eſt voluntas, ſit aliquid corporeum, ſicut ē ſenſus. Non enim eſt poſſibile, ꝙ id quod in ſe eſt incorporeum, a corpore moueatur. Et ſic intellectus & voluntas habebūt organum corporale, & in nullo differunt a ſenſu & appetitu ſenſitiuo. Vnde & hic ſimilitudinē ponit viſus ſenſitiui, & viſus quo rem iudicat. Eſt ergo dicēdum, ꝙ ex cæleſtibus corporib[9], K poteſt aliqua diſpoſitio cauſari in humano corpore, ex qua inclinatur appetitus ſenſitiuus, cuius motus ē paſſio animę. Vn̄ ex inclinatione corporū cæleſtiū non habet inclinationē, ad hoc ꝙ iudicet aliquid eſſe bonū ſimpliciter & ſm̄ ſe, ſicut per habitum electiuū virtutis & malitiæ, ſed ad iudicādū aliquid eſſe bonū, vt nunc, ſicut per paſſionē. Et idē dicendum eſt de inclinatione, quæ accidit ex complexione corporis. Nunc vero nō agitur de iudicio quo iudicatur aliquid bonū ex paſſione, quia voluntas poteſt hoc non conſequi, vt dictū eſt, ſed de iudicio quo iudicatur aliquid eſſe bonum per habitum. Vnde iſta reſponſio non excludit Ariſtotelis rationem. Deinde cum dicit.

d ¶ Excludit prædictā reſponſionē ex ſuppoſitione eorū, quæ aduerſarius ſupponebat. Supponebat. n. ꝙ virtus ē quoddā voluntariū, quod de malitia negabant. Et ideo reſumens ea, quæ dicta ſunt, quæ vſq; huc ſuſpenduntur, dicit, ꝙ ſi iſta ſunt vera. ſ. ꝙ deſideriū finis inſit homini a natura, dicit ꝙ nō eſt maior rō, quare magis virtus, q̃ malitia ſit voluntariū. Similis. n. rō eſt ꝙ ambob[9]. ſ. virtuoſo & vitioſo īſit finis a natura, vel qualitercūq; aliter

b Si quidē igitur ſibi vnuſquiſque habit[9] qualiter eſt cauſa, & fantaſię erit qualiter cauſa ipſe.

c Si autē nullus ſibi cauſa eius, qđ eſt male facere: ſed propter ignorantiam finis hæc operatur per hęc exiſtimans ſibi optimū fore: finis autem deſideriū non G ſpontaneum, ſed innaſci oportet, quemadmodum viſum habentem quo iudicat bene, & qđ ſecūdum veritatem bonum deſiderabit, & eſt bene natus cui hoc bonum innatum eſt. Qđ. n. maximum & optimum & quod ab alio non poſsibile accipere neque diſcere: ſed quale innatum eſt, tale habebit, & quidem bene & optime hoc innatum eſſe: perfecta & vera erit vtique H bona natiuitas.

d Si vtiq; hęc ſunt vera, qđ magis virtus, q̃ malitia erit voluntarium? Ambobus. n. ſimiliter & bono & malo finis natura vel qualitercunq; videtur & iacet. Reliqua autem ad hoc referentes, operantur qualitercunque. Siue finis vtiq; non natura vnicuiq; videtur qualitercunq;: ſed qui & apud ipſum eſt ſiue finis naturalis. In reliqua aūt bonum operādo voluntarie ſtudioſum, I virtus voluntariū eſt nihilominus, & malitia voluntarium vtique erit. Similiter. n. & malo exiſtit quod propter ipſum in operationibus & in fine. Si igitur quemadmodum dicitur voluntariæ ſunt virtutes, etenim habituum concauſæ qualiter ipſi ſumus, & in quales quoſdā quidem exiſtendo finem talem ponimus, volūtariæ & malitiæ vtique erunt. Similiter enim.

*At ſi habitus ipſius aliquo modo ſibi quiſque eſt cauſa: erit & apparentiæ ipſe ſibi quodammodo cauſa.*

*Sin vero nemo eſt ſibi mala agēdi cauſa: ſed hæc ob ignorationem finis ipſius agit, putans per ea ſe ſummum bonum conſecuturum. Affectatioque G finis non in noſtra eſt poteſtate, ſed ita natum eſſe oportet vt habeat quaſi viſum: quo quidem recte diſcernet & id expetet, quod vere eſt bonum. Atq; is eſt ingenio bono cui idipſum bene ſeſe habet natura: id enim quod maximum eſt atque pulcherrimum: & quod fieri non poteſt vt ab alio accipiat atque diſcat habebit, qualem dicimus naturalem aptitudinem & ingenitum acumen. Atque hoc recte natura beneque ortum eſſe: ipſa eſt habi- H litas perfecta veraque naturæ.*

*Si igitur hæc vera ſunt: cur magis virtus ſponte noſtra quàm uitium comparabitur? Ambobus enim ſimiliter tam bono quàm malo finis ipſe natura aut quouis modo uidetur ac ponitur. Cætera autem agunt quouis modo: ea ipſa referentes ad illum. Siue igitur finis non natura tale unicuique uideatur; ſed ſit aliquid etiam apud ipſum: ſiue quidem finis ſit naturalis cum ſua ſponte uir ſtudioſus cætera I agat. & uirtus ſponte comparetur atque acquiratur, uitium quoque non minus comparabitur ſponte. Eſt enim ſimiliter & malo facultas in actibus, etiam ſi nulla ſit in fine poteſtas. Si igitur, ut dicitur noſtra ſponte comparantur uirtutes (ipſorum enim habituum noſipſi cauſæ quodammodo ſumus: finemque talem ex eo ponimus: quia nos tales ſumus) uitia quoque ab hominibus acquirentur. Similes enim ſubeunt modos.*

Lectio.



aliter ei videatur quantum ad apprænhenſionem, & adiaceat quātum ad appetitum. Et quàmuis operatio virtutis & vitii non ſolum ſit circa finem, ſed etiam circa ea, quæ ſunt ad finem, ſed tamen reliqua idest ea, quæ ſunt ad finem homines operantur referendo ad finem non a natura, ſed qualitercumque eis videtur. Siue ergo dicatur quòd finis non videtur vnicuique eſſe talis a natura, ſed apud ipſum eſt, idest in poteſtate eius vt inhæreat tali vel tali fini, ſiue etiam finis naturalis ſit, & in reliqua operando homo fiat voluntarie virtuoſus, virtus tamen erit voluntaria. Et ſimiliter malitia quia ſimiliter & vitioſo competit id qđ eſt propter finem in operationibus, ſicut & virtuoſo, quemadmodum & ſimiliter ſe habent ī fine, ſicut ſupra oſtenſum eſt. Ergo ſi virtutes ſunt voluntariæ, ex eo ꝙ nos ſumus cauſæ habituum, ex quibus diſponimur ad hoc quòd talem finem ponamus, ſequitur ꝙ etiam malitiæ ſunt voluntarię, quia ſimilis ratio eſt đ vtriſque. Deinde cum dicit.

e ¶ Epilogat ea quæ ſupra dicta ſunt. Et primo oſtendit quid iam dictum ſit de virtutibus. Secundo qđ reſtat dicendum. Dicit ergo primo, quòd dictum eſt de virtutibus in communi & earum genus typo, idest figuraliter, manifeſtum eſt. Deinde dictum eſt quòd ſunt medietates, quod ꝑtinet ad genus propinquum, & quòd ſunt habitus, quod pertinet ad genus remotum ſub quo & continentur vitia. Dictum eſt etiam, quòd eaſdem operationes generant ex quibus cauſantur, dictum eſt etiam quòd ſunt in poteſtate noſtra, & quòd ſequuntur rectam rationem, & quòd aliter ſunt voluntariæ operationes quàm habitus, quia nos ſumus domini operationum a principio vſque ad finem, dummodo ſciamus circumſtantias ſingulares. Sed domini habituum non ſumus a principio. Poſtmodum autem nobis ignorantibus per ſingulas operationes adiicitur aliquid in generatione habituum. Sicut etiam accidit in ægritudinibus creatis ex voluntariis actibus, vt ſupra dictum eſt. Sed quia a principio erat in poteſtate noſtra, vt ſic vel non ſic ageremus, propter hoc ipſi habitus dicuntur voluntarii. Deinde cum dicit.

f ¶ Oſtendit quid reſtat dicendum. Et dicit, ꝙ oportet iterato reſumere conſiderationem de virtutibus, vt dicamus de vnaquaque quid ſit, & circa qualē materiā, & qualiter operetur. Et ſic manifeſtū erit quot ſunt virtutes. Et primo dicet de fortitudine.

## LECTIO XIIII.

Poſtquàm determinauit de virtutibus moralibus in cōmuni, hic incipit determinare de ſingulis in ſpeciali. Et primo determinat de virtutibus quæ ſunt circa paſſiones interiores. Secundo de iuſtitia & iniu- A ſtitia, q̃ eſt circa operationes exteriores ī 5. lib. ibi. {De iuſtitia aūt & iniuſtitia &c.} Prima aūt pars diuiditur in duas partes. In prima determinat de virtutibus moralibus, q̃ ſunt circa principales paſſiones, reſpicientes ipſam hominis vitam. Secundo determinat de virtutibus moralibus, quæ ſunt circa quaſdam ſecundarias paſſiones, reſpicientes exteriora hoīs bona, in 4. lib. ibi. {Dicemus aūt de inceps &c.} Circa primū duo facit. Primo determinat de fortitudine quæ eſt circa paſſiones reſpiciētes corruptiua humanæ vitę. Secundo de tēperantia quæ eſt circa paſſiones reſpiciētes ea, quibus humana vita conſeruatur, ſcilicet cibos & venerea ibi. {Poſt hoc de tēperantia &c.} Circa primū tria facit. Lectio. 19. Primo inueſtigat materiā fortitudinis. Secūdo determinat modū operationis ipſius ibi. {Terribile autem non in omnibus quidem &c.} Tertio determinat quaſdā virtutis ꝓprietates, ibi. {Circa audacias aūt & timores &c.} Circa primū duo facit. Primo reſumit quòd manifeſtū eſt ex præmiſſis de materia fortitudinis. ſ. circa quas paſſiones ſit. Secundo inquirit obiecta illarū paſſionū, prout circa eas ē fortitudo, ibi. {Timemus autē &c.} Dicit ergo, ꝙ iá ſupra dictū eſt in ſecundo, ꝙ fortitudo ē quędā medietas circa timores & audacias. Lectio. 8. Importat enim fortitudo quādam animi firmitatē, per quàm animus conſiſtit immobilis contra periculorum timores. Deinde cum dicit.

b ¶ Inueſtigat obiecta paſſionum prædictarum ſecundum ꝙ circa eas eſt fortitudo, & ſpecialiter ex parte timoris, circa quem principalius eſt fortitudo, vt infra dicetur. Eadem autem ſunt obiecta timoris, & audaciæ. Nam illud idem quod per timorem aliquis refugit, per audaciam alius aggreditur. Circa hoc ergo tria facit. Primo oſtendit quæ ſint obiecta timoris. Secundo, oſtendit circa quod genus horum ſit fortitudo, quia circa timorem mortis. ibi B {Non enim circa omnia &c.} Tertio oſtendit in ſpeciali circa cuius mortis timorem ſit fortitudo. ibi. {Videtur autem vtiq; &c.} Dicit ergo primo, quòd terribilia ſunt quæ timemus, quaſi timoris obiecta. Huiuſmodi autem ſunt vniuerſaliter quæcūque mala. Vnde & philoſophi diffiniunt timorem dicentes, ꝙ eſt expectatio mali. Et ſumitur hic expectatio communiter ꝓ quolibet motu appetitus in aliquod futurum, cum tamen expectatio proprie loquendo, non ſit niſi boni ſicut nec ſpes. Manifeſtum eſt igitur, quòd omnes timemus aliqua mala, vt malam opinionem, idest infamiam, quæ cōtrariatur honeſtati, inopiā & paupertatē, quæ contrariantur bonis fortunæ exterioris, ægritudinem, & inimicitiam, & mortem, quæ contrariantur bonis perſonalibus. Deinde cum dicit.

c ¶ Oſtendit circa quorum malorum timorē ſit fortitudo. Et primo oſtendit circa quæ nō ſit. Secundo, cōcludit circa quid ſit ibi.

e Communiter quidem igitur de virtutibus dictum eſt nobis, & genus typo, quoniam medietates ſunt & qm̄ habitus & a quibus fiunt, quoniam harum operatiuæ & ſm̄ ſeipſas, & quoniā in nobis & voluntarię ſint vtiq;, vt recta ratio pręcipiet. Non ſimiliter autem operationes volunta- B riæ ſunt & habitus. Operationū quidem enim a principio vſque ad finem domini ſumus ſciētes quæ ſm̄ ſingula. habituum autē principii eorum. Quæ ſm̄ ſingula autem adiectio non cognita: quemadmodum in ęgotationibus. Sed qm̄ in nobis erat ſic vel non ſic vti, ꝓpter hoc volūtarii.

f Reſumentes itaq; de vnaquaque dicemus, quæ ſunt, & circa qualia, & qualiter. Simul autem C erit manifeſtum & quot ſunt. & primum de fortitudine.

## LECTIO XIIII.

QVoniam quidem igitur medietas eſt circa timores & audacias, iā & prius dictum eſt.

b Timemus autem, ſcilicet terribilia. hęc autē ſunt vt ſimpliciter dicere mala. Propter qđ D & timorem determinant expectationem mali. Timemus igitur omnes mala, puta malā opinionem, inopiam, ægritudinē, inimicitiam, mortem.

c Sed neque circa omnia videtur fortis eſſe.

*Communiter igitur dictum eſt de uirtutibus: & genus ipſum figura: mediocritates, inquam ipſas eſſe ac habitus: & a quibus fiunt, & principia eſſe illa per ſe agendi, noſtraque in poteſtate collocatas eſſe, & noſtra fieri ſponte, atque ita ut ipſa recta ratio iubet. Verum non ſimiliter noſtra B ſponte actus ac habitus fiunt. Actuum enim a principio uſque ad finem domini ſumus ipſi ſingula cognoſcentes, habituum uero principii. Singulorum autem additio non eſt nota, quēadmodū & in aduerſa ſit ualetudine. Sed noſtra ſponte ideo fiunt: quia noſtra erat in poteſtate ſic, aut non ſic agere atque uti.*

*At nunc repetentes de ſingulis dicamus uirtutibus, quænam ſint & circa quæ uerſentur, & quo etiam mo- C do. Ex quibus & illud ſimul emerget quot ſunt ipſæ uirtutes, atque de fortitudine primum dicamus.*

## LECTIO XIIII.

*FOrtitudinem itaq; circa metus mediocritatem eſſe fiduciaſue, perſpicuum iam euaſit.*

*Metuimus autem ea, quæ terribilia ſunt, atque hæc ſimpliciter dicendo ſunt mala. Quapropter & ueteres D metum definientes, expectationem inquiunt eſſe mali. Metuimus igitur omnia mala, ut infamiam, paupertatem, morbos, inimicitias, mortem.*

*At non circa hæc omnia uir fortis eſſe uidetur.*

ibi. { Circa qualia vtique terribilium &c.} Circa primum, duo facit, primo proponit quod intendit, ſcilicet quòd fortitudo nõ videtur eſſe circa timorem omnium malorum. Secundo ibi.

d ¶ Probat propoſitum. Et primo quòd fortitudo non ſit circa timorem *infamiæ*. *Fortis enim* laudatur ex eo quòd non timet. Sed quędã ſunt quæ oportet timere ad bene viuendum. Et bonũ eſt ea timere, inquantum ſcilicet ipſe timor non ſolum neceſſarius ē ad honeſtatem conſeruandam, ſed etiam ipſe timor eſt quoddam honeſtũ. Quòd autem aliquis non timeat huiuſmodi *mala*, eſt quoddam malum inhoneſtum. Vt patet de infamia. Quã qui timet, laudatur quaſi decens. i. compoſitus in moribus & verecundiis. Ille autem qui huiuſmodi malum non timet, vituperatur quaſi inuerecundus. Ergo patet, quòd fortitudo non eſt circa timorem talium malorum. Quandoque ta*men ille qui* non timet infamiam a quibuſdam metaphorice nominatur fortis: quia aſſimilatur forti inquantum eſt impauidus.

e ¶ Oſtendit quòd fortitudo non eſt circa timorem paupertatis. Et dicit, quòd paupertatẽ nõ oportet timere prout dicebatur de infamia, ſed neque ægritudinem, ſicut neque aliquid eorum quæ nõ pertinent ad malitiã hominis, cuius ipſe ē cauſa. Fruſtra enim homo timet illa quæ vitare nõ poteſt. Hoc igitur debet homo circa talia timere, ne ex propria malitia ĩ aliquod horum incidat. Quia ſic timor vtilis eſt ad iſta vitanda, non autem aliter. Tamen quamuis iſta non oporteat timere, qui circa hæc eſt impauidus, non vocatur fortis niſi forte ſecundum ſimilitudinem. Quia non timere paupertatem, uidetur ad aliam virtutẽ pertinere. ſ. liberalitatem, ex cuius actu aliqui laudantur: inquantum audacter audent pecunias expendere: qui tamen in maioribus periculis bellicis ſimpliciter timidi dicuntur. Nõ ergo circa timorem inopię eſt fortitudo. Tertio ibi.

f ¶ Oſtendit, quòd fortitudo non eſt circa quoſcunque timores malorum perſonalium. Et dicit, ꝙ homo non dicitur timidus ex eo ꝙ timet ne iniurietur vel inuideatur ſibi aut filijs: aut vxori, vel quodcũq; aliud huiuſmodi. neq; aliquis dr̃ fortis: qa nõ timeat flagella, ſed audacter flagella ſuſtinet: qa nõ ſunt maxime terribilia. Sed fortis ſimpliciter eſt, ex eo ꝙ eſt fortis circa maxime terribilia. Quĩ aũt in aliquibus aliis eſt intrepidus, nõ dicitur fortis ſimpliciter, ſed in genere illo. Deinde cum dicit.

g ¶ Oſtendit circa quorum malorũ timorem ſit fortitudo, di-

F cens, ꝙ aliquis dicitur ſimpliciter fortis ex eo ꝙ eſt intrepidus circa ea quæ ſunt maxime terribilia. Virtus. n. determinatur ſm vltimum in potẽtia, vt dicitur in Primo de Cælo, ideo oportet ꝙ virtus fortitudinis ſit circa ea quæ ſunt maxime terribilia, ita ꝙ nullus magis ſuſtineat pericula q̃ fortis. Inter oĩa aũt maxime terribile ē mors. Et huius rõ eſt, quia mors ē terminus totius pñtis vitæ, & nihil poſt mortẽ videtur eſſe hoĩ bonum aut malũ, de his quæ pertinent ad præſentẽ vitã, quæ nobis inferũt mortẽ. Ea. n. q̃ pertinẽt ad ſtatũ animarũ poſt mortem, non ſunt viſibilia nobis. valde autẽ terribile eſt id ꝑ quod homo perdit omnia bona. Vnde videtur ꝙ fortitudo proprie ſit circa timorem periculorum mortis. Deinde cum dicit.

h ¶ Oſtendit circa cuius mortis timorẽ ſit fortitudo. Et circa hoc duo facit. Primo oſtendit circa qđ genus mortis ſit fortitudo. Secundo oſtendit quo ordine ſe habeat circa oĩa genera mortis ibi. {Principaliter aũt &c.} Circa primũ duo facit. Primo proponit quod intendit. Secundo probat propoſitum ibi. {Maxime autẽ &c.} Dicit ergo primo, ꝙ neq; etiã fortitudo eſt circa mortem, q̃ aliquis ſuſtinet in quocũque caſu vł negocio, ſicut in mari, vel in ægritudine, ſed circa mortẽ quã quis ſuſtinet ꝑ optimis rebus, ſicut contingit cum aliqs moritur in bello ꝑꝑ patriæ defenſionem. Et eadem ratio eſt đ quacumq; alia morte, quã qs ſuſtinet ꝑpter bonũ virtutis. Sed ſpecialiter facit mentionem de morte in bello, quia in tali negocio vt frequẽtiꝰ homines ſuſtinẽt mortẽ ꝑpter bonũ. Deinde cum dicit.

i ¶ Probat dupliciter propoſitũ. Primo quidem, quia mors q̃ eſt in bello, eſt in maximo periculo, quia de facili ibi moritur. Homo etiam eſt in periculo optimo, quia homo pericula ſuſtinet hic propter bonum commune, quod eſt optimũ, vt in principio dictum eſt. Virtus autem eſt circa maximum & optimum. Ergo virtus fortitudinis maxime eſt circa mortem quæ eſt in bello. Secundo ibi.

K ¶ Probat idem ex hoc quòd moriẽtibus tali morte, vel qui fortiter ſe exponunt periculo huiuſmodi mortis, exhibentur honores tam in ciuitatibus quæ viuunt in communitate, quàm etiam apud monarchias, ideſt apud reges qui ſoli dominantur. Quia fortiter in bello dimicantibus, & in vita & poſt mortem honores exhibebantur. Honor autem eſt præmium virtutis. Ergo circa huius mortem conſideratur virtus fortitudinis. Deinde cum dicit.

l ¶ Oſtendit

d Quædam. n. & oportet timere & bonũ, quod autem nõ, & malum. Puta malam opinionẽ, qui quidem. n. timet, decens dicitur & verecundus, qui autẽ non timet, inuerecundus. Dicitur autem a quibuſdam fortis, ſecundum metaphoram. Habet enim aliquid ſimile forti. Impauidus enim quis eſt & fortis.

e Inopiam autem forſitan nõ oportet timere neq; ęgritudinem, neq; vniuerſaliter quæcũque non a malitia neq; propter ſeipſum. Sed neq; qui circa hæc impauidus, fortis. Dicimus aũt & hũc ſecundũ ſimilitudinem. Quidam n in bellicis periculis timidi exiſtẽtes liberales ſunt, & ad pecuniarum emiſſionem bene audenter habent.

f Neque vtique ſiquis iniuriã circa pueros, vel vxorem timet vel inuidiã vel aliquid talium, timidus eſt. Neque ſi audet flagella, fortis.

g Circa qualia igitur terribilium fortis? vel circa maxima? Nullus enim magis ſuſtinet pericula. terribiliſſimum autem mors. Terminus enim & nihil adhuc mortuis videtur, neque bonum neque malum eſſe.

h Videbitur autem vtique neque circa mortem quę in omni fortis eſſe, puta in mari vel in ęgritudinibus. In quibus igitur? vel in oportunis. Tales autem qui in bello.

i In maximo enim, & optimo periculo.

k Concordes autem his ſunt & honores in ciuitatibus, & apud monarchias.

*Sunt enim nonnulla mala, quæ quidem metuere oportet, & honeſtum eſt, & non metuere turpe. Infamiam namque qui timet, eſt probus & uerecundus, qui non timet, impudens. Fortis tamen translatione dicitur a quibuſdam, quippe cum aliquid ſimile uideatur habere. Eſt enim & ipſe fortis in-*

G *territus quidam.*

*Paupertatem autem metuere forſitan non oportet, nec morbum, nec omnino quicquam eorum, quæ nec a uitio, nec a nobiſipſis proueniunt. Nec tamen is eſt fortis, qui hæc non metuit, ſed hunc etiam fortẽ ſimilitudine quadam uocamus. Nonnulli enim homines in bellicis quidem periculis meticuloſi ſunt, liberales autem ſunt, & ad erogandas pecunias animoſe ſe ha-*

H *bent.*

*At neque ſiquis pro filiorum atq; uxoris pudicitia timet, aut inuidiã metuit, aut aliquid tale, timidus eſt. Neque etiam fortis, ſi cum eſt uerberibus cædendus confidit.*

*Circa quæ igitur terribilia uir fortis uerſatur? An circa ea, quæ ſunt maxima? Etenim nemo tolerantior eſt malorum homine forti. Mors autem maxime omnium eſt terribile. Eſt enim ultimũ uitæ, & nihil poſt homini mor-*

I *tuo, aut bonũ, aut malũ eſſe uidetur.*

*At enim neque circa omne genus mortis uir fortis eſt & habetur. Non enim circa mortem eam, quæ fit in mari, aut euenit morbis. Circa quam ergo mortem uir fortis erit? An circa eã quæ eſt pulcherrima. Talis autem eſt ea, quæ fit in bello.*

*In maximo namque fit, & pulcherrimo certe periculo.*

*Eodem accidunt & ipſi honores*

K *qui tum a ciuitatibus, tum a regibus ſunt inſtituti.*



l ¶ Oſtendit quo ordine ſe habeat fortitudo circa omnia genera mortis. Et primo quomodo ſe habeat in timendo mortem. Secundo, quomodo ſe habeat in audacia, quæ fit circa huiuſmodi pericula, ibi. {Similiter autem viriliter &c. { Circa primũ duo facit. Primo, oſtendit circa quam mortem principaliter ſit fortitudo. Et dicit ꝙ principaliter dicitur aliqs fortis ex eo, ꝙ impauide ſe habet circa bonã mortem, ſicut & omnis virtus ordinatur ad bonum & circa pericula illatiua mortis, præcipue ſi ſint repentina. In his enim quę repente oportet operari maxime oſtendit, quòd aliquis ex habitu operetur. In alijs autem poteſt aliquis ex præmeditatiõe operari ſimilia ijs quæ fiunt ex habitu. Maxime talia autem ſunt ad bonũ pertinentia, & repentina pericula bellica. Vnde circa iſta principaliter eſt intimidus fortis. Deinde cum dicit.

m ¶ Oſtendit quomodo ſe habeat impauide fortis circa alias mortes. Et dicit quòd conſequenter & in mari, & ægritudinibus fortis eſt intimidus, quia videlicet non ſtupeſcit, & nõ turbatur propter timorem talium. Aliter tamen ſunt intimidi fortes in mari, quàm marinarij. Nã fortes etiam ſi non ſperent ſaluari, tamẽ non timent contemnentes hãc mortem. Non enim tantũ de ea curant vt inordinate commoueãtur. Sed marinarij ſũt intimidi ĩ periculo maris, inquãtum ſperãt ſe bene poſſe euadere propter experientiam. Deinde cum dicit.

n ¶ Oſtendit ꝙ non ſolum fortitudo eſt principaliter circa timorem mortis, ſed etiam circa audacias talium periculorum. Et dicit, quòd ſimiliter fortes viriliter agunt aggrediendo pericula in illis rebus, in quibus laudabilis eſt fortitudo, vel in quibus bonum eſt mori, ſicut eſt in rebus bellicis. Bonum eſt enim quòd homo vitam ſuam exponat pro bono communi. Sed in prædictis corruptionibus, ſcilicet morte quæ eſt in mari, vel in ęgritudine, nec eſt fortitudo laudabilis, neque ex morte aliquod bonum ſequitur. Vnde audacter aggredi talia pericula, non pertinet ad virtutem fortitudinis.

A quis ſit proprius actus fortitudinis per cõparationem ad actus oppoſitorum vitiorum, ibi. { Qui quidem igitur oportet &c.} Circa primum duo facit. Primo aſſignat rationem diuerſificandi actus circa prædictam materiam. Secundo oſtendit quomodo diuerſificantur, ibi. { Fortis autem inſtupefactabilis &c. } Dicit ergo primo, quòd non eſt idem terribile quo ad omnes. Cũ enim timor ſit in iraſcibili, cuius obiectũ eſt arduum, non eſt timor niſi alicuius mali quod eſt aliqualiter eleuatum ſupra facultatem timentis. Vnde aliquid eſt terribile puero, quod nõ eſt terribile viro perfecto. Eſt autem aliquod malum quod excedit facultatẽ humanam, per quam ei reſiſti non poteſt, ſicut terrę motus, inũdationes maris, & alia huiuſmodi mala, vnde huiuſmodi mala ſunt terribilia cuilibet homini ſapienti, qui habet rectum iudicium intellectus. Illud autem terribile quod eſt ſecũdum hominẽ quaſi non excedẽs facultatem ad reſiſtendũ, differt dupliciter. Vno modo ſecundũ diuerſam rei magnitudinem. Puta maius terribile eſt ſi conueniant multi hoſtes, quàm ſi pauci. Alio modo ſecundum magis & minus, puta quòd magis vel minus odiunt, vel magis & minus appropinquant. Et qđ dictum eſt de terribilibus, eſt ſimiliter dicendum de auſibilibus, quia circa idem ſunt timor & audacia, vt ſupra dictũ eſt. Deinde cum dicit.

b ¶ Oſtendit ſecundum prædictam rationem, quomodo diuerſificãtur actus circa materiam prædictam. Et dicit, quòd cum dicitur, quòd fortis non obſtupeſcit propter timorem, intelligendum eſt ſe-

E ſecundum quod conuenit homini, qui ſi habeat ſuum intellectum, timebit ea quæ ſunt ſupra hominem. vnde & fortis talia timebit. Sed tamen in caſu neceſſitatis, vel vtilitatis, ſuſtinebit talia ſicut oportet, & ſicut iudicabit recta ratio quæ propria eſt homini. Ita ſcilicet quòd propter timorem talium non diſcedet a iudicio rationis, ſed ſuſtinebit huiuſmodi terribilia quantumcumque magna, propter bonum, quod eſt finis virtutis. Contingit autem quandoque; quòd aliquis magis vel minus timet terribilia, quæ ſunt ſupra hominem, vel ſecundum hominem magis vel minus quàm ratio iudicat, & adhuc quod eſt plus, contingit quòd ea quæ non ſunt terribilia, timet quaſi terribilia, & in hoc conſiſtit peccatũ hominis, quod eſt principaliter contra rationem rectam. Et ſicut ægritudo contingit in corpore per inordinationem cuiuſcumque humoris, ita etiam peccatum cõtra rationem contingit in anima ex inordinatione cuiuſcũque circunſtantiæ. Vnde circa timorem quandoque peccatur ex hoc quod aliquis timet quod non oportet timere, quandoque vero ex hoc quòd timet, quando non oportet timere. Et idem dicendum

l Principaliter autẽ dicetur vtique fortis qui circa bonã mortem impauidus, & quæcumque mortem inferunt repentina exiſtentia. Talia autem maxime quæ ſecundum bellum.

m Sed adhuc & ĩ mari, & ĩ ęgritudinibus impauidus quidẽ fortis. non ſic autẽ ut marinarij. Hi quidem enim deſperant ſalutem, & mortem talem aſpernãtur. Hi autem bene ſperantes ſunt propter experientiam.

n Simul autem & viriliter agũt in quibus eſt fortitudo & bonũ mori. In talibus autem corruptionibus neutrum exiſtit.

C

## LECTIO XV.

TErribile autem nõ omnibus quidem idem. Dicimus autem quid & ſuper hominem. Hoc quidem igitur omni terribile intellectum habenti. Quod autem ſecundum hominem differt magnitudine, & in eo quod magis & minꝰ. Similiter aũt & auſibilia.

b Fortis autem inſtupefactibilis vt homo. Timebit quidẽ igitur & talia, vt oportet autem, & vt ratio ſuſtinebit boni gratia. hic enim finis virtutis. Eſt autẽ magis & minus hæc timere, & adhuc non terribilia vt talia timere. fit autem peccatorum. hoc quidem quoniam nõ oportet. hoc autem quoniam nõ vt oportet. hoc vero quoniam nõ quando, vel aliquid talium. Similiter autẽ & circa auſibilia.

*Is igitur homo fortis proprie dicitur, qui circa honeſtam mortem & ea omnia, quæ repente eueniunt atque afferunt ipſam interritus eſt, huiuſmodi vero ſunt ea, quæ in bello contingunt.*

B *Quin etiam & in mari, & in ipſis morbis vir fortis timore vacat. Non tamen ita ut nautæ. Fortes enim & de ſalute ſua deſperant & genus tale mortis moleſte ferunt. Illi uero ſpe propter experientiam ſunt freti.*

*Simul autem & uiriliter fortiterq; agunt in quibus uires habent locum, aut honeſtum eſt mori, quorum neutrum eſt in tali genere mortis.*

## *LECTIO XV.*

*NOn eſt idem uniuerſis terribile. Et dicimus etiam aliquid eſſe quod facultatem ſuperat hominis. Id igitur unicuique terribile eſt homini ſanæ mẽtis. At ea quæ metas facultatis non egrediuntur humanæ, magnitudine differunt & intentione remiſſioneque. Similiter autem & ea in quibus confidimus.*

D *Fortis itaque impauidus eſt vt homo, atq; timebit quidem & huiuſcemodi res formidoloſas. Verum ut oportet, & ut dictat ratio tolerabit honeſtatis cauſa. Hæc. n. ipſius uirtutis eſt finis. Fit autem ut hæc & magis & minus timeant homines, & etiam ut ea q̃ non terribilia ſunt, ut terribilia metuant. Atq; delinquitur cũ metuũt, aut ea quæ non oportet metuere, aut non quẽadmodũ oportet, aut non quando oportet, aut aliqd tale. Similiter peccatur & circa ea in quibus confidimus.*

## LECTIO XV.

POſtquam Philoſophus inquiſiuit materiam fortitudinis, hic determinat de actu ipſius. Et primo diſtinguit actum eius ab actibus vitiorum oppoſitorum. Secundo determinat de quibuſdam, quæ habent actum ſimilem fortitudini, ibi. { Dupliciter autem aliæ &c. } Circa primum duo facit. Primo determinat, quomodo actus diuerſificari poſſunt circa materiam ſupra inquiſitam. Secundo oſtendit,

c Qui quidem igitur quæ oportet, & talis gratia ſuſtinet & timet vt oportet & quando. Similiter autem & audet fortis. Secũdum dignitatem enim & vt ratio patitur, & operatur fortis.

d Finis autem omnis operationis eſt qui ſecundum habitum, G & forti autẽ fortitudo bonum. talis autem & finis. Determinatur enim vnumquodque fine. Boni vtique gratia fortis ſuſtinet & operatur quæ ſecundum fortitudinem.

e Superabundantiam autem, qui quidem in pauiditate innominatus. Dictum eſt autem nobis in prioribus, quoniam multa ſunt innominata. Erit autem H vtique aliquis inſanus, vel ſine ſenſu doloris, ſi nihil timeat, neque terremotum, neque inundationes, quemadmodum aiũt Celtæ.

f Qui autem in audendo ſuperabũdat, circa terribilia audax. Videtur autem & ſuperbus eſſe audax, & fictor fortitudinis. Vt igitur ille circa terribilia habet, ſic iſte vult videri. In quibus igitur poteſt imitatur, I propter quod ſunt & multi ipſorũ audaces timidi. In his enim audentes terribilia non ſuſtinent.

g Qui autem in timẽdo ſuperabundat timidus, & enim quæ non oportet, & vt non oportet, & omnia talia ſequũtur ipſum. Deficit autem & in audendo, ſed in triſtitijs ſuperabundans magis manifeſtus eſt. K

*Qui igitur, & ea quæ oportet, & gratia cuius oportet, & vt oportet, & quãdo oportet fert, & metuit, & identidem confidit, is homo eſt fortis. Fortis enim per habitum, & vt ipſa ratio iubet tam patitur, quàm etiam agit.*

*Finis autem operationis omnis is eſt, qui accommodatur habitui, & viro etiam forti honeſtum eſt ipſa fortitudo. Talis igitur & ipſius eſt finis, ſingula namque ſuo fine definiuntur. fortis igitur honeſtatis cauſa ſubit & agit ea, quæ ad ipſam fortitudinem pertinent.*

*Exuperantiam autem is quidem, qui in non metuendo exuperat nomine caret. Atque dictum eſt antea nominibus complura vacare. At vocari poteſt inſanus quidem uel ſtupidus, ſi nihil omnino neque motus terræ, neque fluctus, ut de Celtis dicitur, metuat.*

*Sed is qui circa res formidoloſas exuperat confidendo, audax eſt. Videtur autem ipſe audax & arrogans eſſe & fortitudinis ſimulator. Qualis igitur eſt fortis circa res ipſas formidoloſas, talis & ipſe uideri uult. Itaque imitatur illum in quibus poteſt. Quapropter & complures ipſorum audaces ſimul & timidi. In his enim audentes res formidoloſas non ſuſtinent.*

*Is autem qui metuendo exuperat timidus eſt. Nam timet ea, quæ non oportet, & ut non oportet, & omnia talia ipſum ſequuntur. Deficit autem & in confidendo. Sed in doloribus exuperans, magis eſt manifeſtus.*

rendum eſt de alijs circunſtantijs ſupra poſitis. Et quod dictum F eſt de terribilibus, intelligendum eſt etiam de auſibilibus, de quibus eſt etiam eadem ratio ſicut dictum eſt. Deinde cum dicit.

c Oſtendit quis ſit actus fortitudinis per comparationem ad vitia oppoſita. Et circa hoc duo facit. Primo ponit actum virtutis & vitiorum. Secundo comparat virtutem ad quędam q̃ ei ſimilia videntur, ibi. { Et audaces quædam &c. } Circa primum tria facit. Primo determinat actus virtutis & vitiorum quantum ad timorẽ & audaciam. Secundo quantum ad ſpem & deſperationem, ibi { Deſperans vtique &c.} Tertio epilogat ibi. { Circa hoc quidem igitur &c.} Circa primũ duo facit. Primo determĩat actum virtuoſi. Secundo actus vitioſorum, ibi. { Superabundantiam autem &c.} Circa primum duo facit. Primo proponit qđ intendit. Secundo manifeſtat quoddam quod dixerat, ibi. { Finis autẽ oĩs &c.} Dicit ergo primo, ꝙ ille qui ſuſtinet quæ oportet ſuſtinere, & fugit per timorẽ, ea quæ oportet vitare, & facit hoc eius gratia cuius oportet, & eo modo quo oportet, & quando oportet vocatur fortis. Qui etiam ſimiliter audet quę oportet, & cuius gratia &c. Et huius rationem aſſignat dicens, quia fortis & virtuoſus patitur per timorem, & operatur per audaciam ſecundũ quod dignum eſt, & ſecundum quòd recta ratio dictat. Omnis enim virtus moralis eſt ſecundum rationem rectam vt ſupra
Lib. 2. lec. 2 habitum eſt. Deinde cum dicit.

d ¶ Manifeſtat quoddã quod dixerat, ſcilicet cuiꝰ gratia oportet operari. Et inquit, quòd finis cuiuslibet operationis virtuoſæ eſt ſecundum conuenientiam proprij habitus. Mouet enim habitus ex conſuetudine cauſatus per modum naturę, eo quòd conſuetudo eſt ſicut quædam natura, ſicut dicitur in libro de Memoria & remi. Finis autem vltimus agentis naturalis operantis eſt bonum vniuerſi, quod eſt bonum perfectum: ſed finis proximus eſt vt ſimilitudinem ſuam in aliud imprimat, ſicut finis calidi eſt, vt per ſuam actionem calidum faciat. Similiter autem & finis virtutis operantis, vltimus quidem eſt fœlicitas, quæ eſt bonum perfectum, vt in primo habitum eſt. Sed finis proximus & proprius eſt, quòd ſimilitudo habitus exiſtat in actu. Et hoc eſt quod dicit, quòd bonum quod intendit fortis, eſt fortitudo. Non quidem habitus fortitudinis, qui iam præexiſtit, ſed ſimilitudo ipſius in actu. Et hoc etiam eſt finis, quia vnumquodque quod eſt propter finem, determinatur ſecundum proprium finem, quia ex fine ſumitur ratio eorum, quæ ſunt ad finem. Et ideo finis fortitudinis eſt aliquid ad rationẽ fortitudinis pertinens. Sic igitur fortis ſuſtinet & operatur gratia boni. Et hoc eſt inquantum intendit operari ea, quæ ſunt ſecundum fortitudinem. Deinde cum dicit.

e ¶ Determinat actus vitioſorum. Et primo eius, qui deficit in timendo. Secundo eius, qui ſuperabundat in audendo, ibi. { Qui autẽ in audẽdo &c. } Tertio eius, qui abundat in timendo, ibi. { Qui autem in timendo &c.} Dicit ergo primo, quòd inter vitia ad ſuperabũdantiam pertinẽtia, ille eſt innominatus, qui ſuperabundat in impauiditate, qui ſcilicet nil timet. Supra autem dictum eſt, ꝙ multa ſunt innominata. Et hoc præcipue contingit in his, quæ raro accidunt. Talis autem impauiditas raro accidit. Non enim contingit niſi in aliquo inſano, vel in aliquo, qui nõ habet ſenſum doloris, quòd ſcilicet nihil timeat, puta neq; terremotũ, nec inundatiões, nec aliquid talium, ſicut dicitur accidere quibuſdam qui vocantur Celtæ, quod eſt nomen gentis. Hic autem dicit eſſe ſine ſenſu doloris, quia eadem ſunt, quæ timemꝰ futura, & de quibus cum fuerint præſentia dolemus. Deinde cum dicit.

f ¶ Agitur de his, ꝙ ſuperabundant in audendo & dicit, ꝙ ille qui circa terribilia ſuperabũdat in audendo, vt ſcilicet audacter terribilia aggrediatur vltra quàm ratio dictat, vocatur audax. Eſt autem aliquis, qui non eſt vere audax, ſed videt ſcilicet ſuperbus, quoniã fingit ſe eſſe fortem. Vnde ſicut fortis vel audax ſe habet circa terribilia, ita ſuperbus quęrit apparere. Et propter hoc, quando poteſt ſine periculo imitatur opera fortis vel audacis. Vnde multi eorum, qui videntur fortes vel audaces, ſunt timidi. Qui cum ſe habeant vt audax in his quę habent parum periculi, quando ea quæ ſunt multum terribilia ſuperueniunt, non ſuſtinent. Deinde cum dicit.

g ¶ Determinat de eo, qui ſuperabundat in timendo. Et dicit, quòd talis vocatur timidus qui timet, quæ non oportet timere, & eo modo quo non oportet, & ſimiliter ſecundum alias circũſtantias. Et iſte quidem qui ſuperabundat in timendo, deficit in audendo. Nulla eſt enim ratio quare aliquis non aggrediatur aliqua terribilia ad deſtruenda ipſa, niſi propter timorem, ſed defectus timoris poteſt eſſe abſque audacia aggrediendi. Non enim ſequitur, quòd quicunque non fugit ſicut oportet, inuadat plus quàm oportet. Sed quicumque deficit ab inuadendo quæ oportet, non facit hoc niſi propter timorem, & ideo defectum timoris ſeparauit a ſuperabundantia audacię, ſed ſuperabundantiam timoris coniugit defectui audaciæ. Et quamuis timidus ſuperabundet in timendo, & deficiat in audendo, magis tamen



h Deſperans autem vtiq; quis timidꝰ, omnia enim timet. Fortis autem contrarius. in audendo enim bonę ſpei eſt.

i Circa hęc quidẽ igitur eſt & timidus, & audax, & fortis. differenter autem habent ad hæc. B Hi quidem enim ſuperabundãt & deficiunt, hic autem medio modo habet, & vt oportet.

k Et audaces quidem præuolãtes & volantes ante pericula, in ipſis autem deſcendunt. Fortes autem in operibus acuti, prius autem quieti.

l Quemadmodum dictum eſt, fortitudo medietas eſt circa auſibilia & terribilia in quibus di- C ctum eſt, & quoniam bonũ deſiderat & ſuſtinet, vel quoniam turpe non. Mori autem fugientem inopiam vel cupidinẽ, vel aliquid triſte, nõ fortis, ſed magis timidi. Mollities enim fugere laborioſa. Et non quoniam bonum ſuſtinet, ſed fugiens malum. Eſt quidem igitur fortitudo tale quid.

*Meticuloſus igitur male ſeſe habet circa ſpem, quippe cum vniuerſa metuat. Fortis vero contra ſeſe habet, confidere namq; bene ſperantis hoĩs eſt.*

*Circa igitur hæc uerſatur & audax & meticuloſus, & fortis, ſed diuerſo modo ſeſe habent ad ipſa. Illi namque exuperant & deficiunt. At hic mediocriter ſeſe habet & ut oportet.*

*Et audaces quidem præcipites ſunt ante ipſa pericula & uolunt ea. ſed cum in ipſis ſunt, tergiuerſantur. Fortes autem in ipſis quidem operibus feruidi ſunt, antea uero quieti.*

*Vt igitur dictum eſt, fortitudo mediocritas eſt circa ea, quibus confidimus, & ea quæ terribilia ſunt in ijs, quæ diximus, & eligit, atque fert ipſa, qui eſt honeſtum, & quia eſt turpe non ſubire atque perferre. Mortem autem ſibi cõſciſcere ob fugiendã paupertatem, aut amorem, aut moleſtum aliquid, non fortis eſt hominis, ſed potius timidi. Eſt enim mollicies laborioſa fugere. Atque non quia res eſt honeſta appetit mortem, ſed quia malum fugit. Fortitudo igitur tale aliquid eſt.*

gis tamen manifeſtatur ex hoc, quòd ſuperabundat in timore A triſtitiarum, quàm ex hoc quòd deficit in audendo, quia defectus, non ita percipitur ſicut abundantia. Deinde cum dicit.

h ¶ Oſtendit quomodo prædicta ſe habeant ad ſpem & deſperationem. Ad cuius euidentiam conſiderandum eſt, quòd audacię & timoris obiectum, eſt malum. Spei autem & deſperationis obiectum, eſt bonum. In bonum autem per ſe appetitus tendit, ſed per accidẽs refugit ipſum ratione alicuius mali adiuncti. Similiter etiam malum per ſe fugit appeticꝰ. Quod autem eſt per ſe, eſt cauſa eius, quod eſt per accidens, & ideo ſpes cuius eſt tendere in bonum, eſt cauſa audaciæ, quæ tendit in malum quod aggreditur. Et eadem ratione timor qui refugit malum, eſt cauſa deſperationis, quæ recedit a bono. Et ideo dicit, quòd timidus eſt deſperans inquantum timet circa omnia deficere. Fortis autem econtrario, inquãtum audet eſt bonæ ſpei. Deinde cum dicit.

i ¶ Epilogat quę dicta ſunt concludens ex prędictis quòd circa prędictas paſſiones ſunt & timidus, & audax, & fortis, ſed differenter ſe habent ad eas. Nam audax & timidus ſuperabundant & deficiũt in audendo & timendo. Sed fortis medio modo ſe habet ĩ his, ſicut oportet, & ſecundum rationem rectam. Deinde cum dicit.

k ¶ Comparat fortitudinem ad quædam ſibi ſimilia. Et primo oſtendit differẽtiam fortis & audacis. Secundo ad eum qui mortem ſuſtinet propter vitãdas aliquas moleſtias, ibi. { Quẽadmodum igitur dictum eſt &c. } Timidi autem in nullo videntur cum fortibus conuenire, & ideo non curat inter eos differẽtiam aſſignare. Dicit ergo quòd audaces ante pericula ſunt præuolantes & volantes, ideſt velociter & ardenter ad ipſa currentes, quia mouentur ex impetu paſſionis præter rationem. Quando autem ſunt in ipſis periculis, deſcedunt, quia motus paſſionis præcedentis vincitur a difficultate imminente. Sed fortes qñ ſunt in ipſis operibus difficilibus ſunt acuti, quia iudicium rationis, ex quo agunt, non vincitur ab aliqua difficultate. Sed priuſquam ad pericula veniant ſunt quieti, quia non agunt ex impetu paſſionis, ſed ex deliberatiõe rationis. Deinde cũ dicit.

l ¶ Oſtendit differentiam fortis ad eum qui ſuſtinet mortem vt vitet moleſtias. Et dicit quòd ſupra dictum eſt, quòd fortitudo eſt medietas circa terribilia quæ ſunt mala, & in quibꝰ dictũ eſt ſcilicet in periculis mortis, & deſiderat operari virtuoſe, & ſuſtinet talia pericula, vt eueniat aliquod bonum, ſcilicet honeſtũ, vel vt fugiat aliquod turpe ſcilicet inhoneſtum. Sed quod aliquis moriatur ſibiipſi manus inijciens, vel ab alio mortem illatam libenter patiens ad fugiendum inopiam, vel cupiditatem alicuius rei quam non poteſt habere, vel quicquid eſt aliud qđ ingerit triſtitiam, non pertinet ad fortem, ſed magis timidum. Duplici ratione. Primo quidem, quia videtur eſſe quædam mollicies animi contraria fortitudini, quòd aliquis non poſſit ſuſtinere laborioſa & triſtia. Secundo, quia non ſuſtinet mortem propter bonum honeſtum, ſicut fortis, ſed fugiendo malum triſtabile. Vltimo autẽ concludit, quòd ex prędictis poteſt ſciri quid ſit fortitudo.

## LECTIO XVI.

D Icuntur autem, & aliæ D ſecundum quinque modos. Primum quidem Politica, maxime enim aſsimilatur. Videntur autem ſuſtinere pericula ciues, propter eas, quę ex legibus increpationes & opprobria & propter honores. Et propter hoc fortiſsimi videntur eſſe apud quos timidi inhonorati, fortes honorati.

## *LECTIO XVI.*

*D Icuntur & aliæ fortitudines quinque modis. Atque prima eſt ipſa ciuilis. Maxime autem ſimilis eſt, ciues enim ob increpationes, quæ ſunt ex legibus & probra honoresue, pericula ſubeunt, propterea fortiſſimi quidem uidentur eſſe. Apud quos timidi quidem infames ſunt, fortes autem afficiuntur honore.*

## LECTIO XVI.

P Oſtquam Philoſophus determinauit qualis ſit actus veræ fortitudinis & oppoſitorum vitiorũ, hic determinat de quibuſdam qui habent actum ſimilem fortitudini, ſed deficiunt a vera fortitudine. Quod quinque modis contingit: cum enim vera fortitudo ſit virtus moralis, ad quam requiritur ſcire, & propter hoc eligere, poteſt quidem aliquis exercẽs actũ fortitudinis tripliciter a vera fortitudine deficere. Vno modo, quia non operatur ſciens, & ſic eſt quintus modus non veræ fortitudinis, ſecundũ quam dicitur aliquis fortis per ignorantiam. Alio modo, quia aliquis non operatur ex electione, ſed ex paſſione, ſiue ſit paſſio impellẽs ad pericula ſubeunda, ſicut eſt ira, ſiue paſſio quietans animũ a timore, ſicut ẽ ſpes, & ſecundum hoc ſumũtur duo modi nõ verę fortitudinis. Tertio modo, deficit aliquis a vera fortitudine ex eo, quòd aliqs ex electione quidem operatur, ſed non eligit id quod eligit fortis, ſcilicet pericula E ſuſtinendo propter armorum peritiam, reputat ſibi non eſſe periculoſum in bello confligere, ſicut apparet in militibus: aut qa eligit aliquis pericula ſuſtinere, ſed non propter illum finem, propter quem eligit fortis, ſed propter honores vel pœnas, quæ a rectoribus ciuitatum proponuntur. Secundum hoc ergo diuiditur pars iſta in quinque partes. In prima parte determinat de fortitudine Politica ſiue ciuili. In ſecunda de fortitudine militari, ibi. { Videtur autem experientia &c. } In tertia parte de fortitudine, quæ eſt per iram, ibi. { In furorem autem &c.} In quarta parte de fortitudine, quæ eſt per ſpem, ibi. { Neque vtiq; Lectio. 17. bonæ ſpei &c. } In quinta de fortitudine, quæ eſt per ignorantiam, ibi. { Fortes autem videntur & ignorantes &c.} Circa primum ponit tres gradus Politicæ fortitudinis. Quorum primus eſt eorum, qui ſuſtinent pericula propter honorem. Secundo eorum, qui ſuſtinent propter timorem pœnarum, ibi. { Ponet autem vtique &c.} Tertio eorum qui aggrediuntur & ſuſtinent periculoſa ꝓpter præſentẽ coactionẽ, ibi. { Et qui præcipiũt &c.} Circa primum tria facit. Primo proponit hunc gradum fortitudinis, & dicit cum præter fortitudinem veram dicantur quædã

aliæ

alíæ fortitudines ſecundum quinque modos. Primum locum inter eas tenet fortitudo Politica, ideſt ciuilis, eo quòd talis fortitudo maxime aſſimilatur verę fortitudini, ſuſtinent enim ciuiles pericula vt vitent increpationes & opprobria, quæ ſecundũ ſtatuta legum ciuiliũ inferuntur timidis, & vt adipiſcantur honores qui ſecundum eaſdem leges fortib⁹ exhibentur. Et inde eſt quòd apud illas ciuitates in quibus timidis adhibentur vituperia, fortibus autem honores, viri inueniuntur inde fortiſſimi ſecũdum hãc fortitudinem, & fortaſſis etiam ſecundũ veram, propter aſſuetudinẽ. Secundo ibi.

b ¶ Inducit exempla ex Homero, qui deſcribens Troianũ bellum, inducit taliter fortes, ſcilicet propter honores vel vituperia, puta Dyomedem ex parte græcorum, & Hectorem ex parte Troianorum. Inducit enim Hectorem dicentẽ hæc verba. Polidamas, ideſt quidam dux Troianorum, primum redargutionem reponit mihi, ideſt primo redarguet me, ſi non fortiter egero. Et Diomedes dicebat ſeipſum exhortãs ad fortiter agendum, Hector cõcionãdo apud Troianos diceret vt laudet ſe, & me vituperet. Thytides, ideſt Diomedes, qui ſic nominatus eſt a patre, a me, ſcilicet fugit & victus eſt. Tertio ibi.

c ¶ Manifeſtat quod dixerat, ſcilicet quòd iſta fortitudo maxime aſſimilatur veræ. Et dicit quòd Politica fortitudo maxime aſſimilatur ei, de qua ſupra dictũ eſt, quòd ſit propter virtutem hæc enim Politica fortitudo fit ꝑpter verecundiam, q̃ eſt timor de turpi, inquantum ſcilicet aliquis fugit opprobria, & ſic propter boni, ideſt honeſti deſiderium, inquantũ iſta fortitudo quærit honorem, qui eſt teſtimonium honeſtatis, & ideo hoc exponẽs ſubdit, ꝙ huiuſmodi fortitudo ſit propter honorem & propter fugam opprobrij, qđ turpe exiſtit, quia honor igitur propinquum aliquid eſt bono honeſto, & vituperium turpi inhoneſto, inde eſt, quòd fortitudo iſta propinqua eſt veræ fortitudini, quæ intendit honeſtum, & fugit inhoneſtum. Deinde cum dicit.

b Tales autem & Homerus, facit, puta Diomedẽ & Hectora Polydamas mihi primũ redargutiões reponet & Diomedes. Hector enim aliquando dicet in Troianis concionans. Thytides autem a me.

*Tales & Homerus affert, vt Diomedem ac Hectorem. Dicit enim Hector, nam me Polydamas ante omnis ipſe reprehendet, & Diomedes, inter enim dicet Troianos optimus Hector. Titides me metuens puppes confugit ad altas.*

c Aſsimilatur autem hæc maxime eis quę prius dicta eſt, quoniam propter virtutem fit. Propter verecundiam enim & boni deſiderium. Honoris enim gratia & fugę opprobrij turpis exiſtentes.

G *Hæc autem ex eo maxime ſimilis eſt ei de qua ſupradixi, quia fit ob virtutem. Ob pudorem enim & appetitionem honeſtæ rei, honoris inquam, & ob fugiẽdam reprehenſionem quæ quidem eſt turpis.*

d Ponet autem vtique aliquis, & a principibus coactos in idẽ. Deteriores autem quando non propter verecundiam, ſed propter timorem id operantur, & fugientes non turpe, ſed triſte. Cogunt enim domini, quemadmodum Hector. Quẽm autẽ ego ſine bello timente intelligam, non ſibi ſufficiẽns erit fugere canes.

*In eodem poſuerit quiſpiam, & eos qui compelluntur a magiſtratibus, uerum deteriores eo ſunt, quòd non ob pudorem, ſed ob metum id faciunt. Et fugiunt non rem turpem, ſed moleſtam.*

H *Cogunt enim ij qui poteſtatem habẽt. Vt Hector.*
*Quem procul a pugna trepidantem forte videbo.*
*Is canib⁹ fiet, fiet quoq; uulturis eſca.*

e Et qui percipiunt, & ſi recedant percutientes id operãtur, & qui ante mũros & foueas, & talia præordinãt. Omnes enim cogunt. Oportet autem nõ propter neceſsitatem fortem eſſe, ſed quoniam bonum.

*Idem faciunt & qui imperant, & ſi recedunt uerberibus afficiunt. Et qui ante foſſas, & huiuſmodi loca conſtruunt aciem. Omnes enim cogunt. At non neceſſitate; ſed quia res eſt honeſta, fortem eſſe oportet.*

I

f Videtur autem & experiẽtia circa ſingularia fortitudo eſſe. Vnde & Socrates exiſtimauit ſcientiam eſſe fortitudinem. Tales autem alij quidem in alijs. in bellicis autem milites. Vidẽtur autem multa eſſe inania belli, quę maxime cõſpexerũt iſti. Videtur vtique fortes, quoniã non ſciũt alij qualia ſunt. Deinde facere ſed non pati maxime poſſunt experientia, & cuſtodire & percutere potentes vti armis. Et talia habẽtes qualia vtique erunt, & ad facere, & ad nõ pati fortiſsima. Quemadmodum igitur inermibus armati pugnant & athletæ idiotis. Etenim in talibus agonibus nõ fortiſsimi pugnaciſsimi ſunt, ſed maxime potentes & corpora optima habentes.

*Videtur etiam & ipſa ſingularium rerum perita fortitudo eſſe. Quapropter & Socrates fortitudinem ſcientiam eſſe putauit. Tales autem alij quidem in aliis ſunt. In rebus autem bellicis milites. Sunt enim in bello cõplures res uanæ, quæ quidem maxime ipſis ſunt notæ. Atq; ideo fortes uidentur, quia quales ſunt illæ, alii neſciunt. Deinde & aduerſarios offendere, & ſeipſos tueri maxime experientia poſ-*

K *ſunt, & euitare hoſtis conatus, & illũ percutere, cum armis uti poſſint, & talia habeant, ut & ad faciendum ſint & non patiendum aptiſſimi. Quibus efficitur ut ipſi tamquam aduerſus inermes armati, & tamquam aduerſus rudes ludi magiſtri decertent. Etenim in huiuſcemodi certaminib⁹, nõ ij ſunt pugnaciſſimi, qui fortiſſimi ſunt, ſed ij qui uires ampliſſimas habent, & optime ſeſe habent corporibus.*

F d ¶ Ponit ſecundũ gradum fortitudinis Politicæ, quæ eſt propter timorem pænæ. Et dicit, quòd ad eundem etiam modũ Politicę fortitudinis poſſunt reduci illi, qui ſunt fortes propter hoc quòd timore pænarum cogũtur a principibus ciuitatis. Sunt tamen deteriores præmiſſis, inquantum non agunt fortiter propter verecũdiam turpitudinis, ſed ꝓpter timorẽ pęnæ. Et hoc eſt quod ſubdit, ꝙ non fugiunt turpe, i. inhoneſtum, ſed triſte aliquid, ideſt doloroſum vel damnoſum ex quo aliqs triſtatur. Per hoc enim domini cogunt ſuos ſubditos fortiter pugnare. Sicut ſecundũ Homerum, Hector Troianis comminabatur dicẽs. Ille quẽ intelligam fugientẽ ſine bello, ideſt ſine hoc quòd fortiter pugnet, ita male tractabo eum, quòd nõ erit ſufficiens ad fugiendum canes. Deinde cum dicit.

e ¶ Ponit tertiũ gradum Politicæ fortitudinis, prout ſcilicet aliqui coguntur a principibus preſentialiter, & non ſolum timore futurarum pęnarum. Et hoc eſt qđ dicit, quòd idem operantur ſuas actiones principes, qui præcipiunt ſubditis, vt nõ fugiant a prælio & eos, qui recedunt a ꝑlio percutiunt. Et ſimiliter ille, qui ante pugnã, ne fugere poſſint, conſtituunt muros & foueas & alia huiuſmodi impedimenta fugere. Omnes enim principes talia facientes, cogũt ſubditos ad pugnandum. Sed illi, qui ſic coguntur, non ſunt vere fortes, quia oportet virtuoſum eſſe fortem nõ propter neceſſitatẽ quam patitur, ſed propter bonum virtutis. Deinde cum dicit.

¶ f Determinat de fortitudine militari. Et circa hoc duo facit. Primo enim oſtẽdit quid inducat milites ad fortiter agendum. Secundo comparat militarem fortitudinem ad Politicam, ibi. { Milites autem timidi ſunt. } Dicit ergo primo, quòd in ſingulis experientia videtur eſſe quædã fortitudo. In quolibet enim negocio audacter, & ſine timore operatur ille, qui eſt expertus, ſicut Vegetius dicit in libro de re militari. Nemo facere dubitat, quòd ſe bene didiciſſe cõfidit. Et propter hoc Socrates æſtimauit, quòd fortitudo eſſet ſcientia,



ſcientia, quę etiam per experientiam acquiritur, æſtimauit etiã omnes alias virtutes eſſe ſcientias. Sed de hoc infra in 6. agetur. Sic ergo cum quidam alij ſint fortes per experientiã in quibuſdam, in rebus bellicis milites ſunt fortes per experientiam. Ex qua quidem duo conſequuntur. Quorum primum eſt, ꝙ in bellis multa ſunt maiora, qui ſcilicet inexpertis timorem incutiunt, quamuis parum, vel nihil periculi habeant, ſicut fragor armorum, concurſus equorum, & alia huiuſmodi. Quę quidẽ maxime aſpexerunt per experientiam non eſſe terribilia. Vnde videntur fortes cũ talibus ſine timore ſe ingerunt, quę alijs ſcilicet inexpertis, periculoſa videntur, qa neſciũt qualia ſint. Secundo conſequuntur ex experientia quod poſſunt facere, ideſt grauare aduerſarios & non pati, ideſt grauari ab eis cuſtodiendo ſcilicet ſe ab ictibus & percutiendo alios inquantum habent poteſtatem ad bene vtendum armis, & alia huiuſmodi habẽt, quæ ſunt efficacia ad hoc quòd ipſi poſſint lędere alios, ita quòd non lædantur. Vnde manifeſtum eſt, ꝙ ipſi pugnãt cum alijs ſicut armati cum inermibus. Quaſi enim inermis videtur qui armis non poteſt vti aut neſcit, & ſimile eſt de athletis, ideſt pugilibus fortibus & inſtructis cum idiotis, ideſt ruſticis inexpertis, quia in talibus agonibus, ſcilicet athletarum, non illi qui maxime poſſunt pugnare ſunt fortiſſimi, ſed illi qui ſunt potentes ſecundum virtutem corporalẽ, vt habentes corpora bene diſpoſita. Deinde cum dicit.

g ¶ Comparat militarem fortitudinem ad politicã. Et dicit quòd milites tamdiu fortiter agunt, quamdiu non vident pericula imminere. Sed quando periculum excedit peritiam, quam habent in armis, & quando non habent multitudinem ſecum, vel alias præparationes bellicas, tunc efficiuntur timidi. Et tunc primi fugiunt, non enim propter aliud erant audaces, niſi quia exiſtimabant ſibi periculum non imminere. Et ideo quando vident periculum, primi fugantur. Sed illi qui ſunt ciuiliter fortes, permanentes in periculis moriuntur. Sicut accidit in quodam loco vbi militibus fugientibus, ciues remanſerunt, quia ciues turpe reputabant fugere & magis eligebant mortem quàm ſaluari per fugam. Sed milites a principio exponunt ſe periculis extimantes ſe potentiores. Sed poſtquam cognouerunt aduerſarios eſſe potentiores, fugiunt, magis timentes mortem quàm turpem fugam. Non eſt autem ita de forti, qui magis timet turpitudinem, quàm mortem.

g Milites autem timidi ſunt quando ſuperextenditur periculum & deficiunt multitudinibus & præparationibus. Primi enim fugiunt. Ciuilia autẽ permanentia moriuntur. Quod in Hermeo contingit. his quidem enim turpe fugere, & mors tali ſalute eligibilior. Hi autem & ex principio periclitabantur vt meliores exiſtentes. Cognoſcentes autem fugiunt mortem magis turpi timentes. fortis autẽ non talis.

A *At vero milites tunc timidi fiunt cum excreſcit periculum, & inferiores ſunt copiis ac apparatu. Primi namque fugam arripiunt, vrbanæ vero copiæ manent atq; intereunt. Quod quidem, & in Hermeo accidit. Hæ namque turpe fugere & mortem tali ſaluti præferendam eſſe cenſent. Illi*

B *vero vt ſuperiores ab initio ſeſe obiectant periculis. Re autem intellecta, fugam arripiũt, mortem magis, quàm dedecus formidantes: ſed uir fortis non eſt talis.*

## LECTIO XVII.

ET furorem autem ſuper fortitudinem inferunt. Fortes enim eſſe videntur, & qui propter furorem quẽadmodum ferę in vulnerantes feruntur, quoniam & fortes furoris ſpeciem habent. Impetuoſiſsimus enim furor ad pericula. Vnde & Homerus. Virtutem immitte furori. et Virtutem & furorem erige. et Auſteram autem per ſingulas nares virtutẽ emittebat & ebulliuit ſanguis. Omnia enim talia videntur ſignificare furoris erectionem & impetum.

## *LECTIO XVII.*

C *AT qui iram etiam ad fortitudinem referunt. Fortes enim & ii uidentur, qui ob iram feruntur perinde atque feræ in eos, qui ipſos vulnere affecerunt, quia & fortes concitantur ira. Eſt enim ira res impetuoſiſſima ad aggredienda pericula. Quapropter Homerus dixit. Vires iniecit ira. Et animum ira concitauit. Et acuta per nares uis, & efferbuit ſanguis. Hæc enim uniuerſa ire concitationem impetumue ſignificare uidentur.*

b Fortes quidem igitur propter bonum operantur. Furor autem cooperatur eis.

D *Fortes igitur ob honeſtatem agunt & ipſa ira ſubminiſtrat.*

c Ferę autem propter triſtitiã. Propter vulnerari enim vel propter timere. Quia ſi in ſylua vel in palude eſſent non aduenirẽt. Non vtique ſunt fortes a dolore & furore impulſi ad periculũ nihil periculorum præuidentes.

*Feræ autem ob dolorem. Quia namque uulnus acceperunt, uel quia timent. Nam ſi ſuis in luſtris ſint, non inuadunt. Non igitur ſunt fortes propterea quòd a dolore concitatæ, ac ira ad periculum irruunt, nihil prouidentes malorum. Nam hoc*

## LECTIO XVII.

POſitis duobus modis fortitudinis non verę, hic ponit tertium modum, ſcilicet qui eſt per iram impellẽtem ad actum fortitudinis. Et circa hoc duo facit. Primo enim oſtendit, quomodo furor incliinet ad actum fortitudinis. Secundo oſtendit differentiam ad veram fortitudinem, ibi { Fortes quidem igitur &c. } Dicit ergo primo, quòd homines in communi vſu loquendi, inferũt furorem ſupra fortitudinem, dum ſcilicet fortitudini attribuunt ea, quæ per furorem furentes vel irati faciunt. Nam furentes vel irati vidẽtur eſſe fortes. Sicut & beſtię, quæ in furorem concitatæ irruũt in homines, qui eas verberant. Habet. n. fortitudo quamdam furoris ſimilitudinẽ, inquantũ ſcilicet furor cum maximo impetu inducit in pericula. Fortis autem cũ magna virtute animi in pericula tẽdit. Et inducit ad hoc verſus Homeri, qui ammonendo quendam dicit. Virtutem immitte furori, vt ſcilicet furor per virtutẽ animi reguletur. Et virtutem erige & furorem, vt ſcilicet per irã virtus animi prõptior ad actum reddatur. Et alibi dicit de quibuſdam, quòd ꝑ ſingulas nares emittebant auſteram virtutem, ſcilicet furorẽ, qui propter calefactionem cordis facit cum magno impetu reſpirare, intantum quòd aliquando ex impetu irę bullit ſanguis per nares. Et dicit Philoſophus, quòd prædicta verba Homeri uidentur ſignificare, quòd furor exigatur, & impetũ faciat ad actus fortitudinis. Deinde cum dicit.

E b ¶ Oſtendit differentiam huius fortitudinis ad veram fortitudinem. Et circa hoc tria facit. Primo oſtendit quid conueniat verę fortitudini. Secundo, quid conueniat furori beſtiarum, ibi. { Feræ autem propter triſtitiam &c. } Tertio, quid conueniat furori humano, ibi. { Et homines vtique. } Dicit ergo, ꝙ fortes nõ impelluntur ad opera fortitudinis per agenda ex impetu furoris, ſed ex intentione boni, ſed furor ſecundario ſe habet in actu eorum admodum cooperantis. Deinde cum dicit.

c ¶ Oſtendit quomodo ira beſtiarum ſe habeat ad actum fortitudinis. Et dicit, quòd feræ aggrediuntur pericula propter triſtitiam, ideſt malorum, quæ actu patiuntur. Puta cum vulnerantur. vel propter timorem eorum, quæ timent ſe paſſuras. Puta ſi timent ſe vulnerandas, ex hoc incitatæ ad iram homines inuadunt. Quia ſi eſſent in ſylua vel in palude, non vulnerarentur, nec timerent vulnerari, & ita non venirent ad inuadendos homines. Vnde patet, ꝙ in eis non eſt vera fortitudo, quiã impelluntur ad pericula ſolum dolore & furore, cum tamen nihil

periculorum

periculorum præuideant. Sicut illi, qui ex electione fortiter operantur. Si enim beſtiæ, quæ ex paſſione agunt fortes eſſent, pari ratione & aſini eſſent fortes, qui propter concupiſcentiam cibi non deſiſtunt a paſcuis, quando eſuriunt licet percutiantur. Et ſimiliter etiam propter concupiſcentiam venereorum, multa auſibilia aggrediuntur, nec tamen in his eſt vera fortitudo, quia non operãtur ex electione boni, ſed propter paſſionẽ. Et ſic patet, quòd nec etiã animalia, quæ propter dolorem impellũtur ad pericula habent veram fortitudinem. Et quàmuis poſita ſit ſimilitudo de concupiſcentia & furore, inter omnes tamen paſſiones illa fortitudo videtur eſſe connaturalior veræ fortitudini, quæ eſt propter furorem, ita quòd ſi præaccipiat electionẽ & debitum finẽ cuius gratia operetur, erit vera fortitudo. Et ſignãter dicit præaccipiẽs, quia in vera fortitudine furor debet ſequi electionem, non præire. Deinde cum dicit.

d ¶ Oſtendit quid conueniat fortitudini, quæ eſt ex ira in hominibus, qui quidem videntur ex electione operari & aliquem finem intendere, ſcilicet punitionẽ eius contra quem iraſcitur. Vnde dicit, quod homines irati dolent propter iniuriam illatam & nõdum vindicatam. Sed quando iam puniunt, delectãtur, vtpote ſuum deſiderium implentes. Qui autem propter hoc fortiter operantur, poſſunt quidem dici pugnantes, ſed non fortes, quia non operantur bonũ, neque ductu rationis, ſed propter paſſionẽ, propter quam vindictam appetunt. Habent tamen aliquid ſimile veræ fortitudini, vt ex prædictis patet. Deinde cũ dicit.

e ¶ Ponit quartum modũ fortitudinis, ſecundum quòd aliqui fortes dicuntur propter ſpem. Et circa hoc tria facit. Primo ponit hunc modum fortitudinis. Secundo comparat hunc modum ad veram fortitudinem, ibi. {Conſimiles autem &c.} Tertio infert quoddam correlarium ex dictis, ibi. {Propter quod fortioris &c.} Dicit ergo primo, quòd ſicut illi, qui propter iram fortiter agunt non ſunt vere fortes, ita neque illi qui propter ſolam ſpem victoriæ vere fortes dicuntur. Eſt enim in eis aliqua præ eminentia per quam differũt ab alijs, quia propter hoc, quòd multoties vicerunt in periculis exiſtentes, confidunt etiam nunc victoriam obtinere, non propter aliquam peritiam, quam per experientiam ſunt adepti. Hoc enim

F pertinet ad ſecundum modum fortitudinis, ſed propter ſolam fiduciam, quam ex frequentibus victorijs acceperunt. Deinde cum dicit.

f ¶ Comparat hanc fortitudinem veræ fortitudini. Et dicit quod iſti, qui ſic ſunt bene ſperantes, ſunt conſimiles vere fortibus, quia ambo ſunt audaces, ideſt pericula audacter aggredientes; non autem ſecundũ quòd audax dicitur aliquis vitioſe. Sed differunt, quia fortes audacter aggrediuntur propter prędicta ſcilicet ex electione, & propter bonum. Sed iſti qui ſunt bonæ ſpei, aggrediũtur audacter propter hoc, quòd æſtimant ſe eſſe meliores in pugna & nihil ſe paſſuros contrarium ab alijs. Et eſt ſimile de inebriatis, qui etiã multiplicatis ſpiritibus propter vinum efficiuntur bonę ſpei. Sed quando talibus non accidunt ea quę ſperant, nõ perſiſtũt ſed fugiunt. Sed proprium fortis eſt vt ſuſtineat propter bonũ vel ad euitãdam turpitudinem inhoneſti ea, quæ ſunt homini terribilia ſecundum rei veritatem, & non ſolum ſecundũ apparentiam. Deinde cum dicit.

g Infert quoddã correlarium ex dictis. Quia enim ad fortẽ pertinet ſecũdum inclinationem proprij habitus terribilia ſuſtinere magis videtur eſſe fortis, qui in repẽtinis timoribus non timet, neque perturbatur, quàm ſi hoc accidat in his, quæ ſunt prius manifeſta. Magis enim videtur eſſe ab habitu, inquantũ minus videtur ſe præparaſſe ad talia ſuſtinẽda. Illa enim quę ſunt prius manifeſta, poteſt aliquis eligere per rationem, & deliberationem etiam contra inclinationẽ habitus vel paſſiõis. Nulla enim cauſa eſt tam vehemens inclinatio habitus vel paſſionis, cui ratio non poſſit reſiſtere, dummodo remaneat homini rationis vſus per quem per ſe, ſe habet ad oppoſita. Sed in repentinis homo non poteſt deliberare. Vnde videtur operari ex interiori inclinatione, quæ ſecundum habitum eſt. Deinde cum dicit.

h ¶ Ponit quintum modum fortitudinis non veræ. Et dicit quod illi qui ignorant pericula videntur eſſe fortes, dum ſcilicet audacter aggrediuntur ea, quæ ſunt periculoſa, licet eis non videatur. Et non longe differunt ab his, qui ſunt fortes propter bonam ſpem. Vtrique enim æſtimant non imminere eis pericula. Sed in hoc differunt, quòd ignorantes non eſtimant ea, quæ aggrediuntur

quia ſic & aſini fortes eſſent eſurientes. percuſſi enim non deſiſtunt a paſcuis. Sed & adulteri propter concupiſcentiam & audaciam multa operantur. Non vtique ſunt fortia per dolorem vel furorem impulſa ad periculum. Naturaliſſima autem videtur, quæ propter furorem eſſe; & pręaccipiens electionem & cuius gratia, fortitudo eſſe.

G

d Et homines vtique irati quidem dolent, punientes autem delectantur. Qui autem propter hęc pugnaces quidem, non fortes autem. Non enim propter bonum, neque vt ratio, ſed propter paſſionem. Simile autem habent aliquid.

H e Neque enim bonæ ſpei differentes exiſtentes fortes. Propter multoties enim & multos viciſſe confidunt in periculis.

f Conſimiles autem quoniam ambo audaces. Sed fortes quidem propter prędicta audaces. Hi autem propter extimare meliores eſſe, & nihil contra pati. tale autem faciunt & inebriati. bene ſperantes enim fiunt. quando autem ipſis non accidunt talia fugiũt. Fortis autem erit terribilia homini exiſtẽtia, & non apparẽtia ſuſtinere, quoniam bonum, & turpe non.

I

g Propter quòd fortior is videtur eſſe in repentinis timoribus & impauidum, & inturbatũ eſſe quàm ĩ præmanifeſtis. Ab habitu.n. magis vel quoniam minus ex præparatione. Præmanifeſta quidem.n. ſi ex ratione & cogitatione aliquis præeligat. Repẽtina autem ſecundum habitũ.

K

h Fortes autem vidẽtur & ignorantes. Et ſunt non longe ab his qui bonę ſpei. Deteriores autẽ quanto dignitatem nullam ha-

*modo & ipſi aſini cum eſuriunt fortes eſſent. non enim a pabulo verberibus dimouentur. Adulteri quoque propter libidinem multa audent. Non igitur fortes ſunt, quæ ob dolorem, ac iram ad pericula compelluntur. Maxime autem naturalis ea eſſe videtur, quæ eſt ob iram, & eſſe fortitudo electione ſumpta fineque.*

*Et ipſi etiam homines cum iraſcuntur dolent. cum vlciſcuntur capiunt voluptatem. Qui autem propter hæc agunt pugnaces quidem ſunt, at non fortes. Non enim ob honeſtatẽ agũt, nec vt ratio præcipit, ſed ob ipſum affectum. Aliqua tamen ex parte ſunt ſimiles fortibus.*

*Nec etiam ii, qui ſunt ſpe freti ſunt fortes. Nam ex eo quia ſæpe multosque uicerunt, fiduciam in periculis habent,*

*Sunt autem ſimiles fortibus, quia vtrique confidunt. Sed fortes quidem ob eas res quas paulo antea diximus. Illi uero quia ſe ſuperiores eſſe putãt, & nihil uiciſſim ſuſcepturos mali. Tale & ipſi ebrii faciunt. Sperant enim omnia ſibi proſpere euenire. Cum uero non eueniunt ipſis talia, fugam arripiunt. At uiri fortis erat, res eas quæ ſunt hominibus & uidentur formidoloſæ ferre, quia honeſtum eſt ferre, & turpe non ferre.*

*Quamobrem & magis fortis eſſe videtur ſubitis potius in terroribus interritum eſſe ac ſine turbatione, quàm in prouiſis. Eſt enim ab habitu magis, aut minus ex apparatu. Nam antea uiſa cogitatione & ratione quiſpiam eliget. At ea quæ repente eueniunt, habitu.*

*Fortes etiam eſſe uidentur, & qui ignorant. Et ſunt non longe ab ijs, qui ſpe freti confidunt. Deteriores autem ſunt, quantum dignitatis nihil ha-*



aggrediuntur eſſe ſimpliciter, & in ſeipſis periculoſa. Et illi qui ſunt bonæ ſpei cognoſcunt qualia ſint in ſe ea, quæ aggrediuntur. Sed tamen non reputant ea eſſe ſibi periculoſa. Vnde illi qui ſunt ignorantes, tanto ſunt deteriores illis, qui ſunt bonæ ſpei, quanto nullam dignitatem habent, ſed ex ſolo defectu ſciẽtiæ ad pericula currunt. Illi autem qui ſunt bonæ ſpei, etiã poſtquam cognoſcũt pericula, permanent per aliquod tempus, donec ſcilicet magnitudo periculi ſuperet eorum ſpem. Sed illi qui per ignorãtiã ſunt fortes, ſtatim vt cognoſcunt aliud eſſe quàm ſuſpicabantur fugiunt. Quod paſſi ſunt Argiui qui erant quidam ciues Grecię, qui dum putarent contra Sycionios pugnare, qui erant alij ciues eis infirmiores, inciderũt in quoſdam alios fortiores. Vltimo autẽ concludit, quòd hi de quibus dictum eſt dicuntur fortes inquantum eſtimãtur fortes, propter ſimilitudinem, nõ quòd vere ſint fortes.

LECTIO XVIII.

Poſtquam Philoſophus determinauit materiam & actũ fortitudinis, hic determinat quaſdã proprietates fortitudinis ſecundum quòd fortitudo ſe habet ad delectationem vel triſtitiã. Et circa hoc duo facit. Primo ponit fortitudinis proprietates. Secũdo excludit eas a militari fortitudine. {Milites aũt vel forſitan &c.} Circa primum tria facit. Primo oſtendit qũo ſe habet fortitudo ad timorem & audaciam. Secũdo, quo modo fortitudo ſe habeat ad triſtitiam, ibi. {Suſtinendo vtique &c.} Tertio, qũo ſe habeat ad delectationem, ibi. {Sed & adhuc videtur &c.} Dicit ergo primo, quod cum fortitudo ſit circa audacias & timores, non æqualiter eſt circa vtrũq;. Sed magis laus hui9 virtutis eſt in hoc, quod aliquis bene ſe habet circa terribilia. Ille.n. qui in terribilibus non perturbatur, ſed circa ea ſe habet ſicut oportet, magis cõmendatur, quod ſit fortis, quàm ille qui bene ſe habet circa audacias. Et hoc ideo, quia timor imminet homini ab aliquo fortiori contra ipſum inſurgente. Audacia autẽ conſurgit ex hoc, quòd aliquis eſtimat eũ quẽ inuadit, ſuã nõ excedere poteſtatem. Difficilius autem eſt ſtare contra fortiorem, quàm inſurgere in æqualem vel minorem. Deinde cum dicit.

b ¶ Oſtendit qualiter fortitudo ſe habeat circa triſtitiam. Ad cuius euidentiam conſiderandum eſt, quod idẽ eſt obiectũ timoris & triſtitiæ, ſcilicet malum. Sed differunt ſecundũ differentiã præ-

A teriti & futuri. Nam malum futurum eſt terribile, malum autem pręſentialiter imminens eſt contriſtans. Ad fortem autem pertinet nõ ſolum ſtare contra timores futurorum periculorũ, ſed etiam in ipſis periculis perſiſtere, ſicut prius dictum eſt. Et ideo dicit, quòd præcipue dicuntur fortes, ex eo quòd bene ſuſtinent triſtia, ideſt præſentialiter imminentia; puta percuſſiões & vulnera. Et inde ẽ quod fortitudo habet triſtitiã adiunctã. Et ex hoc iuſte laudat, quia non recedit a bono virtutis ad hoc quod fugiat triſtitiam. Rationabiliter autẽ ex hoc fortitudo eſt maxime laudabilis, quia laus virtutis maxime cõſiſtit in hoc quod aliqs bene operetur circa difficilia. Difficilius autẽ eſt quod aliqs ſuſtineat triſtitia, quod pertinet ad fortitudinem, quam quod abſtineat a delectabilibus, quod pertinet ed tẽperantiã. Vñ laudabilior ẽ fortitudo quam temperãtia. Deinde cũ dicit.

c ¶ Oſtẽdit qũo fortitudo ſe habeat circa delectationem. Et circa hoc tria facit. Primo oſtendit propoſitũ. Secũdo excludit errorem, ibi. {Et quãto vtiq; &c.} Tertio ĩfert quoddã correlariũ ex dictis, ibi. {Nõ vtique in oĩbus &c.} Dicit ergo primo, quod cum fortitudo ſit in ſuſtinendo triſtia, videtur quidem fortis habere aliquã delectationem in aſſequutione finis propter quẽ fortiter agit ſed iſta delectatio euaneſcit, ideſt debiliter ſentitur propter circũſtantes triſtitias ſicut accidit in agonibus gymnaſticis, in quibus.ſ. pugiles nudi pugnant. Delectãtur n. pugiles ĩ fine, cuius gratia pugnãt, ſcilicet quia coronãtur & honorantur. Sed ſuſtinere percuſſiões eſt eis doloroſum. Et hoc negare, eſt negare eos eſſe carnales. Quia ſi habent carnem ſenſibilẽ, neceſſe eſt quod lęſiua inferãt eis dolorem. Et ſimiliter omnis labor quẽ ſuſtinẽt in pugnãdo, eſt eis triſtabilis. Et quia eis ſunt multa triſtabilia & doloroſa quæ ſuſtinent, & bonũ quod habent pro fine eſt aliquid paruũ, non videntur aliquam delectationẽ ſentire, quia delectatio abſorbetur a maiori triſtitia. Et ita etiã accidit in actu fortitudinis, quia mors & vulnera ſunt doloroſa forti, quãuis fortis ea ſuſtineat propter aſſequendum bonũ virtutis, & propter vitandam turpitudinem vitioſam, qui quidẽ finis eſt potior quàm pugilum. Vnde magis remanet aliquid de delectatione finis. Deinde cum dicit.

d ¶ Excludit errorem Stoicorum, qui ponebant quòd virtuoſi nullam triſtitiam habent. Circa hoc duo facit. Primo oſtendit, quòd forti imminet maxima triſtitia. Secundo, quòd per hoc nõ minuitur

bent. Illi autem propter quod & permanent per aliquod tempus. Hi autem decepti, quoniã ſi cognouerint aliud quàm ſuſpicantur, fugiunt. Quod Argi patiebantur incidentes Laconibus & Sycionijs. Et fortes vtiq; dicti ſunt quales quidam, & exiſtimati fortes.

B

## LECTIO XVIII.

Circa audacias autem & timores fortitudo exiſtens non ſimiliter circa ambo eſt, ſed magis circa terribilia. In his enim imperturbatus, & circa hæc vt oportet habens fortis, magis quâm qui circa audacias.

C

b In ſuſtinendo vtique triſtia, vt dictũ eſt, fortes dicũtur: propter quod & triſte fortitudo & iuſte laudatur. Difficilius enim triſtia, vt dictum eſt, ſuſtinere, quàm a delectabilib9 abſtinere.

c Sed & adhuc videbitur vtiq; eſſe, qui ſecundũ fortitudinem finis delectabilis. Ab his autẽ, quę circa finẽ euaneſcere, quale & ĩ gymnaſticis agonibus fit. Pugilibus enim finis delectabilis, cuius gratia corona & honores. Percuti autẽ doloroſum, ſi carnales & triſte oĩs labor. Propter multa autem hæc eſſe, paruum exiſtens cuius gratia nihil delectabile videtur habere. Si vtique tale eſt, & quod circa fortitudinem mors quidem & vulnera triſtia forti & volẽti erũt. Suſtinet autẽ hęc quoniam bonum, vel quoniam turpe non.

D

E d Et quanto vtique virtutem habeat omnẽ & felicior ſit, magis in morte triſtior erit. tali.n. maxie viuere dignũ. Et iſte maximis bonis priuatur ſciens.

*bent, illi autem habent. Quapropter & aliquo tempore manet. Hi vero decepti ſi cognouerint vel ſuſpicati fuerint aliud eſſe quàm putabant, fugiũt. Quod quidem Arginis contigit, cum in Lacedemonios tamquàm in Sycionios incidiſſent. Dictum igitur quales nam ſint ipſi fortes, & ij quoque qui fortes eſſe videntur.*

## *LECTIO XVIII.*

*Sed quãquàm circa fiducias metuſue fortitudo verſatur, tamen non ſimili modo circa vtrumque, ſed magis circa res formidoloſas cernitur. Qui namque non turbatur in hiſce, atque ſe habet circa has vt oportet, magis ẽ fortis, quàm is qui circa eas ĩ qb9 cõfiditur ſe habet ut oportet.*

*Fortes igitur ex eo dicuntur, quia res ut dictum eſt, inferentes dolores tolerant. Iccirco fortitudo dolores affert & non iniuria laudatur. Difficilius.n. eſt dolores ferre, quàm a uoluptatibus abſtinere.*

*Enimuero fortitudinis finis iocundus eſt, uerum ab euenientibus doloribus obfuſcatur, ut & in certaminibus fieri ſolet. Nam pugilibus finis quidem ipſe iocundus eſt, gratia cuius certant, coronæ inquam, atque honores. Sed cedi moleſtum eſt, cum ſint e carne, doloreſque affert, & omnis omnino labor. Atque quia hæc ſunt multa, ideo id gratia cuius certant, cum ſit res parua nihil iocundi uidetur habere. Quod ſi tale & circa fortitudinem eſt mors quidem atq; uulnera forti uiro moleſta erunt atque inuito. Feret tamen, quòd honeſtum eſt ea ferre, uel turpe non ferre.*

*Atq; quo magis oĩs uirtute pollet & fælicior eſt, eo magis ob mortem ſane dolebit. Vir.n. talis maxime dignus eſt uita, maximiſq; bonis priuatur idipſum ſciẽs, quod quidẽ dolorẽ affert.*

minuitur eius fortitudo, ſed augetur, ibi. { Triſte autem &c. } Arguit autem in prima parte, ex eo ꝙ ſupponebāt Stoici. ſ. ꝙ nihil eſſet bonū hoīs niſi virtus. Et ideo dicebāt virtuoſum nō triſtari, quia in proprio bono nō patitur aliquod detrimētū. Sed ecōſo Philoſophus dicit, ꝙ quāto aliquis eſt magis perfectus in virtute, & magis fœlix ſecundum fœlicitatatem præſentis vitę, tāto magis imminet ei triſtari in morte ſm conſiderationē bonorū præſentis vitæ. Duo. n. ſunt quę augent triſtitiam alicuius hominis in amiſſione alicuius boni. Primo quidē, qñ priuatur bono quo dignus erat. Secundo, propter magnitudinem boni quo priuatur. Et vtrunq; accidit in propoſito, q̄a virtuoſo maxime dignū eſt, ꝙ viuat. Priuatur etiam virtuoſus ſcienter maximis bonis. ſ. optima vita & virtutibus quas amittit quantū ad vſū pręſētis vitę. Et hoc infert ei triſtitiā, etiā dato ꝙ nō immineat ei triſtitia reſpectu quorūcūq; aliorū malorū quæ tolerantur ſalua vita. Conſiderādū tñ, ꝙ aliquibꝰ virtuoſis propter ſpem futuræ vitæ fit mors deſiderabilis. Sed neq; Stoici ſic loquebātur. Neq; ad Philoſophum pertinebat de his quæ ad ſtatū alterius vitæ pertinēt in præſenti ope loqui. Deinde cum dicit.

e ¶ Dicit ꝙ pdicta triſtitia non minuit fortitudinem. Sed ex hoc dicitur aliq̄s magis fortis, ex eo ꝙ bonū fortitudinis quod quæritur in bello, eligit præ illis bonis q̄ moriēdo amittit, magis appetēs vnū magnum bonum facere quàm multa minora bona ſeruare, ſicut infra nono huius dicetur. Deinde cum dicit.

e Triſte autem hoc. Sed nihil minus fortis. Forſitan autem & magis, quoniam in bello bonū præ illis eligit.

f Non vtique autem in omnibus virtutibus delectabiliter operari exiſtit, pręter quàm inquantum finem attingit. G

g Milites autem nihil forſitan prohibet nō tales eſſe optimos, ſed eos qui minus quidem fortes, aliud autem bonum nullū habentes. Parati quidem enim iſti ad pericula, & vitam ad parua lucra permutant.

h De fortitudine quidem igitur intantum dictum ſit. Quid autem eſt, non difficile typo accipere ex his quę dicta ſunt.

## LECTIO XIX.

POſt hęc de temperantia dicamus, vidētur enim irrationabilium partiū hæ eſſe virtutes.

b Quoniam quidem igitur medietas circa delectationes temperantia dictum eſt nobis. Minus enim & non ſimiliter eſt circa triſtitias. In his autem & intemperantia videtur.

c Circa quales igitur delectationes nunc determinemus.

d Determinantur autem animales & corporales, puta amor

*Verum nihilominus eſt fortis, & eo magis fortaſſe, quòd honeſtatem quæ eſt in bello his anteponit.*

*Nec fit vt omnibus in virtutibus cum voluptate operemur, niſi quoad attingitur finis.*

*Nihil autem fortaſſe vetat non eos qui tales ſunt præſtantiſſimos milites eſſe, ſed eos qui minus quidem ſunt fortes, nullum autem aliud bonum habent. Hi namque parati ſunt ſeſe periculis obiectare, uitamque pro paruo emolumento produnt.*

*De fortitudine igitur hactenus dixiſſe ſufficiat. Quid autem eſt ex iis quæ diximus, non eſt difficile comprehendere ac aſſignare figura.* H

## *LECTIO XIX.*

*POſt hanc de temperantia dicamus. Hæ namque virtutes partium earum eſſe vidētur, quæ ſunt rationis expertes.*

*Atque temperantiam circa uoluptates mediocritatem eſſe iam antea diximus. Minus tamen & non ſimiliter circa dolores uerſatur. In eiſdem autem & intemperantia eſt.* I

*Sed nunc circa quas eſt uoluptates determinemus oportet.*

*Diuidantur igitur animæ, atq; corporis uoluptates, ut honoris cupiditas*

Lectio. 13. f ¶ Cōcludit ex pręmiſſis, ꝙ licet in Primo & Secūdo dictū ſit, ꝙ operationes virtutū ſunt delectabiles, non tamē in oībus virtutibꝰ exiſtit opatio delectabilis, niſi ſm ꝙ attingit finē. Et hoc dicitur propter fortitudinē, vt ex dictis patet. Deinde cū dicit. K

g ¶ Excludit prędictas proprietates a militari fortitudine. Et dicit, ꝙ nihil prohibet aliquos eſſe optimos milites, qui non ſunt tales quales deſcripſimus eſſe fortes. Sed forte illi q̄ ſunt minus fortes ſunt milites meliores, & nullum aliud bonum attendūt, ſicut nec fortitudinis. Sunt enim parati ad pericula, nō propter aliquod bonum virtuti, ſed vitam ſuam quam exponunt diſcrimini quoddammodo commutant ad parua lucra, puta ſtipendiorum & prædarum. Deinde cum dicit.

h. Epilogat q̄ dicta ſunt. Et dicit ꝙ pōt figuraliter accipi q̄d ē fortitudo. Vt dicamus ꝙ fortitudo eſt virtus medio modo ſe habēs ſecundū rationē rectā circa timores & audacias propter bonū.

## LECTIO XIX.

POſtquam Philoſophus determinauit de fortitudine, quę reſpicit terribilia, quæ ſunt corruptiua humanæ vitæ, hic agit de temperantia quæ reſpicit delectabilia, quibus humana vita conſeruatur. ſ. cibos & venerea. Et circa hoc duo facit. Primo dicit de quo eſt intentio. Secūdo exequitur propoſitum, ibi. { Quoniam quidē &c. } Dicit ergo primo, ꝙ poſt hæc quę dicta ſunt de fortitudine, dicendū eſt de tēperantia. Et rationem cōtinuationis aſſignat ex hoc, quòd iſtæ duæ virtutes conueniunt in ſubiecto. Vtraq; enim eſt irrationabilium partiū, prout. ſ. irrationalis pars animæ dicitur, quæ nata eſt & conuenire, & obedire rationi, vt ſupra in principio habitū eſt. Huiuſmodi autē eſt appetitus ſenſitiuus, ad quem pertinent animæ paſſiones. Vnde oportet, ꝙ in appetitu ſenſitiuo ſint omnes virtutes quæ ſunt circa paſſiões. Eſt autem fortitudo circa paſſiones timoris & audaciæ, quę ſunt in iraſcibili, temperantia vero eſt circa delectationes & triſtitias quę ſunt in concupiſcibili. Vnde fortitudo eſt in iraſcibili, ſed temperātia eſt in concupiſcibili. Cōſiderādum tamē eſt, quòd delectationes circa quas eſt temperantia, ſunt communes nobis & brutis. ſ. delectationes ciborū & venereorum. Et ſimiliter timores circa quos ē fortitudo ſūt communes nobis & brutis; ſcilicet timores mortis. Et ideo ſpecialiter dixit, ꝙ hę due virtutes ſunt irrationabilium partium, quia ad irrationales partes animæ pertinent, non ſolū propter ipſas paſſiones, ſed etiā propter paſſionum obiecta. Sunt enim quædam paſſiões, ex quarum obiectis bruta animalia non patiuntur, ſicut diuitiæ & honores, & alia huiuſmodi. Deinde cum dicit.

b ¶ Incipit determinare de temperantia. Et primo inquirit q̄ ſit materia temperantiæ. Secundo, determinat actū ipſius & oppoſitorum vitiorum, ibi. { Concupiſcentiarum autem. } Circa primum duo facit. Primo proponit in generali materiam temperantiæ. Secundo inquirit materiam ſpecialem, ibi. { Circa quales igitur &c. } Circa primum reſumit tria, quæ ſupra in ſecundo dicta ſunt. Quorum primum eſt, quòd temperantia mediū tenet circa delectationes. Secundum eſt, ꝙ ipſa etiam eſt circa triſtitias, quæ ſcilicet proueniunt ex abſentia delectabilium. Minus tamen temperantia eſt circa triſtitias, quàm circa delectationes, quia efficacius aliquid agit per ſuam præſentiam, quàm p ſuam abſentiam. Tertium autem, quòd intemperantia ſimiliter eſt circa delectationes & triſtitias, eo quòd contraria fiunt circa idem. Deinde cum dicit. Lectio. [illegible]

c ¶ Inquirit ſpecialem materiam temperantiæ. Et circa hoc tria facit. Primo dicit de quo eſt intentio. Secūdo diſtinguit delectationes, ibi. { Determinātur autem &c. } Tertio oſtendit circa quales delectationes ſit temperantia, ibi. { Quia circa tales &c. } Dicit ergo primo, quòd cum temperantia ſit circa delectationes, oportet nunc determinare circa quales delectatiōes ſit, vt in ſpeciali ratio temperantiæ cognoſcatur. Deinde cum dicit. Lectio. [illegible]

d ¶ Diſtinguit delectationes. Et dicit quòd earum, quædam ſunt animales, quædam corporales. Corporales quidem delectationes



tiones ſunt, quæ conſumuntur in quadā corporali paſſione exterioris ſenſus. Animales autem delectationes ſunt quæ conſumuntur ex ſola apprehenſione interiori. Et exemplificat de delectationibus animalibus, incipiens a cauſa delectatiōis, quæ eſt amor. Vnuſquiſque enim delectatur ex hoc quòd habet id quod amat. Inuenitur autē in quibuſdā amor honoris, & in quibuſdam amor diſciplinę, quę nō apprehenduntur exteriori ſenſu, ſed interiori apprehenſione animæ. Vnde vterque eorum, ſcilicet & ille qui eſt amator honoris, & ille q̄ ē amator diſciplinæ gaudet per id q̄d amat, dum ſcilicet habet ipſum. Et hoc gaudiū non fit per aliquam corporis paſſionem, ſed per ſolam apprehenſionem mentis. Deinde cum dicit.

e ¶ Oſtendit quòd circa animales delectationes non eſt tēperantia. Et deſignat tria genera harū delectationū. Quædam enim ſunt animaliter delectabilia, quæ habent quādam ſpeciē honeſtatis, ſicut honor & diſciplina, ſicut præmiſſum eſt. Et ideo dicit circa huiuſmodi delectationes non dicuntur aliqui neque temperati, neque intemperati, q̄a temperantia & intēperantia videntur reſpicere aliquas delectationes turpitudinem habentes. Sunt tamen & circa delectationes honoris, & diſciplinæ, q̄dā alia media & extrema ptinentia ad alias virtutes, vt patebit in Quarto. Secūdo ibi.

f ¶ Ponit quaſdam alias delectatiões animales, quæ conſiſtūt in dictis vel factis hominum. Et dicit, ꝙ ſicut temperātia nō eſt circa delectationes honoris & diſciplinæ, ita etiam non eſt circa alias delectationes, quæ non ſunt corporales. Illos enim qui amant audire fabulas & narrare, & totum diem terunt vel expendunt in quibuſcumque contingentibus dictis vel factis, ſcilicet non neceſſarijs, neque vtilibus, dicimus eſſe garrulos, ſed non dicimus eos eſſe intemperatos. Quia intemperantia non ſolum habet vanitatem, ſed etiam turpitudinem quandam. Tertio ibi.

g ¶ Ponit tertium genus animalium delectationum, quæ ſunt reſpectu externarum rerum, ſicut ſunt pecuniæ & amici. Vnde dicit quòd illi, qui inordinate contriſtantur in ſubtractione pecuniarum & amicorum, non dicuntur intemperati. Sed poſſunt dici ſecundum aliquid vitioſi, quia tales triſtitiæ non habent turpitudinem, ſed ſolam inordinationem appetitus. Et ex his concludit, quòd ex quo temperantia non eſt circa aliq̄d genus animalium delectationum, quòd ſit circa corporales delectationes. Deinde cum dicit.

h ¶ Oſtendit quòd temperantia non ſit circa omnes delectationes corporales, ſed circa aliquas. Et primo oſtendit, quòd temperantia non ſit circa delectationes trium ſenſuum, qui per ex- A traneum medium ſentiunt. Secundo oſtendit, quomodo ſit circa delectationes duorum ſenſuum, qui ſentiunt per medium cōiunctum, ibi. { Videntur aūt vtique & guſtu &c. } Circa primum tria facit. Primo oſtendit, quòd temperantia non ſit circa delectationes trium ſenſuum prædictorum. Secundo oſtendit, quòd huiuſmodi delectationes non conueniunt animalibus brutis, ibi. { Non eſt autem, neque in aliis &c. } Tertio infert quandam cōcluſionem ex dictis, ibi { Circa tales igitur &c. } Circa primum tria facit. Primo manifeſtat, quòd temperantia non ſit circa delectationes viſus. Et dicit, quòd temperantia non eſt circa omnes delectationes corporales, quæ fiunt per exteriores ſenſus. Illi enim qui delectantur in viſibilibus, non dicuntur ex hoc temperati, neque intemperati. Et exemplificat de tribꝰ generibus viſibiliū. Quorum quædam ſunt ſenſibilia propria viſus, ſicut colores. Quędam autem ſenſibilia cōmunia, quæ tamē per viſum maxime cognoſcuntur, ſicut figuræ. Quędam autem ſunt ſenſibilia per accidens, ſicut ſcriptura, ratione eius quod per ſcripturam ſignificatur. Nec hic dicitur quin in his poſſit virtus eſſe & vitium. Contingit enim quòd in talibus aliq̄s delectetur, ſicut oportet, ideſt medio modo ſecundum ſuperabundantiam & defectum, q̄ pertinent ad curioſitatem, non autem ad intemperātiam, quæ eſt circa delectatiōes vehementiores. Secundo ibi. Lectio. 20.

i ¶ Oſtēdit, quòd tēperantia non eſt circa delectationes proprias auditus. Et dicit, quòd ſimiliter ſe habet in delectationibus, quæ ſunt circa auditū, ꝙ ſ. circa eas non eſt temperantia vel intemperantia. Si. n. aliquis in melodijs. i. in conſonantijs humanarū vocū, & hypocriſi. i. ſimulatione humanæ vocis, quæ fit per inſtrumenta, aliq̄s gaudeat, vel ſuperabundanter, vel ſecundum quod oportet, non ex hoc dicetur tēperatus, vel intemperatus. Quia nec etiam hæ ſunt multum vehementes delectationes. Poteſt autem pertinere ad aliam virtutem vel vitium. Tertio ibi. E

k ¶ Oſtendit quòd temperantia non ſit circa delectationes olfatus. Circa quod conſiderandum eſt, quòd ſicut in libro de Senſu & ſenſato dicitur, ſpecies odorum dupliciter diſtinguuntur. Vno modo ſecūdum ſe: alio modo per comparationem ad ſpecies ſaporum. Dicit ergo, quòd neque illi dicuntur temperati vel intemperati, qui delectantur in odoribus in ſe conſideratis, ſecundū quòd oportet vel pluſquam oportet, ſed ſolū ſi delectentur ſecundū accidēs. i. ſecundū q̄d coincidunt odores cū delectabilibus guſtus & tactus. Illos. n. qui gaudent odoribus pomorū vel roſarum, vel thimiamatum, quæ ſunt ſpecies odoris ſecundum ſe, non dicimus intemperatos, ſed illos qui delectatur

honoris, amor diſciplinę: vtroq; enim horum gaudet cuius amatiuus eſt. nihil patiente corpore, ſed magis mente.

e Qui autem circa tales delectationes: neque temperati: neque intemperati dicuntur.

f Similiter autem neq; qui circa alias quæcūque non corporales ſunt. Amatores enim fabularum & narratores, & de cōtingentibus contrahentes dies, garrulos, intemperatos autem non dicimus. B

g Neque contriſtatos in pecunijs vel amicis. Circa corporales aūt erit vtique intēperantia.

h Non omnes autem neq; has. Qui enim gaudent his quæ per viſum, puta coloribus & figuris & ſcriptura, neq; temperati neque intēperati dicuntur, quàmuis videantur vtique eſſe, & vt oportet gaudere, & his & ſecundum ſuperabundantiam & defectum. C

i Similiter autem in his & quæ circa auditum. Superabundāter enim gaudētes melodiis vel hypocriſi, nullus intemperatos dicit. Neq; enim eos qui vt oportet temperatos. D

k Neq; eos qui circa odorē pręter ſecundū accidens. Gaudentes. n. malorū, vel roſarum, vel thimiamatum odoribus, nō dicimus intemperatos, ſed magis eos, qui vnguentorum vel pulmentorum. Gaudent enim his

*& auiditas diſciplinæ. Nam tam ambitioſus quàm auidus diſciplinæ eo gaudet, cuius eſt auidus, & corpus nihil, ſed mens potius patitur.*

*Atque ij qui voluptatibus huiuſce modi alliciuntur, nec temperantes, nec intemperantes dicuntur.*

*Pari modo, neque qui circa cæteras voluptates quæ non attribuuntur corpori occupantur. Eos enim qui fabulis & narrationibus delectantur, & circa talia dies conſumūt, verboſos quidem atque deliros, intemperantes autem nō conſueuimus appellare.*

*Nec eos ēt qui pecuniarū uel amicorū cā dolent. Tēperātia igitur nō circa aīæ, ſed circa corporis uoluptates uerſatur.*

*Non tamen & circa has ipſas omnes. Qui namque rebus iis gaudent, quæ uiſu percipiuntur, ut coloribus, figuris, pictura, nec temperantes, nec intemperantes dicuntur. Et ſi videntur et his homines & ut oportet, & magis quàm oportet, & minus etiam gaudere.*

*Simili modo neque qui rebus iis gaudēt, quæ auditu percipiūtur. Nemo. n. aut eos qui in cantu uel hiſtrionis gaudent uoce plus quàm oportet, intemperantes, aut eos qui ut oportet eiſdem gaudent, temperantes appellat.*

*Nec etiam ii, qui circa odores gaudent, niſi per accidens. Non. n. eos, qui malorum, aut roſarum, aut uaporum. ſed eos potius, qui unguentorum aut epularum odoribus delectātur, intemperantes dicimus eſſe. His. n. intemperātes ex eo gaudent, quia per hos ipſis*

in odoribus pulmentorum vel vnguentorum, quibus mulieres vnguntur. In his enim delectantur intemperati propter memoriam quorumdam aliorum, quæ concupiſcunt. Et hoc manifeſtat per exemplum eorum, qui eſuriunt qui gaudent odoribus, in quibus non delectantur cum ſunt repleti. Et ſic patet ꝙ non delectantur in odoribus ſecundum ſe, ſed per accidens. Sic enim gaudere odoribus pertinet ad intemperatũ, cui ſunt concupiſcibilia ea, q̃ per odores repręſentantur. Deinde cum dicit.

l ¶ Oſtendit quòd delectationes prędictorum ſenſuum nõ conueniunt aliis animalibus per ſe, ſed ſolum per accidens. Et dicit quòd in alijs animalibus non ſit delectatio ſecundũ prædictos tres ſenſus niſi per accidens, ideſt in ordine ad guſtum & tactum. Et hoc manifeſtat primo in ſenſu olfatus, quia canes non delectantur in odore leporum ꝓpter ipſum odorem, ſed propter cibũ quẽ ſperãt, cuius ſenſum per odorẽ accipiunt. Secũdo oſtendit idẽ in ſenſu auditus. Et dicit, quòd leo delectatur in voce bouis propter comęſtionẽ quam appropinquare cognoſcit per vocem. vnde videtur gaudere voce bouis. ſed hoc eſt per accidens. Tertio manifeſtat idem in viſu. Et dicit, quòd etiam leo non delectatur in aſpectu cerui & capre, quam vocat agreſtem capram, quando inuenit aliquid huiuſmodi, ſed delectatur in ſpe habendi cibum. Horum autem ratio eſt, quia appetit⁹ animaliũ aliorum mouetur ſolo inſtinctu naturæ. Et ideo non delectatur niſi in his, quę pertinent ad ſuſtentationem naturæ, propter quam dantur eiuſmodi ſenſus animalib⁹. Sed hominibus dantur propter cognitionem ſenſibilium, ex quibus ꝓceditur ad cognitionem rationis, quæ mouet hominis appetitum. Et inde eſt, quòd homo delectatur in ipſa ſenſibilium conuenientia ſecundum ſe conſideratorum, & ſi non ordinentur ad ſuſtentationem naturę. Deinde cum dicit.

m ¶ Concludit ergo ex præmiſſis, quòd temperantia eſt circa tales operationes, ſeu delectationes, in quibus & reliqua animalia communicant cum homine. Et ſimiliter intemperantia. Vñ huiuſmodi delectationes videntur eſſe ſeruiles & beſtiales, quia id in quo communicamus cum beſtijs in nobis eſt ſeruile & naturaliter rationi ſubiectum. Huiuſmodi autem ſunt delectationes tactus & guſtus, qui ſunt duo ſenſus præter tres prædictos.

intemperati, quoniam per hoc rememoratio fit eis concupiſcibilium. Videbit autem vtique aliquis & alios quando eſuriunt gaudentes ciborum odoribus. Talibus autem gaudere intemperati. Huic enim concupiſcibile hoc.

G

l Non eſt autẽ hoc neq; in alijs animalibus ſecundum hos ſenſus delectatio præter ſecundum accidẽs: neq; enim odoribus leporum canes gaudent, ſed cibatione. Sẽſum autem odor fecit, neq; leo voce bouis, ſed comeſtione. quoniam autem prope eſt per vocem ſentit, & gaudere vtique hac videtur. Similiter autem, neque videns vel inueniẽs ceruum vel agreſtem capram, ſed quoniam cibum habebit.

H

m Circa tales vtique temperãtia & intemperantia eſt, quibus reliqua animalia communicãt. vnde ſeruiles & beſtiales videntur. Hæ autem ſunt tactus, & guſtus,

*rerum earum quas cupiunt recordatio fit. Videre etiam licet & cæteros cum eſuriunt epularum gaudẽtes odore. At his delectari intemperantis eſt. Quippe cum eius hæc obijciantur cupiditati.*

*At qui neque cætera animalia voluptatem niſi per accidens per hoſce capiunt ſenſus. Neque enim odore leporum, ſed eſu gaudent canes. Odor autem ſenſum fecit, neque uoce bouis leo, ſed eſu. Per vocem autem ſenſit illum eſſe propinquum, atque hoc ipſo gaudet. Pari modo neque ſi vidit, aut inuenit ceruum, aut feram capram, hoc ipſo gaudet, ſed quia cibum habebit.*

*Circa voluptates igitur tales temperantia intemperantiaque uerſatur, quæ quidẽ & cæteris animalibus ſunt communes. quocirca ſeruiles & ferinæ videntur. Hæ autem ſunt, quæ tactu guſtuque ſuſcipiuntur.*

## LECTIO XX.

Poſtquam Philoſophus oſtendit, quòd temperantia & intemperantia non ſunt circa delectatiões trium ſenſuum, ſed circa delectationes duorum, ſcilicet guſtus & tactus, hic oſtendit qualiter ſit circa delectationes vtriuſque. Et circa hoc tria facit. Primo oſtendit, quòd directe temperantia non eſt circa delectationes guſtus, ſed circa delectationes tactus. Secundo manifeſtat, quod dixerat per exemplũ, ibi. {Propter quod & orauit &c.} Tertio, infert concluſionem ex dictis, ibi. {Cõmuniſſimus autem &c.} Dicit ergo primo, ꝙ temperantia & in tẽperantia parum vel nihil videntur vti eo quod proprie pertinet ad guſtũ, prout ſcilicet ad guſtum ꝑtinet iudicare de ſaporibus. Sic autem vtuntur guſtu illi q probant vina, vel cõdiunt pulmenta, & experiuntur vtrum conuenientem ſaporem pulmentis dederint. In hoc autẽ non multum delectantur intemperati, vel etiã non ſubtrahitur eis multum de delectatione, ſi ciborum ſapores non bene diſcernant, ſed tota eorum delectatio conſiſtit in vſu quarumdam rerum delectabilium, puta in ſumptione ciborũ & potuum, & vſu venereorum, qui quidem vſus fit per tactũ. Vnde manifeſtum eſt, ꝙ delectatio intemperati, directe eſt circa tactum. Circa guſtũ autem, non eſt niſi ſecundum quòd ſapores faciunt delectabiliorem vſum ciborũ. Et ideo dixit ſupra, quòd parum vtitur intemperãtia guſtu, ſcilicet ſecundum illud, quod ordinatur ad tactum, vel nihil quantum ad id quod ſecundum ſe conuenit guſtui. Deinde cum dicit.

b ¶ Manifeſtat quod dixerat per exemplum. Quidã enim Phyloxenus nomine, Erichius patria, cum voraciter comederet pulmẽtum, deſiderauit vt guttur eius fieret longius gutture Gruis, vt ſcilicet diu cibus in eius gutture remaneret. Ex quo patet, ꝙ non delectabatur guſtu, qui non viget in gutture, ſed in lingua, ſed delectabatur ſolo tactu. Deinde cum dicit.

c ¶ Infert quoddã corollariũ ex dictis. Sẽſus n. tact⁹, circa quẽ eſt tẽperãtia, cõmuniſſimus eſt inter oẽs ſenſus, q̃a in hoc ſenſu cõicãt oĩa aĩalia. Et ideo intẽperãtia vr̃ eſſe iuſte exprobrabilis, quia nõ ineſt hominibus quantũ ad id, quod eſt propriũ hominis, ſed quantum ad id in quo cõmunicat cũ alijs animalibus.

## LECTIO XX.

Identur autem vtique & guſtu in parum vel in nihil vti. Guſtus. n. eſt iudicium ſaporum, quod faciunt qui vina probant, & pulmenta condiunt. Non multum autem gaudent his vel non intemperati, ſed vſu qui fit omnis per tactum & in cibis, & potibus, & venereis dictis.

b Propter quod & orauit quidam Phyloxenus Erichius pultiuorax exiſtens, guttur ipſius longi⁹ Gruis fieri, vt delectat⁹ tactu.

K

c Communiſsimus autem ſenſuum tactus, ſecundum quẽ intemperãtia. Et videtur vtiq; iuſte exprobabilis eſſe, quoniam

## LECTIO XX.

*At enim & guſtus parum intemperantes uel minime uti uidentur. Guſtu enim officiũ ſaporum iudicium eſt. Quod quidẽ ij faciunt, qui vina probant & epulas condiunt. Non nimium autẽ hiſce gaudent intemperãtes, ſed uoluptate, quæ fit omnis per tactum & in eſculentis, ac poculentis, et in hiſce, quæ uenerea nuncupantur.*

*Quapropter & quidam uoluptatibus deditus epularum, Philoxenus inquam Erixius, precatus eſt, ut longius ſibi guttur quàm gruis fieret, propterea quòd tactu delectabatur.*

*Senſuum igitur maxime communis eſt is circa quem intemperantia uerſatur, atque propterea iure uituperanda eſt, quòd hominibus non ratione, quia*



Delectari autem in talibus, & huiuſmodi diligere tanquam maxima bona, videtur eſſe maxime beſtiale. Et inde eſt quòd vitia intemperantiæ maximam turpitudinem habent, quia per ea homo beſtijs aſſimilatur. Et inde eſt, quòd ex huiuſmodi vitijs redditur homo maxime infamis, & vituperabilis. Et quia poſſet aliquis dicere, quòd etiam in his, q̃ ad tactum pertinent, eſt aliquod propriũ bonum, quod nõ eſt beſtiale, ideo ad hãc obuiationem excludẽdam ſubdit, quòd temperantiæ ſubtrahuntur illæ delectationes tactus, quæ ſunt maxime liberales, vtpote hominibus appropriatæ, & ſecundum rationem factę, ſicut delectationes, quæ fiũt in gymnaſijs, ideſt in exercitijs ludorũ per vnctionẽ & calefactionẽ, dũ aliqui, q adinuicem luctantur, aut aliter exercentur, nõ per ordinem ad concupiſcentias ciborũ, vel venereorum. Delectatio enim tactus quam intemperatus quærit, non eſt circa totum corpus, ſed circa quaſdam corporis partes. Deinde cum dicit.

d ¶ Oſtendit qualis ſit actus temperãtiæ circa prædictam materiam & oppoſitorũ vitiorum. Et circa hoc duo facit. Primo oſtẽdit propoſitum. Secundo comparat vitia intemperantiæ ad quædã alia vitia, ibi. {Voluntario autem magis aſſimilatur &c.} Circa primum tria facit. Primo determinat de intemperantia, oſtendens qualiter operetur circa præinquiſitam materiam. Secũdo determinat de inſenſibilitate, ibi. {Deficiente autem &c.} Tertio de temperantia, ibi. {Temperatus autem medie &c.} Circa primum duo facit. Primo oſtẽdit, quomodo temperantia ſe habeat circa delectationes. Secundo, quomodo ſe habeat circa triſtitias, ibi. {Circa triſtitias autem &c.} Sicut autem ſupra dictum eſt, quòd ad idem ordinantur timor & triſtitia, quia triſtitia eſt præſentium malorum, ſicut timor futurorum, ita etiam in idem ordinantur concupiſcentia, quæ eſt futurorum bonorum, & delectatio, quæ eſt præſentium. Temperantia enim eſt in ratione circa concupiſcentias & delectationes. Primo ergo ponit quandam diuiſionem concupiſcentiarum. Secundo manifeſtat eam, ibi. {Puta quæ &c.} Tertio, oſtendit qualiter intemperantia ſit circa vtraſq; cõcupiſcẽtias, ibi. {In naturalibus quibus igitur &c.} Dicit ergo primo, quòd quædam concupiſcentiæ ſunt communes, & quædam ſunt propriæ, quæ ſe habent per appoſitionem quandam ad communes. Deinde cum dicit.

e ¶ Manifeſtat diuiſionem præmiſſam. Et primo manifeſtat, quæ ſunt concupiſcentiæ communes. Et dicit, quòd concupiſcentia cibi in communi eſt naturalis, vtpote conſequens totam naturam ſpeciei atque generis. Et inde eſt, quòd omnis homo ad ſubueniendum indigentię naturę concupiſcit ſiccum alimentũ, quod dicitur cibus, vel humidum quod dicitur potus. Et quandoque vtrumque, ſicut Homerus dicit, quòd omnis homo tam iuuenis, quàm creſcens, ideſt adoleſcẽs, cõcupiſcit lectum in quo requieſcat. Secundo etiam ibi.

f ¶ Oſtẽdit quæ ſint proprie delectatiões. Et dicit, quòd nõ homines concupiſcunt talem, vel talem lectum, puta ſtratum plumis, aut præcioſis tegumẽtis. Similiter etiam non omnes deſiderant talem, vel talem cibum, puta præcioſum, aut delicate paratum. Neque omnes idem concupiſcunt, ſed quidam in talibus cõcupiſcunt hoc, quidam aliud. Vnde huiuſmodi cõcupiſcibilia videntur eſſe noſtra, quia ſcilicet ad ea non inclinamur ex natura, ſed poti⁹ ex noſtra adinuentione. Nihil etiã prohibet ĩ his eſſe aliquod naturale, quod pertinet ad naturam indiuidui, licet non pertineat ad naturã generis vel ſpeciei. Videmus enim, ꝙ diuerſa ſunt delectabilia diuerſis, ſecundum diuerſas cõplexiones eorũ. Et quibuſdam ſunt quædã delectabiliora quàm alia indifferẽter, propter naturalem complexionem eorum. Deinde cum dicit.

g ¶ Oſtendit qualiter ſit intemperantia circa cõcupiſcentias prædictas. Et dicit, quòd in concupiſcẽtijs naturalibus quæ ſunt communes, pauci peccant. Et non eſt peccatum in hoc niſi vno modo. ſ. ſecũdũ quod plus ſumit aliquis quàm natura requirit. Contingit enim quòd aliquis comedit vel bibit quodquid ei detur: ſi tamen hoc faciat vſque ad ſuperfluam repletionem, in quo eſt ſuperabundantia reſpectu multitudinis cibi quàm natura requirit. natura enim non concupiſcit niſi quod ſuppleatur indigentia. Vnde quòd aliquis aſſumat vltra indigentiam, eſt exceſſus ſupra naturam: & ideo tales dicuntur caſtrimargij, a caſtir quod eſt venter, & marges quod eſt furor vel inſania, quaſi furor vel inſania ventris, quia ſcilicet impleant naturam præter indigentiam. Et tales ſunt aliqui, qui ſunt multum beſtiales, quia videlicet ad hoc ſolum adhibent curam, vt ventrem impleant abſq; diſcretione, ſicut & beſtię. Secundo ibi.

h ¶ Oſtẽdit qualiter ſe habeat intẽperãtia circa ꝓprias cõcupiſcẽtias ſiue delectatiões. Et dicit, ꝙ circa eas multi multipliciter peccãt. ſ. ſecundum oẽs circũſtãtias. Illi. n. q ſunt amatores taliũ delectationũ peccãt in eo, ꝙ gaudẽt in his, in quib⁹ nõ oportet, puta in ſumendo cibos non conuenientes eis, vel etiam peccant, quaſi

A

non ſecundum quòd homines ſumus exiſtit, ſed ſecundum ꝙ animalia. Talibus vtique gaudere & maxime diligere beſtiale. Etenim liberaliſsimę earum, quę per tactum delectationum ablatę ſunt, puta quę in gymnaſijs per vnctionem & calefactionem factæ. Non enim circa omne corpus intemperati tactus, ſed circa quaſdam partes.

B

d Concupiſcentiarum autẽ hæ quidem cões videntur eſſe, hæ autem proprię & appoſitę.

e Puta quæ cibi quidem naturalis. Omnis enim concupiſcit quando indigens fuerit ſiccum vel humidum cibum. quandoque autem ambos. Et lectum (inquit Homerus) iuuenis & creſcens.

C

f Talẽ autẽ vel talẽ, nõ adhuc omnes, neq; eoſdem. Propter quod videntur noſtra eſſe. Sed adhuc habet aliquid & naturale. alia enim alijs ſunt delectabilia. Et quædam quibuſdam delectabiliora contingentibus.

g In naturalibus quidem igitur concupiſcentijs pauci peccant, & vnum in plus. Comedere quidem enim quę contingunt, vel bibere vſquequo vtique ſuperimpleãtur ſuperabundãtiæ eſt, quæ ſecundum naturam multitudinem repletio eius indigentię naturalis concupiſcentia, propter quod dicuntur iſti caſtrimargii, vt præter indigentiã replentes eam. Tales autẽ fiunt qui multum beſtiales.

D

Lectio 22. Lectio 21.

h Circa proprias autẽ delectationes multi, & multipliciter peccant. Eorum. n. qui amatores talium dicũtur vel in gaudẽ

E

*homines ſunt accidit, ſed animalia. Talibus igitur gaudere maximeque talia conſectari ferinum eſt. Etenim liberaliſſimæ voluptates, quæ per tactum proueniunt exceptæ ſunt vt eæ, quæ in ludis ac certaminibus per frictionem caloremque fiunt. Non enim intemperantis tactus circa vniuerſum eſt corpus, ſed circa quaſdam corporis partes.*

*Cupiditatum aliæ communes ſunt, aliæ propriæ atque adiunctæ.*

*Alimenti nãque cupiditas naturalis eſt, omnes enim cum idigent nutrimento, ſiccum, aut humidum alimentum, & nonnumquàm vtrumque cupiunt. Cubile etiam cupit (vt inquit Homerus,) iuuenis atque vigens.*

*Nõ aũt omnes tale, vel tale, uel eadem cupiunt. Quo circa, noſtrum id ipſum eſſe videtur. Habet tamen & aliquid naturale, alios enim alia delectant. Et quædam quibuſdam magis quàm alia quæcumque ſunt uoluptati.*

*Hæc cũ ita ſint, in naturalibus quidem cupiditatibus pauci peccant, & ad unum ipſum (inquam) plus. Cum enim quiſpiam quæuis comedit, aut bibit donec impleatur ſuperfluo, fit tum rei naturalis exuperatio multitudine. Ipſa namque naturalis cupiditas indigentiæ eſt repletio. Quapropter, hi furentes circa uentrem dicuntur, quia ultra quàm oportet ipſum implent atque faciunt. Tales autem ij fiunt qui mancipiis ſunt perſimiles.*

*At circa proprias cupiditates complures homines multiſque modis delinquunt, nam cum talium amatores ex eo dicantur, quia uel gaudent quibus*

magis gaudentes eis quibus oportet, puta ſi quis nimis delectetur in ſumptione conuenientiũ ciborum, vel etiam, quia in his delectantur abſq; diſcretione, ſicut ſtultorũ multitudo, vel etiã non ſeruant debitum modum in delectatione ſicut oportet. In omnibus.n.his ſuperabundant intemperati, quia gaudẽt de quibuſdã, de quibus nõ oportet gaudere, quæ ſunt indecentia, & ſecundum ſuam naturam odibilia. Et ſi in quibuſdã taliũ oporteat gaudere, gaudẽt magis quam oportet abſque diſcretione, ſicut multi gaudent. Et ſic vltimo concludit, ꝙ cum intemperantia ſit ſuperabundãtia circa huiuſmodi delectationes, ꝙ eſt vituperabilis, ſicut & aliæ ſuperabũdãtię, vt ſupra in Secũdo libro dictũ eſt.

Lectio. 21.

## LECTIO XXI.

Poſtquàm Philoſophus determinauit qualiter temperantia ſit circa delectationes, hic oſtendit quomodo ſit circa triſtitias. Et circa hoc duo facit. Primo oſtendit, quòd diuerſimode ſe habeat circa triſtitiam fortis, temperatus, & intemperatus. Secundo manifeſtat quod dixerat, ibi {Intẽperatus quidem igitur &c.} Dicit ergo primo, quòd non ſimiliter ſe habent circa triſtitiam fortis, temperatus, & intemperatus. Fortis enim patitur quidẽ magnas triſtitias, ſed laudatur i hoc, quòd bene ſuſtinet eas, vt ſupradictum eſt, ſed tẽperatus nõ laudatur, ex eo ꝙ ſuſtinet triſtitias. Neq; intẽperatus vituperatur in hoc, ꝙ nõ ſuſtineat eas, ſicut vituperatur timid⁹, ſed vituperatur intẽperatus de hoc, ꝙ magis triſtatur q̃ oportet. Et eſt ei⁹ triſtitia non ex aliquo læſiuo imminenti, ſicut eſt triſtitia timidi, ſed triſtatur de hoc, ꝙ non adipiſcitur delectabilia quæ cõcupiſcit. Et ſic delectatio ꝑ ſuam abſentiam cauſatur in eo triſtitiã. Econtrario autẽ, temperatus laudatur in hoc, ꝙ non triſtatur, & in hoc ꝙ ſuſtinet a delectationibus abſtinere, qđ nõ multũ concupiſcit. Eſt autẽ potior effectus qui cõſequitur ex præſentia cauſæ alicuius, quàm qui conſequitur ex abſentia. Et ideo fortitudo principalius eſt circa triſtitias quæ conſequuntur ex præſentia nociuorum. Temperantia autẽ ſecũdario eſt circa triſtitias, quę cõſequuntur ex abſentia delectationum, principaliter autem circa delectationes, quæ ex delectabilium præſentia conſequuntur. Deinde cum dicit.

do quibus non oportet, vel vt magis, vel vt multi, vel vt non oportet. Secundum omnia autem intẽperati ſuperabundant. etenim gaudent quibuſdã, quibus non oportet. odibilia.n. Et ſi quibuſdam oportet gaudere talium magis quàm oportet, & vt multi gaudent. Circa delecta- G tiones quidem igitur ſuperabũdantia, quoniam intemperãtia & vituperabile manifeſtum.

## LECTIO XXI.

Circa triſtitias autẽ, non quemadmodũ in fortitudine, in ſuſtinẽdo dicitur temperatus, neque intẽperatus in non. Sed intemperatus quidem in triſtando, magis quàm oportet, quoniam delectabilia non adipiſcitur. Et triſtitiam autem facit ei delectatio. Temperatus autem in non triſtari abſentia & in abſtinere a delectabili.

b Intemperatus quidem igitur concupiſcit delectabilia omnia vel quę maxime, & ducitur a cõcupiſcentia vt præ alijs hæc eligat, propter qđ & triſtatur concupiſcẽs, & non adipiſcens. cũ triſtitia .n. concupiſcentia. Incontinenti aũt aſsimilatur propter delectationem triſtari.

c Deficientes autem circa delectationes & minus quâm oportet, gaudẽtes non multũ fiunt. non enim humana eſt talis inſenſibilitas. Etenim reliqua animalia diſcernunt cibos, & his quidem gaudent, his aũt non, ſi aũt huic nihil ẽ delectabile neq; differt alterum ab altero, longe vtique erit ab hominũ eſſe. Non ſortitus eſt autem talis nomẽ, propter non multum fieri.

d Temperatus autẽ medie circa hęc hẽt. Neq; .n. delectatur, quibus intemperatus maxime, ſed magis triſtatur. neq; vniuerſaliter quibus non oportet, neq;

*non oportet, uel magis quàm oportet, ut ipſi multi, uel non ut oportet in uniuerſis intemperantes excedunt, Gaudẽt enim quibuſdam, quibus non oportet gaudere, quippe cum ſint odio digna. Et quàmuis talibus quibuſdam oportet gaudere, magis illis gaudent quàm oportet, & quàm ut ipſa gaudet multitudo. Eam igitur exuperationem quæ eſt circa uoluptates intemperantiam eſſe & uituperabilem conſtat.*

## LECTIO XXI.

*Circa uero dolores, non ut in fortitudine, ſic in ipſa temperantia fit, ut temperans quidem dicatur quiſpiam ferendo dolores, intemperans autem non ferendo.* H *Sed intemperans quidem ex eo dicitur, quia dolet magis quàm oportet cũ voluptate non patitur, atque ipſum dolorem affert ei ipſa uoluptas. Tẽperans aũt ex eo, quia abſentia rerum earum quæ efficiunt uoluptatẽ, nõ dolet.*

*Intemperans igitur ea omnia quæ afferunt uoluptatem, uel ea quæ maxime concupiſcit. et a cupiditate, adeo ducitur, ut illa cæteris omnibus anteponat. Quapropter & non adipiſcens & cupiens, dolet. cupiditas enim eſt* I *cum dolore. Abſurdo autem eſt perſimile ob uoluptatem dolere.*

*At qui deficientes in uoluptatibus et minus gaudentes homines quàm oportet, nõ nimium fiunt. non eſt.n. inſenſibilitas talis humana. Etenim animalia cætera cibos diſcernunt. et quibuſdam quidem gaudẽt, a quibuſdam uero abhorrẽt. Quòd ſiquis ſit cui nullus prorſus eſt uoluptati, nec ullus ab alio differt, is longe ab homine diſtat.* K *Nomen autem non habuit talis, quia non facile fit.*

*Vir autem temperans in his mediocriter ſeſe habet. Nec.n. iis gaudet quibus intemperans maxime delectatur, ſed potius moleſte fert. nec iis omnino quibus delectari nõ decet, nec uehemẽ*

F b ¶ Manifeſtat quod dixerat. ſ. ꝙ intẽperato delectatio triſtitiam faciat. Hoc.n. accidit quia intẽperatus concupiſcit delectabilia omnia. appetit.n. delectationẽ ꝑꝑ ſeipſam. et ideo appetit omnia, quæ delectationẽ faciunt, vel appetit ea quæ maxime ſunt delectabilia, in cõparatione quorũ, alia delectabilia minus curat. Et inde eſt, ꝙ eius delectatio nõ regitur ratione, ſed ducitur a concupiſcentia vt eligat delectabilia, & præcipue q̃ maxime ſunt talia ſupra alia bona, quæ ſunt vtilia vel honeſta. Poſtponunt.n. intẽperati vtile & honeſtũ, vt delectationẽ aſſequantur. Et ideo intemperatus triſtatur, qñ non adipiſcitur delectationem q̃ concupiſcit. Concupiſcentia.n. qñ non adipiſcitur rẽ concupitã eſt cũ triſtitia. Et licet hoc videatur eſſe inconueniẽs ſecũdum ſuperficialẽ veriſimilitudinem, ꝙ aliquis propter delectationẽ triſtetur, tamen verum eſt, intẽperatum propter delectationem triſtari. Non.n. triſtatur niſi propter ei⁹ abſentiã; ſicut & nauis perit ꝑpter gubernatoris abſentiam. Deinde cum dicit.

c ¶ Determinat de vitio temperãtiæ oppoſito, quod deficit circa delectationes. Et inquit, ꝙ nõ multum contingit, ꝙ aliqui deficiãt circa delectationes, ita vt minus gaudeant q̃ oportet. i. q̃ requiritur ad ſanitatem & bonam habitudinem corporis & ad decẽtem cõuerſationẽ cũ alijs: in quo cõſiſtit vitioſus defectus, quam ſupra ĩ Secundo, nominauit inſenſibilitatẽ, quæ non cõuenit humanæ naturæ, quia etiam reliqua animalia deſcernunt cibos, in quorum quibuſdã delectantur, in alijs autẽ non. Et ſic acceptare aliquas delectationes videtur pertinere ad communem naturam generis. Vnde, ſi aliquis ſit cui nihil ſit delectabile, iſte videtur longe ab humana natura. Et quia raro hoc contingit, ille qui ſic deficit, nõ habet aliquod nomẽ, niſi ꝙ eum ſupra vocauit inſenſibilẽ. Nõ autẽ ad hãc inſenſibilitatẽ pertinet, ꝙ aliqui a delectationib⁹ abſtineat propter aliquẽ finẽ vtilẽ vel honeſtũ, ſicut negociatores propter lucrũ, & milites propter victoriã. Hoc.n. non fit præter id quod oportet, quod pertinet ad vitium defectus. Deinde cum dicit.

d ¶ Oſtendit qualiter temperatus ſe habeat circa prædictam materiam. Et circa hoc duo facit. Primo oſtendit, a quibus temperatus abſtineat. Secundo quibus, & qualiter vtatur,



tatur, ibi. {Quæcunq; ad ſanitatẽ &c.} Dicit ergo primo, ꝙ tẽperatus medio modo ſe habet circa prædicta. ſ. circa delectationẽ, triſtitiã, & concupiſcentiã. Nã primo quidẽ quantũ ad delectationes nõ delectatur in illis turpibus, in quibus maxime delectatur intemperatus, ſed magis triſtatur. ſ. qñ aliquid talẽ occurrat. Et vniuerſaliter nõ delectatur, in quibus non oportet. Neq; etiam vehementius delectatur quàm oportet. Et ſimiliter ſecũdũ nullã aliã circũſtãtiã ſuperabundat. Secũdo, quantũ ad triſtitias non ſuperflue triſtatur in abſentia delectabiliũ. Tertio autẽ quantũ ad concupiſcentiã nõ concupiſcit delectabilia abſentia, quia nõ multũ curat de eis, vel cõcupiſcit ea cũ debita mẽſura quam nõ excedit, neq; concupiſcit magis q̃ oportet, neq; concupiſcit, qñ non oportet, neq; ſecundũ aliquã aliã circũſtantiã quæ menſurã rationis excedit. Deinde cum dicit.

e ¶ Oñdit quibus & qualiter vtatur tẽperatus. Et dicit, ꝙ quæcũq; delectabilia expediũt ad ſanitatem corporis vel ad bonã habitudinẽ, vt. ſ. ſit promptus & expeditus ad ea quæ habet facere huiuſmodi tẽperatus appetit. Et tamen ſẽm debitã menſurã, & ſẽm ꝙ oportet. Si qua autẽ ſunt talia delectabilia, quę nõ ſunt neceſſaria ad duo prędicta appetit ea temperatus, tripliciter cõditione obſeruata. Primo quidẽ vt non ſint impedimenta ſanitatis & bonę habitudinis, ſicut eſt ſuperfluus cibus vel potus. Secundo, vt nõ ſint pręter bonũ. i. ꝑter honeſtatẽ, ſicut ẽ delectatio adulterij. Tertio, vt nõ ſint ſup ſubſtantiã. i. vt nõ excedãt facultatẽ hominis, ſicut ſi pauper velit vti cibarijs nimis ſumptuoſis. Ille.n. q ſic ſe habet vt appetat delectationes impeditiuas ſanitatis & bonæ habitudinis, atque contrarias honeſtati, vel excedentes diuitias ſuas, magis delectatur, quàm dignum ſit. Quod non conuenit temperato, qui amat eas ſecundum rationem rectam.

## LECTIO XXII.

Poſtquã Philoſoph⁹ determinauit de actu tẽperãtiæ & oppoſitorũ vitiorũ, hic cõparat peccatũ intẽperantiæ ad alia peccata. Et circa hoc duo facit. Primo cõparat intẽperantiã ad vitiũ timiditatis. Secũdo ad vitia puerorũ, ibi. {Nomẽ aũt intẽperantiæ &c.} Circa primũ duo facit. Primo oſtendit, ꝙ intẽperantia plus habeat de volũtario q̃ timiditas. Secundo oñdit, ꝙ alio ordine inuenitur volũtariũ in vtroq; vitio, ibi. {Videbitur aut vtiq; &c.} Circa primũ duo facit. Primo oñdit, ꝙ intẽperãtia plus habeat de volũtario, q̃ timiditas. Secũdo infert quoddã correlariũ ex dictis, ibi. {Propter qđ exprobrabilib⁹ &c.} Dicit ergo primo, ꝙ intẽperãtia magis aſſimilatur volũtario quàm timor, quia. ſ. plus habet de voluntario. Et hoc pro-

vehementer tali modo nullo. neque abſentibus triſtatur neq; concupiſcit vel mẽſurate, neq; magis quàm oportet nullo, neque quando non oportet, neq; uniuerſaliter talium nullo.

e Quęque autem ad ſanitatem ſunt, vel ad bonam habitudinẽ delectabilia exiſtẽtia, hæc appetet menſurate, & ut oportet, & alia delectabilia nõ impedimẽta his exiſtentia, vel præter bonum vel ſuper ſubſtantiam. Sic enim habens magis diligit tales delectatiões, quàm dignum ſit. Temperatus autem non talis, ſed vt recta ratio.

## LECTIO XXII.

Voluntario autem magis aſsimilatur intemperantia quàm timor. Hæc quidem enim propter delectationem. hic autem propter triſtitiam. Quorum hoc quidẽ deſiderabile, hoc autẽ fugibile.

b Et triſtitia quidem ſtupefacit & corrumpit naturam habentis. Delectatio autem nihil tale facit. Magis autem voluntarium.

c Propter quod & exprobrabili⁹. etenim aſſueti facile ad hoc. Multa enim in vita talia & aſſuetudines ſine periculo In terroribus autem econuerſo.

d Videbitur aũt vtiq; non ſimiliter voluntariũ timor eſſe his, q̃ ſm̃ ſingula. Hoc quidẽ.n. ſine triſtitia. Hæc aũt propter triſtitiã ſtupefaciunt: & vt arma proijciant, & alia deformiter faciãt. Propter qđ & vñr violenta eſſe.

*ter ullis rebus huiuſcemodi delectatur. neque ſi abſint dolet. neque cupit, niſi mediocriter ſemper. nec magis quàm oportet, nec quando non oportet ulla res omnino talis ipſum delectat.*

B *Mediocriter autẽ & ut oportet eas res appetit quæ uoluptate quidem afficiunt, ad ſanitatẽ aũt & bonã corporis habitudinem cõferunt. Et res cæteras uoluptatis effectrices identidem, ſi nec impedimento ſint dictis habitibus corporis, nec honeſtatis cancellos, nec facultatũ metas egrediãtur. Nã q ita ſe hẽt, magis q̃ dignũ ẽ eiuſmodi uoluptates amare uĩ. At tẽperãs nõ eſt talis, ſed ita ſeſe hẽt ut ipſa rõ recta ꝑſcribit.*

## LECTIO XXII.

C *Noſtra autem ſponte magis in temperantia quàm timiditas comparatur. Hæc enim ob uoluptatem. Timiditas fit ob dolorem. Quorum alterum expetimus, alterum fugimus.*

*Et dolor quidẽ diſtrahit atque corrumpit naturam eius, qui habet ipſum. Voluptas autem nihil tale facit. Magis igitur intemperantia noſtra ſponte, quàm timiditas acquiritur.*

*Quapropter et repræhẽſiõe magis ẽ digna. Nã ad res afficiẽtes uolupta* D *te facilius eſt aſſueſcere, Sunt.n. cõplexiões tales in uita. Et aſſuetudo fit ſine ꝑiculo. In reb. aũt formidoloſis cõtra.*

*Videbitur etiam timiditas non perinde atque ſingula ſponte agendi principio ſubiici. Hæc enim dolore uacat, Sed illa adeo dolore diſtrahunt, ut & arma proiicere, & cætera contra decus agere compellant. Quapropter et uiolenta eſſe uidentur.*

A bat duabus rationibus: quarũ prima ſumitur ex eo, ꝙ proprie conſequitur ad voluntariũ & inuoluntariũ. Vnuſquiſq;.n. delectatur ĩ eo, qđ volũtarie agit, triſtatur autẽ in eo, qđ eſt inuolũtariũ. Manifeſtũ eſt autẽ ꝙ intẽperatus agit ꝑꝑ delectationẽ quàm concupiſcit. Timidus autẽ agit ꝑꝑ triſtitia quã fugit. Horũ autẽ duorũ delectatio eſt delectabilis, quia nõ ſolum delectatur ille, qui delectatiõe actualiter fruitur, ſed etiã ille, qui delectationẽ quærit ꝑpter ſpẽ delectationis cõſequẽdę. Triſtitia aũt eſt fugienda, & per conſequẽ inuoluntaria. Et ſic manifeſtũ eſt, ꝙ intẽperantia mouetur ab eo qđ eſt per ſe volũtariũ. Timiditas autẽ mouetur ab eo, qđ eſt fugiendũ & inuoluntariũ. Plus igitur accedit ad volũtariũ intẽperantia, q̃ timiditas. Secundam rationem ponit ibi.

b ¶ Quæ ſumitur ex ignorantia, quæ cauſat ĩuolũtariũ. Quia enĩ triſtitia cõſequitur ex præſentia alicui⁹ principij cõtrarij & nociui, ſequitur ꝙ triſtitia ſtupefaciat & corrũpat naturã eius qui habet triſtitiã. Et inde eſt ꝙ ſenſus hominis ex triſtitia impeditur a propria cognitione. Sed delectatio cauſatur ex præſentia conuenientis, qđ nõ corrũpit naturã. Vñ delectatio nõ ſtupefacit, neq; corrumpit ſenſum eius, qui delectatur. Ex quo ſequitur ꝙ intẽperantia, q̃ operatur propter delectationem plus habeat de voluntario, quàm timor q̃ mouetur propter triſtitiam. Deinde cum dicit.

c ¶ Cõcludit, ꝙ quia volũtarij debetur laus in bonis, & vituperiũ ĩ malis, ꝙ vitiũ intẽperantię ſit exprobrabilius quàm vitium timiditatis, quod habet minus de volũtario. Ad quod addit etiam aliam rationem, ex eo quòd tantò aliquod vitium eſt magis exprobrabile, quanto facilius vitari poteſt. E Vitari autem poteſt vnumquodque vitium per aſſuetudinem ad contrarium. Facile autem eſt aſſueſcere bene operari in his, circa quæ eſt temperantia duplici ratione. Primo quidem, quia delectabilia ciborum & potuum, & aliorũ huiuſmodi, multoties occurrunt in vita humana. Vnde non deeſt homini occaſio aſſueſcendi bene operari circa talia. Secundo, quia aſſueſcere bene operari circa talia non habet periculum. Non enim eſt magnum periculum, ſi aliquis abſtineat aliquando ab aliquo delectabilium tactus. Sed in vitio timiditatis eſt econuerſo, quia etiam raro occurrunt bellica pericula. Et huiuſmodi aggredi periculoſum eſt. Vnde conſequens eſt, quòd exprobrabilius eſt vitium intemperantiæ quàm timiditatis. Deinde cum dicit.

d ¶ Oſtendit, quòd non eodem ordine voluntarium inuenitur in vtroque vitio. Et primo oſtenditur quo ordine inueniatur in timiditate. Secundo quo ordine inueniatur in intemperantia, ibi. {Intemperato &c.} Dicit ergo primo, quòd timor non videtur ſimiliter voluntarium habere in vniuerſali & in ſingularibus.

ſingularibus. Vniuerſalia enim videntur eſſe ſine triſtitia, puta quòd aliquis vadat ad pugnam & inuadat hoſtes. Sed ſingularia quę occurrunt, puta quòd aliquis vulneretur, depellatur, & alia huiuſmodi patiatur, tantam triſtitiam ingerunt, vt homines propter eiuſmodi ſtupefiant, & tantũ quòd proijciant arma & alia huiuſmodi turpiter faciant. Vnde quia ĩ vniuerſali sũt volũtaria & in ſingulari inuolũtaria redduntur, videntur eſſe violenta, inquantum ſcilicet ab exteriori principio homo inducitur, quòd deſerat hoc qđ prius volebat. Deinde cũ dicit.

e Intẽperãtia autẽ econuerſo. Quæ quidẽ ſcđm ſingula voluntaria. concupiſcenti.n. & appetenti. totũ aut minus. Nullus.n. concupiſcit imtemperatus eſſe.

f Nomẽ aũt intẽperantiæ & ad puerilia peccata ferim⁹. Habẽt .n. quandã ſimilitudinẽ. Vtrum aũt ab vtro vocatur. nihil ad ea, quę nunc differt. Manifeſtũ autem quoniam poſterius a priori.

g Non male autẽ videtur tranſlatum eſſe. Puniri.n. oportet turpia appetentem, & multam augmentationem habentem. Tale autem maxime concupiſcentia, & puer. Secundum concupiſcentiam.n. viuunt, & pueri, & maxime in his delectabilis appetitus. Si igitur non erit bene perſuaſibilis, & ad dominans, & ad multum veniet. Inſatiabilis delectabilis appetitus, & vndiq; inſipienti, & cõcupiſcentiæ operatio auget conatum, & ſi magnę & vehementes ſunt, & cogitationem percutiant.

h Propter quòd oportet menſuratas eſſe ipſas, & paucas, & rationi nihil contrariari. Tale autẽ bene perſuaſibile dicimus, & punitum. Quemadmodum enim puerum oportet ſecundũ præceptum pedagogi viuere, ſic & concupiſcibilẽ conſonare rationi. intentio enim ambobus bonum. Et concupiſcit temperatus, quę oportet, & vt oportet, & quando: ita autem ordinat & ratio. Hęc igitur nobis dicta ſunt de temperantia.

e ¶ Oſtẽdit quis ſit ordo circa intemperantiam. Et dicit, ꝙ ibi eſt ordo conuerſus, quia ſingularia ſunt maximę voluntaria, quia proueniũt ſecundum quòd homo concupiſcit & appetit. Sed totum in vniuerſali conſideratum eſt minus voluntarium, puta quòd aliquis adulterium faciat. nullus enim cõcupiſcit eſſe intemperatus in vniuerſali. Sed ſingularia quib⁹ homo ſit intemperatus ſunt delectabilia. huiuſmodi autẽ differentiæ ratio ſumenda eſt ex hoc, quòd triſtitia, quę mouet timorem, pertinet ad inuoluntarium, ſicut delectatio, quæ mouet intemperantiam pertinet ad voluntarium. Omnis autem affectio animæ circa ſingularia vehementior eſt. Et ideo circa ſingularia timiditas plus habet de inuoluntario, in tẽperãtia vero plus de volũtario. Et ideo in vitijs intemperantiæ maxime nociuũ eſt immorari in cogitationẽ, per quam homo ad ſingularia deſcendat, quæ alliciunt voluntatem. Deinde cum dicit.

f ¶ Comparat vitium intemperantiæ ad peccata puerorum. Et primo conuenientiam ponit quantum ad nomen. Secundo rationem conueniẽtiæ aſſignat, ibi. { Non male autẽ videtur &c. } Dicit ergo primo, quòd nomen intemperantiæ transfertur ad peccata puerorum, quod quidem in lingua noſtra magis apparet ex parte virtutis quàm ex parte vitij. Dicimus enim caſtitatem temperantię ſpeciem, ſicut pueros diſciplinatos dicimus caſtigatos, eos autem qui ſunt indiſciplinati, poſſumus dicere incaſtigatos: ſicut & ille qui nõ eſt caſtus, dicitur inceſtuoſus. Et huiuſmodi translationis ratio eſt, quia habent quandam ſimilitudinem eiuſmodi peccata, vt poſtea oſtendetur. Sed qui horum nominetur ab alio, non refert ad propoſitum. Manifeſtum eſt tamen, quòd id cui eſt poſitum nomen, poſterius nominatur ab eo, cui fuit impoſitum prius. Deinde cum dicit.

g ¶ Aſſignat rationem prędictę translationis nominis ſecundum ſimilitudinem peccati temperantiæ ad peccata puerorum. Et primo quantum ad neceſſitatem caſtigationis, ſiue refrenationis. Secundo quantum ad modum caſtigandi, & refrenandi, ibi. { Propter quod oportet &c. } Dicit ergo primo, quòd non male videtur eſſe facta translatio huius nominis ab vno peccato ad

F aliud. et hoc propter ſimilitudinem, ſecundum quam tranſlationes fiunt. Oportet enim puniri, ideſt caſtigari, & refrenari eũ qui praua appetit, & cuius malus appetitus multum augetur. In quo conueniunt concupiſcentia, & puer. Et hæc conuenientia videtur eſſe rationabilis, quia pueri maxime viuunt ſecundum

*At intemperantia fit contra. Singula nanque ſponte agendi principio magis ſubiiciuntur, Quippe cũ intẽperãs ea percupiat atq; affectet. Totũ aũt minus. Nemo.n. cupit intemperans eſſe.*

*Nomen aũt intemperantiæ, & ad puerilia delicta transferimus: hẽt.n. ſimilitudinem quandam. Vtrum autem ab utro dicatur, nihil ad præſentem refert ſermonem. Conſtat tamen a priore poſterius dici.*

G

*Atq; non abſurde videtur eſſe trãſlatũ. Eſt.n. caſtigandũ, & tẽperãdum id oẽ quod turpia concupiſcit, & incrementũ ſuſcipit magnum atq; luxuriat. Tale aũt ẽ ipſa cupiditas maxime atq; puer. Nam & pueri cupiditate viuũt, & in his ipſis maxime viget appetitio rerum earum, quæ voluptate afficiũt. Si igitur non obtemperet, neq; ſubijci patiatur, nimirum efferetur. Eſt.n. voluptatum appetitio inſatiabilis, & vndique adeſt imprudenti. Et ipſe cupiditatis actus id quod eiuſdem generis eſt auget. Quod ſi magnæ ſint uehemẽteſque cupiditates, rationem quoq; extrudunt atque eiiciunt.*

H

*Quamobrem mediocres ſint ipſæ, & perpaucæ, et rõni non aduerſentur oportet. Atq; id quod eſt tale, obediẽs, & tẽperatum caſtigatumq; uocamus. Sed ut uiuere puerũ ſub pedagogi præceptis oportet: ſic & cupiendi uis cupere debet, perinde atque ratio iubet. Iccirco temperantis cupiditatem concordẽ eſſe cũ rõne oportet, nã utriuſq; propoſitum eſt honeſtas. Atq; uir temperans ea cupit, quæ cupere oportet, & ut oportet, & quando oportet. hoc autem modo, & ipſa ratio dictat. Hæc igitur ſint de temperantia dicta.*

I

concupiſcentiã, quia ipſi appetunt maxime delectationem, quod pertinet ad rationem concupiſcentiæ; cauſa autem quare appetant delectationẽ, dicetur in ſeptimo. Et ideo ſi pueri & concupiſcentia non bene ratione perſuadeãtur, ad qđdam dominiũ, & ad multum augmentũ perueniunt, ita ſcilicet quòd dominabitur delectationis appetitus, qui eſt concupiſcentia. Et huius ratio eſt, quia appetitus delectationis eſt inſatiabilis, quinimmo, quanto plus guſtatur, plus concupiſcitur, eo quòd eſt ſecundum ſe appetibilis. Et inde eſt, quòd ſicut puero & inſipiẽti, ita etiam concupiſcentiæ propria operatio auget conatũ, ideſt, hoc qđ eſt eis ſimile. Nam ſi puer, & inſipiens dimittatur operari ſecundũ ſuã inſipientiam, magis in eo inſipientia creſcit. Et ſi homo concupiſcentiæ ſatisfaciat, magis concupiſcentia creſcit in homine, & dominatur. Et præcipue ſi concupiſcentiæ, vel delectatiões ſint magnæ, ex parte obiecti, ideſt de rebus multum delectabilibus, & vehemẽtes ex parte eius, qui cõcupiſcit & delectatur, qui multum ex eis afficitur, in tantum, quòd impediãt hominis cognitionẽ ſiue ratiocinationẽ, quæ quãto magis remanet, tanto minus concupiſcentia poteſt dominari. Deinde cum dicit.

h ¶ Oſtendit ſimilitudinem vtrorumque peccatorum, quantum ad modum caſtigandi, ſiue refrenandi. Et dicit, quòd quia concupiſcentia, & delectatio ſit vehemens, facit ſui augmentũ, ideo oportet, quòd ſint menſuratæ, ideſt non excedentes in magnitudine, ſiue in vehementia affectionis, & paucæ ſecundum numerum, & quòd nil contrarientur rationi quantum ad ſpeciem concupiſcentiæ, ſeu delectationis, quæ ſumitur ex parte obiecti. Et illud quod ita ſe habet in concupiſcentijs, & delectationibus, dicimus eſſe bene perſuaſum, & punitum, ideſt caſtigatum a ratione. Sicut enim oportet, quòd puer viuat ſecundum præcepta pedagogi, ſic oportet, quòd vis concupiſcibilis conſonet rationi. Intentio enim vtriuſque, ſcilicet rationis, & pedagogi eſt ad bonum. Et ita ſe habet concupiſcibile in homine tẽperato, ꝙ cõcupiſcit, q̃ oportet, ſicut oportet, & qñ oportet, put ordinat ratio. Vltimo autem concludit, quòd iſta ſunt, quæ dicta ſunt a nobis de temperantia. Et in hoc terminatur Tertius Liber.

K





# ARISTOTELIS MORALIVM AD NICOMACHVM

## LIBER TERTIVS.

### Cum Sancti Thomæ Aquinatis præclariſsimis commentariis.

### LECTIO PRIMA.

POſtquam Philoſophus determinauit de fortitudine, & temperantia, quæ reſpiciunt ea, quibus conſeruatur ipſa hominis vita Hic incipit agere de alijs medietatibus, quæ reſpiciũt quædã ſecũdaria bona, vel mala. Et primo determĩat de medietatibus, laudabilib⁹ quæ ſunt virtutes. Secundo de his, quę virtutes nõ ſunt, ſed paſſiones, ibi; { De verecundia autem &c. } Circa primum duo facit. Primo determĩat de virtutibus reſpicientibus res exteriores. Secundo, de virtutibus pertinẽtibus ad actus humanos, ibi. { In colloquijs autem &c. } Circa primum duo facit. Primo determĩat de virtutibus, quæ reſpiciunt exteriora bona. Secundo de virtute manſuetudinis, quę reſpicit exteriora mala, ibi. { Manſuetudo autem eſt, quædam medietas, &c. } Circa primum duo facit. Primo determinat de virtutibus reſpicientibus diuitias. Secũdo de his quæ reſpiciunt honores, ibi. { Magnanimitas autem &c. } Circa primum duo facit. Primo determinat de liberalitate. Secundo de magnificentia, ibi. { Videtur enim eſſe &c. } Circa primum duo facit. Primo inquirit materiam liberalitatis, & oppoſitorũ vitiorum. Secundo determinat actus eorum circa propriam materiam, ibi. { Quorum autem eſt aliqua vtilitas &c. } Circa primum duo facit. Primo oſtendit, ꝙ liberalitas eſt circa pecunias. Secundo, oſtendit quòd circa iſtam materiam ſunt oppoſita vitia, ibi. { Eſt autem prodigalitas &c. } Circa primum tria facit. Primo oſtendit de quo eſt intentio. Secundo, oſtendit materiam liberalitatis, ibi. { Videtur autem eſſe &c. } Tertio exponit quod dixerat, ibi. { Pecunias autem &c. } Dicit ergo primo, quòd poſt temperantiam dicendum eſt de liberalitate, & hoc propter conuenientiam liberalitatis ad temperantiam. Sicut enim temperantia moderatur cõcupiſcẽtias delectationũ tact⁹, ita liberalitas moderatẽ cupiditatẽ acquirẽdi, vel poſſidẽdi res exteriores. Deinde cum dicit.

b Oſtendit, quæ ſit materia liberalitatis, & dicit, quòd eſt medietas quædam circa pecunias, ſicut manifeſte apparet ex hoc, quia liberalis non laudatur in rebus bellicis, circa quas eſt fortitudo, neq; in delectationibus tactus, circa quas eſt temperantia, neq; etiam in iudicijs, circa quæ eſt iuſtitia. Sed laudatur in datione, & in ſumptione, ideſt acceptione pecuniarum, magis

B tamen in datione, quàm in ſumptione vt infra oſtendetur. Eſt autem conſiderandum, quòd aliquid poteſt dici materia virtutis moralis dupliciter. Vno modo ſicut materia propinqua, et hoc modo paſſiones ſunt materia plurimarum virtutum moralium. Alio modo ſicut remota, et hoc modo obiecta paſſionum ponuntur materiæ. Sicut fortitudinis materia proxima eſt timor, & audacia, materia autem remota pericula mortis. Tẽperantiæ autem materia proxima ſunt concupiſcẽtiæ, & delectationes. materia autẽ remota cibi, & potus, & actus venerei. Sic igitur liberalitatis materia quidẽ propinqua eſt cupiditas, vel amor pecuniarum, materia autem remota ipſa pecunia. Deinde cum dicit. { Pecunias autem. } Exponit quid nomine pecunię intelligatur, & dicit, ꝙ nomine pecuniæ ſignificantur omnia illa, quorum dignum præcium poteſt numiſmate menſurari, ſicut equus, veſtis, domus, & quæcũq; denarijs appreciari poſſunt, quia idem eſt dare, vel accipere iſta & dare vel accipere pecunias. Deinde cum dicit.

c ¶ Oſtẽdit quomodo circa prædictã materiã, ſunt etiã vitia liberalitati oppoſita. Et circa hoc tria facit. Primo proponit in cõmuni, quod intendit. Et dicit, quòd etiã circa pecunias ſe habẽt ſecundũ ſuperabũdantiã, & defectũ prodigalitas, & illiberalitas. Mediũ.n. & extrema circa idẽ ſunt. Vnde cũ prodigalitas & illiberalitas ſint extrema liberalitatis, conſequẽs eſt, quòd etiam ipſa ſint circa pecunias. Secundo ibi.

d ¶ Oñdit ſpecialiter de illiberalitate, quòd ſemper copulam⁹ eam. i. attribuimus illis, qui ſtudent. i. ſollicitãtur acquirendas, vel conſeruandas pecunias magis quàm oportet. Tertio ibi.

e ¶ Oſtendit, qũo prodigalitas ſe habeat circa pecunia. Et dicit, quòd nomen prodigalitatis, quandoq; extendimus attribuentes ipſum intemperatis hominibus. Vocamus.n. quandoq; prodigos illos, qui incontinenter viuunt, & conſumũt diuitias ſuas intemperantia, ſiue ciborum, ſiue venereorum. Vnde tales vidẽtur prauiſſimi in hoc genere, quòd ſimiliter habẽt multa vitia, ideſt intemperantiam, & prodigalitatem. Et quamuis, quandoque tales vocentur prodigi, non tamen nomen prodigalitatis proprie competit eis, quia nomen prodigi impoſitum eſt ad ſignificandum vnum vitium, quod conſiſtit in indebita corruptione, vel conſumptione ſubſtantiæ, ideſt propriarum

### LECTIO I.

DIcamus autẽ deinceps de liberalitate.

b Videtur autem eſſe circa pecunias medietas. Laudatur .n. liberalis non in bellicis, neque in quibus tẽperat⁹. Rurſus neq; in iudicijs, ſed circa dationẽ pecuniarũ, & ſumptionem, magis aũt in dationẽ. Pecunias aũt dicimus oĩa quorũcũq; dignitas nummiſmate menſuratur.

c Eſt autem prodigalitas, & illiberalitas circa pecunias ſuper abundantia, & defectus.

p Et illiberalitatẽ quidẽ copulam⁹ ſemper magis quàm oportet circa pecunias ſtudentibus.

e Prodigalitatẽ ãt inferim⁹, qñ que cõplectẽtes intẽperatis hominib⁹. Incõtinẽtes.n. & intẽperatos cõſumptores ꝓdigos notam⁹. Propter qđ, & prauiſsimi videnť eẽ. multas.n. ſimul malitias habẽt, nõ aũt ꝓprie appellãtur: vult.n. ꝓdigus eẽ, q vnũ aliqđ malũ hẽt corrũpere ſubſtantiã. Prodig⁹.n. q ꝑ ſeipſum ꝑditus, vr̃ autẽ perditio quędã ipſius eẽ, & ſubſtãtiæ corruptio, vt viuere ꝑ has exiſtẽte. Sic vtique prodigalitatẽ accipimus.

C

D

### LECTIO I.

*NVnc dicamus de liberalitate.*

*Videtur itaque mediocritas circa pecunias eſſe. Non enim bellicis in rebus ipſe vir liberalis, nec in quibus laudatur vir temperans, nec etiam in iudicijs, ſed in dandis capiendiſue, & magis in dandis pecunijs laudatur. Atque pecunias ea dicimus vniuerſa, quorum eſtimatio mẽſuratur nummo.*

*Eſt autem & circa pecunias exuperatio quidem prodigalitas, defectus autem illiberalitas.*

*Et illiberalitatem quidem ac auaritiam ijs ſemper accomodamus, qui magis quàm oportet pecuniis ſtudent.*

*Prodigalitatẽ vero nectẽtes nonnũquam efferimus. Nam eos hoĩes, qui ſunt incõtinẽtes, & ob intẽperantiã pecunias profligãt, prodigos vocitamus. Qua ꝑꝑ tales hoĩes ſunt flagitioſiſſimi, multa nãq; vitia ſimul habent. At non proprie tali nomine nuncupãtur. Eſt.n. prodigus, qui multũ unũ aliqđ habet, corrũpere inquam patrimoniũ. Prodigus.n. eſt qui ob ſeipſum ꝑditur. Videtur aũt, & patrimonii diſſipatio interitus qdã ipſius eſſe, propterea ꝙ patrimonio ac facultatib⁹ uiuitur. Hoc igitur modo prodigalitatẽ accipimus.*

E

diuitiarum. Et hoc probat ex ipſo nomine prodigalitatis. Nam prodigus dicitur quaſi perditus, inquantum, ſcilicet homo corrumpendo proprias diuitias, per quas viuere debet, videtur ſuũ eſſe deſtruere, quod per diuitias conſeruatur. Sed oportet, quòd hoc conueniat ei propter ſeipſum, quia vnumquodque habet ſpeciem, & denominationẽ ab eo, quod conuenit ei per ſe. Idem ergo vere dicitur prodigus, cui per ſe hoc conuenit, quòd conſumat ſuas diuitias, quaſi non habens curam debitam de eis. Ille vero, qui conſumit ſuam ſubſtantiam propter aliquid aliud, puta propter intemperantiã, nõ per ſe eſt conſumptor diuitiarũ, ſed per ſe eſt intemperatus. Contingit enim quandoque, ꝙ homines cupidi, & tenaces propter vim concupiſcentię bona ſua conſumunt. Si ergo nunc de prodigalitate loquimur, prout ſcilicet aliqui conſumunt proprias diuitias ſecũdum ſe, & nõ propter aliud. Deinde cum dicit.

f ¶ Oſtendit qualiter liberalitas, & oppoſita vitia circa prędictam materiam operantur. Et circa hoc duo facit. Primo determinat de liberali. Secundo de prodigo, ibi. {Qui autem ſuperabundat, &c.} Tertio de illiberali, ibi. {Illiberalitas autem, &c.} Circa primum duo facit. primo determinat de actu liberalitatis. Secundo ponit quaſdam proprietates ipſius, ibi. {Liberalitas autẽ eſt, &c.} Circa primum duo facit. Primo, oſtendit quid ſit præcipuus actus liberalitatis. Secundo, oſtendit qualis eſſe debeat ibi. {Quæ autem ſecundum virtutem &c.} Circa primum duo facit. Primo oſtendit, quòd actus liberalitatis eſt bonus vſus pecuniæ tali ratione. Quæcumque ſunt ad aliquid vtilia contingit eis vti bene, vel male. Sed diuitię quæruntur tanquam ad aliquid vtiles. Ergo contingit eis vti bene, vel male. Sed ſi aliquibus rebus contingit vti, bonus vſus illarum rerum pertinet ad virtutem, quæ eſt circa illas res. Ergo bene vti pecunijs pertinet ad liberalitatem, quæ eſt circa pecunias, ut ſupra oſtenſum eſt. Secundo ibi.

Lectio.3. Lectio.5. Lectio.3. Lectio.2.

g ¶ Oſtendit quis ſit vſus pecuniæ, & dicit, quòd vſus conſiſtit in emiſſione eius, quæ quidem fit per ſumptus expenſarum, & per dationes. Et accipere, vel cuſtodire pecunias non eſt vti pecunijs, ſed eſt poſſidere eas. nam per acceptionem pecunię acquiritur eius poſſeſſio, per cuſtodiam autem conſeruatur: acceptio enim eſt ſicut quædam pecuniæ generatio, cuſtodia autem eſt ſicut quædam habitualis retentio. Vſus autem non nominat generationem, vel habitum, ſed actum. Tertio ibi.

h ¶ Infert quandam concluſionem ex dictis. Et primo ponit eam concludens ex præmiſſis, quòd magis pertinet ad liberalem dare pecuniam, quibus oportet, quod eſt bene vti eis, quàm accipere vnde non oportet, quod pertinet ad pecuniæ generationem debitam, & non accipere vnde non oportet, quod pertinet ad remotionem contrarij. Secundo ibi.

i ¶ Confirmat inductam concluſionem quinque rationibus. Quarum prima talis eſt. Magis pertinet ad virtutem benefacere, quàm bene pati, quia benefacere eſt melius, & difficilius. Sic etiam magis ptinet ad uirtutem bene operari, quàm abſtinere a turpi operatione. Quia receſſio à termino eſt principiũ motus, cui aſſimilatur vitatio turpis operationis. Sed operatio boni aſſimilatur peruentioni ad terminum, quæ perficit motum. Manifeſtum eſt autem; quoniã ex eo, quod aliquis dat, benefacit, & bene operatur. Ad aſſumptionem autem, ideſt receptionem pertinet bene pati, inquantum, ſcilicet aliquis recipit vnde oportet, vel non turpe operari, inquantum, ſcilicet non recipit vnde non oportet. Ergo conſequẽs eſt, quòd ad uirtutem liberalitatis magis pertinet bene dare, quàm bene accipere, vel abſtinere a mala acceptione. Secundam rationem ponit ibi.

k ¶ Quæ talis ẽ: Operationi virtutis debetur laus, & gratiarum actio, ſed vtrũque horum magis debetur danti, quàm bene, vel male accipienti. Ergo virtus liberalitatis magis conſiſtit in dando, quàm in accipiendo. Tertiam rationem ponit ibi.

l ¶ Quę talis eſt. Virtus eſt circa difficile, ſed facilius eſt, quòd aliquis non accipiat aliena, quàm, quòd det proprium; quia cum aliquis dat id quod eſt ſibi proprium, quaſi abſcindit a ſe, id quod eſt ſibi incorporatum. Ergo virtus liberalitatis magis eſt circa dationem, quàm circa acceptionem. Quartam rationem ponit ibi.

m ¶ Quæ ſumitur ex communi modo loquendi. Dicuntur enim maxime liberales illi, qui dant. Illi vero, qui non accipiunt inordinate, non multum laudantur de liberalitate, ſed magis de iuſtitia, illi vero, qui accipiunt non multum laudantur. Ergo liberalitas maxime videtur eſſe circa dationes. Quintam rationem ponit ibi.

n ¶ Quæ talis eſt. Inter omnes virtuoſos maxime amantur liberales, non quidem amicitia honeſti, quaſi liberalitas ſit maxima virtus: ſed amicitia vtilis, inquantum, ſcilicet ſunt alijs vtiles. Sunt autem vtiles per hoc quòd dant. Ergo liberalitas maxime conſiſtit circa dationes.

f Quorum autem eſt aliquã vtilitas, his eſt bene vti, & male. diuitiæ autem ſunt vtiliũ. Vnoquoq; autem optime vtitur, qui habet circa ſingula virtutem. Et diuitijs autẽ vtetur optime, qui habet circa pecunias virtutem. Iſte autem eſt liberalis.

G g Vſus autem videtur eſſe pecuniarum cõſumptio, & datio. Acceptio autem, & cuſtodia poſſeſſio magis.

h Propter quòd magis eſt liberalitas dare, quibus oportet, q̃ accipere vnde oportet & non accipere vnde non oportet.

H i Virtus enim magis benefacere quàm bene pati, & bene operari magis, quàm turpia non operari. Non immanifeſtum autem, quoniam datiões quidem ſequitur benefacere, & bona operari.

k Et gratia danti non accipiẽti, ſed & laus magis.

l Et facilius autem accipere quàm dare. Proprium autem minus emittunt magis, quàm non accipiunt alienum.

I m Sed liberales dicuntur, qui dant. qui vero accipiunt non liberalitate laudantur. ſed non minus iniuſtitia. Qui autẽ accipiunt, neq; laudantur multum.

K n Amantur autem maxime liberales eorum, qui in virtute. vtiles enim. Hoc autem in datione.

*Rebus autem his quarum eſt aliquis vſus, & bene vti, & male etiam poſſumus. At diuitiæ res ſunt tales. Is autem optime re quauis vtitur, qui eã virtutẽ habet, quæ ad rẽ illã accõmodatur. Et diuitijs igitur optime is vtetur, qui uirtutẽ eã habet, quæ ad pecunias attinet. Hic aũt eſt ipſe uir liberalis.*

*At qui ſumptus quidem datioque pecuniarum eſt vſus earum. Acceptio uero conſeruatioque poſſeſſio potius eſſe uidetur.*

*Quo circa, uiri liberalis eſt potius dare quibus oportet, quàm capere unde oportet, & non capere unde nõ oportet.*

*Eſt enim ipſius uirtutis beneficia potius conferre, quàm ſuſcipere, & honeſta potius agere, quàm non agere turpia. Non eſt autem obſcurum cum das quidem ſequi, ut beneficia conferas honeſtaque agas, cum capis uero, ut ſuſcipias, aut non turpia agas.*

*Gratia præterea ſequitur eum, qui dat, non eum, qui non capit, & laus etiam magis.*

*Facilius eſt etiam non accipere, quam dare. Homines enim multo minus erogant ſua, quam non accipiunt aliena.*

*Hi quoque qui dant, liberales dicuntur. Sed qui non accipiunt, non ob liberalitatem, ſed ob iuſtitiam potius laudantur, qui uero capiunt, nec laudantur ualde.*

*Liberales inſuper homines maxime omnium fere ſtudioſorum amantur. proſunt enim. At id conſiſtit in dando.*

LECTIO



LECTIO II.

POſtquàm Philoſophus oſtendit quid ſit præcipuus actus liberalitatis. hic oſtendit qualis debeat eſſe. Et primo oſtendit qualis ſit præcipuus actus eius. Secundo, quales ſint actus eius ſecundarii, ibi. {Neq; accipiet.} Circa primum duo facit. Primo, oſtẽdit qualis debeat eſſe liberalitatis datio, quæ eſt præcipuus actus eius. Secũdo oſtendit, ꝙ aliæ donationes non pertinent ad liberalitatem, ibi. {Qui dat quibus non oportet, &c.} Circa primum duo facit. Primo oſtẽdit, quòd datio liberalis debeat circumſtantijs eſſe veſtita, quia, ſcilicet omnes operatiões, quæ ſunt ſecundum virtutem debent eſſe bonæ, rectificatæ a ratione ſecundum debitas circumſtantias, & vlterius ordinatę per intentionem ad bonũ finem. Cum igitur datio ſit præcipuus actus liberalitatis, cõſequens eſt, ꝙ liberalis det propter bonũ finem, & quòd recte, ideſt ſecundum regulam rationis, inquantum, ſcilicet dat quibus oportet, & quomodo oportet, & q̃cumque alię debitæ circumſtãtiæ, quæ ꝑtinent ad rectã rationem. Secundo ibi.

b ¶ Oſtendit, ꝙ datio liberalis debet eſſe delectabilis. Et hoc eſt quod dicit, ꝙ liberalis dat delectabiliter, vel ſaltem ſine triſtitia. Ita enim eſt in omni virtute, vt ex ſupradictis patet, ꝙ actus virtuoſus, vl ẽ delectabilis, vel ſaltem eſt ſine triſtitia, vel ſi oporteat aliquã triſtitiam ammiſceri minimũ habebit per comparationem ad alios homines, ſicut ſupra dictum eſt de forti, qui ſi non multum delectetur in ſuo actu, tamen non triſtatur, vel ſaltem minus triſtatur inter omnes q. huiuſmodi pericula ſubeunt in aliquo actu ſuo. Deinde cum dicit.

Lectio.18.

c ¶ Oſtendit, quòd aliæ dationes non ꝑtinent ad liberalem. Et primo de dationibus, quibus deſunt debitæ circũſtantiæ. Et dicit, quòd ille, q̃ dat quibus non oportet, vel non propter honeſtatem, ſed propter aliquam aliam cauſam licitam, vel illicitam, non dicitur liberalis, ſed alio nomine nominatur ſecundum differentiam finis proter quem dat, ex quo moralia ſpeciem, & nomen ſortiuntur. Secundo ibi.

A d ¶ Oſtendit, ꝙ ille, qui dat cum triſtitia non eſt liberalis. quia ex hoc ipſo, ꝙ triſtatur in dando, videtur, ꝙ magis eligeret pecunias q̃ operationem virtuoſam honeſtæ dationis. Qđ non pertinet ad liberalem. Deinde cum dicit.

e ¶ Oſtendit quales ſint operationes liberalitatis, ſecundarię ſicut acceptio, & alia huiuſmodi. Et circa hoc duo facit. Primo oſtendit quid viter liberalis in accipiẽdo. Secundo oſtẽdit qđ obſeruet, ibi. {Vnde autem oportet, &c.} Circa primum duo ponit, quorum primum eſt, ꝙ liberalis non accipit, vnde non oportet. Sic.n. accipere non videtur competere homini, qui non appreciatur pecunias. Secundum eſt, ꝙ liberalis non ẽ promptus ad petendum. Sicut enim in naturalibus, quod eſt multum actiuum eſt parum paſſiuum, vt ignis, ita etiã in moralibus, liberalis, qui eſt promptus ad benefaciendum donando, non de facili vult beneficia ab alio recipere, quod eſt bene pati. Deĩde cũ dicit.

f. ¶ Oſtendit quid obſeruet liberalis in accipiendo, vel retinendo, & ponit tria. Quorum primũ eſt, quòd liberalis accipit vnde oportet, ſcilicet a proprijs poſſeſſionibus, & non ab alijs, quia non quęrit pecuniam, quaſi per ſe bonũ, ſed quaſi neceſſarium ad dãdum. Secundum eſt, ꝙ liberalis non negligit procurationẽ bonorum propriorũ quia vult habere vnde ſufficiat ad dandũ aliis. Tertium eſt, ꝙ liberalis non dat quibuſcumque, ſed retinet ad hoc, ꝙ poſſit dare quibus oportet & loco, & tempore debito. Deinde cum dicit.

g ¶ Ponit quatuor proprietates liberalitatis. quarum prima eſt, quòd ad liberalem pertinet, vt vehementer ſuperabũdet in datione. Non quidem ſine ratione recta, ſed ita, quòd datio in ipſa ſuperabundet retentioni. quia minus ſibi relinquit, quàm aliis det. Paucis enim in ſeipſo contentus eſt, ſed dum vult multis prouidere, oportet ꝙ pluribus largiatur. Non enim pertinet ad liberalẽ, quòd ſibi ſoli attendat. Secundã proprietatẽ ponit ibi.

h ¶ Et dicit, ꝙ liberalitas commodatur ſecundum proportionem ſubſtantiæ, ideſt diuitiarum. Non enim datio iudicatur liberalis ex multitudine donorum, ſed ex habitu, ideſt ex facultate, &

LECTIO II.

QVæ autem ſecũdum uirtutem operationes bonæ, & boni gratia. Et liberalis dabit boni gratia, & recte. Quibus enim oportet, & quando, & quæcumque oportet, & alia quæcunque ſequuntur & rectæ dationem.

b Et hoc delectabiliter, vel ſine triſtitia. Quod enim ſecundum uirtutem delectabile, vel nõ triſte, uel minime triſte.

c Qui autem dat quibus non oportet, vel nõ boni gratia, ſed propter quãdam aliam cauſam non liberalis, ſed alius qs dicet.

d Neq; qui triſte. Magis enim vtique eligeret pecunias bona operatione. Hic autem non liberalis.

e Neque accipiet vnde non oportet. neque enim eſt non honorantis pecunias proprium talis acceptio. non vtique erit petitiuus. non .n. eſt benefaciẽtis aliis, ut ſibi bene fiat faciliter.

f Vnde autẽ oportet accipiet, puta a propriis poſſeſſionibus non vt bonum: ſed vt neceſſariũ vt habeat dare. Neque non curabit propria uolẽs per hoc quibuſdam ſufficere. Neq; quibuſlibet dabit, vt habeat dare quibus oportet, & quando, & vbi bonum.

g Liberalis autem eſt uehemẽter, & ſuperabundare in datione, ut derelĩquat ſibi ipſi minora. Non reſpicere enim ad ſeipſum liberalis.

h Secundum ſubſtantiam vtiq; liberalitas dicitur. Non enim in multitudine datorum quod liberale, ſed in dantis habitu. Hic autem ſecundum ſubſtantiam dat. Nihil autem prohibet liberaliorem eſſe minora dantem ſi a minoribus det.

LECTIO II.

*OMnes autem actus uirtutũ honeſti ſunt, & honeſtatis cauſa fiunt. Et liberalis igitur honeſtatis cauſa dabit, & recte. Dabit enim quibus oportet, et quot oportet, & cum oportet, cæteraquẽ omnia obſeruabit, quæ dandi actum rectum ſequuntur.*

B

*Et etiam cum uoluptate, uel ſine ullo dolore. Id enim, quod per uirtutem efficitur, afficit uoluptate, aut fit cũ indolẽtia ſane, minĩe uero affert dolorẽ.*

*At is, qui dat quibus non oportet, aut non honeſtatis gratia, ſed ob aliquam aliam cauſam non liberalis, ſed alius quidem dicetur.*

C *Et itidem is, qui dando dolet, honeſtis enim actibus talis pecunias anteponet, quod quidem non eſt liberalis.*

*At uero neque capiet unde non oportet. Talis enim acceptio non eſt eius, qui pecunias non magnifacit. Nec etiam ad poſtulandum propenſus erit, facile nãque ſuſcipere beneficia nõ eſt hominis beneficia cõferẽtis.*

D *Verum unde oportet, accipiet, ex propriis inquam rebus, non quia idipſum honeſtum ſit, ſed quod neceſſariũ ut donare poſſit. At neque res ſuas negliget, quippe cum per illas quibuſdam affectet opem afferre. Neq; quibuſuis dabit, ut quibus oportet, & quãdo, & ubi eſt honeſtum donare poſſit.*

*Ad hominem præterea liberalem pertinet inprimis, ut in dando adeo exuperet, ut ſibiipſi pauciora relinquat. Eſt enim liberalis non ad ſeipſum reſpicere.*

E *At enim pro facultatibus ipſa liberalitas dicitur. Liberalis enim actio non in multitudine rerum, quæ dantur, ſed in habitu dantis conſiſtit. Hic autem pro facultatibus erogat. Nihil igitur prohibet eum magis eſſe liberalem, qui pauciora donat, ſi modo minores ei ſint facultates.*

tate, & voluntate dantis, qui ſcilicet dat ſecundum modũ ſuarum diuitiarum. Vnde nihil prohibet, quòd aliquis, qui minora dat liberalior iudicetur, ſi a minoribus diuitijs det. Tertiam proprietatem ponit ibi. B

i ¶ Et dicit, quòd qui ſuſcipiunt diuitias a parentibus ſunt magis liberales, quàm illi, qui proprio labore eas acquirunt. Et huius aſſignat duas rationes. Quarum prima eſt, quòd illi, qui ſuſcipiunt diuitias a parentibus nũquam fuerunt experti indigentiam. Vnde non timent expendere, ſicut illi, qui aliquando experti ſunt paupertatem. Secunda ratio eſt, q̃a naturale eſt, ꝙ omnes diligunt ſua opera ſicut parentes diligunt ſuos filios, & poetæ ſua poemata. Illi autem qui acquirunt proprio labore diuitias reputant eas quaſi ſua opera. Vnde magis volunt eas conſeruare. Quartã ꝓprietatẽ ponit ibi.

k ¶ Circa hoc tria facit. Primo ponit ꝓprietatem. Et dicit, quòd nõ eſt facile diteturhomo liberalis, quum non de facili accipiat, nec multũ cuſtodiat diuitias, ſed magis a ſe emittit eas dando, vel expendendo. Et non appreciatur diuitias propter ipſas, ſed ſolum propter dationem. Secundo ibi.

l ¶ Manifeſtat, qđ dixerat per quoddã ſignum. quia enim liberales de facili nõ fiunt diuites. Homines vulgares accuſãt fortunam, cui attribuunt diuitias, quia non ſunt diuites illi, qui maxime eſsẽt digni, ſcilicet liberales, qui aliis largiũtur. Sed ipſe dicit, quòd hoc non irrationabiliter accidit, quia nõ ẽ poſſibile, ꝙ homo habeat pecunias, qui non multum curat habere, ſicut etiam non eſt poſſibile, ꝙ aliquid aliud habeatur, de quo homo nõ curat. Tertio ibi.

i Liberaliores autem eſſe vidẽtur non poſſidentes, ſed accipiẽtes ſubſtantiam. Inexperti enim indigentiæ. Et omnes diligunt magis ſua opera, vt parentes, & poetæ.

k Ditari autem non facile eſt liberalem, neq; acceptiuum exiſtentem, neque cuſtoditiuum, emiſſiuum autem, & non honorantem propter ipſas diuitias, ſed gratia dationis.

l Propter quòd, & accuſãt fortunam, quoniã maxime digni exiſtentes, nequaquam ditãtur. Contingit aut non irrationabiliter hoc. non enim poſſibile pecunias habere non curantem vt habeat, quẽmadmodum neque in aliis.

m Non tamen dabit quibus nõ oportet, neque quando non oportet, neque quęcumque alia talia. Non enim vtique ad hęc comparabitur ſecundum liberalitatem. Et in hoc conſumens non vtiq; habebit in quę oportet conſumere. Quemadmodũ enim dictum eſt, liberalis eſt, q; ſecundum ſubſtantiam expendit, & in quæ oportet.

## LECTIO III.

QVi autẽ ſuperabundat prodigus. Propter qđ tyrannos nõ dicimus prodigos. Multitudine enim poſſeſſionis non uidetur facile ſſe dationibus, & expenſis ſuerabundare.

b Liberalitate utique medietate exiſtente circa pecuniarum dationem, & acceptionẽ; liberalis & dabit, & expẽdit in quę oportet, & quæcumque oportet. Similiter in paruis, et magnis. Et hoc delectabiliter.

## LECTIO III.

POſtquàm Philoſophus determinauit de liberali, hic determinat de prodigo Et primo determinat de eo, qui eſt totaliter prodigus. Secundo de eo, qui eſt partim prodigus & partim liberalis. ibi. {Sed multi prodigorum, &c.} Circa primum duo facit. Primo determinat de prodigo abſolute Secũdo cõparat prodigum illiberali, ibi. {Dictum eſt autem a nobis, &c.} Circa primum duo facit. Primo oſtẽdit, reſpectu cuius ꝓdigus ſuperabundet. Secũdo oſtendit, qualis ſit prodigi actus, ibi. {Liberalitate vtique, &c.} Dicit ergo primo, quòd cum dicatur quis liberalis ex hoc, quòd expendit ſecundum ꝓportionem ſuæ ſubſtantiæ, prodigus dicitur, qui ſuperabundat, proportionẽ ſuæ ſubſtantię expendendo, vel dando. Et ex hoc concludit, quòd Tyranni, qui habent indeficientem diuitiarum abundantiã, vtpote omnia, quæ ſunt communia ſibi vſurpantes, non dicũtur prodigi. Quia propter multitudinẽ eorum, quæ poſſident, non videtur facile, quòd in dando, & expendendo ſuperabundent proportionem ipſarum diuitiarum. Deinde cum dicit.

Lectio 4.

*Magis autem ii liberales ſunt, qui non compararunt ſibi facultates, ſed ab aliis acceperunt. Nec enim experti ſunt indigentiam. Et opera omnes ſua amant, ut parentes atque poetæ.*

G *At uero facile non eſt, liberalem diuitem eſſe quippe cum non ſit ad capiendum, & conſeruandum, ſed ad erogandum procliuis, neque magni per ſe faciat ipſas pecunias, ſed cauſa dandi.*

*Quapropter, & accuſatur fortuna, quod homines ii, qui maxime ſunt digni, minime ſunt locupletes. Accidit autem idipſum non ſine ratione. Fieri enim non poteſt, ut is pecunias habeat qui non adhibet diligentiam, ut paret ipſas, quemadmodum & cæteris in re*

H *bus fieri ſolet.*

*Attamen non dabit quibus non oportet, neque quando non oportet, & de cæteris talibus ſimili modo. Non enim ageret liberalitatis ipſius lege. Et conſumptis ad hæc ipſa fortunis ad ea, quæ oportet, & cum oportet ſumptus facere dareque non poſſet. Etenĩ is eſt ut paulo ante diximus liberalis, qui pro facultatibus erogat, & in quibus oportet.*

I

## LECTIO III.

*QVi uero exuperat, prodigus eſt. Quocirca, tyrãnos prodigos non dicimus; non enĩ facile uidetur eße dando ac erogando, tantam rerum quas habent copiã exuperare.*

K *Cum igitur liberalitas mediocritas ſit circa dandas capiendaſque pecunias, liberalis dabit in quibus oportet, & quot oportet, tam in paruis, quàm etiam in magnis, atque cum uoluptate.*

b ¶ Manifeſtat, qualis ſit actus prodigi. Et quia oppoſita ex inuicem manifeſtantur. Primo reſumit ea, quæ dicta ſunt de actu liberali. Secundo oſtendit, qualis ſit actus prodigi. ibi. {Prodigus autem, &c.} Circa primum duo facit. Primo reſumit, qualiter liberalis ſe habeat circa ea, quæ principaliter ad eum pertinent, ſcilicet circa dationem, & delectationem dationis. Secundo qualiter ſe habeat in his circa quæ ſecundario dicitur liberalis, ibi. {Et accipiet vnde oportet, &c.} Dicit ergo primo, quòd cum liberalitas ſit quædam medietas circa dationem, & acceptionem pecuniarum, liberalis emittit pecunias dando, & expendendo, & hoc ſecundum rationem rectam, in quæ oportet, & quæcumque oportet & alia huiuſmodi, quæ obſeruare oportet, per quòd differt liberalis a prodigo. Et hoc facit tam in paruis, quàm in magnis per quod differt liberalis a magnifico, qui eſt tantummodo circa magna, vt infra dicetur. Et hoc facit delectabiliter, per qđ differt ab illiberali, qui emiſſione pecuniarum contriſtatur. Deinde cum dicit.

Lect. 4.

m ¶ Excludit falſam opinionem. Non enim propter hoc dictum eſt, quòd non curet diuitias, quia det quibus non oportet, vel quando non oportet vel indebite ſecundum quamcumque aliam circumſtantiam. Tum quia talis operatio non eſſet liberalis, tum quia per hoc impediretur ab operatione liberali, dum inutiliter conſumens non haberet, quod optime conſumeret. Sicut enim dictum eſt, liberalis dicitur, qui expendit ſecundum proportionem proprie ſubſtantiæ, & in ea quæ oportet.

c ¶ Reſumit



c ¶ Reſumit quomodo liberalis ſe habeat circa ea, quæ ſecundario ad liberalitatem pertinent. Et primo quomodo ſe habeat circa acceptionem. Secundo quomodo ſe habeat circa triſtitiã, ibi. {Si autem pręter oportunum, &c. & bene, &c.} Dicit ergo primo, quòd liberalis accipit vnde oportet, & obſeruat quæcũque oportet in accipiendo obſeruari. Cum enim liberalitatis virtus medium teneat circa vtrũq; ſcilicet, acceptionem & dationem, liberalis vtrumque facit ſicut oportet, quia ad decentem dationem ſequitur, ꝙ ſit decẽs acceptio. Sed ſi acceptio non ſit decens, contraria eſt decenti dationi, quia ex contrariis cauſis procedunt. Decens enim datio ꝓcedit ex hoc, quòd homo pręfert bonum rationis cupiditati pecuniæ. Sed indecens acceptio ꝓuenit ex hoc, quòd cupiditatẽ pecuniæ pręponit bono rationis. Et quia ea, quæ ſeinuicem conſequũtur ſimul fiunt in eodem. quæ vero ſunt contraria ſimul eſſe non poſſunt, inde eſt ꝙ decens datio, & decens acceptio, quæ ſe inuicem conſequuntur, ſimul adunantur in liberali. Sed indecens acceptio non ſimul inuenitur in eo cum decẽti acceptione, cui contrariatur. Deinde cum dicit.

d ¶ Oſtendit, quomodo ſe habeat liberalis circa triſtitiam, quæ eſt de ammiſſione pecuniæ. Et circa hoc tria facit. Primo oſtẽdit quomodo triſtetur de inordinata datione. Et dicit, ꝙ ſi contingat ipſum aliquid de ſuis diuitiis conſumere præter ordinem ad finem optimum, & præter hoc ꝙ bene ſe habeat in dando ſecundum debitas circumſtantias, de hoc triſtatur, ſicut & quilibet virtuoſus triſtatur cũ facit aliquid contra virtutẽ. Et tamẽ circa ipſam triſtitiam modum rationis obſeruãt vt. ſ. triſtitia ſit moderata & ſecundum ꝙ oportet, quia ad virtutẽ pertinet, vt aliquis delectetur, & triſtetur, in quibus oportet, & ſecundum ꝙ oportet. Secundo ibi.

A

c Et accipiet magnis, & paruis ſimiliter vnde oportet, & quęcunque oportet. Virtute. n. circa ambo exiſtente medietate faciet vtraque, vt oportet. Sequitur. n. decenti dationi talis acceptio, non talis autem contraria eſt, ſequentes quidem igitur fiunt ſimul in ipſo. Cõtrariæ autem manifeſtum quòd non.

B

d Si autem pręter opportunũ, & bene habens cõtingat ipſum conſumere, triſtabitur. Moderate autẽ, & vt oportet. Virtutis enim & delectari, & triſtari quibus oportet, & vt oportet.

e Sed & bene cõmunicatiuus eſt liberalis in pecunijs. Poteſt enim iniuſta pati, non honorans pecunias.

C

f Et magis grauatus ſi quidẽ, quod oportet non conſumpſit, quâm triſtatus ſi non opportunum aliquid conſumpſit, & Symonidi non placens.

g Prodigus autem, & in his peccat. Neque enim delectatur, in quibus oportet, neq; triſtatur, vt oportet. Erit autem procedentibus manifeſtius.

D

h Dictum autẽ eſt nobis, quoniam ſuperabundantiæ, & defectus ſunt prodigalitas, & illiberalitas, & in duobus, in datione, & acceptione. Et expenſas in datione ponimus. Prodigalitas quidem igitur in dando, & non accipiendo ſuperabundat, in accipiendo autem deficit. Illiberalitas autem quidẽ igitur in dando deficit: in accipiendo aũt ſuperabũdat, niſi in paruis.

## LECTIO IIII.

QVę autem quidem igitur prodigalitatis nõ multum coaugetur. Non enim facile ex nulla parte accipientẽ omnibus dare. Ve-

E

*Et accipiet unde oportet, & quod oportet. Nam cum uirtus circa utrũque ſit mediocritas, utrumque faciet, ut oportet. Sequitur enim dationem bonam talis acceptio. Ea uero, quæ non eſt talis, contraria eſt. Hæ igitur quæ conſequuntur fiunt in eodem ſimul: contrariæ uero non fiunt.*

*Quòd ſi præter id quod oportet, & bene ſeſe habet contigerit ipſum pecunias erogare: dolebit ſane, moderate tamen, & ut oportet. Ad uirtutem. n. pertinet, ut pro quibus oportet, & ut oportet, uoluptas fiat ac dolor.*

*Eſt etiam in rebus pecuniariis lenis ſocius ipſe uir liberalis: poteſt enim iniuriam pati, quandoquidem pecunias non multi facit.*

*Magiſque moleſte fert, ſi quid cum oporteret non erogauerit; quàm dolet ſiquid oporteret erogauerit, Simonidiſque ſententia non probat.*

*Prodigus autem, & in his ipſis delinquit. Nec enim lætatur, nec dolet pro quibus oportet, & ut oportet: atque hoc magis patebit per ea quæ deinceps dicemus.*

*Diximus autẽ exuperationem quidem eße prodigalitatem. Defectum autem liberalitatem, & in his duobus, in datione atque acceptione. Et ſumptum enim in datione ponimus, Prodigalitas igitur in dando quidem, et non in capiendo exuperat, in capiendo autem deficit, at illiberalitas ac auaritia deficit quidem in dando, exuperat autem in capiendo, in paruis tamen.*

## LECTIO IIII.

*PRodigalitatis igitur illa duo non nimium ſimul perſiſtunt. Non eſt enim facile nulla ex parte capientem cunctis donare; cito namque deficiunt patrimo*

f ¶ Oſtendit, qualiter circa indebitam retentionem pecuniæ grauatur. Et dicit, ꝙ magis grauatur, ideſt triſtatur ſi non conſumit dando, vel expendendo, quàm triſtetur, ſi conſumat aliquid, quod non oportebat conſumere, & hoc ideo, quia magis ad ipſum pertinet dare, quàm accipere, & conſeruare, quamuis hoc non placeret Simonidi, ideſt, cuidam poetę, qui contrarium fieri oportere dicebat. Deinde cum dicit,

g ¶ Oſtendit ex p̃miſſis qualis ſit act⁹ prodigi. Et dicit, ꝙ in omnib⁹ prædictis ꝓdigus peccat, ideſt non ſolum in dando & accipiendo, ſed ẽt in delectando, & triſtando, quia neq; delectatur, neque triſtatur, in quibus oportet, & ſecundum qđ oportet. Et hoc erit magis manifeſtum ĩ ſequentibus. Deinde cum dicit.

h ¶ Comparat prodigalitatem illiberalitati. Et primo quãtum ad oppoſitionẽ. Secundo quantũ ad quantitatem peccati ibi. {Quæ quidẽ igitur, &c.} Dicit ergo primo, quòd dictum eſt ſupra, quòd prodigalitas, & illiberalitas ſe habent ſecundum ſuperabundantiam, & defectum in duobus, ſcilicet in acceptione, & datione. Et hoc ideo, quia expenſę, quæ ad liberalitatem pertinẽt, ſub datione comprehenduntur. Cõtrarie autem in his ſuperabũdat, & deficit prodigus, & illiberalis. Prodigus enim ſuperabundat in dando, & in hoc, ꝙ non accipiat. Illiberalis autẽ econtrario deficit in dando, & ſuperabundat in accipiendo niſi forte in paruis, quę illiberalis dat, & non curat accipere.

## LECTIO IIII.

POſtquàm Philoſophus oſtẽdit oppoſitionẽ prodigalitatis ad illiberalitatẽ, hic oſtendit, ꝙ illiberalitas excedit in grauitate peccati. Et hoc tribus rationibus. Quarum prima ſumitur ex mutabilitate prodigalitatis, quia non de facili augeť, ſed de facili mouetur. Vnde dicit, quòd ea, quæ pertinent ad prodigalitatem, non multum poſſunt ſimul augeri, vt ſcilicet aliquis nullo modo accipiat, & ſuperflue omnibus det, eo ꝙ ſubſtantia, ideſt diuitiæ velociter deſerit eos, qui dant indiſcrete, quaſi quidam idiotæ, & irrationales. Et tales videntur eſſe prodigi. Et quia vitium, quod non multũ augetur, ſed de facili curatur

e ¶ Oſtendit, quomodo triſtetur circa ablationem pecuniarum. Et dicit, quòd liberalis eſt bene communicatiuus in pecuniis, ideſt promptus ad hoc, quòd pecunias ſuas quaſi communes cum aliis habeat. Poteſt enim abſque triſtitia ſuſtinere, quòd aliquis ei in pecuniis iniurietur, eo quòd non multum pecunias appreciatur. Tertio ibi.

curatur eſt minus graue. Inde eſt, ꝙ prodigus non modicum eſt melior, ideſt minus malus illiberali. Prodigus enim de facili ſanabilis eſt a ſuo vitio ex duobus. Vno quidem modo ab ætate, quia quanto aliquis magis accedit ad ſenectutem, fit magis pronus ad retinendum, & ad non dandum. Quia enim diuitiæ appetuntur, vt per eas humanis defectibus ſubueniatur, conſequens eſt vt quanto alicuius maiores fuerint defectus, tanto pronior fit ad retinendum, & ad non dandum. Secundo ꝓpter paupertatẽ, quæ conſequitur ex ſuperflua prodigi datione. Paupertas autem impedit ꝓdigalitatem dandi, tum propter impoſſibilitatem dandi, tum propter experientiam defectus. Secundam rationem ponit ibi.

b ¶ Quæ ſumitur ex ſimilitudine eius ad liberalitatem. Vnde dicit, ꝙ prodigus de facili poteſt reduci ad medium virtutis propter cõueniẽtiam quam habet cũ liberali. Habet enim prodigus, quæ habet liberalis, quia, ſcilicet liberter dat, & nõ de facili accipit. Differt autem a liberali, quia neutrum horũ facit ſecũdum quòd oportet, & bene, i. ſecundum rationem rectam. Et ideo ſi ꝑducatur ad hoc, ꝙ faciat prædicta ſecundum ꝙ oportet, ſiue per aſſuetudinem, ſiue per quamcumque aliam tranſmutationem ætatis, vel fortunæ erit liberalis, vt. ſ. det quibus oportet, & non accipiat vnde non oportet. Et ex hoc concludit, quòd prodigus non videtur eſſe prauus ſecundum id quod pertinet proprie ad virtutem moralem, quæ reſpicit directe appetitiuam potentiam. Non enim pertinet ad malum ſiue corruptum appetitum, neque ad defectũ virilis animi, ꝙ aliquis ſuperabundat in dando, & in non accipiẽdo. Sed videtur pertinere ad inſipientiã quandam. Et ſic videtur, ꝙ prodigalitas non tam ꝑtineat ad malitiam moralem, quæ reſpicit pronitatem appetitus ad malum, quám rationis defectum. Tertio ibi.

c ¶ Ponit tertiam rationem, quæ ſumitur ex defectu prodigalitatis. Vnde dicit, ꝙ prodigum eſſe multo meliorem illiberali non ſolum apparet propter prædictas duas rationes, ſed etiam propter hanc tertiam, quoniam prodigus multis prodeſt, per ſuam dationem, licet ſibi noceat inordinate dando. Sed

F illiberalis nulli prodeſt inquantum deficit in dando, nec etiam prodeſt ſibi ipſi inquantum deficit in expendendo. Deinde cum dicit.

d ¶ Determinat de eo, qui eſt commixtus ex prodigo, & illiberali. Et circa hoc duo facit. Primo oſtendit quomodo aliqui prodigi aliquid illiberalitatis habent. Secundo, infert quaſdam concluſiones ex dictis ibi. {Propter quod intemperati, &c.} Circa primum duo facit. Primo oſtẽdit quomodo quidã prodigi male ſe habent in accipiendo. Secundo quomodo ſe habent in dando, ibi. {Propter quod neque liberalis, &c.} Circa primum duo facit. Primò proponit quod intendit, & dicit quòd multi sũt prodigi ſecundũ ſuperfluam dationem, ſunt etiam ſecũdum aliquid illiberales inquantum accipiunt, vnde non oportet. Secundo ibi.

e ¶ Aſſignat duas rationes. Quarum prima talis eſt, quia tales proni ſunt ad accipiẽdum propter hoc ꝙ volunt conſumere ſua ſuperflue dando, & expendendo, & de facili cõſumũt quia ea, quæ habent, cito eos deſerunt. Vnde ad hoc ꝙ implere poſſint voluntatem ſuam circa ſuperfluas dationes, & expenſas, coguntur aliunde inordinate acquirere, quæ non habent. Secunda ratio eſt; quia magis dant ex quadam concupiſcentia dandi, quàm ex ratione recta, quaſi intendentes ad aliquod bonum, vnde volunt quidem dare, ſed qualiter, aut vnde, nihil apud eos differt, & ideò nullam curam habent de bono: & ſic indifferenter vndecumq; accipiunt. Deinde cum dicit.

f ¶ Oſtendit quomodo deficiant circa dationes. Et dicit, ꝙ quia nullam curam habẽt de bono, ideo dationes eorum non ſunt liberales nec bonæ, neque propter bonum, neque modum debitum habẽt, ſed quandoque diuites faciunt malos homines quos oporteret pauperes eſſe, quia cum diuitiis male vtuntur, & ſibi, & aliis sũt nociui. & tamen hominibus, qui habent mentes moderatas ſecundum virtutem, non darent aliquid, in quo deficiunt in dando. Sed multa dant adulatoribus, vel aliis hominibus, qui eos qualitercumque delectant, puta hyſtrionibus, vel lenonibus, in quo ſuperabundant in dando. Deinde cum dicit.



lociter enim derelinquit ſubſtãtia dantes idiotas, qui & videntur prodigi eſſe. Quale talis videbitur vtique, non parum melior eſſe illiberali. Bene ſanabilis .n. eſt, & ab ętate, & ab ęgeſtate.

G b Et ad medium poteſt venire. habet .n. q̃ liberalis. etenim dat, & nõ accipit. Neutrum autem, vt oportet, neque bene. Si vtiq; hoc aſſueſcat, vel qualiter aliter tranſmutet, erit vtique liberalis. Dabit .n. quibus oportet, & accipiet vnde oportet, & nõ accipiet, vnde non oportet. Propter quod & videtur eſſe nõ omnino prauus ſecundum morem. Non .n. mali, neque inuirilis ſuperabundare dãtem, & non accipientem. Inſipientis autem.

H c Secundum hunc autem modum prodigus multum videtur melior illiberali eſſe, & propter ea, quæ dicta ſunt. & quoniam hic quidem prodeſt multis. hic autem nulli, ſed neque ſibiipſi.

d Sed multi prodigorum, quẽadmodum dictum eſt, & accipiunt vnde non oportet, & ſunt ſecundum hoc illiberales.

I e Acceptiui autẽ ſunt, propter velle quidem conſumere. facile autẽ hoc facere non poſſunt. velociter enim derelinquit eos exiſtentia. coguntur .n. aliunde acquirere. Similiter autem, & propter nihil boni curare indifferenter, & vndique accipiunt. dare enim concupiſcunt. qualiter autem, vel vnde, nihil confeſtim eis differt.

K f Propter quod, neq; liberales dationes ipſorum ſunt. Neq; .n. bonæ, neq; huius ipſius gratia, neque ut oportet. Sed qñ quos oportet indigere, hos diuites faciũt. Et moderatis qdẽ sñ mores, nihil vtiq; darent. Adulatoribus autem, vel ſecundũ aliquã aliã voluptatẽ tribuunt multa.

*nia priuatorum hominum erogantium, qui quidem, & prodigi ſunt. Atque talis non parum melior videbitur eſſe illiberali. Et ab ætate enim, & ab ægeſtate facile curari.*

*Et ad mediocritatem accedere poteſt. nam habet ea; quæ ſunt hominis liberalis. Dat enim, & non accipit, quanquam neutrum facit, ut oportet ac recte. quia ſi ad hoc aſſueſcat, vel aliquo alio modo mutetur, fiet vtique liberalis. Etenim dabit quibus oportet, & capiet vnde oportet. Quapropter, & videtur non eſſe moribus prauus, non eſt enim improbi nec ingeneroſi, tam in dando, quàm in non capiendo exuperare, ſtolidi tamen.*

*Qui vero hoc modo eſt prodigus, multo melior eſt illiberali atque auaro: cum ob ea, quæ dicta ſunt, tum etiam, quia prodigus quidem compluribus prodeſt. Illiberalis autem nemini, ne ſibiipſi quidem,*

*Sed plerique prodigorum, ut dictum eſt, & accipiunt unde non oportet, & ſunt hoc ipſo illiberales.*

*Ad capiendum autem proni ſunt, quia cupiunt quidem erogare: hoc autem facile nequeunt facere; cum cito facultates ipſis deficiant. Itaque ex alienis dare coguntur, et ſimul quia nulla eſt eis honeſtatis cura, ſine ullo diſcrimine, & undique capiunt, dare namque percupiunt, quo nam autem modo, aut unde, nullum eſt apud ipſos diſcrimen.*

*Quapropter, nec dationes ipſorum ſunt liberales. Non .n. ſunt honeſtæ, nec honeſtatis gratia, nec ut oportet efficiuntur, ſed interdum quos oportet eſſe pauperes, eos diuites faciunt. Et iis quidem qui moderati ſunt moribus, nihil darent. Adulatoribus autem multa. aut quampiam aliam afferentibus uoluptatem.*



g ¶ Inducit duas concluſiones ex pręmiſſis. Quarum prima eſt, ꝙ propter præmiſſa multi prodigorum ſunt intemperati. Et hoc apparet ex duobus. Primo quidem, quia cum ſint faciles ad conſumendum ſua, de facili conſumunt in intemperantias, puta in cibos, & in venerea, a quibus multi retrahuntur timore expenſarum. Secundo, quia cum non ordinent vitam ſuam ad bonum honeſtum, conſequens eſt, ꝙ declinent ad voluptates. Hæc .n. duo, ſunt propter ſe appetibilia. Honeſtũ quidem, ſecundũ appetitum rationalem. Delectabile, ſecundũ appetitum ſenſitiuũ. Vtile autem refertur ad vtrumque horũ. Secundam concluſionem ponit, ibi.

h ¶ Et dicit, quòd ex præmiſſis patet, quòd prodigus ſi nõ poteſt induci ad virtutem, tranſit ad prædicta vitia. Si autem potiatur ſtudio, ſcilicet virtutis ꝑueniet de facili ad medium, ſcilicet vt det, & abſtineat ab accipiendo ſecũdum ꝙ oportet, vt ſupra dictum eſt.

LECTIO V.

Poſtquàm Philoſophus determinauit de prodigalitate, hic determinat de illiberalitate. Et circa hoc tria facit. Primo proponit quandam conditionem illiberalitatis. Secundo diſtinguit illiberalitatis modos, ſeu ſpecies ibi. {Extenditur autem in multis, &c.} Tertio comparat illiberalitatem ad ſuum oppoſitum ibi. {Cõgrue vtique illiberalitati, &c.} Dicit ergo primo, ꝙ illiberalitas eſt inſanabilis, & hui[9] aſſignat duas rationes. Quarũ prima eſt, ꝙ vita humana, & etiam res mundanæ, vt plurimum tendũt in defectum. Manifeſtum eſt autẽ experimento, ꝙ ſenectus, & quælibet alia impotentia, vel defectus, faciunt homines illiberales, q̃a videt homini quòd pluribus indigeat. Et ideo magis cupit res exteriores, quibus humanæ indigentiæ ſubuenitur. Secunda ratio eſt, quia illud ad quod homo naturaliter inclinatur, non de facili remouentur ab eo; magis autem inclinatur homo ad illiberalitatem, quàm ad prodigalitatem. Cuius ſignum eſt, ꝙ plures inueniuntur amatores, & conſeruatores pecuniarum, q̃ datores. Id autem quod naturale eſt, in pluribus inuenitur. In tantum autem natura inclinat ad amorem diuitiarum, inquantum

A per eas vita hominis conſeruatur. Deinde cum dicit.

b ¶ Diſtinguit modos, ſeu ſpecies illiberalitatis. Et circa hoc tria facit. Primo oſtendit, ꝙ illiberalitas attenditur ſecundum duo, ſcilicet ſecundum ſuperfluum in accipiendo, & defectum in dando. Secundo ponit ſpecies, quæ accipiuntur, ſecundum defectum in dando, ibi. {Qui quidem .n. in talibus, &c.} Tertio ponit ſpecies, quę accipiuntur ſecundũ ſuperfluam acceptionẽ ibi. {Hi ſunt rurſus ſecundũ acceptionem, &c.} Dicit ergo primo, ꝙ illiberalitas in multum augetur, ad multa etiã ſe extendit, & multiformis eſt, inquantũ ſcilicet sũt multi modi illiberalitatis. Cũ enim illiberalitas in duobus exiſtat, ſcilicet in defectu dationis, & in ſuperabundantia acceptionis, non omnes illiberales peccant in vtroq; quaſi totam rationẽ illiberalitatis habentes. Sed diuiditur aliquando in diuerſis, ita ꝙ quidam ſuperabũdant in acceptione, qui tamen in datione non deficiunt, ſicut de prodigo ſupra dictum eſt. Alii vero deficiunt in datione, & tamen non ſuperabundant in acceptione. Deinde cum dicit.

c ¶ Determinat modos eorum, qui in datione deficiunt. Et dicit, ꝙ tales appellantur parci, eo ꝙ parũ expendunt, tenaces a defectu datiõis quaſi multum retinentes dicuntur, etiam cimibiles, quaſi venditores cimini a quodam ſuperexceſſu tenacitatis, quia ſcilicet, nec minimũ aliquod darent abſque recompenſatione. Et tamen iſti non ſuperabundant in accipiendo, quia nec aliena appetunt, nec oblata multum curant accipere. Et hoc propter duas rationes. Quarum prima eſt, quia ſcilicet, hoc dimittunt propter morum moderantiam, & propter timorem turpitudinis. Videntur .n. cuſtodire ſua. Et hoc etiam dicunt verbo, ne ſi ſua dent, cogantur aliquando propter penuriam turpe aliquid operari. Et inde eſt etiam, ꝙ nolunt recipere aliena, turpe hoc extimantes, vel etiam dubitant ne ab his, qui eis darent inducerentur ad aliquid indecens. Et de eorum numero videtur eſſe cimibiles, ideſt Cimini venditor, qui ſic nominatur propter hoc, ꝙ ſuperabundat in hoc, ꝙ nulli dare vult. Et eadem ratio eſt de omnibus ſimilibus. Secunda ratio eſt, quia aliqui abſtinent ab accipiendo

g Propter quod intẽperati ipſorum ſunt multi. Facile enim conſumentes, & in intemperantias conſumptiui ſunt, & propter nõ ad bonum viuere, & ad voluptates declinant.

h Prodigus quidem igitur inducibilis effectus tranſit. Potitus autem ſtudio, in medium, & ad quod oportet adueniet vtique.

## LECTIO V.

Illiberalitas autem inſanabilis eſt. Videtur enim ſenectus, & omnis impotentia illiberales facere. Et magis connaturale hominibus prodigalitate. Multi .n. amatores pecuniarum magis quàm datores.

B b Extenditur autem in multũ & multiforme eſt. Multi enim modi videntur illiberalitatis eſſe. In duobus enim exiſtens, & defectu dationis, & ſuperabundantia acceptionis. Non omnibus integra aduenit; ſed quandoque diuiditur. Et hi quidem adeptione ſuperabundant. Hi autem datione deficiunt.

C c Qui quidẽ igitur in talibus appellationibus, puta parci, tenaces, cimibiles omnes datione deficiunt. Aliena autem non appetunt, neque volunt accipere. Hi quidẽ ꝑp quãdam moderãtiam, & reuerentiã turpium. Videntur enim quidã vel dicũt propter hoc cuſtodire, vt nõ aliquando cogantur turpe aliquid operari. Horum autem, & ciminiuenditor, & omnis talis nominatus eſt aute a ſuperabũdãtia eius, quod eſt nulli vtique dare. Hi aũt rurſus propter timorem abſtinẽt ab alienis, vt nõ facile ipſumq; aliorum accipere, quę autem ipſius alios non. Placet igitur eis, neque dare, neque accipere.

*Quamobrem & plerique ipſorum intemperantes ſunt. Nam cum facile erogent, proni ſunt, & ad ſumptus in flagitijs faciendos. Atque, quia non ad honeſtatem viuunt, ad voluptates declinant.*

*Prodigus igitur ſi nullam prorſus habeat emendationem ad hæc tranſgreditur; cura uero diligentiaque adhibita, ad medium, & ad id quod oportet tandem deuenerit.*

## *LECTIO V.*

*At illiberalitas ac auaritia incurabilis eſt. Etenim, & ſenectus, et imbecillitas omnis auaros efficit. Eſtque hominibus inſita magis quàm prodigalitas. Plerique namque cupidi ſunt magis pecuniarum, quàm ad dandum procliues.*

*Extenditur præterea longe, & plures ſpecies ſubit. Complures enim ſunt illiberalitatis ac auaritiæ modi. Nam cum in duobus hiſce conſiſtat, in defectu, inquam dandi, & exuperatione accipiendi, non in omnibus ineſt tota, ſed interdum ſeiungitur, & quidam in capiendo exuperant, quidam in dando deficiunt.*

D *Qui namque talibus appellationibus nuncupantur parci, tenaces, aridi, omnes in dando deficiunt, aliena uero non appetunt, neque accipere uolunt. Quidam enim in dando deficiunt propter modeſtiam quandam, turpiumque rerum cautionem, videntur enim nonnulli, uel ſaltem aiunt, ob eam rem ſua conſeruare, ne compellerentur aliquando turpe aliquid agere. Ex is eſt, & ipſe cuminiſector, & quiuis talis, qui quidem ab exuperatione non dandi cuiquam nomen habuit tale.*

E *Quidam uero ob metum abſtinent alienis, quippe cum non facile ſit ipſos aliena, & non alios res ipſorum accipere. Itaque nec accipere ipſis, nec dare placet.*

piendo aliena propter hoc, ꝙ timent ne oporteat eos dare qua si non sit facile, vt ipse ea quæ sunt aliorum accipiat, & alii nõ accipiunt ea quæ sunt eius, & ideò placet eis ꝙ neque dent, neque accipiant. Deinde cum dicit.

d ¶ Ponit modos illiberalitatis: Et primo quantum ad eos, qui turpiter accipiunt. Secundo, quantum ad eos, qui iniuste, ibi. {Aleator quidẽ, &c.} Dicit ergo primo, ꝙ quidam illiberales superabundant in acceptione, non curantes, quid, vel vnde accipiant, seu lucrentur. Quorum quidam lucrantur đ vilibus, & seruilibus operationibus. Quidam vero lucrantur de turpibus, & illicitis, puta de meretricio, vel de aliquo simili, sicut lenones. Quidam vero lucrãtur per improbã exactionem, sicut vsurarii, & qui saltem aliquid paruum volunt lucrari ĩ aliquo multo, quod dãt, vel mutuant. Omnes enim prædicti accipiũt vnde non oportet, scilicet de seruilibus, vel turpibus operibus, vel quantum non oportet, sicut vsurarii qui accipiunt vltra sortem. Quibus omnibus commune est, & lucrum, & hoc paruum, quia illi qui magna lucrantur, & ꝙ turpiter lucrantur inquantum scilicet substinent, vt opprobrio habeantur propter aliqđ, accipiunt vnde nõ oportet, vel quæ non oportet, sicut tyranni, qui depredantur ciuitates, & templa, non dicũtur illiberales, sed magis pernitiosi, & iniusti homines, & impii in deum, quasi legis transgressores. Deinde cum dicit.

e ¶ Ponit illiberales, qui accipiunt iniuste sicut aleator, q lucratur ex ludo taxillorum. & ille qui spoliat mortuos, qui antiquitus cum magno apparatu sepeliebantur. & latro qui spoliat viuos. Omnes enim isti turpiter lucrantur inquãtum propter lucrum negocia quædam faciunt, vnde sunt opprobria, secundum qđ etiam de superioribus dictum est. Sed in istis est aliqua specialis ratio turpitudinis. Quidam enim horum, scilicet spoliator mortuorum, & latro, exponunt se magnis periculis, propter lucrum agentes ea quę legibus puniuntur, alii vero, scilicet aleatores volunt lucrari ab amicis cum quibus ludunt, cum tamen magis conueniat secundum liberalitatem amicis aliquid dare. Et sic patet, quòd vtrique dum volũt lucrari, vnde non oportet sunt turpes lucratores. Et sic oportet, ꝙ omnes prædictæ sumptiones idest acceptiones, sint illiberales. Deinde cum dicit.

d Hi autem rursus secundũ acceptionẽ superabundant in vndique accipiendo, & omne, puta illiberales operationes operãtes, & de meretricio pasti, & omnes tales, & vsurarii, & ĩ paruo, & ĩ multo. Omnes enim isti vnde non oportet accipiunt, & quantum non oportet. Cõmune autem ĩ ipsis turpis lucratio apparet. Omnes enim gratia lucri, & huius parui opprobria sustinent. Eos enim, qui magna, non vnde oportet accipiunt, neque quæ oportet non dicimus illiberales, puta tyrannos ciuitates desolantes, & sacra prædãtes, sed pernitiosos magis & impios, & iniustos.

*Quidam autem in capiendo exuperant undique, & quoduis capientes, quales sunt ii, qui operationes illiberales exercent, ut lenones omnes, & omnes tales fæneratores, & qui dant parua pro magnis, hi namque omnes unde non oportet, & quantum non oportet accipiunt. Communis autem ipsis* G *omnibus esse uidetur turpis comparatio lucri. Vniuersi namque gratia lucri, & huiusce quidem parui probra sustinent. Eos enim qui grandia unde non oportet, & quæ non oportet accipiunt, ut tyrannos ciuitates expugnãtes, & templa spoliantes, non illiberales, sed pernitiosos, sed impios, sed iniustos potius appellamus.*

e Aleator quidem & mortuorum spoliator, & latro, illiberalium sunt turpes lucratores. Lucri enim gratia vtriq; negociãtur, & opprobria sustinent. Et hi quidẽ pericula maxima gratia lucri. hi autem ab amicis lucrantur, quibus oportet dare. Vtrique vtique vnde non oportet lucrari volẽtes turpes lucratores. Et omnes vtiq; tales sumptiones illiberales.

*Aleatores tamen, & fures, atque* H *latrones, illiberales sunt. turpi enim uersantur in lucro. Omnia namq; causa quæstus agunt, & sustinent probra. Atque fures quidem capiendi gratia maxima pericula subeunt. Aleatores autem ab amicis, quibus dare oportet lucrantur. Vtrique igitur unde non oportet lucrari uolentes, turpi in lucro uersantur, & omnes tales accipiẽdi actus illiberales sunt.*

f Congrue itaque liberalitati illeberalitas contrarium dicit. maius enim est malum prodigalitate. et magis in hanc peccant quàm secundum dictam prodigalitatem. De liberalitate quidem igitur, & oppositis malitiis tanta dicta sunt.

*Merito autem illiberalitas liberali* I *tati contraria dicitur. Nam & maius est malum, quàm prodigalitas. Et homines magis ac ipsa peccant, quàm ca quam diximus prodigalitate. De liberalitate igitur, & uitiis ipsi contrariis, hæc dicta sufficiant.*

f ¶ Determinat de illiberalitate per comparationem ad oppositum vitium. Et dicit, ꝙ illiberalitas congrue denominatur ab oppositione liberalitatis. Semper enim peius vitium magis opponitur virtuti. Illiberalitas autem est peior prodigalitate, vt supra ostensum est, vnde relinquitur, ꝙ magis opponatur illiberalitati. Secunda ratio est, quia homines magis peccant secũdum vitium, qđ dicitur illiberalitas, quàm secundum vitium, quod dicitur prodigalitas. Et propter hoc nominatur a priuatione liberalitatis, quia pluries ꝑ hoc vitium corrumpitur liberalitas. Vltimo autem epilogat quę dicta sunt dicẽs, tanta dicta esse de liberalitate, & de oppositis vitiis.

## LECTIO VI.

Videbitur autẽ vtiq; cõsequens esse & de magnificentia pertransire. Videtur etenim hæc ipsa circa pecunias, quędã virtus esse.

## *LECTIO VI.*

K *Sequitur iam de magnificentia disseramus. Est enim, & ipsa uirtus quædam circa pecunias.*

b Non quemadmodum liberalitas extenditur circa omnes, q̃ in pecuniis operationes, sed circa sumptuosas solum. In his autem superexcellit liberalitatem magnitudine, quemadmodum nomen ipsum significat. In magnitudine enim decens sumptuosus est.

*Non tamen sese extendit, ut liberalitas ad omnes pecuniarios actus, sed ad sumptus tantum. Atque in his ipsis liberalitatem exuperat magnitudine, nam ut ipsum nomen significat, decens fit per ipsam in magnitudine sumptus.*

## LECTIO VI.

Postquàm Philosophus determinauit de liberalitate, hic đterminat de magnificentia. Et diuiditur pars ista ĩ duas partes. In prima inquirit materiam magnificentię, & oppositorum vitiorum. In secunda ostendit qualiter magnificentiæ, & opposita vitia, circa propriam materiam operantur, ibi. {Magnificus aũt sciẽtię assimilatur, &c.} Circa primum, duo facit. Primo ostẽdit, quæ sit materia magnificentiæ. Secundo ostendit, quæ sint vitia ei opposita. ibi. {Tales autem habitus, &c.} Circa primum tria facit. Primo proponit materiam communẽ magnificentiæ, & liberalitati. Secundo, ostẽdit differentiam inter vtrũque. ibi. {Nõ quemadmodum aũt liberalitas, &c.} Tertio probat propositũ ibi. {Qui autem in paruis, &c.} Dicit ergo primo, ꝙ post liberalitatẽ videtur esse conueniens, ꝙ sequatur tractatus đ magnificentia. Et ratio conuenientiæ est, quia magnificentia videtur esse quædam virtus circa pecunias, sicut & liberalitas. Deinde cum dicit.

b ¶ Ostendit differentiam quantum ad materiam inter magnificentiam, & liberalitatem. Et circa hoc duo facit. Primo ponit differentiam. Secundo manifestat quod dixerat. ibi. {Magnitudo autem, &c.} Circa primum ponit duas differentias. Quarum prima est, ꝙ liberalitas se extendit ad omnes operationes, quæ sunt circa pecunias, idest ad expensas, acceptiones, & dationes. Sed magnificentia est solum circa sumptus, idest expensas.



expensas. Secunda differentia est, ꝙ etiam in sumptibus siue in expensis, magnificentia excedit liberalitatem magnitudine expensarum. Magnificentia enim est solum circa magnas expensas, sicut ipsum nomen demonstrat. Sed liberalitas potest esse etiam circa moderatas, vel immoderatas. nec tamen intelligendum est, ꝙ quia magnitudo importat excessum quendam, ꝙ magnificus ita magnos sumptus faciat, ꝙ excedat id quod debet fieri secundum rationem: sed sumptꝰ magnifici ita sũt cum magnitudine, ꝙ cum hoc etiam seruatur decens. Decet.n. & personam faciẽtis, & opus, in quo fiunt expensæ, vt infra dicetur. Deinde cum dicit.

c ¶ Exponit quod dixerat, scilicet, qualiter magnitudo sumptus conueniat magnifico. Et quia magnum dicitur relatiue, vt habetur in Prędicamentis, ideo, & hic dicitur, ꝙ magnitudo sumptus accipitur per respectũ ad aliquid aliud, puta ad illud, in quo fiũt expensæ, vel ad personam expendentis, quia non idem sumptus dicitur esse magnus per comparationem ad Triarcham, idest principem galearum, quæ habent tres ordines remorũ, vnde, & trieres, vocãtur, & Architeorum, idest principem speculationis. Puta si aliquis fuerit præfectus templi, vel etiam studii. Oportet enim sumptum esse decentem per comparationem ad ipsum qui expendit, & per comparationẽ ad id, in quo expendit. Circa qđ etiam oportet considerare circa quæ illud fiat. Puta, si fiunt expensæ ĩ ædificatione domus, oportet, vltra considerare, cui. domus illa ædificetur, vtrum, scilicet principi, vel priuatæ personæ, quia scilicet secundũ hoc diuersi sumptus requiruntur. Deinde cum dicit.

d ¶ Probat quod dixerat, scilicet ꝙ ad magnificentiam pertinet magnitudo sumptus, quia ille, qui expendit in paruis, vel etiam moderatis secundum ꝙ dignum est, non dicitur magnificus, puta si multotiens diuisim expenderet multa in paruis rebus, ita quòd omnes illę expensæ congregatæ facerent quid tantum, quantum illud quod expendit magnificus, nihilominus tamen magnificus non diceretur, & si prompte, & liberaliter illa parua expenderet, quia omnis magnificus est liberalis, non tamen sequitur, quòd omnis liberalis sit magnificus. Deinde cum dicit.

e ¶ Ostendit, quæ sint vitia opposita magnificentiæ. Et dicit quod vitium oppositum habitui magnificentiæ per modum defectus vocatur paruificẽtia. Sed vitiũ quod opponitur ei per modum superabundantiæ vocatur bannausia, a bannos, quod est, fornax, quia tales sicut in fornace omnia sua consumunt. Vocatur apirocalia, quasi sine experientia boni, quia scilicet in- A experti sunt qualiter oporteat bonum operari, & si quæ etiam sunt aliæ tales nominationes. Quę quidem important superabũdantiam, non quia excedant magnificum in magnitudine expẽsarum, circa quæ oportet expendere. Sed superabundãt in hoc, ꝙ excedunt rationem rectam in hoc, ꝙ faciunt magnos sumptus cum quadã præclaritate, in quibus non oportet. Ex quo patet, ꝙ medium, & extrema in virtutibꝰ moralibus non accipiuntur secundũ quãtitatem absolutam, sed per respectum ad rationẽ rectam. Subdit autem, quòd de istis vitiis posterius dicetur in hoc eodẽ capitulo. Deinde cum dicit.

c Magnitudo autẽ ad aliquid. Non enim idem sumptus triarcham, & architheoro decens, vtique ad ipsum, & in quo, & circa quæ.

*Magnitudo autem est ad aliquid.* B *Non enim idem sumptus triremis, & spectaculorum præfectum decet. Decens igitur est & ad ipsum, & in quo, & circa quæ fit.*

d Qui autem in paruis, vel in moderatis secundum dignitatem expendit, non dicitur magnificus. Puta hoc multotiens dare, & tanti: sed qui in magnis iste. Magnificus quidem enim liberalis. Liberalis autem nihil magis magnificus.

*Qui uero paruis in rebus ac mediocribus pro dignitate sũptus facit, qualis est ille, qui dicit. Atque ego sæpe peregre dedi uenientibus ultro, non dicitur magnificus, sed is, qui in magnis. Nam magnificus quidem liberalis est, at liberalis non continuo ma*C*gnificus est.*

e Talis autẽ habitus defectus quidem paruificentia vocatur: superabundantia autem est bãnausia, & apirocalia, & quęcunque tales non superabundantes magnitudine, circa quę oportet, sed in quibus non oportet, & vt non oportet, præclare. Posterius aũt de ipsis dicemus.

*Talis autem habitus defectus quidem circa decorum pusillitas nuncupatur, exuperatio uero sorditas, & circa decorum ruditas appellatur, & quot sunt tales non circa quæ oportet exuperantes magnitudine, sed in quibus non oportet, & quemadmodũ non oportet, quærẽtes sibi splendorem, de quibus posterius dicemus.*

f Magnificus autem scienti assimilatur. Decens enim potest speculari, & expendere magna prudenter. Quemadmodum enim in principio diximus, habitus operationibus determinatur, & quorum est, Magnifici vtique sumptus magni, & decentes. talia vtique, & opera. sic enim erit magnus sumptus, & decens operi. Quare opus quidem sumptu dignum oportet esse, sumptum autem opere, vel superabundare.

*Magnificus autẽ scienti similis est, nam decorum ipsum contemplari po*D*test, & magnos concinne facere sumptus. Vt enim in principio diximus, habitus operationibus, & ijs quorum est definitur. Sumptus igitur magnifici magni sunt, & decentes, Talia autem, & opera sunt, sic enim magnus erit sumptus, & decens ad opus, ut sumptu quidem opus, opere uero dignus sit, uel etiam exuperet sumptus.*

f ¶ Ostendit quomodo magnificentia & opposita vitia circa prædictam materiam se habeant. Et primo determinat đ magnificentia. Secũdo de vitijs oppositis ibi. {Superabundans autem, &c.} Circa primum duo facit. Lect. 7. Primo ponit quasdã proprietates magnifici pertinẽtes ad modum expendendi. Secundo ostendit, in quibꝰ magnificus expendat, ibi. {Est autem sumptuum &c.} Circa primum ponit sex proprietates magnifici: quarum prima est, quòd magnificus assimilatur scienti, quia, scilicet sicut ad scientem artificem pertinet cognoscere proportionem vnius ad aliud, ita etiam ad magnificũ pertinet cognoscere proportionem expensarum ad id in quo fiunt expensæ. Potest enim magnificus ex virtute sui habitus, considerare quid deceat expendere, & sic faciet magnas expensas prudẽter, quod requiritur ad omnem virtutem E moralem, vt scilicet prudenter operetur. Hoc autem quod dictum est, manifestat Philosophus per hoc quod supradictum est in Secundo, quòd quilibet habitus determinatur per operationes, & per obiecta quorum est habitus, quia scilicet determinati habitus sunt determinatarum operationum, & obiectorum. Et quia operationes magnificentiæ sunt expensæ, & obiecta operationum sunt ea, in quibus expensæ fiunt magnæ, consequens est, quòd ad magnificum pertinet considerare, & facere magnos sumptus, & conuenientes, quod non potest fieri sine prudentia. Per hunc enim modum expensæ erunt magnæ, & conuenientes operationi, puta domui edificandæ, vel alicui huiusmodi. Sic igitur oportet, quòd opus in quo fiunt expensæ sit tale, quod sit dignum eiusmodi sumptu, scilicet expensa: sumptum autem, idest expensam oportet esse, vt proportionetur operi, vel quòd superabundet. Quia enim difficilimum est medium attingere, si contingat a medio declinare semper virtus declinat in id quod minus habet de malo, sicut dicitur fortis in minus timendo, & liberalis in dando, & sic magnificus in plus expendendo. Secundam proprietatem ponit, ibi. Lectio. 6.

¶ g Quæ

g ¶ Quæ ſumitur ex parte finis. Et dicit, ꝙ magnificus conſumet in expendendo talia magna, & decentia propter bonũ honeſtum ſicut propter finem. Operari autem propter bonum eſt commune omnibus virtutibus. Tertiam rationem ponit ibi.
h ¶ Et dicit, quòd ad magnificum pertinet delectabiliter magna expendere, & emiſſiue, ideſt prompte, & ſine difficultate emittendo, quia quòd aliquis ſit multum diligens in ratiotinio, ideſt computatione expenſarum ꝑtinet ad paruificentiam. Quartam proprietatem ponit ibi.
i ¶ Et dicit, quòd magnificus magis intendit quomodo faciat opus optimum, & decentiſſimum, q̃ quomodo minimum poſſit expendere ad opus intentum faciẽdum. Quintam proprietatem ponit ibi.
K ¶ Et dicit, quòd neceſſarium eſt quòd magnificus ſit liberalis. Quia ad liberalẽ ꝑtinet expendere ea quæ oportet, & ſicut oportet. In hoc etiã magnificus: expẽdit enim circa magna, & decentia opera, vt dictum eſt. Et hoc facit delectabiliter & emiſſiue, & propter bonum. Sed ad magnificum proprie pertinet, quòd aliquid magnũ circa hoc faciat, ac magnificentia nihil aliud ſit q̃ quædam magnitudo liberalitatis circa prædicta. Sextam proprietatem ponit ibi.
l ¶ Et dicit, ꝙ dũ magnificus ĩ aliquo magno opere facit magnas expenſas conſtituit opus magis magnificum ex ęqualitate expenſarum, quia non ad idem pertinet virtus, ideſt vltimum, & optimũ ĩn poſſeſſione diuitiarum, & in opere quo diuitiæ expendunt. Quia virt⁹, ideſt maximum, & optimum in poſſeſſionibus eſt illud, quod eſt plurimo precio dignum, & hoc eſt aurum, & quòd homines maxime honorant, ideſt appreciantur. Sed virtus operis eſt, quod ſit magnum, & bonum, quia conſideratio talis operis inducit admirationem. Et tale eſt opus magnificentiæ, vt ſcilicet ſit admirabile. Et ſic patet, quòd virtus operis, id eſt optima excellentia eius, eſt ſecundum magnificẽtiam cum magnitudine expenſarum.

g Conſumet autem talia magnificus boni gratia. Commune enim hoc virtutibus.

*At qui magnificus honeſtatis cauſa tales faciet ſumptus. Hoc enim omnibus eſt commune uirtutibus.*

h Et adhuc delectabiliter, & emiſſiue. Ratiocinii diligentia paruifica.

*Et etiam cũ uoluptate, & ſine parſimonia erogando. Exacta namque ratio ad puſillitatem nimirum attinet.*

G

i Et qualiter optimum, & decentiſſimum intendet vtiq;, magis quâm quanto, & qualiter minimo.

*Atque potius quonam modo pulcherrimum maximeque decens fuerit ipſum opus conſiderabit, quàm quanti conſtiterit, & quonam modo confectum perquàm minimos fuerit ſumptus.*

k Neceſſarium autem, & liberalem magnificum eſſe. Etenim liberalis expẽdet, quę oportet, & vt oportet. In his.n. magnum magnifici velut magnitudo circa hęc liberalitate exiſtente.

*Neceſſe eſt igitur ipſum magnificum liberalem etiam eſſe. Etenim liberalis ſumptus faciet quos oportet, & ut oportet. In his autem eſt magnum ipſi magnifici, ut magnitudo circa hæc liberalitatis.*

H

l Et ab æquali ſumptu opus faciet magis magnificum. Non enim eadem virtus poſſeſſionis & operis. Poſſeſſionis enim quidem uirtus quod plurimo dignum & honoratiſſimum, puta aurum. operis enim magnum & bonum. talis enim ſpeculatio admirabilis. Magnificũ aũt admirabile, & eſt operis virtus magnificentia in magnitudine.

*Et ab æquali ſumptu magnificentius faciet opus, non enim eadem eſt uirtus rei, quæ poſſidetur, & operis. Etenim illa quidem eſt ea, quæ quàm plurimo precio digna eſt, & precioſiſſima, ut aurum, & opus quod magnũ eſt atque pulchrum. Talis enim operis aſpectus eſt admirabilis. At quod eſt magnificum, eſt admirabile, atque uirtus operis eſt magnificentia in magnitudine.*

## LECTIO VII.

I

ESt autẽ ſumptum qualia dicim⁹ honorabiliſſima. Puta circa Deos dona repoſita, & Præparatiões, & ſacrificia. Similiter autem, & quæcumq; circa omne diuinũ. Et quæcumque ad cõmune magnifica ſunt. Puta ſi alicubi largiri quale oportere pręclare, vt trieris eſſe principium, vel etiã conuiuare ciuitatem.

## *LECTIO VII.*

*IMpenſæ uero ſunt hæ quas dicimus honorabiles, ut ea quæ Deorum Heroumque cauſa fiunt, dedicationes inquam, & extructiones ac ſacrificia. Et ea quæ ad Rempublicam liberaliter fiunt. Vt ſi aliquo in loco ludos ſplendidè facere oportere putant, aut præfecturas ſubire nauium, aut etiam epulum publicum exhibere.*

K

b In omnibus autem, quemadmodum dictum eſt, & ad operantem refertur quis eſt, & quarũ poſſeſſionum. Digna enim oportet his eſſe, & non ſolum operi, ſed & facienti decere.

*Atque in uniuerſis, ut diximus, & ad agentem habetur reſpectus quiſnam ſit, & quas habeat facultates. Digna enim his eſſe oportet, & non ſolum opus, uerum & ipſum facientem decere.*

## LECTIO VII.

POſtquàm Philoſophus oſtendit, qualiter magnificus ſe habeat in expendendo, hic oſtendit in quibus magnificus principaliter expendat. Et circa hoc duo facit. Primo oſtendit in quibus magnificus expendat. Secundo oſtendit quomodo ſeruat proportionem ſumptus ad ea, in quibus expendit, ibi. {Et in ſingulis decens, &c.} Circa primum duo facit. Primo proponit in quibus principaliter magnificus expendat. Secundo, in quibus expendat ſecundario, ibi. {Propriorum autem, &c.} Circa primum tria facit. Primo oſtendit, quæ ſunt principalia, in quibus magnificus expendat. Secundo oſtendit, ad quos pertineat in talibus expendere, ibi. {In omnibus autem, quemadmodum dictum eſt, &c.} Tertio epilogat, quod dictũ eſt, ibi. {Maxime quidem igitur, &c.} Dicit ergo primo, quòd magnificus facit ſumptus circa ea, quæ ſũt maxime honorabilia. Horum autem ſunt duo genera. Primum eſt eorum, quæ pertinent ad res diuinas, puta cum aliqua donaria reponũtur in templis Deorum, & pręparationes, puta templorũ ædificia, vel aliquid aliud huiuſmodi. Et etiã ſacrificia ad idẽ pertinent. Gentiles autem non ſolum colebant Deos, ideſt, quaſdam ſubſtantias ſeparatas, ſed etiam colebant dæmones, quos dicebãt eſſe medios ĩter Deos & homines. Et ideo ſubdit, quòd ad idem genus pertinet quicqd expenditur circa cultum cuiuſcũque dæmonis. Et loquitur hic Philoſophus, ſecundum conſuetudinem Gentilium, quę manifeſtata veritate eſt abrogata. Vnde ſi aliquis nunc circa cultum dæmonis aliquid expenderet, nõ eſſet magnificus, ſed ſacrilegus. Secundũ autem genus honorabilium ſumptuũ ſunt ea, quæ magnifice fiunt per reſpectum ad bonum publicũ. puta, vt ſi aliquis aliquid vtile communitati præclare, & magnifice largiatur, qđ oportet. Vel ſi aliquod officium committitur alicui a ciuitate, puta quòd ſit princeps trieris, ideſt exercitus nauium, vel galearum, quod circa executionem officii faciat magnos ſumptus. Vel etiam qui conuiuium facit toti communitati, ſicut ſolitum erat, vt habetur Secundo Politicæ. Deinde cum dicit.
b ¶ Oſtendit, quibus competit tales ſumptus facere. Et circa hoc tria facit. Primo oſtendit in generali, quibus competit tales ſumptus facere. Secundo concludit in ſpeciali, quibus non competat, ibi {Propter quod inops quidem.} Tertio, oſtendit in ſpeciali, quibus competunt, ibi. {Decet autem & eos, &c.} Dicit ergo primo, quòd in omnibus, quæ expenduntur, ſicut ſupra dictum eſt, oportet haberi reſpectum, non ſolum ad ea in quibus expendit, vt ſcilicet conſideretur quis eſt, qui expendit, verum ſcilicet ſit princeps, vel priuata perſona, nobilis aut ignobilis, & etiam conſideretur quas poſſeſſiones habeat, verũ ſcilicet



A

ſcilicet magnas, vel paruas. Oportet enim expenſas eſſe dignas ideſt bene proportionatas his, ſcilicet conditioni perſonæ, & diuitiis, ita quòd expenſæ non ſolum deceant tale opus, in quo expenditur, ſed etiam deceant facientem. Deinde cum dicit.
c ¶ Concludit quos non deceant tales ſumptus. Et dicit, ꝙ propter prædicta inops, ideſt qui habet paruas diuitias, non poteſt eſſe magnificus, quia non habet tot ex quibus poſſit conuenienter multa conſumere. Et ſi tentet vltra expendere eſſet inſipiens, quia hoc eſſet contra dignitatem, & præter id quod oportet fieri. Et ita non pertinet ad virtutem magnificentiæ, quia ſecundum virtutẽ omnia fiunt recte, ideſt ſecundum quod oportet. Deinde cum dicit.
d ¶ Oſtendit quos deceat facere prædictos ſumptus. Et accipit hoc ſecundum duo. Primo quidem ſecundum quantitatem diuitiarum. Vnde dicit, quòd prædictos ſumptus facere debent illi homines, quibus talia præexiſtunt, ideſt qui habent diuitias magnas ex quibus poſſunt multa conſumere decenter, ſiue habeant huiuſmodi diuitias abundantes ꝑ ſeipſos, puta acquirendo eas per propriam induſtriam, ſiue etiam habeãt eas per progenitores, quibus ſuccedunt, ſiue etiam per quoſcumque alios, per quos ad eos tranſeunt diuitiæ, puta cum relinquunt hęredes extraneorum. Secundo accipit propoſitũ per conditionem perſonarũ. Decet enim, quòd faciant magnos ſumptus nobiles genere, & glorioſos, puta in honoribus conſtitutos, & quęcumque ſimilia ſunt. Omnia enim eiuſmodi habent in ſe quandã magnitudinẽ, & quãdam dignitatem, vt deceat tales magnos ſumptus facere. Deinde cum dicit.
e ¶ Epilogat, quæ dicta ſunt. Et dicit, quòd talis eſt magnificus, qualis ſupradictus eſt. Et in talibus ſumptibus eſt magnificentia ſicut dictum eſt, ſcilicet in rebus diuinis, & communibus, huiuſmodi enim inter alia humana ſunt maxima, & honorabiliſſima. Deinde cum dicit.
f ¶ Oſtendit in quibus ſecundario magnificus expendit. Et ponit tres gradus. Quorum primus eſt, quòd magnificus magnos ſumptus facit in his, quę proprie ad ipſum pertinent, quæ ſemel tantum fiunt, puta nuptiæ, militia, & ſi aliquid tale eſt. Secundum gradum ponit ibi.
g ¶ Et dicit, quòd ſi tota ciuitas, vel princeps ciuitatis ſtudẽt ad aliquid faciendum, et circa hoc faciet magnos ſumptus, erit magnificus. Sicut ſi oportet honorifice ſuſcipere aliquos extraneos, puta principes, vel reges, ſi oporteat eis mittere magna opſonia, vel etiã ſi oporteat eis præſentialiter dona magna offerre. Vel ſi oporteat eis retribuere pro aliquibus beneficiis impenſis, in omnibus his magnos ſumptus faciet magnificus. Non eſt.n. ſumptuoſus in ſeipſum, vt ſcilicet multum expendat in proprium vſum. Sed facit magnos ſumptus in communia. Dona autem, quæ magnifice aliquibus dantur, habent aliquid ſimile cum his quæ dantur Deo, quia ſcilicet ſicut Deo dona conſecrantur, non quia Deus eis indigeat, ſed propter reuerentiam, & honorem, ita etiam & magnis viris dona offerũtur magis propter honorem, quàm propter indigentiam. Tertium gradum ponit ibi.
h ¶ Et dicit, quòd ad magnificentiam ꝑtinet præparare domum conuenienter ꝓpriis diuitiis, quia habere decentem domum pertinet ad hominis ornatum. Et in ędificiis faciendis magis intendit magnificus facere ſumptus circa opera diuturna, & permanentia, quàm circa aliquos fragiles ornatus, puta circa colũnas marmoreas in domo, quàm circa feneſtras vitreas. Iſta .n. quæ ſunt magis permanentia ſunt optima. Sic igitur ex prædictis patet, quòd magnificus principaliter expẽdit circa res diuinas, & publicas. Sed circa ea, quæ pertinent ad priuatas ꝑſonas expendit ſecũdario propter tres cõditiones. Primo, quia ſemel fiunt. Secundo, qa cõmuniter ad hoc inſtituitur. Tertio, quia ſunt diuturna. Hæc enim ſunt quę afferunt in rebus priuatis magnitudinem. Deinde cum dicit.
i ¶ Oſtendit quomodo magnificus conſeruat debitam proportionem ſumptuum ad ea, in quibus expendit. Et dicit, quòd magnificus in ſingulis expendit illud, quod decet, & ſecundum

c Propter quod inops quidem non vtiq; erit magnificus. non enim ſunt a quibus multa conſumet decenter. Tentans autẽ, & inſipiens. Pręter dignitatem enim, & oportunum. Secundũ virtutem autem recte.

*Quocirca, pauper non erit magnificus, quippe cum ei non ſint ea e quibus multos decenter faciat ſumptus. Qui uero aggreditur fatuus eſt. Nam præter dignitatem facit, & id quod oportet. Id uero quod recte ſeſe habet a uirtute emergit.*

B

d Decet autem, & eos quibus talia pręexiſtunt per ſeipſos, vel per genitores, vel per quos ad ipſos tranſeunt, & nobiles, & glorioſos, & quæcumque talia, omnia enim hęc magnitudinẽ habent dignitatem.

*Decent autem & eos, quibus talia antecedunt, aut per ſeipſos, aut per maiores, aut per eos recta, ad quos ipſi ſe referunt propinquitatis aliqua ratione. Et nobiles etiam, & glorioſos, & quotquot ſunt huiuſcemodi. Hæc enim uniuerſa amplitudinem habent, & dignitatem.*

C

e Maxime quidem igitur talis magnificus, & ĩ talibus ſumptibus magnificentia. Quemadmodũ diximus maxima enim, & honorabiliſſima.

*Maxime igitur talis eſt ipſe magnificus, & in talibus impenſis uerſatur ipſa magnificentia quemadmodum diximus, & maximæ enim, & honorabiliſſimæ ſunt.*

f Propriorum autem quæcumque ſemel fiunt, puta nuptiæ & ſi quid aliud tale.

*E priuatis uero hæ pertinẽt ad magnificum quæ ſemel fiunt, ut nuptiæ, & ſi quid aliud tale.*

g Et ſi circa aliquid tota ciuitas ſtudet, vel qui in dignitatibus. Et circa peregrinorũ aũt ſuſceptiones, & emiſſiones, & dationes, & retributiones. non.n. in ſeipſum ſumptuoſus magnificus, ſed in cõia dona, aut Deo ſacratis habẽt aliquid ſimile.

D

*Et ſi circa aliquid tota ciuitas, aut qui ſunt in dignitatibus ſtudeant, & circa hoſpitum ſuſceptiones, & miſſiones, & munera. Non enim ad ſeipſum, ſed ad publica ſumptus facere magnificus ſolet. Ipſa autem munera ſimile quid habent iis, quæ Diis dedicantur.*

h Magnifici autem, & habitationem pręparare decenter diuitiis. ornatus quidem etenim & hæc. Et circa hęc magis ſumptus facere quæcumque diuturna operum. Optima enim hęc.

*Ad magnificum etiam pertinet & domum a ſe extructam, ut diuitias decet habere. Eſt enim quoddam, & hæc ornamentum. Et item in iis magis operibus ſumptus facere, quæ diuturno tempore perſiſtere poſſunt. Hæc enim ſunt maxime pulchra.*

E

i Et in ſingulis decens. Non.n. idem congruit diis & hominibus, nec; in tẽplo & ſepulchro. Etenim in ſumptibus vnumqđque magnum in genere. Magnificentiſſimum quidem quod in magno magnum. Hoc autem quod in his magnum. Et differt

*Atque in ſingulis decorum ipſum ſeruare. Non enim eadem diis, & hominibus ad templum atque ſepulchrũ accomodantur. Eſt autem unuſquiſq; ſumptus magnifici ſuo in genere magnus. Et magnificentiſſimus quidem is eſt, qui eſt magnus in magno. Hic aũt, qui eſt in his magnus. Et differt*

ſpeciem, & ſecundum quantitatem. Manifeſtum eſt enim, quòd non idem ſecundum ſpeciem, aut quantitatem congruit exhibere diis & hominibus, neque in templo, & ſepulchro conſtruendo. Hoc tamen obſeruabit, quòd ſemper faciet magnum ſumptum in genere illo. Vnde magnificentiſſimus erit, quando in magno facto, magnum ſumptum faciet. Sed hic, ideſt in hoc facto, faciet id quod eſt magnum in tali genere. Et ita quādoque differt magnū reſpectu operis ab eo quod eſt ſimpliciter magnum in expēſa, puta, ꝙ aliquis faciat pulcherrimā ſpheram, ideſt pilam, vel lechitum, ideſt aliquod vaſculū ad dandum alicui puero, habet magnificentiam in genere pueriliſ doni, & tamen pręcium pulcherrimæ ſphere ſecundum ſe conſideratum eſt paruum, & non pertinens ad liberalem donationē. Et propter hoc manifeſtum eſt, quòd ad magnificum ptinet, quòd in quolibet genere, magnum aliqđ opus faciat. In quo etiam facit ſumptus ſecundum operis dignitatem. Tale autē factum, ſcilicet quod eſt in genere ſuo magnum, habens ſumptus conuenientes, non eſt de facili ſuperabile. Vltimo autē epilogando concludit, quòd magnificus eſt talis, qualis dictus eſt. Deinde cū dicit.

K ¶ Determinat de oppoſitis vitiis. Et primo de ſuperabundantia. Secundo de defectu, ibi. {Paruificus autem, &c.} Tertio determinat communiter de vtroque, ibi. {Sunt quidam, &c.} Dicit ergo primo, quòd ille qui ſuperabundat in ſumptibus magnis, qui vocatur banauſus, quaſi in fornace ſua conſumens, excedit magnificum, non quidem in abſoluta ſumptuum quantitate, ſed in expendendo præter id quod oportet, quia in ſuperfluis ſumptibus multa cōſumit, & vult ſplendidos ſumptus facere præter melodiam, ideſt præter debitam proportionem, quod eſt parabolice, vel methaphorice dictum, puta, quia facit nuptialia conuiuia hiſtrionibus, & comœdis, ideſt repræſentatoribus multa tribuit, & viam coopērit purpura, ſicut faciunt Megares, qui erant quidam ciues Greciæ. Et omnia hæc, & ſimilia facit, non propter aliquod bonum, ſed ſolum ad oſtendendum diuitias: per hoc exiſtimans quòd in admiratione habeatur. Nec tamen vbique ſuperflue expendit, ſed quandoque deficit, quia vbi oporteret multa expendere,

in opere magnum ab eo, quod eſt i ſumptu. Sphera quidem.n. vel lechitus pulcherrima, magnificentiam habet pueriliſ doni. Huius autem pręcium paruum & illiberale, propter quod eſt magnifici, in quo vtique faciat genere magnifice facere. Tale enim non facile ſuperabile, & ē habens ſm̄ dignitatē ſumptus. Talis quidē igitur magnificus.

k Superabundans autem, & banauſus in præter quod oportet conſumēdo ſuperabundat, quē admodum dictum eſt. In paruis enim ſumptuum multa conſumit, & reſplendet præter melodiam & eſt parabola quędam puta hiſtriones nuptialiter cibans, & comœdis tribuens, in tranſitu purpuram inferēs, quēadmodum Megares, & omnia talia non boni faciet gratia, ſed diuitias oſtentans, & propter hoc exiſtimās admirari, & vbi quidem oportet multa conſumere pauca conſumens, vbi autem pauca, multa.

l Paruificus autē circa omnia deficiet, & maxima conſumens in paruo bonū perdit. Et quodcumque facit tardans, & intendens qualiter minimum conſumat vtique. Et hoc triſtatur. Et omnia exiſtimans maiora facere quàm oportet.

m Sunt quidem hi igitur habitus malitiæ. Non tamen opprobria quidem inferunt, propter quòd neque nociuos proximo eſſe, neque valde turpes.

## LECTIO VIII.

MAgnanimitas autē circa magna quidem, ex nomine videtur eſſe. Circa qualia autem eſt, primū accipiamus. Differt autē nihil habitum, vel eum qui ſecundū habitum intendere.

*magnum quod eſt in opere a magno, quod eſt in ſumptu. Pila namque pulcherrima, aut pulcherrimus urceus, puerilis quidem muneris magnificentiam habet, præcium autem eius puſillum eſt, atque illiberale. Quapropter magnifici eſt quocumque in genere faciat, magnifice facere. Tale namque, ne; facile ſuperari poteſt, & ſeſe habet ut ſumptus dignitas poſtulat. Talis eſt igitur ipſe magnificus.*

*Is autem qui exuperat atque ſordidus eſt ſumptus faciēdo ultra id quod oportet, exuperat, ut eſt dictum. Nam paruis in rebus multa cōſumit, & ſplēdorem in concinne captat, nūc his qui pecunias conferunt ad cōuiuia ſibi paranda nuptiali apparatu epulum præbens, nunc ſubminiſtrans comœdis exhibens in eorum tranſitu purpuram, ut facere Megarenſes conſueuerunt, & omnia talia non honeſtatis, ſed oſtētationis diuitiarum cauſa facit, & ut admiratione propter hæc ut putat afficiatur. Atque ubi quidem multos facere ſumptus oportet, paruos facit, ubi uero opus eſt paruis, magnos.*

*Puſillus autem in decoro circa uniuerſa deficit, & maximis factis ſumptibus, in paruo perdit decorum. Et quicquid facit, tarde differendoque facit. Conſiderat quonam modo quàm minimos faciat ſumptus. et etiam quæritur, cunctaque maiora quam oportet ſe facere putat.*

*Sunt igitur hi duo habitus, uitia quidem, non tamen afferunt probra, propterea quòd neq; detrimēto ſunt aliis, neque nimium ſunt deformes.*

## LECTIO VIII.

*MAgnanimitas circa magna quidem, uel ex ipſo nomine uerſari uidetur. Circa quæ uero uerſatur, primū accipiamus oportet. Atque nihil refert ſiue habitum ipſum, ſiue eum conſideremus, qui habitum habet.*

ibi expendit pauca, vbi vero pauca, expendit multa, quia non attendit ad bonum, ſed ad vanitatem. Deinde cum dicit.

l ¶ Determinat de vitio defectus. Et dicit, quòd paruificus eſt qui circa omnia deficit. Et ponit quinque proprietates. Quarum prima eſt, quòd cum faciat magnas expenſas pro modico, perdit, quia non bene facit. Secunda proprietas ē, quòd quicquid facit in ſumptibus, facit cum quadam tarditate. Tertia eſt, quòd ſemper intendit qualiter poſſit minimum expendere. Quarta eſt, ꝙ expendit cum triſtitia. Quinta eſt, quòd quando expēdit, omnia reputat ſe maiora facere quàm oporteat. Videtur enim ei quòd oportet eum minus expendere. Deinde cum dicit.

m ¶ Determinat communiter de vtroque vitio. Et concludit, quòd pdicti duo habitus, ſunt quædā malitiæ propter hoc quòd contrariantur virtuti propter receſſum a medio. Non tamē ſunt opprobrioſi, quia neque inferunt aliquod nocumentum proximo, & non ſunt multum turpes, eo quòd difficile ē in magnis ſumptibus non recedere a medio.

## LECTIO VIII.

POſtquàm Philoſophus determinauit de virtutibus, quę ſunt circa pecunias, hic determinat de virtutibus, quę ſunt circa honores. Et primo de magnanimitate, quæ eſt circa magnos honores. Secundo de quadam virtute innominata, quæ eſt circa moderatos honores, ibi. {Videtur autem, & circa hanc eſſe virtus quædam, &c.} Circa primum duo facit. Primo inueſtigat materiam magnanimitatis, & oppoſitorum vitiorum. Secundo determinat actus, & pprietates eorū, ibi. Lect. 1. Lect. 9.

{Maxime quidem igitur, &c.} Circa primum duo facit. Primo proponit quod intendit. Secundo manifeſtat propoſitum, ibi. {Videtur magnanimus, &c.} Dicit ergo primo, ex ipſo nomine magnanimitatis apparet, quòd magnanimitas eſt circa magna. Oportet autem primo accipere circa qualia magna ſit. Et determinat de modo conſiderationis, quòd nihil differt, verū loquamur de ipſo habitu magnanimitatis, vel de eo, qui diſponitur ſecundum habitum, ideſt magnanimo. Deinde cum dicit.

b ¶ Manifeſtat



b ¶ Manifeſtat propoſitum. Et circa hoc duo facit. Primo manifeſtat materiam magnanimitatis in generali. Secundo in ſpeciali, ibi. {Si autem vtique magnus, &c.} Circa primum duo facit. Primo oſtendit, quòd magnanimitas eſt circa magna. Secūdo oſtendit, quomodo circa eadem fiunt vitia oppoſita, ibi. {Qui autem magnis ſeipſum dignum facit, &c.} Tertio, quomodo virtus conſiſtit in medio, ibi. {Eſt autem, &c.} Circa primum tria facit. Primo proponit, qđ intendit dicēs, quòd ille videtur eſſe magnanimus, qui dignū ſeipſum eſtimat magnis, ideſt vt magna faciat, & magna ei fiant, cum tamen ſit dignus. Secundo ibi.

c ¶ Oſtendit, quòd ad magnanimum requiratur, quòd ſit dignus magnis. Ille.n. qui magnis ſe dignificat non ſecundū dignitatem, ideſt quorum non eſt dignus, eſt inſipiens. Sapientis enim eſt in omnibus debitum ordinē ſeruare. Non autem virtuoſus eſt inſipiēs vel ſtultus, quia virtus operatur ſecundum rationem rectā, vt in Secundo habitum eſt. Sic igitur patet, quòd magnanimus eſt ille, qui dictus eſt, qui ſcilicet dignus eſt magnis qbus ſeipſum dignificat. Tertio ibi. Ethic. 2.

d ¶ Oſtendit, quòd magnanimus dignificet ſeipſum magnis. Ille enim, qui eſt dignus paruis, & his ſeipſum dignificat poteſt dici temperatus, prout temperātia ſumitur pro quacumque moderatione. Non tamen poteſt dici magnanimus, quia magnanimitas conſiſtit in quadā magnitudine, ſicut pulchritudo proprie conſiſtit in corpore magno. Vnde illi qui ſunt parui poſſunt dici formoſi propter decentiam coloris, & propter debitam cōmenſurationem mēbrorum, non tamen poſſunt dici pulchri propter magnitudinis defectum. Deinde cum dicit.

e ¶ Oſtendit, quomodo circa magna ſe habeant oppoſita vitia. Et primo quomodo ſe habeat circa magna vitium quod eſt in exceſſu. Secundo, quomodo ſe habeat circa magna vitium quod eſt in defectu, ibi {Qui autem minoribus quàm dignus, &c.} Dicit ergo primo, quòd ille qui eſtimat ſeipſum dignum magnis, cum ſit indignus, vocatur chaymus, ideſt fumoſus quē poſſumus dicere ventoſum, vel preſumptuoſum. Sed ille qui eſt dignus magnis, & adhuc maioribus ſe dignum eſtimat, non ſemper vocatur chaymus, eo quòd difficile eſt menſuram rectā

b Videtur autem magnanimus eſſe, qui magnis ſeipſum dignificat dignus exiſtens.

c Qui enim non ſecundum dignitatem id facit, inſipiens. Eorum autem, qui ſecundum virtutem nullus inſipiens, neq; ſtultus. Magnanimus quidem igitur, qui dictus eſt.

d Qui enim paruis dignus, & his dignificat ſeipſum, tēperatus. Magnanimus autem non. In magnitudine enim magnanimitas, quemadmodum, & pulchritudo ī corpore magno. Parui autē, & formoſi, & cōmenſurati, pulchri autem non.

e Qui autem magnis ſeipſum dignum facit indignus exiſtēs, chaymus. Qui autem maioribus quàm dignus non eſt, omnis chaymus.

f Qui autem minoribus quàm dignus, puſillanim⁹ ſiue magnis ſiue moderatis, ſiue paruis dignus exiſtens adhuc minoribus ſeipſum dignificet. Et maxime vtique videbitur ſi videatur magnis dignus. Quid enim faceret niſi talibus eſſet dignus?

g Eſt autem magnanimus magnitudine quidē extremis, eo autem ꝙ vt oportet medius. Eo enim ꝙ ſecundum dignitatem ſeipſum dignificat. Hi autē ſuperabundant & deficiunt.

h Si autem vtique magnis ſeipſum dignificat dignus exiſtens, & maxime maximis, circa vnū vtique erit maxime. Dignitas autē dicitur ad ea quæ exterius bona. Maximum hoc autem vtique ponemus quod diis attribuimus, & quod etiā maxime deſiderant, qui in dignitate, & quod in optimis pręmium. Tale autem honor. Maximum enī hoc eorum vtique, quæ exte-

*Itaque magnanimus is eſt, qui magnis eſt dignus, & dignum ſeſe magnis cenſet.*

*Qui namque nō pro dignitate hoc facit, ſtolidus eſt. At eorum, qui præditi ſunt uirtute nemo demens, nemo ſtolidus eſt. Is igitur quem diximus, magnanimus eſt.*

*Qui namque parua mœretur, & hiſce dignum ſeſe cenſet, modeſtus quidem at non magnanimus eſt. Magnanimitas enim in magnitudine, ſicut & pulchritudo corpore in magno conſiſtit. Parui uero, formoſi quidem ſunt, & membris apti, ſed non pulchri.*

*Is autem qui eſt indignus, & magnis dignum ſeipſum cenſet, lētus eſt. Non eſt autem omnis lentus, qui maioribus quàm meretur dignum ſeipſum cenſet.*

*At is qui ſe dignū minoribus quàm dignus ſit opinatur, puſillanimus eſt, ſiue magna, ſiue mediocria mercatur, ſiue parua quidem, minoribus uero ſe dignum eſſe exiſtimet. Et maxime uidebitur is, qui magnis eſt dignus. Quid enim fecerat ſi tantis non eſſet dignus?*

*Eſt igitur ipſe magnanimus magnitudine quidem extremus, ratione autem eius quod oportet medius. Dignū enim eo ſeipſum cenſet quod ad dignitatem ſuam accommodatur. Illi uero exuperant, & deficiunt.*

*Quòd ſi magnitudine animi præditus magnis ſe dignum cenſeat, & ſit dignus, et maxime maximis, circa unū genus maxime uerſabitur ipſe. Dignitas autē ad externa dicitur bona. Maximum uero id aſſeruerint omnes eſſe quod diis ipſis tribuimus, & quod maxime homines, qui ſunt in dignitate affectāt, quodque dari præmium ob res pulcherrimas ſolet. Talis autem eſt ipſe honor, hoc eſt enim bonorum maximū externorū. Circa igitur honores, et*

attingere, vt aliquis non maioribus ſeipſum dignum eſtimet. Deinde cum dicit.

f ¶ Oſtendit, quomodo ſe habeat ad magna vitium quod eſt in defectu. Et dicit quòd ille, qui eſtimat ſeipſum dignum minoribus, quàm ſit dignus, vocatur puſillanimus. Et hoc ſiue ſit dignus magnis ſiue mediocrib⁹, ſiue paruis, dum tamen adhuc minoribus ſeipſum dignificet. Maxime tamē vocatur puſillanimus ille, qui ē dignus magnis, ſi illis magnis intendere recuſet, & intendit aliquibus minorib⁹. Multo enim magis ad parua ſe deiiceret niſi eſſet magnis dignus. Deinde cum dicit.

g ¶ Oſtendit quomodo magnanimitas ſit in medio. Videtur enim ſi eſt circa magna, quòd ſit ī extremo. Nam cum æquale mediū ſit inter magnum, & paruum, magnū habet rationem extremi. Vnde dicit quòd magnanimus quidē quātum ad magna quib⁹ ſeipſum dignificat in extremo conſiſtit. Sed inquantum hoc facit ſecūdum quod oportet, conſiſtit in medio, quia ſcilicet ſeipſū dignificat magnis ſecundum ſuam dignitatem. Mediū enim virtutis non attēditur ſecundū quātitatem rei, ſed ſecūdum rationem rectā. Vnde quantumcumque ſit opus quod homo faciat, dummodo a ratione recta nō recedat, non propter hoc eſt extra mediū virtutis. Sed vitia oppoſita ſuperabundāt & deficiunt ab eo, quod oportet. Deinde cum dicit.

h ¶ Manifeſtat materiam magnanimitatis in ſpeciali. Et circa hoc tria facit. Primo oſtēdit, quòd magnanimitas eſt circa honorem. Secundo oſtendit, quomodo circa hoc ſe habeant vitia oppoſita, ibi. {Puſillanimitas autem, &c.} Tertio, oſtēdit quomodo magnanimitas ſe habeat ad alias virtutes. ibi. {Magnanimitas autē ſiquidē, &c.} Primū autē oſtendit dupliciter. Primo quidē per rationē dicens, quòd ſi magnanim⁹ dignificet ſeipſum magnis, tanquā eis dignus exiſtens, cōſequens eſt ꝙ maxime dignificet ſeipſum maximis. Et vlterius, ꝙ magnanimitas ſit pcipue circa vnū, quia id quod per excellentiā dicit vni attribuitur. Cum aūt dicit eſſe aliquibus dignus, talis dignitas refert ad bona exteriora, q̄ homini pro pmio dantur. Illud aūt oportet ponere maximū quod deo attribuitur, & qđ maxime deſideratur ab his, qui ſunt in dignitate, & qđ eſt præmium

optimorũ actuũ. Hmõi aũt eſt honor. honorem.n.deo exhibemus. honor etiã eſt quem requirunt hi, qui ſunt in dignitate. honore etiã præmiantur virtuoſi actus. Vnde manifeſtũ eſt: ꝙ honor eſt optimum inter omnia exteriora bona. Et ita ſequit̃, ꝙ magnanimitas maxime attendat̃ circa honores, & oppoſita ĩquantum, ſcilicet magnanimus ſe habet circa talia ſecundum quòd oportet. Secundo ibi.

i ¶ Manifeſtat propoſitum per experimentum dicẽs: quòd etiam ſine ratione apparet quòd magnanimitas ſit maxime circa honorem ex hoc, quòd per experimentum videmus, quòd magnanimi maxime dignificant ſeipſos honore: ſed non ſupra dignitatem. Deinde cum dicit.

K ¶ Oſtendit quomodo oppoſita vitia ſe habeant circa prędictam materiam. Et dicit quòd puſillanimus deficit per reſpectũ ad ſeipſum, quia ſcilicet dignificat ſe minoribus quàm dignus ſit. & etiam per reſpectum ad dignitatem magnanimi, quia ſcilicet dignificat ſeipſum minoribus, quàm magnanimus ſit dignus. Sed Chaymus, ideſt pręſumptuoſus ſuperabundat quidem per reſpectũ ad ſeipſum, quia ſcilicet magnificat ſeipſum maioribus, quàm ſit dignus, non tamen ſuperabũdat magnanimum, quia ſcilicet non dignificat ſeipſum maioribus, quàm magnanimus ſit dignus. Deinde cum dicit.

l ¶ Determinat de magnanimitate per comparationem ad alias virtutes. Et circa hoc duo facit. Primo oſtẽdit quòd magnanimitas non eſt ſine alijs virtutibus. Secundo manifeſtat quaſdam concluſiones ex dictis. ibi. (Videtur quidem igitur, &c.) Circa primum duo facit. Primo oſtẽdit per rationem communem ꝙ magnanimitas nõ eſt ſine alijs virtutibus. Secundo oſtendit idem per ea, quæ in ſingulis apparent. ibi. (Secundum ſingula autem, &c.) Circa primum duo facit. Primo oſtẽdit quid facit magnanimitatem eſſe ſpecialiter virtutem. ibi. (Videtur aũt eſſe, &c.) Secundo excludit quendã errorem. ibi. (Et nequaquã vtiq; &c.) Dicit ergo primo, ꝙ cum magnanimus dignificet ſeipſum maximis bonis, & ei dignus exiſtit: conſequens eſt vt ſit optimus. Maiori enim bono ſemper melior eſt dignus. & per conſequens ille qui maximis eſt dignus, oportet quòd ſit optimus. Oportet ergo, quòd magnanimus vere ſit bonus, alioquin non eſſet dignus maximis honoribus. Deinde cum dicit.

m ¶ Oſtendit per quid magnanimitas ſit ſpecialis virtus cum comitetur alias virtutes. Et dicit, ꝙ ad magnanimitatẽ videtur pertinere id quod eſt magnũ in vnaquaq; virtute propter hoc, ꝙ non eſt dignus magno honore, qui non operatur magnũ virtutis actum. Sic igitur circa actum alicuius alterius virtutis operatur illa virtus attendens id quod eſt proprium ſibi. Puta fortitudo intendit fortiter agere: magnanimitas attendit magna operari in fortiter agendo. Et quia moralia ſpeciem habent ex fine quem intendunt: manifeſtum eſt ꝙ magnanimitas, & fortitudo ſpecie differunt. licet circa idem operentur: quia ſcilicet non ad eandẽ rationem motiui attendit vtraque virtus. Deinde cum dicit.

n ¶ Excludit quendam errorem. Videtur enim quibuſdam ꝙ ad magnanimum pertineat, vt ſuo ſenſui ſemper innitatur, & nullius ammonitionem ſequatur, et ꝙ non dubitet cuicumq; iniuſtitiam facere. Sed philoſoph⁹ dicit hoc eſſe falſum. Quia nullus operatur aliquid indecens niſi propter appetitum alicuius. Sed magnanimus non tantũ appreciatur quãcunque rem exteriorẽ: vt propter eam aliquid turpe operari velit. Deinde cum dicit.

o ¶ Manifeſtat quod dictũ eſt per ea, quæ in ſingulis apparent. Et dicit quòd ſi quis velit ad ſingularia intendere, omnino videbitur deriſibilis ille qui reputat ſe magnanimũ niſi ſit bonus: quia ſi ſit malus, non erit dignus honore. nam honor eſt præmium virtutis. vnde magnanimus dignificat ſeipſum magnis honoribus. vnde nõ poteſt eſſe ꝙ aliquis malus ſit magnanimus. Deinde cum dicit.

p ¶ Infert duas concluſiones ex præmiſſis. Quarum prima eſt, quòd magnanimitas videtur eſſe ornatus quidam oĩum virtutum, quia per magnanimitatẽ omnes virtutes efficiunt̃ maiores: eo ꝙ ad magnanimitatem pertinet operari magnum in omnibus virtutibus, et ex hoc creſcũt virtutes. et iterum non ſit magnanimitas ſine alijs virtutibus, et ſic videtur ſuperaddi alijs tanquã ornatus earum. Secunda concluſio eſt, ꝙ difficile eſt eſſe vere magnanimum, quia magnanimitas nõ poteſt eſſe ſine bonitate virtutis: & etiam ſine magna virtute, cui debeatur magnus honor. Hoc autem conſequi eſt difficile, vnde difficile eſt hominem magnanimum eſſe.

riųs bonorum. Circa honores vtique & inhonorationes, magnanimus eſt, vt oportet.

i Et ſine ratione. Videntur autem magnanimi circa honores eſſe. honore autem magni maxime magnificant ſeipſos ſecundum dignitatem.

G k Puſillanimus autem deficit, & ad ſeipſum, & ad magnanimi dignitatem. Chaymus vero, & ad ſeipſum quidem ſuperabundat, non tamẽ ad magnanimũ.

l Magnanimus autem ſiquidẽ maximis dignus, optimus vtiq; erit. Maiori enim ſemper melior dignus, & maxime optim⁹ vt vere Ergo magnanimum oportet bonum eſſe.

H m Videbitur autẽ eſſe magnanimi, quod in vnaquaque virtute magnum.

n Et nequaquam vtique congruit magnanimo fugere commouentem, neque iniuſta facere. Cuius enim gratia operabit̃ turpia, cui nihil magnum?

o Secundum ſingula aũt intendenti, omnino deriſibilis vtiq; videbitur magnanimus non bonus exiſtens. Non erit aũt vtiq; neq; honore dignus prauus exiſtens. Virtutis.n. præmium honor, & attribuitur bono.

I p Videtur quidem igitur magnanimitas quidam ornatus eẽ virtutum. Maiores enim ipſas facit. & nõ fit ſine illis. Propter hoc difficile eſt ſecundũ veritatem magnanimum eſſe. Non.n. poſſibile ſine bonitate.

## LECTIO IX.

MAxime quidẽ igit̃ circa honores, & inhonorationes magnanimus eſt.

*oppoſitũ eorumdem verſatur, ut oportet ipſe magnanimus.*

*Et ſine etiam ratione. Magnanimi circa honores eſſe uidentur. Viri namque magni, maxime ſe dignos eſſe honore pro dignitate cenſent.*

*Sed puſillanimus deficit tam ad ſe ipſum, quàm ad ipſius magnanimi dignitatem. Lentus autem reſpectu quidem ſui exuperat, non tamen ipſum magnanimum.*

*Atqui magnanimus ipſe cum ſit maximis dignus, fuerit optimus ſane. Melior enim maiora ſemp̃ meretur, & optimus maxima. Eum ergo qui uere magni eſt animi, bonum eſſe oportet.*

*Atque magnanimi uidebitur id eſſe, quod eſt in unaquaque uirtute magnum.*

*Nulloque modo conuenit magnanimo pericula fugere ob timorem, aut iniuriam facere. Gratia namque cuius is aget turpia, cui nihil eſt magnum?*

*Singula uero conſideranti magnanimus ſi non ſit bonus, ridiculus omnino uidebitur. Nec etiam dignus erit honore ſi prauus ſit, quippe cum honor præmium ſit uirtutis ac bonis hominibus tribuatur.*

*Videtur igitur ipſa magnitudo animi, tanquam ornamentum quoddam eſſe uirtutum. Nam maiores efficit ipſas, & ſine illis ipſa non fit. Quam obrem difficile eſt uere magnanimum eſſe, non enim eſſe poteſt ſi non omnis probitas adſit.*

## *LECTIO IX.*

*MAgnitudo igitur animi, maxime circa honores, & oppoſitum uerſatur.*

## LECTIO XI.

POſtquam Philoſophus inquiſiuit materiam magnanimitatis, & oppoſitorum vitiorum, hic determinat de actibus, & proprietatibus eorũ. Et primo determinat de magnanimitate. Secundo de oppoſitis vitijs. ibi. (Deficiens aũt puſillanimus, &c.) Circa primũ duo facit. Primo oſtendit qualiter magnanimus operetur circa propriam materiam. Secundo determinat proprietates magnanimi. ibi. (Non



Lect. 10. eſt autem, &c.) Circa primum duo facit. Primo oſtendit quomodo ſe habeat circa honores, qui ſunt materia propria magnanimitatis. Secundo, quomodo ſe habeat circa alia. ibi. (Sed adhuc, & circa diuitias, &c.) Circa primum duo facit. Primo reſumit quod ſupra dictum eſt de materia magnanimitatis. Et dicit, quòd ex ſupradictis patet, quòd maxime, & principaliter dicitur eſſe aliquis magnanimus: eo quòd bene ſe habet circa honores, & oppoſita, ſcilicet inhonoratiões. Eadem enim virtus eſt circa oppoſita: ſicut fortitudo circa timores, & audacias. Sec̃do ibi.

b ¶ Oſtendit qualiter ſe habeat circa huiuſmodi materiã. Et primo, oſtendit qualiter, & quomodo ſe hẽat circa magnos honores dicẽs: quòd ſi magnanimis exhibeantur magni, & boni honores: & pro bonis actib⁹ moderate de eis delectatur. Cõtingit enim quòd aliquis immoderate delectatur de aliquibus adeptis: ex eo quòd ex inſperato ſibi adueniunt, & admiratur ea, quaſi quædam maxima ſupra ſeipſum exiſtentia. Sed cum magnanimus adipiſcitur, exiſtimat quaſi quædam bona proprie ſibi conuenientia. & adhuc minora quàm ei debeantur. Conſiderat enim quòd nullus honor exterius ab hominibus exhibitus, eſt condignum præmium virtutis, quia bonum rationis ex quo laudatur virtus, excedit omnia exteriora bona. Nec tamẽ propter hoc indignatur, quòd ſibi minora exhibentur, quàm debeãtur. Sed recipit æquanimiter conſiderans, ꝙ homines non habent aliqua maiora, quæ ei retribuantur. Secundo ibi.

c ¶ Oſtendit quomodo ſe habeat circa paruos honores. Et dicit, quòd ſi exhibeantur ſibi honores a contingentibus, & ſi honoretur pro quibuſcumque alijs rebus pręter virtutem, puta ſi honoretur propter diuitias, vel propter aliquid huiuſmodi. vel ſi honoretur aliquibus paruis honoribus, tales honores contemnet: quia reputat ſe non eſſe talibus honoribus dignum. Non enim ſufficit virtuoſo, vt honoretur tanquam diues. Tertio ibi.

d ¶ Oſtendit quomodo ſe habeat circa inhonorationes. Et dicit, quòd in hoc ſe habet moderate. Sicut enim non extollitur magnis honoribus, ita animus eius non deijcitur per contumelias, quia conſiderat iniuſte eas ſibi inferri. Sic igitur manifeſtum eſt quòd magnanimus maxime laudatur circa honores. Deinde cum dicit.

e ¶ Oſtẽdit quomodo ſe habeat magnanimus circa quaſdam ſecundarias materias, puta circa diuitias, & circa alia huiuſmodi. Et circa hoc duo facit. Primo oſtendit quomodo magnanimus circa talia operetur. Secundo, oſtendit quomodo talia conferant ad magnanimitatem. ibi. (Videtur autem & bonæ fortunæ, &c.) Dicit ergo primo, quòd quamuis magnanimus principaliter ſit circa honores, eſt tamen adhuc ſecundario circa diuitias, & potentatus. & omnia, quę pertinent ad bonam fortunam, inquantum ſcilicet propter hoc aliquis honoratur. Et iterum tam circa iſta quàm circa infortunia magnanimus moderate ſe habebit quantercũque ſibi accidat. ita ſcilicet quòd neque ſi ſit bene fortunatus ſuperflue gaudebit: neque ſi ſit infortunatus ſuperflue triſtabitur. Quod probat per hoc, quod ſupra dictum eſt, quòd moderate ſe habet circa honores: qui tamen ſunt maximũ quid inter omnia exteriora bona. Quod patet ex hoc, quòd tam potẽtatus, quàm diuitiæ deſiderantur propter honorem: prout ſcilicet homines habentes talia, volunt honorari per ipſa. Si ergo magnanimus ipſum honorem paruũ eſtimat, vt non ſuperflue pro ipſo gaudeat multo magis, & alia reputabit parua: ita quòd non ſuperflue gaudebit pro eis. Et inde eſt, quòd a quibuſdã iudicantur eſſe deſpectores, pro eo quòd exteriora bona contemnunt, & ſola interiora bona virtutis appreciantur. Deinde cum dicit.

f ¶ Oſtendit quomodo exteriora bona fortunæ conferãt ad magnanimitatẽ. Et primo oſtendit, quòd conferunt ad magnanimitatem augendo eam, quando ſunt cum virtute. Secundo oſtẽdit, quòd ſine virtute non poſſunt magnanimum facere. ibi. (Quæ autem ſine virtute) Dicit ergo, quòd omnia exteriora bona fortunæ videntur aliquid conferre ad magnanimitatem: inquantum ſcilicet propter ea aliqui reputantur digni honore. puta nobiles, & potentes, vel diuites. Omnia enim iſta conſtant in quadam ſuperexcellentia, prout nobiles excedunt ignobiles & ſic de alijs. Omne autem illud quod ſuperexcedit in bono, eſt magis honorabile. Honor enim eſt quædam reuerentia, quæ debetur ſuperexcellenti bono. Et quia magnanimus eſt dignus honore, inde eſt quòd talia faciunt homines magis magnanimos: prout, ſcilicet honorantur a quibuſdam vulgaribus hominibus, qui ſola hæc bona cognoſcunt. Sed ſecundum rei veritatem, ſolus bonus, ideſt virtuoſus, eſt honorandus, quia ſcilicet honor eſt proprium præmium virtutis. Si aliquis habeat ambo ſimul, ſcilicet virtutem, & bona fortunæ, fiet magis dignus honore, inquantum ſcilicet vtraque materia eſt honorabilis. Et ſecundum veritatem, & opinionem ipſa etiam bona fortunæ organice deſeruiunt ad operationes virtutum. Deinde cum dicit.

b Et in magnis, & ſtudioſis moderate delectabitur vt propria adipiſcens, vel minora. Virtuti enim perfectæ non vtiq; fiet dignus honor. Sed tamen, & adhuc recipiet in non habendo ipſos maiora ipſi tribuere.

c Eum autẽ qui a contingentibus, & in paruis omnino parui pendet. non.n. his dignus.

d Similiter autem, & inhonoratione. Non enim erit iuſte circa ipſum. Maxime quidem igitur eſt quemadmodum dictum eſt, magnanim⁹ circa honores.

C e Sed adhuc circa diuitias, & potentatũ, & omnẽ bonã fortunam, & infortunium moderate habebit quomodocumq; fiant. Et neq; benefortunatus vtique gaudioſus erit, neq; infortunatus triſtis, neq; enim circa honorem ita habet, vt maximũ ens. Potentatus enim & diuitiæ, p̃p honorem fient delectabilia Habentes igitur ipſa, honorari per ipſa volunt. Cui autẽ & honor paruum eſt huic & alia. Propter quod deſpectores vidẽtur eſſe.

D f Videntur autem & bonæ fortunæ conferre ad magnanimitatem. Nobiles enim dignificãtur honore, & potentes, & ditãtes. In ſuperexcellentia enim. Bono autem ſuperexcellens oẽ honorabilius Propter quod, & talia magnanimiorem faciunt. Honorantur enim a quibuſdã. Secũdum veritatem autem bonus ſolus honorandus. Cui autem ambo exiſtunt, magis dignus ſit honore.

*A Atque magnanimus pro iis quidẽ honoribus, qui & magni ſunt, & a ſtudioſis hominibus offeruntur moderate letabitur, tanquam accommodatos ſibi, uel minores etiam adipiſcens. Virtuti enim cumulatæ nullus dignus honor fieri poteſt. Accipiet tamen, quia maiora nequeunt exhiberi.*

*B Sed eos honores quos quiuis homines, & paruis tribuunt paruipendet omnino. Non eſt enim his dignus.*

*Similiter & id quod eſt honori cõtrarium. Non enim iure fuerit circa ipſum. Vt igitur dictũ eſt, uir magnanimus maxime circa honores uerſatur.*

*Et circa tamen diuitias, & poteſtates, & omnem proſperitatem aduerſitatemq; fortunæ quocumq; euenerit modo, moderate ſeſe habebit. Et neq; uehementer in proſperitate lætabitur, neque nimium in aduerſitate dolebit, neq; enim circa honorem ita ſeſe habet, qui quidem maximum bonum eſt, poteſtates enim diuitiæq; propter honorem expetuntur, itaque, qui hæc habent, per ipſa honoribus affici uolunt, cui igitur, & honor eſt paruum, huic, & cætera parua ſunt. Quapropter ipſi magnanimi contemptores ſunt.*

*Videntur autem, & proſperitates fortunæ ad magnanimitatem conducere. Nobiles enim & ii, qui ſunt in poteſtatibus conſtituti, uel diuites, digni cenſentur honore. In excellentia namque conſiſtunt. Atque omne bonum quod excellit dignum eſt magis honore. Quapropter, & talia magis magnanimos faciunt. A quibuſdam enim honorantur. Re autem uera, ſolus bonus eſt honorabilis. Atque ii quidem quibus inſunt, ambo digni magis honore cenſentur.*

E

g ¶ Oſtendit quòd bona fortunę ſine virtute non poſſunt facere magnanimum. Et dicit quòd illi, qui habent talia bona ſine virtute, non poſſunt reputare ſe dignos magnis honoribus. Vnde nec recte magnanimi dicuntur, quia quòd ſit dignus magis, & quòd ſit magnanimus, non poteſt contingere ſine virtute perfecta, vt ſupra dictum eſt. Sed qui virtute carent propter excellentiã exteriorũ deſpiciũt alios, & iniuriantur eis, & in ſimilia mala incidunt, eo quòd non eſt facile, quòd quis moderate ferat bona fortunæ ſine virtute. Hoc enim eſt magnũ opus virtutis, vt aliquis moderate ſe habeat in bonis fortunæ. Vnde cum illi qui carent virtute, non poſſunt bene ferre fortunas, dum exiſtimant quòd ſimpliciter excellant aliquos quos diuitiis excellunt, contemnũt eos. Et quia non reputant aliquam excellentiam operari ſecundum virtutem, ideo non curant operari aliquid boni, ſed operantur quicquid venit ad cor. Volunt enim imitari magnanimum, cum tamen non ſint ei ſimiles. Imitantur autem eũ in quibus poſſunt, non quidem in hoc quòd operentur ſecundum virtutem, quod maxime facit magnanimus, ſed in hoc, quòd contemnunt alios, non tamen eodem modo ſicut magnanimus. Nam magnanimus iuſte contemnit ſcilicet malos, & vere glorificat, ſcilicet bonos. Sed multi, qui carent virtute contẽnunt, & glorificant indifferenter qualitercumque, contẽnendo ſcilicet interdum bonos, & glorificãdo malos.

g Qui autem ſine virtute talia bona habent, neq; iuſte magnis ſeipſos dignificant, neque recte magnanimi dicuntur. ſine virtute.n. perfecta non ſunt hæc. Deſpectores autẽ, & iniuriatores, & talia habentes, efficiũtur mali. Sine virtute.n. non facile ferre moderate bõas fortunas. G Non potentes autẽ ferre, & exiſtimantes alios ſuperexcellere: illos quidem contemnunt, ipſi autem quodcũque vtique continget operantur. Imitantur.n. magnanimum non ſimiles exiſtẽtes. Hæc aũt operantur in quibus poſsũt. Quæ quidem igitur ſecundum virtutẽ non operantur, contemnunt autem alios. Magnanimus autem iuſte contemnit. Glorificat enim vere, multi autem contingenter. H

*Qui uero ſine uirtute talia bona habent, immerito ſe dignos magnis honoribus eſtimant; neque magnanimi recte dicuntur. Non enim ſunt hæc ſine cumulata uirtute. contemptores autẽ petulantesque fiunt. non eſt enim facile ſine uirtute res moderate ferre ſecundas. Atque cum æqualiter ferre non poſſunt, putentque ſe cæteris antecellere, illos quidem deſpiciunt. ipſi vero quicquid contigerit agunt. Imitantur enim magnanimum, & ſi ſimiles ei non ſunt, idque faciunt in quibus poſſunt. Ea igitur quæ a uirtute proficiſcuntur non agunt, deſpiciunt autem cæteros. Sed magnanimus iure deſpicit: opinatur enim uere, uulgus autem ut contingit.*

## LECTIO X.

a Non eſt autẽ mirochindinos, neq; philochindinos propter pauca honorare. Megalochindinos autem.

b Et cum periclitetur non parcens vitę, vt non dignũ exiſtens omnino viuere.

c Et potens benefacere. beneficiatus autem verecũdatur. Hoc quidem enim ſuperexcellentis. hoc autem ſuperexcelſi. I

d Et retributiuus plurimum. Ita enim erit debitor, qui incipit, & erit bene paſſus.

e Vidẽtur.n. & in memoria habere eos quibus vtique faciant bene. Eos autem a quibus vtiq; vel paſsi fuerint bene, aut patiãtur bene, non. Minor enim qui patitur bene, eo qui facit. Vult autem ſuperexcellere. K

## *LECTIO X.*

*Non autem parua pericula ſubit, nec periculorum eſt cupidus, propterea quòd res paucas multifacit, ſed ſubit magna.*

*Atque cum periculo uerſatur uitæque nõ parcens, quaſi non ſit dignum omnino uiuere.*

*Eſt etiam talis, ut beneficia conferat, & pudeat ipſum ſi ſuſcipiat beneficia. Illud enim ſuperioris eſt, hoc inferioris.*

*Et in retribuendo maiora beneficia cõferat. hoc.n. mõ d̃bitor inſup̃ fiet is, q̃ prim⁹ cõtulit, atq; ſuſcipiet beneficiũ.*

*Videtur etiam, & eorum quidem meminiſſe in quos beneficia contulit, eorum autem non meminiſſe a quibus ipſe ſuſcepit. Eſt enim is qui ſuſcepit inferior eo, qui contulit beneficium, ipſe uero uult ſuperior eſſe.*

## LECTIO X.

Poſtquàm Philoſophus oſtendit, qualiter magnanimus operetur circa propriam materiam, hic determinat proprietates magnanimi. Et circa hoc duo facit. Primo proponit proprietates magnanimi, quæ accipiuntur per comparationem ad materias virtutum. Secundo ponit proprietates, quæ accipiuntur ſecundum diſpoſitionẽ ipſius magnanimi. ibi. {Neque admiratiuus, &c.} Circa primum duo facit. Primo proponit proprietates magnanimi, quæ accipiuntur per comparationem ad res exteriores. Secundo per comparationem ad humanos actus. ibi. {Et ocioſum eſſe, & tarde, &c.} Circa primum tria facit. Primo ponit proprietates magnanimi per comparationem ad exteriora pericula, quæ ſunt materia fortitudinis. Secundo, per comparationem ad exterio- F ra beneficia, quæ proprie pertinent ad liberalitatem. ibi. {Et potens bene facere, &c.} Tertio per comparationem ad honores, qui proprie pertinent ad magnanimitatem. ibi. {Et ad eos autẽ, qui in dignitate.} Prętermittit aũt dicere de materia temperantię, quia non habet de ſe aliquam magnitudinem, ſed eſt circa ea, quæ ſunt nobis & brutis communia, vt in tertio habitum eſt. Magnanimitatis autem eſt operari magnum in omnibus virtutibus, vt ſupra habitum eſt. Circa primum ponit duas ꝓprietates, quarum prima eſt, quòd magnanimus non eſt mirochindinos, id eſt pro paruis periclitãs, neque eſt philochindinos, id eſt amator periculorũ, quaſi prõpte, & de facili ſe ad pericula exponens. Et hoc ideo, quia nullus exponit ſe periculo, niſi propter aliquid quod multum appreciatur. Ad magnanimum autẽ pertinet pauca tantum appreciari, quòd pro eis ſe velit periculis exponere. Vnde non de facili, neque pro paruis rebus pericula ſubit. Eſt autem magnanimus megalochindinos, id eſt a magnis periclitans, quia ſe exponit quibuſcumque periculis pro magnis rebus, puta pro ſalute communi, pro iuſtitia, pro cultu diuino, & aliis huiuſmodi. Secundam proprietatem ponit ibi.

b ¶ Et dicit, quòd magnanimus quando periculis ſe exponit hoc facit vehemẽter, ita vt non parcat vitæ quaſi non ſit dignum, quòd magis velit viuere, quàm magna bona per mortem conſequi. Deinde cum dicit.

c ¶ Ponit quinque proprietates magnanimi, quæ accipiuntur per comparationẽ ad beneficia, quæ ſunt propria liberalitati. Quarum prima eſt, quòd magnanimus eſt potens benefacere, id eſt promptus ad beneficia largienda, ſed verecundatur ab alijs beneficia accipere, nam beneficia dare eſt excellentis, beneficia autem recipere eſt eius, qui exceditur. Magnanimus autem ſemper intendit ad hoc, quòd ſuperexcedat in bono. Secundam proprietatem ponit ibi.

d ¶ Dicit ꝙ ſi magnanimus beneficia accipiat ſemper ſtudet, vt retribuat maiora. Sic.n. ille qui incepit beneficia conferre, erit magis bene patiens, id eſt beneficia recipiens inquantum plura accepit, quàm dederit. Tertiam proprietatem ponit ibi.

e ¶ Et hæc quidem proprietas non eſt ex electione magnanimi, ſed conſequitur ex diſpoſitione ipſius. Ita enim eſt diſpoſitus magnanimus, vt delectetur beneficia dare. inuitus autem beneficia recipiat. Ea vero, quæ nos delectant frequenter cogitamus, & per conſequens in memoria habemus. Ea vero, quæ



f Et hoc quidem delectabiliter audit. hoc autem indelectabiliter. Propter quod Thetim non dicere beneficia Ioui. neq; Lacones ad Athenienſes, ſed quæ paſſi ſunt bene.

g Magnanimi autem, & nullo indigere, vel vix, miniſtrare autem prompte. B

h Et ad eos quidem, qui in dignitate, & bonis fortunis magnum eſſe. Ad medios autem moderatim.

i Hos quidem enim ſuperexcellere difficile, & venerabile. hos autem facile. Et in illis quidem venerari non inuirile. in humilibus autem oneroſum.

C k Quemadmodum ad imbecilles fortem eſſe, & ad honorabilia non ire, vel vbi præcellunt alii.

l Et ocioſum eſſe, & pigrum, ſed vel vbi honor magnus, vel opus, & paucarum quidem operationum: magnorum autẽ nominabilium.

m Neceſſarium autem, & manifeſtum oditorẽ eſſe, & manifeſtũ amatorẽ. Latere.n. timidi. D

n Et curare veritatem magis quàm opinionem.

o Et dicere, & operari manifeſte. Liber.n. propalator, quia cõtemptiuus eſt. Contemptiuus autem, propter quod & libere: propalatiuus enim propter qđ contemptiuus.

p Et veridicus. Verumtamen quęcumque nõ propter ironiã. Ironia autem ad multos. E

*Et cum uoluptate quidem audit ea, quæ contulit, ſine autem uoluptate ea quæ ipſe accepit. Quapropter, & Thetis non enarrat beneficia Ioui. nec Athenienſibus Laccedemonii, quæ cõtulerunt in illos, ſed quæ ſuſceperunt ab illis.*

*Eſt etiam magnanimi, nemine, aut uix indigere, miniſtrare autem prompte.*

*Et ad eos quidem homines, qui in dignitate ſunt conſtituti proſperitatibusque utuntur fortunæ magnũ eſſe, ad medios autem mediocrem.*

*Illos enim ſuperare difficile eſt & glorioſum, hos autem facile. Et inter illos quidem gloriari non eſt ingeneroſum, inter humiles autem eſt importunum.*

*Quemadmodum uiribus contra imbecillos cõtendere. Eſt etiam magnanimi nõ adire ea, quæ afficiuntur honore, & ubi alii primas occupãt partes.*

*Et ocioſum eſſe, ac tardum, niſi ubi magnus eſt honos, uel opus, & paucas quidem agendas res aggredi, magnas autem, & preclaras.*

*Neceſſe eſt etiam palam ipſum tã odiſſe, quàm etiam amare, quippe cũ metuentis ſit occultare.*

*Et magis ipſi curæ ueritatẽ, quàm opinionem eſſe.*

*Et aperte loqui, ac agere. Eſt enim hoc contemptoris. Quapropter utitur libertate. Eſt enim, & libertate utentis. Iccirco contemptor eſt.*

*Et etiam uerax, niſi diſſimulatione utatur, qua quidem ad multitudinem utitur.*

non ſunt nobis delectabilia raro cogitamus, & per conſequens non multum in memoria retinemus. Et inde eſt, ꝙ magnanimi videntur in memoria habere eos, quibus dant beneficia, non autem eos a quibus recipiunt. Hoc enim eſt contrariũ voluntati eius, ſecundum quod vult ſuperexcellere in bono. Ille autem, qui bene patitur recipiendo, ſcilicet beneficia, eſt minor eo, qui beneficia confert. Secundum electionem autẽ, magnanimus non obliuiſcitur beneficiorũ. ſed ſtudet ad hoc, ꝙ maiora recompenſet ſicut dictũ eſt. Quartam rationem ponit ibi.

f ¶ Et dicit, quòd magnanimus delectabiliter audit beneficia, quę ipſe contulit, non autem delectabiliter audit beneficia, quæ recepit. Delectari ſiquidem poteſt ĩ amore eius cui beneficia cõtulit. Sed de hoc, quòd ipſe beneficia recepit non delectatur. Et circa hoc ponit duo exempla. Quorum primũ ſumitur ex dictis Homeri, qui introducit Thetim, quam dicebant eſſe deam aquarum, accedentem ad Iouem, quem dicebant eſſe regem omnium deorum. Et ꝙ Thetis non dixit Ioui beneficia, quæ ipſa Ioui contulerat, quaſi hoc non eſſet ei acceptum, ſed potius beneficia, quæ ipſa a Ioue acceperat. quod Iupiter libentius audiebat. Aliud autem exemplum ſumit ex hiſtoria Gręcorum in qua narratur, quòd quidam ciues Lacones, Athenienſium auxilium implorãtes, nõ dixerunt eis beneficia, quæ fecerant. ſed quæ receperãt. Quintam proprietatẽ ponit ibi.

g ¶ Et dicit, quòd ad magnanimum ꝑtinet, quòd exhibeat ſe tanquam nullo indigentem, vel non de facili, inquantum ſcilicet non petit aliquid, neque accipit, ſed quòd ſit promptus ad hoc quòd aliis beneficium miniſtret. Deinde cum dicit.

h ¶ Ponit proprietatem magnanimi per comparationem ad honores. Et circa hoc tria facit. Primo ponit proprietatem. Et dicit, ꝙ ad magnanimum pertinet, vt ſe magnum, & honorabilem exhibeat ad illos, qui ſunt in dignitate, & excellentia bonorum fortunæ. Sed ad mediocres moderationem quandã exhibet, non vtendo magnitudine ſua ad eos. Secundo ibi.

i ¶ Inducit duas rationes eius quod dixerat. Quarum prima eſt, ꝙ omnis virtus nititur ad id quod eſt difficile, & honorabile. Quòd autem aliquis excellat in bono magnos viros eſt difficile, & venerabile. Sed ꝙ aliquis excellat mediocres viros facile eſt. Secunda ratio eſt, nam quòd aliquis inter magnos viros exhibeat ſe venerandum, pertinet ad quandam animi virilitatem. Sed ꝙ aliquis velit magnam reuerentiam ſibi exhiberi ab A infimis perſonis, eſt eorum, qui ſunt aliis oneroſi. Tertio ibi.

K ¶ Ponit exemplum. Et dicit, quòd ſimili modo hoc quod dictum eſt, eſt vitioſum, ſicut quòd aliquis exhibeat ſe fortem contra imbecilles, & ꝙ non aggrediatur difficilia, quæ ſunt honorabilium, & in quibus alii præcellunt. Deinde cum dicit.

l ¶ Ponit proprietates magnanimi ſecũdum actus humanos. Et primo quantum ad ſeipſum. Secundo per reſpectum ad alios, ibi. {Neceſſarium, &c.} Dicit ergo primo, quòd ad magnanimum pertinet, quòd ſit ocioſus, ex eo ſcilicet, quòd non multis negociis ſe ingerit, & quòd ſit tardus, id eſt non de facili ſe ingerat negociis. Sed ſolum illis actibus inſiſtit, qui pertinent ad aliquẽ magnum honorem, vel ad aliquod magnum opus faciendũ. Et ſic magnanimus ẽ operatiuus paucorũ. Sed operatur magna & quę ſunt digna nomine magno. Deinde cum dicit.

m ¶ Ponit proprietatẽ magnanimi circa actus humanos, qui ſunt per comparationem ad alium. Et primo quantum ad veritatem. Secundo quantum ad delectationẽ. (hæc enim præcipue requiruntur in conuictu ad alios, vt infra dicetur.) ibi. {Et ad aliũ nõ poſſe viuere.} Circa primũ ponit quatuor ꝓprietates. Quarum prima reſpicit interiorem affectum. Et dicit quòd neceſſarium eſt, quòd magnanimus manifeſtꝰ ſit amicus, & manifeſtus inimicus, quia quòd aliquis latenter amet, vel odiat prouenit ex aliquo timore. Timor autem magnanimo repugnat. Secundam proprietatem ponit ibi. Lectio. 13.

n ¶ Et dicit, quòd ad magnanimum ꝑtinet, quòd magis curet de veritate, quàm de opinione hominum. Non enim propter humanam opinionem recedit ab eo, quod facere debet ſecundum virtutem. Tertiam proprietatem ponit ibi.

o ¶ Et dicit, ꝙ ad magnanimum pertinet, ꝙ manifeſte loquatur & operetur, eo quòd ipſe eſt contemptiuus aliorum. Et inde eſt, ꝙ ipſe propalat ſua dicta, & facta. Quòd enim aliquis occultet ea, quę facit, vel dicit, prouenit ex hoc quòd timet alios. Nullus autem timet eos quos contemnit. Vnde iſta duo adinuicem conuertuntur, vt ſcilicet aliquis ſit libere propalatiuus, & contemptiuus. Non autem dicitur magnanimus eſſe contemptiuus, eo quòd deſpiciat aliquos, quaſi priuans eos debita reuerentia, ſed quia non appreciatur eos vltra quàm debeat. Quartam proprietatem ponit ibi.

p ¶ Et dicit, ꝙ magnanimus in verbis ſuis non falſum, ſed verum dicit, niſi forte aliqua ironice loquatur ex ludo. Vtitur autem ironia in ſocietate multorum. Deinde cum dicit.

q ¶ Ponit proprietatem magnanimi circa delectationem, quæ eſt in conuictu. Et dicit, quòd ad magnanimum pertinet, vt nõ ſit promptus ad conuiuendum cum aliis niſi cũ amicis. Quòd enim aliquis ingerat ſe familiaritatibus omnium, eſt ſeruilis animi. Vnde & omnes blanditores, qui volunt omnibus indifferẽter placere, ſunt obſequioſi, ideſt ad ſeruiẽdum parati. Et conuerſo, omnes humiles, qui ſcilicet ſunt abiecti animi, ſunt blanditores. Deinde cum dicit.

r ¶ Ponit proprietates magnanimi, q̃ accipiuntur ſecundũ diſpoſitionẽ ipſius. Et primo ponit quaſdam, quæ conſiſtunt in corde. Secundo quaſdam, quę conſiſtunt in locutione, ibi. {Neque humaniloquus, &c.} Tertio ponit illas, quę conſiſtunt in exteriori conuerſatione, ibi. {Et potens poſſediſſe, &c.} Circa primum ponit duas proprietates. Quarum prima eſt, quòd magnanimus nõ eſt prõptus ad admirãdum, quia admiratio eſt de reb⁹ magnis. Sed magnanimo non eſt aliquid magnum eorũ, quæ exterius occurrere poſſunt, quia tota ſua vita verſatur circa interiora bona quæ sũt vere magna. Secundam proprietatem ponit ibi.

ſ ¶ Dicit, quòd magnanimus non multum recordatur malorum, quę paſſus ẽ. Et ad hoc inducit duas rationes. Quarum vna eſt, quia nõ conuenit magnanimo multa recordari, ſicut neque admirari. Eorum enim ſolemus recordari, quæ tanquam magna admiramur. Alia ratio eſt, quia ad magnanimum ſpecialiter pertinet obliuiſci malorum, quæ paſſus eſt, inquantum ſcilicet, ea deſpicit, vtpote a quibus minorari non potuit. Vnde de Iulio Cęſare Tullius dicit, quòd nullius obliuiſci ſolitus erat, niſi iniuriarum. Deinde cum dicit.

t ¶ Ponit duas proprietates magnanimi circa locutionẽ eius. Quarum prima eſt, quòd non multum loquitur de hominibus, quia particularis res hominum non multum appreciatur: ſed tota eius intentio eſt circa bona communia, & diuina. Vnde nec de ſeipſo multum loquitur, neque de aliis. Non enim eſt ſibi curæ, quòd ipſe laudetur, neque quòd alii vituperentur. Vnde neque ipſe multum laudat alios, neque male loquitur de aliis; nec etiam de inimicis, niſi propter iniuriam ſibi ab eis illatam repellendam. Tertiam proprietatem ponit ibi.

u ¶ Et dicit, quòd de neceſſariis ad vitam humanam, vel quibuſcumque aliis rebus, neque eſt plangitiuus, ſcilicet conquerendo, vel murmurando ſi ei deſint, neque deprecatiuus, vt ei exhibeantur. Hoc enim pertinet ad illum, qui ſtudet circa neceſſaria vitæ, quaſi circa aliqua magna, quæ ſunt contraria magnanimitati. Deinde cum dicit.

x ¶ Ponit proprietates per comparationem ad exteriora. Et F primo quantum ad exteriores poſſeſſiones. Et dicit quòd magnanimus eſt promptus magis ad poſſidendum quædam bona, ſcilicet honorabilia, & infructuoſa, ideſt quæ non ſunt lucroſa, quàm aliqua, quæ ſunt lucroſa, & vtilia, quia magis pertinent ad hominem ſibi ſufficiẽtem, q̄ non indigeat aliunde lucrari. Secundo ibi.

y ¶ Ponit proprietatẽ magnanimi quantũ ad motus corporales. Et dicit, q̄ motus magnanimi videtur eſſe grauis, & vox videtur eẽ grauis, & locutio eius eſſe ſtabilis, & tarda. Et horũ rationem aſſignans; dicit, q̄ non põt motus magnanimi eſſe feſtinus: cum ipſe ad pauca operãda intendat. Similiter ẽt magnanimus non eſt cõtentioſus: quia nihil exteriorum magnũ exiſtimat. Nullus aũt contẽdit niſi pro aliquo magno. Acuitas autem vocis, & velocitas locutionis accidit propter cõtentionem. Patet ergo q̄ ipſa affectio magnanimi requirit grauitatẽ vocis, & tarditatem locutionis, & motus. Et dicit Philoſophus in Prædicamentis, q̄ ſi aliquis naturaliter inclinatur ad aliquã paſſionem puta ad verecundiam, oportet eum naturaliter habere talem colorem, qui cõpetat verecundiæ. Vnde ſi aliquis habet naturalẽ aptitudinem ad magnanimitatẽ, conſequens eſt etiã, q̄ naturalẽ habeat diſpoſitionẽ ad hmõi accidentia. Vltimo vero cõcludit epilogãdo, q̄ magnanimus talis eſt, qualis dictus eſt.

q Et ad alium nõ poſſe viuere, ſed vel ad amicũ. ſeruile enim: propter quod, & omnes blanditores obſequioſi ſeruiles, & humiles blanditores.

r Neque admiratiuus. Nihil.n. magnum ipſi eſt.

ſ Neq; memor mali. non.n. magnanimi recordari mala aliqualiter. ſed magis deſpicere.

t Neq; humaniloquus. neq;.n. de ſeipſo loquitur, neq; de alio. neq;.n. vt laudetur cura eſt ipſi. neque vt alij vituperẽtur. Neq; rurſus laudatiuus eſt. Propter quod neq; maliloquus, neq; de inimicis, niſi propter iniuriam.

u Et de neceſſariis, uel paruis planctiuus, & deprecatiuus. Studẽtis enim ſic haberi circa hoc.

x Et potẽs poſſediſſe magis bona infructuoſa fructuoſis, & vtilibus. Sufficienter enim magis.

y Sed & mot⁹ grauis magnanimi vr̃ eſſe, & vox grauis, & locutio ſtabilis. Non n. feſtinus, qui circa pauca ſtudet. neq; cõtentioſus, qui nihil magnum exiſtimat. Acumen aũt vocis, & velocitas propter hæc. Talis quidẽ igitur magnanimus.

*Et non poſſe ad alium uiuere, niſi ad ſolum amicum. eſt enim ſeruile. Quapropter, et omnes adulatores ſeruiles ſunt, & omnes humiles adulatores.*

*Nec eſt procliuis ad admirãdum. nihil enim apud ipſum eſt magnum,*

*Nec eſt ſibi mali memor illati. nõ* G *eſt enim magnanimi meminiſſe, præſertim mala, ſed potius deſpicere.*

*Nec de hoĩbus loquitur. Etenim neque de ſeipſo, neque de alio dicet. Nec.n.ut laudetur ipſe, nec ut alii reprehẽdãtur eſt ipſi curæ. nec rurſus eſt laudator. Iccirco, nec maledictis, nec in inimicos q̃dẽ niſi ob cõtumeliã.*

*De neceſſariis ꝑterea rebus, uel paruis minĩe ẽ q̃rul⁹, nec ad ꝑcãdũ procliuis. Eſt.n.ſtudẽtis circa hæc ita ſe hr̃e.*

H *Eſt ẽt talis, ut res magis pulchras ſineq; fructu, quàm fructuoſas vtileſq; poſſideat. Eſt.n.magis ſufficientis.*

*Inſuper ipſius magnanimi motus tardus eſſe debet, & uox grauis, & lo cutio tarda. Non.n. properat is, qui circa pauca ſtudet, nec eſt uehemens, qui nihil exiſtimat magnum. Acumen autem uocis, & celeritas propter hæc ipſa fieri ſolent. Talis eſt igitur ipſe magnanimus.*

## LECTIO XI.

D Eficiẽs aũt puſillanimus ſuperabundãs aut chaymus nõ mali q̃dẽ igitur vr̃r eſſe iſti. Non n. malefactores ſunt, peccantes autem.

b Puſillanimus enim quidẽ dignus exiſtens, bonis ſeipſum priuat, quibus dignus eſt.

c Et videtur malum habere aliquod ex nõ dignificare ſeipſum

## LECTIO XI.

I *E S autẽ qui deficit puſillanimus eſt. qui uero exuperat lentus. Nec igitur hi mali homines ſunt, quippe cum mala non faciant: ſed aberrant.*

*Puſillanimus enim meretur quidem bona His tamẽ ſeipſe priuat, quibus eſt dignus.*

*Atque malum quoddam habet, quia bonis ſe dignum non cenſet. Et*

## LECTIO XI.

P Oſtquàm Philoſophus determinauit de magnanimitate, hic determinat de vitijs oppoſitis. Et circa hoc duo facit. Primo K determinat illud, qđ eſt cõe vtriq; vitio. Scđo determinat de vtroq; sm̃ ſe. ibi. {Puſillanimus quidem.n.&c.} Tertio cõparat vnum alteri. ibi. {Opponitur aũt magnanimitati, &c.} Dicit ergo primo, q̄ ille qui deficit a medio magnanimitatis, vocatur puſillanimus. Ille aũt, qui ſuperabundat vocatur chaymus.i. fumoſus, quod nos dicimus inflatum, vel præſumptuoſum. Nõ autem dicuntur eſſe mali quantum ad hoc, q̄ ſint malefactores. Non.n. alicui nocumẽtũ inferunt, nec faciunt aliquid turpe: ſed tñ peccant in hoc, q̄ recedunt a medio rõnis. Deinde cum dicit.

b ¶ Determinat de vtroq; vitio. Et primo de eo quod eſt sm̃ defectum. Secundo de eo, qđ eſt ſm exceſſum. ibi. {Chaymi autem, &c.} Circa primũ tria facit. Primo proponit propriũ actũ puſillanimi. Et dicit, q̄ puſillanimus cũ ſit dignus bonis, priuat ſeipſum illis quibus dignus eſt, dum .ſ. non conatur ad operandum, vel conſequendum ea, quæ ſibi competerent. Secundo ibi.

c ¶ Oſtendit cauſam puſillanimitatis. In qua quidẽ cauſa tria conſideranda ſunt per ordinẽ. Quòd .n. aliquis ſe priuet bonis quibus dignus eſt. Primo quidẽ contingit ex hoc, q̄ non reputat ſe di-



ſe dignum talibus bonis, cum tamen ſit dignus, hoc autem ſecũdum contingit ex hoc, q̄ ignorat ſuam conditionẽ. Cum enim proprium bonum ſit cuilibet appetibile, ſi ſeipſum cognoſceret puſillanimus, appeteret ea quibus dignus eſt, cum ſint quędam bona, & appetibilia. Huiuſmodi autem ignorantia non contingit ex inſipientia, q̄a inſipientes non ſunt digni magnis, ſed magis contingit ex quadam pigritia, per quam cõtingit, q̄ nolunt magnis ſe ingerere ſecundum ſuam dignitatem. Et hoc ẽ tertium ex quo alia duo oriuntur. Tertio ibi.

d ¶ Ponit effectum puſillanimitatis. Et dicit, q̄ talis opinio ꝑ quam alicui videtur, q̄ homo nõ ſit dign⁹ bonis quibus eſt dignus, videtur homines facere d̄teriores. Singuli.n. homines appetunt illa, quæ cõueniunt eis ſecundũ propriam dignitatẽ. Et ideo qñ neſciunt ſuã dignitatẽ, duplex detrimẽtum patiunẽ ſuæ bonitatis. Primo quidẽ, quia recedunt ab ipſis operationibus virtutum, & adinuentionibus ſpeculabilium veritatũ, quaſi indigni, & inſufficientes ad talia exiſtentes, ex hoc autem, quòd magna bona prætermittũt efficiuntur peiores, quia magnorum bonorũ exercitatio facit homines meliores. Secũdo, quia per prædictam opinionem recedit ab aliquibus exterioribus bonis quibus ſunt digni, quæ inſtrumentaliter ad operationes virtutũ deſeruiunt. Deinde cum dicit.

e ¶ Determinat de vitio qđ eſt per exceſſum. Et circa hoc duo facit. Primo enim ꝓponit cauſam huius vitij. Et dicit, q̄ chaymi, ideſt preſumptuoſi, & ſunt inſipiẽtes, & ignorant ſuam cõditionẽ, nõ quidẽ ꝓpter pigritiã, ſicut puſillanimes, ſed ꝑꝑ inſipientiam. Et hoc apparet manifeſte, quia conantur ad agendũ, vel conſequendum aliqua honorabilia, ad quæ eorum dignitas nõ ſe extendit, vt qñ in eorũ operatione, vel conſecutione deficiunt, manifeſte redarguendi apparent. Secundo ibi.

f ¶ Ponit actum huius vitij, quod conſiſtit in quadã exteriori magnificatione, inquantũ .ſ. magnificãt ſeipſos. Primo quidẽ quibuſdam exterioribus ſignis; dum ſcilicet, ornatis vtuntur veſtibus; & etiam figura ornantur, pompoſe incedentes, & alia huiuſmodi faciunt ad manifeſtandum excellẽtiam ſuam in exterioribus bonis fortunę. Secundo, quia hmõi verbis manifeſtant, quaſi per hoc volentes aſſequi honorẽ. Deinde cum dicit.

g ¶ Comparat prædicta vitia adinuicem. Et dicit, quòd puſillanimitas A magis opponit̃ magnanimitati, quàm chaymotes, ideſt præſumptio. Et de huiuſmodi aſſignat duas rationes. Quarũ prima eſt, quia ſicut in Secundo habitum eſt, vitium quod magis accidit propter maiorem inclinationem naturæ humanæ in ipſum, magis opponitur virtuti, quæ eſt ad hoc pręcipue, vt reprimantur humanæ inclinationes ad malum. Manifeſtum eſt autem, quòd magis accidit, aliquos eẽ puſillanimos, qui ſcilicet omittunt facere bona, quæ poſſent, quàm quòd ſe extendant ad faciẽdum bona, quæ no poſſunt. Vnde puſillanimitas magis opponitur virtuti. Alia ratio eſt, quia puſillanimitas deterior eſt, vtpote faciẽs homines deteriores, vt ſupra habitũ eſt. Quod autem eſt pei⁹, magis virtuti opponitur. Et ſic patet, puſillanimitatem magis opponi virtuti. Vltimo autẽ concludit epilogando, quòd magnanimitas eſt circa magnum honorẽ, vt dictum eſt.

bonis. ſed & ignorare ſeipſum. appeteret enim vtique quibus dignus erat, bona exiſtẽtia. Sed non tamen inſipientes tales videntur eſſe, ſed magis pigri.

d Talis autem opinio videtur, & deteriores facere. Singuli eñ appetunt quæ ſecundum dignitatem. Diſcedũt autem ab operationibus bonis, & ab inuentionibus, vt indigni exiſtentes. Similiter autem, & ab exterioribus bonis.

e Chaymi autem inſipientes, & ſeipſos ignorantes. Et hoc manifeſte, vt enim digni exiſtentes ad honorabiliora conantur. deinde redarguuntur.

f Et veſte ornantur, & figura, & talibus. & volunt bonas fortunas manifeſtas eſſe ipſorum. & dicunt de ſeipſis, vt per hęc honorandi.

g Opponitur autem magnanimitati puſillanimitas magis quàm chaymotes. & ſic magis, & deterius eſt. Magnanimitas quidẽ igit̃ circa honorẽ eſt magnum, quemadmodũ dictũ eſt.

*ſeipſe ignorat. Appeteret enim ea quibus eſt dignus, cum ſint bona. Non tamen ſtolidi tales homines, ſed pigri potius, & ſunt, & dicuntur.*

*Talis autem opinatio deteriores ipſos efficit. Singuli namque appetunt* B *ea quibus ſunt digni. Dimouent ſeſe, & a preclaris actibus, & officijs quaſi ſint indigni, & a bonis externis ſimili modo.*

*At lenti ſtolidi ſunt. & ſeipſos ignorant, & etiam clare. Nam quaſi ſint digni res eas aggrediuntur, quæ honorantur, deinde redarguuntur.*

C *Veſtituque ſe, & geſtu, & ſimilibus ornant, & proſperitates ſuas manifeſta eſſe volunt. De ipſis etiam dicunt, vt ob ipſas afficiantur honore.*

*Magnitudini autem animi puſillanimitas opponitur magis quàm lentitudo. Fit enim magnis. & peior eſt. Magnitudo igitur animi circa honorem, vt diximus verſatur.*

## LECTIO XII.

V Idetur autem, & circa hunc eſſe virtus quædã, quemadmodum in primis dictum eſt, quę videbitur vtique ſimiliter habere ad magnanimitatem, quemadmodũ & liberalitas ad magnificentiã. Ambæ enim quidem iſtæ a magno diſtant. Circa moderata autem, & parua diſponunt nos, vt oportet.

b Quemadmodũ autem in acceptione, & datione pecuniarũ medietas eſt, & ſuperabundantia & defectus, ita & in hono-

D

## LECTIO XII.

*E S T etiam circa honores, vt antea diximus, & alia quædam virtus, quæ quidẽ perinde ſeſe habet ad animi magnitudinem, atque ſeſe habet ad magnificentiam liberalitas. Hæ namque virtutes ambæ a magnitudine quidem diſcedunt, circa vero mediocria paruaque nos, ut oportet diſponunt.*

E *Atque ut in capiendis dandiſque pecuniis mediocritas eſt, & nimium, atque parum, ſic & in honorum appetitione fit, ut magis quàm oportet, &*

## LECTIO XII.

P Oſtquam Philoſophus determinauit de magnanimitate, quæ eſt circa honorem magnũ. Hic determinat de quadam alia virtute innominata, quæ eſt circa mediocres honores. Et circa hoc tria facit. Primo proponit eſſe aliquã talem virtutem. Secundo, probat quod dixerat ibi. {Quẽadmodum autẽ in acceptione, &c.} Tertio oſtendit quomodo conſiderentur medium, & extremum in hac virtute, ibi. {Innominata autẽ exiſtẽte &c.} Dicit ergo primo, ſicut prædictum eſt in Secundo huius, quædam virtus vr̃ eſſe circa hunc .ſ. honorem, quæ ita ſe habet ad magnanimitatem, ſicut liberalitas ad magnificẽtiã. Ambæ.n. iſtæ virtutes. ſ. liberalitas, & illa de qua nũc agimus diſtãt ab illis, duabus .ſ. magnificentia, & magnanimitate, ſicut a quodã magno, quia ſcilicet magnanimitas eſt circa magnos honores, ſed magnificentia circa magnos ſumptus. Sed duæ virtutes, ſcilicet liberalitas, & illa de qua nunc agimus, diſponũt nos circa parua, & moderata, vel honores, vel diuitias. Deinde cum dicit.

b ¶ Probat quod dixerat. Et primo per rationem, a ſimili ſumptam. Secundo per communẽ vſum loquẽdi, ibi. {Philotimũ.n. &c.} Dicit ergo, quòd ſicut in acceptione, & datione pecuniarũ paruarũ .ſ. mediocriũ eſt medietas, & ſuperabũdãtia & defect⁹, vt ſupra habitũ eſt, ita ẽt in appetitu honoris parui, vel mediocris

contingit

contingit aliquē ſe habere plus quàm oportet, & minus quàm oportet quantū ad intētionē appetitus. Et etiā ex cauſa, vnde nō oportet, inquantū. ſ. vnus ex pluribus, vel maioribus cupit honorari, quā m oporteat, & alius ex paucioribus, vel minoribus. Cōtingit etiam, ꝙ aliquis appetat honorari ſecundum ꝙ oportet quantum ad omnia.
Et ſic patet, ꝙ circa paruos, vel moderatos honores eſt accipere medium virtuoſum, & extrema vitioſa, ſicut & circa moderatas pecunias. Deinde cum dicit.
c ¶ Manifeſtat propoſitum per communem vſum loquendi. Et circa hoc duo facit. Primo proponit communem vſum loquendi. Secundo ex eo argumentatur ad propoſitum, ibi. {Manifeſtum autē, &c.} Dicit ergo primo, ꝙ quandoque vituperamus philotimum. i. amatorem honoris, quaſi appetat honorē, magis quàm oportet, & vnde non oportet. Et ſimiliter qñdoque vituperamus eum, qui non eſt amator honoris, quaſi nō velit bona operari ex quib⁹ honoretur. E contrario autē, qñque laudamus eum, qui eſt amator honoris, quaſi exiſtentem virilem, ideſt magnū animum habentem, & quaſi amatorē boni, ſcilicet virtuoſi actus, cui debetur honor. Et ſimiliter quādoque laudamus eū, qui non eſt amator honoris, quaſi moderantem, & temperantem ſeipſum, vt non excedat ſuam conditionem, ſicut dictum eſt in Secundo. Deinde cum dicit.
d ¶ Argumentatur ex prædicto vſu loquēdi. Et dicit, quòd quandoque laudam⁹ amatorem honoris, quandoque vituperamus. Manifeſtum eſt autem quòd multipliciter dicitur amator honoris, & ideo non ad idem referimus laudem, & vituperium. Sed laudamus amatorem honoris, prout magis ſtudet ad ea, quę ſunt honoris, quàm vulgaris multitudo. Vituperamus autem inquantum magis cupit honores, quàm oporteat. Et eadem ratio eſt de non amatore honoris, vnde ſequitur, quòd medium circa hoc eſt laudabile, prout ſcilicet honor, & appetitus contemnitur ſecundum quòd oportet. Extrema autem ſunt vituperabilia, inquantum ſcilicet appetitur plus, vel minus, quàm oportet. Deinde cum dicit.
e ¶ Determinat de medio, & extremo circa hanc virtutem. Et circa hoc duo facit. Primo oſtendit dubietatem, quæ circa hoc contingit. Secundo oſtendit, quid ex illa dubietate ſequatur, ibi {Opponi autem &c.} Circa primum tria facit. Primo propo-

F nit dubietatem. Et dicit, quòd quia medietas circa appetitus honoris eſt innominata, & ſic videtur eſſe quaſi deſerta, quia non deſignatur aliquo nomine, inde eſt, quòd extrema videntur eſſe dubia, inquantum quandoque laudantur, quandoque vituperantur. Secundo ibi.

ris appetitu magis quàm oportet, & minus, & vnde oportet, & vt oportet.

c Philotimum enim vituperamus, vt magis quàm oportet, & vnde non oportet honorem appetentem. Et non amatorem honoris, vt neque in bonis eligentem honorari. Eſt autem, quoniam amatorem honoris laudamus, vt virilem, & amatorem boni, non amatorem autē honoris, & moderatum, & temperatum. Quemadmodum in primis diximus.

G

d Manifeſtum autem, quoniā multipliciter amatore talium dicto, non in idipſum ſemper ferimus amatorem honoris. Sed laudantes quidem magis quàm multi. Vituperantur autem magis quàm oportet.

H

e Innominata autem exiſtente medietate, vt deſerta, videntur dubia eſſe extrema.

f In quibus autem ſuperabundantia, & defectus, & medium. Appetunt autem honorem, & magis quàm oportet, & minus, etiam, & vt oportet.

g Laudatur igitur habitus hic medietas exiſtens circa honorē innominatus. Videtur autē ad amorem honoris quidem non amor honoris, ad non amorem honoris autem, amor honoris, ad vtraque autem vtraque qualiter, videtur autem hoc eſſe circa alias virtutes.

I

h Opponi autem hic extrema videntur, propter nō eſſe nominatum medium.

*minus, & vnde oportet, & vt oportet appetantur honores.*

*Reprehendimus enim ambitioſum hominem, atque honoris appetitione vacātem. Illum, quia plus quàm oportet, & vnde non oportet honorem appetit: hunc, quia ne ob res quidem honeſtas honoribus affici vult. Interdum autem illum tamquam uirilem, & rei cupidum pulchre. Interdum hunc tamquam moderatum modeſtūque laudamus, quemadmodum & antea diximus.*

*Conſtat autem, cum pluribus modis quiſpiam alicuius cupidus rei dicatur non ad idem nos ſemper ambitioſum ipſum referre. Sed cum laudamus ad pleroſque, quia magis quàm plerique honores cupit. Cum reprehendimus ad id quod oportet, quia magis quàm oportet honores affectat.*

*Cum autem nomine mediocritas uacet contendere de ipſa tamquam regione uacua uidentur extrema.*

*In quibus uero nimium eſt, atque parum in ijs eſt, & medium. At honores magis quàm oportet affectātur, & minus. Ergo fit, ut affectentur, & ut oportet.*

*Laudatur igitur hic habitus, quo ut oportet affectantur honores, cū ſit mediocritas circa honorē nomine uacans. Atque ad ambitionem quidem uacuitas appetitionis honoris, ad uacuitatē autem appetitionis honoris ambitio, ad utrumque quodam modo eſſe uidetur, quod quidem, & in cæteris eſſe uirtutibus conſtat.*

*Extremi autem hic opponuntur, quia medio nullum eſt poſitum nomē.*

f Oſtendit qualiter in hac materia ſe habet veritas circa medium, & extrema. Et dicit, quòd in quibuſcūque inuenitur ſuperabundantia, & defectus, ibi etiam oportet eſſe mediū. Et ideo cum aliqui appetant honorem, & magis, & minus ꝙ oporteat, conſequēs eſt, quòd & aliqui appetant ſecundum ꝙ oportet, quod pertinet ad rationem medij. Tertio ibi.
g ¶ Oſtendit rationē prædictę dubietatis. Quia enim eſt medium accipere circa honores, habitus medius laudatur. Et quia eſt innominatus nominatur nominibus extremorum, inquantum per comparationem ad vnū extremū videtur habere ſimilitudinē cū altero extremo. Habitus enim medius p comparationē ad ſuperfluum amorē honoris videtur eſſe cōtemptus honoris, per comparationem autem ad contemptum honoris videtur eſſe amor honoris: per cōparationem ad vtrūque videtur eſſe vtrūque aliqualiter. Et hoc etiam apparet in alijs virtutibus, nam fortis per comparationem ad timidum videtur eſſe audax, p comparationem autem ad audacem videtur timidus. Sic ergo in propoſito extrema vituperantur ſecundum ſe conſiderata, laudantur autē ſecundum quòd attribuuntur medio. Deinde cum dicit.
h ¶ Oſtendit, quòd ex prædicta dubietate ſequitur, quòd extrema vitia ſolum ad inuicem videātur oppoſita, non autem ad medium virtutis, propter hoc quòd eſt innominatum.

## LECTIO XIII.

K

Manſuetudo autē eſt quædā medietas circa iras. Innominata autem exi-

## LECTIO XXIII.

*Manſuetudo eſt quidem mediocritas circa iram. At cū medium, & extrema fere*

## LECTIO XIII.

Poſtquam Philoſophus determinauit de virtutibus reſpicientibus bona exteriora, ſcilicet diuitias, & honores, hic determinat de manſuetudine, quæ reſpicit exteriora mala, ex quibus aliquis prouocatur ad irā. Et circa hoc duo facit. Primo determinat de manſuetudine, & vitijs oppoſitis. Secundo reſpondet tacitę quæſtioni, ibi. {Quod autem in prioribus dictum eſt. &c.} Circa primum duo facit. Primo



mo oſtendit, quomodo circa iram inuenitur medium, & extremum. Secundo de eis determinat, ibi. {Paſſio quidem enim &c. Dicit ergo primo, quòd manſuetudo eſt quędam medietas circa iras. In qua tamen materia medium proprie acceptum eſt innominatum, ferè etiam extrema, quia non expreſſis nominibus diſtinguuntur. Nomē autem manſuetudinis aſſumitur ad ſignandum medium, cum tamen ex vi nominis magis declinet ad defectum iræ. Dicitur enim aliquis manſuetus ex eo, ꝙ non iraſcitur, quaſi manu aſſuetus ad ſimilitudinem beſtiarum, quæ iracundiā deponunt manibus hominum aſſuetæ. Ipſe etiam defectus inordinatus iræ eſt innominatus. Dicitur enim aliquis mā ſuetus qualitercumque non iraſcatur, ſiue bene, ſiue male. Sed ſuperabundantia vocatur iracūdia. Deinde cum dicit.
b { Determinat de manſuetudine & vitijs oppoſitis. Et primo de manſuetudine. Secundo de vitijs oppoſitis. Circa primum duo facit. Primo, oſtendit quid cōueniat manſuetudini, ſecundum quòd ponitur virtus. Secūdo, quid cōueniat ei ſecundum nominis proprietatem, ibi. {Peccare autem videtur &c.} Dicit ergo primo, quòd iracundia ponitur vitiū extremum, quia importat ſuperexceſſū iræ, ꝗ eſt paſſio quædam, quæ ex multis, & differentibus reb⁹ fit. Et ita ſecundum eorum diuerſitatem contingit in ira accipere medium, & extremum. Ille igitur, qui iraſcitur in quibus rebus oportet, & quibus pſonis oportet, & inſuper medio modo iraſcendi, quia iraſcitur, ſicut oportet, & quando oportet, & quanto tempore oportet, talis homo laudatur, ſi tamē nomen māſuetudinis in laude accipiatur. Videtur enim ad hoc diſponi manſuetus, vt primo quidem interius iudicium rationis non turbetur ab ira. Secundo, in exteriori electione non ducatur ab ira, ſed ſecundum ordinationem rationis in his rebus, & in tanto tempore iraſcatur. Deinde cum dicit.
c ¶ Oſtendit quid pertineat ad manſuetum ſecundum nominis proprietates, et dicit, quòd ſecundum hoc videtur magis peccare in hoc quod accedit ad defectum. Cum enim dicitur aliquis manſuetus, ſignatur quòd nō ſit punitiuus, ſed magis remittat, & condonet pęnas, quod pertinet ad defectum iræ. Nam ira eſt appetitus vindictæ, quæ fit per pœnam. Deinde cum dicit.
d ¶ Determinat de vitijs oppoſitis. Et primo de vitio defectus. Secundo de vitio ſuperabundantiæ, ibi. {Superabundantia autem &c.} Tertio comparat hęc duo vitia adinuicem, ibi. {Man-

A ſuetudini autem magis &c.} Dicit ergo primo, quòd defectus a medio in ira, ſiue vocetur inira ſcibilitas per oppoſitionem ad iracundiam, ſiue qualitercūque aliter vituperatur. Et quia Stoici dicebant omnem iram vituperabilem, ideo conſequenter oſtēdit, quòd defectus iræ quandoque eſt vituperabilis triplici ratione, quarū primā ponit, ibi. {Non iraſci enim &c.} Et eſt talis, Omne quod pertinet ad inſipientiā, eſt vituperabile, quia laus virtutis eſt ī hoc quòd operatur ſecūdum rectam rationē prudētiæ, ſed ad inſipientiam videtur ptinere, quòd aliquis non iraſcatur in quibus oportet iraſci, & eo modo, & tempore quo oportet iraſci, & quibus perſonis iraſci oportet. Manifeſtum eſt enim, quòd ira cauſatur ex triſtitia. Triſtitia autem eſt ſenſus nocumenti. Si igitur aliqs non iraſcitur in quibus oportet iraſci, conſequens eſt, quòd non doleat de eis, & ita quòd non ſentiat ea eſſe mala, quod pertinet ad inſipientiam. Patet ergo, quòd defectus iræ eſt vituperabilis. Secundam rationem ponit ibi.
e ¶ Et eſt talis Ira eſt appetitus vindictæ. Qui igitur non iraſcitur in quib⁹ debet iraſci, ſequitur ꝙ non vindicet ea, quæ oportet vindicare, quod eſt vituperabile. Nō eſt autem hæc ratio ſic intelligēda, quaſi non poſſit alia vindicta fieri ex iudicio rationis ſine ira, ſed quia motus iræ exercitatus ex iudicio rationis facit prōptiorem ad recte iudicādum. Niſi enim appetitus ſenſitiuus adiuuaret ad exequendum iudicium rationis, fruſtra eſſet in humana natura. Tertiam rationē ponit ibi.
f ¶ Et dicit, quòd ad ſeruilem animum ptinet, quòd aliquis deſpiciat familiares ſuos, & quòd ſuſtineat iniuriantes ſibi, ita ſcilicet quòd non repellat iniurias debito modo. Hoc enim conſequitur ex defectu iræ, quia per hoc redditur homo piger, & remiſſus ad repellēdum iniurias. Vnde patet, quòd defectus iræ eſt vituperabilis. Deinde cum dicit.
g Determinat de ſuperabundantia iræ. Et primo oſtendit, ꝙ hoc vitium multipliciter contingit, Secundo determinat de ſpeciebus ipſius, ibi. {Hi quidem iracundi &c.} Dicit ergo primo, quòd ſuperabundantia iræ poteſt fieri ſecundum omnes circūſtantias, inquantum ſcilicet, contingit quòd aliquis iraſcatur quibus perſonis non oportet, & in quibus rebus non oportet, & magis quàm oportet, & velocius etiam prouocetur ad iram, & pluri tempore duret ira, quàm oportet. Non iſti tamen omnes exceſſus inueniuntur in vno homine, tum propter moleſtiā,

ſtente medio, ferè autē, & extremis. Ad mediū manſuetudinē ferimus ad defectum declinantem innominatum exiſtentem. Superabundantia autem iracūdia quædam dicetur vtique.

b Paſſio quidem enim eſt ira. Facientia autem multa, & differētia. Qui quidem igitur in quibus oportet, & etiā quibus oportet iraſcitur, adhuc autem, & ut oportet, & qñ, & quanto tempore, laudatur. Manſuetus autem iſte vtique erit. Siquidem manſuetudo laudatur, vult manſuetus imperturbatus eſſe, & non duci a paſſione, ſed ſecundum quòd vtique ratio ordinabit, ita & in his, & in tantum tempus iraſci.

B

c Peccare autem videtur magis ad defectum, non enim punitiuus manſuetus, ſed magis cōdonatiuus.

C

d Defectus autem ſiue inira ſcibilitas quædam eſt, ſiue quodcūque vituperatur. Nō iraſci.n.in quibus oportet inſipiētis eſſe videtur, & qui non vt oportet, neque qñ, neque quibus oportet. Videtur autem non ſentire, neque triſtari.

e Et non iratus non eſſe vindicatiuus.

D

f Iniuriantem autē ſuſtinere, & familiares deſpicere, ſeruile.

g Superabundantia autem ſecundum omnia quidem fit. Etenim quibus non oportet, & in quibus non oportet, & magis ꝙ oportet, & velocius, & pluri tēpore. Non tamen omnia eiuſdē exiſtūt. nō.n.vtiq; poſſet eſſe. Malum.n. & ſeipſum deſtruit, & ſi integrum ſit, importabile fit.

E

*nomine uacent, ad medium quidem manſuetudinem ipſam adducimus, cū ei quod eſt parum, & nomine vacat proprior ſit quàm nimio, quod iracundia quædam dici poteſt.*

*Etenim affectus quidam eſt ira. Ea vero, quæ ipſam efficiunt multa ſunt, & diuerſa. Is igitur pro quibus, & quibus oportet, & vt oportet, & cum oportet, & quanto in tempore oportet iraſcitur, laudatur. Eſtque hic manſuetus, ſiquidem laudatur ipſa manſuetudo. Manſuetus enim ac mitis perturbatione uacare, & non ab affectu duci, ſed pro his, & tanto in tempore iraſci ſolet, perinde atque ratio iubet.*

*Peccare autem circa defectum magis uidetur. Non eſt enim uindex ipſe manſuetus, ſed potius clemens, & ad ueniam propenſior dandam.*

*Defectus uero ſiue ſit quædam iræ uacuitas, ſiue aliquid aliud, uituperatur. Qui namque non iraſcuntur pro quibus oportet, & ut oportet, & cum oportet, & quibus oportet, fatui ſunt. Nam neque ſentire, neque dolere uidentur.*

*At qui non iraſcitur, non eſt aptus ad ulciſcendum.*

*Perferre autem contumelias, & ſuos negligere, ſeruile eſt ſane.*

*Exuperatio uero per omnia quidē fit. Nam fit, & in quibus non oportet, & pro quibus non oportet, & magis, & uelocius, & maiore in tempore quàm oportet. Non tamen uniuerſa eidem inſunt, quippe cum eſſe nō poſſit. Malū.n. & ſeipſum perdit, & ſi integrum ſit, intollerabile fit.*

quam

quam ipſe ex ſua ira pateretur, Tum etiam, quia alijs moleſtus exiſtens inter homines viuere nõ poſſet. Et ira etiam eſt vniuerſaliter loquendo de malo, quia ſi eſſet integrũ ſeipſum deſtrueret. Fieret enim importabile tollendo ſubiectum a quo portari debet ſi ſit. Quod enim nihil eſt, non dicitur malum, cum malũ priuatio boni ſit. Quodlibet autẽ ens, inquãtum huiuſmodi, eſt bonum. Vnde patet, quòd malũ non aufert totum bonum, ſed aliquod particulare bonũ, cuius eſt priuatio. Sicut cecitas aufert viſum, non autem aufert animal, quo ſublato, iam non eſſet cęcitas. Ex quo patet, quòd malum non poteſt eſſe integrum, quia ſic auferendo totum bonum, auferret ſeipſum. Deinde cum dicit.

h ¶ Ponit triplicẽ ſpeciem ſuperabundantiæ in ira. Circa quarum primam dicit, quòd illi, qui dicuntur iracũdi, ideſt prompti ad iram, velociter iraſcuntur, & etiam perſonis, quibus non oportet, & in quibus rebus non oportet, & vehementius, quàm oportet, non tamen multo tẽpore durat eorũ ira, ſed velociter ab ea requieſcunt. Et hoc eſt optimum quod ĩ eis accidit, quia non retinent iram interius in corde, ſed ſtatim prorumpit exterius, quia vel retribuunt ſtatim vindictam, vel qualitercumque manifeſtant iram ſuam per aliqua ſigna propter velocitatem motus iræ, & ſic ira exterius exalante requieſcunt, ſicut etiam calor incluſus magis cõſeruatur, euaporans autem citius euaneſcit. Ad hanc autem ſpeciem iræ maxime videntur diſponi colerici propter ſubtilitatem, vel velocitatem coleræ. In hac autem velocitate ſuperabundantiam obtinẽt acrocholi, ideſt extremi in ira, ab athos quod eſt extremum, & colos quod eſt ira, quia ſunt acuti, & prompti, vt iraſcantur. Secundam ſpeciem ponit ibi.

h Hi quidem igitur iracundi, velociter quidem iraſcuntur, & quibus non oportet, & in quib[9] non oportet, & magis q̃ oportet. Quieſcunt enim velociter, quod & optimum habent. Accidit autem ipſis hoc, quoniã non retinent iram, ſed reddunt ſecũdum quòd manifeſti ſunt propter velocitatẽ, deinde requieſcunt. In ſuperabundantia autẽ ſunt atocholi acuti, & ad omne iracundi, & in omni. Vnde, & nomen.

*Iracundi igitur cito quidem iraſcũtur, & quibus non oportet, & pro quibus non oportet, & magis quàm oportet. At cito deſiſtunt, quod quidem & optimum habent. Hoc autem ideo fit, quia non detinent iram, ſed reddunt, iccirco, & manifeſti ſunt ob celeritatem, deinde ceſſant.* G *Exuperatione autẽ ſunt celeres, & ad quiduis, & pro quouis iracundi, qui ſummæ ſunt bilis. Vnde & ſummæ bilis homines appellantur.*

i Amari autem difficile ſolubiles, & multo tẽpore iraſcuntur. retinent enim iram. quies autẽ fit cum retribuerint. Punitio.n. quietat impetũ iræ delectationem pro triſtitia faciẽs, hoc autem non effecto graue habent. Propter non manifeſtum.n. eſſe neque ſuadebit ipſis aliquis. In ipſo autem digeri iram, tempore indiget. Sunt autem tales ſibiipſis moleſtiſsimi, & maxime amicis.

*Amari autem cum difficultate placantur, & longo tempore ſunt ſub ira. Detinent enim ipſam, ſed vbi reddiderint ceſſant. Vltio namque ponit iræ modum, pro dolore voluptatem efficiens. Quod ſi hoc non fiat,* H *habent ipſum pondus. Etenim quia non eſt manifeſtum, nemo perſuadet ipſis, vt in ſe autem concoctio fiat iræ, tempore opus eſt. Sunt autem tales homines, & ſibijpſis, & amiciſſimis per moleſti.*

k Difficiles autem dicimus in quibus non oportet iraſcentes, & magis quàm oportet, & pluri tempore, & non commutatos ſine cruciatu, vel punitione.

*Infenſos autẽ eos dicimus, qui pro quibus non oportet, & magis quàm oportet, & longiore tempore iraſcuntur, ſineque vltione, vel pœna non reconciliantur.*

l Manſuetudini autẽ magis ſuperabundantiam opponimus. etenim magis fit. Humanius.n. magis punire, & ad conuiuere difficiles deteriores.

I *Manſuetudini autem magis exuperationem opponimus. Fit enim magis quippe cum humanius ſit punire. Et ipſi infenſi difficiliores ſunt ad uitam ſimul agendam.*

m Quod autẽ in prioribus dictum eſt, & ex dictis manifeſtũ, non enim facile determinare qualiter, & in quibus, & qualibus, & quanto tempore iraſcendum, & vſquequo recte facit, vel peccat. Qui quidem enim parum tranſgreditur non vituperatur, neque in maius, neque in minus. Quandoque enim deficientes laudamus, & man-

*At enim, quod & antea dictũ eſt, & ex ijs quæ dicuntur emergit, non eſt facile determinare quonam modo, & quibus, & pro quibus, & quanto tempore iraſcendum ſit, & quouſque iratus recte faciat quis aut peccet. Qui* K *namque parum tranſgreditur non reprehenditur, ſiue ad id, quod eſt nimium declinet, ſiue parum. Nonnumquam enim deficientes laudamus, manſuetoſque vocamus. Et ipſos in-*

i ¶ Et dicit, quòd amari ſecundum iram dicuntur, quorum ira difficile diſſoluitur, & diu iraſcuntur, quia retinent iram in corde. Tunc autem eorum ira quieſcit, quando retribuunt vindictam pro iniuria illatã, punitio enim facit quieſcere impetum iræ, dum loco triſtitiæ præcedentis, inducitur delectatio, inquãtum ſcilicet aliquis delectatur de vindicta, ſed ſi hoc non fiat, ſcilicet quòd non puniant grauiter, affliguntur interius, quia non manifeſtant iram ſuam. Et nullus poteſt perſuadendo eorum iram mitigare, quę ignoratur. Sed ad hoc, quòd eorum F rum ira digeratur, eſt neceſſarium longũm tempus, per qđ paulatim tepeſcat, & extinguatur accenſio iræ. Tales qui ſic iram retinent diuturnam, ſunt ſibiipſis moleſtiſſimis, & præcipuæ amicis, cum quibus delectabiliter non poſſunt conuiuere, & propter hoc vocantur amari. Ad hanc aũt ſpeciẽ ſuperabundantiæ maxime videntur diſpoſiti eſſe melancolici, in quibus impreſſiones ſuſceptæ diu propter humoris groſſitiem perſeuerant. Tertiam ſpeciem ponit ibi.

k ¶ Et dicit, quòd illos dicimus difficiles ſiue graues, qui iraſcuntur in quibus non oportet, & magis quàm oportet, & pluri tẽpore quàm oportet, & non commutantur ab ira ſine hoc, quòd cruciant, vel puniant eos quibus iraſcuntur. Non enim eſt in eis diuturnitas iræ ex ſola retentione, vt poſſit tempore digeri, ſed ex propoſito firmato ad puniendum. Deinde cum dicit.

l ¶ Comparat prædicta adinuicem. Et dicit, quòd ſuperabundantia iræ magis opponitur manſuetudini, quàm defectus, quod probat duplici ratione. Primo quidem, quia in pluribus accidit. Homo enim magis inclinatur naturaliter ad puniendum poſt iniuriam ſibi illatã, licet quando non eſt iniuriam paſſus, naturaliter inclinetur homo ad manſuetudinem. Secundo, quia illi qui ſuperabundant in ira, magis sũt difficiles ad conuiuẽdum. Et in hoc ſunt deteriores, unde magis contrariantur bono virtutis. Deinde cum dicit.

m ¶ Reſpondet tacitæ quæſtioni, ſcilicet in quibus, & qualiter homo debeat iraſci. Et circa hoc duo facit. Primo ponit, q͛ hoc non poſſit determinari per certitudinem. Secundo, quid ſit in hoc manifeſtũ, ibi. {Sed quòd quidẽ tale &c.} Dicit ergo primo, quòd ſicut dictum eſt in Secundo, & ibidem manifeſtatur, non eſt facile terminare qualiter ſit iraſcendum, & in quibus, vel qualibus rebus, & quanto tempore, & vſque ad quem terminum recte facit, qui iraſcitur, vel peccat. Ille enim qui parum recedit a medio, vel in maius vel in minus, non vituperatur, ſed potius quandoque eos qui deficiunt in ira, laudamus, & vocamus eos manſuetos: illos autem qui parum excedunt vocamus viriles, quaſi potentes, & aptos ad principandum propter promptitudinem ad vindictam, quæ competit principibus: ſed per quantum & qualem receſſum a medio aliquis vituperetur, vel non vituperetur, non de facili poteſt ratione determinari. Quia



quia huius rei conſiſtit iudicium in ſingularibus, & in ſenſu, non tã exteriori, quàm interiori extimatione. Deinde cũ dicit.

n ¶ Oſtendit quid ſit in talibus manifeſtum. Et dicit manifeſtum eſſe, quòd laudabilis eſt medius habitus, ſecundum quem iraſcimur quibus oportet, & in quibus rebus oportet, & ſimiliter de alijs circunſtãtijs, & quòd ſuperabuntia, & defectus ſunt vituperabiles, ita tamen, quòd ſi parum fiant, tolerabile eſt. ſi autem plus fiãt magis vituperabile eſt. ſi autem multũ fiant valde vituperabile eſt. vnde ſemper ſe debet aliquis ad medium trahere. Vltimo autem epilogat quòd dictum eſt de habitibus, qui ſunt circa iram.

ſuetos dicimus, & iraſcentes viriles, & vt potentes principare. Quantum autem aliter, & qualiter tranſgrediens vituperabilis, non facile rationem reddere. In ſingularibus enim, & ſenſu iudicium.

*ſenſos tamquam aptos ad dominandum, viriles dicimus eſſe. Facile igitur non eſt aſſignare ratione quantum, & quomodo quiſpiam egreſſus vituperãdus eſt. In ſingulis enim & ſenſu iudicium eſt.*

n Sed quod quidem tale manifeſtum, quoniam quidem medius habitus laudabilis ſecundum quem quibus oportet iraſcimur, & in quibus oporter, & vt oportet Et omnia talia ſupabundantia, & defectus vituperabiles. Et in paruũ quidẽ facta quieſcibiliter, in plus autẽ magis, & in multũ vera valde. Manifeſtũ aũt quoniam medio habitui adherendum, qui quidem circa irã habitus dicti ſunt.

B *Illud tamen eſt manifeſtum, mediũ quidem habitum quo quibus oportet, & pro quibus oportet, & vt oportet iraſcimur, & ſimili modo de cæteris, laudabilem eſſe, extrema vero vituperantur. Atque ſi parum diſtent a medio leuiter, ſi plus magis, ſi nimiũ vehementer carpenda ſunt. Conſtat igitur habitum medium comparandũ eſſe ac amplectendum. Sed de habitibus, qui ſunt circa iram ſatis iam diximus.*

C

## LECTIO XIIII.

POſtquam Philoſophus determinauit de virtutibus, q̃ reſpiciunt res exteriores, hic determinat de virtutibus, q̃ reſpiciunt actus humanos. Et primo in ſerijs. Secundo in ludicris, ibi. {Exiſtente autẽ requie &c.} In actibus autem ſerioſis eſt cõſiderare duo, ſcilicet delectationẽ, & veritatem. Primo ergo determinat de virtute, quæ eſt circa delectationes, & triſtitias, ex ſerioſis actibus hominum. Secũdo de virtute, quę eſt circa veritatem, ibi. {Circa eadem autem fere ẽ &c.} Circa primum duo facit. Primo oſtendit circa delectationes, & triſtitias humanorũ actuũ eſſe medium, & extrema. Secũdo determinat de eis, ibi. {Nomen autem redditur &c.} Circa primum tria facit. Primo, proponit vitium pertinens ad ſuperabundantiam delectationis. Et dicit, quòd circa colloquia humana, per quæ maxime homines adinuicem conuiuunt ſecũdum proprietatẽ ſuę naturæ, & vniuerſaliter circa totum conuictum humanum, qui fit per hoc, quòd homines ſibi inuicẽ communicantur in ſermonibus, & in rebus, quidam vidẽtur eſſe placidi, quaſi hominibus placere intẽdẽtes. Vñ oĩa laudãt, q̃ ab alijs dicũtur, & fiũt ad hoc, ꝙ delectabiles ſe eis exhibeãt. Et in nullo cõtradicũt eis, quibus conuiuũt, ne eos cõtriſtent æſtimantes, ꝙ oportet oĩbus cõuiuere ſine triſtitia. Secundo ibi.

lectio. 16.

lectio. 15.

## LECTIO XIIII.

IN colloquijs autem, & conuiuere, & ſermonibus, & rebus communicare. Hi quidem placidi videntur eſſe, omnia ad delectationẽ laudantes, & nihil contra tendẽtes, ſed exiſtimantes oportere ſine triſtitia eſſe.

## *LECTIO XIIII.*

*IN congreſſionibus, & conuictu, & vſu communi verborum, ac rerũ quidam placidi ſunt, qui quidem pro uoluptate afferenda laudant omnia, & nihil aduerſantur, putantes haud quaquam ſeſe moleſtos cuiquam eſſe oportere.*

b Qui autem ecõtrario his ad omnia cõtrariantes, eius quod eſt contriſtare, neque quodcũque curantes, diſcoli, & litigioſi vocantur.

D *Quidam contra in omnibus aduerſantes, neque curam ullam habentes ſi dolorem afferant, difficiles contentioſique uocantur.*

c Quoniam quidem igitur dicti habitus vituperabiles ſunt, non immanifeſtum, & quoniã medius horum laudabilis ſecũdum quem recipiet, quæ oportet, & vt oportet, ſimiliter autem, & ſpernet.

*Patet igitur hos duos habitus eſſe uituperandos, medium autem inter hos laudandum, quo quidem quiſpiam ea quæ oportet, & ut oportet accipiet, & ſimiliter egre feret.*

d Nomen autem redditur ipſi aliquod.

E *Verum ipſi nomen nullum eſt poſitum.*

e Aſsimilabatur autem maxime amicitiæ. Talis enim eſt, qui ſecundum medium habitum, puta qualem volumus dicere moderatum amicum diligere aſſumentem.

*Perſimilis autem eſt amicitiæ. Talis eſt enim is, qui medium hunc habet habitum, qualem probum hominem amicum dicere ſolemus, ſumpta dilectione.*

f Differt autem ab amicitia, quoniam ſine paſsione eſt, & di

*Sed differt ab amicitia, quòd eſt ſine affectu dilectioneque eorum qui-*

A b ¶ Ponit vitium quod pertinet ad defectum in talibus. Et dicit, quòd illi, qui contrario modo ſe habent ad placidos volunt contrariari omnibus, quæ dicuntur, vel fiunt, quaſi intendentes alios contriſtare, & nihil curantes prætermittere ne alios contriſtent, & iſti vocantur diſcoli, vel litigioſi. Tertio ibi.

c ¶ Concludit, ꝙ medius habit[9] ſit laudabilis. Et dicit, ꝙ quia prędicti habitus, qui ſunt in extremo ſunt illaudabiles, manifeſtum eſt, quòd medius habitus eſt laudabilis, ſecundum quòd aliqs acceptat ea, quæ ab alijs dicũtur, vel fiunt, vel etiã deſpicit, & contradicit ſecundum quod oportet. Deinde cũ dicit.

d ¶ Determinat de prædictis. Primo de medio. Secundo de extremis, ibi. {Condelectantis autẽ &c.} Circa primum duo facit. Primo determinat de nomine medij habitus. Secundo, de eius proprietate, ibi. {Vniuerſaliter quidem igitur &c.} Circa primum tria facit. Primo, proponit medium habitũ eſſe innominatum. Secundo ibi.

e ¶ Nominat ipſum per ſimilitudinẽ amicitię. Et dicit, quòd iſta virtus maxime aſſimilatur amicitiæ, quia conuenit cum ea in actu exteriori, maxime proprio ei, qui eſt delectabiliter cõuiuere ad amicos. Ille enim, qui eſt diſpoſitus ſecundũ medium habitum huius virtutis, taliter ſe habet in delectabili cõuictu ad alios, ſicut dicim[9] cõpetere amico, cuius ſcilicet amicitia moderatur rõne, quod pertinet ad amicitiam honeſti. Non enim oĩs amicitia eſt ſecundum virtutem, vt infra dicetur. Et ſi ita eſſet, ꝙ ille qui habet illã virtutem, aſſumeret affectum dilectionis, ad eos quibus conuiuit, eſſet oĩno talis, qualis eſt omnino virtuoſus. Tertio ibi.

f ¶ Oſtendit differẽtiã huius virtutis ad veram amicitiam. Et circa hoc duo facit. Primo ponit differẽtiam. Secundo excludit falſum intellectũ, ibi. {Verumtamen, & in ſingulis &c.} Dicit ergo primo, quòd hæc virtus differt a vera amicitia, quia eſt ſine amore, qui eſt paſſio appetitus ſenſitiui, & ſine dilectione ad eos, quibus colloquitur, quæ pertinent ad appetitum intellectiuũ. Non enim acceptat ſingula ab alijs dicta,

dicta, vel facta, ſicut oportet, quia afficiatur ad eos odio, vel amore, ſed quia eſt ita diſpoſitus ſecũdum habitũ, & huius ſignũ eſt, quòd obſeruat hoc non ſolum ad amicos, ſed cõmuniter ad omnes ignotos, & notos, conſuetos, & inconſuetos, & eſt ſimile de liberalitate. Amicus enim dona confert amicis propter amorem. Liberalis autem non ex eo, quòd amat, ſed ex eo, ꝙ eſt talis, vt facile emittat pecuniã. Deinde cum dicit.

g ¶ Excludit falſum intellectũ prædictorũ, quia dixerat, ꝙ ſimiliter ſe habet hæc virtus ad ignotos, & notos. Poſſet autem aliquis intelligere ſimilitudinem iſtam, quantum ad omnia. Eſt autem intelligenda prædicta ſimilitudo quantum ad hoc cõmune, qđ eſt delectabiliter oĩbus cõuiuere. Et eſt differentia quantũ ad ſpeciales modos conuiuendi, quia in ſingulis facit ſecundũ quod cõgruit, non autem cõtingit, quòd ſimiliter aliquis delectetur, aut contriſtet conſuetos, & extraneos. Deinde cum dicit.

h ¶ Ponit proprietates quinq; huius virtutis. Quarũ prima ſumitur ex mõ colloquendi. Et dicit, ꝙ ſicut dictum eſt, in vñi oĩb⁹ colloquit̃, ſicut oportet. Secũdã proprietatẽ ponit ibi.

i ¶ Quæ ſumitur ex parte finis. Et dicit, quòd tẽdit ad hoc, ꝙ ſine triſtitia, vel etiã cũ delectatione alijs conuiuat. Et hoc refert ad bonum honeſtum, & ad conferẽs, ideſt vtile, quia eſt circa delectatiões, & triſtitias, quæ ſiunt i colloquijs, in quibus principaliter, & proprie conſiſtit conuictus humanus. Hoc enim eſt propriũ hominum reſpectu aliorum animalium, quæ ſibi in cibis, vel in alijs huiuſmodi communicant. Tertiam ꝓprietatẽ ponit ibi.

k ¶ Quæ ſumitur ꝑ comparationẽ ad triſtitiam. Et dicit, quòd quandoque habens hanc virtutem refugit delectare alium, immo quandoq; eligit cõtriſtare ipſum. Et hoc dupliciter. Vno quidem modo ex parte ſuiipſius, puta ſi non ſit ei honeſtum, vt cum alius loquatur verba turpia, aut & ſi ſit ſibi nociuum, vt cum alius loquitur in detrimẽtum eius. Alio modo ex parte illius, cui viuit, puta ſi dicat, vel faciat aliquid quod ad propriam ſuipſius magnam inhoneſtatem pertineat vel etiam ſit ei multum nociuũ. Et per hoc, quòd ei contradicitur, ingeritur ei parua triſtitia. Sic enim non acceptabit virtuoſus, quod ab alijs dicitur, vel ſic, ſed magis reprehendet. Quartam proprietatem ponit ibi.

l ¶ Quæ ſumit ꝑ cõparationẽ ad diuerſas ꝑſonas, & dicit, ꝙ virtuoſus diuerſimode colloquit̃, & conuerſatur cũ his, qui ſunt in dignitatibus conſtituti, & quibuſcũq; priuatis ꝑſonis. Et ſimiliter diuerſimode cũ magis, vel minus notis, & ſm alias diuerſitates ꝑſonarũ. Singulis. n. attribuit, q̃ eſt cõueniẽs. Quintam proprietatem ponit ibi.

m ¶ Quæ ſumit ꝑ cõparationẽ delectationis ad triſtitiam. Et dicit, ꝙ ꝑ ſe quidẽ intendit delectare, & renuit cõtriſtare, tñ aliqñ parũ cõtriſtat, conſiderãs futura, ſi præpõderẽt præſenti contriſtationi, quãtũ ad honeſtatẽ, & vtilitatẽ, vel etiã quantũ ad futurã cõſiderationẽ magnã, cui locus paratur ꝑ pſẽtẽ contriſtationẽ. Cõcludit aũt, ꝙ talis eſt medi⁹ habitus, cũ tñ ſit innominat⁹, licet apud nos poſſet affabilitas nominari. Deinde cum dicit.

n ¶ Determinat de oppoſitis vitijs. Et circa hoc tria facit. Primo determĩat de vitio, qđ ꝑtinet ad ſuperabũdãtiã delectatiõis. Et dicit, ꝙ ille, qui ſuꝑabũdat in delectãdo, ſi hoc nõ faciat ꝓp aliud, vocat̃ placidus, ſi aũt hoc faciat, vel ꝓp adipiſcẽdã pecuniã, vel quicquid aliud pecunia æſtimari põt, vocatur blanditor, ſiue adulator. Secundo ibi.

o ¶ Determinat de oppoſito vitio. Et dicit, quòd ille qui omnes contriſtat vocatur litigioſus, & diſcolus, vt ſupra dictum eſt. Tertio ibi.

p ¶ Comparat prædicta duo vitia adinuicem. Et dicit, quòd extrema videntur opponi ſibiinuicem, non autem virtuti, qa mediũ virtutis eſt innominatũ.

F

ligendi affectu quibus colloquitur. Non enim in amando, vel inimicando recipit ſingula, vt oportet, ſed in eo, qđ talis eſt. Similiter aũt ad ignotos, & notos, & conſuetos & inconſuetos id faciet.

g Verumtamen, & in ſingulis, vt congruit: non enim ſimiliter cõuenit conſuetos, & extraneos curare, neque rurſus cõtriſtari. G

h Vniuerſaliter quidem igitur dictum eſt, quoniam vt oportet colloquitur.

i Referens autem ad bonum, & conferens conijciet non contriſtare, vel delectare. Videtur enim circa delectationes, & triſtitias eſſe in colloquijs factas. H

k Horum autem quicumque quidem ipſi eſt non bonum nociuum delectare aſpernabitur, & eliget contriſtare, & ſi facienti autem deformitatem ferat, & hanc non paruam, vel nocumentum, contrarietas autem paruam triſtitiam non recipiet, ſed aſpernabitur.

l Differenter autẽ colloquitur his, qui ſunt in dignitatibus, & quibuſcumque, & magis, vel minus notis. Similiter autem, & ſecundum alias differentias ſingulis tribuens quod decet. I

m Et per ſe quidem deſiderans condelectare, contriſtare autẽ renuens, conſiderans euentura ſi ſint maiora. Dico autem bono, & conferente. Et delectationis autem gratia eius, quæ eſt in poſterum maxime parum contriſtabit. Medius quidem igitur talis eſt, nõ nominatus aũt eſt. K

n Condelectãtis autẽ, qui quidẽ eſt qđ eſt delectabile eſſe cõiectatiu⁹ nõ ꝓpter aliqđ aliud, placidus. Qui autem vt vtilitas aliqua ipſi fiat in pecunijs, & q̃cumq; per pecunias, blanditor.

o Qui autem omnes cõtriſtat, dictum eſt quoniam litigioſus, & diſcolus eſt.

p Opponi autem videntur extrema ſibijpſis, propter innominatum eſſe medium.

*bus cum is congreditur, qui hunc habitum habet. Non enim amore, vel odio, ſed quia talis eſt, ipſe probat ſingula, vt oportet. Nam ſimiliter tam ad notos, quàm ad ignotos, tam ad familiares, quàm ad non familiares idipſum aget.*

*In ſingulis tamen, ut conuenit. Nõ enim æque familiarium, & externorum curam habere, neque dolore ſimiliter eos afficere oportet.*

*Vniuerſaliter igitur dictum eſt ipſum congredi, vt oportet.*

*Reſpiciens autem ad honeſtatem utilitatemue, coniectabit dolorem non afferre, uel delectare. Videtur enim circa uoluptates doloreſque eos uerſari, qui in congreſſionibus fiunt.*

*Atque quibus uoluptatibus nõ eſt honeſtum ipſi, uel affert damnum delectare eas moleſte feret, & eliget dolorem inferre, & ſi facienti deformitatem non paruam afferat aut damnum, oppoſitio uero paruum dolorem non probauit, ſed ægreferet.*

*Diuerſo autem modo cum ijs, qui ſunt in dignitatibus, & cum priuatis, & cum magis minuſue notis, & cum aliarum identidem differentiarum hominibus congredietur, ſingulis tribuens id quod decet.*

*Et per ſe quidem expetens delectare. Cauens autem dolorem afferre, & ſequens ea quæ eueniunt ſi ſint maiora, honeſtum inquam, & id quod conducit. At uoluptatis gratia magnæ, quæ eueniet, dolorem affert paruum. Talis eſt igitur ipſe medius, ſed nomen non habet.*

*Is autem, qui delectat ſi id ſtudẽs eſſe iocundus non ob aliud quicquam, placidus uocatur. Si uero emolumenti cauſa ſui, ut inde ſibi proueniat in pecunijs, & in ijs, quæ pecuniis comparantur utilitas, adulator.*

*Eum uero, qui moleſte fert omnia, difficilem contentioſumque quendam dicimus eſſe.*

*Videntur autem extrema inter ſeſe oppoſitionem ſuſcipere, quia medium nomine uacat.*

LECTIO



## LECTIO XV.

POſtquam Philoſophus determinauit de virtute, quæ tenet medium in humanis actibus quantum ad delectationem, hic determinat de virtute, quæ tenet medium, quantum ad virtutem in eiſdem humanis actibus, quæ dicitur veritas. Et circa hoc duo facit. Primo oſtendit de quo eſt intentio. Secũdo determinat propoſitum, ibi. {Videtur vtiq; iactator &c.} Circa primum tria facit. Primo proponit quandam virtutem mediam eſſe oppoſitam iactantiæ. Secundo oſtendit, ꝙ de hac virtute eſt tractandum, ibi. {Non malum autem &c.} Tertio, oſtendit differentiam huius virtutis ad præcedentem. ibi. {Conuiuere vtique &c.} Dicit ergo primo, ꝙ medietas oppoſita iactãtiæ eſt ferè circa eadem cum prædicta virtute, qa eſt circa actus humanos. Sed non ſecundum idem, quia non ſecundum delectationem, ſed ſecundum aliquid aliud, vt poſtea dicetur. Et etiã ipſa medietas eſt innominata, ſicut, & ꝑdicta virtus. Deinde cum dicit.

b ¶ Oſtendit quare neceſſariũ ſit đterminare de hac virtute. Et ponit ad hoc duas rationes. Cira quarũ primã dicit, ꝙ nõ eſt malum, immo vtile ad ſcientias Morales pertranſeunter tractare de virtutibus. quia per hoc magis ſciemus ea, quæ pertinent ad mores, ſi ꝑ tranſeamus tractando ea, quæ pertinent ad ſingulos habitus. Quia cognitio rerũ Moralium perficitur per hoc, quòd particularia cognoſcunt. Secundam rationem ponit ibi.

c ¶ Et dicit, quòd conſiderando in ſingulis, ita ſe habere, magis certificabimur, quòd virtutes ſint medietates quædam. Deinde cum dicit.

d ¶ Determinat differentiam huius virtutis ad præcedentem. Et dicit, quòd illis, qui aliqualiter ſe habent ad delectatione, vel triſtitiam in conuictu, & collocutione, dictum eſt. Reſtat autem dicendum de illis, qui ſecundum veritatem & falſitatẽ ſe habẽt in ſermonibus, & operationibus, vel ſecundum fictionem factis. Deinde cum dicit.

e ¶ Determinat de virtutibus, & vitijs. Et primo ponit virtutẽ, & vitia cõtraria. Secũdo determinat de eis, ibi. {De vtriſq; dicemus &c.} Circa primum tria facit. Primo oſtendit, quid pertineat ad mediũ, & extrema in hac materia. Secũdo oñdit, qualiter ea, quæ dicta ſunt, pertineat ad mediũ habitũ, & extremos, ibi. A {Eſt aũt horũ ſingula &c.} Tertio mediũ habitũ, eſſe laudabilẽ, extremos aũt eẽ vitioſos, ibi. {Per ſe aũt &c.} Dicit ergo primo, quòd iactator, qui peccat ꝑ ſuperabundãtiã ſimulat aliqua glorioſa. Et hoc dupliciter. Vno mõ, qa ſimulat ſibi ineſſe aliqua glorioſa, q̃ nõ ſunt. Alio mõ, qa dicit ea eſſe maiora, quàm ſint. Ille autem qui peccat ꝑ defectum, yron dicitur. Ille vero, qui medium tenet dicitur anthetocaſtos, ideſt ꝑ ſe admirabilis, quia non quærit magis in admiratione eſſe, q̃ ſibi conueniat ſecundum ſe. Vel dicitur ancophaſtos, ideſt ꝑ ſe manifeſtus, quia talem ſe manifeſtat qualis eſt. Eſt enim verax, inquantum de ſe confitetur ea q̃ ſunt, & hoc non ſolum ſermone, ſed etiã vita, inquantũ ſcilicet exterior ſua conuerſatio conformis eſt ſue conditioni, ſicut & ſua locutio. Deinde cum dicit.

f ¶ Oſtendit, qualiter prædicta ꝑtineãt ad tres habit⁹ dictos. Et dicit, quòd vnumquemque prædictorum actuum contingit dupliciter facere. Vno modo propter aliquid aliud, puta cũ aliquis negat ſe eſſe talem, qualis eſt propter timorem. Alio modo, non propter aliquid aliud, ſed propter hoc, quòd in tali actu delectatur. Et hoc proprie pertinet ad habitum. Quia vnuſquiſque ſecundum qualitatem ſui habitus loquitur, & operatur, & vitã ducit, niſi aliquãdo aliter operetur propter aliquid aliud emergẽs. Deinde cũ dicit.

g ¶ Oſtendit, quid ĩ dictis habitib⁹ ſit laudabile, & vituperabile. Et dicit, quòd mẽdacium, ſecundum ſe eſt prauum, & fugiendum, verum autem, bonum, & laudabile. Ad hoc enim ſigna ſunt inſtituta, quòd repreſentent res ſecũdum quod ſunt. Et ideo, ſi aliquis repreſentat rẽ aliter, quàm ſit mentiendo, inordinate agit, & vitioſe. Qui autem verum dicit ordinate agit, & virtuoſe. Manifeſtum eſt autem, quòd ille, q verum dicit, medium tenet, quia ſignat rem ſecundum quòd eſt. Veritas enim in æqualitate conſiſtit, quæ eſt medium inter magnum, & paruum. Qui autem mentitur eſt in extremo, quia vel ſecundum ſuperabundantiam, quia plus dicit quàm ſit, vel ſecundum defectum, quia minus quàm ſit. Vnde patet, quòd ambo sũt vituperabiles, ſed magis iactator qui excedit ad plus, quia plus recedit a vero, in æquali enim inuenitur minus, non autem maius. Deinde cum dicit.

h ¶ Determinat de prædictis habitibus. Et primo de virtute. Secundo de vitijs oppoſitis, ibi. {Maiora enim exiſtẽtibus &c.} Circa primum tria facit. Primo determinat de quo veraci ſit agendum.

## LECTIO XV.

CIrca eadem ferè eſt, & iactantiæ medietas. Innominata autẽ, & ipſa.

b Non malum autẽ, & tales ꝑtranſire. Magis enim vtiq; ſciemus, quæ circa mores ſingulos pertranſeuntes. B

c Et medietates eſſe virtutes credemus vtiq;, in omnibus ſic habere conſpicientes.

d In conuiuere vtique qui quidem ad delectationem, vel triſtitiam colloquuntur, dicti ſunt. De veridicis autem, & falſidicis dicemus ſimiliter in ſermonibus, & operationibus, & fictiõe. C

e Videtur vtique iactator ſimulatiuus glorioſorum eſſe, & non exiſtentium, & maiorum quàm exiſtãt. Iron autem econuerſo, negare quæ exiſtunt, vel minora facere. Medius autẽ anthetocaſtos quis exiſtens verax, & vita ſermone exiſtentia confitens eſſe circa ipſum, & neque maiora, neque minora.

f Eſt autem eorum ſingula, & gratia alicuius facere, & nullius. D Vnuſquiſque autem qualis eſt, talia dicit, & operatur, & ſic viuit, ſi non alicuius gratia operetur.

g Per ſeipſum autẽ mendaciũ prauũ, & fugiendũ. Verum aũt, & bonum, & laudabile. Sic autẽ, & verax quidem medius exiſtẽs laudabilis. Qui aũt mendaces, ambo quidẽ vituperabiles. Magis autem iactator.

h De vtriſque autem dicemus, E Prius autem de veraci. Non. n. de veridico in confeſſionibus

## *LECTIO XV.*

*CIrca eadem ferè uerſatur, & arrogãtiæ mediocritas. Quæ quidẽ, & ipſa nomine caret.*

*Atque non inutile fuerit de his etiã pertractare. Nam & ea magis, quæ ad morem pertinẽt percipiemus, ſi de ſingulis fuerit pertractatum.*

*Et virtutes etiam ipſas mediocritates eſſe credemus, ſi id in omnibus fuerit. ita ſeſe habere perſpectum.*

*De ijs igitur, qui in conuictu ad voluptatem congrediuntur, atque dolorem, iam diximus. Sed nunc de veracibus mendacibuſue ſimiliter, & in verbis, & in actibus, & in fictione dicamus.*

*Arrogans itaque præclara, & ea quæ non inſunt, & maiora quàm inſunt ſibi ineſſe fingit. Diſſimulator autem contra, negare, quæ ſibi inſunt, aut imminuere ſolet. At medius cum ſit talis, vt vnumquodque quale eſt ipſum dicat, atque oſtendat tam vita, quàm verbis eſt verax, ea ſibi ineſſe confitendo, quæ inſunt, & neque maiora, neque minora.*

*Fit autem, vt horum vnumquodq; quiſpiam, & alicuius, & nullius rei cauſa faciat. Atque qualis eſt vnuſquiſque, talia tam dicit, quàm agit, & ita viuit, niſi alicuius gratia agat.*

*Per ſe autem mendacium quidem improbum eſt, & vituperabile, verũ autem probum, ac laudabile. Itaque verax quidem cum ſit medius, eſt laudabilis, mendaces autem ambo uituperabiles ſunt, ſed arrogans magis.*

*At enim de utroque dicamus oportet, prius autem de ueraci. Atque nõ de illo nunc dicimus, qui in ſtipula-*

agendum. Secundo oſtendit quid ad eum principaliter pertineat, ibi. {Videbitur vtique talis &c.} Tertio, oſtendit ad quod extremum magis declinet, ibi. {In minus autem &c.} Dicit ergo primo, quòd de prędictis habitibus dicendum eſt, ſed prius de veraci. Non autem intendimus nunc de eo, qui in veritate loquitur in cõfeſſionibus iudiciorũ, puta cum aliquis interrogatur a iudice, confitetur quod verum eſt, neque etiam de eo, qui verum dicit in quibuſcunque pertinentibus ad iuſtitiam. Hoc enim pertinet ad aliam virtutem, ſcilicet ad iuſtitiã. Sed de illo veridico intendimus, qui verum dicit in vita, & ſermone ĩ talibus, qui non habent differentiam iuſtitiæ, & iniuſtitiæ. Sed verũ dicit ſolum propter diſpoſitionem habitus, ſicut etiam ſupra dictum eſt de virtute præmiſſa, quòd delectabiliter vult alijs conuiuere, non propter amorem, ſed ppter diſpoſitionem habitus ſui. Ita etiam, & hæc virtus verũ oſtẽdit, non propter obſeruandam iuſtitiã, ſed propter aptitudinem quam habet ad verum dicendum. Deinde cum dicit.

Lectio. 14.

i ¶ Oſtẽdit quid maxime pertineat ad veracem de quo intendit. Et dicit, quòd talis videtur in ſuis factis moderationẽ habere vitando exceſſum, & defectum. Amat enim veritatẽ, & verum dicit etiam in illis, in quibus nõ multum refert ad nocumentum, vel perfectum, & multo magis ĩn illis, in quibus dicere verum, vel falſum, facit aliquã differentiam ad nocumentum, vel iuuamẽtũ alterius. Et hoc iõ, quia abhorret mendacium ſecundum ſe tamquam quoddam turpe, & non ſolum ſecundum quod cedit in nocumentum alterius, talem autẽ dicit eſſe laudabilem. Deinde cum dicit.

k ¶ Oſtendit ad quod extremum magis declinat. Et dicit, q̃ ſi aliquando difficile ſit omnino ad punctum dicere veritatem, magis vult declinare ad minus, quàm ad maius. Hoc enim videtur magis ad prudentiam pertinere, eo quòd homines ſuperabundant, & de ſeipſis loquentes, efficiunt alijs oneroſi, quia per hoc videntur alijs ſe velle præferre. Deinde cum dicit.

l ¶ Determinat de vitijs oppoſitis. Et circa hoc tria facit. Primo determinat de vitio, quod pertinet ad ſuperabundantiam. Secundo de vitio, quod pertinet ad defectum ibi. {Irones autem &c.} Tertio, determinat oppoſitionem vitiorum adinuicem, ibi. {Opponi autem videtur.} Circa primum tria facit. Primo oſtendit, quot modis committatur vitium

F iactantiæ, quod excedit in plus. Secundo, oſtendit ſecundum quid præcipue vitium iactantiæ attendatur, ibi. {Non impoſſibile autem &c.} Tertio, oſtendit in quibus vitium iactantiæ præcipue committatur, ibi. {Qui quidem gloriæ gratia iactant &c.} Dicit ergo primo, quòd quandoque aliquis iactat de ſe quæ nõ sũt, vel maiora q̃ ſint, nõ propter aliquẽ aliũ finem. Sed quia ĩ hoc delectatur. Et talis dicitur habere quandam mali ſimilitudinem, alioquin non gauderet de mendacio. Hoc enim ex inordinatiõe animi pUenit. Non tamen talis eſt omnino malus, quia nõ intendit aliquam malitiam. Sed eſt vanus, inquantũ delectatur in re, quæ ſecundum ſe, nec eſt bona, nec vtilis. Secundo modo dicit, quòd aliquis ſe iactat propter appetitũ gloriæ, vel honoris. Et talis dicitur non eſſe multum vituperabilis, inquantum ſcilicet gloria, & honor habent quandam affinitatem cum rebus honeſtis ppter quas aliqui laudantur, & honorantur. Tertio modo aliqui ſe iactãt cauſa argenti, vel cuiuſcumque alterius, quod argento æſtimari poteſt. Et talẽ dicit eſſe magis deformem, quia propter minus bonum mentitur. Deinde cum dicit.

m ¶ Oſtendit ſecũdum quid pręcipue attenditur iactantia. Et dicit, quòd non iudicatur aliquis iactator, ex eo, quod habet, vel non habet, vnde ſe poteſt ſic iactare, ſed ex eo, quia eligit. Dicitur enim aliquis iactator ſecũdum habitum quem conſequitur talis electio, ſicut etiam de quocumque mendaci, qui dicitur mendax eo quòd elegit mentiri, uel quia gaudet de ipſo mendacio, uel quia mentitur propter appetitũ gloriæ, uel lucri. Deinde cum dicit.

n ¶ Oſtendit, de quibus præcipue aliqui ſe iactent. Manifeſtum eſt autem, quòd illi, qui de ipſa iactantia gaudent, indifferenter de quibuſcumque ſe iactant. Illi uero, qui iactant ſe cauſa gloriæ, fingunt talia, quę uidentur eſſe laudabilia, ſicut ſunt uirtuoſa opera, uel quæ pertinent ad fœlicitatem, ſicut nobilitas, diuitię, & alia huiuſmodi. Illi uero, qui iactant ſe cauſa lucri, fingunt talia in quibus alij delectantur, alioquin nihil lucrarentur. Et iterum obſeruant, quòd ſint talia, de quibus ſe iactant, quæ ſi non ſint uera, poſſit hoc latere, ita quòd eorum mendacium non deprehendatur. Et ponit exemplum de duobus, ſcilicet de his, quæ pertinent ad medicinam, quia omnes deſiderant ſanitatem, nec poteſt a quibuſcumque deprehendi, utrum aliquis in medicando erret. Alia autem

dicemus, neque quęcumque ad iuſtitiam, vel iniuſtitiam contẽdunt. alterius enim erunt hæc virtutis. Sed in quibus nullo tali differente, & in ſermone, & in vita verum dicit, eo quòd talis eſt ſecundum habitum.

i Videbitur vtique talis moderatus eſſe. Amator enim veri. Et in quibus non differt verum dicens, verum dicet, & in quibus differt adhuc magis. Vt enim turpe, mendacium verebitur, quod ſecundum ſe verebatur, talis laudabilis.

k In minus autem magis a vero declinans. Prudentius enim videtur propter oneroſas ſuperabundantias eſſe.

l Maiora autem exiſtẽtibus fingens nullius gratia, prauo quidem aſsimilatur. Non vtiq; gaudere, & mendacio. Vanus autẽ videtur magis quàm malus. Si autem gratia alicuius, qui quidem gloriæ, vel honoris nõ valde vituperabilis, vt iactator. Qui autem argenti, vel quæcũque in argentum, deformior.

m Non aũt in potẽtia eſt iactator, ſed in electione. Secundum habitum enim, & in eo quòd talis eſt, iactator eſt queadmodũ, & mendax. Hic quidem mendacio ipſo gaudet, hic autem gloriam appetens, vel lucrum.

n Qui quidẽ igitur gloriæ gratia iactant, talia fingunt in quibus laus, vel fœlicitas. Qui autẽ lucri, quorum & lucrum eſt propinquius, & quę pertrãſire eſt, non exiſtentia, puta medicum, vel diuinatorem, vel ſapientem, & propter hoc plures fingunt talia, & iactant. Sunt enim in ipſis, quę dicta ſunt.

*tionibus uerum dicit, & in iis quæ ad iuſtitiam, & iniuſtitiam pertinent, hæc ad aliam uirtutem accommodantur, ſed de eo, qui in quibus hoc nihil refert, & in uerbis, & in uita ex eo uera dicit, quia habitu talis eſt.*

G *Atque talis æquus, & bonus eſſe uidebitur. Qui namque uerum amat, & in quibus nil refert uera dicit, is multo magis uera dicet, in quibus refert. Vt turpe enim mendacium fugiet, quod & per ſe fugiebat.*

*Talis uero laudabilis eſt. Magis autem ad defectum ueritatis declinat. Hoc enim æquabilius eſt, propterea quod exuperationes ſunt per-*H*moleſtæ.*

*Sed qui res ſibi maiores, quàm inſunt fingit, ſi nullius cauſa rei, prauo quidem eſt ſimilis, non enim mendacio gauderet. Vanus tamen magis quàm malus eſt. Sin alicuius gratia, ſi gloriæ, uel honoris non nimium eſt uituperandus, ut arrogans. Sin argenti, & eorum, quæ ad argentum rediguntur, deformior eſt.*

*Arrogans autem non in potentia, ſed in electione conſiſtit. Habitu nam-*I*que, quia talis eſt, arrogans eſt, ſicut & mendax, quidam ipſo mendacio gaudens, quidam gloriam, aut lucrum affectans.*

*Qui igitur gloriæ cauſa ſunt arrogantes, ea ſimulant pro quibus homines laudantur, aut beati eſſe dicuntur. Qui uero gratia lucri, ea quorum uſus ad proximos tranſit, & quæ non ineſſe latere poſſunt. Fingunt enim ſe medicos, uel uates egregios.* K *Quapropter, plerique talia ſimulant, ac arroganter ſibi aſſumunt. Sunt enim in ipſis ea, quæ dicta ſunt.*



autem ſunt, quæ pertinent ad diuinationes futurorum, de quibus naturaliter homines ſollicitantur, & circa quæ non de facili mendacium deprehenditur. Et ideo illi, qui iactant ſe ppter lucrum, præcipue fingunt ſe eſſe medicos, vel ſapientes in diuinando, vel poteſt hoc, quod dicit ſapientem referri ad hoc, quod tales ſe iactant de cognitione diuinorũ, quæ deſiderabilis eſt, & latens. Deinde cum dicit.

o ¶ Determinat de vitio, quod pertinet ad defectum. Et circa hoc duo facit. Primo comparat hoc vitiũ iactantiæ. Secundo, oſtendit diuerſitatẽ huius vitij, ibi. {Maxime autem &c.} Dicit ergo primo, quòd hyrones, qui minus de ſeipſis dicũt q̃ ſit, videntur habere mores gratioſiores quàm iactatores, quia non videntur talia dicere gratia lucri, ſed quaſi fugientes tumorẽ ſuperbiæ. Deinde cum dicit.

p ¶ Oſtendit, quomodo diuerſimode hoc vitium contingit. Et dicit, quòd quidam ſunt, qui maxime de ſe negant ea, quæ videntur ad magnam gloriam pertinere ſicut Socrates, qui negabant ſe eſſe ſcientem. Quidam vero ſunt, qui & in quibuſdam paruis, & manifeſtis uolunt oſtendere, quòd non fingant de ſe maiora, quàm ſint. Et iſti vocantur Blathopanurgi, quaſi in quadam aſtutia ſimulationis ſuas delitias habentes. Panurgi enim Gręcæ dicunt aſtuti Blathon autem idem eſt, quod delitioſe. Hos autem dicit eſſe de facili contemptibiles, quia nimis manifeſta eſt eorum ſimulatio. Et talis defectus in exterioribus, quandoque ad iactantiam pertinere videtur, dum per hoc volũt oſtendere ſe meliores, & magis moderatos. Sicut Laconij, qui deferebant veſtimenta magis deſpecta, quàm decebat ſtatũ eorum, quia tam ſuperabundantia exteriorum, quàm immoderatus defectus, videtur ad iactantiam pertinere, inquantum per vtrumque oſtenditur quædam hominis excellentia. Quidam vero ſunt, qui moderate vtuntur hoc vitio, quia neque omnino negant de ſe glorioſa, neque etiam aſſumunt aliqua nimis parua, & vtuntur hoc vitio in his, quæ non ſunt prompta, & manifeſta, & tales videntur eſſe gratioſi, vt ſupra dictum eſt. Deinde cum dicit.

q ¶ Determinat de oppoſitione vitij ad virtutem. Et dicit, q̃ magis videtur opponi veridico iactator, inquãtum eſt deterior, ſicut dictũ eſt. Semper. n. peius vitiũ magis virtuti opponitur.

LECTIO XVI.

Poſtquam Philoſophus determinauit de virtutibus, q̃ ſunt circa humanos actus ſerioſos, hic determinat de quadam virtute, quæ eſt circa ludos. Et circa hoc tria facit. Primo oſtendit, q̃ circa ludos poteſt eſſe virtus,

A & vitium. Secundo determinat de virtute, quæ circa ludos exiſtit, & de vitijs oppoſitis, ibi. {Qui quidem in deriſione &c.} Tertio, oſtendit differentiam huius virtutis ad ſupradictas, ibi. {Tres igitur, quæ dictæ ſunt &c.} Circa primum conſiderandũ eſt, quòd circa id quod eſt ſecundum ſe malum, & non poteſt habere rationem boni, non eſt virtus, & vitium ſecundum quæ oſtenſum eſt. Si ergo ludus nullam rationem boni poſſet habere, non eſſet circa ludum aliqua virtus. Habet autem ludus aliquam rationẽ boni, inquãtum eſt vtilis humanæ vitæ. Sicut enim homo indiget a corporalibus laboribus, interdũ deſiſtendo quieſcere, ita etiam indiget ab intentione animi, qua rebus ſerijs homo intendit, interdum vt anima hominis requieſcat, quod quidẽ fit per ludũ. Et ideo dicit, quòd cum ſit quædam requies hominis ab anxietate ſolicitudinum ĩ hac vita, & in conuerſatione humana per ludum, & ſic ludus habet rationem boni vtilis, conſequẽs eſt, quòd in ludis poſſit eſſe quædam conueniens collocutio hominum adinuicem, vt ſcilicet homo dicat, & audiat, qualia oportet, & ſicut oportet. Et tamen in talibus multum differt dicere, & audire. Multa enim aliquis homo decenter audit, quæ non decenter diceret. Vbicumq; autem eſt differẽtia eorum, quæ oportet fieri, & eorum, quæ nõ oportet fieri, ibi non ſolum eſt medium, ſed etiam ſuperabundantia, & defectus a medio. Vnde circa ludum contingit eſſe medium virtutis, & extrema. Deinde cum dicit.

b ¶ Determinat de medio, & extremis. Et primo dicit, quid ſit circa vnumquodque eorum. Secundo oſtendit, quid vni-E cuique eorum conueniat, ibi. {Medio autem habitui &c. Circa primum tria facit. Primo oſtendit, quid ſit medium, & extremum in ludo. Secundo oſtendit, quòd hoc pertineat ad diuerſitatem horum, ibi. {Moris enim &c.} Tertio oſtendit, quòd quandoque extremum accipitur pro medio, ibi. {Redundante autem riſu &c.} Circa primum tria facit. Primo oſtendit quid pertineat ad ſuperabundantiam, & dicit quòd illi, qui ſuperabundant in deriſione ludi, dicuntur homolochi, ideſt raptores templi ad ſimilitudinem Miluorum, qui volabant circa templum vt raparent inteſtina animalium imolatorum; ita & iſti inſidiantur ad hoc quòd poſſint aliquid rapere, quod conuertant in deriſionem. Et ideo tales ſunt oneroſi, quia deſiderant vndecumque facere riſum, ad quod magis ſtudent, quàm ad hoc, quòd dicant aliqua decora, ideſt honeſta, & quòd non turbent illum, cui ingerunt conuitium ex ludo. Magis enim volunt dicere aliqua turpia, vel ex quibus alij turbentur, quàm quòd inducant homines ad riſum. Secundo ibi.

o Hyrones autem minus dicentes, gratioſiores quidem ſecundum mores videntur, non enim lucri gratia vidẽtur dicere, ſed fugientes moleſtum, & tumidũ.

p Sed & maxime autem iſti glorioſa negant, vt Socrates facit. Qui autem parua, & manifeſta fingũt, Blathopanurgi dicũtur, & facile contemptibiles ſunt. Et quandoque iactantia videtur, puta laconiorũ veſtis. Etenim ſuperabundantiam, & valde defectus iactantium. Qui autem moderate vtuntur hyronia, & circa quæ nõ valde prompta, & manifeſta hyronizant, gratioſi videntur.

q Opponi autem videtur iactator veridico. Deterior enim eſt.

LECTIO XVI.

Xiſtente autem requie in vita, & in hac conuerſatione cum ludo, videtur, & hoc eſſe collocutio quædam conſona, & qualia oportet dicere, & vt oportet, ſimiliter autem, & audire. Differt autem in dicendo in talibus, vel talia audire. Manifeſtum autem quoniã circa hoc eſt, & ſuperabũdãtia quædam, & defectus medij.

b Qui quidem in deriſione ſuperabundant homolochi videntur eſſe, & oneroſi deſiderantes omnino riſum, & magis coniectantes riſum facere, quàm dicere decora, & non contriſtare deriſum conuitiatum.

*At diſſimulatores extenuãtes ſua, elegantiores ſunt moribus, non enim id lucri cauſa facere videntur, ſed fugientes tumiditatem.*

*Maximę autem hi negant ea, quæ ſunt præclara, vt & Socrates faciebat,* B *ſed qui parua manifeſtaque diſſimulant, ij delicati ſimul malitioſique dicuntur, & facile ſperni poſſunt. Atque id ipſum arrogantia videtur interdum, qualis eſt Lacædemoniorum veſtitus. Nam, & nimium & parum ad arrogantiam pertinent, ſed qui moderate diſſimulatione vtuntur, nec ea diſſimulant, quæ nimis ante oculos ſunt, & extant, gratioſi ſunt.*

C *Arrogans veraci opponitur, eſt enim diſſimulatore deterior.*

*LECTIO XVI.*

*Vm vero ſit, & requies in vita, atque in hac ipſa loco ſeſe recreent homines, videtur & hic eſſe quædam æquabilis congreſſio, & dicendo, & audiendo ea, quæ oportet, & vt oportet. Differt autem, & dicendo inter tales, & audiendo tales. Atque patet etiam in his* D *eſſe nimium atque parum.*

*Qui igitur in ridiculis exuperant ſcurræ ſunt, ac importuni, affectantes omnino ridiculum, & magis coniectantes facere riſum, quàm honeſte loqui, & non afficere eum dolore in quem facere dicunt.*

e ¶ Oſtendit, quid ſit vitium per defectum. Et dicit, quòd illi, qui neque volunt dicere aliquod ridiculum, & moleſti ſunt his qui dicunt, dum ex hoc rationabiliter turbantur, videntur eſſe agrij, ideſt agreſtes, & duri quaſi, qui non molliuntur delectatione ludi. Tertio ibi.

d ¶ Oſtendit, quid ſit medium in ludo. Et dicit, quòd illi, qui moderate ſe habent in ludis vocantur eutrapeli, quaſi bene vertentes, quia ſcilicet ea, quæ dicũtur ac fiunt conuenienter, in riſum cõuertunt. Deinde cũ dicit.

e ¶ Oſtendit, quòd prædicta pertinet ad diuerſitatem morũ. Et dicit, quòd prædicti motus, ſcilicet ꝙ aliquis velit facere riſum, vel ſuperabũdanter, vel diminute vel moderate, eſt quoddam inditium interioris moralis diſpoſitionis. Sicut.n. per motus corporales exteriores diſcernũtur interiores corporum diſpoſitiões, ſic ex operationibus exterioribus cognoſcũtur interiores mores. Deinde cũ dicit.

f ¶ Oſtendit, quomodo extremum quandoque ſumitur pro medio. Et dicit, quòd quia riſus ad multos redundat, & multi ſunt, qui magis q̃ oportet delectantur in ludo, & in hoc ꝙ dicant alijs conuitia iocoſa, inde eſt, quòd apud eos homolochi vocantur eutrapeli, quia ſunt eis gratioſi. Superabundãt enim in ludo quem plures homines ſuperabundanter diligunt. Differunt tamen non parum homolochi ab eutrapelis, vt ex ſupradictis patet. Deinde cum dicit.

g ¶ Oſtendit quid proprie pertineat ad prędictos habitus. Et primo oſtendit, quid proprie pertineat ad medium virtutis. Secundo, quid ad extremum ſuperabundantiæ, ibi, {Homolochus autem &c.} Tertio oſtendit, quid pertineat ad extremum defect⁹, ibi. {Agryos aũt &c.} Circa primũ duo facit. Primo oñdit, qualiter ſe habeat eutrapelus uł circa ludũ. Secundo, qualiter ſe habeat ſpecialiter circa cõuitia iocoſa, ibi. {Et utrũ igit &c.} Circa primũ tria facit. Primo ꝓponit, ꝙ ad mediũ habitũ ꝑtinet cõuenientibus ludis uti. Et dicit, ꝙ ad mediũ habitũ huius uirtutis pertinet id qđ eſt propriũ ephydexiotis, i. bene aptati, & diſpoſiti ad hoc, ꝙ cũ hominibus cõuerſetur. Ad tales. n. pertinet, ꝙ dicãt, & audiãt talia ludicra, quæ congruant uiro modeſto, & liberali, qui. ſ. liberum animum habet a ſeruilibus paſſionibus. Secundo ibi.

c Qui autem neque vtique ipſi dicunt aliquid ridiculum, & dicentibus moleſti ſunt, agrij, & duri videntur eſſe.

d Moderate autem ludentes eutrapeli appellantur, puta bene vertentes.

e Moris enim videtur tales motus eſſe; quemadmodum autem corpora ex motibus iudicantur, ita & mores.

f Redundante autem riſu, & pluribus gaudentibus ludo, & ipſo conuitiari magis quám oportet, & homolochi eutrapeli appellantur, & gratioſi. Quoniam autem adhuc differunt non parum ex his, quę dicta ſunt manifeſtum.

g Medium autem habitui proprium ephidexiotis eſt. Ephidexij autem eſt talia dicere, & audire, qualia, & modeſto, & liberali congruunt.

h Eſt enim quædam decentia talem dicere in ludi parte, & audire. Et liberalis ludus differt ab eo, qui ſeruilis, & diſciplinati, & indiſciplinati.

i Videbit autem vtiq; aliquis, & ex comœdiis veterum, & modernorum, his quidem enim erat deriſio turpiloquium, his autem magis ſuſpitio. Differunt autem non parum hæc ad honeſtatem.

k Vtrum igitur bene conuitiantem determinandum in dicendo, quæ decent liberalem, vel in non triſtando audiẽtem, vel etiam delectando?

l Et tale quid indeterminatũ. Aliud enim alij odibile eſt, & delectabile. Talia autẽ audiet. Quæ enim ſuſtinet audiens, hæc & facere videtur.

*Qui vero neque dicerent quicquam ridiculi, neque alios dicere paterentur, ruſtici ſunt, & duri.*

*At is, qui cũ moderatione iocatur, comis atq; vrbanus vocatur, talẽ ſane moris iã habitũ aſſecutus, ut ad bene*

G *recteq; iocandum ſeſe flectere poſſit.*

*Huiuſcemodi namq; motiones, mores ipſius eſſe uidentur. Atque uti corpora, ſic & ipſi mores motionibus diſcernuntur.*

*Cum autem exundet ipſum ridiculum, plurimique iocoſalibuſue magis quàm oporteat gaudeant, ſcurræ quoque eodem nomine nuncupatur, ut gratioſi elegantes, ſed eos differre, atque non parum ex iis, quæ diximus*

H *conſtat.*

*Accomodatur autem huic habitui medio, & ipſa dexteritas, atque ipſius eſt dextri ea dicere, & audire, quæ ad modeſtum uirum liberalemq; accommodantur.*

*Sunt enim quædam, quæ ioco dicere, & audire talem hominem decet. Atq; ipſius liberalis iocus, & eruditi, a ſeruilis ioco rudiſque differt.*

I

*Licet hoc, tam in antiquis, quàm in nouis comœdijs intueri. Quibuſdam enim uerborum obſcenitas, quibuſdam potius ſubintellectio ridiculum erat, atque hæc non parum honeſtatis differunt ratione.*

*Is ne igitur dicendus eſt recte facetiis uti, qui dicit ea, quæ liberum hominem decet, an is, qui eum audit*

K *dolore non afficit, uel etiam delectat?*

*An & hoc indefinitũ eſſe conſtat? Eſt enim aliud alij odio, & iocundum. Talia autem, & audiet, quæ namque fert audiendo, ea uidetur & facece.*

F h ¶ Probat, & inducit rationem ad hoc, quod dixerat. Quia ſcilicet vbicunque eſt inuenire aliquid quod decenter fieri põt, hoc pertinet ad virtutem. Sed contingit aliquem ludentem dicere, & audire quædam conuenientia. Et hoc patet ex differentia ludorum. Ludus enim liberalis hominis, qui ſcilicet intendit propria ſponte bonum agere, differt a ludo hominis ſeruilis, qui circa ſeruilia occupatur. Et ludus hominis diſciplinati qui ſcilicet inſtructꝰ eſt qualiter debeat ludere, differt a ludo hominis indiſciplinati, qui nulla diſciplina in ludo refrenatur. Vnde manifeſtũ eſt, quòd ad medium habitum virtutis pertinet decentia in ludo dicere, & audire. Tertio ibi.

i ¶ Inducit quoddã ſignum ad ſupradicta, quòd ſcilicet differat ludus diſciplinati, & indiſciplinati. Et dicit, quòd hoc maxime apparet conſiſtendo tam in veteribus, quàm in nouis comedijs, ideſt repreſentationibus collocutionum hominum adinuicem, quia ſi alicubi in talibus narrationibus occureret aliquod turpiloquiũ, ex hoc quibuſdã generabatur deriſio, dũ talia turpia in riſum vertebantur. Quibuſdam vero generabatur ſuſpitio, dum ſcilicet, ſuſpicabantur eos, q turpia loquebantur habere aliqđ malum in corde. Manifeſtum eſt autem, quòd non parum refert ad honeſtatẽ hominis, vtrum dicat ĩ ludendo turpia, vel honeſta. Deinde cum dicit.

k ¶ Oſtendit qualiter ſe habeat virtuoſus circa conuitia iocoſa. Et circa hoc tria facit. Primo mouet quæſtionem, vtrum ſcilicet determinandum ſit, quòd aliquis bene conuiciatur in ludo ex parte eorũ, quæ dicit, quia ſcilicet dicit ea, quæ decet dicere liberalem hominẽ virtuoſum, & modeſtum, uel nõ determiãt penes hoc bene cõuitiãs, ſed potius ex parte finis, uel effectus, q. a. ſ. intẽdit nõ cõtriſtare audientẽ, uel etiã, qđ plus eſt, intendit eum delectare. Secundo ibi.

l ¶ Reſpondet queſtioni, quantum ad ſecundum membrum. Et dicit, quòd eſt indeterminatum, quid ſcilicet contriſtet, uel delectet audientem, quia ſcilicet diuerſis diuerſa ſunt odibilia, & delectabilia. Talia enim unuſquiſque libẽter audiet, quæ ſunt ſibi delectabilia. Illa enim, quę aliquis patienter ſuſtinet audire, hęc facere uidetur, ſcilicet ingerendo ea alijs, dummodo non intendat eos contriſtare. Tertio ibi.

m ¶ Oſtendit



m ¶ Oſtendit aliquid eſſe determinatũ quantum ad primum membrum, ſcilicet quantum ad conuitia, quæ dicuntur. Manifeſtum eſt enim, quòd uirtuoſus non facit, ideſt non proponet omne conuitium, quia conuitium eſt quædam contumelia dum tale quid in conuitio dicitur, ex quo homo infamatur, & hoc ꝓhibẽt dicere legis poſitores. Sunt autem quædam cõuitia, quę non prohibent, quæ oportet dicere propter delectationem, vel propter hominũ emendationem, quæ fit dummodo fiat abſque infamia. Ille. n. qui ſe habet in cõuitiando ſicut gratioſus, & liberalis, videtur eſſe ſibijpſi lex, dum ſcilicet per propriam electionem vitat ea quæ lex prohibet, & vtitur his, quæ lex concedit. Vltimo autem concludit, ꝙ talis qualis eſt dictus medius, ſiue nomine ephidexus, ideſt aptus, ſeu eutrapelus, ideſt bene vertẽs. Deinde cum dicit.

n ¶ Determinat de malo ſuperabundantiæ. Et dicit, quòd homolochus eſt minor deriſore, quia ſcilicet deriſor intendit aliquem confundere, quod non intendit homolochus, ſed ſolum intendit riſum facere, & non recedit a ſeipſo, vel ab alijs, quando intendit riſum facere, quia ſcilicet exempla ſua, & aliorum dicta & facta, conuertit in riſum, & talia dicit, quorum nullum diceret homo gratioſus, & virtuoſus, & quædam eorum non ſolum non diceret virtuoſus, ſed nec ẽt audiret. Deinde cũ dicit.

o ¶ Determinat de vitio defectus. Et dicit, quòd ille, qui eſt agryos, ideſt agreſtis eſt inutilis ad tales collocutiones ludicras. Nihil enim confert ad eas, ſed in omnibus contriſtatur. Et ĩ hoc eſt vitioſus, dum totaliter abhominatur ludum, qui eſt neceſſarius ad vitam humanam ſicut requies quędam. Deinde ſecundo, ibi.

p ¶ Infert differentiam huius virtutis ad prædictas duas. Et dicit, quòd tres ſunt medietates prædictæ in humana uita, quę omnes ſunt circa communicationes ſermonum, & operum. Differunt autem abinuicẽ, quia una earum conſiſtit circa ueritatem in dictis, uel factis. Aliæ uero circa delectabile. Quarum una conſiſtit circa delectationẽ, quę eſt in ludis, alia uero circa delectationem, quæ eſt in colloquijs, quæ eſt ſecundum uitam exiſtentem, ſcilicet in ſerijs.

m Non vtique omne faciet. Cõuitium enim contumelia quædam eſt. Legum poſitores autẽ quædam contumelioſa dicere prohibent. Oportebat autem forte, & conuitiari. Gratioſus vtique & liberalis ſic habebit, puta lex exiſtens ſibijpſi. Talis quidem igitur medius ſiue ephidexus, ſiue eutrapelus dicitur.

n Homolochus autem minor eſt deriſore, & neque a ſeipſo, neque ab aliis recedens, ſi riſum faciat, & talia dicens, quorũ nullum diceret vtique gratioſus, quædam autem neque audiret.

o Agryos autem ad tales collocutiones inutilis. nihil enim cõferens in omnibus triſtatur. Videtur autem requies, & ludus in vita eſſe neceſſarium.

p Tres autem, quæ dictæ ſunt in vita medietates. Sunt autem omnes circa ſermonum quorundam & operum communicationem. Differunt autem, quoniam hæc quidem circa veritatem eſt, hęc autem circa delectabile. Earum autẽ, quæ circa delectationem. hæc quidem in ludis, hęc autem in his, quæ ſecũdum aliam vitam colloquijs. D

## LECTIO XVII.

Verecundiã autẽ, vt quãdam virtutẽ non conuenit dicere. Paſsioni. n. magis aſsimilatur, q̃ habitui.

b Determinatur igitur timor quidem ingloriationis.

c Perficitur autem verecundia circa pericula timori conſimiliter. erubeſcunt enim verecundati. Mrtem autem timentes palleſcunr. Corporalia vtique videntur aliqualiter eſſe vtraque, quod videtur paſsionis magis quàm habitus eſſe. E

*At non quiduis faciet. Etenim facetiæ conuitia quædam ſunt, & legumlatores nonnulla conuitia dicere uetant. Fortaſſe autem illos, & nonnulla prohibere facete dicere oporteret. Vir itaque gratioſus, ac liber ita ſeſe habebit quaſi ſibiipſi lex ſit in ioco. Talis eſt igitur ipſe medius ſiue dexter,*

B *ſiue urbanus, ſiue comis dicatur.*

*Scurra autem a ridiculo ſuperatur, & neque ſibi, neque aliis parcit, modo moueat riſum, eaque dicit quorum nihil prorſus gratioſus ipſe diceret, & aliqua ne audiret quidem.*

*Sed ruſticus ad tales congreſſiones inutilis eſt, quippe cum nec ipſe quic*

C *quam afferat ſalis, & cum afferunt alii, ægre moleſteq; ferat. Requies autem, & iocus in uita neceſſaria ſunt.*

*Tres igitur hæ ſunt quas diximus mediocritates in uita. Sunt autem omnes circa uerborum quorumdam actuumue communem uſum. Sed differunt quòd una circa ueritatem, cæteræ circa uoluptatem uerſantur. Atque harum altera quidem eſt in ioco, altera autem in congreſſionibus reliquæ uitæ conſiſtit.*

## *LECTIO XVII.*

*De uerecundia, ut de aliqua uirtute dicere non oportet. Eſt enim affectui magis quàm habitui ſimilis.*

*Itaque definitur timore, timorque dicitur dedecoris quidem.*

*Et fit perinde, atque circa res formidoloſas timor fieri ſolet. Nam qui uerecundantur erubeſcunt, qui timent mortem palleſcunt. Vtrumque igitur ad corpus quodammodo accomodatum eſt, quod quidem magis ad affectum uidetur, quàm ad habitum pertinere.*

A

## LECTIO XVII.

Poſtquam Philoſophus determinauit de medietatib⁹, quæ ſunt virtutes, hic determinat de quadam medietate, quæ non eſt virtus, ideſt de verecundia. Et primo oſtendit verecũdiam non eſſe virtutem. Secundo oſtendit ſimile de continẽtia, quæ cum ſit laudabilis, non eſt virt⁹, ibi. {Non eſt autem, neque incontinentia &c.} Circa primum duo facit. Primo inquirit genus verecundiæ. Secundo, oſtendit ſubiectum ipſum ibi. {Non eſt vtique ætati &c.} Circa primum duo facit. Primo proponit quod intendit. Et dicit, ꝙ de verecundia nõ cõuenit loqui ſicut de quadam virtute. Sed magis aſſimilatur paſſioni, quàm habitui, qui eſt gen⁹ virtutis. Secundo ibi.

b ¶ Probat propoſitum dupliciter. Primo quidem per diffinitionẽ verecundiæ. Dicitur enim verecũdia eſſe timor ingloriationis, ideſt confuſionis, quæ opponit gloriæ. Sed timor eſt paſſio quędam. Ergo verecundia eſt in genere paſſionis. Secundo ibi.

c ¶ Probat idem ꝑ effectum verecũdiæ. Circa quod conſiderandum eſt, quòd paſſiones ſunt motus appetitus ſenſitiui, qui vtitur organo corporali. Vnde paſſiones omnes cum aliqua corporali tranſmutatione fiunt. Et ſimiliter ſe habent in generali verecundia, & timor, qui eſt circa pericula mortis, quantum ad hoc ſcilicet, quòd vtraque paſſio iudicatur per tranſmutationem coloris corporalis. Sed ĩ ſpeciali differũt, quia illi, q verecũdanẽ erubeſcũt, illi aũt, qui timẽt mortẽ palleſcũt. Cuius differẽtiæ rõ eſt, ꝙ natura ſpũs & humores tranſmittit ad locũ ubi ſentit defectũ. ſedes aũt uitę eſt in corde, & iõ, qñ periculũ uitæ timet, ſpũs & humores concurrunt ad cor. et ideo exteriora quaſi deſerta palleſcũt. Honor aũt, & cõfuſio ĩ exteriorib⁹ ẽ. Et iõ qñ hõ timet ꝑ uerecũdiã priuationẽ honoris, recurrẽtib⁹ humorib⁹, & ſpiritibus ad exteriora hõ erubeſcit. Sic ergo patet, ꝙ & uerecundia, & timor mortis ſũt q̃dã corporalia, inquãtũ. ſ. habẽt trãſmutationẽ annexam, quod uidetur magis ad paſſionem, quàm ad habitum pertinere. Et ita patet, quòd uerecundia non eſt uirtus. Deinde cum dicit.

d ¶ Oſtendit quid ſit ſubiectum conueniēs verecundiæ. Et primo, oſtendit cui ætati conueniat. Secundo oſtendit cui conditioni, ibi. { Neque iſti ſtudioſi &c. } Circa primum tria facit. Primo proponit quod intendit, ſcilicet quòd non conuenit omni ætati, ſed iuuenili. Secundo ibi.

d Nō omni vtiq; ætati hæc paſſio congruit, ſed iuuenili.

e Exiſtimamus enim oportere tales verecūdos eſſe eo quòd ſecundū paſsiones viuentes multi peccant, a verecundia autem prohibentur. Et laudamus quidem iuuenes verecundos.

f Senem autem nullus vtique laudabit, quoniam verecundabilis. Nihil enim exiſtimamus oportere ipſum operari, in quibus eſt verecundia.

g Neq; enim ſtudioſi eſt verecundia. ſiquidem fit in prauis. Non enim operandum talia.

h Si enim ſunt hæc quidem ſecundum veritatem turpia, hoc autem ſecundum opinionē, nihil differt. Neutra enim operāda. Quare neque verecundandum. Praui autem & tale, puta, operari aliquid turpium.

i Sic autem habere, vt etſi operetur aliquid talium verecundari, & propter hoc exiſtimari ſtudioſum eſſe inconueniens. In uoluntarijs enim verecūdia: volens autem ſtudioſus numquā operabitur praua.

k Erit autem vtique verecundia ex ſuppoſitione ſtudioſum. Si enim operetur verecundabitur vtique. Non eſt autem hoc circa virtutes.

l Si autem inuerecundia prauum, & non verecūdari turpia operari, nihil magis talia operantem verecūdari ſtudioſum.

m Non autem neque continentia virtus, ſed quędam mixta. Oſtēdetur autem de hac in his, quæ poſterius. Nunc autem de iuſtitia dicemus.

*Non autem ad quamuis ætatem is affectus, ſed ad iuuenilē accōmodatur.*

*Cenſemus enim eos, q̃ huius ætatis ſunt, verecundos eſſe oportere, vt cum non ſine perturbatione viuant, multumque ob hoc peccent a verecundia prohibeantur delinquere. Atque laudamus quidem eos iuuenes, qui ſunt verecundi.*

G *Sed nemo ex eo ſeniorem hominem laudabit, quia eſt verecundus. Nihil enim eorum ipſum oportere cenſemus agere, pro quibus emergere verecundia ſolet.*

*Neq; .n. homini probo verecundia competit, quippe cū pro rebus improbis fiat. Non .n. ſunt res tales agendæ.*

*Quòd ſi quædam re vera, quædam opinatione ſunt turpes, nihil refert, ueutræ namque ſunt agendæ. Quare non eſt erubeſcendum. Sed improbi*

H *eſt, & talem eſſe, vt aliquid turpæ agat.*

*Probum autem ideo quempiam eſſe putare, quia ita ſe habet, vt ſi turpe quid egerit verecundetur, abſurdum eſt ſane. Verecundia namque fit pro ijs, quæ ſua ſponte quiſpiam facit. Sed numquam ſua ſponte vir bonus res aget turpes.*

*Erit autem verecundia probum ex ſuppoſitione. Nam ſi egerit, verecundabitur. Hoc autem in ipſis uirtuti-*

I *bus non eſt.*

*Quòd ſi impudentia, & quempiā non pudere res turpes agentem improbum eſt, nihilo magis ob idipſum probum erit, quempiam res turpes agentem erubeſcere.*

*At uero neque continentia uirtus eſt, ſed eſt quædam permixta. Oſtendetur autem de ipſa poſt paulo. Nunc de iuſtitia dicamus, oportet.*

e ¶ Probat, quòd iuuenili ætati cōgruat verecundia. Et hoc dupliciter. Vno modo per proprietatem iuuentutis. Quia ſcilicet iuuenes ꝓpter feruorem ætatis viuunt ſecundum paſſiones. Et ideo proni ſunt ad multipliciter peccandum. Et ab hoc prohibentur per verecūdiā, per quam turpitudinem timēt. Et ideo iuuenes decet verecundia. Alio modo, probat idem per humanā conſuetudinē: Iuuenes eñ verecundos laudare conſueuimus. Tertio ibi.

f ¶ Oſtendit, ꝙ aliæ ætati, ſcilicet ſenili non congruit verecūdia. Et dicit, ꝙ nullus laudat ſenem de hoc, quòd eſt verecūdus. quia exiſtimamus, quòd non oporteat eum aliquod turpiū operari, pro quibus conſueuit eſſe verecūdia. Tum, quia propter longitudinē tēporis reputamus eos eſſe expertos. Tū, ceſſante feruore ætatis reputamus, quòd propter paſsionem non debeant aliquid turpe operari. Deinde cum dicit.

g ¶ Oſtēdit, cui cōditioni competit verecundia, vel non cōpetat. Et circa hoc duo facit. Primo oñdit, quòd non competat virtuoſo. Secūdo, excludit quaſdam cauillationes cōtra propoſitum, ibi. { Si .n. ſunt hæc quidē &c. } Dicit ergo primo, ꝙ neq; ad virtuoſum ꝑtinet verecundia. Verecundia enim eſt reſpectu prauorum. Sed virtuoſus non operatur praua: quia virtus eſt, quæ bonum facit habentem, & opus eius bonum reddit. Ergo verecundia non competit virtuoſo. Deinde cum dicit.

h ¶ Excludit tres obiectiones circa prædicta. Quarum prima eſt. Quia poſſet aliquis dicere, ꝙ verecundia non ſolū eſt de his, quæ ſecundum veritatem ſunt turpia, quæ contrariantur virtuti, ſed etiam de his, quæ ſunt turpia ſecundū opinionē, ſed ipſe dicit, quòd nihil differt ad propoſitū, quia virtuoſo neutra ſunt operanda, ſcilicet neque turpia ſecundum veritatem, nec turpia ſecundum opinionem. Et ideo non imminet virtuoſo, quòd de aliquo verecundetur: ſed hoc pertinet ad prauum, vt ſit talis, ꝙ operetur aliquid turpium, vel ſecundum veritatem, vel ſecundum opinionem. Secundam obuiationem ponit, ibi.

i ¶ Poſſet enim aliquis dicere, quòd licet virtuoſus non habeat aliquid de quo verecundetur eſt tamen ita diſpoſitus, vt ſi aliquid talium operaretur, de hoc verecundaretur. Si quis ergo propter hoc exiſtimaret, quòd verecūdia competeret ſtudioſo, probat hoc eſſe inconueniens dupliciter. Primo quidem,

F quia verecundia proprie loquendo, nō reſpicit niſi voluntarios defectus, quibus debetur vituperium. Sed hoc repugnat virtuti, quòd aliquis voluntarie operetur malum. Ergo non competit ei verecundia propter rationem prædictam. Secus autem eſſet ſi verecundia eſſet eorum, quæ inuoluntarie poſſunt accidere, ſicut ægritudo inuoluntarie accidit homini. Vñ virtuoſo etiam ſano poteſt competere curare de medico propter infirmitatem, quæ poſſet accidere. Secundo excludit prædictam obuiationem ibi.

k ¶ Dicit, quòd ſi ſecūdum prædictam obuiationem verecūdia eſſet quoddam virtuoſum ex ſuppoſitione, quia ſcilicet verecundaretur virtuoſus ſi turpia operaretur. Hoc autē non eſt de his, quæ proprie conueniunt virtuoſis. Immo abſolute eis conueniūt ſicut patet circa omnes uirtutes. Vñ relinquitur, quòd verecundia non proprie conueniat virtuoſo. Tertiam obuiationē ponit ibi.

l ¶ Poſſet enim aliquis concludere, ꝙ quia inuerecundia, & non verecundari de turpi operatione eſt quoddam prauū, quod ꝓpter hoc uerecundari ſit virtuoſum. Sed ipſe dicit hoc non eſſe neceſſarium, quia vtrumq;, ſcilicet tam verecundia, quàm inuerecūdia ſupponit turpem operationem, quę non competit virtuoſo. Qua tamen ſuppoſita conuenientius eſt, quòd ea aliquis aſpernetur per verecundiam, quàm de ea non curet per inuerecundiam. Ex his etiam apparet, quòd verecundia nō ſit virtus, nam ſi eſſet virtus ineſſet virtuoſo. Eſt autem attendendum, quòd ſupra poſuit paſſionem laudabilē Nemeſim, de qua & hic mentionem non facit, quia non eſt intentionis ſuę de his

K paſſiōibus hic determinare, hoc enim magis pertinet ad Rethoricam, vt patet in ſecundo Rethoricorum, vnde nec hic de verecundia determinauit, niſi oſtendens eam non eſſe virtutem. Et relinquit idem intelligendum de Nemeſi. Deinde cum dicit.

m ¶ Inducit ſimile de continentia, quæ cum ſit laudabilis, non eſt virtus, ſed habet aliquid virtutis ammixtum. Continens .n. ſequitur rationem rectam, quod pertinet ad virtutē: Patitur tamen concupiſcentias prauas vehementes, quod pertinet ad defectum virtutis. Et de his dicetur infra Septimo. Satis autē conuenienter inducit ſimilitudinem de continentia, quia verecundia maxime requiritur, vbi abundant paſſiones prauæ, quod conuenit continentibus, vt dictum eſt. Vltimo autem continuat ſe ad ſequentia dicens, quòd dicendum eſt deinceps de iuſtitia. Et ĩ hoc terminat ſentētia quarti libri.





# ARISTOTELIS MORALIVM AD NICOMACHVM

## LIBER QVINTVS.

Cum Sancti Thomæ Aquinatis præclariſsimis commentariis.

## LECTIO PRIMA.

POſtquam Philoſophus determinauit de virtutibus moralibus, quæ ſunt circa paſſiones, hic determinat de virtute iuſtitię, quæ eſt circa operationes, & diuiditur in partes duas. In quarum prima determinat de iuſtitia proprie dicta. In ſecunda determinat de iuſtitia metaphorica, ibi. { Vtrū autem contingit ſibiipſi iniuſtum facere &c. } Circa primum duo facit. Primo determinat de virtute iuſtitiæ. Secundo determinat de quadam virtute, ſcilicet epyichia, quę eſt communis iuſtitiæ directiua ibi, { De epyichia in illud &c. } Circa primum duo facit. Primo dicit de quo eſt intētio. Secundo, exequitur propoſitū ibi. { Videmus vtique &c. } Circa primum duo facit. Primo oſtendit de quo intendat, quia iuſtitia, & iniuſtitia. Et ꝓponit tria circa iuſtitiam conſideranda, ĩ quibus differt iuſtitia a ſupradictis virtutib9. Quorum primum tangit, cum dicit, quòd intendendum eſt circa quales operationes fiunt iuſtitia, & iniuſtitia. Virtutes enim, & vitia de quibus ſupra dictum eſt, ſunt circa paſſiones, quia ſcilicet in eis principaliter cōſideratur, qualiter homo interius afficiatur ſecundum paſſiones, ſed qd exterius operetur non conſideratur niſi ex conſequenti, inquātum ſcilicet operationes exteriores ex interioribus paſſionibus proueniunt. Sed circa iuſtitiam, & iniuſtitiam præcipue attenditur, quid homo exterius operatur. Qualiter autem afficiatur interius non conſideratur niſi ex conſequenti, prout ſcilicet aliquis iuuatur, vel impeditur circa operationem. Secundum autē tangit, cum dicit. Et qualis medietas eſt iuſtitia, & iuſtum, quòd ſcilicet eſt obiectum iuſtitiæ. In præhabitis enim uirtutibus accipitur medium rationis, & non rei. Sed iniuſtitia accipitur medium rei, vt infra dicetur. Tertium autem tangit, cum dicit. Et quorum eſt medium. Quęlibet enim ſupradictarum virtutum eſt medium duorum vitiorum, iuſtitia autem non eſt medium duarum malitiarum, vt infra patebit. Secundo ibi.

b ¶ Oſtendit, ſecundum quem modum tractanda ſunt prædicta. Et dicit, quòd intendendum eſt tractare de iuſtitia ſecundum eādem artem, ſecundum quam tractatum eſt de prædictis uirtutibus, ſcilicet figuraliter, & alijs huiuſmodi modis. Deinde cum dicit.

### LECTIO I.

DE iuſtitia autem, & iniuſtitia intendendum, & circa quales ſunt exiſtētes operationes, & qualis eſt medietas iuſtitia, & iuſtum quorum medium.

b Intentio autem nobis ſit ſecundum eandem methodum his, quæ dicta ſunt.

c Videmus vtiq; omnes talem habitum volentes dicere iuſtitiam a quo operatiui iuſtorum ſunt, & a quo iuſta operātur, & volunt iuſta. Eodē autē modo, & de iniuſtitia a quo operatiui iniuſtorum ſunt, & a quo iniuſta faciunt, & volūt iniuſta. Propter quod & nobis primum, vt in typo ſupponantur hæc.

d Neque enim eundem habet modum, & in ſcientijs, & in potentijs, & in habitibus. Potentia quidem enim, & ſcientia videntur contrariorum eadem eſſe. Habitus autē contrarius cōtrariorum nō. Vtputa a ſanitate nō fiunt contraria, ſed ſana ſolum. Dicimus enim ſane ambulare, quando ambulat vt vtique ſanus exiſtens.

### *LECTIO I.*

*DE iuſtitia iam, & iniuſtitia conſideremus oportet circa quales actus uerſentur, & qualis nam mediocritas ſit ipſa iuſtitia, & inter quæ iuſtum ipſum medium eſt.*

C *Atque hæc conſideratio eundem ſeruet modum doctrinæ, quo antea dicta conſiderauimus.*

*Videmus itaque omnes talem habitum dicere iuſtitiam velle, quo homines apti ſunt ad res iuſtas agendas, & quouis agunt, & uolunt iuſta. Eodem modo talem habitum, & ipſam iniuſtitiam dicere quo iniurias agunt homines reſque uolunt iniuſtas. Quapropter, & nobis hæc primum, vt in figura ſubiiciuntur.*

D *Non enim in ſcientiis, & potentiis, atque habitibus res ſeſe habet eodem modo. Eadem namque potentia ſcientiaque contrariorum eſt, ſed contrarius habitus non eſt contrariorum. Nempe a ſanitate ſana dumtaxat, & non contraria fiunt. Dicimus enim quempiam ambulare ſane, cum perinde ambulat, atque ſanus.*

B c ¶ Incipit determinare de iuſtitia. Et primo diſtinguit iuſtitiam particularem a iuſtitia legali. Secundo determinat de iuſtitia particulari, de qua intendit principaliter, ibi. { Eius autem, quæ ſecundum partem &c. } Circa primum tria facit. Primo diuidit iuſtitiam in legalem, & particularem. Secundo oſtēdit, quę, & qualis ſit iuſtitia legalis, ibi. { Quia autē illegalis &c. } Tertio oſtendit, quòd præter iuſtitiā legalē eſt quædā particularis iuſtitia, ibi. { Inquirimus autem eam &c. } Circa primum duo facit. Primo oſtendit, quid ſignificet nomine iuſtitiæ, vel iniuſtitiæ. Secundo, diſtinguit vtrumque, ibi. { Conſequitur. } Circa primum tria facit. Primo notificat iuſtitiā, & iniuſtitiam. Secundo oſtendit notificationem eſſe conuenientem, ibi. { Neque eundem habet &c. } Tertio infert correlarium ex dictis, ibi. { Multotiens quidem igitur. } Dicit ergo primo, quòd omnes videntur velle, quòd iuſtitia ſit talis habitus per quem cauſantur tria in homine. Primo quidem, inclinatio ad opus iuſtitiæ, ſecundum quam dicitur homo operatiuus iuſtorum. Secundum eſt, operatio iuſta. Tertium autem eſt, quòd homo velit iuſta operari. Et idē dicendum eſt de iniuſtitia, quòd eſt habitus a quo homines ſunt operatiui iniuſtorum, & faciunt, & volunt iniuſta, & ideo hoc nobis præſupponendum eſt de iuſtitia, ſicut id quod figuraliter apparet in his.

E Et eſt conſiderandum, quòd conuenienter notificauit iuſtitiā per voluntatem, in qua non fiunt paſſiones. Et tamen eſt exteriorum actuum principium, vnde eſt proprium ſubiectum iuſtitiæ quę non eſt circa paſſiones. Deinde cum dicit.

d ¶ Oſtendit prædictas notificationes eſſe conuenientes quantum ad hoc, ſcilicet ꝙ iuſtitia notificata eſt per hoc, ꝙ habet ſe ad volendum, & operandum iuſta: & iniuſtitia ad volēdū, & operandum iniuſta. Non enim eodem modo ſe habet in habitibus, ſicut in ſcientijs, & potentijs. Contraria enim pertinent ad eandem potentiam, ſicut album & nigrum ad viſum, & ad eandem ſcientiam, ſicut ſanum & ægrū ad medicinā. Sed habitus contrarius non ſe habet ad contraria ſibi. Et ponit exemplum de habitibus corporalibus. Nam a ſanitate nō procedūt ea, quæ ſunt cōtraria ſanitati, ſed ſolum ea, quæ ſanitati cōgruūt. Sicut dicimus, quòd aliquis ſane ambulat, quando ambulat, ſicut ille qui ſanus



exiſtit.

exiſtit. Vnde ipſa ſcientia licet ſecundum quòd eſt cognitio quę- F dam, ad contraria ſe habeat, inquantum unum contrariorũ eſt ratio cognoſcendi aliud, tamen inquantum eſt habitus quidam ſe habet tantum ad vnum actum, qui eſt cognoſcere veritatem, non autem ſe habet ad errorem contrarium. Sic igitur conuenienter dictum eſt, ꝙ per iuſtitiam operamur iuſta, per iniuſtitiam iniuſta. Deinde cum dicit.

e ¶ Infert correlarium ex dictis. Quia enim contrarij habitus ſunt contrariorum, & vnus actus eſt determinate vni⁹ obiecti, inde eſt, ꝙ multotiens vnus habitus contrarius cognoſcitur per alium, & multotiens cognoſcit ex ſuo obiecto, quod eſt quaſi materia ſubiecta operationi habitus. Et hoc manifeſtat per exemplum. Si euecxia ſit manifeſta, ideſt bona diſpoſitio, & cachecxia eſt manifeſta, ideſt mala diſpoſitio. Et ſic habitus cognoſcitur a ſuo cõtrario. Cognoſcitur autem ex obiecto, quia ex his, quæ faciunt hominem bene ſe habere ſit manifeſta euecxia. Et hoc vlterius manifeſtat ſpecialius, quia ſi ad euecxiam pertinet, quòd homo habeat carnes bene denſatas, neceſſariũ eſt, quòd ad chachecxiã pertineat, quòd homo habeat carnes raras quaſi incompactas propter indigeſtos humores. Et iterum neceſſarium eſt, quòd illud, quod facit hominem bene ſe habere, ſit illud quod faciat eum habere carnes bene denſas. Deinde cũ dicit.

f ¶ Diſtinguit iuſtitiam, & iniuſtitiam. Et primo ponit diuiſionem. Secundo, membra diuiſionis, ibi. { Quia autem auarus &c. } Circa primum tria facit. Primo oſtendit, quòd multiplicitas iniuſtitiæ manifeſtat multiplicitatem iuſtitię. Quia vt in pluribus, conſequens eſt, vt ſi vnum oppoſitorum dicatur multipliciter, & reliquũ. Et ita etiã ſe hẽt de iuſto, & iniuſto. Scđo ibi.

e Multotiens quidem igitur cognoſcitur contrarius habitus a contrario. multotiens autem habitus a ſubiectis. Si enim eſt manifeſta euexia, & cachexia manifeſta fit. Et ex bene habentibus eſt euexia, & ex hac bene habentia. Si enim eſt euexia den- G ſitas carnis, neceſſarium, & cachexiam eſſe raritatem carnis, & bene habens factiuum denſitatis in carne.

f Conſequitur autem vt in multum, ſi alterum multipliciter dicitur, & reliquum multipliciter dici, puta ſi iuſtum, & iniuſtum.

g Videtur autem multipliciter dici iuſtitia, & iniuſtitia Sed propter propinquam eſſe ęquiuocationem ipſarum latet. Et non H quemadmodum in his, quę de longe manifeſta magis. Differentia enim multa, quę ſecundum ideam, puta quoniam vocatur clauis æquiuoce, & quę ſub collo animalium, & qua hoſtia clauduntur.

h Sumatur autem iniuſtus quotiens dicitur. Videtur autem illegalis iniuſtus eſſe, & auarus, & inęqualis. Quare manifeſtum quoniam & iuſtus erit, & lega- I lis, & æqualis. Iuſtum quidem igitur, & legale, & æquale. Iniuſtum autem illegale, & inæquale.

i Quia autem auarus iniuſtus circa bona erit, non omnia, ſed circa quęcũque bona fortunę, & infortunium. Quæ ſunt autem ſimpliciter bona ſemper. alicui autem non ſemper. Homines autem hęc orant, & perſequuntur Oportet autem non, K ſed orare quidem bona ſimpliciter, & ipſis bona eſſe, eligere autem quæ ſibijpſis bona.

k Iniuſtus autem ſemper non plus eligit, ſed & minus in ſimpliciter malis. Sed quoniam videtur, & minus malũ bonũ ali-

g ¶ Oñdit qualis ſit horũ multiplicitas. Et dicit, ꝙ tã iuſtitia, q̃ iniuſtitia põt multipliciter dici, ſed multiplicitas eorũ ẽ latẽs, ꝓpter hoc, qđ ea, q̃ faciũt æquiuocationẽ ſũt ꝓpinqua adinuicem ſecũdũ cõuenientiã ipſorum. In his autẽ, quæ multum diſtãt magis manifeſtatur æquiuocatio, ſi idem nomen eis imponatur, eo quòd in promptu apparet multa differentia ipſorum, quæ eſt ſecundum ideam, ideſt ſecundum propriam rationem propriæ ſpeciei. Sicut nomen clauis æquiuoce dicitur de inſtrumẽto quo clauduntur hoſtia, & de quodam cooperculo, quod cooperit arteriam, quæ eſt in collo animalium. Tertio ibi.

*Sæpe igitur contrarius habitus ex contrario cognoſcitur. ſæpe etiam habitus ex ſubiectis. Nam ſi bona corporis habitudo ſit nota, & ipſa mala corporis habitudo ſit manifeſta. Et ex ijs, quæ bonam habitudinẽ efficiunt corporis ipſa bona habitudo ſit nota, & ex ipſa rurſus ea, quæ faciũt ipſam. Si.n. habitudo bona ſit ſpiſſitas carnis, & malã habitudinẽ raritatẽ eſſe carnis, & id quod efficit habitudinem bonam efficere ſpiſſitatem ĩ carne, neceſſe eſt.*

*At uero plerumque ſequitur, ſi alterum pluribus modis dicatur, & alterum pluribus dici, ut ſi iuſtum, & ipſum iniuſtum.*

*Videtur autem tam iuſtitia, quàm iniuſtitia pluribus modis dici. Sed quia propinqua eſt ipſarum æquiuocatio latet, & non ita uitijs, quæ longe diſtant eſt manifeſta, multum enim talia differunt forma. Patet enim clauem æquiuocæ dici, & eam quæ ſub collo eſt animalium, & eam qua oſtia clauduntur.*

*Sumatur igitur quot iniuſtus dicitur modis. Atq; uidetur iniuſtus ẽe, et qui a legibus exorbitat, & qui plus capit, atque iniquus. Quare patet, & iuſtum eſſe eum, qui legitime facit, & eum qui æquus eſt. Iuſtum ergo eſt quod eſt legitimum, & quod eſt æquum, iniuſtum uero quod eſt contra leges, & quod eſt iniquum.*

*Cum autem iniuſtus, & pluris ſit auidus, non erit ipſe circa omnia bona, ſed circa ea, duntaxat in quibus conſiſtit proſpera fortuna, atque aduerſa, quæ ſimpliciter quidem ſemper ſunt bona, alicui uero non ſemper. Homines autem illa ſibi optant, atque perſequuntur. At non oportet, ſed optare quidem ea, quæ ſunt ſimpliciter bona, & ſibi ipſis eſſe bona, expetere autem ea, quæ ſibiipſis ſunt bona oportet.*

*Iniuſtus autem non ſemper plus, ſed minus etiam expetit in ijs, quæ ſunt ſimpliciter mala. Sed quia uidetur, & minus malum quodammodo bonum*

h ¶ Oſtendit, quot modis prædicta dicãtur, & dicit quòd primo conſiderandum eſt, quotiens dicatur iniuſtus. Dicitur eñ tripliciter, vno modo illegalis, qui ſcilicet facit contra legem. Alio modo dicitur iniuſtus auarus, qui vult plus habere de bonis. Tertio modo dicitur iniuſtus inæqualis, qui ſcilicet vult minus habere de malis. vnde manifeſtũ eſt, ꝙ iuſt⁹ dicet dupliciter. Vno modo dicitur iuſt⁹ legalis, ideſt ille, qui eſt obſeruator legis. Alio modo dicitur iuſtus ęqualis, qui ſcilicet vult æqualiter habere de bonis, & malis. Aequale enim opponitur in vtriq;, ſcilicet & ei quod eſt in plus, & ei quod eſt in minus. Et ex hoc cõcludit ulterius, quòd iuſtũ dicit legale, & æquale, & iniuſtum illegale, & inęquale, inquantum obiecta notificantur per habitus, vt ſupra dictum eſt. Deinde cum dicit.

i ¶ Manifeſtat membra præmiſſæ diuiſionis. Et primo oſtendit, qualiter auarus dicatur iniuſtus. Et dicit, quòd quia auarus qui vult plus habere eſt iniuſtus, conſequens eſt, quòd ſit circa bona, quorum abundantiam homines appetunt. Non tamen circa omnia bona, ſed ſolum circa ea, circa quæ eſt fortunium, & infortunium. Huiuſmodi autem ſimpliciter, ideſt abſolute & ĩ ſe cõſiderata ſũt bona, & nõ ſemper ſunt bona alicui, quia non ſemper ſunt proportionata homini, & non ſemper ei expediunt. Homines autem appetunt hæc a Deo, & ĩ oratiõe, & ſuo deſiderio hoc inquirũt, quaſi ſemp eis eſſet bona. Et ex hoc efficiũt auari, & iniuſti. Nõ ãt ita fieri oportet, ſed oportet orãdo a Deo petere, vt ea quæ ſũt ſ̃m ſe bona, efficiant homini bona, ita ꝙ vnuſquiſq; eligat id qđ eſt ſibi bonũ.ſ. operari recte ſ̃m virtutẽ. Secũdo ibi.

k ¶ Manifeſtat quomodo inæqualis dicatur iniuſtus. Et dicit, ꝙ iniuſtus non ſemper dicitur aliquis, ex eo quòd plus eligit, ſed



ſed ex eo quod minus eligit in his, quæ ſimpliciter, & abſolute A conſiderata ſunt mala, ſicut ſunt labores, inopia, & alia huiuſmodi, ſed quia etiam minus malum videtur aliqualiter eſſe bonum inquantum eſt eligibile, cum auaritia ſit boni, ſicut dictũ eſt, videtur propter hoc, quòd ille, qui appetit minus habere de malo, ſit quodammodo auarus. Sed verius dicitur, quòd ſit inæqualis, quia hoc continet vtrumque, & eſt commune ad plus, & ad minus. Tertio ibi.

l ¶ Manifeſtat quomodo iniuſtus dicitur illegalis. Et dicit quòd etiam illegalis dicitur iniuſtus. Hęc enim illegalitas ſecundum quam dicitur aliquis illegalis, quæ etiã eſt inæqualitas, inquantum homo non adæquatur regulæ regis, cõtinet vniuerſaliter omnẽ iniuſtitiam, & eſt quoddam commune reſpectu omnis iniuſtitiæ, vt infra patebit.

qualiter eſſe, boni autẽ eſt auaritia, propter hoc videtur auarus eſſe. Eſt autem inæqualis. Hoc enim continet, & commune.

l Et illegalis. hæc autem illegalitas, aut inęqualitas continet omnẽ iniuſtitiam, & commune B eſt omni iniuſtitiæ.

*eſſe, & plus habendi cupiditas ipſius eſt boni, fit vt pluris ob idipſum videatur auidus eſſe. Eſt autẽ iniquus, hoc enim continet, & eſt commune.*

*Et legum tranſgreſſor, hæc enim legum tranſgreſſio, ideſt iniquitas, omnem iniuſtitiam continet, & eſt ad iniuſtitiam omnem commune.*

## LECTIO II.

Poſtquam Philoſoph⁹ diſtinxit iuſtitiam, hic determinat de iuſtitia legali. Et primo determiat de ipſo iuſto legali, qđ eſt obiectum legalis iuſtitiæ. Secundo de ipſa legali iuſtitia determinat, ibi. { Ipſa quidem igitur &c. } Circa primum duo facit. Primo oſtendit, quod iuſtum legale determinatur ſecundum legem. Secũdo, oſtendit qualia ſunt illa, quæ lege determinantur, ibi. { Leges autẽ. dicũr &c. } Dicit ergo primo, quòd quia ſupra dictum eſt, quòd illegalis eſt iniuſtus, & legalis eſt iuſtus, maniſeſte conſequitur, quòd omnia legalia ſunt aliqualiter iuſta. Dicit autem aliqualiter, quia omnis lex datur in ordine ad aliquam politiã, nõ autẽ in omni politia eſt ſimpliciter iuſtũ, ſed in quibuſdã eſt iuſtũ ſolũ ſecũdũ quid, vt patet in tertio Politicæ. Nã in politia Democratica, in qua populus totus vult dominari, attenditur iuſtũ ſ̃m quid, ſed nõ ſimpliciter, vt ſcilicet quia oẽs ciuęs ſunt æquales ſ̃m quid, ſcilicet ſecundum libertatem, ideo habeantur ęquales ſimpliciter. Vnde ea quæ ſecundum legem Democraticam ſtatuuntur, nõ ſunt ſimpliciter iuſta, ſed aliqualiter. Dicit autem illa eſſe legalia, quæ ſunt ſtatuta, & determinata per legem poſitiuam, quæ competit legiſlatoribus. Et vnumquodque eorum ſic determinatorum dicitur aliqualiter iuſtum. Deinde cum dicit.

b ¶ Oſtendit qualia ſint, quæ lege ſtatuuntur. Et circa hoc duo facit. Primo, oſtendit cuius finis gratia aliquid lege ſtatuatur. Secundo, oſtendit de quibus aliquid ſtatuatur lege, ibi. { Præcipit autem lex. } Dicit ergo primo, quòd leges de omnibus loquuntur, ſecundum quod poteſt conuinci, ꝙ pertineat ad aliquid vtile communitati. Sicut eſt in rectis politijs, in quibus intenditur bonum commune, vel ad aliquid quod ſit vtile optimis, ideſt aliquibus maioribus de ciuitate, per quos ciuitas regitur, qui & optimates dicuntur, vel ad aliquid vtile dominis, ſicut contingit in politijs, quæ reguntur regibus, vel tyrannis. Semper enim in legibus ferendis attenditur id quod eſt vtile ei, quod eſt principale in ciuitate. Quod autem aliqui habeantur, vt optimi, vel vt dominantes, contingit quidẽ vel ſecundum virtutem ſicut in Ariſtocratica politia, ĩ qua aliqui propter virtutem principantur, vel ſecundum aliquẽ alium modum, puta in politia Oligarchica, in qua aliqui pauci principãtur ꝓpter diuitias, vel potentiam. Et quia omnis vtilitas humana finaliter ordinatur ad fœlicitatem, manifeſtum eſt, quòd ſecũdum vnum modum iuſta legalia dicũtur ea, quæ ſunt factiua fœlicitatis, & particularum ipſius.i. eorũ q̃ ad fœlicitatem ordinantur, vel principaliter ſicut virtutes, vel inſtrumentaliter, ſicut diuitiæ, & alia huiuſmodi exteriora bona, & hoc per cõparationẽ ad cõmunitatem politicam, ad quã reſpicit legis poſitio. Deinde cum dicit.

c ¶ Oſtendit de quibus aliquid lege ſtatuatur. Et dicit, quòd lex præcipit ea, quę pertinẽt ad ſingulas virtutes Præcipit eñ facere opera fortitudinis, puta cum præcipit, quòd miles nõ derelinquat aciem, & quòd non fugiat, neque proijciat arma. Similiter etiam præcipit ea, quæ pertinent ad temperantiam, puta cum præcipit, quòd null⁹ mæchetur, & quod nullus faciat mulieri aliqđ cõuitiũ in propria ꝑſona. Et ſimiliter ꝑcipit ea, q̃ pertinẽt ad mãſuętudinẽ, ſicut cũ ꝑcipit, ꝙ vnus non percutiat aliũ ex ira, & quòd non contendat cum eo, opprobria inferendo. Et ſimiliter eſt de alijs virtutibus quarũ actus lex iubet, & de alijs malitijs, quarũ actus prohibet. Et ſi quidẽ lex recte ponatur ad hoc dicẽ lex recta, alias vero dicitur lex apoſchediaſmenos, ab a, quod eſt ſine, & poſchedias, quod eſt ſcientia, & menos, ꝙ eſt ꝑſcrutatio, quaſi lex poſita ſine perſcrutatione ſcientiæ, vel ſchedos, qđ dicitur dictamẽ ex improuiſo æditum, inde ſchediazo.i. ex improuiſo aliquid facio, vnde poteſt dici lex apoſchediaſmenos, ideſt quę caret debita prouidentia. Deinde cum dicit.

d ¶ Determinat qualis ſit iuſtitia legalis. Et circa hoc duo facit. Primo, oſtendit conditionem legalis iuſtitiæ. Secundo oſtendit, qualiter legalis iuſtitia ſe habeat ad virtutes, ibi. { Iniuſtitia. } Dicit ergo primo, quòd ipſa iuſtitia eſt quædã virtus perfecta non ſimpliciter, ſed in comparatione ad alterum

Q Via autem illegalis iniuſtus erat, legalis autem iuſtus, manifeſtum quoniam omnia legalia ſunt ęqualiter iuſta. Determinata autem a lege poſitiua, legalia ſunt. Et vnumquodque horum legaliũ C iuſtum eſſe dicimus.

b Leges autem dicũtur de omnibus coniectantes, vel communiter conferentes omnibus, uel optimis, vel dominis. vel ſecundum virtutem, vel ſecũdum aliquem modum alium. Quare ſecundum vnum quidem modũ iuſta dicim⁹ factiua, & cõſeruatiua fœlicitatis, & particularũ ipſi⁹ politica communicatiõe.

c Præcipit autem lex, & fortis opera facere, puta non derelin- D quere aciem, neq; abijcere arma, & quæ temperati, puta non męchari, neq; cõuitiari, & quæ manſueti, puta non percutere, neque contendere. Similiter autem, & ſecundum alias virtutes, & malitias. Hæc autem quidem iubens, hæc autem prohibens. Recta quidem eſt poſita recte. Deterior autem apoſchediaſmenos.

d Ipſa quidẽ igitur iuſtitia virtus quidem eſt perfecta, ſed E

## LECTIO II.

*CVm autem legum tranſgreſſor ſit iniuſtus, qui vero legitime facit iuſtus, conſtat omnia legitima eſſe quodammodo iuſta. Ea namque, quæ a facultate ferendarum legum ſunt diffinita, legitima ſunt, & horum vnumquodque iuſtum dicimus eſſe.*

*Ipſæ autem leges de omnibus dictant, coniectantes, aut communem omnium vtilitatem, aut optimorum, aut principum, vel virtute, vel aliquo alio tali modo. Quare, vno modo dicimus iuſta ea, quæ fœlicitatem eiuſque partes ſocietati ciuili efficiunt, & conſeruant.*

*Præcipit autem lex, & ea agere, quæ ad virum pertinent fortem, vt nõ deſerere locum in acie, non fugere, non abijcere arma. Et item ea, quæ ſunt temperantis, vt non committere adulterium, non libidine vti. Et etiã ea quæ ſunt manſueti, ut non pulſare, non conuitia dicere. Et in cæteris identidem uirtutibus, atque uitiis alia iubens, alia uetans. Recte quidem ea quæ recte poſita eſt, deterius autẽ ea, quæ inconſulte eſt exarata.*

*Hæc igitur iuſtitia perfecta quidem eſt virtus, at non abſolute, ſed ad*


alterum

alterum. Et quia eſſe perfectum non ſolum ſecundum ſe, ſed in comparatione ad alterum potius eſt, propter hoc multotiens dicitur, quòd hæc iuſtitia ſit præclariſſima inter omnes virtutes, & prouerbium inde ſumitur, quòd neque heſperus, ideſt ſtella præclariſſima veſpertina, neque lucifer, ideſt ſtella præclariſſima matutina ita fulget ſicut iuſtitia. Deinde cum dicit.

e ¶ Oſtendit ex hoc quod dictum eſt qualiter iuſtitia legalis ſe habeat ad virtutes. Et circa hoc tria facit. Primo proponit, qđ intendit. Secundo, manifeſtat ꝓpoſitũ, ibi. Perfecta autẽ eſt &c.} Tertio, determinat quoddam quod poterat eſſe dubium ex dictis, ibi. {Quid autem differt virtus &c.} Dicit ergo primo, quòd quia iuſtitia legalis cõſiſtit in vſu virtutis, quæ eſt ad alterum, & ſecundum omnem virtutẽ de qua lex præcipit, inde eſt, quòd in ipſa iuſtitia ſimul comprehenditur omnis virtus, & ipſa etiam eſt virtus maxime perfecta. Deinde cũ dicit.

f ¶ Oſtendit quod propoſitum eſt. Et primo, quòd iuſtitia legalis ſit virtus maxime perfecta. Secũdo, quòd comprehẽdat omnem virtutẽ, ibi. {Hæc quidẽ igitur iuſtitia &c.} Dicit ergo primo, quòd ideo iuſtitia legalis eſt ꝑfecta virtus, qa ille, qui habet hanc virtutem, poteſt vti virtute, ad alterum, & non ſolum ad ſeipſum, quod quidẽ nõ cõuenit omnibus virtuoſis. Multi enim poſſunt vti virtute ĩ proprijs, qui non poſſunt ea vti in his, quę ſunt ad alterum. Et ad præmiſſorum manifeſtationem inducit duo, quę communiter dicuntur, ſiue prouerbialiter. Bias enim, qui fuit vnus de ſeptem ſapientibꝰ dixit, quòd principatus oſtendit virum, vtrum, ſcilicet ſit perfectus, vel inſufficiẽs. Ille enim, q eſt princeps iam ſe habet in communicatione ad alterum, quia ad eũ ꝑtinet diſponere ea, quę ordinantur ad bonum commune. Et ita ex hoc habetur, quòd perfectio virtutis oſtenditur ex hoc, quòd vnus ſe habet ad alterum. Aliud autem prouerbialiter dictum, inducit ad oſtendendum, quòd iuſtitia legalis ſit ad alterum. Propter hoc enim ſola iuſtitia videtur eſſe alienum bonum, quod eſt ad alterum, inquantum operari intendit ea, quę ſunt vtilia alteri, ſcilicet vt ipſi communitati, vel principi communitatis, alię vero virtutes intendunt operari bonum proprium, puta Tem-

F perantia intendit quietare animum a turpibus concupiſcentijs. Et idem eſt in alijs virtutibus: concludit ergo, quòd ſicut peſſimus eſt ille, qui vtitur malitia, non ſolum ad ſeipſum, ſed etiam ad amicos, ita optimus dicitur ille, qui vtitur uirtute, non ſolum ad ſeipſum, ſed etiam in comparatione ad alterum. Hoc enim maxime eſt difficile. Sic igitur patet, quòd iuſtus legalis eſt optimus, & iuſtitia legalis eſt perfectiſſima virtus. Deinde cum dicit.

g ¶ Concludit, ꝙ iuſtitia legalis includit omnem uirtutẽ. Ad eam enim pertinet uti uirtute ad alium. Qualibet autem uirtute poteſt aliquis uti ad alterum. Vnde manifeſtum eſt, quòd iuſtitia legalis nõ eſt quædam particularis uirtus, ſed ad eam pertinet tota uirtus. Neque contraria malitia eſt pars malitiæ, ſed tota malitia, quia ſimiliter qualibet malitia poteſt homo vti ad alterum. Deinde cum dicit.

h ¶ Manifeſtat qđdam quod poſſet eſſe dubium circa præmiſſa. Et dicit, quòd ex dictis manifeſtum eſt, in quo differunt uirtus, & iuſtitia legalis, quia ſecundum ſubſtantiam eſt eadem, ſed ſecundũ rationem non eſt idem, ſed per comparationem ad alterum dicitur iuſtitia, inquantum autẽ eſt habitus operatiuus talis boni, eſt ſimpliciter uirtus. Hoc autem intelligendum eſt quantum ad ipſum actum iuſtitiæ, & uirtutis. Actus enim idem ſubiecto producitur a iuſtitia legali, & a uirtute ſimpliciter dicta, puta non mæchari, tamen ſecundum aliã, & aliam rationem. Verum, quia ubi eſt ſpecialis ratio obiecti etiam in materia generali, oportet eſſe ſpecialem habitum, inde eſt, quòd ipſa iuſtitia legalis eſt determinata uirtus, habẽs ſpeciẽ ex hoc, quòd intendit ad bonum commune.

non ſimpliciter, ſed ad alterũ. Et propter hoc multotiens prę clariſsima virtutum eſſe videtur iuſtitia, & neque heſperus, neque lucifer ita admirabilis. Et propter hoc prouerbium dicentes, aimus.

*alium, atque ob idipſum iuſtitia præclariſſima perſepe uirtutum eſſe videtur, & neque eſt Heſperus ita, neq; lucifer admirabilis. Et prouerbio dicere conſueuimus.*

e In iuſtitia autem ſimul omnis virtus eſt, & perfecta maxime virtus, quoniam perfectę virtutis vſus eſt.

G *Iuſtitia in ſeſe uirtutes continet omnes. Atque perfecta maxime uirtus eſt, quia perfectæ virtutis eſt vſus.*

f Perfecta autem eſt, quoniam habens ipſam ad alterum poteſt virtute vti, ſed nõ ſolum ad ſeipſum. Multi enim in proprijs quidem virtute poſſunt vti. In his autem, quæ ad alterum non poſſunt. Et propter hoc bene videtur habere hoc Biantis, quoniam Principatus virum oſtendit. Ad alterum enim, & in cõmunicatione iam princeps. Propter hoc autem ipſum, & alienũ bonum videtur eſſe iuſtitia ſola virtutum, quoniam ad alterum eſt. Alij autem conferentia operatur, vel principi, vel communi. Peſsimus quidem igitur, qui ad ſeipſum, & ad amicos vtitur malitia. Optimus autem, nõ qui ad ſeipſum virtute, ſed qui ad alterum. Hoc enim opus difficile.

*Idque eſt ex eo, quia non ad ſe ſolum, ſed ad alium etiam is, qui ipſam habet uti uirtute poteſt. Complures enim in propriis quidem uti uirtute poſſunt, ſed in iis, quæ ſunt ad alium nequeunt. Et propterea ſententia Biantis illa bene ſeſe habet. Magiſtratus uirum oſtendet. Ad alium enim eſt,* H *& in ſocietate iam ipſe magiſtratus cõſiſtit. Ob id autem ipſum, & alienum bonũ ipſa iuſtitia ſola ex omnibus uirtutibus, & habetur, & eſt, cum ſit ad alium. Agit enim ea quæ alii, uel principi, uel reipublicæ conferunt, Peſſimus eſt qui ad ſeipſum, & ad amicos utitur prauitate. Optimus autem non qui ad ſeipſum, ſed qui ad alium utitur ipſa uirtute, hoc enim eſt opus difficile.*

g Hęc quidem igitur iuſtitia, non pars virtutis, ſed tota virtus eſt, neque contraria, iniuſtitia pars malitię, ſed tota malitia.

I *Hæc igitur iuſtitia non pars uirtutis, ſed tota eſt uirtus. Similiter, & iniuſtitia huic contraria non uitii pars, totum uitium eſt.*

h Quid autem differt virtus, & iuſtitia hoc manifeſtum ex his, quę dicta ſunt. Eſt quidẽ enim eadem eſſe ſubiecto, ratione autem non idem, ſed ſecundum quòd ad alterum quidem iuſtitia, ſecundum autem quòd talis habitus, ſimpliciter virtus.

*Quid autem intereſt inter hanc iuſtitiam, & uirtutem, ex iis quæ diximus innoteſcit, ſunt enim idem, eſſe autem non eſt idem. Sed quo quidem eſt ad alium eſt iuſtitia, quo uero* K *talis eſt habitus, ſimpliciter uirtus.*

## LECTIO III.

Q Værimus autem eã, quę in parte virtutis iuſtitiam. Eſt. n. quædam vt

## LECTIO III.

*Q Værimus eam iuſtitiam, quæ uirtutis eſt pars. Eſt. n. quædam ut diximus. Et item*

## LECTIO III.

P Oſtquam Philoſophus oſtendit qualis ſit iuſtitia legalis, quæ eſt communis uirtus, hic oſtendit, quòd præter eam eſt quædam particularis iuſtitia. Et circa hoc tria facit. Primo proponit, quod intendit. Secũdo oſtendit propoſitum, ibi. {Signum autẽ &c.} Tertio epilogat quæ



quæ dicta ſunt, & oſtendit, quæ reſtant dicenda, ibi. {Quot A quidem igitur ſunt iuſtitiæ, &c.} Dicit ergo primo, ꝙ cum iuſtitia legalis ſit communis virtus, non eam nunc principaliter quærimus, ſed illam, quæ eſt pars totius virtutis, ſicut quædam particularis virtus Eſt enim quædam talis iuſtitia ſicut communiter dicitur. Et ſimiliter etiam intendimus de iniuſtitia particulari. Deinde cũ dicit.

b ¶ Oſtendit propoſitum. Et circa hoc duo facit. Primo oſtẽdit, ꝙ pręter iuſtitiã legalem, quę eſt omnis virtus, eſt quædã iuſtitia, quæ eſt particularis virtus. Secundo aſſignat rõnẽ quare cõmunicat in nomine cum iuſtitia legali, ibi. {Vniuoca quoniam diffinitio, &c.} Circa quod conſiderandum eſt, ꝙ ad oſtendendũ eſſe quãdam iuſtitiam, quæ eſt particularis virtus, aſſumit probandum, ꝙ eſt quędam iniuſtitia, quæ ẽ particularis malitia. Nã ſupra dictum eſt, ꝙ habitus ex cõtrariis manifeſtantur. Inducit autem ad hoc tres rationes. Quarũ prima ſumitur ſecundũ ſeparationem iniuſtitię ab aliis malitiis, inquantum ſcilicet, iniuſtitia inuenitur ſine aliis malitiis, & econuerſo. Ex quo patet, ꝙ iniuſtitia eſt quædam particularis malitia ab aliis diſtincta. Dicit ergo, ꝙ hoc ſignum habemus, ꝙ ſit quædam particularis iuſtitia, & iniuſtitia, quia ille qui operatur ſecũdum alias particulares malitias facit quidem iniuſte ſecundum iniuſtitiã legalem, non tamen facit auare, vt ſcilicet aliqđ accipiat de alieno, ſicut cum aliquis miles abiiciat clypeũ in bello propter timiditatem, vel qui alicui dicit opprobriũ propter irã, vel qui non preſtitit auxiliũ amico ſuo ĩ pecuniis propter vitium illiberalitatis. Et ſic aliæ malitiæ poſſunt eſſe ſine auaritia, quæ eſt ſpecialis iniuſtitia. Quandoque autem eſt econuerſo, ꝙ aliquis peccat per auaritiam tollendo aliena, & tamen non peccat, ſm vnam aliquam aliarum malitiarum, neque ſecundum omnes, & tamen peccat ſecundum quandam malitiam. Quod patet, quia propter hoc vituperatur, quaſi iniuſtus. Vnde patet, ꝙ eſt quædam alia iuſtitia, quæ eſt pars virtutis, ſicut quædã ſpecialis virtus. Et ſic etiã patet, quòd eſt quoddã iniuſtum, quod eſt pars iniuſti legalis, quod eſt cõe iniuſtum. Secundã rationẽ ponit ibi.

c ¶ Quæ ſumitur ex ordine ad finem. Manifeſtum eſt enim, ꝙ ſi actus vitii, vel malitiæ ordinetur ad alium finem indebitũ, ex hoc ipſo ſortitur quandam nouam ſpeciem malitiæ. Sit ergo aliquis, qui adulterium committit cauſa lucri, vt ſcilicet ſpoliet mulierem, vel qualitercumq; ab ea accipiat. Contingit etiã

A quandoque, ꝙ aliquis abſolute adulterium committit propter concupiſcentiam, non quidem vt lucretur, ſed magis apponit de ſuo, & in rebus ſuis patitur iacturam, talis proprie videtur eſſe luxurioſus per ſe loquendo, quia vitium luxuriæ, proprie ordinatur ad ſatisfactionem concupiſcentiæ. Ille autẽ, qui mæchatũ vt accipiat aliena, nõ videtur eſſe luxurioſus per ſe loquẽdo, quia non intendit luxuriæ finem, ſed magis videtur eſſe iniuſtus, quia propter lucrum cõtra iuſtitiam fecit. Sic ergo patet, ꝙ iniuſtitia eſt quædam ſpecialis malitia. Tertiam rationem ponit ibi.

d ¶ Et ſumitur per comparationẽ ad iuſtitiam legalem. Sicut enim nihil eſt in genere, quod non ſit in aliqua ſpecie, ita omne, quod ſit ſecũdum iniuſtitiam legalẽ reducitur ad quandam particularẽ malitiam. Si aliquis fecit contra iuſtitiã legalem męchãdo, hoc refertur ad vitium luxuriæ. Si autem aliquis miles ĩ bello dereliquit ducẽ exercitus, inducitur hoc ad malitiam timiditatis. Si autem inordinate percuſſit proximum, hoc reducitur ad malitiam iræ. Si vero aliquis inordinate lucratus ẽ ſurripiens aliena, hoc non reducitur ad aliquam aliam malitiã, ſed ad ſolam iniuſtitiam. Vnde relinquitur, ꝙ ſit quædam iniuſtitia particularis, pręter aliam iniuſtitiam, quę eſt tota malitia. Et eadem ratione ẽ alia iuſtitia particularis præter iuſtitiam legalem, quę ẽ tota virtus. Deinde cum dicit.

e ¶ Oſtendit quare huiuſmodi particularis virtus etiam iuſtitia nominetur. Et circa hoc duo facit. Primo enim aſſignat rationem huius ex conuenientia particularis iuſtitiæ cũ legali. Secundo, oſtẽdit differentiam inter ea, ibi. {Si hoc quidem, &c.} Dicit ergo primo, ꝙ iuſtitia particularis eſt vniuoca, ideſt cõueniens in nomine cum legali. Et hoc quidem, quia conueniunt in diffinitione, ſecundum idem genus, inquantum vtraque eſt in eo, quod eſt ad alterum, licet iuſtitia legalis attendatur in ordine ad aliquid, qđ eſt bonum commune, iuſtitia autem particularis ordinatur ad alterum, quod pertinet ad aliquam perſonam priuatam. Deinde cum dicit,

f ¶ Oſtendit differentiam vtriuſque iuſtitiæ, & iniuſtitiæ ex parte materiæ: Et dicit, ꝙ iuſtitia particularis eſt circa illa, ſecũdum quæ attenditur communicatio inter homines, ſicut honor, & pecunia, & ea quæ pertinent ad ſalutem, vel diſpendiũ corporis, & circa alia huiuſmodi. Eſt etiam particularis iuſtitia non ſolum circa res exteriores, ſed propter delectationem, quæ conſequitur

dicimus. Similiter autem, & de iuſtitia, quæ ſecundum partem.

*iniuſtitiam eam, quæ pars uitii quædam eſt.*

b Signum autem, quoniam eſt ſecundum alias quidẽ enim malitias, qui operatur iniuſte quidem facit auare, facit autem nihil, puta qui abiecit clypeum ꝓpter timorem, vel qui maledixit ꝓpter iram vel qui nõ adiuuit pecuniis propter illiberalitatem. Quando autem auare facit multotiens, neque ſecundũ vnam talium, ſed tamen neque ſecundum omnes, ſecundũ malitiam autem quandam. Vituperamus enim, & ſecundum iuſtitiam. Eſt ergo alia quędam iniuſtitia, vt pars quædã totius, & iniuſtũ quoddã in parte totius iniuſti eius qđ eſt præter legẽ.

*Eſſe autem hanc iniuſtitiam hoc indicat ſignum. Qui namque cæteris uitiis operatur iniuriam quidem facit, at non plus capit, ut qui clypeum timiditate proiecit, aut qui conuitia ob iracundiam dixit, aut qui non attulit* B *ob illiberalitatem per pecunias opem. At cum quiſpiam ſepe plus capit, nullo tum eiuſmodi uitio is operatur, nec etiam uniuerſis, aliqua autem prauitate. Vituperamus enim illum atque ob iniuſtitiam. Eſt ergo alia quædam, & iniuſtitia, ut pars totius iniuſtitiæ quædam, & iniuſtum itidem quoddam, ut pars totius iniuſti, quod quidem eſt præter legem.*

c Adhuc ſi hic quidẽ lucrandi gratia mæchatũ & accipiat. Hic autem apponens, & iacturã patiens propter cõcupiſcentiam. Iſte quidem luxurioſus videtur vtiq; eſſe magis quàm auarus. Ille autẽ iniuſtus, luxurioſus autem non. Manifeſtum enim ergo, quoniam propter lucrari.

*Præterea ſi quidam lucrandi cau-* C *ſa facit adulterium, atque pecunias accipit, quidam erogat damnumque patitur ob cupiditatem. Hic quidem intemperans potius quàm pluris auidus, ille autem iniuſtus, ſed non intemperans eſſe uidebitur. Patet ergo talem illum uideri, quia lucratur.*

d Adhuc circa alias quidẽ omnes iuſtificationes ſit relatio ad quandam malitiam ſemper. Puta ſi mæchatus eſt ad luxuriam. Si derelinquit ducem exercitus ad timiditatem. Si percuſſit ad iram. Si autem lucratus eſt, neque ad vnam malitiam, ſed vel ad iniuſtitiam. Quare manifeſtum, quòd iuſtitia præter totam alia in parte.

*Inſuper aliæ quidem omnes iniuriæ ad aliquod ſemper uitium redigũtur, ut ſi commiſerit quiſpiam adulterium ad intemperantiam. Si deſerue-* D *rit in acie ſocium ad timiditatem. Si pulſauerit quempiam ad iracundiam. Sed ſi lucratus fuerit ad nullam aliam prauitatem, quàm ad iniuſtitiam ipſã refertur. Quare perſpicuum eſt præter totam, aliam eſſe quandam iniuſtitiam, ut partem.*

e Vniuoca aũt qm̃ diffinitio in eodẽ genere. Ambę. n. in eo ꝙ ad alterũ habent potentiam.

*Vniuocam, quia definitio genere eſt in eodem. Ambæ namque id poſſunt, ut ſint ad alium.*

f Sed hęc quidem circa honorem, vel pecunias, vel ſalutẽ, vel ſi quodã habeamus vno nomi-

*Verum hæc quidem circa honorẽ uerſatur, uel pecunias, uel ſalutem, uel ſi quo uno nomine complecti hæc* E

conſequitur ex lucro, per quod ſcilicet aliquis accipit aliena vltra, q̃ debeat. Sed iuſtitia legalis, & iniuſtitia eſt vniuerſaliter circa totam materiam moralem, qualitercumq; poteſt dici aliquis circa aliquid ſtudioſus, vel virtuoſus. Deinde cum dicit.

g ¶ Epilogat, quæ dicta ſunt, & oſtendit quid reſtat dicendū. Et primo, proponit hoc in generali. Secundo reſumit in ſpeciali, ibi. {Determinatum eſt vtique, &c.} Dicitur ergo primo, quòd manifeſtum eſt ex præmiſſis, quòd ſunt plures iuſtitiæ, ſcilicet legalis, & æqualis, & ꝙ præter iuſtitiam legalem quę eſt tota virtus, eſt quædam alia particularis iuſtitia. Sed q̃, & qualis ſit poſterius determinãdū eſt. Deinde cū dicit.

h ¶ Oſtendit in particulari, quid ſit dictum, & quid reſtat dicendum. Et primo reſumit hoc, quod dictum eſt de diuiſione iuſtitiæ, & iniuſtitię. Et dicit, quòd determinatum eſt, quòd iniuſtū dicitur illegale, & inæquale, ſiue in plus, ſiue in minus. Sed iuſtum ecõtrario dicit legale, & æquale. Secundo ibi.

i ¶ Reſumit, quod dixit, ſcilicet, ꝙ ſicut duplex eſt iuſtum, ita duplex eſt iuſtitia. Et dicit, ꝙ ſecundum iniuſtū illegale eſt quædã iniuſtitia, de qua ſupra dictum eſt, quę eſt omnis malitia. Et ſimiliter ſecundū iuſtum legale eſt quædam iuſtitia legalis, quæ eſt omnis virt⁹: ſed quia iniuſtum inæquale, & iniuſtum illegale non ſunt pœnitus idem, ſed alterum ſe habet ad alterum, vt pars ad totū ita ſcilicet, ꝙ omne iniuſtum inęquale ē illegale, ſed non conuertitur, & iterū omne quod ſe habet in plus eſt inæquale, ſed non cõuertitur, quia eſt etiam quædam iniuſtitia illegalis, in hoc, ꝙ eſt habere minus de malo. Quia (inquam) vnum iniuſtum eſt pars alterius iniuſti, & non ſunt pœnitus idem, ideo ſimiliter iniuſtitia, q̃ dicitur inæqualitas, non eſt pœnitus idē cum iniuſtitia illegali, ſed cõparatur ad ipſam, vt pars ad totum, & ſimiliter iuſtitia æqualitatis comparatur ad iuſtitiã legalem. Tertio ibi.

ne comprehendere hæc omnia, vel propter delectationem, quę a lucro. Hæc autē circa omnia circa quæcumque ſtudioſius.

g Quoniam quidē igitur ſunt iuſtitiæ plures, & quoniã eſt quę dam altera præter totam virtutem manifeſtum eſt. Quæ autē & qualis quædam, ſumendum.

h Determinatum eſt vtique iniuſtum, & illegale, & inęquale. Iuſtum autem, & legale, & æquale.

i Secundum quidem igitur illégale prius dicta iniuſtitia eſt. Quia autē inæquale, & plus nõ idem, ſed alterum, vt pars ad totum. Inęquale enim omne illegale, illegale autem non omne inęquale. plus quidē igitur omne inęquale. Inæquale autē non omne plus, & iniuſtum, & iniuſtitia non eadem, ſed altera ab illis, hæc quidem vt partes, hæc vt tota. Pars enim hęc iniuſtitia totius iniuſtitiæ. Similiter autē, & iuſtitia iuſtitię.

k Quare de ea, quę in parte iuſtitia, & de ea, quæ in parte iniuſtitia dicendum, & de iuſto, & de iniuſto ſimiliter.

l Secundum quidem igitur totam virtutem ordinata iuſtitia & iniuſtitia, hęc quidem totius virtutis exiſtens vſus ad alium, hęc autem malitiæ dimittatur, & iuſtum, & iniuſtum. Secundū has enim manifeſtum quomodo determinandum. Fere enim multa legalium tota virtute p̃cepta ſunt. Secundū vnamquãque enim virtutem præcipit viuere, & ſecundum vnamquamque malitiam prohibet lex.

m Factiua autē totius virtutis ſunt legalium quæcumque lege poſita ſunt circa diſciplinã, quę ad cõe. De ea autem quę ſecundum vnamquamque diſciplinã ſecūdum quam ſimpliciter vir bonus eſt, vtrū politicæ eſt, vel alterius, poſterius determinandum. Non enim forte idem, & viro bono eſſe, & ciui omni.

*uniuerſa poſſumus, & circa uoluptatem, quæ ſit a lucro. Illa uero circa omnia ea, in quibus ſtudioſus uerſatur.*

*Iuſtitias igitur eſſe plures, & aliã quandam eſſe præter ipſam totam uirtutem, perſpicuum iam euaſit.* G *Sed quæ nam ſit, & qualis ſumamus deinceps oportet.*

*Determinatum eſt itaque iniuſtum quidem eſſe, quod eſt contra leges, & quod eſt iniquum. Iuſtū autem, quod eſt legitimum, & quod eſt æquum.*

*Iniuſtitia igitur antea dicta eſt, a qua proficiſcitur id iniuſtū, quod contra leges dicimus eſſe. At cum iniquū & plus non eadem ſunt, ſed alterum ſeſe habeat ad alterum, ut pars ſe habet ad totum.* H *Omne namque plus eſt iniquum, ſed non omne iniquum eſt plus. Iniuſtum etiam, & iniuſtitia nõ eadem ſunt, ſed diuerſa ab illis, & hæc ſunt ut partes, illa ut tota. Hæc enim iniuſtitia totius ē iniuſtitiæ pars, & iuſtitia iuſtitiæ ſimili modo.*

*Quare de iuſtitia, quæ quidem eſt pars, & de iniuſtitia ſimiliter eſt dicendum, & de iuſto etiam, & de iniuſto.* I

*Ea igitur iuſtitia, quæ perinde atque tota uirtus eſt ordinata, & ea iniuſtitia, quæ aduerſatur illi, quarum altera uirtutis, altera uitii totius ad aliū uſus eſt, omittatur, & iuſtum id, & iniuſtum quod ad has attinet, patet quonam ſit modo definiendum. Et enim pleraque legittima ea fere ſunt, quæ a tota uirtute aguntur. Lex enim iubet uniuſcuiuſque uirtutis uiuere ratione,* K *& uetat uitii cuiuſuis uiuere modo.*

*Necnon legitima, quæ ad publicam pertinent diſciplinam ea ſunt, quæ uirtutem totam efficere poſſunt. Sed de ſingulorum diſciplina, qua quidem uir bonus eſt abſolute, utrum ſit ciuilis, an ad aliam facultatem pertineat, determinabitur poſtea. Non eſt enim idem fortaſſe uirum eſſe bonum & ciuem bonum.*

F k ¶ Oſtendit de qua horum ſit agendum. Et circa hoc tria facit. Primo dicit, quod agendum eſt infra de iuſtitia particulari, ſimiliter de iuſto, & iniuſto particulariter dicto. Secundo ibi.

l ¶ Oſtendit, ꝙ non eſt hic agendum de iuſtitia legali. Et dicit, ꝙ dimittenda eſt ad præſens iuſtitia legalis, quæ ordinatur ſecundum totam virtutem, inquantum ad eam pertinet vſus toti⁹ virtutis ad aliū. Et ſimiliter dimittēda ē iuſtitia ei oppoſita, inquantum ad eam pertinet vſus totius malitiæ. Manifeſtum eſt enim, quomodo debeat determinari, id quod dicitur iuſtum, vel iniuſtum, ſecundum huiuſmodi iuſtitiã, vel iniuſtitiam, quia ea ſunt, q̃ determinãtur lege. Maior.n. pars legaliū præceptorū pręcipiuntur, ſecūdum ꝙ conueniunt toti virtuti, inquantum ſcilicet lex præcipit viuere, ſecundū quã cumque virtutem, & prohibet viuere, ſecundum quamcumque malitiam. Sunt vero quædã lege determinata, quæ non pertinent directe ad vſus alicuius virtutis ſed ad aliquam diſpoſitionem exteriorum bonorū. Tertio ibi.

m ¶ Mouet quandam dubitationem. Eſt enim manifeſtū, ꝙ illa quæ ſunt lege poſita, ſunt factiua totius virtutis, ſecūdum ſuam diſciplinã qua inſtruitur homo in ordine ad bonum commune. Eſt autē quædam alia diſciplina ſecundum quam inſtruitur homo ad actus virtutis, ſecundum quod competit ſingulariter ſibi.ſ. ad proprium bonum, inquantum per hoc homo efficitur bonus ĩ ſeipſo. Poteſt ergo eſſe dubitatio, vtrū huiuſmodi diſciplina p̃tineat ad Politicam, vel ad aliquam aliã ſcientiã. Et hoc dicit, poſterius eſſe determinandum, ſ. in lib. Politicæ in tertio.n. lib. Politicæ oſtenditur, ꝙ non eſt idē ſimpliciter eſſe virū bonum, & eſſe ciuē bonum, ſ̃m quãcumq; Politiam. Sunt enim quædam Politiæ, nõ rectæ, ſ̃m quas aliqs poteſt eſſe ciuis bonus, qui nõ eſt vir bonus, ſed ſ̃m optimã Politiã non eſt aliquis ciuis bonus, qui non eſt vir bonus.





## LECTIO IIII.

Poſtquàm Philoſophus diſtinxit iuſtitiam particularem a iuſtitia legali, hic incipit de iuſtitia particulari determinare prætermiſſa legali. Et diuiditur in partes duas. In prima determinat de iuſtitia particulari, in communi per comparationem ad proprium obiectum. In ſecunda ad ſubiectum applicãdo, ibi. {Quia aūt iniuſtum facientem, &c.} Circa primum duo facit. Primo diuidit iuſtitiam particularē. Secundò oſtendit qualiter in ea accipiatur medium, ibi. {Quia autem, & iniuſtus inęqualiter, &c.} Circa primum tria facit. Primo ponit vnã ſpeciem particularis iuſtitiæ. Et dicit, quòd vna ſpecies eius, & ſimiliter iuſti, ꝙ ſecundum ipſam dicitur, ē illa, quæ conſiſtit in diſtributionibus aliquorum communiū, quæ ſunt diuidenda inter eos, qui cõmunicant ciuili communicatione, ſiue ſit honor, ſiue ſit pecunia, vel quicquid aliud ad bona exteriora pertinens, vel etiã ad mala, ſicut labor, expenſę, & ſimilia. Et quòd hoc pertineat ad particularem iuſtitiã p̃bat, quia in talibus contingit accipere unius ad alterū æqualitatem, vel inæqualitatem, quæ pertinēt ad iuſtitiam, vel iniuſtitiam particularē vt ſupra dictum eſt. Secundo ibi.

b ¶ Ponit ſecundã ſpē particularis iuſtitię. Et dicit, ꝙ vna alia ſpecies particularis iuſtitiæ eſt, quæ conſtituit rectitudinem iuſtitię in commutationibus, ſecūdum quas transfert aliquid ab vno in alterum, ſicut prima ſpecies iuſtitiæ attendebatur, ſecundū quod transfertur aliquid a communi ad ſingulos. Tertio ibi.

c ¶ Subdiuidit iuſtitiam commutatiuam, ſecundum differentiam commutationum. Et hoc dupliciter. Primo enim dicit, ꝙ iuſtitię commutatiuæ ſunt duæ partes, eo ꝙ duo ſunt genera commutationum. Quædam enim ſunt voluntariæ, quędam inuoluntariæ. Dicuntur autem voluntariæ, propter hoc, ꝙ principium commutationis eſt voluntarium ex vtraque parte, ſicut patet in vendicione, & emptione, quibus vnus transfert dominium rei ſuæ in alterum propter præcium inde acceptum. Et in permutatione ſecundum quam aliquis tradit rem ſuam alteri, vt æquale recipiat. Et in fideiuſſione per quam aliquis voluntarie ſe conſtituit debitorem pro alio. Et in vſu, quo aliquis vſum rei ſuę alteri gratis concedit, reſeruato ſibi dominio rei. Et in depoſitione, per quam, ſcilicet aliquis deponit rem ſuam apud aliū in cuſtodiam. Et in cõductione per quam aliquis vſum rei alienæ accepit pro præcio. Secundo ibi.

d ¶ Subdiuidit alterum membrum commutationum. Et dicit, ꝙ inuoluntariarū commutationum quædam ſunt occultæ ſicut furtum, quo accipit aliquis rem alterius eo inuito. Mechia,

A ideſt adulterium, quo aliquis occulte accedit ad vxorem alterius. Veneficium, quando ſcilicet aliquis occulte alteri venenū procurat, vel ad occidendum, vel ad ledendum qualitercumq; Vnde & magis venefici dicuntur, inquantum per aliqua maleficia occulte homicidium ſiue nocumenta procurant. Paragogia, ideſt deriuatio, vel deductio, puta cum aliquis occulte dirigit aquã alterius ad alium locum. Serui ſeductio, cum aliquis ſcilicet ſeruum alterius ſeducit, vt a domino ſuo fugiat. Doloſa occiſio, quæ ſcilicet fit per vulnera fraudulenter illata. Falſum teſtimoniū quo ſcilicet aliqs veritatem occultat mēdacio. Quædã vero ſunt inuoluntarię cõmutationes, quæ fiūt per violentiam manifeſtam, ſiue aliquis inferat violentiam ĩ perſonam verberando, vel ligando, vel occidendo, ſiue etiã in res, puta rapiendo bona, vel orbando parentes per occiſionē filiorum, ſiue etiam inferatur violentia p̃ infamiã, quod fit accuſando, & iniurias ſiue contumelias irrogando. Eſt enim conſiderandum, ꝙ volūtarium, & inuoluntarium in commutationibus diuerſificat iuſtitiæ ſpeciem, quia ĩ cõmutationibus voluntariis fit ſubtractio ſolius rei, quam oporteat recompenſari ſecundum æqualitatem iuſtitiæ. In cõmutationibus autem inuoluntariis fit etiam quædam iniuria. Vnde raptor nõ ſolum cõpellitur reddere rem quã rapuit, ſed etiam vltra puniri, propter iniuriam quam intulit. Et quia inuoluntarium ē duplex, ſcilicet per violentiam, & per ignorantiam, vt in Tertio dictum eſt, ideo inuoluntarias commutationes diuidit in occultas, quaſi per ignorantiam factas, & in eas, quæ manifeſte per violentiam fiunt. Deinde cum dicit.

E e ¶ Oſtendit qualiter medium in prædictis accipiatur. Et circa hoc duo facit. Primo oſtendit quomodo iuſtum ſit medium. Secundo quomodo iuſtitia ſit medium. ibi. {Determinatis autem his, &c.} Circa primum duo facit. Primo oſtendit quomodo determinetur iuſtum in medio exiſtens ſecundum vtramq; iuſtitiam. Secundo excludit errorem, ibi. {Videtur autem aliquibus, &c.} Circa primum duo facit. Primo oſtendit, quomodo accipiatur iuſtum in medio, ſecundum iuſtitiam diſtributiuam. Secundo, ſecundum iuſtitiam commutatiuam, ibi. {Reliqua autem vna, &c.} Circa primum duo facit. Primo probat, ꝙ medium iuſtitiæ diſtributiuę accipiatur ſecundum quandam p̃portionalitatem. Secundo oſtendit qualis ſit illa proportionalitas, ibi. {Ineſt ergo iuſtum proportionabile.} Circa primum duo facit. Primo oſtendit propoſitum ex ipſa ratione iuſtitiæ. Secundo ex ratione dignitatis, ibi. {Adhuc ex eo, &c.} Circa primum duo facit. Primo oſtendit ex ipſa ratione iniuſtitiæ, ꝙ iuſtum ſit quoddam medium. Secundo oſtendit, ꝙ ſit medium,

## LECTIO IIII.

Ius autem, quæ ſecundum partē iuſtitiæ, & ſecundum ipſam iuſti, vna quidē eſt ſpecies, quę in diſtributionibus honoris, vel pecuniarum, vel aliorum quæcūque cõmunium partibilia communicãtibus vrbanitate. In his enim eſt, & inæquale habere, & æquale alterum ab altero.

b Vna autem, quæ in commutationibus directiua.

c Huius autem partes duæ. Cõmutationum enim, hæ quidem voluntariæ ſunt, hę autem inuoluntariæ. Voluntariæ quidē tales, puta vēditio, emptio, mutatio, fideiuſſio, vſus, depoſitio, conductio. Voluntariæ autem dicuntur, quoniã principiū cõmutationum harū voluntariū.

d Inuoluntariarū autē, hæ quidem occultę, puta furtum, męchia, veneficium, proagogia, ſerui ſeductio, dolo occiſio, falſum teſtimonium. Hæ autem violentæ, puta verberatio, vinculum, mors, rapina, orbatio, accuſatio, iniuriatio.

e Quia autē, & iniuſtus inæqualis & iniuſtum inæquale, manifeſtum eſt, quoniã & mediū aliquod eſt iniuſti, hoc autem eſt æquale. In quali enim operatione plus & minus eſt, & æquale. Si igitur iniuſtum eſt inæquale. Iuſtum æquale, quod & ſine ratione videtur omnibus. Quia autem ęquale medium, iuſtum medium quoddam vtique erit.

## LECTIO IIII.

*Vſtitiæ autem eius, quæ eſt pars, & eius quod ad ipſã attinet iuſti, una quidē ſpecies eſt ea, quæ in diſtributione conſiſtit, aut honoris, aut pecuniarum, aut* B *cæterarum rerum, quæ inter eos diuidi poſſunt, qui in eadem ciuili ſocietate uerſantur. In his enim fit, ut quiſpiã non ut æquum habeat ad alium, & etiam æquum.*

*Alia autem ea, quæ in commertiis eſt hominum emendandis.*

*Cuius ſunt duæ partes. Commertia namque quædam ſua ſpōte faciunt homines, quædam inuitis ipſis efficiuntur. Et ea quidem, quæ ſponte faciunt talia ſunt uenditio, emptio, mutatio,* C *uadimonium, locatio, depoſitio, merce de conductio. Atque propterea ſponte hæc fieri dicuntur, quod principiū ipſorum ſponte procedit ac agitur.*

*Ea uero quæ inuitis hominibus fiūt aut clandeſtina ſunt, ut furtum, adulterium, ueneficium, lenocinium, ſeruorum ſeductio, cedes cum dolo, falſum teſtimonium. Aut uiolēta, ut uerberatio, uincula, mors, rapinæ, membrorum captio, conuitium, contumelia.*

D *Cum iniuſtus ſit iniquus, & iniuſtum iniquum, conſtat, & aliquod medium eſſe iniqui. Atque hoc eſt ipſum æquum. Quo enim in actu plus eſt, & minus, in eodem eſt etiam æquum. Si igitur iniuſtum eſt iniquum, iuſtum eſt æquum. Quod quidem, & abſque ratione patet omnibus. At cum æquū ſit medium, iuſtum medium quoddam erit.*

ſecundum aliquam proportionalitatem, ibi. {Eſt autem æquale, &c.} Dicit ergo primo, ꝙ ſicut ſupra dictum eſt, iniuſtus eſt inæqualis, & iniuſtum eſt inæquale, & ſecundum plus, & ſecundũ minus. In quibuſcumque autem eſt plus, & minus ibi oportet accipere æquale. Aequale enim eſt mediũ inter plus, & minus. F

Vnde in quibuſcumque ē inuenire æqualitatem, ibi eſt inuenire medium. Patet ergo, ꝙ ſi iniuſtum eſt quoddam inæquale, & iuſtũ eſt quoddam æquale. Et hoc etiam abſque vlla ratione probante, eſt omnibus manifeſtũ, ꝙ ſcilicet iuſtum eſt quoddam æquale. Quia ergo æquale ē medium inter plus & minus, vt dictum eſt, conſequens eſt, ꝙ iuſtum ſit quoddam medium. Deinde cum dicit.

f ¶ Oſtendit, ꝙ iuſtum ſit medium, ſecundum aliquam ꝓportionalitatem. Et ad hoc probandũ aſſumit, ꝙ æquale ad minus cõſiſtit in duobus, inter quæ conſideratur æqualitas. Cum ergo iuſtum ſit & medium, & æquale, oportet quidem, ꝙ inquantum eſt iuſtũ ſit ad aliquid, ideſt ꝑ reſpectum ad alterũ, vt patet ex ſupra dictis, inquantum autē eſt æquale ſit in quibuſdam rebus, ſecundum quas, ſcilicet attenditur æqualitas īter duas perſonas, & ſic patet, ꝙ ſi conſideremus iuſtum, inquãtum eſt medium ſic ē medium inter duo, q̃ ſunt plus & minus, inquantum autem ē æquale, oportet ꝙ ſit duarum rerum, ſed īquantum eſt iuſtum oportet ꝙ ſit aliquorũ, ad aliquos alios, quia iuſtitia ad alterum eſt. Plus autem & minus reſpicit iuſtitia, ſecundum qđ eſt mediũ, velut quædam extrinſeca, ſed duas res & duas perſonas reſpicit, quaſi intrinſeca, in quibus ſcilicet conſtituitur iuſtitia. Sic ergo patet, ꝙ neceſſe eſt iuſtum ad minus in quatuor conſiſtere, duo enim ſunt homines, quibus obſeruatur iuſtitia, duæ ſunt res, in quibus eis iuſtitia fit. Et oportet ad rationem iuſtitiæ, ꝙ ſit eadem æqualitas perſonarum quibus fit iuſtitia, & rerum in quibus fit, vt ſcilicet ſicut ſe habent res adinuicem ita & perſonæ, alioquin non habebunt æqualia ſibi, ſed ex hoc fiunt pugnæ, & accuſationes, quaſi ſit iuſtitia prætermiſſa, quia vel æquales non recipiunt æqualia in diſtributione bonorum communium, vel nõ æqualibus dantur æqua, puta ſi inæqualiter laborantibus dantur æqualia ſtipendia, vel æqualiter laborantibus dantur inæqualia. Sic igitur patet, ꝙ medium diſtributiuæ iuſtitiæ accipitur ſecundum proportionalitatem quãdam. Deinde cum dicit.

g ¶ Oſtendit idem ſecundum rationem dignitatis, & dicit, ꝙ etiam ex ratione dignitatis manifeſtum eſt, ꝙ iuſtum conſiſtit in quadam proportionalitate. Sic enim aliquid dicitur eſſe iuſtum in diſtributionibus, inquantum vnicuiq; datur ſecũdum dignitatem, prout cuique dignum eſt dari, in quo deſignatur ꝓ-

f Eſt autem æquale vt in minus duobus. Neceſſarium igitur iuſtum, & medium, & æquale eſſe & ad aliquid, & quibuſdam Et ſecũdum quod quidem mediũ aliquorum. hæc autē ſunt plus, & minus. Secundum quod autem æquale eſt duobus, ſecundũ autem quod iuſtum aliquibus, & ad aliquos. Ad alios enim eſt neceſſarium ergo iuſtum in minimis eſſe quatuor. Quibus .n. iuſtum contingit eſſe, duo ſunt. et in quibus res duæ. Et eadem erit æqualitas quibus, & in quibus. Vt enim illa habent, quæ in quibus ſic, & illa quæ quibus. Si enim non æquales non æqualia habebunt. Sed hinc pugnæ, & accuſationes, quando, vel æquales non æqualia habebunt, vel non æquales æqualia habent, & in diſtributione ſuſcipiunt. G H

d Adhuc ex eo, ꝙ ſecundum dignitatē hoc manifeſtum. Iuſtũ enim in diſtributionibus confitentur omnes ſecũdum dignitatem quandam oportere eſſe. Dignitatem quidem non eandem dicunt omnes exiſtere. ſed Democratici quidē libertatē. Oligarchici quidem diuitias. Quidam autem generis nobilitatē, Ariſtocratici autem virtutem. I

LECTIO V.

Eſt ergo iuſtum proportionale quidem. Proportionale enim non ſolum eſt monadici numeri proprium, ſed totaliter numeri. Proportionalitas enim æqualitas eſt proportionis.

portionalitas quædam, vt ſcilicet, ita hoc ſit dignum vni, ſicut aliud eſt dignum alteri. Non tamen dignitatem diſtributionis omnes ſecundum idem attendunt, ſed in Democratica Politia ſcilicet, in qua omnes dominantur, attenditur dignitas ſecundũ libertatem. Quia enim Plebei ſunt aliis æquales in libertate, ideo reputant dignũ eſſe, vt æqualiter eis diſtribuatur. Sed in Oligarchia politia, in qua aliqui pauci principantur, menſuratur dignitas ſecundum diuitias, vel ſecũdum nobilitatem generis, vt ſcilicet illi qui ſunt excellentiores genere, vel diuitiis, plus habeãt de bonis communibus. Sed in Politia Ariſtocratica, in qua aliqui principãtur propter virtutem, menſuratur dignitas ſecũdum virtutem, vt ſcilicet ille plus habeat, qui plus abundat in virtute. Et ſic patet, ꝙ medium iuſtitiæ diſtributiuæ accipitur ſecũdum proportionalitatem.

*Ipſum autem æquum in minimis eſt duobus. Neceſſe eſt igitur ipſum iuſtum, & medium eſſe, & æquum, & ad aliquid, & quibuſdam. Atque quo medium quidem eſt hoc aliquorũ eſt, quæ quidem plus ſunt, & minus. Quo autem æquum eſt, duobus eſt. At quo iuſtum eſt, quibuſdam eſt. Ipſum ergo iuſtum in minimis quatuor conſiſtat, neceſſe eſt. Homines enim quibus eſt iuſtum duo ſunt, & res in quibus, & ipſe duæ ſunt. Atque eadē eſt æquitas, quibus atque in quibus. Nam ut ſeſe habet ea in quibus, ſic ſeſe habent & illa. Si enim non ſunt æqui, non æqua habebunt. Sed hinc pugnæ naſcuntur, & incuſationes, atque querelæ cum æqui non æqua, aut æqua non æqui habent ac potiuntur.*

*Id ita eſſe ex eo, quod pro dignitate fit, conſtat. Iuſtum enim, quod in diſtributionibus eſt, omnes uno ore pro dignitate quadam oportere eſſe dicũt. Ipſam tamen dignitatem non eandem omnes inquiunt eſſe, ſed populares quidem libertatem, Pauci uero potentes opulentiam, nonnulli nobilitatem, Optimates uero uirtutem.*

*LECTIO V.*

*Iuſtum ergo rationum quandam comparationem ſubit. Comparationem namq; rationum ſubire, non abſoluti numeri ſolum, ſed numeralis etiam omnino proprium eſt. Etenim comparatio rationum æqualitas eſt rationum.*

LECTIO V.

Poſtquàm Philoſophus oſtēdit, quòd medium iuſtitiæ diſtributiuæ accipitur ſecundum proportionalitatem, hic oſtendit ſecundum quam proportionalitatē accipitur, & quomodo. Et circa hoc duo facit. Primo oſtendit, quomodo iuſtum accipiatur ſecundũ quãdam proportionalitatem. Secundo oſtendit quomodo iniuſtũ præter illam proportionalitatem accipiatur, ibi. {Iuſtum quidem igitur, &c.} Circa primum tria facit. Primo ꝓmittit quædam de proportionalitate in communi. Secundo oſtēdit, quomodo iuſtum in proportionalitate quadam conſiſtit, ibi. {Eſt autem, & iuſtum in quatuor, &c.} Tertio oſtendit qualis ſit proportionalitas, ſecũdum quam attenditur iuſtum in diſtributiua iuſtitia, ibi. {Vocauit autem talem, &c.} Circa primum præmittit duo: quorũ primum eſt, ꝙ non inconuenienter iniuſtum dicitur eſſe ſecũdum proportionalitatem, quia proportionalitas non ſolum inuenitur in numero vnitatum, qui eſt numerus ſimpliciter, & hic vocatur numerus monadicus, ſed vniuerſaliter inuenitur proportionabilitas in quibuſcumque inuenitur numerus. Et hoc ideo, quia proportionalitas nihil aliud eſt quàm æqualitas proportionis, cum ſcilicet, æqualem proportionem habet hoc ad hoc, & illud ad illud. Proportio autem nihil eſt aliud quàm habitudo vnius quantitatis ad aliam. Quantitas autem habet rationem menſuræ, quæ primo quidem inuenitur in vnitate numerali, & exinde deriuatur ad omne genus quantitatis, vt patet decimo Meth. Et ideo numerus, primo quidem inuenitur in numero vnitatum, & exinde deriuatur ad omne aliud quantitatis genus, quod ſecundum rationem numeri menſuratur. Secundum ponit ibi. K

b ¶ Et dicit,



b ¶ Et dicit, quòd omnis proportionalitas ad minus conſiſtit in quatuor. Eſt enim duplex proportionalitas: vna quidem diſiuncta, & alia continua. Diſiuncta quidem proportionalitas eſt æqualitas duarum proportionum, non conuenientium in aliquo termino. Cum ergo omnis proportio ſit inter duo, manifeſtum eſt, quòd proportionabilitas, diſiuncta in quatuor terminis conſiſtit: vt ſi dicam. Sicut ſe habet ſex ad tria: ita ſe habet decem ad quĩque, vtrobiq; enim eſt dupla proportio. Continua autē proportionalitas eſt æqualitas duarũ proportionum conuenientium in vno termino, puta ſi dicam. Sicut ſe habent octo ad quatuor: ita ſe habēt quatuor ad duo. vtrobique enim eſt dupla proportio. In hac igitur continua proportionaliter, ſunt quoddammodo quatuor termini: inquantum. ſ. vtimur vno termino, vt duobus: vnũ terminum bis dicēdo, ſcilicet in vtraq; proportione, vt ſi dicã. Quæ eſt proportio A, ad B, ideſt octo ad quatuor: eadem eſt proportio B, ad C, ideſt quatuor ad duo. Vtrobique enim eſt dupla. Sic ergo B, dicitur bis. Vnde, quàmuis B, ſit vnum ſubiecto, quia tamen accipitur vt duo, erunt quatuor proportionata. Deinde cum dicit. A

b Et in quatuor minimis. Diſiũcta quidem igitur, quoniam in quatuor manifeſtum eſt. Sed & continua. Vno enim, vt duobus vtitur, & bis dicit, puta quæ A, ad eam, quæ B, ita quæ B, ad eã quæ G. Bis igitur, quæ B, dicta eſt. Quare ſi quæ B, ponatur bis quatuor erunt proportionata.

c Eſt autem & iuſtum in quatuor minimis, & proportio eadem. Diuiſa enim ſunt ſimiliter & quibus, & quæ. Erit ergo vt A, terminus ad B, ita G, ad D. Et permutatim, ergo vt A, ad G. B, ad D. Quare, & totum ad totum, quod diſtributio coniũgit. Et ſi ſic componat, iuſte cõiungit. Ergo A, termini cum G, & B, cum D, coniunctio in diſtributione iuſtum eſt, & medium. Iniuſtum vero eſt præter proportionale. Proportionale enim medium. Iuſtum autem proportionale.

d Vocãt autem talem proportionalitatem geometricam Mathematici. In geometria enim accidit totũ partium ad totũ, quod quidem comparari alterum ad alterum.

| xij. | | vi. | viij. | iiij. | |
|---|---|---|---|---|---|
| Achilles | Aiax | Munus | Achillis | Menus | Aiacis |
| | A. | B. | C. | D. | |

| | |
|---|---|
| xij. | viij. |
| Achilles | Munus Achillis |
| A. | C. |
| vi. | iiij. |
| Aiax | Munus Aiacis |
| B. | D. |

e ¶ Oſtendit, quomodo ſecundum proportionalitatem mediũ diſtributiuæ iuſtitiæ accipiatur. Et dicit, ꝙ ſicut proportionalitas, ita & iuſtum ad minus in quatuor inuenitur, in quibus attēditur eadem proportio, quia ſcilicet ſecundum eandem proportionem diuiduntur res quæ diſtribuuntur, & perſonæ quibus diſtribuuntur. Sit ergo A, vnus terminus, puta duæ libræ B autem ſit vna libra, G autem ſit vna perſona, puta Sortis, qui duobus diebus laborauit, D autem ſit Plato, qui vno die laborauit. Sicut ergo ſe habet A, ad B, ita ſe habet, G ad D, quia vtrobiq; inuenitur dupla proportio, ergo permutatim ſicut ſe hēt, A ad G, ita B, ad D. Quæcumque autem ſunt adinuicem proportionabilia, & permutatim proportionabilia ſunt, ſicut patet in prædicto exemplo. Sicut ſe habet decem ad quinque, ita octo ad quatuor. Ergo commutatim ſicut ſe habet decem ad octo, ita ſe habet quinque ad quatuor, vtrobique eſt ſexquiquarta proportio. Sic ergo, & permutatim erit verum dicere, quòd ſicut ſe habet A, ad G, ideſt duæ libræ ad eum, qui duobus diebus laborauit, ita B, ad D, ideſt vna libra ad eum, qui vno die labo- E

rauit. Etiam eſt in talibus conſiderandum, quòd in his, quæ ſic ſunt proportionalia, quòd quæ eſt proportio vnius ad alterum, eadem eſt proportio totius ad totum. Puta, ſi quæ eſt proportio decem ad octo, eadem eſt proportio quinque ad quatuor, ſequitur vlterius, quòd quæ eſt proportio decem ad octo, & quinq; ad quatuor, eadem ſit proportio decem, & quinque ſimul acceptorum, quæ ſunt quindecim ad octo, & quatuor ſimul accepta, quæ ſunt duodecim, quia hic etiã eſt ſexquiquarta proportio. Et vnde quia quindecim continet duodecim, & quartã eius partem, ſcilicet ternarium: in propoſito ſequitur, quòd ſi ſicut ſe habet iſta res ad iſtam perſonam, ita ſe habet illa ad illam perſonam, ita etiam ſe habet totũ ad totum: ideſt vtraque res ſimul accepta ad vtramque perſonam ſimul acceptam & hoc eſt quòd diſtributio coniungit. Et ſi ita aliquis diſtribuendo res hominibus coniungat, iuſte facit. Patet ergo, ꝙ coniunctio A, cum G, ideſt rei duplæ cũ ꝑſona duplo digniore, & B, cum D, ideſt dimidii cum dimidio eſt iuſtum diſtributiuum, & tale iuſtum eſt medium. Iniuſtũ autem eſt præter hãc proportionalitatem. Proportionale enim eſt medium inter exceſſum, & defectum, quia proportionalitas eſt æqualitas proportionis, vt dictum eſt. Et ſic iuſtum cum ſit quoddam proportionale, eſt medium. Deinde cum dicit.

*Et in quatuor minus eſt. Et ſeiunctam quidem in quatuor eſſe conſtat. At uero continua in quatuor eſt. Vno namque termino utitur, ut duobus, & bis illum ſumit, hoc modo.*

| xij. | vi. | iij. |
|---|---|---|
| *A.* | B. | *C.* |

*ut A, ſeſe habet ad B, ſic B, ſeſe habet ad C. Bis igitur dictum eſt ipſum B, Quare ſi B, bis poſitum fuerit, quatuor erunt ea, quæ comparationem ſubeunt rationum.* B

*Eſt autem & ipſum iuſtum in quatuor minimis. Et ideo eadem eſt. Sunt enim ſeiuncta ſimiliter, & quibus, & quæ. Erit ergo ut eſt A, terminus ad B, terminum, ſic C, terminus ad terminum D. Et mutato ergo ordine, ut A, ſeſe habet ad C, ita B, ſeſe habebit ad D. Quare & totum ad totum, quod quidem diſtributio ipſa coniungit. Et ſi ita compoſitum fuerit, iuſte cõiungit. Coniunctio igitur A, termini cum C, & B, cum D, iuſtum eſt id quod ad diſtributionem accommodatur, & eſt medium eius quod comparationem rationum non ſubit. Quod .n. ſubit ipſam medium eſt. Iuſtum autem ſubit.* C

*Talem autem rationum comparationem Mathematici Geometricam uocat. In Geometria namque fit, ut & totum ad totum perinde ſeſe habeat, atque ad utrumque ſeſe habet utrumque.* D




d ¶ Oſtendit, qualis ſit proportionalitas ſecũdum quam hoc iuſtum accpiatur. Et circa hoc duo facit. Primo dicit, quòd prædicta proportionalitas, quæ attenditur ſecundum æqualitatem proportionis a Mathematicis vocatur geometrica, in qua ſcilicet accidit, quod ita ſe habet totum ad totum, ſicut altera partiũ ad aliam, vt in præmiſſis dictum eſt. Non autem hoc accidit in proportionalitate Ariſmetrica, de qua infra dicetur. Secundo, ibi.

e ¶ Et dicit,

e ¶ Et dicit, quòd iſta proportionalitas, quę attenditur in iuſtitia diſtributiua, non poteſt eſſe continua, quia ex vna parte ſunt res, & ex alia parte ſunt perſonæ. Et ita non poteſt accipi aliquid, quaſi terminus communis, quæ ſit perſona, cui datur, & res quæ datur. Deinde cum dicit.

f ¶ Agit de iniuſto in diſtributionibus. Et dicit, ꝙ quia iuſtū eſt proportionabile. Sequitur, ꝙ iniuſtū ſit præter proportionale, quod quidem fit, vel in plus, vel in minus, q̃ exigat ęqualitas proportionis, vt patet in ipſis operib⁹ iuſtæ, vel iniuſtæ diſtributionis. Ille .n. qui iniuſtū facit circa bona plus accipit ſibi, qui autem iniuſta patię habet minus. In malis autem eſt econuerſo, quia minus malum habet rationē boni per cōparationem ad mai⁹ malum, minus enim malum eſt magis eligibile, q̃ maius malū. Vnumquodque autē eligitur ſub ratione boni. Et iō illud qđ magis eligitur, habet rationem maioris boni. Sic igitur vna eſt ſpecies iuſtitię, quæ dicta eſt.

## LECTIO VI.

Poſtquàm Philoſophus oſtēdit quomodo accipiatur mediū in iuſtitia diſtributiua, hic oſtendit quomodo accipiatur mediū in iuſtitia cōmutatiua. Et circa hoc tria facit. Primo oſtendit eſſe quandā ſpeciem iuſtitiæ præter diſtributiuam. Secundo, oſtendit differentiam huius ad illam, ibi. {Hoc autē iuſtum, &c.} Tertio oſtēdit quomodo accipiatur medium in hac iuſtitiæ ſpecie, ibi. {Quemadmodū linea, &c.} Dicit ergo primo, ꝙ præter prædictam ſpeciē iuſtitię, quæ conſiſtit in diſtributionib⁹ relinquitur vna, quæ ē eſt directiua in commutationibus tā voluntarijs, quàm inuoluntarijs. Deinde cum dicit.

e Eſt autem non continua hæc ꝓportionalitas. Non. n. fit vnus numero terminus cui, & quod.

f Iuſtum quidē igitur hoc proportionale, iniuſtum aūt quod pręter proportionale. Fit ergo hoc quidem plus: hoc autē minus. Quod & in operationibus G accidit. Qui quidem enim iniuſtum facit, plus habet: qui autem iniuſta paſſus, minus boni. In malo autem ecōuerſo. In boni enim ratione fit minus malū ad maius malum. Eſt enim minus malū magis eligibile maiori. Eligibile aūt bonū, & magis maius. Species quidem igitur vna iuſti hæc eſt.

## LECTIO VI.

H Reliqua autem vna directiuum eius quod fit, & in voluntariis commutationibus, & inuoluntariis.

b Hoc autem iuſtum aliam ſpeciem habet a priori.

c Diſtributiuū quidē enim iuſtum cōmunium ſemper ſecundum proportionalitatem eſt dictum. Et enim a pecuniis communibus ſi fiat diſtributio erit ſecundum ꝓportionem eandē quam habent adinuicem illatā. I Et iniuſtum oppoſitū iuſto huic præter proportionale eſt.

d In commutationibus autem iuſtū eſt quidē ęquale: & iniuſtū inęquale: ſed non ſecundum proportionalitatē illam: ſed ſecūdum ariſmetricā. Nihil enim differt ſi ſtudioſus prauum priuabit, vel prauus ſtudioſum. Nec ſi mœchatus eſt ſtudioſus, vel prauus. Sed ad nocumēti differentiā ſolū reſpicit lex, & vti- K tur: vt ęqualibus. Siquidem hic iniuſtum facit, hic autem iniuſtum patitur, & ſi hic quidem læſit, hic autem læſus erit. Quare iniuſtum hoc inæquale exiſtens, ęquare tentat iudex.

*Non eſt autem continua hæc comparatio rationum. Non enim fit terminus unus numero, cui, & quod.*

*Iuſtum igitur hoc in comparatione rationum conſiſtit. Iniuſtum autē eſt id quod a comparatione rationū exorbitat. Fit igitur aliud plus, aliud minus: quod quidem & in ipſis actionibus accidit. In bonis enim, qui iniuriā facit plus habet, qui iniuriam patitur minus, In malis autē contra. Boni nāque rationem ſubit minus malum ad maius malum. Minus enim malū magis quā maius ē expetibile. Ad quod expeditur bonum eſt: & quod magis maius. Hæc eſt igitur una ſpecies iuſti.*

## LECTIO VI.

*Reſtat id iuſtum, quod fit in emendandis commertiis: tam iis, quæ ſua ſponte faciunt homines, quam iis quæ inuitis ipſis efficiuntur,*

*Hoc autem aliam habet ſpeciem a priore.*

*Iuſtum enim diſtributiuum eorum quæ communia ſunt in dicta ſemper comparatione rationum cōſiſtit. Nam ſi pecuniis publicis diſtributio fiat, eadē erit ratione quam habent inter ſeſe ea, quæ in Rēpublicā ſunt collocata, et iniuſtum quod huic opponitur, ideſt quod a comparatione rationum exorbitat.*

*Iuſtum autem, quod eſt in commertiis eſt quidem æquum quoddam, & iniuſtum iniquum: ſed non illa comparatione rationum, ſed arithmetica. Nihil enim refert ſi probus prauo detraxerit: an prauus probo, neque ſi adulterium probus an prauus commiſerit. Sed ad differentiam nocumenti lex reſpicit tantum, et utitur ut æqualibus, ſi hic iniuriam facit, ille patitur, & ſi hic nocuit, ille eſt læſus. Quare iniuſtum hoc cum ſit iniquum, iudex æquare conatur.*

b ¶ Oſtendit differentiam huius ſpeciei ad præmiſſa. Et circa hoc duo facit. Primo proponit quod intendit, dicens, ꝙ illud iuſtum quod conſiſtit in commutationibus, eſt alterius ſpeciei a ſupradicto iuſto, qđ conſiſtit in diſtributionibus. Secundo ibi.

c ¶ Aſſignat differentiam. Et primo reſumit quid pertineat ad diſtributiuam iuſtitiam. Secundo, oſtendit quid pertineat ad iuſtitiam commutatiuam, ibi. {In commutationibus autem, &c.} Dicit ergo primo, ꝙ iuſtum ſupradictum ſemper eſt diſtributi- F uum communium bonorum ſecundum ſupradictam proportionalitatem ſcilicet Geometricam, quæ attenditur circa æqualitatem proportionis. Et hoc manifeſtat, quia ſi communes pecuniæ ciuitatis, vel aliquorum hominum debeant diſtribui in ſingulis, hoc erit ita faciendo, vt ſingulis detur aliquid de communi, ſecundum illam proportionem, ſecū dum quam ipſi intulerint in communi. Puta in negociationibus, quāto aliquis plus poſuit in ſocietatem, tanto maiorē partem accipit. Et in ciuitatibus, quanto aliquis plus ſeruiuit communitati, tanto plus accipit de bonis communibus. Et ſicut iuſtum diſtributiuum conſiſtit in hac ꝓportionalitate, ita iniuſtum oppoſitum conſiſtit in hoc, ꝙ prætermittitur huiuſmodi proportionabilitas. Deinde cum dicit.

d ¶ Oſtendit quid pertineat ad iuſtitiā commutatiuam. Et circa hoc tria facit. Primo oſtendit quid pertineat ad iuſtitiā commutatiuam. Secundo manifeſtat per exemplum, ibi. {Etenim cum hic quidē vulneretur, &c.} Tertio infert quędā correlaria ex dictis, ibi. {Quare quidem pluris, & minoris, &c.} Dicit ergo primo, ꝙ iuſtum quod cōſiſtit in commutationib⁹ in aliquo quidem cōuenit cum iuſto diſtributiuo, quod ſcilicet iuſtum ē æquale, & iniuſtum inæquale. Sed in hoc diſferunt, ꝙ ęquale in iuſtitia commutatiua non attenditur ſecundū proportionalitatem illā. ſ. Geometricam, quæ attendebatur in diſtributiuo iuſto, ſed magis ſecūdum Ariſmetricam, quæ. ſ. attenditur ſecūdum æqualitatem quantitatis, & non ſecūdum æqualitatem ꝓportionis, ſicut geometrica. Sex enim ſecundum Ariſmetricā proportionalitatem, medium ē inter octo & quatuor. Excedit enim ab vno, & excedit alterū in duobus, ſed non ē proportio eadem vtrobiq;. Nam ſex ſe habet ad quatuor in ſexquialtera proportione. Octo autem ad ſex, in ſexquitertia. Ecōtrario vero ſecundum Geometricam proportionalitatem medium exceditur, & excedit ſecundum eandem proportionem, ſed non ſecundum eandem quantitatem, ſic enim ſex eſt medium inter nouem, & quatuor. Vtrobique enim inuenitur ſexquialtera proportio, ſed non eadem quantitas. Nouem enim excedunt ſex i tribus; Sex vero quatuor in duobus. Quo ergo in cōmutatiua iuſtitia



iuſtitia attendatur æquale ſecundum Ariſmetricam proportio A nem manifeſtat per hoc, ꝙ non conſideratur ibi diuerſa proportio perſonarum. Nihil enim differt quantum ad iuſtitiam commutatiuam, ſi aliquis bonus priuauit per furtum, vel rapinam aliquem malum re ſua, vel econuerſo. Neque etiam differt ſi bonus, vel malus commiſit adulteriū. Sed lex attēdit ſolum ad differentiam nocumenti, vt ſcilicet qui plus nocuit, plus recōpenſet, cuiuſcumque conditionis ſit. Et ſic patet, ꝙ ſi vnus duorum iniuſtum faciat, & alter iniuſtum patiatur, & vnus lædat, et alius lædatur, lex vtitur his quaſi ęqualibus, quantumcumque ſint inæquales. Vnde, & iudex, qui eſt miniſter legis, hoc attentat, vt illud iniuſtū quo vnus læſit alium, quod habet quandam inęqualitatem, reducat ad ęqualitatem, conſtituendo ſcilicet æqualitatē in ipſa quantitate rerum, non ſecundum proportionem diuerſarum perſonarum. Deinde cum dicit.

e ¶ Manifeſtat per exemplum, quod dixerat. Et primo proponit exemplum. Secūdo remouet quoddam dubiū, ibi. {Dicitur enim vt ſimpliciter, &c.} Primo. n. ponit exemplum de læſione perſonali, in qua minus eſt manifeſtum. Et dicit, ꝙ ſi duorum vnus vulneretur, & alius percutiat, vel etiam alius occidat, & alius moriatur, diuiſa eſt hæc actio, & paſſio in inæqualia, quia ſcilicet percutiens, vel occidens habet plus de æſtimato bono, inquantum. ſ. impleuit voluntatem ſuam, & ita videtur eſſe quaſi in lucro. Ille autem qui vulneratur, vel occiditur, habet plus de malo, inquantum ſcilicet priuatur incolumitate, vel vita contra ſuam voluntatem, & ita videtur eſſe quaſi in damno. Sed iudex tentat hoc adæquare, detrahens a lucro, & apponens damno, inquantum. ſ. aufert aliquid percutiēti, vel occidenti contra ſuam voluntatem, & exhibet incommodum, vel honorem vulnerati, vel occiſi. Deinde cum dicit.

f ¶ Remouet quoddam dubium, quod poſſet oriri circa nomina lucri, & damni. Et dicit, ꝙ vt ſimpliciter loquamur lucrum, & damnum dicuntur in talibus. Quando. ſ. aliquis habet plus, vel minus. Et proprie accipiuntur hæc nomina in bonis poſſeſſis, ſed in aliquibus iſta nomina non videntur proprie competere, puta in iniuriis perſonalibus, vt cum vnus percutit, & alius percutitur, & in hoc quoddam damnum patitur, eo ꝙ non pōt certa mēſura accipi actionis & paſſionis in huiuſmodi iniuriis perſonalibus, vt ſic id quod eſt plus, poſſit dici lucrum, & quod eſt minus, poſſit dici damnum. Sed quando paſſio eſt menſurata ſcilicet ſēm menſuram iuſtitiæ, tunc id quod eſt plus, vocatur lucrum, & id quod eſt minus, vocatur damnū. Deinde cum dicit.

e Etenim cum hic quidem vulneretur, hic autē percutiat, vel & occidat, hic autē moriatur, diuiſa eſt paſſio, & actio in inęqualia. Sed tentat damno æquale auferens a lucro.

f Dicitur enim, vt ſimpliciter dicere in talibus, & ſi nō aliquibus proprium nomen erit lucrū B puta percutienti, & damnum patienti. Sed quando quidem menſurata eſt paſſio. Vocatur hoc quidem damnum, hoc autem lucrum.

g Quare pluris quidem, & minoris æquale medium. Lucrum autem, & damnum, hoc quidē plus, hoc autem minus. Contraria quidem enim boni plus, mali autem minus lucrum. Contrarium autem damnum. Quorū C erat medium æquale quod dicimus eſſe iuſtum. Quare directiuum vtique erit medium damni, & lucri.

h Propter quod, & quando dubitant ad iudicem refugiunt. Ad iudicem autem ire eſt ire ad iuſtum. Iudex enim vult eſſe velut iuſtum animatum. Et quęrunt iudicem medium. Et vocant quidem medios tanquam ſi medium attingant iuſtū adipiſcentes. Medium ergo iuſtum D ſiquidem, & iudex. Iudex autem adæquat.

## LECTIO VII.

Et quemadmodum etiā linea ad inæqualia ſecta, quo maior ſectio medietatem ſuperexcedit, hoc abſtulit & minori ſectioni appo

g ¶ Infert duas concluſiones. Primam quidem ex parte ipſius iuſti. Secundam ex parte iudicis, ibi. {Propter quod, &c.} Dicit ergo primo, ꝙ quia iuſtum commutatiuum eſt quoddā ęquale, ſic ꝙ ſit medium inter plus, & minus, ita ꝙ lucrum, & damnum ſe habeant ſicut plus, & minus. Diuerſimode tamen in bonis, & malis. Nam habere plus de bono & minus de malo, pertinet ad rationem lucri. Contrarium autem pertinet ad rationem damni, inter q̃ duo. ſ. lucrum, & dānum, medium eſt illud æquale, quod dicimus iuſtum. Vnde ſequitur, ꝙ iuſtum, quod eſt directiuum in commutationib⁹ ſit medium inter dānū, & lucrū cōmuniter accipiēdo vtrūq;. Deinde cum dicit.

h ¶ Infert concluſionem ex parte iudicis, de quo ſupra dixit, ꝙ tentat adæquare. Et dicit, ꝙ quia iuſtum eſt medium inter damnum, & lucrum, inde eſt ꝙ quādo homines dubitāt de hoc medio, refugiunt ad iudicem, qđ idem eſt, ac ſi refugerent ad id quod eſt iuſtum, nam iudex debet eē quaſi quoddam iuſtum animatū vt ſcilicet mens eius totaliter a iuſtitia poſſideatur. Illi autem qui refugiunt ad iudicem videntur quęrere medium inter partes, quæ litigant, & inde eſt, ꝙ iudices vocant medios, vel mediatores, ac ſi ipſi attingant medium, & in hoc, ꝙ perducunt ad hoc quod eſt iuſtum. Sic ergo patet, ꝙ iuſtum, de quo nunc loqmur ē quoddam medium, quia iudex, qui determinat hoc iuſtum, medius eſt, inquantum ſcilicet conſtituit id quod eſt æquale inter partes, æquale autem medium eſt inter plus & minus, vt ſupra dictum eſt.

*Nam cum hic quidem percuſſus eſt, aut occiſus, ille uero percuſſit, aut occidit, paſſio atque actio diuiſa eſt in partes non æquas, ſed ad æqualitatem auſerendo lucro damni reſpectu, nititur redigere iudex.*

*Dicuntur enim hæc in talibus abſolute dicendo. Atque quanquam hæc nomina quibuſdam accommodata non eſſe uidentur, ut ei, qui percuſſit, lucrum, & ei qui paſſus eſt, damnum, cum menſurata tamē fuerit paſſio, hoc damnum, illud lucrum uocatur.*

*Quare æquum quidem inter plus & minus medium eſt, lucrum autem atque damnum plus ſunt, & minus, contrario modo plus boni, & minus mali lucrum, contrarium autem damnum, quorum medium eſt ipſum æquum, quod quidem dicimus eſſe iuſtum. Quare iuſtum emendatiuum, medium eſt inter damnum, & lucrum.*

*Quapropter, & controuerſiam habentes ad iudicem ipſum confugiunt. Ire autem ad iudicem eſt ire ad ipſum iuſtum. Iudex enim ut iuſtum, eſt animatum ſuapte natura, & querunt iudicem medium. Et uocant nonnulli mediatores, ut ipſum iuſtum aſſecuturi, ſi medium iuſtum conſequantur.* D *Medium ergo quoddam eſt ipſum iuſtum, ſiquidem, & iudex medium ē. Iudex autem ad æqualitatē redigit.*

## LECTIO VII.

*Et perinde atq; ſi linea duas in inæquales partis diuiſa, id quod maior pars dimidium excedit abſtulerit, minorique addiderit parti, cumque totum diui-*

## LECTIO VII.

E Poſtquàm Philoſophus oſtendit differentiam inter iuſtum quod eſt directiuum commutationum, & iuſtum diſtributiuum, hic oſtendit qualiter accipiatur medium in hoc iuſto, quod eſt iuſtum directiuū commutationum. Et circa hoc duo facit. Primo oſtendit propoſitum. Secundo manifeſtat originem horum nominum damnum, & lucrum, quibus vſus fuerat, ibi. {Venerunt autem, & nomina, &c.} Circa primum duo facit. Primo oſtendit, quomodo inueniatur medium commutatiuæ iuſtitiæ circa eaſdem res. Secūdo, quomodo inueniatur circa res diuerſarum artium, ibi. {Eſt autem, & in aliis artibus, &c.} Circa primum duo facit. Primo inducit exemplum ad oſtendendum qualiter accipiatur medium in commutatiua iuſtitia. Secundo, manifeſtat quod dixerat, ibi. {Si enim duobus æqualibus, &c.} Circa primum duo facit. Primo proponit exemplum ad propoſitum oſtendendū.

Secundo

Secundo oſtendit conuenientiam exempli ex ipſo modo loquē di, ibi. {Propter quod, & nominatur, &c.} Dicit ergo, ꝙ ita iudex ad æqualitatem reducit, ſicut ſi eſſet vna linea diuiſa in partes inæquales, ille qui vellet ad æqualitatem reducere, auferret a maiori parte id, in quo excedit medietatem totius lineæ, & apponeret id minori parti, ita quòd medietas totius lineæ, eſſet quædam dicha, ideſt regula, vel menſura, per quam inæqualia reduceret ad æqualitatem, & ſic quum totū quod eſt duorum hominum diuiditur in tali dicha, ideſt menſura, tunc dicunt, quòd vnuſquiſque habet quod ſuum eſt, inquantum ſcilicet accipiūt æquale, quod eſt medium inter maius, & minus, ſecundum arithmeticam proportionalitatem, quia ſcilicet quātum medium iuſtitiæ excedit ab eo, qui habebat plus, tā tum excedit illum q habet minus, quod pertinet ad proportionabilitatē arithmeticam, vt prius dictum eſt. Deinde cum dicit.

b ¶ Manifeſtat exēplum præmiſſum eſſe conueniens per modum loquendi apud Græcos. Et dicit, ꝙ quia medium huius iuſtitiæ eſt ſicut quædam dicha, inde eſt, ꝙ iuſtum apud Græcos vocatur dicheon, ſicut ſi aliquis volēs huiuſmodi nomina variare, dicat ꝙ dicheon eſt iuſtum, & dicaſtes eſt iuſtus, & dicaſte iuſtitia. Deinde cum dicit.

c ¶ Manifeſtat qđ dixerat. ſ. ꝙ oporteat ſubtrahere ab eo, q habet plus, vel ī quo excedit medietatem, & apponere ei, qui habet minus Et primo manifeſtat quod dictum eſt. Secundo exponit in terminis, ibi. {Aequalia in quibus, &c.} Dicit ergo primo, ꝙ ſi ſint duo æqualia, quorū vtrūque habet duas menſuras, puta duas palmas, aut duos pedes, & medietas aufertur ab vno, & apponatᷣ alteri. Manifeſtum ē, ꝙ illud quidem cui apponitur ſuperexcedit alterū in duob⁹, quia ei cui ſubtrahitᷣ nō remanet niſi vnū, illud autem cui ſupadditur habet tres. Sed ſi id quod ſubtrahitur ab vno non opponatur alteri, manifeſtum eſt, ꝙ nō erit exceſſus niſi in vno, per id autem cui nihil additur, nec ſubtrahitur, intelligitur ipſum medium iuſtitiæ, quia habet quod ſuum eſt, nec plus nec minus. Per id autem cui additur, intelligitur ille, qui plus habet. Per id autem cui ſubtrahit, intelligitur ille, qui minus habet. Sic ergo patet, ꝙ ille qui plus excedit medium in vno, qđ ſcilicet eſt ſibi ſuper additum, medium autem excedit id, a quo ablatum eſt in vno, quod. ſ. eſt ſibi ſubtractum. Hoc ergo medio cognoſcemus, & quid debet auferre ab eo, qui plus habet, & ꝙ oportet apponere ei, qui minus habet, & quòd oportet auferre a maximo ideſt ab eo, qui plus habet, in quo mediū ſuperexce

F ditur ab eo. Et quia oportet apponere minus habenti, in quo medium excedit ipſum. Deinde cum dicit.

d ¶ Ponit, quæ dicta ſunt in terminis. Sint. n. tres lineæ æquales, in quarum vna ſcribatur in terminis a a, in alia b b, in tertia gg, linea ergo bb, maneat indiuiſa, linea vero aa, diuidatur per medium in puncto e, linea vero gg, diuidatur per medium in puncto 3. auferatur ergo a linea quæ eſt aa, vna pars, quæ eſt a e, & apponatur lineæ, quæ eſt gg, & vocetur hoc appoſitū g d, ſic ergo patet, ꝙ tota linea d g, excedit eam, quæ eſt a e, in duobus, ſcilicet in eo quod eſt g g, & in eo quod eſt g d, ſed lineā quæ eſt bb, excedit i vno ſolo, quod eſt g d, ſic ergo patet, ꝙ id quod eſt maximum excedit medium in vno, minimum autē in duobus ad modū arithmeticæ proportionabilitatis. Deinde cum dicit.



e ¶ Oſtendit, ꝙ illud quod dictum eſt, obſeruari oportet in cōmutatione diuerſorum artium. Deſtruerentur enim artes, ſi ille, qui facit aliquod artificium non pateretur, ideſt non reciperet pro illo artificio tantum, & tale, quantum & quale fecit. Ideo oportet cōmēſurari opera vni⁹ artificis operibus alterius, ad hoc ꝙ ſit iuſta commutatio. Deinde cum dicit.

f ¶ Oſtendit originē horū nominū, dānū & lucrū. Et dicit, ꝙ iſta nomina proueniunt ex commutationibus volūtariis, in quib⁹ primo vſus fuit talium nominū. Cum. n. aliquis plus haberet, quàm prius habuerat, dicebatur lucrari, quando autē minus, dicebatur dānificari, ſicut in emptionibus, & venditionibus, & in omnibus aliis commutationibus, quæ ſunt licitæ ſecundum legē. Sed quādo aliqui nō plus, neq; minus habebant eo, quod a principio habuerāt, ſed ipſa reportabant in æquali quantitate per commutationem eorum, quæ attulerant, tunc dicebantur habere ea, quæ eorum ſunt, & nihil lucrari, neque amittere. Concludit autem vltimam concluſionem principaliter intentam. Ex præmiſſis enim patet, quòd iuſtum, de quo nunc agitur, eſt medium damni, & lucri, quod quidem iuſtum nihil eſt aliud, quàm habere æquale ante commutationem, & poſt etiam præter voluntatem, vt patet in eo, qui iudice cogēte reſtituit alteri, quod plus habebat.

ſuit. Cum autem dicha diuidatur totum, tunc aiunt habere, quod ipſius eſt, cum accipiant æquale. Aequale autem mediū eſt maioris & minoris ſecundū arithmeticā proportionalitatē.

b Propter quod, & nominatur dicheon, quoniā dicha eſt, quē admodum ſiquis dicat dicheon & dichaſtes, & dichaſte.

c Si. n. duobus æqualibus auferatur ab altero, ad alterum autē apponatur, duobus his ſuper excedit alterum. Si autē ablatum quidem ſit, non ſit autem appoſitum, vno vtique ſolum ſuper cellit mediū. Mediū ergo vno, & mediū a quo ablatū eſt vno. Hoc ergo cognoſcimus, & quid auferre oportet a plus habente, & quid apponere minus habenti. Quo quidem enim medium ſupexcedit, hoc apponere oportet minus habenti, quo autē ſuperexcedit, auferre a maximo.

d Aequales in quibus aa, bb, gg, adinuicem, ab aa, auferatur a e, & apponatur gg, quod in quibus g d, quare tota d gg, eam quæ eſt a e, ſuperexcedit eo quod eſt g d, & eo quod eſt g b. Eam ergo, quę eſt bb, eo quod eſt g d.

e Eſt autē in aliis artibus hoc. Deſtruerentur enim vtique, ſi non facit faciens, & quātum, & æquale, & patiēs pateretur hoc & tantum, & tale.

f Venerunt autē nomina hæc, & damnum, & lucrum ex voluntaria commutatione. Plus quidem enim habere, ꝗ quæ ſuiipſius lucrari dicitur Minus autē his quæ a principio damnificari. Puta in vendere, & emere, & inquantis aliis licentiam dedit lex. Quando autem neque plus neque minus, ſed ipſa per ſeipſa fiūt, quæ ipſorum aiunt ipſos habere, & neq; damnificari, neque lucrari. Quare lucri cuiuſdam, & damni medium iuſtum eſt eorū in p̄ter volūtariū æquale habere, & prius, & poſterius.

*ſum fuerit duas in partis æquales, tum ſuum aiunt habere cum æquum acceperint. Aequum autem medium eſt*

G *inter maius, & minus in Arithmetica comparatione rationum.*

*Propter quod & nominatur dicheon, quoniam dicha eſt, quemadmodum ſiquis dicat, & dichaſtes, & dichaſte.*

*Nam ſi ſint duo æqualia, & ablatam ab altero quantamuis partem addideris alteri, talibus duabus excedit partibus alterum. Si enim ablata fuiſſet, & non addita, una ſola parte ex-*

H *cederet. Excedit ergo medium una, & ipſum medium excedit id, a quo eſt ablatio facta una. Hoc ergo cognoſcemus, & quidnam auferendum ab eo ſit, qui plus habet, & quid addendum ſit ei, qui minus habet. Id enim quo medium excedit, addendum eſt ei, qui minus habet. Id autem auferendum a maximo, ex quo exceditur medium.*

*Sint æquales lineæ tres a b, c d, e f, atque ab a b, pars auferatur a g, & addatur ipſi lineæ e f. Sitque illa h e.*

I *Quare tota linea h e f, excedit g b, lineam parte h e, & parte e, excedit ergo mediam c d, lineam h e, parte.*



*Eſt autem hoc, & in cæteris arti-*

K *bus, etenim e medio tollerentur niſi agens ageret, & quantum, & quale, & patiens pateretur hoc, & tantum, & tale.*

*Nomina autem hæc, damnum inquam, & lucrum, ex iis contractibus, quos ſua ſponte faciunt homines tracta ſunt. Qui enim emendo, uendendo cæteraqua agendo, quæ lege conceſſa ſunt, plus habent quàm ſuum, ii lucrari. qui minus quàm in principio, ii damnum pati dicuntur. Sed qui neque plus, neque minus habent,*

B *ſed ſua per ſeipſa ſunt facta, ii ſe ſua inquiunt habere, & neque damnum pati, neque lucrari. Quare iuſtum medium eſt inter lucrum quoddam, & damnum, quæ fiunt inuitis hominibus. Aequale inquam, & prius, & poſterius habere.*

LECTIO



## LECTIO VIII.

Poſtquam Philoſophus oſtendit qualiter accipiatur medium in vtraque iuſtitiæ ſpecie, hic excludit quādam falſam ſententiam circa acceptionem medii iuſtitiæ. Et circa hoc tria facit. Primo proponit ſententiam erroneam. Secundo improbat eā, ibi. {Et cōtrapaſſum autem, &c.} Tertio oſtendit, in quibus, & qualib⁹ habeat veritatem, ibi. {Sed in commutationibus, &c.} Dicit ergo primo, quòd quibuſdā viſum eſt, quòd vniuerſaliter loquendo, nihil aliud eſſet iuſtum, quàm contrapaſſum, vt ſcilicet aliquis pateretur ſecundum quod fecerat. Et hęc fuit ſententia Pythagoricorum, q determinabāt, quòd ſimpliciter iuſtum ē idem quod cōtrapaſſum. Deinde cum dicit.

b ¶ Improbat prædictam poſitionem. et hoc dupliciter. Primo quidem quantum ad diſtributiuā iuſtitiam dicens, ꝙ contrapaſſum nō cōgruit circa iuſtum diſtributiuum, & huius ratio manifeſta eſt. Iuſtum enim diſtributiuum non attenditur ſecundum ꝙ vnus duorum, quos oportet per iuſtitiā æquari agit in alium vel patitur ab alio, quod requiritur ad rationem contrapaſſi, ſed quòd aliquid communium bonorū diſtribuatur, vtrique ſecundum æqualitatē proportionis. Secundo ibi.

c ¶ Improbat prædictā poſitionē quantum ad iuſtitiam cōmutatiuam. Et proponit primo, quod đ hac iuſtitia intendebat, & dicit, ꝙ contrapaſſum non congruit etiam omnibus modis circa iuſtum, quod eſt directiuum commutationū, quā uis illi, qui protulerunt prædictam ſententiam hoc voluerunt dicere, ꝙ in commutationibus ſit idem iuſtum, quod contrapaſſum, quod patet per hoc, ꝙ quidam legislator nomine Rhadamantus, introduxit tale iuſtum, quòd ſi aliquis patiatur illa quæ fecit, recta vindicta ſit. Secundo ibi.

d ¶ Improbat quod dictum eſt duabus rationibus. Circa quarum primam dicit, ꝙ in multis locis talis vindicta inuenitur diſſonare verę iuſtitiæ, vt ſi aliquis in principatu conſtitutus percuſſerit aliquam priuatam perſonam, non requirit hoc iuſtitia, ꝙ princeps repercutiatur. Sed ſi aliquis percutiat principem, oportet, ꝙ non ſolum repercutiatur, ſed ꝙ grauius puniatur. Videtur autem hoc eſſe contra id quod Philoſophus ſupra dixerat, ꝙ in iuſtitia commutatiua non attenditur diuerſa conditio perſonarū, ſed lex vtitur omnibus quaſi æqualibus. Sed attēdendum eſt quod ibidem Philoſophus dixerat, ꝙ in commutati

A ua iuſtitia, lex attenditur ſolum ad differentiā nocumenti. Manifeſtum eſt autem, ꝙ quando nocumentum attendit circa ſubtractionem rei exterioris, puta pecuniæ, non variatur quātitas nocumenti ſecundum diuerſam conditionem perſonæ, ſed qn̄ eſt nocumentum perſonale, tunc neceſſe eſt, ꝙ quantitas nocumenti diuerſificetur ſ̄m conditionem p̄ſonæ. Manifeſtū eſt. n. ꝙ maius eſt nocumentū qn̄ aliquis p̄cutit Principē, p̄ qđ non ſolū perſonā ipſius, ſed totā rempublicā ledit, ꝗ ſi percutit aliquā priuatā p̄ſonam. Et ideo non competit iuſtitiæ in talib⁹ ſimpliciter cōtrapaſſum. Secundā rationem ponit ibi.

e ¶ Et dicit, ꝙ circa vindictas inferendas multū differt utrum iniuriam intulerit voluntarius, aut inuoluntarius. ſ. propter ignorātiam, vel vim, aut metū. Grauius enim debet vindicari ſi voluntarius peccauerit, ꝗ ſi inuoluntarius. et hoc duplici ratione. Primo quidem, quia in vindictis nō ſolum attenditur, ꝙ æqualitas iuſtitię reparetur, per hoc, ꝙ aliquis reſtituat alteri, qđ ei ſubtraxit, ſed etiam, ꝙ pro peccato commiſſo pœnam ſuſtineat, & p̄pter hoc lege alii qui puniuntur etiam pro peccatis, pro quibus nulla iniuria, vel damnum alii irrogatur, & fur cōpellitur non ſolum reſtituere quod accepit, per qđ æqualitas iuſtitię reintegratur, ſed etiam vlterius punitur pro culpa commiſſa. Culpa autem aggrauatur vel diminuitᷣ ex hoc, ꝙ aliquis peccat voluntarius, vel inuolūtarius. vnde grauius punitur voluntarius ꝗ inuoluntarius. Secundo, quia maior ē iniuria volūtarie peccātis, additur. n. exteriori nocumento interior contemptus. Deinde cum dicit.

f ¶ Oſtendit in quibus, & qualiter ſit verum, quod dictum ē, ſcilicet ꝙ contrapaſſum iuſtum ſit. Et circa hoc tria facit. Primo oſtendit, ꝙ contrapaſſum oportet fieri in commutationibus ſecundum proportionalitatem. Secundo manifeſtat formā huius proportionalitatis, ibi. {Facit enim retributionem, &c.} Tertio oſtēdit quō forma talis obſeruari poſſit, ibi. {Propter quod omnia comparabilia, &c.} Circa primum duo facit. Primo proponit, quod intendit. Secundo probat propoſitum, ibi. {Per contrafacere enim, &c.} Dicit ergo, ꝙ in communicationibus commutatiuis verum eſt, ꝙ tale eſt iuſtum, quod continet in ſe contrapaſſum, non quidem ſecundum æqualitatem, ſed ſecundum proportionalitatem. Videtur autem hoc eſſe contra id, quod ſupra dictum eſt, ꝙ ſcilicet in commutatiua iuſtitia, mediū accipitur non quidem ſ̄m Geometricam proportionalitatem, quæ conſiſtit in ęqualitate proportionis, ſed ſecundum arithmeticā,

## LECTIO VIII.

Idebitur autem aliquibus, & contrapaſſum eſſe ſimpliciter iuſtū, vt Pythagorici dixerunt. Determinabant enim ſimpliciter iuſtum contrapaſſum alii.

b Cōtrapaſſum aūt nō cōgruit neq; indiſtributiuū iuſtum.

c Neque indirectiuum, quamuis voluerit hoc dicere, & Rhadamantis iuſtum. Si patiatur, quæ fecit vindicta recte ſit.

d Multis enim ī locis diſſonat. Puta ſi principatum habens p̄cuſſit, non oportet repercuti. Et ſi principem percuſſit, non percuti ſolum oportet, ſed & puniri.

e Adhuc inuoluntarium, & voluntarium differt multum.

f Sed in commutationibus quidem commutatiuis continet tale iuſtum contrapaſſum ſecundum proportionalitatem, & nō ſecundum æqualitatem.

## *LECTIO VIII.*

*Idetur nonnullis, & ipſa repaſſio ſimpliciter eſſe iuſtum, ut Pythagorici cenſuerunt, qui quidem abſolute definien-*

C *tes iuſtum, repaſſionem eſſe dicebant.*

*Verum repaſſione, nec ad diſtributiuum iuſtum.*

*Nec ad emendatiuum accommodatur. Quanquam eā ipſam, & Rhadamanti ipſius iuſtum aſſerunt eſſe.*

*Si q̄ fecerat, hæc ēt patietur, et ipſe.*
**Iudicium fuerit per rectum atque exitus æquus.**

*Perſæpe enim diſcrepat. Nam ſi-*

D *quis magiſtratum gerens percuſſerit quempiam, non decet eum repercuti. Et ſi quiſpiam eum, qui magiſtratum gerit percuſſerit, is non ſolum repercutiendus eſt, uerum etiam ſupplicio afficiendus.*

*Præterea multum inter ſe differūt, id quod ſponte, & id quod inuitus quiſpiam fecit.*

*Sed in ſocietatibus commertiorum tale iuſtum, repaſſio inquam, per comparationē rationum, & non per æqualitatem continet ciuitatem.*

E

F g In cõtraſacere enim propor tionale manet ciuitas. Non eni hoc male quærunt. Si autem nõ ſeruitus videtur eſſe ſi non contraſacit, vel quod bene. Si autem non, retributio non fit. Retributione autem commanent. Propter quod, & Gratiarum ſacrum prompte faciunt, vt retributio ſit, hoc enim proprium gratię. Reſamulari enim oportet ei, qui gratiam fecit, & rurſus incipere ipſum gratiam facientem.

G h Facit.n.retributionem eam, quæ ſecundum proportionalitatem ſecundum diametrum coniugatio. Puta ædificator, in quo A, coriarius, in quo B, domus enim, in quo C, calciamẽtum, in quo D. Oportet autem accipere ædificatorem a coriario illius opus, & ipſum illi retribuere, quod ipſius. Si igitur primum ſit ſecundum proportio-

H nalitatem æquale, deinde contrapaſſum fiat, erit quod dicitur. Si autem non, non æquale eſt, neq; manet. Nihil enim prohibet melius eſſe alterius opus, quàm alterius. Oportet igitur hęc vtique æquari.

I i Eſt autem hoc, & in aliis artibus. Deſtruerentur enim ſi non fecerit faciens, & quantũ, & quale, & patiens paſſus eſt, & hoc, & tantum, & tale. Non enim ex duobus medicis fit cõmutatio, ſed ex medico, & agricola, & omnino alteris, & non ęqualibus. Sed hos oportet æquari.

*Ciuitas enim tum conſeruatur cum retributio fit, ut comparatio flagitat rationum. Nam homines aut reddere malum quærunt, quod ni faciant ſeruitus eſſe uidetur, aut retribui ſibi bonum, quod niſi fiat actus dandi beneficiumque non ſit. At ciuitates his conſeruantur. Quamobrem, & Gratiarũ templum in ciuitate media condunt, ut retributio ſit, hoc enim gratiæ propriũ eſt. Nam is qui ſuſcepit ſubminiſtret uiciſſim ei, qui munus contulit, & ipſe rurſus incipiat conferre oportet.*

*Coniunctio autem, quæ per diametrũ eſt facit eam retributionem, quæ per comparationem rationum efficitur hoc modo: ſit ædificator quidem A, ſutor autem B. Domus in C. Et Calceus collocetur in D. Aedificatorem*




*igitur a ſutore accipere opus illius, & ipſum illi ſuum dare oportet. Si igitur primum ſit id iuſtum, quod comparatione rationum eſt æquum, deinde repaſſio fuerit, erit quod dicitur, ſin minus, non erit æquum, neque conſtabit ſocietas. Nihil enim prohibet, unius opus alterius opere præſtabilius eſſe. Hæc igitur ad æqualitatem redigantur oportet.*

*Eſt autem hoc, & in cæteris artibus. Etenim e medio tollerentur, niſi agens ageret, & quantum, & quale patiens pateretur hoc, & tantum, & tale. Non enim duobus ex medicis fit ſocietas, ſed ex medico atque agricola et ex diuerſis omnino ac inæqualibus, uerum hi redigantur ad æqualitatem oportet.*




quæ cõſiſtit in æqualitate quantitatis. Dicendum eſt autem, ꝙ circa iuſtitiam commutatiuam, ſemper quidem oportet eſſe ęqualitatem rei ad rẽ non tamen actionis, & paſſionis, quod importat cõtrapaſſum. Sed in hoc oportet adhiberi proportionalitatem ad hoc ꝙ fiat æqualitas rerum, eo ꝙ actio vnius artificis maior eſt quàm actio alterius; ſicut ædificatio domus, q̃ fabricatio cultelli, vnde, ſi ædificator commutaret actionẽ ſuã pro actione fabricationis, non eſſet qualitas rei datæ, & acceptæ; puta domus, & cultelli. Deinde cum dicit.

g ¶ Probat propoſitum dicens, ꝙ per hoc manifeſtum eſſe poteſt, quòd iuſtum commutatiuum contineat contrapaſſum ſecundum proportionalitatem, quia per hoc commanent ciues ſibijnuicem in ciuitate: quòd ſibiinuicem proportionabiliter compatiũtur, prout ſcilicet ſi vnus pro alio facit aliqd, alius ſtudet proportionabiliter facere ꝑ eodem. Et manifeſtum eſt, quòd omnes ciues hoc quærunt, vt eis proportionabiliter contra fiat. Per hoc enim cõmanent homines adinuicem, ꝙ ſibiinuicem faciunt, quod quærunt, nunquam ergo male quærunt, quod.ſ.eis proportionabiliter contrafiat. Si autẽ non quęrunt hoc male: uidetur eſſe ſeruitus, ſi uni facienti, alius non contrafaciat proportionabiliter. Seruile .n. eſt, ꝙ aliquis non adipiſcatur ex ſuo opere aliquid, quod non male quærit, uel dicemus, ꝙ non ſolum non male quęrunt homines ſibi proportionabiliter contrafieri, ſed etiam bene, & ſic ſi non contrafiat eis proportionabiliter non fiet retributio debita: per hoc autem homines commanent adinuicem, ꝙ vnus retribuat alteri pro his, quæ ab eo acceperit. Et inde eſt, ꝙ boni homines prompte exhibent ſuis benefactoribus gratiarum actionem, quaſi quoddam ſacrum vt ꝑ hoc eis retribuant, retribuere enim proprie pertinet ad gratiarum actionem. Oportet enim, ꝙ homo iterum ſeruiat ei, qui ſibi fecit gratiam, ideſt gratuitum beneficium impendit, & quòd non ſit contentus tantum facere, quantum accepit: ſed ꝙ rurſus ipſe incipiat amplius exhibendo, quàm accepit, vt ſic ipſe gratiam faciat. Deinde cum dicit.

K h Manifeſtat formam proportionabilitatis, ſecũdum quam debet fieri contrapaſſum. Et primo ponit exemplum in coriario, & ædificatore. Secundo oſtendit idem eſſe in aliis artibus. ibi. (Eſt autem, &c.) Dicit ergo primo, quòd coniugatio, quæ eſt ſecundum diametrum facit in commutationibus retributionem, vel contrapaſſum ſecundum proportionabilitatem. Ad cuius intellectũ deſcribatur quadratum A, B, C, D, & ducantur duo diametri ſe interſecãtes. ſ. A, D, & B, C, ſit ergo ędificator A, coriarius B, domus quæ eſt opus ædificatoris C, calciamentũ quod eſt opus coriarii D, oportet igitur, ꝙ quandoque ædificator accipiat a coriario opus eius. ſ. calciamentum. Debet autem & ipſe pro retributione dare ei opus ſuum. Si ergo primo adinueniatur ſecundum proportionabilitatem æqualitas, vt. ſ. conſtituant ex vna parte tot calciamenta contra vnã domum, nam plures expenſas facit ędificator ĩ vna domo, q̃ coriarius in vno calciamẽto. Deinde fiat contrapaſſum, vt. ſ. ædificator accipiat multa calciamẽta adæquata vni domui, & coriarius vnã domum, erit quod dicitur. ſ. retributio, ſecũdum proportionẽ ſactam per diametralẽ coniunctionem, qa. ſ. calciamenta ꝓportionata dantur ædificatori; cui ſecundũ diametrum opponitur; & domus coriario: ſi autem non ſic fiat retributio, non erit æqualitas rerum commutatarum, & ſic homines non poterunt adinuicem cõmanere, eo quòd nihil prohibet opus vnius artificis eſſe melius, q̃ opus alterius, ſicut domus, q̃ calciamentũ, & iõ oportet hæc adinuicẽ adęquari, ſm dictã proportionabilitatẽ, ad hoc, ꝙ fiat iuſta cõmutatio. Deinde cum dicit.

i ¶ Oſtendit idem eſſe in aliis artibus. Et dicit, ꝙ hoc quod dictum eſt de ędificatore, & coriario, eſt etiam obſeruandum in aliis artibus, vt ſcilicet fiat contrapaſſum, & commutatio, ſecũdum proportionabilitatem diametralem. Deſtruerentur enim artes, ſi non tantum, & tale reciperet aliquis, quantum, & quale faceret. Et hoc oportet adinuenire, ſecundum modum prædictum. Non enim ſemper communicant ſibi mutuo ſua opera duo homines vnius artis, puta duo medici, ſed plerumque homines diuerſarum artium, puta medicus, & Agricola, & omnino diuerſi, & inæquales, quos tamen oportet ęquari, ſecũdum modum prædictum.



## LECTIO IX.

Ropter quod omnia cõparata oportet aliquã liter eẽ quorum eſt cõmutatio. Ad quod nummiſma venit, & fit aliqualiter mediũ. Omnia enim menſurat. Quare & ſuperabundantiã, & defectũ.

B b Quanta quædam vtique calciamenta æquale domui, vel cibo. Oportet igitur, quòd ędificator ad coriarium tanta calciamenta ad domum, vel cibum. Si enim non hoc, non erit commutatio, neq; communicatio. Hoc autem ſi non æqualia ſunt aliqualiter non erit.

C c Oportet igiť vno aliquo omnia menſurari quemadmodum dictum eſt prius. Hoc enim ſecũdum veritatem quidem opus, quod omnia continet. Si enim nihil indigerent, vel non ſimiliter, vel non erit commutatio, vel non eadem indigentia. Puta propter cõmutationem neceſſitatis nummiſma factum eſt ſecundum compoſitionẽ. Et propter hoc, nomẽ habet nummiſma, quoniam non natura, ſed nomen eſt, & in nobis eſt tranſmutare, & facere inutile.

D d Erit vtiq; contrapaſſum, quã do ęquata ſunt. Quare, qđ Agricola ad coriarium, hoc opus coriarii, ad quod Agricolæ. In figuram autem proportionalitatis oportet ducere quando cõmutabuntur. Si autẽ non vtraſque habebit ſuperabundantias alterum extremum, ſed cũ habent, quæ ipſorum, ſic æquales, & cõmunicantes, qm̃ hæc æqualitas poteſt in ipſis fieri.

## LECTIO IX.

*Vapropter ea uniuerſa, quorum eſt permutatio inter ſe ſe, comparabilia quodammodo eſſe oportet, pro quo nummus in uſum hominum uenit, & fit quodãmodo medium. Metitur .n. cuncta. Quare, & nimium atque parum.*

*Quot nam calcei domui, uel uictui ſunt æquales. Oportet igitur, quòd eſt ædificator ad ſutorem, tot pro domo, uel alimento calceos eſſe. Quod ſi hoc non fuerit, non erit permutatio, neque ſocietas, hoc autem non erit, ſi non æqua quodammodo fuerint.*

*Oportet ergo aliquo uno menſurari cuncta, ſicut & antea diximus. Hoc autem eſt reuera quidem indigentia ipſa, quæ omnia continet, nam ſi non indigeant, aut non ſimiliter, nõ erit permutatio, aut non eadem erit. Nummus autem ex inſtituto factus eſt, ut pro indigentia ſit. Et propterea nomen hoc habet, quòd non natura conſtat, ſed lege, & in nobis eſt ſitum ipſum mutare, atque inutilem facere.*

*Erit igitur tunc repaſſio cum redacta fuerint ad æqualitatem, ut quod eſt ad ſutorem Agricola, id ſit opus ſutoris ad Agricolæ opus. Oportet autem in figuram comparationis rationum ducere cum permutare uoluerint, ſi minus alterum extremum plus in ſe habebit, & minus quidem. Sed cum habent ſua ſic æquales, & ſocii ſunt, quia hæc æqualitas, in ipſis fieri poteſt.*

### LECTIO IX.

Poſtquàm Philoſophus propoſuit formam proportionabilitatis, ſecundum quã contrapaſſum eſt idẽ in commutationibꝰ, hic oſtendit qualiter prædicta forma proportionabilitatis poſſit obſeruari. Et primo oſtendit propoſitum. Secundo manifeſtat quædam, quæ dicta ſunt, ibi. {Quoniam autem indigentia, &c.} Circa primum duo facit. Primo oſtendit, ꝙ ad ꝑfectam formam proportionalitatis obſeruandum, neceſſe eſt omnia commenſurare. Secundo oſtendit quomodo per huiuſmodi commenſurationem fiat iuſte contrapaſſum in cõmutationibus, ibi. {Erit vtique cõtrapaſſum, &c.} Circa primum tria facit. Primo proponit quid ſit illud ꝑ quod omnia commẽſurantur. Secundo oſtẽdit quomodo talis commẽſuratio in cõmutationibus fiat, ibi. {Quanta quidẽ vtique, &c.} Tertio aſſignat rationem p̃dictæ commenſurationis, ibi. {Oportet enim vno, &c.} Dicit ergo primo, quòd ad hoc, ꝙ opera diuerſorum artificũ adequẽtur, & ſic commutari poſſint, oportet, ꝙ omnia illa quorum poteſt eſſe commutatio, ſint aliqualiter adinuicem comparabilia, vt ſcilicet ſciatur quid eorum plus valeat, & quid minus. Et ad hoc inuẽta eſt moneta, ideſt denarius per quam menſurantur præcia talium rerum. Et ſic denarius fit quoddam medium, inquantum, ſcilicet omnia menſurat, & ſuperabundantiam, ſcilicet & defectum, inquantum vna res ſupexcedit aliam, ſicut ſupra dictum eſt, ꝙ medium iuſtitiæ eſt, quaſi dicat, quæ meſurat ſuperabundantiam, & defectum. Deinde cum dicit.

b ¶ Oſtendit quomodo ſecundum commenſurationem prædictam fit commutatio. Licet ergo domus ſit magis in præcio, q̃ calciamentum, tamen aliquanta calciamenta adæquant in p̃cio vnam domum, vel cibum vnius hominis per aliquod longũ tempus. Oportet igitur ad hoc, ꝙ ſit iuſta commutatio, vt tanta calciamenta dentur pro vna domo, vel pro cibo vnius hominis, quantum ædificator, vel agricola excedit coriarium in labore, & in expenſis, quia ſi hoc non obſeruetur non erit cõmutatio verum, neque homines ſibiinuicem ſua bona communicabunt, illud autem quod dictum eſt, ſcilicet ꝙ aliqua calciamenta dentur pro vna domo, non poterit eſſe niſi aliqualiter ſint æqualia calciamenta domui. Deinde cum dicit.

c ¶ Aſſignat rationem prædictæ commenſurationis, quæ fit ꝑ nummiſma. Et dicit, ꝙ ideo poſſunt omnia adæquari, quia omnia poſſunt commenſurari ꝑ aliquid vnũ, vt dictum eſt, hoc autem vnum, quod omnia menſurat, ſecundum rei veritatem ẽ indigentia, quæ continet omnia commutabilia, inquantum omnia referuntur ad humanam indigentiam, nõ enim appræciantur ſecundum dignitatem naturæ ipſorũ, alioquin vnus Mus, quod ẽ animal ſenſibile, maioris p̃cii eſſet, q̃ vna Margarita, quæ ẽ res inanimata, ſed rebus præcia imponuntur, ſecundum quod homines indigent eis ad ſuum vſum. Et huius ſignum eſt, ꝙ ſi homines nullo indigerent, nulla eſſet commutatio, vel ſi non ſimiliter indigerent. i. non his rebus non eſſet eadẽ cõmutatio, quia nõ darẽt id qđ habent ꝓ eo, quo nõ indigerent. Et ꝙ ſm rei veritatem indigẽtia omnia menſuret, manifeſtum eſt per hoc, ꝙ nummiſma factum eſt ſecundũ cõpoſitionem, ideſt ſecundum conuentionem quandam inter homines, propter cõmutationem neceſſitatis, ideſt rerum neceſſariarũ. Eſt enim condictum inter homines, ꝙ afferẽti denarium detur id quo indiget. Et inde eſt, ꝙ denarius vocatur nummiſma, nomos .n. lex ẽ, quia. ſ. denarius nõ eſt mẽſura ꝑ naturã, ſed nomo. i. a lege: eſt. n. in poteſtate noſtra trãſmutare denarios, & reddere eos inutiles. Deinde cum dicit.

E d ¶ Oſtendit qũo ſm prædictã menſurationẽ contrapaſſum iuſte in cõmutationibus fiat. Et primo manifeſtat propoſitũ. Secũdo ponit in terminis, ibi. {Agricola aũt, &c.} Dicit ergo primo, ꝙ ex quo omnia menſurant per indigentiã naturaliter, & ꝑ denarium, ſm contradictũ hominũ, tunc iuſte fiet contrapaſſum, qñ omnia ſm prædictũ modũ adęquabunt, ita. ſ. ꝙ quãtũ Agricola, cuius opus eſt cibꝰ hominis, excedit Coriariũ, cuius opus ẽ calciamentũ, in tanta ꝓportione excedit, ſm numerũ opus Coriarii opus Agricolæ, vt. ſ. calciamenta multa dentur ꝑ vno modio tritici, & ita qñ fit cõmutatio rerũ, oportet ducere res cõmutandas in diametralẽ figurã proportionabilitatis, vt ſupra dictũ eſt, & ſi hoc nõ fieret, alterũ extremũ haberet vtraſq; ſuperabũdantias. Puta, ſi Agricola daret modiũ Tritici pro calciamento, haberet ſuperabundantiã laboris in opere, & haberet ſuperabũdantiã ẽt damni, quia. ſ. plus vellet dare, q̃ accipere. Sed qñ oẽs habent, quę ſua ſunt, ſic ſunt æqualia, & ſubiinuicẽ cõmunicãt, quia prædicta æqualitas põt fieri in ipſis. Deinde cum dicit.




F rebus quas inuicem habent, non oporteret fieri commutationem niſi rei ad rem, puta frumenti ad vinum, ſed quandoque contingit, quòd ille, cui ſuperabundat vinum, ad preſens nō indiget frumento, quod habet ille, qui indiget vino, ſed forte poſtea indigebit, vel aliqua alia re. Sic ergo pro neceſſitate futuræ commutationis, nummiſma, ideſt denarius eſt nobis quaſi fideiuſſor, quòd ſi in preſenti homo nullo indiget, ſed indigeat in futuro, aderit ſibi afferenti denarium illud quo indigebit. Oportet enim eſſe iſtam virtutem denarii, vt quādo aliquis ipſum affert, ſtatim contingat accipere illud, quo homo indiget. Verum eſt autem, quòd etiam denarius patitur hoc idem, quod aliæ res, quòd ſcilicet non ſemper pro eo accipit homo, quod vult, quia non ſemper poteſt æquale, ideſt non ſemper eſt eiuſdem valoris, ſed tamen taliter debet eſſe inſtitutus, vt magis pmaneat in eodem valore, quàm aliæ res. Deinde cum dicit.

h ¶ Manifeſtat quomodo ſecundum menſurationem denariorum

G fit commutatio rerum, quę denariis commenſurantur, & circa hoc tria facit, primo oſtendit qualiter fit commutatio rerum, quæ denariis menſurantur. Secundo oſtendit, ſecundū quam rationē denarii menſurent, ibi. {Secundum veritatē quidem, &c.} Tertio ponit, quod dictum eſt in terminis, ibi. {Domus in quo autem, &c.} Dicit ergo primo, ꝙ ſicut quædam menſura menſurans propter hoc denari⁹ diutius manet ī ſuo valore, oportet omnia appreciari denariis. Per hūc enim modum poterit eſſe commutatio rerum, & per conſequens cōmunicatio inter homines. Nummiſma quidem adæquat res commutabiles, ſicut quædam menſura faciens res commenſuratas. Manifeſtat autem quę dicta ſunt, per hoc, quòd communicatio eſſe non poterit, ſi non ſit cōmutatio, quæ nō erit ſi non conſtituatur æqualitas in rebus, quæ non erit, ſi non ſit commenſuratio. Deinde cum dicit.

i ¶ Oſtendit ꝑ quē modum denarii mēſurent. Et dicit, ꝙ res tantū differentes impoſſibile eſt cōmēſurari ſecūdum veritatem, ideſt ſecundū proprietatem ipſarū rerum, ſed per comparationem ad indigentiam hominū, ſufficienter poſſunt contineri ſub vna mēſura. Vnde oportet eſſe vnum aliquid, quo hmōi omnia menſurantur, quod quidem non menſurat, ex ſui natura, ſed q a ita poſitum eſt inter homines. Vnde & vocatur nummiſma, quod quidem omnia facit cōmenſurata, inquantum omnia menſurantur nummiſmate. Deinde cum dicit.

e Agricola A, cibus C, coriarius B, opus ipſi adęquatum D. Si autem ſic non erat contrapati, non vtique erat communicatio.

*Atque ſit Agricola quidem A, et alimentum C, ſutor autem B, & opus ipſius, quod inæqualitatem iam eſt redactum D. Quòd ſi hoc pacto non eſſet repaſſio, non eſſet ſane ſocietas.*

| *Agricola* | *Sutor.* |
| --- | --- |
| *A.* | *B.* |
| *C.* | *D.* |
| *Alimētum* | *Calcei* |

f Quoniam autem indigentia continet quemadmodum vnū quid ens oſtenditur, quoniam cum non in neceſſitate ſunt adinuicem, vel vterq; vel alter nō cōmunicant, quemadmodum cū quo habet ipſe īdiget qs, puta vino, dātes frumēt eductionem. Oportet ergo hæc ęquari.

H *Ipſam autem indigentiam continere, ut quid unum hoc ſane declarat. Cum enim aut ambo ſeſe non indigent mutuo, aut aliter, non fit permutatio, ſicut fit cum eius quiſpiam indiget hoc habet ipſe, ut uini pro quo dat ille triticum exportandum. Oportet igitur hæç redigi ad æqualitatem.*

g Pro futura autē commutatione, ſi non nihil indiget, quoniā erit ſi indigeat nūmiſma. puta fideiuſſor eſt nobis. Oportet.n. hoc ferenti omne accipere. Patitur quidē igitur, & hoc idē. Nō .n. ſemper ęquale poteſt, verum tamen vult manere magis.

*Quòd ſi nunc non indigeat, nummus intercedit pro permutatione futura, ipſam ſi indiguerit fore. Liceat enim oportet hunc afferenti accipere. Patitur igitur idem, & ipſe, non enim ſemper æquale poteſt, attamen magis*

I *ipſe perſiſtere ſolet.*

h Propter quod oportet omnia appreciari. ſic enim erit ſēper commutatio. Si autem hoc cōmunicatio, numiſma vtique quemadmodum menſura commenſurata faciens æquat. Neq; enim vtique non exiſtente commutatione cōmunicatio erit, neque commutatio æqualitate non exiſtente, neque æqualitas non exiſtente cōmenſuratione.

*Iccirco definitæ ſint præcio res omnes oportet, ſic enim erit permutatio ſemper. quæ ſi erit, ſocietas erit. Nummus igitur ut menſura res ipſas metiendo redigit ad æqualitatem. Etenim neque ſocietas fuerit ſine permutatione, neque permutatio ſine æqualitate, neque æqualitas ſine communi menſura.*

i Secūdum veritatem quidem impoſſibile tantum differentia commenſurata fieri. Ad opus autē conuenit ſufficienter. vnū vtique oportet eſſe. hoc autem ex ſuppoſitione. Propter quod & nummiſma vocatur. Hæc.n. omnia facit commenſurata. Menſurantur enim omnia nummiſmate.

K *Atque re quidē uera fieri nequit, ut ea quæ adeo differunt, conueniant communi menſura, attamen indigentiæ ratione ſatisfieri poteſt. Vnum quid igitur eſſe oportet, atque hoc ex poſitione, quapropter nummus uocatur. Hoc enim facit ut omnia menſura conueniant, menſurantur enim omnia nummo.*

e ¶ Ponit in terminis, quod dictum eſt de figura proportionalitatis. Deſcribatur ergo ſic, & prius quadratum A, B, C, D, & duo diametri ſe interſecātes A, D, B, C, & ſit ergo agricola A, cibus quod ē op⁹ eius C, puta modius tritici, coriarius ſit B, D, ſit opus coriarii adæquatum, i. tot calciamenta, quæ valent modium tritici. Erit ergo iuſte cōtrapaſſum, ſi coniūgatur A, cum D, & B, cum C, & ſi non ſit talis contrapaſſio, homines nō cōmunicabunt res ſuas inuicē. Deinde cum dicit.

f ¶ Manifeſtat plenius, quod ſupradictum eſt. Et primo, manifeſtat, qūo res menſurantur. Secundo, quomodo cōmenſuratę commutētur, ibi. {Propter quòd oportet.} Circa primum duo facit. Primo oſtendit, ꝙ neceſſitas ſit menſura, ſecundum rei veritatē. Secundo, qūo denarius ſit menſura, ſecū dum legis poſitionē, ibi. {Pro futura autē &c.} Dicit ergo primo, ꝙ hoc quod dictum eſt, ꝙ indigentia humana continet omnia, ſicut vna quædam menſura oſtenditur per hoc, ꝙ quādo homines hoc modo ſe habent adinuicem, ꝙ vel vterq; vel ſaltem alter non indigeat re, quam alius habet, non cōmutāt adinuicem, ſicut cōmutant cum aliquis qui habet frumentū indiget vino, quod habet alius, & ita dat frumētū pro vino, vt .ſ. tantū de frumento det, q̄tū valet vinū. Deinde cum dicit.

g ¶ Manifeſtat quomodo denarius menſurat. Circa quod cōſiderandum eſt, quòd ſi ſemper homines in præſenti indigerēt

mensurata, inquantum omnia menſurantur nummiſmate. Deinde cum dicit.

K ¶ Manifeſtat



K ¶ Manifeſtat quod dictum eſt in terminis, dicens ſit A, domus, quæ valet quinque libras, b, ſit lectus, qui valeat vnam libram, & ſic lectus erit in valore quinta pars domus. Vnde manifeſtum eſt quot lecti ſint æquales in valore vni domui, ſcilicet quinque. Et manifeſtum eſt ꝙ ſic fiebat commutatio antequam eſſent denarii, dabantur enim quinq; lecti pro vna domo. Nihi autem differt vtrum dentur quinque, vel quantum [illegible] valent quinque. Vltimo autem epilogan do concludit, ꝙ dictū eſt, quid eſt iuſtum, & quid eſt iniuſtum.

k Domus in quo A, mnarum quinq; B. Lectus in quo C. mna dignus. Lectus autē quinta pars domus vtique erit: manifeſtum igitur quanti lecti æquales domui, quoniam quinque. Quoniam autē ſic commutatio erat antequam numiſma erat, manifeſtum eſt. Differt enim nihil

B vel lecti quinque pro domo, vel quanti quinque lecti. Quod quidem igitur iuſtum, & quod iniuſtum eſt, dictum eſt.

Domus —— Minæ decē —— Lectica.
A. ———— B. ———— C.

A ſcilicet iniuſtitiam, quæ eſt extremorum, inquantum accipit ſibi plus de bonis & minus de malis, ſed iniuſtum pati, non pertinet ad aliquam malitiam, ſed magis eſt pœna. Deinde cū dicit.

c ¶ Probat quod dictum eſt, ſcilicet ꝙ iuſtitia non ſit medietas duarum malitiarum, ſicut alię virtutes morales. Et circa hoc duo facit. Primo aſſumit quid ſit iuſtitia. Secundo adiungit q̄dam ad concludendū propoſitum, ibi. {Iniuſtificationis autē, &c.} Circa primum duo facit. Primo ponit quid ſit iuſtitia. Secundo quid ſit iniuſtitia, ibi. {Iniuſtitia autem, &c.} Dicit ergo primo, ꝙ iuſtitia eſt habitus, ſecundum quem ille qui ē iuſtus, dicitur eſſe operatiu⁹ iuſti, & hoc ſecundum electionē quia ſicut ſupra ī Secundo dictum eſt, virtus moralis eſt habitus electiuus. Hoc autem, quod dicitur operatiuus iuſti, poteſt referri ad iuſtitiā directiuam commutationum, in quā apparet magis ratio iuſtitiæ propter æqualitatem rei, vnde addit, & diſtributiuus, vt comprehēdat etiam iuſtitiam diſtributiuam, quæ conſiſtit in æqualitate ꝓportionis. Poteſt autem aliquis ſecundū electionem operari iuſtum tam in commutationib⁹, q̄ in diſtributionib⁹ dupliciter. Vno modo inter ſe & alterum, & quantum ad hoc dicit, & ipſi ſibi ad alium. Alio modo inter duos alios, qđ pertinet ad iudicem, vel arbitrum. Vnde ſubdit, & alteri ad alterū. Quomodo aūt iuſtus operetur iuſtū manifeſtat per excluſionem contrarii ſubdens, ꝙ non ſic facit, ꝙ de rebus eligibilibus, puta diuitiis, & honoribus plus confert ſibi, & minus ꝓximo, & de rebus nociuis, ideſt laborioſis, & pœnalibus ecōtrario plus proximo, q̄ ſibi, ſed æqualiter ſecundum proportionem, & hoc obſeruat non ſolum inter ſe, & alium, ſed etiam inter duos alios. Deinde cum dicit. Lect. 7.

d ¶ Proponit quid ſit iniuſtitia, & dicit, ꝙ iniuſtitia econtrario eſt habitus ſm electionē operatiuus iniuſti, quod quidē cōtingit in ſupabundantia, vel defectu rerū vtiliū, vel nociuarū, quas accipit ꝑter debitā ꝓportionem, ꝑꝑ quod ſicut iuſtitia dicit medietas, q a eſt operatiua medij, ita ēt iniuſtitia dicitur ſuperabundantia & defectus, quia eſt factiua ſuperabundātiæ & defectus, ita quidē, ꝙ iniuſt⁹ attribuit ſibiipſi ſuperabundantiā rerum, quæ ſunt ſimpliciter vtiles

*Sit domus quidem A, vncie autem decem B, & lectica collocetur in C. Atque A, quidem dimidium ſit ipſius B, ſi præcium domus quinque unciæ ſint aut æquale B, ipſi C, autem ideſt lectica ſit pars decima ipſius B. Patet igitur quot lecticæ domui ſunt æquales, ſunt enim quinque. Hoc autem modo permutatio erat antequam eſſet nummus, nihil enim intereſt ſiue lecticæ quinque, ſiue præciū quinque lecticarum detur pro domo. Dictum eſt igitur, quid nam ſit iuſtum atque iniuſtum.*

Domus —— Vncię decē —— Lectica.
A. ———— B. ———— C.
V. ———————— I.

## LECTIO X.

Poſtquàm Philoſophus oſtēdit quomodo iuſtum ſit mediū, hic oſtendit quomodo iuſtitia ſit mediū. Et circa hoc tria facit. Primo proponit quod intendit. Secundo probat propoſitum, ibi. {Hæc quidem iuſtitia.} Tertio epilogat, quæ dicta ſunt, ibi. {De iuſtitia quidē igitur.} Quia vero habitus cognoſcūtur per actus. Circa primū duo facit. Primo proponit, ꝙ operatio iuſtitię ſit mediū. Secundo quomodo ipſa iuſtitia ſit medium, ibi. {Iuſtitia autem medietas, &c.} Dicit ergo primo, ꝙ ex pręmiſſis, q̄ determinata ſunt, manifeſtum eſt, ꝙ operatio iuſta, quæ eſt operatio iuſtitiæ ſit medium inter iniuſtum facere, & inter iniuſtum pati, quorū alterum eſt plus habere, q̄ ſit ſibi debitum, ſcilicet iniuſtum facere, alterum autem .i. iniuſtum pati eſt minus habere ꝑꝑ hoc, ꝙ priuatur aliqs eo, qđ ſibi debetur, actus autem iuſtitiæ eſt facere æquale, quod eſt medium inter pl⁹ & minus, vnde manifeſte ſequitur ex præmiſſis, ꝙ iuſta operatio medium eſt inter iniuſtum facere, & iniuſtum pati. Deinde cum dicit.

b ¶ Oſtendit qualiter iuſtitia ſit medium. Et dicit, ꝙ iuſtitia nō eſt medietas eodem modo, quo aliæ virtutes morales, quarum vnaqueq; medietas eſt inter duas malitias, ſicut liberalitas, quæ eſt media inter illiberalitatem & prodigalitatem, ſed iuſtitia non eſt media inter duas malitias. Poteſt autem dici medietas effectiue, inquātum .ſ. eſt conſtitutiua medii, quia .ſ. actus eius eſt iuſta operatio quę eſt medium inter iniuſtum facere, & iniuſtum pati, quorū duorum alterum tantum .ſ. iniuſtum facere pertinet ad malitiā

## LECTIO X.

Eterminatis autē his, manifeſtū, ꝙ iuſta operatio medium eſt eius quod eſt iniuſtum facere, & iniuſtum pati. Hoc quidem enim plus habere, hoc aūt minus eſt.

C *His autem determinatis, conſtat iuris actionem mediū inter hæc eſſe, agere inquā ac pati iniuſtitiam. Alterum enim eſt plus habere, alterum minus.*

b Iuſtitia autem medietas eſt, non ſecundum eundem prædictum modum prędictis virtutibus, ſed medii eſt. Iniuſtitia autem extremorum.

*Iuſtitia autem non eodē modo quo priores uirtutes mediocritas eſt. Sed quia medii eſt, iniuſtitia uero extremorum.*

c Et quidem iuſtitia eſt habit⁹ ſecundum quem iuſtus dicitur operatiuus ſecundum electionē

D iuſti, & diſtributiuus, & ipſi ad alium, & alteri ad alterum.

*Et iuſtitia quidem eſt, qua iuſtus dicitur actiuus electione iuſti, atque diſtributiuus, & ſibiipſi ad alium, ac alii ad alium.*

d Non ſic, quoniā eligibilis quidem plus ipſi, minus autem proximo, nociui autem econuerſo ſed ęqualis eius, quod ſecundū proportionalitatem. Similiter autem alii ad aliū. Iniuſtitia aūt contrarium iniuſti. Hoc autem eſt ſuperabūdantia & defectus vtilis, vel nociui præter proportionale, propter quod ſuperabū

E dātia & defectus iniuſtitia eſt, quoniā ſuperabundantiæ, & defectus eſt in ſeipſo quidem ſuperabundantiæ ſimpliciter vtilis, defectus autem nociui. In aliis autem totum quidē ſimiliter. Quod ꝑter autē proportionale qualitercumque contingit.

*Non hoc modo, ut commodi quidē plus ſibi tribuat, & proximo minus, incommodi autem econtra, ſed æqui quod ex comparatione rationum exoritur, & alii ſimili modo ad alium. Iniuſtitia autem contra iniuſti, hoc autem eſt nimium & parum, commodi uel incommodi contra comparationem rationum. Quapropter iniuſtitia exuperatio eſt, & defectus, quia eſt exuperationis & defectus. In ſe quidem exuperationis eius quod eſt ſimpliciter commodum, & defectus eius quod eſt incommodum. In aliis autem totius quidem ſimiliter, eius uero, quod a comparatione rationum exorbitari, ut contigerit.*

vtiles, defectum autem rerum nociuarum, ſed aliis quidem ſimiliter attribuunt totum ideſt ſuperabundantiam, & defectum, ſed non in eiſdem, ſed defectum quidem vtilium, ſuperabundantiam vero nociuorum. Non tamen eſt determinatum qualiter iniuſtitia debitam proportionem relinquat, ideſt quantum plus vel quantum minus debito accipiat, ſed hoc facit qualitercũque contingit, ideſt prout ſibi occurit. Deinde cum dicit.

e ¶ Adiungit quædam neceſſaria ad cõcludendum propoſitum. Et dicit, quòd duplex eſt iniuſtificatio, vna quidem, quæ conſiſtit in minus habere de bonis, ad quã refertur plus habere de malis, quod eſt eiuſdem rationis, & hoc eſt iniuſtum pati. Alia autem iniuſtificatio eſt habere magis de bonis, & minus de malis, & eſt iuſtum facere: ex his ſic poteſt argumẽtari. Ad iniuſtitiam pertinet iniuſtum facere, ſed habere minus ĩ bonis, vel plus in malis, non eſt iniuſtum facere, ſed iniuſtũ pati, ergo hoc non pertinet ad malitiam iniuſtitiæ, iuſtitia vero eſt mediũ inter plus habere & minus habere, vt ſupra habitum eſt, ergo iniuſtitia non eſt medium inter duas malitias. Deinde cũ dicit.

f ¶ Epilogat, quæ dicta ſunt. et dicit, quòd dictum eſt de iuſtitia & iniuſtitia, quæ ſit natura vtriuſque, & ſimiliter de iuſto & iniuſto in vniuerſali, nam quoſdã particulares modos iuſti & iniuſti poſtea determinabit.

e Iniuſtificationis autẽ quod quidem minus, iniuſtum pati eſt. quod autem maius, iniuſtum facere.

f De iuſtitia quidẽ igitur & iniuſtitia, quę vtriuſque eſt natura, dictum ſit ſecundum hunc modum. Similiter & de iuſto & iniuſto vniuerſaliter. G

## LECTIO XI.

Qvia autem eſt iniuſtum facientem nondum iniuſtum eſſe, quales autem iniuſtificationes faciens iã iniuſtus ẽ ſecundũ vnamquãq; iniuſtitiã, puta fur, vel mæchus, vel latro. vel ſic quidem nihil differt. Etenim ſi commiſcebit mulieri ſciens hoc cui, ſed non propter electionis principium, H ſed propter paſſionem, iniuſtũ quidem facit igitur, iniuſtus autem non eſt, puta neque fur, furatus eſt autem, neque mæchus, mæchatus eſt autem. Similiter autem & in aliis.

b Qualiter quidem igitur habet contrapaſſum ad iuſtum, dictum eſt prius.

c Oportet autem non latere, quoniam quidem eſt & ſimpliciter iuſtũ & politicum iuſtum. I

d Hoc autem eſt communicatio vitæ ad eſſe per ſe ſufficiẽtiã liberis & ęqualibus, vel ſecundũ proportionalitatem, vel ſecundum numerum.

## LECTIO XI.

Poſtquàm Philoſophus determinauit de iuſtitia & iuſto & oppoſitis horum abſolute, hic determinat de eis per comparationem ad ſubiectum, oſtendendo ſcilicet, qualiter aliquis faciendo iniuſtum, fiat iniuſtus. Et circa hoc duo facit. Primo determinat veritatem. Secũdo mouet quaſdam dubitationes circa prædeterminata, ibi. {Dubitabit autem vtique aliquis, &c.} Circa primum tria facit. Primo mouet quæſtionem. Secundo interponit quædam, quæ ſunt neceſſaria ad quęſtionis ſolutionem, ibi. {Oportet autem non latere, &c.} Tertio ſoluit quæſtionem, ibi. {Exiſtentibus autem iuſtis, &c.} Circa primum duo facit. Primo mouet quæſtionem intentam. Secundo oſtendit quandam aliam quæſtionem prius eſſe determinatam, ibi. {Qualiter quidem igitur habent, &c.} Dicit ergo primo, quòd contingit aliquem qui facit aliquam rem iniuſtam, nondum eſſe iniuſtum. Et ideo quærendum eſt, quales iniuſtificationes, ideſt operationes iniuſtorum oportet eſſe ad hoc, quòd ille, qui facit iniuſta, iam ſit iniuſtus in vnaquaque ſpecie iniuſtitiæ, puta furti, vel adulterii, vel latrocinii. Vel poteſt dici remouendo prædicta, quòd ſic quidem nihil differt ad hoc, quòd homo ſit iniuſtus, ſecundum quas operationes iniuſta faciat. Ideo autem quæſitum eſt F ſecundum quales iniuſtificationes contingit, quia multipliciter contingit aliquid facere iniuſtum, quia contingit, quòd aliquis commiſcetur mulieri, quæ eſt vxor alterius, non ignorans perſonam, quod faceret inuoluntarium, ſed ſciens, cui commiſcetur, non tamen hoc facit ex electione, ſed ex paſſione. Talis igitur facit quidẽ rem iniuſtam, non tamen videtur eſſe iniuſtus, quia non operatur ex electione, ſi cuſtiam in ſpeciali poſſumus dicere, ꝙ aliquis non eſt fur, licet ſit furatus, quia nõ eſt furatus ex electione, & ſimiliter nõ eſt mæchus, licet ſit mæchatus, & ſimilis ratio eſt in aliis. Deinde cum dicit.

*Iniuria autem minor quidem eſt iniuriam pati, maior autem iniuriam facere.*

*De iuſtitia igitur, ac iniuſtitia, quænam ſit utriuſque natura, ſit dictum hoc modo, ſimiliter & de iuſto uniuerſaliter atque iniuſto.*

## *LECTIO XI.*

*Cvm uero fieri poſſit, ut iniuriam quiſpiam faciat, & nondum ſit ipſe iniuſtus, quales nam iniurias quiſpiam faciens unaquaque iniuſtitia iam eſt iniuſtus, fur inquam uel adulter, uel latro, an hoc modo, nihil intererit. Etenim fieri poteſt ut quiſpiam coeat cum muliere ſciens cum qua coit, ſed non ob electionis principium, ſed ob affectum. Atque iniuriam quidem agit, ſed iniuſtus non eſt, ueluti, neque fur, furatus eſt tamen, neque adulter, adulterium tamen fecit, & eodem de cæteris modo.*

*Quomodo igitur ſeſe habet ad ipſum iuſtum repaſſio, dictum eſt antea.*

*Oportet autem non latere iuſtum quod nunc quæritur, id eſſe, quod eſt ſimpliciter iuſtum, ipſum inquam iuſtum ciuile.*

*Hoc autem eſt inter ſocios uitæ, ut ſit ſufficientia liberorum atque æqualium, aut in comparatione rationum conſiſtens, aut in numero.*

b ¶ Oſtendit quandam dubitationẽ iã eſſe ſolutam, ſcilicet qualiter ſe habeat cõtrapaſſum ad iuſtum de quo prius dictum eſt. Deinde cum dicit.

c ¶ Interponit quędam, quæ ſunt neceſſaria ad ſolutionem propoſitæ quæſtionis. Et primo quid ſit ſimpliciter iuſtũ. Secundo quid ſit iuſtificatio, ibi {Differt autem iuſtificatio, &c.} Circa primum duo facit. Primo dicit de quo eſt intentio. Secundo exequitur propoſitũ, ibi. {Hoc autem eſt, &c.} Dicit ergo primo, quòd ad euidentiam quæſtionis, qua quęritur, quali operatione aliquis faciens iuſtum vel iniuſtum dicitur iuſtus vel iniuſtus, oportet non latere, quòd iuſtum de quo quæritur, eſt iuſtum ſimpliciter, quod eſt iuſtum politicum. Deinde cũ dicit.

d ¶ Exequitur propoſitum. Et primo oſtendit quid ſit iuſtum politicum. Secundo diuidit ipſum, ibi. {Politici autem iuſti, & cætera.} Circa primum duo facit. Primo proponit, quod intendit, ſcilicet quid ſit iuſtum politicum. Secundo manifeſtat propoſitum, ibi. {Eſt enim quibus iuſtum, & cætera.} Circa primum duo facit. Primo oſtendit quid ſit iuſtum politicum. K Secundo concludit, quod ſunt quædam alia iuſta ab hoc differentia, ibi. {Quare quantis, & cætera.} Dicit ergo primo, quòd iuſtum politicum conſiſtit in quadam communitate vitæ, quæ ordinatur ad hoc, quòd ſit per ſe ſufficientia eorum, quæ ad vitam humanam pertinent. Et talis eſt communitas ciuitatis, in qua debent omnia inueniri, quæ ſufficiant humanæ vitæ. Hoc autem iuſtum conſiſtit in liberis, non autem in ſeruis, quia dominorum ad ſeruos non eſt politicum iuſtum, ſed dominatiuum, vt infra dicetur. Conſiſtit autem iuſtum politicum in perſonis æqualibus, ſcilicet quarum vna non ſubditur alteri naturali ordine, vel ciuili, ſicut filius patri, inter quos, vt infra dicetur, non eſt politicum iuſtum, ſed paternum. Hoc autem iuſtum politicum, vel eſt ſecundum proportionalitatem, ideſt ſecundum æqualitatem proportionis quantum ad iuſtitiam diſtributiuam, vel ſecundũ numerum, ideſt æqualitatem numeralis quantitatis, quantum ad iuſtitiam commutatiuam. Deinde cum dicit.

e ¶ Concludit



e ¶ Concludit quædam alia iuſta a prædicta differentia dicẽs, A ꝙ ex quo iuſtum politicum conſiſtit in liberis, & æqualibus, quibus non ineſt hoc ſcilicet ꝙ ſint liberi, & æquales, his non eſt adinuicem politicum iuſtum, quod eſt iuſtum ſimpliciter, ſed quoddam iuſtum ideſt dominatiuum, vel paternum, quod eſt ſecundum quid, inquantum habet ſimilitudinem aliquã politici iuſti. Deinde cum dicit.

f ¶ Manifeſtat, qđ dictum eſt. Et primo quantum ad iuſtum politicum, quod eſt iuſtum ſimpliciter. Secundo quãtũ ad iuſtum dominatiuũ, vel paternum, quod eſt iuſtum ſecundum quid, ibi. {Dominatiuum autem iuſtũ, &c.} Circa primum duo facit. Primo manifeſtat quod dictũ eſt, ſcilicet quod iuſtum politicum ſit in liberis, & æqualibus. Secundo infert quædam correlaria ex dictis, ibi. {Propter qđ non ſinimus.} Dicit ergo primo, ꝙ ideo dictum eſt, ꝙ iuſtum politicum eſt in liberis, & æqualibus, quia cum iuſtum politicũ determinetur lege, neceſſe eſt, ꝙ in illis ſit ad quos datur lex. Lex autem nõ datur principaliter pro ſeruis, qui cohibentur a dominis, neque pro filiis qui cohibentur a patribus, ſed pro liberis, & æqualibus. Quod autem in talibus ſit politicum iuſtum, ad quos datur lex, manifeſtum eſt per hoc, ꝙ iuſtitia & iniuſtitia in eis ſunt, lex autem ad illos ſe extendit, in quibus poteſt eſſe iniuſtitia, quod patet ex hoc, ꝙ vindicta, quæ fit ſecundum legem, nihil aliud eſt q̃ iudicium de iuſto & iniuſto. Et ex quo lex eſt, in quibus eſt iuſtitia, ſequitur, ꝙ ſit in quibus eſt iniuſtum, & per conſequens, in quibus iuſtum, quia in quibuſcumque eſt iniuſtitia in his inuenitur iniuſtum facere, ſed non conuertitur. Dictum eſt enim in ſecundo, ꝙ contingit aliquid facere virtuoſum abſque virtute, & ſimiliter vitioſa abſque habitu vitii, hoc autem iniuſtum nihil aliud eſt quàm quod aliquis attribuat ſibiipſi plus de his, quæ ſunt ſimpliciter, & abſolute bona, ſicut ſunt diuitię & honores, & minus de his quæ ſunt ſimpliciter, & abſolute mala, ſicut ſunt contraria prędictorum. Deinde cum dicit.

g ¶ Infert tria correlaria ex dictis. Et primo dicit, ꝙ quia iniuſtum eſt, ꝙ aliquis ſibi plus attribuat de bonis, & minus de malis, inde eſt, ꝙ in recta gubernatione multitudinis non permittimus, ꝙ homines principentur, ſcilicet ſecundum voluntatem, & paſſiones humanas, ſed quòd principetur homini lex, quæ eſt dictamen rationis, vel homo, qui ſecundum rationem agat, quia ſi princeps ſequitur paſſiones humanas, faciet hoc ſibi ſcilicet ꝙ plus accipiet de bonis, & minus de malis, & ita fiet tyrannus, quum hoc ſit contra rationem principis. Ad hoc .n. princeps inſtitutus eſt, vt cuſtodiat iuſtitiam, & per conſequens æqualitatem, quam præterit dum ſibi vſurpat plus de bonis, & minus de malis. Secundum correlarium ponit ibi.

e Quare quantis non eſt hoc, non eſt his adinuicem politicũ iuſtum, ſed quoddam iuſtum, & ſecundum ſimilitudinem.

f Eſt enim iuſtum, quibus & lex ad ipſos. Lex autem in quibus iniuſtitia. Vindicta enim iudicium iuſti, & iniuſti. In quibus B autem iniuſtum facere, non omnibus iniuſtitia. Et hoc autem eſt plus ipſi tribuere ſimpliciter bonorum, minus autem ſimpliciter malorum.

g Propter qđ non ſinimus principari hominẽ, ſed rationẽ, quoniam ſibiipſi hoc facit, & fit tyrannus. Eſt autem princeps cuſtos iuſti, & ſi iuſti, & æqualis.

h Quia autem nihil ipſi plus eſſe videtur ſiquidem iuſtus. C Non enim tribuit plꝰ ſimpliciter bono ipſi, ſi non ad ipſum proportionale eſt, ideo alteri laborat. Et propter hoc alienum aiunt eſſe bonam iuſtitiam, quemadmodum dictum eſt prius.

i Merces autem ergo quędam danda, hæc autẽ honor, & gloria. Quibus autem non ſufficiẽtia hæc, iſti ſunt tyranni.

k Dominatiuũ aũt iuſtũ, & paternũ, non idem his, ſed ſimile. D

l Non enim eſt iniuſtitia ad q̃ ipſius ſimpliciter. Poſſeſſio autẽ & filius vſquequo vtique ſit pelicon, & ſeparetur, quemadmodum pars ipſius. Seipſum autẽ nullus eligit nocere. Propter qđ non eſt iniuſtitia ad ſeipſum. Non ergo iniuſtum.

m Neque iuſtum politicum. Secundum legem enim erat, & in E quibus natum erat eſſe lex. Iſti

*Quare in quibus hoc non eſt, inter eos ciuile iuſtum non eſt, ſed quoddã iuſtum & per ſimilitudinem quandam.*

*In iis enim eſt iuſtum quibus inter ſe ponitur lex. Lex autem iis poni ſolet, in quibus eſt iniuſtitia. Iudicium enim diiudicatio eſt iuſti, atque iniuſti. In quibus uero eſt iniuſtitia in iis eſt etiam iniuriam facere, ſed non in omnibus eſt iniuſtitia, in quibus eſt iniuriam facere. Hoc autem eſt plus quidem ex ſimpliciter bonis, minus autẽ ex ſimpliciter malis, ſibi tribuere.*

*Iccirco non ſinimus hominem dominari, ſed rationem, quia ſibiipſi id facit, & fit tyrannus. Magiſtratus autem cuſtos eſt iuſti. quòd ſi iuſti, & æqui.*

*Atque quia nihil ſibiipſi plus tribuendum eſſe cenſet, ſi eſt iuſtus. Ex ſimpliciter enim bono plus ſibi non tribuit, niſi cõparatione rationum ſit ad ipſum accommodatum, ideo alii non ſibiipſi laborat. Atq; ob idipſum alienum bonum inquiunt iuſtitiam eſſe, ſicut & antea diximus.*

*Merces ergo quædam tribuenda eſt ipſi, honos inquam & præmium, ſed quibus hæc non ſufficiunt, ii fiunt tyranni.*

*Herile autem paternumque iuſtũ non idem, ſed his eſt ſimile.*

*Non eſt enim iniuſtitia ad ſua ſimpliciter. Id autem, quod poſſidetur, & filius quamdiu ſit paruus, & non ſeparatus, ut pars ipſius eſt patris. Se uero nemo uult lædere. Quapropter non eſt ad ſeipſum iniuſtitia.*

*Neque ergo iuſtum, neque iniuſtum ciuile, eſt enim lege, atque in his eſt in quibus lex eſſe põt. Qui quidẽ ii*

h ¶ Et dicit, ꝙ quia princeps, ſi ſit iuſtus, nihil plus attribuit ſibi de bonis, q̃ aliis niſi forte, ſecundum debitam proportionẽ diſtributiuæ iuſtitię: inde eſt, ꝙ princeps non laborat ad vtilitatem ſuam, ſed aliorum. Et propter hoc ſupra dictum eſt, ꝙ iuſtitia legalis, ſecundum quam princeps gubernat multitudinem, eſt alienum bonum. Tertium correlarium ponit ibi.

i ¶ Manifeſtum eſt enim, ꝙ quilibet debet dare mercedẽ ei, qui pro ſe laborat. Quia ergo princeps laborat pro multitudine, danda eſt merces a multitudine, ſcilicet honor, & gloria quę ſunt maxima bonorum, quæ ab hominibus dari poſſũt. Si autem ſunt aliqui principes, quibꝰ iſta non ſufficiant ꝑ mercede, ſed quærunt lucra, iſti ſunt iniuſti, & tyranni. Et ſuper hanc mercedem ab hominibus exhibitã boni principes expectãt mercedẽ a Deo. Deinde cum dicit.

k ¶ Manifeſtat qđ ſupra dictum eſt de eo, quod non eſt iuſtum ſimpliciter, ſed ſecundum ſimilitudinem. Et primo quantum ad iuſtum dominatiuum, & paternũ. Secundo quãtum ad iuſtum quod eſt viri ad vxorem, ibi. {Propter qđ magis, &c.} Circa primũ tria facit. Primo proponit quod intendit. Et dicit, ꝙ dominatiuum iuſtum, quod ſcilicet eſt domini ad ſeruũ, & paternũ, quod .ſ. ẽ patris ad filiũ, non eſt idem his iuſtis, quę ſunt politica, ſed habent aliquã ſimilitudinẽ cum eis, ſecundũ ꝙ aliqualiter eſt ad alterum. Secundo ibi.

l ¶ Oſtendit quod dictum eſt, quantum ad hoc, ꝙ dominatiuum, vel paternum iuſtum non eſt ſimpliciter iuſtum, manifeſtum eſt enim, ꝙ non poteſt eſſe ſimpliciter iniuſtitia hominis ad ea, quæ ſunt ipſius, ſicut neq; iuſtitia, quia vtrumq; eſt ad alterum. Sed ſeruus eſt dñi ſicut poſſeſſio, & filius quouſq; eſt pelicon .i. magnus, & ſeparet̃ a patre ꝑ emãcipationẽ, eſt quaſi quædã pars patris. Et ꝙ non ſit iniuſtitia ad ſeipſum patet per hoc, ꝙ nullus eligit nocere ſibiipſi. Vnde patet, ꝙ ſimpliciter loquẽdo nõ eſt iuſtitia, vel iniuſtitia ad filium, vel ſeruũ. Tertio ibi.

m ¶ Oſtendit, quòd dominatiuum & paternum iuſtum, etiam ſi eſſet ſimpliciter iuſtum, non eſſet politicum iuſtum, quia

iuſtum politicum eſt ſecundum legem, & in quibus nata eſt eſſe lex. Et huiuſmodi ſunt illi quibus competit æqualitas quantum ad hoc, ꝙ eſt principari, & ſubiici, ita ſcilicet, ꝙ vnus eorum ſubiicitur alteri, ſicut ſeruus ſubiicitur domino, & filius patri. Vnde in his non eſt politicum iuſtum. Deinde cum dicit,

n ¶ Determinat de iuſto vxorio, & dicit, ꝙ quia vxor minus eſt ſubiecta viro, q̃ ſeruus domino, vel filius patri, ideo plus habet de ratione iuſti illud quod eſt viri ad vxorem, quàm illud quod ē patris ad natos, ideſt filios, & domini ad poſſeſſiones, ideſt ſeruos. Iuſtum enim quod eſt viri ad vxorē eſt iconomicum, quia vir pręeſt in domo ſicut princeps in ciuitate. Hoc tamen iuſtũ iconomicum eſt alterũ a politico, ſicut domus eſt aliud a ciuitate.

autem erant quibus exiſtit æqualitas, quod eſt principari, & ſubiici.

n Propter quod ad uxorem magis eſt iuſtum, quàm ad natos & poſſeſſiones. Hoc enim iconomicum iuſtum. Alterum autem eſt & hoc a politico.

*ſunt, quibus ineſt æqualitas imperandi, atque patiendi.*

*Icc irco magis ad uxorem iuſtum eſſe uidetur, quàm ad filios, & ea quæ poſſidentur. Hoc enim eſt rei familiaris iuſtum. Verum et hoc, aliud*

G *eſt a ciuili.*

## LECTIO XII.

Politici autem iuſti hoc quidē naturale eſt: hoc autem legale.

b Naturale quidem quod ubique habet eandem potentiam, & non in videri, vel non.

c Legale autem quod ex principio quidem nihil differt ſic, vel aliter. Quando autem ponitur differt, puta mina redimi, vel capram ſacrificare, ſed non duas oues. Adhuc, quæ in ſingularibus lege ponunt: puta ſacrificare Braſidæ, & ſententialia.

## *LECTIO XII.*

*Ciuilis iuſti aliud eſt naturale, aliud legitimum.*

*Et naturale quidem eſt, quod ubique uim habet eandem: & non quia uidetur, uel non uidetur.*

H *Legitimum autem quod a principio quidē nihil refert, ſic an aliter habeat, quum uero poſitum fuerit refert: quale eſt, mina captiuos redimi, uel capram Dijs, ſed non duas oues mactare, & etiam ea, quæ de ſingulis lege iubentur, ut ſacra Braſidæ facere, & quæ publicis decretis inſtituuntur.*

## LECTIO XII.

Poſtquàm Philoſophus oſtēdit quale ſit politicum iuſtum quod eſt ſimpliciter iuſtum, hic ponit diuiſionem huius iuſti politici. Et primo diuidit iuſtum politicum in ſpecies. Secũdo tãgit diuiſionem huius iuſti in indiuidua, ibi. {Iuſtorum autem, & legalium, &c.} Circa primum tria facit. Primo proponit diuiſionem. Secundo exponit eam, ibi. {Naturale quidem, &c.} Tertio excludit errorem contra diuiſionem, ibi. {Videtur autem quibuſdam, &c.} Dicit ergo primo, ꝙ politicum iuſtum diuiditur in duo, quorum vnum eſt iuſtum naturale, aliud eſt iuſtum legale. Eſt autem hæc eadem diuiſio cum diuiſione quã iuriſtæ ponunt, ſcilicet ꝙ iuris aliud eſt naturale, aliud eſt poſitiuum. I Idem enim nominant ius, quod Ariſtoteles iuſtum nominat. Nam & Iſidorus dicit in libro Aetimologiarum, ꝙ ius dicitur quaſi iuſtum. Videtur autem eſſe contrarietas quantum ad hoc, ꝙ politicum idem eſt quod ciuile, & ſic id quod apud Philoſophum ponitur vt diuiſum, apud iuriſtas videtur poni vt diuidens, nam ius ciuile ponunt partem iuris poſitiui. Sed attendendum eſt, ꝙ aliter ſumitur politicũ, vel ciuile hic apud Philoſophum, & aliter apud iuriſtas. Nam Philoſophus hic nominat politicum iuſtum vel ciuile ex vſu, quo ciues vtuntur. Iuriſtæ autem nominant ius politicum, vel ciuile ex cauſa, qđ ſcilicet ciuitas aliqua ſibi conſtituit. Et ideo hoc conuenienter a Philoſopho nominatur legale ideſt lege poſitum, quod & illi dicunt poſitiuum. Conuenienter autem per hæc duo diuiditur iuſtum politicum. Vtuntur enim ciues & iuſto eo quod natura mēti humanę indidit, & eo qđ eſt poſitũ lege. Deinde cũ dicit.

K b ¶ Manifeſtat membra diuiſionis præmiſſę. Et primo manifeſtat iuſtum naturale dupliciter. Vno modo ſecundum effectũ vel virtutem dicens. Iuſtum naturale eſt, quod habet vbiq; eãdem potentiam, & virtutem ad inducendum ad bonum, & ad arcendum a malo, quod quidem contingit, eo ꝙ natura quę eſt huius iuſti cauſa, eadem eſt vbique apud omnes. Iuſtum vero ex poſitione alicuius ciuitatis, vel principis apud illos tantum eſt virtuoſum, qui ſubduntur iuriſdictioni illius ciuitatis, vel principis. Alio modo manifeſtat hoc iuſtum, ſecundum cauſam cum dicit, ꝙ iuſtum naturale non conſiſtit in videri, vel non videri, ideſt non oritur ex aliqua opinione humana, ſed natura. Sicut enim in ſpeculatiuis ſunt quædam naturaliter cognita, vt principia indemonſtrabilia, & quæ ſunt propinqua his, quædam vero ſtudio hominum adinuenta, & quę ſunt propinqua, ita etiã in operatiuis ſunt quædam principia naturaliter cognita quaſi indemonſtrabilia principia, & propinqua his, vt malum eſſe vitandum, nulli eſſe iniuſtę nocendum, non furandum, & ſimilia.

F Alia vero ſunt per induſtriam hominum excogitata, quæ dicũtur hic iuſta legalia. Eſt autem conſiderandum, ꝙ iuſtum naturale eſt, ad quod hominem natura inclinat. Attenditur autem in homine duplex natura. Vna quidem, ſecundum ꝙ eſt animal quæ ſibi, & aliis animalibus eſt communis, alia autem natura eſt hominis, quæ eſt proprie ſibi inquantum eſt homo, prout ideſt ſecundum rationem diſcernit turpe, & honeſtum. Iuriſtę autē illud tantum dicunt ius naturale, qđ conſequitur inclinationem naturæ communis homini, & aliis animalibus, ſicut coniunctio maris, & fœminę, educatio natorum, & alia huiuſmodi. Illud autem ius, quod conſequitur ꝑpriã inclinationem naturæ humanæ inquantum .ſ. homo eſt rationale animal, vocant iuriſtæ ius gentium, quia eo omnes gentes vtuntur, ſicut ꝙ pacta ſint ſeruanda, & qđ legati apud hoſtes ſint tuti, & alia huiuſmodi. Vtrũque autem horũ cōprehenditur ſub iuſto naturali, put hic a Philoſopho accipitur. Secundo ibi.

c ¶ Manifeſtat iuſtum legale. Et videtur ponere tres differentias huiuſmodi iuſti. Quarum prima eſt, cum vniuerſaliter, vel communiter aliquid lege imponitur illud eſt legale. Et quantum ad hoc dicit, ꝙ legale iuſtum ponitur, quod ex principio quidem .ſ. antequã lege ſtatuatur, nihil differt vtrum ſic, vel aliter fiat, ſed quando iam ponitur ideſt ſtatuitur lege, tunc differt, quia hoc ſeruare ē iuſtum, præterire iniuſtum. Sicut in aliqua ciuitate ſtatutum ē, ꝙ captiuus redimatur, certo precio & ꝙ ſacrificetur capra, nō autem, ꝙ ſacrificentur duo oues. Alia vero differentia iuſti legalis eſt, ſecundum quod aliquid lege ſtatuitur in aliquo ſingulari, puta cum ciuitas, vel princeps alicui perſonæ concedit aliqđ priuilegium, quod dicitur lex priuata. Et quãtum ad hoc dicit, ꝙ adhuc ſunt iuſta legalia non ſolum illa, quæ communiter ſtatuuntur, ſed quęcumque homines ponunt pro lege in aliquibus ſingularibus, ſicut in quadam ciuitate ſtatutum fuit, ꝙ ſacrificetur cuidam uiro nomine Braſidas, quæ magnam vtilitatem ciuitati attulerat. Tertia differentia iuſti legalis eſt, prout ſententiæ a iudicibus datæ dicuntur quædam iuſta legalia. Et quantũ ad hoc ſubdit, ꝙ etiam ſententialia ſunt iuſta legalia. Eſt autem hic conſiderandum, ꝙ iuſtum legale ſiue poſitiuum oritur ſemper a naturali, vt Tullius dicit in ſua rhetorica. Dupliciter tamē aliquid poteſt oriri a iure naturali. Vno modo ſicut concluſio ex principiis, & ſic ius poſitiuum, vel legale, nō poteſt oriri a iure naturali: præmiſſis enim exiſtentibus neceſſe eſt concluſionē eſſe, ſed cum iuſtum naturale ſit ſemper & vbique, vt dictum ē, hoc non competit iuſto legali, vel poſitiuo. Et ideo neceſſe eſt, ꝙ quicquid ex iuſto naturali ſequitur quaſi cōcluſio, ſit iuſtum naturale, ſicut ex hoc, qđ eſt, nulli eſt iniuſte nocendum, ſequitꝛ non eſſe furandum, quod quidem ad naturale pertinet. Alio modo oritur aliquid ex iuſto naturali per modum determinationis, & ſic omnia iuſta poſitiua, vel legalia, ex iuſto naturali oriuntur. Sicut furem eſſe puniendum eſt iuſtum naturale, ſed ꝙ ſit etiam puniendus tali, vel tali pœna, hoc eſt legale poſitiuum. Attendendum eſt etiam, ꝙ iuſtum legale dupliciter oritꝛ a naturali, ſecundum modum prædictum. Vno modo cum permixtione: alio modo ſine permixtione alicuius humani erroris, & hoc per exempla Ariſt. demonſtratur. Naturale .n. iuſtum eſt, ꝙ ciui non ob culpã ſuam oppreſſo ſubueniatꝛ, & per conſequens, ꝙ captiuus redimatꝛ, taxatio aũt precii ꝑtinet ad iuſtũ legale, qđ procedit ex ꝓdicto iuſto naturali abſq; omni errore. Eſt ēt naturale iuſtum, ꝙ benefactori honor exhibeatꝛ, ſed ꝙ honor diuinus



diuinus exhibeatur homini, & tale eſt, quòd ſacrificetur hoc eſt ex errore humano. Sententialia vero iuſta, ſunt applicationes iuſtorum legalium ad particularia facta. Deinde cum dicit.

d ¶ Excludit errorem contra prædictam diuiſionē. Et circa hoc tria facit. Primo, proponit errorem cum ſua ratione. Secundo ſoluit, ibi. {Hoc autē non eſt &c.} Tertio, mouet quãdam quęſtionem ex ſolutione ortam. Dicit ergo primo, quòd quibuſdam eſt viſum, quòd omnia iuſta ſint talia, ſcilicet lege poſita, ita quòd nihil ſit iuſtũ naturale. Quæ quidem fuit opinio ſectatorum Ariſtippi Socratici. Et mouebãtur tali ratione, quia illud, quod eſt ſecundum naturam, eſt immobile & vbicumq; ſit, habet eandem virtutem, ſicut patet de igne, & in Græcia, & in Perſide, quod non videtur eſſe verũ circa iuſta, quia omnia iuſta videntur aliqñ eſſe mota. Nihil .n. videtur eſſe magis iuſtum, quàm quòd deponenti depoſitum reddatur, & tamen non eſt reddendum depoſitum furioſo repoſcenti gladium, vel proditori patriæ repoſcenti pecunias ad arma: ſic ergo videtur, quòd nulla ſint naturaliter iuſta. Deinde cum dicit.

e ¶ Ponit ſolutionē. Et dicit, quòd id qđ dictum eſt, quòd naturalia ſint immobilia, non ita ſe habet vniuerſaliter, ſed in aliquo eſt verum, qa natura rerum diuinarum nequaquam aliter ſe habet, puta ſubſtantiarum ſeparatarum, & cæleſtiũ corporum, quam antiqui Deos vocabant, ſed apud nos homines, qui ſumus inter res corruptibiles, eſt aliquid quidem ſecũdum naturam, & tamen quicquid eſt in nobis eſt mutabile, vel per ſe, vel per accidens. Nihilominus tamen eſt in nobis aliquid naturale, ſicut habere duos pedes, & aliquid non naturale, ſicut habere tunicam. Et licet omnia quæ ſunt apud nos iuſta aliqualiter moueantur, nihilominus tamen quædam eorum ſunt naturaliter iuſta. Deinde cum dicit.

f ¶ Mouet quandam dubitationem ex præcedenti ſolutione ortam. Et circa hoc duò facit. Primo ponit quęſtionem. Secũdo eam ſoluit, ibi. {Manifeſtum, & in alijs.} Primo igitur proponit talem quæſtionem. Si omnia iuſta humana mobilia ſunt, reſtat quæſtio inter ea, quæ contingit aliter ſe habere, quale ſit iuſtum ſecundum naturam, & quale non ſit iuſtum ſecundum naturam, ſed ſecundum legis poſitionem & ad placitum hominum, ex quo ambo ſunt ſimiliter mobilia. Deinde cum dicit.

g ¶ Soluit prędictam quæſtionem. Et circa hoc duo facit. Primo, oſtendit qualiter iuſta naturalia ſint mobilia. Secundo, qualiter iuſta legalia, ibi. {Quæ autem ſecũdum compoſitionē &c.} Dicit ergo manifeſtum eſſe, quòd in alijs naturalibus, quæ ſunt

d Videtur autem quibuſdam omnia eſſe talia: quia quod quidem natura, immobile & vbicumque eandem habet potentiam, quemadmodum ignis, & hic, & in Perſis ardet. Iuſta autem mota conſpiciunr.

e Hoc autem non ſic habens, ſed vt quamuis apud Deos nequaquam ſit aliter habēs. Apud nos autem eſt quidem aliquid natura mobile, quia quidem omne, ſed eſt tamen hoc quidē natura, hoc autem non natura.

f Quale autem natura contingentium & aliter habere, & quale non, ſed legale, & compoſitiōe, ſi ambo mobilia ſimiliter.

g Manifeſtum, & in alijs eadem congruit determinatio. Natura enim dextera melior, quamuis contingit ambidextros fieri.

h Quæ autem ſecundum compoſitionem, & cōferens iuſtorũ, ſimilia ſunt mēſuris. Non enim ſunt vbique æquales vini, & frumenti menſuræ. Sed vbi quidē æmũtur maiores, vbi autē vēdũtur minores. Similiter aũt, & nō naturalia, ſed humana iuſta nō eadem vbiq;, quòd neque vrbanitas, ſed vna ſolum vbiq; ſecundum naturam optima.

i Iuſtorum autem, & legalium vnumquodq; vt vniuerſalia ad ſingularia habet. Operata quidem enim multa. Illorum autem vnumquodque vnum. vniuerſale enim.

k Differt autem iniuſtificatio, & iniuſtum, & iuſtificatio, & iu-

A *Videntur autem quibuſdam omnia talia eſſe, propterea quòd omne quod natura conſtat immobile eſt, & vim eandem habet vbique, ſicut ignis hic, & apud Perſas vrit. Iuſta autem moueri vident.*

B *Verum hoc non ita ſeſe habet, ſed aliquo modo. Atque apud Deos quidem nihil vllo modo forſitan eſt, quod ita ſeſe habet. Apud nos autem eſt quidem aliquid etiam natura conſtans mutabile, verum non omne. Attamen aliud eſt natura, aliud non natura.*

*Patet autem quidnam eorum, quæ poſſunt & aliter ſe habere, natura cōſtet, & quid non, ſed lege, ac inſtituto, ſi ambo mutari ſimiliter poſſunt.*

C *Et ad cætera eadem accommodabitur definitio. Dextra namque manus ualidior eſt leua natura, & tamen fieri poteſt, ut omnes euadant apti ad utēdũ manu ſiniſtra perinde ac dextra.*

*Iuſta autem ea, quæ ex inſtituto ſunt, & ob utilitatem, ſimilia ſunt menſuris. Nō enim omnibus in locis æquales ſunt uini triticiq; menſuræ, ſed ubi quidem æmuntur maiores ſunt, ubi autem uenduntur minores. Simil. modo, & ea, quæ non naturalia ſunt, ſed hu-*

D *mana iuſta non eadem ſunt ubique, nam neque reſpublica, ſed una tantum ubique ſecundum naturam eſt ipſa optima.*

*Vnumquodque autem iuſtum, & legitimum uniuerſale ſeſe habet ad ſingula. Etenim ea quæ aguntur ſunt multa. Vnumquodque autem illorum eſt unum, eſt enim uniuerſale.*

*Intereſt autem inter iniuriam, & iniuſtum, & inter ius, & iuſtum. Iniu-*

E

apud nos eadem determinatio congruit, ſicut & in naturaliter iuſtis. Ea enim quę ſunt naturalia apud nos, ſunt quidem eodē modo, vt in pluribus, ſed vt in paucioribus deficiunt, ſicut naturale eſt, quòd pars dextra ſit vigoroſior, quàm ſiniſtra, & hoc in pluribus habet veritatem, & tamen contingit vt in paucioribꝫ aliquos fieri ambidextros, quia ſiniſtram manum habēt ita valentem, vt dextram, ita etiã, & ea, quæ ſunt naturaliter iuſta, vtputa depoſitum eſſe reddendum, vt in pluribus eſt obſeruandum, ſed vt in paucioribus mutatꝛ. Eſt tamen attendendum, quòd quia rationes rerum mutabiliũ ſunt immutabiles, ſic quicquid eſt nobis naturale quaſi pertinens ad ipſam hominis rationem, nullo modo mutatur, puta hominem eſſe animal. Quæ autem cōſequuntur naturam, puta diſpoſitiones actiones & motus, mutantur vt in paucioribus. Et ſimiliter etiã illa, quæ pertinent ad ipſam iuſtitiæ rationem, nullo modo poſſunt mutari, puta non eſſe furandum, quod eſt iniuſtum facere. Illa vero quæ conſequuntur, mutãtur, vt in minori parte. Deinde cũ dicit.

h ¶ Oſtendit qualiter iuſta legalia ſunt mutabilia indifferenter. Et dicit quòd illa quæ ſunt iuſte ſecundum compoſitionem, & conferens, ideſt ſecũdum quòd eſt condictum inter homines propter aliquam vtilitatem, ſũt ſimilia menſuris rerum venalium, puta vini, & frumenti, quę vbi emũtur propter maiorem copiam, ſunt maiores: vbi autem venduntur propter minorem copiã ſunt minores. Ita ēt iuſta quæ naturalia non ſunt, ſed per homines poſita, nō ſũt eadem vbique, ſicut non vbique eadem pœna imponitur furi, & huius ratio eſt, quia non eſt eadem vbique vrbanitas ſiue Politia. Omnes enim leges ponuntur, ſecundum quod congruit fini Politicæ, ſed tamen ſola vna eſt optima Politia, ſecundum naturam vbicumque ſit. Deinde cum dicit.

i ¶ Agit de diuiſione iuſti in particularia, & dicit quòd vnumquodque iuſtorum particularium, & legalium ſe habet ad res humanas, vt vniuerſale ad ſingularia, quia ea quæ operantur ſecundum iuſtitiam ſunt multa, ſed vnumquodque iuſtorum eſt vnum quaſi quoddam vniuerſale, ſicut depoſitum eſſe reddendum eſt vnum, quod ſe habet ad multas res. Deinde cum dicit.

k ¶ Oſtendit quid ſit iuſtificatio, & iniuſtificatio. Et primo qđ ſit iniuſtificatio, Secundo quid ſit iuſtificatio, ibi. {Similiter autem, & iuſtificatio &c.} Dicit ergo primo, quòd iniuſtificatio, & iniuſtum differunt, quia iniuſtum eſt aliqua res, quæ eſt contra iuſtitiam, vel ſecundum naturam, vel ſecundum ordinationem humanam, ſicut furtum, ſed hoc quando aliquis operatur,

puta

puta furādo, vocatur iniuſtificatio quaſi executio iniuſtitiæ, ſed antequam quis hoc operetur, non vocatur iniuſtificatio, ſed iniuſtum. Deinde cum dicit.

l ¶ Oſtendit quid ſit iuſtificatio. Et dicit, quòd ſimiliter iuſtificatio eſt quando quis operatur iuſtum, quod eſt naturale, vel ordīe legis. Sed apud Græcos operatio iuſti in communi magis vocatur diceopragma, ideſt operatio iuſti, iuſtificatio autem non videtur dici quælibet operatio iuſti, ſed ſolum quando aliquis dirigitur iniuſtificatione, ſcilicet reducendo id qđ eſt iniuſtum ad iuſtitiam. Vltimo autem dicit, quòd qualis, & quot, & quæ ſint ſpecies iuſti, ſecundum vnumquodque iuſtorum, ſcilicet naturalis, & legalis, poſterius eſt videndū, ſcilicet in Politica.

## LECTIO XIII.

Poſtquam Philoſophus oſtendit qđ ſit iuſtum ſimpliciter, & quid ſit iuſtificatio, & iniuſtificatio, hic iam ſoluit quæſtionē quā prius mouerat, ſcilicet ſecundū quales iuſtificatiōes, vel iniuſtificationes aliquis ſit iuſtus, uel iniuſtus. Et circa hoc duo facit. Primo oſtēdit propoſitum. Secūdo inducit quandam diuiſionem ad manifeſtationem prędictorū, ibi. { Inuoluntariorum hæc quidem &c. } Circa primum duo facit. Primo oſtēdit, quando ſit iuſtum, vel iniuſtum, ſine hoc, quòd ſit iuſtificatio, vel iniuſtificatio. Secundo oſtēdit, quòd eſt iuſtificatio, vel iniuſtificatio ſine hoc, quòd ille qui operatur ſit iuſtus, vel iniuſtus, ibi. { Voluntariorum autem &c. } Circa primum duo facit. Primo oſtendit propoſitum. Secundo manifeſtat, quod dixerat, ibi. { Dico autem voluntariū quidē &c. } Dicit ergo primo, qꝫ cum iuſta, & iniuſta ſint talia, qualia ſupra dicta ſunt, tunc aliquis facit iniuſtū, ita quòd ſit iniuſtificatio, vel dyachapragma, quando aliquis operatur ipſa, ſcilicet iuſtum, & iniuſtum volens. Sed quando

F aliquis operatur ipſa nolens, non eſt ibi facere iniuſtū, vel operari iniuſtum, niſi forte per accidens, inquantum ſcilicet accidit pręter intentionem operantis, quòd illa, quæ quis facit ſint iuſta, vel iniuſta. Illa enim dicimur per ſe facere, & non per accidens, quę intendimus facere. Nihil autem ſpecificatur per illud, quod eſt per accidēs, ſed ſolum per illud, quod eſt per ſe, & iō iuſtificatio, & dichapragma, ideſt operatio iuſta, & ſimiliter iniuſtificatio determinatur per voluntarium, & inuoluntarium, ita ſcilicet qꝫ cum aliquid ſit volūtarium laudatur qs, vel vituperatur. Vnde manifeſtum eſt, qꝫ erit ex parte ipſius operati quid iniuſtū, ſed non erit iniuſtificatio quantum ad ſpeciem operationis, ſi non ſit voluntariū ex parte operantis. Et eadem ratio eſt de iuſtificatione. Deinde cum dicit.

b ¶ Manifeſtat quædam, quę dicta ſunt, quid ſit voluntariū, & inuoluntarium. Et circa hoc duo facit. Primo manifeſtat ꝓpoſitum. Secundo oſtendit, quòd prædicta manifeſtatio cōpetit tam circa iuſta, quàm circa iniuſta, ibi. { Eſt autem ſimiliter &c. } Dicit ergo primo, quòd voluntarium, ſicut dictum eſt in Tertio, dicitur eſſe, quando aliquis operatur aliquid eorum, quæ ſunt in ſua poteſtate ſciens, & non ignorans, neq; circa quod operetur, neque quo inſtrumēto, neque cuius gratia hoc faciat, puta, qꝫ ſciat quem percutit, & quo percutiat, ſicut inſtrumento, & cuius gratia, & horū unumquodque ſciat per ſe, & non per accidens. Et ad hoc, qꝫ ſit uoluntarium requiritur, quòd non ſit per uiolentiam, puta ſi aliquis accipiat manum alicuius per uiolentiam, & tamen percutiat aliū, hoc quidem ille, cuius eſt manus non facit uoluntarius, quia non erat in eius poteſtate hoc uitare, ſed cogitur. Exponit autem cōſequenter, quomodo cognoſcatur aliquid, ſecundū accidens. Contingit enim, quòd ille, qui eſt percuſſus ab aliquo ſit pater eius. Ille autem qui percutit co-

ſtum. Iniuſtum quidem eſt natura, vel ordine. Idem autē hoc quando operatum eſt, iniuſtificatio eſt, ante quidē quàm operatum eſt, nequaquam, ſed iniuſtum.

l Similiter autem, & iuſtificatio. Vocatur autem commune G magis diceopragma. Iuſtificatio autem directio iniuſtificationis. Secundum vnumquodque autem ipſorum, & quales ſpecies, & quot, & circa quæ exiſtunt, poſterius videndum.

*ſtum enim eſt natura, vel inſtitutio. Id autem ipſum cum actum fuerit, iniuria eſt, antea vero quàm ſit actum, nullo modo eſt iniuria, ſed iniuſtum.*

*Pari modo, & ius. Vocatur autem magis iuris actio ipſum commune, ius autem iniuriæ emendatio. Quæ vero, & quot ſpecies uniuſcuiuſque ipſorum ſint, & circa quæ uerſantur, conſiderandum eſt poſtea.*

## LECTIO XIII.

EXiſtentibus autem iuſtis, & iniuſtis dictis, iniuſtum facit quidem, & H iuſtū operatur, qñ volēs quis ita operatur. Quando aūt nolens, neque iniuſtum facit, neq; iuſtū operatut, ſed vel ſecundū accidēs. Quibus.n. accidit iuſtis eſſe, vel iniuſtis operantur. Iuſtificatio autē, & dychapragma determinantur voluntario, & inuoluntario. Cū.n. voluntariū ſit vituperatur. Simul autē, & iuſtificatio tūc eſt, quare iniuſtū aliqd erit quidē, iniuſtificatio aūt nequaquā, ſi nō volūtariū adſit. I

b Dico aūt voluntariū quidē, quemadmodum prius dictū eſt, quod vtiq; aliquis in ſeipſo exiſtentiū ſciens, & non ignorans operatur, neq; quē, neq; quo, neque cuius, puta neq; quem percutit, & quo, & cuius gratia, & illorum vnumquodque non ſecundum accidens. Neq; vi, quēadmodum ſiquis accipiens manum ipſius percutit alterum, nō volens autem, non.n.in ipſo, cō K tingit autē percuſſum patrem eſſe, hunc autem quoniam quidem homo, vel præſentium aliquis cognoſcit, quoniam autē pater ignorat. Similiter autem tale determinetur, & in his cuius gr̃a, & circa opationē totā, ignoratū vtiq;, vel non ignoratū, nō ī ipſo aūt ens, vel vi inuoluntariū. Multa.n. & natura exiſtentiū ſcientes, & operamur, & patimur, quorū nullū, neq; voluntarium, neq; inuoluntarium eſt, puta ſeneſcere, vel mori.

## *LECTIO XIII.*

*CVm autem iuſta ſint, & iniuſta ea quæ diximus, iniuriam quidem quiſpiā facit, & ius agit cum ea ſua ſponte egit, ſed cum inuitus, non iniuriam facit, neque ius agit. Agit enim ea quibus accidit ut ſint iuſta, aut iniuſta. Iniuria autem atque iuris actio tunc eſt, cum a ſponte agente fit. Tunc enim uituperatur, & ſimul tunc iniuria eſt. Quare erit quid iniuſtum quidem, ſed nondum iniuria, ſi non a ſponte agente ſit factum.*

*Equidem id a ſponte agente fieri dico, quemadmodum & prius eſt dictum, quod quiſpiam in ſe ſitum ſciens agit, & non ignorans, neque quem, neque quo, neque gratia cuius, ut quem pulſat, & quo, & gratia cuius, & unumquodque illorum, neque per accidens, neque ui, ut ſi quiſpiam ui mouens manum ipſius alium pulſet. Sponte enim ipſe, tum ſua non pulſat, quippe cum non ſit in ſe ſitum. Fieri etiam poteſt, ut qui pulſatur ſit pater, ipſe autem ſciat quidem illum hominem eſſe, uel aliquem eorum, qui adſunt, ignoret autem eſſe patrem. Idem dicendum eſt, & de eo gratia cuius agitur, & circa totum etiam actum. Quod igitur ignoratur, aut non ignoratur quidem, non eſt autem in ipſo ſitum, ſed ui fit, id omne agitur ab inuito. Et eorum enim, quæ nobis natura competunt, complura ſcientes agimus, atque patimur, quorum nihil, aut noſtra ſponte, aut inuitis fit nobis, ut ſeneſcere, aut mori.*



gnoſcit quidem, quòd percuſſus eſt homo, vel aliquis de præſentibus, ſed ignorat, quòd ipſe ſit pater ſuus, & ſic cognouit patrem per accidens, inquantum cognoſcit eum cui accidit eſſe patrem. Et ſicut dictum eſt, ex parte eius qui percutit ſimiliter eſt determinandum, & ex parte eius, cuius gratia eſt circa totam operationem .i. circa omnes circunſtantias operationis. Et ex hoc quod dictum eſt quid ſit voluntarium, poteſt ſciri quid ſit inuoluntarium, quia ſi aliquid ſit ignoratum, vel ceſſante ignorantia nō ſit in poteſtate eius qui operatur, vel magis fiat per violentiam, hoc erit inuoluntarium. Ideo autem additum eſt per violētiam, quia multa quæ ſunt ī nobis, non ſunt inuoluntaria, multa enim ſunt naturalia, quæ & operamur, & patimur ſcientes, puta ſeneſcere, vel mori, quorum tamen nullū eſt voluntarium, vel inuoluntarium, quia vtrumque eorum eſt circa ea quæ ſunt nata in nobis eſſe, ſi autem accidat per violentiam, quòd aliqd eorum non ſit in nobis, tunc dicitur inuoluntarium. Deinde cum dicit.

c ¶ Manifeſtat id quod dictum eſt circa iuſta & iniuſta. Circa iuſta quidem, puta ſi aliquis reddat pignus ei cuius eſt, non quidem voluntate, ſed propter timorem, non dicitur, quòd ibi ſit operatio iuſti, niſi per accidēs. Et ſimiliter ſi aliquis coactus, & nolēs deſiſtat reddere pignus, per accidens dicitur facere iniuſta, vel operari iniuſta. Deinde cum dicit.

d ¶ Oſtendit quando eſt iuſtificatio, vel iniuſtificatio, & tamen ille qui operatur nō eſt iuſtus, vel iniuſtus. Et circa hoc tria facit. Primo, præmittit quandam diuiſionem neceſſariā ad propoſitum oſtendendum. Secundo, oſtendit propoſitum, ibi. { Tribus vtique exiſtentibus. } Tertio manifeſtat quædam quæ dicta ſunt, ibi. { Propter quod bene &c. } Dicit ergo primo, quòd voluntariorum, quædam operamur præeligentes, & quædam non præeligentes. Ex electione, operamur illa quæcumque ex pręcedenti conſilio, vel deliberatiōe facimus, ſed illa ſunt ineligibilia, ideſt ſine electione facta, quæcūque fiunt impræconſiliato, ideſt abſq; præcedenti deliberatione. Deinde cum dicit.

e ¶ Oſtendit propoſitum. Et primo reſumit, quando ſit iniuſtum abſque iniuſtificatione. Secundo, quando eſt iniuſtificatio ſine hoc, quòd ille qui operatur ſit iniuſtus, ibi. { Quando autem ſciens quidem &c. } Tertio oſtendit, quando eſt iniuſtus cū iniuſtitia, & malitia eius, qui operatur, ibi. { Quando autem ex

A electione &c. } Dicit ergo primo, quòd ſicut ex ſupra dictis apparet, tripliciter contingit aliquod nocumentum inferri circa communicationes hominum adinuicem. Vno modo per ignorantiam, & inuoluntarie. Alio modo, voluntarie quidem, ſed ſine electione. Tertio modo, voluntarie & cum electione. Illa igitur peccata fiunt per ignorantiam, quando aliquis neſcit qđ faciat, neq; circa quē, neque quo inſtrumēto, neque cuius gratia etiam exiſtimauit ſe aliquid facturum, operatus eſt, puta ſi non exiſtimauit ſe percutere hoc inſtrumento, puta lancea ferrata, ſed rotunda. Vel exiſtimauit ſe percutere non hunc, puta non patrem, ſed hoſtem. Vel non exiſtimauit ſe huius gratia percuſſurum, ſed accidit illud cuiꝰ gratia nō exiſtimauerit. Puta cum exiſtimauerit percutere non ad vulnerandum, ſed ad pungendum. Et ſimile eſt cum eſt ignorantia quantum ad quomodo percutiat, puta lente, vel fortiter. Sed circa hoc cōſiderādum eſt, quòd quando nocumentū infertur paralogice, ideſt præter rationē, ſiue intētionem, tūc eſt omnino infortuniū. Puta cū quis putat vibrare telum, & iacit. Sed quando aliquis infert nocumētum non paralogice, ideſt non abſque intentione nocēdi, ſed ſine malitia, quia ſcilicet non putat multum nocere, vel non putat tali pſonæ nocere, tūc eſt aliquod peccatum licet non tantum. Peccat enim aliquis cum principiū inordinati actus ſit in ipſo per hoc, qꝫ intendit aliquid operari, ſed quando principium operationis eſt totaliter ab extra, quia præter intētionem operatur, tūc eſt infortunium, cum fortuna ſit cauſa intellectiua agens præter rationem, vt dicitur in Secundo Phyſicorum. Deinde cum dicit.

f ¶ Oſtendit quando ſit iniuſtificatio ſine malitia, ſiue iniuſtitia operantis. Et dicit, quòd quando aliquis ſciens quidem nocumentum inferre, ſed non præconſilians, ideſt abſque deliberatione, tunc eſt quædam iniuſtitia, ſicut quæcumque aliquis cōmittit per iram, & alias paſſiones, ſi tamen non ſunt naturales, & neceſſariæ hominibus, ſicut concupiſcentia cibi, & potus in extrema neceſſitate, quæ excuſat a ſubtractione rei alienæ. Illi igitur, qui propter prædictas paſſiones alijs nocent peccant, & faciūt quidē iniuſtū, & actus eorū ſunt iniuſtificatiōes, nō tñ ꝓpter hoc ipſi ſunt iniuſti, & mali, qa nō inferūt nocumētū propter malitiam, ſed propter paſſionem. Et tales ſunt, qui dicuntur propter infirmitatem peccare. Deinde cum dicit.

c Eſt aūt ſimiliter in iniuſtis, & in iuſtis, & qđ ſecundū accidēs. Etenim ſi pignꝰ reddat quis nolens, & propter timorem, neq; iuſta operari, neq; diceopragin dicendum, ſed vel ſecundū accidens. Similiter autem, & coactū contra voluntatem pignus non B reddentem, ſecundum accidēs dicendum iniuſtū facere, & iniuſta operari.

d Voluntariorum quidem hoc autem præeligentes operamur. hoc autem non pręconſiliātes. Præeligentes quidem quæcumque præconſiliantes. Ineligibilia, autem quæcumque impræconſiliata.

e Tribus vtique exiſtētibus nocumentis eorum quæ in communicationibus, quæ quidem C cum ignorantia peccata ſunt, q̃ neque quem, neque quod, neq; quo, neque cuius gratia exiſtimauit, ſed accidit nō cuius gratia exiſtimauit, puta nō vt vulneret, ſed vt pungat, vel nō quē, vel non vt. Quandoquidem igitur paralogice nocumētum fit, infortunium, quando autem non paralogice, ſine malitia autem peccatum, peccat quidem D enim cum in ſeipſo principium ſit cauſæ. Infortunat autem cum extra.

f Quando autem ſciens quidē, non pręconſilians autem, iniuſtificatio. Puta quæcumque propter irā, & alias paſſiones qualeſcumque neceſſarias, vel naturales accidunt hominibus. Hic enim nocentes, & peccantes iniuſtum faciunt quidem & iniuſtificationes ſunt, non quidem iniuſti propter hoc neque mali, E neque enim propter malitiam nocumentum.

*Eſt autem in iniuſtis, ac iuſtis ſimiliter id quod per accidens dicimus. Nam ſi quiſpiam depoſitum inuitus, & ob timorem reddiderit, non eſt dicendum hunc iuſtum, aut ius agere niſi per accidens. Similiter eſt dicendum, & eum iniuriam facere, atque iniuſta per accidens agere, qui cogitur, atque inuitus non reddit depoſitum.*

*Eorum autem quæ ſponte agimus, alia cum electione agimus, alia ſine electione. Ea cum electione agimus, quæ anteceſſit deliberatio. Ea ſine electione, quæ non anteceſſit deliberatio.*

*Cum igitur læſio ſit in ſocietatibus triplex, tunc ſunt cum ignoratione peccata cum quiſpiam egerit, aut circa quem, aut quod, aut quo, aut gratia cuius agere non putauit. Nam aut non percutere, aut non hoc, aut non hunc, aut non gratia huiuſce putauit, ſed accidit id cuius gratia non putauit, non vt vulneraret, ſed vt pungeret, aut non quem, aut non modo hoc. Atque cum extra rationem ſit læſio infortunium eſt. Cum non extra rationem ſine tamen vitio, peccatum. Etenim peccat quidem quiſpiam, cum in ipſo eſt principium cauſæ. Aduerſa vero fortuna vtitur, cum eſt foris.*

*Cum autem ſciens quidem, ſed non deliberatione præmiſſa, quiſpiam lædit, iniuria eſt. Cuius generis ea ſunt vniuerſa, quæ per iram efficiuntur aliaſque animi perturbationes, quæcumque neceſſario, vel natura hominibus accidūt. Hæc enim iniuriæ ſunt, atque ij qui ob hæc nocent, ac peccant, iniuriam quidem faciunt, tamen nondum ob hæc ipſa ſunt iniuſti, uel praui, non enim nocent ob prauitatem.*

g ¶ Oſtendit quando ſit iniuſtificatio cum iniuſtitia operantis. Et dicit, quòd quando aliquis ex electione inducit alteri nocumentum, eſt iniuſtus, & malus. Et talis dicitur ex certa malitia peccare. Deinde cum dicit.

h ¶ Manifeſtat, quæ dicta ſunt, & quia primum trium prędictorum, ſcilicet de his quæ fiunt ex ignorātia, ſupra manifeſtū eſt, manifeſtat primo ſecundum, ſcilicet de his quæ fiunt ex infirmitate, vel paſſione. Secūdo tertium ſcilicet de his, quæ fiunt ex electione, ibi. { Si autem ex electione &c. } Dicit ergo primo, quòd qn cum aliqui peccant ex ira, non propter hoc ſunt mali, vel iniuſti, propter hoc bene poſſumus hoc ſignum accipere prędictorum, quia ea, quæ fiunt ex ira non iudicantur eſſe facta ex prouidentia. Et hoc conſequenter, ibi. { Non enim &c. } Probat duplici ratione. Quarum prima talis eſt, quia ille, q facit aliquid per irā non incipit ipſe nocere, ſed ille qui eum ad iram prouocauit. Et ita nō videtur ex prouidentia nocumētum proceſſiſſe. Secūdam rationem ponit ibi.

i ¶ Et dicit, quòd qn aliquis infert nocumentum ex ira, non verſatur tunc in dubiū, vtrum faciat vel non faciat, ſed vtrum iuſte faciat. Ira enim eſt quędam iniuſtitia manifeſta, ideſt manifeſte operans. Vult enim iratus vindictam eſſe manifeſtam, ſed videtur ſibi, quòd iuſte moueatur. Non enim ita eſt apud iratos ſicut in commutationibus in iuſtis, puta in furto, & in ſimilibus, in quibus dubitatur an factum ſit, oportet .n. alterum eorum eſſe malū, puta dare, vel non dare, peccatur enim quandoque p omiſſionem, quandoque per tranſgreſſionem, niſi forte excuſetur per obliuionē, ſicut cum aliqs obliuiſcitur reddere debitum creditori tempore ſtatuto, ſed operantes ex ira confitētur de re, ideſt de facto, ſed dubitāt, an ſit iniuſtū id qđ fecerit, qđ nō contingit illis, qui ex electione inſidioſe operātur, qui nō ignorāt ſe iniuſte agere. Quare hic .i. inſidioſus exiſtimat iniuſte pati illū, cui nocet, ſed hic .i. iratus nō exiſtimat hoc. Et ita patet, quòd ille, qui ex ira iniuſtum facit, non agit ex prouidentia. Deinde cum dicit.

g Quando autem ex electione iuiuſtus, & malus.

h Propter qđ bene, quia ex ira non ex prouidentia iudicantur. Non. n. incipit, qui ira aliquid facit, ſed qui ad iram prouocat.

G i Adhuc autem neque de fieri, vel non dubitatur, ſed de iuſto. Immanifeſta enim iniuſtitia ira eſt. Non enim, quemadmodum in cōmutationibus de fieri dubitatur, quorum neceſſarie alterum eſt malum, ſi non propter obliuionem id operentur, ſed confitentes de re qualiter iniuſtum dubitant. Qui autem inſidiantur non ignorant. Quare hic quidem exiſtimat iniuſte pati, hic autem non.

H k Si autem ex electiōe noceat, iniuſtum facit. Et ſecūdum has iam iniuſtificationes iniuſtum faciens iniuſtus eſt, cum præter proportionale ſit, vel pręter æquale. Similiter autem, & iuſt⁹, cum præeligens iuſtum operetur. Iuſtum operatur autem ſi ſolum volens operetur.

I l Innoluntariorum autem hæc quidem enim venialia ſunt, hęc autem non venialia. Quæcumque quidem enim non ſolum ignorantes, ſed propter ignorantiam peccāt, venialia. Quæcumque autē non propter ignorantiam, ſed ignorantes quidē, propter paſsionem autem, neq; naturalem, neque humanam, non venialia.

LECTIO XIIII.

K DVbitabit autem vtique aliquis ſi ſufficienter determinatum eſt de iniuſtum pati, & iniuſtum facere. Primum quidē igitur ſi eſt, quē admodum Euripides dixit dicens, inconuenienter matrem occidi meam, breuis ſermo volens volentem, vel volentem non volens.

F k ¶ Manifeſtat tertium ſcilicet de his, quæ fiunt ex electione. Et dicit, quòd ſi aliquis ex electione noceat, manifeſtum eſt, quòd facit iniuſtum per ſe loquendo, quia voluntarie operatur. Et ſecundum huiuſmodi iniuſtificationem iam dicitur ille, qui facit, iniuſtus, quum hoc ſit præter proportionabile, ideſt contra iuſtitiam diſtributiuā vel præter æquale, ideſt contra iuſtitiā commutatiuam. Et ſimiliter aliquis dicitur iuſtus cum ex electione operatur iuſtum. Si autem volēs operetur & non eligens, dicetur iuſtus operās, vel iuſtificās. Deinde cum dicit.

l ¶ Ponit quandam diuiſionem ad manifeſtationem prædictorū. Et dicit, quòd inuoluntariorū quædam ſunt venialia .i. venia digna, & quædam non. Illa peccata ſunt venia digna, quæ homines faciūt non ſolum ignorantes, ideſt habentes ignorantiam concomitantem, ſed propter ignorantiam, quaſi habentes ignorantiam cauſantem, quod accidit illis, q quando cognoſcunt dolent. Sed illa non ſunt venia digna, q aliqui peccant nō pter cauſantem ignorantiam, ſed peccant ignorantes propter paſſionem, quę non eſt naturalis, neque humana, neque ratione recta. In talibus enim paſſio cauſat ignorantiam, & peccatum, & de his ſupra ī Tertio plenius dictum eſt.

*Sed cum nocet electione, iniuſtus eſt atque prauus.*

*Quapropter perrecte ea, quæ proficiſcuntur ab ira, nō dijudicātur ex prouidētia fieri. Nō. n. incipit, qui facit ira, ſed is, qui prouocauit ad iram.*

*Præterea non fit in aliquibus controuerſia, ſi factum ſit, nec ne, ſed ſi iure ſit factum. Ira namque ob apparentem oriri iniuſtitiam ſolet. Non. n. de facto perinde atque in commertijs contendunt, vbi neceſſe eſt alterum improbum eſſe ſi non id faciat obliuione. Sed de re conuenientes iure an iniuria ſit facta, diſceptant. Qui autem fecit inſidias, non ignorat. Quare alter putat iniuriam pati, alter non putat.*

*Quòd ſi electione nocuerit iniuriam facit. Atque his iam iniurijs eſt iniuſtus qui iniuriam facit, cum comparationem rationum, aut æqualitatem tranſgreditur. Pari modo iuſtus etiam eſt cum ius agit electione. Ius autem agit, ſi ſolum ſua ſponte agit.*

*Eorum autem, quæ ab inuitis fiunt alia ſunt venia digna, alia non ſunt venia digna. Nam ea, quæ non ſolum ignorantes, ſed ob ignorationem etiā faciunt, ignoſcenda ſunt. Sed ea, quæ faciunt non ob ignorationem, ſed ignorantes quidem ob affectum non naturalem, neque humanum, non ſunt venia digna.*

*LECTIO XIIII.*

*AMbiget autem quiſpiam ſi determinatum ſit ſatis de faciendo patiendoque iniuriā, atque ſi ita ſit, vt Euripides inquit abſurde dicens.*

*Quæris parentem, quomodo occidi meam?*
*Sermo eſt breuis, nō exitus lōgos hēt.*
*Volens volentem, vel uolentem non uolens.*

LECTIO XIIII.

POſtquam Philoſophus oñdit, ſecundum quales iuſtificatiōes dicatur aliquis iuſtus, vel iniuſtus, hic mouet quaſdam dubitationes circa p̄dicta. Et circa hoc duo facit. Primo mouet quaſdam dubitationes, & ſoluit eas. Secūdo, excludit quorundam errores circa prædicta, ibi. { Homines autem in ſeipſo &c. } Prima pars diuiditur in duas, ſecundum duas quæſtiōes quas determinat. Secunda pars incipit, ibi. { Adhuc aūt &c. } Circa primum duo facit. Primo proponit quęſtionem. Secundo, proſequitur eam, ibi. { Iuſtum enim operari. } Circa primū duo facit. Primo proponit materiam quæſtionis. Secūdo format quæſtionē, ibi. { Vtrum enim vt vere eſt &c. } Materia autē quæſtionis. Primo quidem ſumitur ex his, quæ ſupra determinata ſunt. Vnde



Vnde dicit, quòd aliquis poteſt dubitare, vtrū per præmiſſa ſit ſufficienter determinatum de iniuſtum pati, & de iniuſtum facere. Dictum eſt enim, quòd iuſtum facere eſt voluntarium, vnde poteſt dubitari, vtrum hoc referendum ſit ad iniuſtum pati. Secundo materia dubitationis ſumitur ex verbo Euripidis poetæ, qui inconuenienter videtur introducere quendam dicentem: Matrem occidi meā, & vt breuiter dicam, vel volens occidi, volentē occidi, vel ego nō volens, occidi volentē occidi. In quorum vtroque intelligitur, quod mater occidi voluerit. Deinde cum dicit.

b ¶ Formar quęſtiones. Et circa hoc duo facit. Primo proponit vnam quæſtionē, vtrum ſcilicet vere conueniat dicere, q aliquis volens patiatur iniuſtū, vel hoc non ſit verum, ſed omne pati iniuſtum ſit inuoluntarium, ſicut & omne facere iniuſtum eſt voluntarium. Secundo ibi.

c ¶ Mouet aliā quęſtionem. Et eſt quęſtio, vtrum omne iniuſtū pati ſit ſic, vel illo modo, ita ſcilicet quòd vel omne iniuſtum pati ſit uoluntarium, vel inuoluntarium. Sicut enim hæc quæſtio poteſt moueri de hoc, quod eſt iniuſtum facere, vtrum omne ſit voluntarium, aut quoddam ſit voluntariū, & quoddam inuolūtarium, ſimiliter etiā poteſt moueri eadē quæſtio de pati iniuſtum. Deinde cum dicit.

d ¶ Proſequit̄ pri⁹ motam quæſtionem. Et circa hoc tria facit. Primo argumentatur ad hoc, quòd omne iuſtum pati ſit voluntarium, vel omne ſit inuoluntarium. Secundo argumentatur ad hoc, quòd nō omne iniuſtum pati ſit uoluntarium, ibi. { Inconueniens autē vtiq; videbitur &c. } Tertio argumentatur ad hoc, quòd nō omne iniuſtum pati ſit inuoluntarium, ibi. { Si autem ſimpliciter &c. } Ad primū ergo argumentatur ſic: Omne quod eſt operari iuſtum, eſt voluntarium, vt ex ſupradictis patet, ſed operari iuſtum eſt oppoſitum ei, quod eſt pati iuſtum, rationabile igitur videtur, quòd iuſtum vel iniuſtum pati ſimili modo opponantur ſecundum vtrumq;, ſcilicet voluntarium, & inuoluntarium, ita vt omne hoc ſit voluntarium, vel omne hoc ſit inuoluntarium. Deinde cum dicit.

e ¶ Argumētatur ad hoc, quòd non oē iniuſtū pati ſit voluntariū. Et circa hoc tria facit. Primo argumentat̄ ad propoſitū, & dicit, q incōueniēs vr̄ ſi ponatur, q oē iniuſtū pati ſit voluntariū. Manifeſte .n. quidam patiuntur non volentes iniuſtum, ſicut illi qui verberantur, vel quibus alij ſua furantur. Secundo ibi.

b Vtrum enim vere eſt volentē iniuſtum pati, vel non. Sed inuoluntarium eſſe, quemadmodū & iniuſtum facere omne voluntarium.

B c Et vtrum eſt ſic, vel illo modo, quemadmodum & iniuſtū facere omne voluntarium, vel hoc quidem voluntarium, hoc autem inuoluntariū. Similiter autem, & iniuſtum pati.

d Iuſtum operari enim omne voluntarium. Quare rationabile quidem opponi ſimiliter ſecūdum vtrumque, & iniuſtum pati, & iuſtum pati, & voluntariū, & inuoluntarium eſſe.

C e Inconueniens autem vtique videbitur & iniuſtū pati, ſi omne voluntarium. Quidam enim iniuſtū patiuntur nō volentes.

f Quare & hoc dubitabit vtique aliquis, vtrum iniuſtum paſſus, iniuſtum patitur omnis.

D g Vel queādmodū in operari, & in pati eſt ſecūdū accidēs. Cōtingit .n. in vtriſq; trāſumere iuſtis, ſimiliter autem manifeſtū quoniam & iniuſtis. Non .n. idē iniuſta operari ei, quod eſt iniuſtū facere. Neq; iniuſta pati ei, quod eſt iniuſtū pati. Similiter autem & iniuſtum operari & iniuſtum pati. Impoſsibile enim iniuſtum pati non iniuſtum faciente aliquo, vel iuſtum pati non iuſtum operante aliquo.

h Si autem eſt ſimpliciter iniuſtum facere, nocere volētem aliquem, volentē autem ſcientē, & quem, & quod, & vt.

E i Inconueniens autem volens nocet ipſe ſibi, volens vtique iniuſtum patitur. Et contingit ipſe ſibi iniuſtum facere.

A f ¶ Mouet circa hoc quandam quæſtionem, vtrum ſcilicet omnis qui patitur id, quod eſt iniuſtum materialiter, & per accidēs, poſſit dici, quòd ſit iniuſtum patiens formaliter, & per ſe. Sic .n. poſſet aliquis obuiare prædictæ rationi, dicendo, quòd ille qui nolens patitur rapinas, vel verbera, patitur quidem id, cui accidit eſſe iniuſtum, nō tamen ſe habet quaſi per ſe patiens iniuſtum. Tertio ibi.

g ¶ Soluit motā quęſtionem. Et dicit, q ſicut ſe habet circa facere, ita ſe habet & circa pati, quia ī vtroque contingit tranſumere, ideſt accipere id quod eſt ſecundū accidens circa iuſta, ſimiliter circa iniuſta. Et hoc manifeſtat quia operari ea quibus accidit eſſe iniuſta, non eſt idem ei, quod eſt per ſe facere iniuſtum. Dictum eſt enim, quòd quandoque aliquis ignorans facit per accidēs, ſcilicet quod eſt iniuſtum, non tamē per ſe loquendo iniuſtificat. Et ſimiliter pati ea quibus accidit eſſe iniuſta, non eſt idem ei, quod iniuſtum pati per ſe. Similiter impoſſibile eſt, quòd iſta ſint eadem in eo, quod eſt iuſtum operari, & in eo, quod eſt iuſtum pati, & quòd ſit eadem ratio circa facere, & pati, tam circa iuſta, quàm circa iniuſta. Quod manifeſtat conſequenter p hoc, quòd non contingit aliquid pati iuſtum, vel iniuſtum p ſe loquēdo, quia paſſio eſt affectus actionis, ſi ergo aliquis facit iuſtum id qđ eſt per accidens, & non iniuſtificetur per ſe, conſequens eſt, quòd nec ille qui patitur, per ſe iniuſtum patiatur. et eadem ratio eſt de iuſto. Deinde cum dicit.

h ¶ Argumentatur contra hoc, quòd omne iniuſtum pati ſit inuoluntarium. Et primo argumentatur ad propoſitum. Secūdo ſoluit, ibi. { Vel non recta diffinitio &c. } Circa primum ponit duas rationes. Circa quarum primam tria facit. Primo ponit quandam diffinitionem eius, quod eſt iniuſtum facere, quæ ſupra poſita eſt, ſcilicet quòd ſimpliciter & per ſe iniuſtum facere non eſt aliud, q quòd aliquis volens noceat, & in hoc quòd ſit volens, intelligitur; quòd ſciat, & quid lędat, & quod nocumentum inferat, & vt, ideſt qualiter, & alias huiuſmodi circūſtantias. Secūdo ibi.

i ¶ Argumentatur ex præmiſſa definitione, manifeſtū eſt enim, quòd incontinens volens nocet ſibiipſi, inquantum ſcilicet volens operatur id, quod ſcit ſibi eſſe nociuum. Si ergo ad iniuſtū facere ſequitur iniuſtū pati, ſequit̄ q ipſe volēs iniuſtū patiatur a ſeipſo, ita q contingat aliquem ſibi iniuſtum facere, & ſic ſequitur, q non omne iniuſtum pati ſit inuoluntariū. Tertio ibi.

k ¶ Mouet

*Vtrum enim reuera ſua ſponte quiſpiam iniuriam patiatur, an nemo, ſed omnes inuiti, quemadmodum & omnes qui iniuriam agunt, ſua faciunt ſponte.*

*Et vtrum omnes hoc modo, an quidam ſponte, quidam inuiti ſimiliter, & cum patiuntur homines ius.*

*Nam omnes, cum ius agunt, ſua faciunt ſponte. Quare conſentaneum eſt rationi ſimiliter opponi eos, qui iniuriam, & qui ius patiuntur, vt aut ſponte patiantur, aut inuiti.*

*At abſurdum uidebitur, ſi omnes etiam ius pati ſua ſponte dixerimus. Nonnulli namque nō ſua ſponte ius patiuntur.*

*Enimuero de hoc quoque quiſpiam dubitauerit, ſi omnis qui paſſus eſt iniuſtum, iniuriam patiatur.*

*An ut in agendo, ſic & in patiendo res ſeſe habet. Etenim fit, ut ad utrūque per accidens ipſa iuſta accommodentur, & eodem modo iniuſta. Non enim eſt idem iniuſta agere, & iniurias agere, neque iniuſta pati, & iniurias pati. Similiter & in agendo patiendoque ius. Fieri enim non poteſt, ut patiatur quiſquam iniuriam, niſi quis iniuriam faciat, aut ius patiatur, niſi ius quiſpiam agat.*

*Quòd ſi ſimpliciter iniuriam facere ſit ſua ſponte quempiam lædere, & idipſum ſponte, inquam lædere, ſit lædere ſcientē, & quē, & qđ, atq; qūo.*

*Incontinens autem ipſe ſibi ſua noceat ſponte, ipſe nimirum iniuriam patitur ſua ſponte, fierique poteſt, ut ſibiipſi iniuriam faciat.*

3 ¶ Mouet quandam quæſtionem incidentem, vtrum ſcilicet contingat, quòd aliquis ſibiipſi faciat iniuſtum. Sed hanc quæſtionem poſtea proſequetur. Secundam rationem ponit ibi.
l ¶ Et dicit, quòd ſi contingit de aliquo, quòd propter incontinentiam ſciens & volens lędatur ab aliquo, puta cum aliquis captus amore meretricis permittit ſe ab ea ſpoliari. Contingit igitur, quòd aliquis volens patiatur iniuſtum. Et ſic non omne iniuſtum pati eſt inuoluntarium. Deinde cum dicit.
m ¶ Ponit ſolutionẽ. Et circa hoc tria facit. Primo corrigit definitionẽ ſupra poſitã eius qđ eſt iniuſtũ facere. Et ex hoc concludit veritatem quæſtionis. Et dicit, quòd definitio ſimpliciter poſita eius quod eſt iniuſtũ facere, non eſt recta. Sed debet apponi, vt dicatur, ꝙ iniuſtũ facere eſt nocere aliquẽ ſciẽtẽ circunſtantias alicui præter illius voluntatem. Et ẽm hoc ſequitur, quòd licet aliquis volens lædatur, & patiatur ꝑ accidens ea, q̃ ſunt iniuſta, tñ nullus volẽs patitur iniuſtũ, ꝑ ſe loquẽdo, ex quo per ſe iniuſtũ facere, eſt inferre nocumentũ alicui præter eius voluntatẽ. Secundo ibi.
n ¶ Soluit primã rationẽ, & dicit, quòd nullus vult completa voluntate pati iniuſtũ, neque etiã incontinẽs, ſed incontinẽs operatur ſibi nociua præter voluntatẽ. Habet.n. per ſe voluntatẽ boni, ſed per concupiſcentiã trahitur ad malũ. Et hoc qđ dictũ eſt, probat per hoc, quòd cum voluntas apparentis ſit boni, nullus vult id qđ nõ exiſtimat eſſe bonũ. Incontinens aũt extra paſſionem exiſtens non reputat bonũ illud, qđ facit, vñ abſolute non vult illud, ſed tñ operatur illud, qđ exiſtimat non oportere operari propter concupiſcentiam, quæ eſt in appetitu ſenſitiuo, voluntas autẽ eſt in ratione. Tertio ibi.
o ¶ Soluit ſecundã rationẽ de eo, qui volẽs ab alio læditur. Et dicit, ꝙ non patitur, per ſe loquendo, iniuſtũ ille qui volens dat ſua, ſicut Homerus narrat de quodam Glauco nomine, quòd dedit Diomedi aurea arma ꝑ æreis, & centũ boues ꝑ nouẽ bobus. Ideo aũt talis

k Eſt autem & hoc vnum aliqđ dubitatorum, ſi contingit ipſum ſibijpſi iniuſtum facere.

l Adhuc volens ſiquis propter incontinentiam ab alio lędatur volente. Quare vtique erit volentem iniuſtum pati.

m Vel non recta diffinitio. Sed apponẽdũ, ei qđ eſt nocere ſciẽtem, & quem, & quo, & vt, præter illius voluntatem. Læditur quidem igitur aliquis volens, & iniuſta patitur. Iniuſtum autẽ patitur nullus volens.

n Nullus enim vult neque incõtinens, ſed prẹter voluntatem operatur. Neq; enim vult null[9], quod non exiſtimat eſſe ſtudioſum. Incontinens autem, qđ non exiſtimat oportere operari, operatur.

o Qui aũt quæ ipſius dat quem admodum Homerus ait. Dare Glaucũ Diomedi aurea ꝑ ęreis, centum boues pro nouem bobus, non iniuſtum patitur. In ipſo enim eſt dare. Iniuſtum autẽ pati, non ĩ ipſo, ſed iniuſtum facientem oportet exiſtere. De iniuſtum pati autem quidem igitur quoniam non uoluntarium, manifeſtum.

## LECTIO XV.

a Adhuc autem, quę prælegimus duo eſt dicere. Vtrum quidem iniuſtũ facit, qui tribuit præter dignitatem plus vel qui habet. Et ſi eſt ipſum ſibi iniuſtum facere.

b Si enim cõtingit prius dictũ, & diſtribuens iniuſtum facit, ſed non habens plus, ſiquis plus alteri quàm ſibijpſi tribuit ſciẽs & volens, ita ipſe ſibi iniuſtum facit, quod videntur moderati facere. Modeſtus enim minoratiuus eſt.

c Vel neque hoc ſimpliciter. Altero enim bono, ſi contingat, ſuperabundat, puta gloria, vel ſimpliciter bono.

*Atque hoc etiã ipſum vnũ quid eſt eorũ, quæ dubitantur, ſi fieri inquã poſſit, vt ſibijpſi quiſpiã iniuriam faciat.*

*Præterea fit vt ſua ſponte quiſpiam ob incontinentiam ab alio ſponte nocẽte lædatur. Quare fit vt ſua ſponte aliquis iniuriam patiatur.*

G *An definitio dicta non recte ſeſe habet, ſed huic lædere inquam ſcientem, & quem, & quo atque quomodo, hoc eſt addendum, præter illius voluntatem. Læditur igitur aliquis ſua ſponte, patitur atque iniuſta, ſed iniuriam ſua ſponte, patitur nemo.*

*Nemo namque vult, neque incontinens ipſe, ſed præter voluntatem agit. Neque enim vllus id uult, quod non extimat eſſe bonum. Incontinens* H *autem id agit, quod non putat eſſe agendum.*

*Qui uero dat ſua, quemadmodum arma Diomedi Glaucus dedit, ut dicit Homerus.*

*Proque nouem centum pro ferro tradidit aurum.*

*Is iniuriam non patitur. Dare namque eſt collocatum in ipſo, ſed ut iniuriam patiatur non eſt in poteſtate ipſius ſitum, ſed is ſit qui iniuriam agat oportet. Patet igitur ſua ſponte ne-* I *minem iniuriam pati.*

## LECTIO XV.

*Inſuper ex iis, quæ propoſuimus, hæc duo reſtant deinceps dicenda, uter iniuriam faciat, is ne qui plus præter dignitatem tribuit, an is qui illud habet. Et ſi fieri poſſit, ut ſibiipſi quiſpiam iniuriam faciat.*

K *Etenimſi ſit illud, quod prius eſt dictum, ut qui diſtribuit, non qui plus habet, iniuriam faciat, ſi quiſpiam plus alii quàm ſibi tribuat ſciens ſponteq;, quod quidem moderati homines faciunt, bonus enim, & æquus minore ſibi tribuere ſolet, is profecto ſibiipſi iniuriam facit.*

*An neque hoc ſimplex eſt. Ex alio namque bono plus forte conſequitur, ut gloriam, aut abſolute honeſtum.*

F non patitur iniuſtum, quia in poteſtate hominis eſt, quòd ipſe det ſua, ſed iniuſtum pati non eſt in poteſtate eius, qui iniuſtũ patitur, ſed oportet exiſtere aliquẽ, qui faciat iniuſtũ. Ideo ergo iniuſtum pati eſt inuoluntarium, iniuſtum autem facere voluntariũ, quia principium actionis eſt in agente, quod pertinet ad rationẽ voluntarij, principium autẽ paſſionis non eſt in patiente, ſed in alio, & hoc pertinet ad rationem inuoluntarij. Vltimo autem epylogando cõcludit manifeſtũ eſſe, quòd iniuſtum pati eſt inuoluntarium.

LECTIO XV.

Poſtquam Philoſophus ſoluit vnam dubitationem, hic accedit ad aliam. Et primo ponit ipſam. Secũdo proſequitur eã, ibi. {Si enim contingit &c.} Dicit ergo primo, ꝙ circa ea, q̃ ad iuſtitiam & iniuſtitiam pertinẽt, adhuc ſunt duo, q̃ ꝑ alijs eligit dicere. Quorum primũ eſt, quis duorum faciat iniuſtitiam circa diſtributiones, vtrum iſte, qui dat aliquid alicui præter dignitatem, vel ille qui recipit. Secundum eſt, vtrum contingat, ꝙ aliquis faciat ſibipſi iniuſtum, quam etiã ſupra mouit, & infẽrius proſequitur. Deinde cum dicit.
b ¶ Proſequitur prĩmotam quæſtionẽ. Et primo obijcit ad partem falſam. Secũdo ſoluit, ibi. {Vel neque hoc etiã, &c.} Tertio determĩat veritatem, ibi. {Manifeſtum eſt autem &c.} Dicit ergo primo, ꝙ ſi contingat illud, qđ prius dictũ eſt, ſcilicet quòd male diſtribuens facit iniuſtũ, & non ille, qui plus accipit, videtur ſequi inconueniens. Poteſt enim eſſe, quòd aliqs alteri plus quàm ſibi tribuat ſciens, & volens, & ſic videtur, ꝙ iſte faciat iniuſtum ſibi, quod eſt inconueniens, quia moderati homines hoc videntur facere vt ſibiipſi minora retineãt. Pertinet enim ad virum modeſtũ, quòd ſit minoratiu[9], i. minora ſibi accipiens. Deinde cum dicit.
c ¶ Soluit duabus ſolutionibus. Quarum prima eſt, quòd hoc quando non videtur ſimpliciter verum eſſe, quòd diſtributor minor



minora ſibi retineat. Quamuis enim retineat ſibi minora de bonis exterioribus, tamen ſuperbundat in altero bono, ideſt gloria, vel ſimpliciter bono, ideſt honeſto. Secundam ſolutionem ponit ibi.
d ¶ Quæ procedit ſecundum definitionem ſupra poſitam eius, quod eſt iniuſtum facere. In qua additum eſt, quòd hoc ſit præter voluntatẽ patientis. Iſte autem diſtributor nihil patitur præter ſuam voluntatem. Et ideo ſequitur, quòd non patitur iniuſtum, ſed ſolum patitur quoddam nocumentum. Deinde cum dicit.
e ¶ Determinat veritatem dicens manifeſtum eſſe, quòd ille qui diſtribuit pærter dignitatem facit iniuſtum, nõ tamen ſemper ille, qui plus accipit, ſed quandoque, ſcilicet quando ad hoc operatur. Secundo ibi.
f ¶ Probat propoſitum tribus rationibus. Quarum prima eſt, quòd ille non dicitur facere iniuſtũ, cui ineſt iniuſtum, quia ſic ille, qui læditur, faceret iniuſtum, ſed ille facit iniuſtũ, cui accidit, quòd volens hoc faciat, ideſt in quo eſt principiũ actionis, quod quidem eſt in eo, qui diſtribuit, non autem in accipiente, ergo diſtribuens facit iniuſtum, non autẽ accipiens. Secundam rationem ponit ibi.
g ¶ Et dicit, ꝙ multipliciter dicitur aliquis facere. Vno modo ſicut principale agens facit. Alio modo ſicut inſtrumenta faciunt. Et hoc modo poteſt dici, quòd quædam inanimata, puta lapides, gladij, vel ſagittæ occidunt, vel quòd manus occidit, & quòd famulus pręcipientis occidit, quorum nihil per ſe loquendo facit iniuſtum, quamuis fiant ea, quibus accidit eſſe iniuſta, quia iniuſtum facere cũ ſit voluntarium, competit ei in quo eſt principium actionis, vt dictum eſt. Manifeſtũ eſt autem quòd in diſtributiõe diſtribuẽs ſe habet vt principale agens, recipiens autem ſe habet vt inſtrumentale per modum obedientis, vnde relinquitur, quòd diſtribuens faciat iniuſtum. Tertiam rationem ponit ibi.
h ¶ Et dicit, quòd ſi aliquis per ignorantiam legalis iuſti male iudicet, per ſe loquendo, non facit iniuſtum, neq; iudiciũ ſecũdum

d Adhuc ſoluit ſecũdũ definitionẽ eius, quod eſt iniuſtũ facere. Nihil.n. patitur ꝑter ipſi[9] voluntatem. Quare nõ iniuſtũ patitur propter hoc, ſed quidem nocumentum patitur ſolum.

e Manifeſtum autem, & quoniam diſtribuens iniuſtũ facit, ſed non plus habens ſemper.

f Non.n. cui iniuſtum ineſt iniuſtum facit, ſed cui volẽte hoc facere. Hic autem vnde principium actionis, quod eſt ĩ diſtribuente, ſed non in accipiente.

g Adhuc multipliciter facere dicitur. Et eſt vt inanimata occidunt, & manus, & famulus ꝑcipientis non iniuſtum facit, facit autem iniuſta.

h Adhuc ſiquidem ignorans iudicauit non iniuſtum facit ſecundum legale iuſtum, neq; iniuſtũ iudicium eſt. Eſt autẽ vt iniuſtũ. Alterum.n. legale iuſtũ & primum. Si autem cognoſcens iudicauit iniuſte, & auare fecit ipſe, vel gratia, vel pena. Quẽadmodum igitur, & ſiquis patiatur iniuſtificationem, & qui ꝑpter hoc iudicauit iniuſte plus habet. Etenim in illis, qui agrũ iudicauit, non agrum, ſed argentum accepit.

i Homines autem in ſeipſis exiſtimant eſſe iniuſtũ facere, propter quod & iniuſtum eſſe facile, hoc autem non. Commiſceri quidem enim ei, quæ vicini, & percutere proximum, & dare manu argentum facile & in ipſis. Sed ſic habentes hoc facere, neque in ipſis.

k Similiter autem & cognoſcere iuſta, & iniuſta nihil exiſtimat ſapiens eſſe, quoniam de quibus leges di cunt, non difficile intelligere. Sed non hæc ſunt iuſta, ſed ſecundum accidens, ſed aliqualiter operata, & aliqualiter diſtributa iuſta, hoc autem plus opus, quàm ſana ſcire. Quia & illic mel, & vinum, elle

*Soluitur præterea & per diffinitionem agendi iniuriam. Nihil enim ipſe præter ſuam patitur voluntatem, quare non iniuriam patitur ob idipſum, ſed ſi minus capit, læditur tantũ.*

*Putet autem & diſtribuentem in-* B *iuriam agere, ſed non eum ſemper qui plus habet.*

*Non enim is iniuriã facit, cui ineſt iniuſtum, ſed is, cui poteſtas ineſt id faciendi ſponte. Hæc autem eſt vnde eſt principium actus, quod quidem in ipſo eſt diſtribuente, non in accipiẽte.*

*Præterea cum facere multis dicatur modis, & modo quodam expertia animæ, & manus, & ſeruus occidat hero iubente, iniuriam quidem non* C *agit, iniuſta autem facit.*

*Inſuper ſi iudicauit ignorans, non iniuriam facit legitimo iuſto, nec eſt iniuſtum iudicium. Eſt tamen aliquo modo iniuſtum. Aliud enim eſt legitimum iuſtum, aliud primum & naturale. Sin vero cognoſcens iudicauit iniuſte, plus habet, & ipſe vel gratiam, vel vindictam. Perinde igitur, & his qui ob hæc iudicauit iniuſte plus habet, atque ſi quiſpiam acceperit iniuriæ partem, nam in illis, qui* D *fundum peruerſo iudicio tribuit, non fundum cœpit ſed argentum.*

*At qui putant homines in ſeipſis eſſe ſitum iniurias facere. Quapropter & iniuſtum eſſe facile arbitrãtur, hoc autem non ita ſeſe habet. Coire namque cum vxore uicini, & pulſare proximum dareque argentum manu facile eſt, & collocatur in ipſis. Sed hæc agere ſic ſe habentes, neque facile eſt, neque in ipſis eſt ſitum.*

E *Simili modo cognoſcere iuſta, atq; iniuſta nullam ſapientiam eſſe putãt, propterea quod, non eſt difficile ea de quibus leges dictitant intelligere. At non hæc ſunt ipſa iuſta niſi per accidens. Sed tunc ſunt iuſta, cum quodam aguntur modo, & quodam diſtribuuntur modo. Id autem difficilius eſt quàm ea, quæ ſanitatem efficiunt ſcire. Et ibi namque mel, vinum, ue-*

A quòd eſt actio eius eſt iniuſtum per ſe, ſed tamen eſt quaſi iniuſtum, quia id quod iudicatur iniuſtum eſt. Ideo autem dictũ eſt de ignorantia legale iuſti, quia alterum eſt legale iuſtum, quod ignorari poteſt; alterum iuſtum ſcilicet naturale, quod non poteſt ignorari, quia naturaliter eſt menti humanę impreſſum, ſed ſi aliquis cognoſcens iuſtũ legale iudicet iniuſte, tunc ipſe facit auare, ideſt iniuſte, vel ꝑꝑ gratiã alicuius acquirẽdã, vel propter pœnã euitãdã. Siquis.n. velit per partes inæquales diuidere iniuſtificationẽ, ille qui ꝑꝑ hoc iniuſte iudicat, vt acquirat gr̃a alicuius, plus habet de bono, quàm ſibi competat, & ita auare facit, licet non plus habeat de illo bono, in quo alterũ damnificat, qa & in illis, q manifeſte ꝑꝑ auaritiã lucri iniuſte adiudicauit alicui aliquẽ agrũ, nõ accepit ab eo agrũ, ſed argentũ. Ita aũt ſe habet diſtribuens in diſtributionib[9], ſicut iudex ĩ cõmutationibus, vñ ſicut iudex male iudicãs ſciẽter iniuſtũ facit, ita & ille qui iniuſte diſtribuit. Deinde cum dicit.
i ¶ Excludit quoſdã errores. Et circa hoc duo facit. Primo, excludit quaſdã falſas opiniões ex parte faciẽtis iuſtũ vel iniuſtũ. Secũdo, oñdit in quibus cõſiſtãt iuſta, vel iniuſta, ibi. {Sunt aũt iuſta.} Circa primũ excludit tres falſas opiniones. Quarũ prima eſt circa facilitatẽ eius, qđ eſt eſſe iniuſtũ, & dicit, ꝙ multi exiſtimant, ꝙ eſt ſtatim ĩ promptu habeãt facere etiã iniuſtã, vñ reputãt ꝙ facile ſit aliquẽ eſſe habitualiter iniuſtum, ſed hoc nõ eſt ita. Facile.n. eſt, & ſtatim in poteſtate hominis, ꝙ aliquis faciat ea, quæ ſunt iniuſta, puta, ꝙ cõmiſceat cũ vxore vicini ſui, & quòd ꝑcutiat proximũ, & ꝙ tollat argentũ de manu alterius, vel ꝙ de manu ſua det aliquis argentũ ad procurandũ homicidiũ, vel aliquid hmõi, ſed ꝙ homines huiuſmodi faciant ſic ſe habentes ſcilicet prõpte & delectabiliter, non eſt facile, neque ſtatim in poteſtate hominis, ſed ad hoc peruenitur per longam conſuetudinem. Secundo ibi.
k ¶ Excludit falſam opinionem circa cognitionem iuſtorum & iniuſtorum. Et dicit, quòd quidam non exiſtimant eſſe magnæ

gnæ ſapientiæ, quòd aliquis cognoſcat iuſta & iniuſta propter hoc, quòd non eſt difficile intelligere ea, quæ leges dicunt, quæ ſunt iuſta legalia. Sed decipiuntur, quia hęc ſimpliciter conſiderata non ſunt iuſta, niſi ſecundum accidens, inquantum accidit ea eſſe iuſta. Sed vere iuſta ſunt, ſi aliqualiter operantur, & diſtribuuntur, ideſt attribuuntur, aliqualiter negocijs, & perſonis, hoc autem, ſcilicet accõmodare cõuenienter negocijs, & perſonis eſt magis operoſum, & difficile, quàm ſcire ſanatiua, in quo cõſiſtit tota ars medicinę. Maior enim eſt diuerſitas rerum voluntariarum, in quibus cõſiſtit iuſtitia, quàm complexionũ, in quibus conſiſtit ſanitas, quia & in ſanatiuis ſcire virtutẽ mellis, & vini, & ellebori, & effectum vſtionis, & inciſionis facile eſt, ſed diſtribuere iſta ad ſanandum, ſicut oportet, & cui oportet, & quando oportet, tanti operis eſt, quanti, & medicum eſſe, quia hoc ſciens medicus eſt. Tertio ibi.

l ¶ Excludit falſam opinionem circa facilitatem eius, quod eſt iuſtum operari, & iniuſta. Et dicit, quòd propter prædicta ẽt homines ęſtimant, ꝙ iuſtus non minus poteſt iniuſtum facere, quàm quicũq; alius, quia per hoc, quòd aliquis eſt iuſtus, non nimis minus, ſed magis ſcit, & poteſt operari vnumquodq; horum, quæ dicũtur iniuſta, ſicut commiſceri mulieri alterius, & percutere aliũ, & dimittere clipeũ in bello, & quod aliquis facit inſultum in quẽcumque. Sed decipiũtur, quia quòd aliqs faciat opera timiditatis, & facere iniuſtũ, non eſt facere prædicta, ni ſecundum accidens, inquantum ſcilicet accidit iſta, quæ fiunt eſſe iniuſta, ſed facere iniuſtum per ſe, eſt prędicta facere ſic ſe habentem, ſcilicet quòd ſit volens, & promptus ad hoc, ſicut eſt circa medicinam medicari, & ſanare non conſiſtit in hoc ſolum, quòd eſt incidere, vel non incidere, vel dare ſarmacum, i. medicinã laxatiuam, vel nõ dare, ſed in hoc, quòd aliquis det ſicut oportet. Deinde cum dicit.

m ¶ Oſtendit in quibus competant iuſta. Et dicit, quòd iuſta

borum, & vſtionem, & inciſionem ſcire facile. ſed qualiter oportet diſtribuere ad ſanitatẽ, & cui, & quando tantum opus quantum medicum eſſe.

l Propter ipſum autem, hoc & iuſti exiſtimãt eſſe, nihil minus iniuſtum facere, quoniam nihil minus iuſtus, & magis poteſt vtique vnũquodq; operari horũ. Etenim commiſceri mulieri, & percutere, & fortis clipeum dimittere, & conuerſus in qualem cumque currere. Sed timere, & iniuſtum facere, non hoc facere eſt, niſi ſcd̃m accidẽs, ſed ſic habentem hoc facere, quemadmodum & medicari, & ſanare, & incidere, vel non incidere, vel farmacum dare eſt, ſed ſic.

m Sunt autem iuſta in his, in quibus inſunt ſimpliciter bona. Habent autem ſuperabundantiam in his, & defectum. His quidem enim non eſt ſuperabũdantia ipſorum, puta forte dijs. His autem nulla particula vtilis inſanabilibus, & malis, ſed omnia nocent. His autem vſque adhuc, hoc autem humanũ eſt.

LECTIO XVI.

De epychia vero, & epyche qualiter habet, proximum eſt dicere. Epychia quidem ad iuſtitiam, epyches autem ad iuſtum.

b Neque enim vt idem ſimpliciter, neque vt alterum genere videtur intendentibus. Et quandoque enim epyiches laudam⁹, & virum talem. Quare, & ad talia laudantes transferimus pro bono magis epyiches, quoniam melius oſtendentes. Quandoque autem rationem ſequentibus videtur incõueniens, ſi epyches præter iuſtum quid exiſtens laudabile eſt, uel enim iuſtum non ſtudioſum, vel epyiches aliud, uel ſi ambo ſtudioſa idem ſunt. Dubitatio quidem igitur fere accidit propter hoc circa epyichies.

*ratrum, aduſtionem, inciſionemue ſcire per facile ſane eſt. Sed quonam modo ad ſanitatem efficiẽdam, & cui, & quando ſint tribuenda, tanta eſt difficultas ſcire, quanta eſt medicum eſſe.*

G *Ob id autem ipſum & iuſti non minus eſſe putant iniuriam facere, quia vir iuſtus non minus, ſed etiam magis horum ſingula facere poteſt, vitiare inquam uxorem cuiuſpiam, & pulſare aliquem, & uir fortis in acie proiicere clipeum, tergiſque uerſis fugam ſurripere. At timide agere, & iniuriam facere non eſt hæc facere niſi per accidens, ſed ſic ſe habentem hæc facere. Quemadmodum & mederi, atque curare non eſt incidere, uel non incidere, aut medicamenta dare, aut non dare, ſed hoc modo ſeſe habentem hæc agere.*

H *Iuſta autem in ijs ſunt qui participes ſunt eorum, quæ ſunt ſimpliciter bona. Habent autem & exuperationem in his, & defectum. Nam quibuſdam non eſt ipſorum exuperatio, ut dijs fortaſſe. Quibuſdam uero nulla pars eſt utilis, incurabilibus (inquam) & malis, ſed omnia nocent. Quibuſdam autem uſque ad aliquem terminum, atque hoc eſt humanum.*

LECTIO XVI.

I *Deinceps dicendum eſt de æquitate & bonitate, atq; æquo, & bono, quonam modo ſeſe habet, æquitas quidem, & bonitas ad iuſtitiam, æquum autem, & bonum ad iuſtum.*

*Nam conſiderantibus, neque ſimpliciter idem, neque genere diuerſum eſſe uidetur. Atque interdum laudamus æquum & bonum utrumque talẽ, quare & ad alia laudantes transferimus pro bono, ipſum æquius declarantes melius eſſe. Interdum rationem ſe-*
K *quentibus abſurdum uidetur, ſi æquũ & bonũ (ſi ſit quid præter iuſtũ) laudabile ſit, nam aut iuſtum non eſt ſtudioſum, aut æquum, & bonum, ſi aliud ſit a iuſto, aut idem ſunt, ſi utrumque eſt ſtudioſum. Hæc igitur dubitatio ob ea fere quæ dicta ſunt, naſcitur de ipſo æquo & bono.*

F competunt in illis perſonis quibus poſſunt adeſſe ea, quæ ſunt bona ſimpliciter, & abſolute ſicut diuitiæ, & alia huiuſmodi, & tamen habent quandoque circa hoc ſuperabundantiam, & defectum, ſicut ſunt communiter homines. Quibuſdam enim circa talia non eſt aliqua ſuperabundantia, ſed ſemper vtũtur optime talibus bonis, ſicut conuenit hominibus pfectis in virtute, & forte dijs, ſm̃ errorem eorum, qui ponebant eos talibus vti. Quibuſdam vero ideſt valde malis, & inſanabilibus a ſua malitia nulla particula talium rerũ eſt vtilis, ſed omnia eis nocent. Quibuſdam vero non omnia nocent, ſed vſque ad aliquem determinatũ terminum. Vnde patet, quòd iuſtitia eſt humanum bonum, quia reſpicit communem hominũ ſtatũ.

LECTIO XVI.

Poſtquam Philoſophus determinauit de iuſtitia communi. Hic determinat de epyichia, quæ eſt communis iuſtitię directiua. Et primo dicit de quo eſt intentio. Secundo p̃ſequitur propoſitum ibi. {Neque autem, vt communem &c.} Dicit ergo primo, ꝙ proximum præmiſſis eſt, vt dicatur de epyichia, que nominat quendam habitum, & de epyiche, quod eſt obiectũ ei⁹, & dicẽdum ẽſt de eis qualiter quidẽ epyichia ſe habeat ad iuſtitiã, & qualiter eius obiectum, quod dicitur epyiches ſe habeat ad iuſtum quod eſt iuſtitiæ obiectũ, dicitur autẽ in Greco epyiches, quaſi id quod eſt conueniẽs, vel decens, ab epy, q̃d eſt ſupra, & icos, q̃d eſt obediens, quia videlicet per epyichiã aliquis excellentiori modo obedit, dum obſeruat intentionẽ legislatoris, vbi diſſonant verba legis. Deinde cum dicit.

b ¶ Proſequitur p̃poſitũ. Et circa hoc tria facit. Primo determinat de obiecto epyichiæ. Secũdo de ſubiecto eius, ibi. {Manifeſtum autem ex hoc &c.} Tertio de ipſo habitu, ibi. {Et habitus iſte &c.} Circa primum duo facit. Primo mouet dubitationem. Secundo ſoluit, ibi. {Habent autem omnia &c.} Dicit



Dicit ergo primo, quòd ſi aliqui diligenter attendant, non A videtur, quòd epyiches, & iuſtum ſit ſimpliciter idem, quia aliquando recedit a iuſto legali, neque etiam videtur, quòd omnino ſit differens genere, a iuſto. Et horum aſſignat rationem, quia quandoque laudamus, id quod eſt epyiches, dicentes hoc eſſe bene factum, & ſimiliter laudamus talem virum, qui hoc operatur, vel dicim⁹ eum virum, ideſt virilem & perfectum. Et ſic patet, quòd cũ trãſferimus laudem ad id, quod eſt epyiches, vel ad hominem, quaſi ad aliqd magis bonum in hoc oſtẽdit, quòd epyiches ſit aliquid melius, quàm iuſtum. Vnde non videtur eſſe idem ſimpliciter cũ iuſto. Ex alia vero parte, ſi volumus ſequi rationẽ, videtur eſſe inconueniens, ſi id quod eſt epyiches ſit laudabile, & ſit aliquid præter iuſtum. Oportet enim, vt videtur, ꝙ vel iuſtum nõ ſit ſtudioſum, ideſt bonũ, vel quòd id quod eſt epyiches ſi ſit aliud a iuſto non ſit bonum, quia bonum conuenit vno modo, vt in Secundo dictum eſt, vel oportet, quòd ſi ambo ſint bona, ꝙ ſint idem. Et ſic concludit, quòd circa id quod eſt epyiches accidit dubitatio propter prædicta, quia ex vna parte videt̃, quòd non ſit idem inquantum laudatur, vt melius quàm iuſtum. Ex alia parte videtur, quòd ſit idẽ cum iuſto, inquantũ id quod eſt præter iuſtum, non videtur eſſe bonum, & laudabile. Deinde cum dicit.

c ¶ Soluit motã quæſtionem. Et circa hoc duo facit. Primo proponit veritatem. Secundo rationem aſſignat, ibi. {Facit autem dubitationem &c.} Dicit ergo primo, quòd omnia, quę dicta ſunt pro vtraque parte dubitationis quodammodo recte ſe habent, & ſi quis recte intelligat, nulla contrarietas ibi latet. Verum eſt enim, quòd id quod eſt epyiches, eſt quoddam iuſtum, & eſt melius quodã alio iuſto, quia vt ſupra dictum eſt, iuſtum quo ciues vtuntur, diuiditur in naturale, & legale, eſt autem id quod eſt epyiches meli⁹ iuſto legali, ſed continetur ſub iuſto naturali. Et ſic non dicitur melius quàm iuſtum, quaſi ſit quoddam aliud genus ſeparatum a genere iuſti. Et cum ambo ſint bona, ſcilicet iuſtum legale, & epyiches, melius eſt illud quod eſt epyches. Deinde cum dicit.

d ¶ Aſſignat rationem prædictorum. Et circa hoc tria facit. Primo aſſignat rationem dubitationis. Secundo aſſignat rationem veritatis propoſitę, ibi. {Cauſa autem &c.} Tertio concludit veritatem intentam, ibi. {Propter quod iuſtum quidem &c.} Dicit ergo primo, quòd hoc eſt, quod faciebat dubitationem, quòd id quod eſt epyiches, eſt quidem aliquod iuſtum, ſed non eſt legale, ſed eſt quædam directio iuſti legalis. Dictum eſt enim, quòd continetur ſub iuſto naturali a quo oritur iuſtũ legale. Deinde cum dicit.

e ¶ Aſſignat rationem veritatis propoſitæ, ſcilicet, quare iuſtum legale indigeat directione. Et circa hoc tria facit. Primo proponit iuſti legalis defectum. Secundo oſtendit, quòd talis

c Habent autem omnia ſecundum modum quendam recte, & nihil ſub cõtrarium ſibijpſis. Epyiches enim iuſto quodam ens melius eſt iuſtum, & non vt aliud quoddam genus exiſtens melius eſt iuſto. Idem ergo iuſtum, & epyiches, & ambobus ſtudioſis exiſtentibus melius epyiches.

d Facit autem dubitationem, quoniam epyiches iuſtum quidem eſt, nõ quod ſecundũ legẽ autem, ſed directio iuſti legalis.

e Cauſa autem quoniam lex quidem vniuerſaliter omnis. De quibuſdam autem non eſt poſsibile recte dicere vniuerſaliter. In quibus igitur neceſſarium quidem dicere vniuerſaliter, non poſsibile autem recte: hoc vt in plus accipit lex non ignorans quod peccatum eſt.

f Et eſt nihil minus recta. Peccatum enim non in lege, neque in legis poſitore, ſed in natura rei eſt. Confeſtim enim operabilium materia talis eſt.

g Cum igitur dicat lex vniuerſaliter. Accidit autem in hoc præter ea, quæ vniuerſaliter tũc recte hẽt, vbi reliquit legis poſitor, & peccauit ſimpliciter dicens, dirigere quod deficit. Quod & legis poſitor ſic vtiq; diceret illic præſens. Et ſi ſciret, legem poſuiſſet.

*Recte autem aliquo modo ſe habẽt omnia, & nihil prorſus ipſis aduerſatur. Nam æquum, & bonum iuſtum eſt, & eſt aliquo iuſto melius, & non vt aliquod aliud genus melius eſt ipſo iuſto. Idem eſt ergo iuſtum, atque æquum, & bonum, & vtrum-*
B *que quidem eſt ſtudioſum, præſtabilius autem eſt ipſum æquum, & bonũ.*

*Fit autem hæc dubitatio, quia æquum, & bonum iuſtum quidem eſt, non autem lege, ſed emendatio legitimi iuſti.*

*Cauſa autem eſt, quia lex quidem omnis vniuerſalis eſt. Fieri autem nõ poteſt ut de quibuſdam vniuerſaliter recte dicatur. In quibus igitur vni-*
C *uerſaliter quidem dicere neceſſe eſt, fieri autem non poteſt, vt recte dicatur, in ijs lex id accipit quod ſit plerumque non ignorans peccatum.*

*Et eſt nihilominus recta. Peccatũ enim non eſt in lege, nec in legislatore, ſed in ipſa rei natura. Continuo namque rerum earum, quæ ſub actionem cadunt, materia talis eſt.*

*Cum igitur lex quidem vniuerſaliter loquitur, in his autem præter vni-*
D *uerſale quippiam accidit, tum recte ſeſe habet vt ea parte, qua legislator omiſit atque peccauit abſolute locutus emendetur defectus. Quod & ipſe legislator ſi adeſſet, hoc modo dixiſſet, & ſi ſciuiſſet, iubentem legem tuliſſet.*

defectus nõ excludit eius rectitudinẽ, ibi. {Et eſt nil minus &c.} Tertio concludit directionis neceſſitatem ibi. {Cum igitur dicat lex &c.} Dicit ergo primo, quòd cauſa quare iuſtum legale indiget directione eſt iſta, quòd omnis lex datur vniuerſaliter. Quia enim particularia ſunt infinita, non poſſunt comprehendi ab intellectu humano, vt de ſingulis particularibus lex feratur, & ideo oportet, quòd lex in vniuerſali feratur, puta quòd quicumque fecerit homicidium occidatur. Manifeſtum eſt autem, quòd de quibuſdam intellect⁹ noſter poteſt aliquid verum dicere in vniuerſali, ſicut in neceſſarijs, in quibus non poteſt defectus accidere, ſed de quibuſdam non eſt poſſibile, quòd dicatur aliquid verum in vniuerſali ſicut de contingentibus, de quibus, & ſi aliquid ſit verum, vt in pluribus, vt in paucioribus tamen deficit. Et talia ſunt facta humana, de quibus dantur leges. Quia igitur in talibus neceſſe eſt, quòd legislator vniuerſaliter loquat̃ propter impoſſibilitatẽ comprehendẽdi particularia, nec tamen eſt poſſibile, quòd in omnibus recte ſe habeat, quod dicitur p̃pter hoc, quòd deficit in paucioribus legislator accipit id q̃d eſt, vt in pluribus, & tamen non ignorat, quòd in paucioribus contingit eſſe peccatum, ſicut etiam naturalis dicit, quòd homo quinque digitos habet, & tamen nouit, quòd propter errorem naturæ, vt in paucioribus accidit, aliquos habere plures, vel pauciores. Deinde cum dicit.

f ¶ Oſtendit, quòd prædictus defectus non tollit rectitudinem legis, vel iuſti legalis, dicens, quòd licet peccatum accidat in aliquibus ex obſeruantia legis, nihilominus lex recta eſt, quia peccatum illud non eſt ex parte legis, quia rationabiliter poſita eſt, neque ex parte legislatoris, qui
E locutus eſt ſecundum conditionem materiæ, ſed eſt peccatum ex natura rei. Talis enim eſt materia operabilium humanorum, quòd non ſunt vniuerſaliter eodem modo, ſed vt in paucioribus diuerſificantur, ſicut reddere depoſitum ſecundum ſe iuſtum eſt, & vt in pluribus bonum. In aliquo tamen caſu poteſt eſſe malum, puta, ſi reddatur gladius furioſo. Deinde cum dicit.

g ¶ Concludit neceſſitatem directionis iuſti legalis. Et dicit, ꝙ cum lex proponit aliquid in vniuerſali, & in aliquo caſu non ſit vtile illud obſeruari, ratio recte ſe habet, quòd aliquis dirigat illud quod deficit legi, vbi ſcilicet legislator reliquit caſum particularem, in quo lex deficit non determinatum & peccauit, ideſt rem defectibilem propoſuit in hoc, quòd ſimpliciter, ideſt vniuerſaliter dixit. Quia & ipſe legislator ſi præſens eſſet, vbi talis caſus acciderit ſic determinaret, & eſſet dirigendum. Et ſi a principio præſciuiſſet, poſuiſſet hoc in lege, ſed non potuit comprehendere omnes caſus particulares, ſicut in quadam ciuitate ſtatutum fuit ſub pœna capitis, quòd peregrini non aſcenderent muros ciuitatis, ne ſcilicet poſſent

dominium ciuitatis vſurpare. Hoſtibus autem inuadentibus peregrini quidam aſcendentes muros ciuitatis defendunt ciuitatem ab hoſtibus, quos tamen non eſt dignum capite puniri. Eſſet enim contra ius naturale, vt benefactoribus pœna rependeretur. Et ideo ſecundum iuſtum naturale oportet hic dirigere iuſtum legale. Deinde cum dicit.

h ¶ Concludit veritatem intentam. Et dicit, quòd propter prædicta manifeſtū eſt, quod eſt epyiches eſt quidem iuſtum, & eſt melius quodā iuſto, non quidem iuſto naturali quod ſimpliciter, ideſt vniuerſaliter proponitur. Vnde hæc eſt natura eius qđ eſt epyiches, vt ſit directiuū legis, vbi lex deficit propter aliquem particularem caſum. Quia enim lex deficit in particularibus iſta eſt cauſa, quòd non omnia poſſunt determinari ſecundum legem, quia de quibuſdam, quæ raro accidunt impoſſibile eſt, quòd lex ponatur, eo quòd non poſſunt omnia talia ab homine prouideri. Et propter hoc neceſſaria eſt poſt legem latam ſententia iudicium, per quam vniuerſale dictum legis applicatur ad particulare negocium. Quia enim materia humanorum operabilium eſt indetermi nata, inde eſt quòd eorum regula, quæ eſt lex, oportet quòd ſit indeterminata, quaſi non ſemper eo dem modo ſe h bēs. Et ponit exemplum de regula Lesbię ædificationis. In Lesbia enim inſula ſunt lapides duri, qui non poſſunt de facili ferro præſcindi vt dirigantur ad omnimodam rectitudinem, & ideo ędificatores vtuntur ibi regula plumbea. Et ſicut illa regula cōplicata adaptatur ad figuras lapidis, & non manet in eadem diſpoſitione, ita oportet, ꝙ ſententia iudicis adaptetur ad res ſecundum earum conuenientiam. Sic ergo epylogando concludit, manifeſtum eſſe ex prædictis, quòd id quod eſt epyiches, eſt quoddam iuſtum quod eſt melius quodam iuſto, ſcilicet legali. Deinde cum dicit.

i ¶ Determinat de ſubiecto epychiæ, & dicit manifeſtum eſſe ex hoc quod dictum eſt, quis homo ſit epyiches, ille ſcilicet qui eligit, & operatur ea, quæ dicta ſunt. Et ponit quandam proprietatem talis virtuoſi, & dicit, quòd talis non eſt atribodykayos, ideſt diligenter exequens iuſtitiam ad deterius, ideſt ad puniendum, ſicut illi, qui ſunt rigidi in puniendo, ſed diminuunt pœnas quamuis habeant legem adiuuantem ad puniendum. Nō enim pœnę ſunt per ſe intentæ a legislatore, ſed quaſi medicina quædam peccatorum. Et ideo epyiches non plus apponit de pœna, quàm ſufficiat ad cohibenda peccata. Deinde cum dicit.

F k. ¶ Determinat de ipſo habitu virtutis. Et dicit, quòd ipſe habitus, qui dicitur epyichia eſt quædam ſpecies iuſtitiæ, & non eſt alius habitus a iuſtitia legali, ſicut & de eius obiecto dictum eſt, habitus enim per obiecta cognoſcuntur.

h Propter quod iuſtum quidē eſt, & quoddam melius iuſto non eo quòd ſimpliciter aliud, ſed eo quòd per ſimpliciter peccatum. Et eſt hæc natura quæ epyiches directio legis vbi deficit propter vniuerſale. Hæc .n. cauſa, & eius, quòd non omnia ſecundum legem eſſe, quoniam de quibuſdam impoſſibile ponere legem, quare ſententia indiget: indeterminati enim indeterminata regula eſt, quemadmodum, & Lesbiæ figurationis plumbea regula eſt. Ad figuram enim lapidis traſmutatur, & non manet regula, & ſententia ad r. s. Quid quidem eſt igitur epyiches, & qm̄ iuſtū, & qm̄ melius iuſtum, manifeſtum eſt. G

i Manifeſtum autem & ex hoc, quoniam epyiches quis eſt. Talium enim electiuus, & operatiuus, non atribodykayos ad deterius, ſed minoratiuus; quamuis habens legem adiuuantem, epyiches eſt. H

k Et habitus ipſe epyichia iuſtitia quędam exiſtens, & non alter quidem habitus.

## LECTIO XVII.

Vtrum autem contingat ſibijpſi iniuſtum facere, vel non, manifeſtum ex his, quæ dicta ſunt. I

b Quædam enim ſunt iuſtorū, ſecundum omnem virtutē a lege ordinata, puta, non iubet ſeipſum interficere lex. Quod autem non iubet, prohibet.

c Adhuc autem, cum præter legem noceat non contra nocens K

*Quapropter iuſtum quidem eſt, & præſtabilius aliquo iuſto, non tamen ſimpliciter iuſto, ſed eo quòd peccat. Propterea quod ſimpliciter dictum eſt. Atque hæc eſt natura ipſius æqui, & boni. Emendatio legis ea, ex parte qua deficit ob vniuerſale, hoc enim eſt cauſa. Et vt non omnia ſint lege, quia de quibuſdam impoſſibile eſt ponere legem. Quare decreto eſt opus. Indefinitæ namque rei indefinita & regula eſt, ſicut & ædificationis Lesbiæ plumbea norma. At lapidis enim figuram mutatur, & non manet, & decretum ad res ipſas ſimili modo. Patet igitur, quid eſt æquum, & bonum, & eſſe iuſtum, & quo iuſto præſtabilius.*

*Ex quo etiam patet, & quid nam ſit homo bonus, & æquus. Eſt enim is qui talia eligit, & agit, & qui non exacte iuſtum in deteriorem exequitur partem, ſed imminuit, tametſi legem adiutricem ad illud habet.*

*Et habitus hic æquitas, & bonitas dicitur. Quæ quidem iuſtitia quædam eſt, & non alius quiſquam habitus.*

## LECTIO XVII.

*Atet ex ijs, quæ diximus ſi fieri poſſit, vt ſibiipſi quiſpiam iniuriā faciat, nec ne*

*Iuſta enim quædam ex omni virtute a lege ſunt ordinata, & lex non iubet ſeipſum quemquam occidere, quæ vero non iubet, vetat.*

*Præterea, cū quiſpiam contra legē lædit non laceſſitus, tum is iniuriam*

## LECTIO XVII.

Poſtquam Philoſophus determinauit de iuſtitia propriè dicta, hic intendit determinare de iuſtitia metaphoricè dicta, & quia huiuſmodi dicta iuſtitia, conſiſtit in his, quæ ſunt ad ſeipſum, ideo primò oſtendit, ꝙ nullus poteſt propriè loquendo ſibijpſi facere iniuſtum. Secundo oſtendit, quomodo hoc contingit, ſecundum metaphorā, ibi. Secundum metaphoram autem.} Circa hoc duo facit. Primo oſtendit, quòd nullus poteſt facere ſibijpſi iniuſtum, vel pati iniuſtum. Secundo oſtendit, quid ſit peius, vtrum facere iniuſtum, an pati iniuſtum, ibi. {Manifeſtum autem, & qui ambo &c.} Circa primum tria facit. Primo proponit, quòd huiuſmodi quęſtio ex ſupradictis determinari poteſt. Secundo proponit quædā per quæ videtur, ꝙ aliquis ſibijpſi poſſit facere iniuſtum, ibi. Quædam quidem.n. &c.} Tertio determinat veritatem, ibi. {Sed cui &c.} Dicit ergo primo, quòd ex dictis poteſt eſſe manifeſtum, vtrum contingat, quòd aliquis ſibijpſi iniuſtum faciat. Hanc quæſtionem ſupra mouit, ſed hic eam proſequitur propter proximitatem quam habet ad cognitionem metaphoricæ iuſtitiæ. Deinde cū dicit.

b ¶ Ponit duas rationes, ex quibus vr̄, ꝙ aliquis poſſit ſibiipſi iniuſtū facere. Quarū prima talis eſt. Manifeſtū eſt, ſm ſupradicta, ꝙ illa q̄ ſunt iuſta ſecundum quamcumque virtutē ordinantur a lege. Vn̄ illud qđ in nullo caſu ordinatur a lege, nō videtur eſſe iuſtum, ſecundum aliquam virtutē, & ita videtur eſſe iniuſtum. In nullo enim caſu lex iubet, quòd aliquis ſe interficiat. Illa autem quæ lex non iubet tamquam iuſta, prohibet tamquam iniuſta. Quod non eſt ſic intelligendum, quaſi nihil ſit medium inter præceptum, & prohibitionem legis, cum multa ſint a lege, quæ nō præcipiuntur, nec prohibentur, ſed permittuntur hominū voluntati, ſicut emere rem aliquam, vel non emere, ſed eſt ſic intelligendum, ꝙ illa ſola lex in nullo caſu iubet, q̄ ſunt prohibita quaſi per ſe iniuſta, & ita videtur, ꝙ occidere ſeipſum ſit per ſe iniuſtum, cum hoc lex numquam præcipiat. Secundam rationem ponit ibi.

c ¶ Et dicit, quòd ille, qui nocet alteri præter legis præceptum, vt cum lex præcipit aliquid puniri, dummodo non ſit contra nocens, ideſt reſiſtens nocumento ſibi ab altero illato, puta cum repercutit percutientem, talis inquam facit volens iniuſtum. Et in hoc quod dico volens, intelligitur, quòd ſciat quod, & quomodo faciat, & alias circunſtantias. Sed ille, qui occidit ſeipſum propter iram operatur pręter rectam legem, volens hoc quod non permittit lex. ergo facit iniuſta. Ergo videtur, ꝙ aliquis poſſit ſibiipſi iniuſtum facere. Deinde cum dicit.



d ¶ Soluit prædictam dubitationē. Et primo ponit ſolutionem, & confirmat. Secūdo ponit radicem ſolutionis, ibi. {Totaliter autem ſoluitur &c.} Circa primum duo facit. Primo ſoluit dubitationem ſupra motam, quantū ad iuſtitiam legalē. Secundo quantū ad iuſtitiam particularem, ibi. {Adhuc ſecundum quòd iniuſtus &c.} Circa primum duo facit. Primo proponit ſolutionem. Et dicit, quòd ille qui interficit ſeipſum, facit quoddā iniuſtum. Sed conſiderandum eſt cui iniuſtum faciat. Facit enim iniuſtum ciuitati, quam priuat vno ciue, ſed non facit iniuſtum ſibiipſi. Secundo ibi.

e ¶ Confirmat ſolutionem poſitam. Et primo quantum ad hoc, quòd non facit iniuſtum ſibi, ſi enim volens patitur occiſionem, nullus autem patitur iniuſtū volens vt ſupra habitum eſt. ergo iſte nō patitur iniuſtum. Nō ergo facit ſibi iniuſtum. Tertio ibi.

f ¶ Confirmat ſolutionem quantum ad id quod facit iniuſtum ciuitati. Et hoc per quoddam ſignū. Videmus enim, quòd ciuitas infert damnū quale poſſibile eſt, ſcilicet inhonorationem ſiue vituperium ei q occidit ſeipſum, puta quòd faciat trahi cadauer eius, vel dimittit ipſum inſepultum, vt per hoc detur intelligi, quòd ille fecit iniuriam ciuitati. Deinde cum dicit.

g ¶ Oſtendit, quòd nullus facit ſibijpſi iniuſtum, ſecundum iniuſtitiam particularem. Et primo proponit quod intendit. Et dicit, quòd ſecundum quod aliquis dicitur iniuſtus, non quaſi totaliter prauus ſecundum omnem malitiam, ſed ſolum quaſi faciens iniuſtum particulare. Secundum inquam hoc iniuſtum nō contingit, quòd aliquis ſibijpſi faciat iniuſtum. Hoc enim iniuſtum particulare eſt aliud ab iniuſto legali, de quo ſupra loquebamur. Contingit enim, quòd aliquis dicatur iniuſtus, ſecundū aliquē modū, non quaſi habens totam malitiā, ſed quaſi habens aliquā particularē malitiā. Sicut aliquis dicitur timidus ſecundum particularē malitiā. Vn̄ nec ſecundum iſtam iniuſtitiam particularem contingit, ꝙ aliquis ſibiipſi faciat iniuſtum. Secundo ibi.

h ¶ Probat propoſitum quatuor rationibus. Quarū prima eſt, quòd ille qui facit iniuſtum ſecundum iniuſtitiam particularem habet plus quàm ſibi debeatur, ille autem qui patitur, habet minus. Si ergo ſibijpſi aliquis faciat iniuſtū, ſequeretur, quòd vni & eidem auferretur aliquid de ſuo, & adijceret ſibi, quæ ſunt oppoſita. Ergo impoſſibile eſt, quòd idem ſit iuſtū faciēs, & iniuſtum patiēs a ſeipſo. ſed tam iuſtū, quàm iniuſtum neceſſe eſt in pluribus perſonis inueniri. Secūdā rōnē ponit ibi.

i ¶ Et dicit, ꝙ iniuſtum facere oportet, eſſe voluntarium, & cū electione, & oportet quòd ſit prius, q̄ iniuſtum pati. Ille enim qui primo paſſus eſt iniuſtū, & idē contra facit ſecundū quod lex permittit, nō videtur facere iniuſtum, puta ſi reaccipit rem ſibi ablatā. Sed ſi aliquis ſibi ipſi noceat eadem ſimul & patitur, & facit. Non ergo videtur ſibijpſi facere iniuſtū. Tertiam rationē ponit ibi.

k ¶ Volūtarie enim aliquis ſibijpſi nocet. Si igitur talis iniuſtū patitur a ſeipſo, ſequitur, quòd iniuſtum pati ſit voluntarium, quod ſupra improbatum eſt. Quartā rationē ponit ibi.

l ¶ Quia ſi quis cōſideret in particularibus iuſtificationibus. i. in ſpeciebus particularis iniuſtitiæ maxime apparet, quòd nullus ſibijpſi facit iniuſtum. Eſt.n. vna ſpecies particularis iniuſtitię męchia, ideſt adulteriū. Nullus autem męchatur ideſt adulterat vxorem ſuam, neque aliquis dicitur ſuffoſſor murorum, quod pertinet ad aliam iniuſtitię ſpeciē propter hoc, ꝙ ſuffodit proprium murum, neq; dicitur aliquis fur ſi accipiat clam bona ſua. Vnde patet, quòd non contingit ſibijpſi iniuſtum facere. Deinde cum dicit.

m ¶ Ponit principalē radicē p̄dictæ ſolutionis. Et dicit, ꝙ totaliter ſoluit p̄dicta q̄ſtio de eo, qđ eſt iniuſtū facere ſibijpſi ſm hoc qđ ſupra determinatū eſt de hoc, qđ impoſſibile eſt volūtarie aliqd iniuſtū pati. Ex hoc.n. maxime ſequit̄, ꝙ null' iniuſtū nolēs facit cū iniuſtū facere ſit volūtariū, vt ſup̄ dictū ē. Deīde cū dicit.

n ¶ Comparat adinuicem iſta duo. Et circa hoc tria facit. Primo oſtendit, quòd vtrumque eorum eſt malum. Secundo,

volens iniuſtum facit. Volens autem, & ſciens, & quæ, & quid, & vt. Qui autem propter iram ſeipſum occidit volens, hoc operatur p̄ter rectā legem, quod non ſinit lex. Iniuſtum facit ergo. A

d Sed cui? vel ciuitati. ſibi autem non.

e Volens enim patitur iniuſtū. Patitur autem nullus volens.

f Propter qđ & ciuitas damnificat, & quædam inhonoratio adeſt ſeipſum corrumpenti, vt ciuitati iniuſtum facienti.

g Adhuc autem ſecundum ꝙ iniuſtus ſolum quidem iniuſtū faciens, & non totaliter prauus non eſt iniuſtum facere ſibiipſi. Hoc enim aliud ab illo. Eſt em̄ aliqualiter iniuſtus ſic malus, quemadmodum timidus nō vt totam habens malitiam. Quare neque ſecundum hanc iniuſtum facit.

h Simul enim eidem vtiq; erit auferri, & adiicere eidem. Hoc autem impoſſibile, ſed ſemper in pluribus neceſſarium iuſtum eſſe, & iniuſtum.

i Adhuc autem voluntarium, & in electione, & prius. Cui .n. primo paſſus eſt, & contra facit, non videtur iniuſtum facere. Ipſe autem a ſeipſo eadem ſimul, & patitur, & facit.

k Adhuc erit volentem iniuſtum pati.

l Cum in his autem ſiue ſecundum partem iniuſtificatiōibus null' iniuſtū facit. Mechatur.n. nullus eam vxorem, quę ſuiipſius, neq; ſuffodit ſuiipſius murū, neq; furatur, quę ſuipſius.

m Totaliter autem hoc ſoluitur ſibiipſi iniuſtum facere ſecūdum definitionem eā, quæ præter voluntarie iniuſtum pati.

n Manifeſtum autē, & quoniā ambo quidem praua, & iniuſtū

*ſponte facit. Sponte autem is iniuriam facit, qui ſcit, & eum cui facit, & modum quo facit. At qui ſeipſum ob irā occidit, ſponte id quod lex non permittit, contra legem efficit rectam, iniuriam ergo facit.*

*Sed cui nam quæſo? an ciuitati, non ſibiipſi.* B

*Nam ſua patitur ſponte, nemo vero ſponte iniuriam patitur.*

*Quapropter & ciuitas mulctat, & inſtituta eſt ignominia quædam aduerſus eum qui ſibi mortem conſciuit, vt ciuitati iniuriam facientem.*

*Præterea fieri non poteſt, ut ſibijpſi quiſquam iniuriam faciat ea ratione qua iniuſtus eſt, qui ſolum iniuriā facit, & non omnino eſt uitioſus. Hic enim differt ab illo. Homo namque iniuſtus eſt modo quodam ſic prauus, ut ipſe timidus, non ut totam habens prauitatem. Quare nec hac iniuſtitia ſibijpſi quiſquam iniuriam facit.* C

*Nam idem ſimul ablatum ab aliquo, ac idem additum eſſet, quod fieri nequit, ſed ſemper inter plures iuſtum, atque iniuſtum eſſe neceſſe eſt.*

*Præterea qui iniuriam facit ſponte agit, & electione, & prior. Qui namque læſus idem uiciſſim facit iniuriam facere non uidetur. Ipſe autem ſimul eadem patitur ſibique facit.* D

*Præterea ſua ſponte quiſpiam iniuriam pateretur.*

*Inſuper ſine ſingulis iniurijs iniuriam facit nemo. At nemo adulterium ſua cum uxore committit, nemo parietem confodit ſuum, nemo res ſuas furatur.*

*Omnino autem hoc ſibi inquam iniuriam facere, ſoluitur definitione iniuriam patiendi. Sua namque ſponte patitur iniuriam nemo.* E

*At uero conſtat utrūque prauum eſſe, facere, inquam iniuriam atque*

quòd iniuſtũ facere per ſe eſt peius,ibi. {Sed tamẽ deterius &c.} Tertio oſtendit, quòd per accidens poteſt eſſe econtra,ibi. {Secundum accidens autem &c.} Dicit ergo primo,quòd ambo, ſcilicet iniuſtum facere, & iniuſtum pati, ſunt praua. Quod quidem probat per hoc, ſcilicet quòd iniuſtum pati eſt minus habere, quàm medium iuſtitiæ requirat. Hoc autem, ſcilicet iniuſtum facere, eſt plus habere, quàm ſit menſura iuſtitiæ. Medium autem iuſtitiæ, quod dicitur iuſtum, ita ſe habet in cõmutationibus, & diſtributionibus, ſicut ſanum in medicinali, & bene habitũ in arte exercitatiua. Vnde ſicut in medicinali, & exercitatiua illud qđ eſt plus, vel minus eſt malũ, ita etiam circa iuſtitiam. Deinde cum dicit.

o ¶ Oſtendit,quòd peius ſit iniuſtum facere,quàm iniuſtum pati. Quod quidem probat per hoc,quòd iniuſtum facere eſt vituperabile, & cum malitia, quod quidem intelligendum eſt, vel de malitia perfecta, & ſimpliciter, puta cum aliquis iniuſtum facit non ſolum voluntarie, ſed ex electione, vel ſe habet proxime ad pfectam malitiam, vt patet de eo qui iniuſtum facit non ex electione,ſed ex ira,vel alia paſſione. Oſtenſum eſt enim ſupra, quòd non omne voluntarium eſt cũ iniuſtitia. Quandoque enim aliquis iniuſtum facit, & tamen,non eſt iniuſtus, nihilominus tamen vituperatur. Sed iniuſtum pati eſt omnino ſine malitia, & iniuſtitia. Ille enim, qui iniuſtũ patitur, nullo modo poteſt haberi iniuſtus, vel malus. Manifeſtum autem eſt, illud eſſe magis malum, a quo denominatur aliquis malus, quàm a quo non denominatur malus, ſicut albedo in actu qua denominatur aliquis albus, magis eſt albedo, quàm albedo in potentia, a qua non denominatur aliquis albus. Sequitur igitur, quòd iniuſtum pati, ſecundum ſe ſit minus malum, quàm iniuſtum facere. Deinde cum dicit.

p ¶ Oſtendit, quòd ſecundum accidens poteſt eſſe econtrario.

F Et dicit,quòd nihil prohibet quin iniuſtum pati per accidens ſit malum magis, quàm iniuſtum facere, puta cum aliquis ex hoc, quod iniuſtum patitur prouocatur ad maiores iniuſtitias faciendas,ſed hoc eſt per accidens,ſed quod eſt per accidens non curat ars,ſed ſolum iudicat ſecundum id quod eſt per ſe,ſicut ars medicinæ, dicit pleureſim, quę eſt apoſtema ſub coſtis periculoſum, & mortale, maiorem eſſe ægritudinem, quàm ſit offenſio pedis, licet per accidens poſſit eſſe peior, puta cum aliquis propter hoc, q habet pedem læſum cadit, & ſic accidit, quòd ab aduerſario capiatur, & moriatur. Deinde cum dicit.

q ¶ Oſtendit,qualis ſit metaphorica iuſtitia. Et dicit,quòd ſecundum quandã metaphoram, & ſimilitudinem contingit, non quidem, quòd ſit iuſtum, vel iniuſtum totius hominis ad ſeipſum,ſed quòd ſit quędam ſpecies iuſti inter aliquas partes hominis adinuicem. Non tamen inter eas eſt omne iuſtum, ſed ſolum iuſtum dominatiuum, vel diſpenſatiuum, ſcilicet iconomicũ; quia ſecundum has rationes dominij, vel diſpenſationis videtur diſtare rationalis pars animæ ab irrationali, quæ diuiditur in iraſcibilem, & concupiſcibilem. Nã ratio dominatur iraſcibili, & concupiſcibili,& gubernat eas. Et ad iſta reſpiciunt aliqui, quibus videtur, quòd ſit iuſtitia hominis ad ſeipſum propter hoc, quòd in talibus contingit aliquem pati propter proprios appetitus, puta cum ex ira, vel concupiſcentia aliquis facit contra rationem. Sic igitur in his eſt quoddam iu- K ſtum, & iniuſtum, ſicut inter imperantem,& eum cui imperatur. Non autem eſt verum iuſtum, quia non eſt inter duos, ſed eſt ſimilitudinarium iuſtum, inquantum diuerſitas animæ aſſimilatur diuerſitati perſonarum. Vltimo autem epilogando concludit, quòd determinatum eſt de iuſtitia, & alijs virtutibus moralibus, ſecundum modum prædictum. Et in hoc terminatur ſententia Quinti libri.

pati, & iniuſtum facere. Hoc quidem enim minus, hoc autem plus eſt habere medij. Et quemadmodum ſanum quidẽ in medicinali, bene habitum autem in exercitatiua.

o Sed tamen deterius iniuſtum facere. Iniuſtum facere enim cũ G malitia quidem, & vituperabile erit. Et malitia, vel perfecta, & ſimpliciter, vel proxime. Nõ enim voluntarium omne cum iniuſtitia. Iniuſtum pati autem ſine malitia, & iniuſtitia. Secundum ſe quidem igitur ipſum iniuſtum pati, minus prauum.

p Secundum accidens autẽ, nihil prohibet maius malũ, ſed nihil cura eſt arti, ſed pleureſim dicit maiorem ægritudinem eſſe H offenſione pedis, quamuis fiat vtique aliquando alterum ſecũdum accidens maius, ſi offendentẽ propter cadere accidat ab aduerſarijs capi, & mori.

q Secundum metaphoram autem, & ſimilitudinem eſt, non ipſius ad ipſum iuſtum, ſed eorum, quæ ipſius aliquibus. Non omne autem iuſtum, ſed dominatiuũ, vel diſpenſatiuũ. In his autẽ ſermonibus diuiſa eſt pars I animę ad irrationalem, in quæ vtique reſpiciunt. Et videtur eſſe iniuſtum ad ſeipſum, quoniã in his eſt pati aliquid pręter ſui ipſius appetitum. Quemadmodum igitur imperanti, & imperato eſſe adinuicem iniuſtũ aliquod & his. De iuſtitia quidem igitur, & aliis moralibus virtutibus determinatum ſit ſecundum hunc modum.

*pati. Alterum enim eſt plus, alterum minus habere medio. Quod quidem perinde ſeſe habet, atque in medicina quidem quod ad ſanitatem, in exercendi autem arte, quod ad habitudinem corporis bonam conducit.*

*Peius tamen eſt iniuriam facere. Hoc enim cum vitio eſt, atque vituperatur, & vitio, vel perfecto, & ſimpliciter, vel prope. Non enim omne, quod ſponte fit cum iniuſtitia eſt, ſed pati iniuriam ſine vitio, & iniuſtitia eſt. Pati igitur iniuriam per ſe quidem minus eſt malum.*

*Per accidens autem, nihil probibet maius eſſe malum. At non curæ eſt arti, ſed dolorem lateris maiorem morbum, quàm pedis offenſionem eſſe dicit. Quamquam fieri poteſt nonnumquam contra per accidens, ſi euenerit vt quiſpiam offenſo pede, caperetur ab hoſte, ut trucidaretur.*

*At qui per translationem, atque ſimilitudinem eſt iuſtum non ſibi ad ſeipſum, ſed ſuorum quibuſdam. Non omne autem iuſtum, ſed herile, uel rei familiaris. His enim rationibus diſtat ea pars animæ, quæ rationem habet ab ea parte, quæ eſt rationis expers. Ad quas inſpicientibus, ad ſeipſum iniuſtitia eſſe uidetur, propterea quod in his eſt pati aliquid, contra ſuas appetitiones. Vt igitur eſt quid iuſtum magiſtratum gerenti, & quibus ipſe præeſt, ſic & his etiam eſſe uidetur. Sed de iuſtitia quidem cæteriſque morum uirtutibus, hoc ſit modo determinatum.*



# ARISTOTELIS MORALIVM AD NICOMACHVM LIBER SEXTVS.

Cum Sancti Thomæ Aquinatis præclariſsimis commentariis.

## LECTIO PRIMA.

POſtquam Philoſophus determinauit de virtutib⁹ moralibus, in hoc Sexto libro determinat de intellectualibus. Et primo prohemialiter dicit de quo eſt intentio. Secundo determinat propoſitum, ibi. {Prius quidem igitur dictum eſt &c.} Circa primum tria facit. Primo dicit, quòd dicendũ eſt de ratione recta. Secundo oſtendit, quid de eadem dicendum eſt, ibi. {In omnibus enĩ dictis habitib⁹.} Tertio continuat ſe ad præcedentia, ibi. {Animæ autem virtutes &c.} Dicit ergo primo, quod quia ſuperius in Secundo dictum eſt, quòd in virtutibus moralib⁹, de quibus ſupra dictum eſt, oportet eligere medium, & prætermittere ſuperabũdantiam, & defectũ. Medium autem determinatur ſecundũ rationem rectam, vt in Secundo habitum eſt, conſequens eſt, vt rationem rectam, ideſt virtutem intellectualem, quæ eſt rectitudo rationis, diuidamus ĩ ſuas ſpecies, ſicut & ſimiliter diuiſimus virtutes morales. Deinde cũ dicit.

b ¶ Oſtendit quid dicendum ſit de ratione recta. Et circa hoc tria facit. Primo oſtendit quid de ratiõe recta haberi poſſit, per ea quæ dicta ſunt ſupra. Secundo oſtendit, quòd hoc non ſufficit, ibi. {Eſt aũt dicere q.dẽ &c.} Tertio concludit qđ oporteat amplius dicere, ibi. {Propter quod oportet &c.} Dicit ergo primo, q in omnibus prædictis habitibus, ideſt virtutibus moralib⁹, ſicut in alijs rebus, puta in artificialibus eſt aliquid quaſi ſignũ, ad quod reſpicit ille, qui habet rectam rationem, & ſi intendit, & remittit, ideſt addit, vel minuit, vel conſiderat per hoc ſignum quis eſt terminus medietatum, ideſt quomodo debeat determinari medietas in vnaquaque virtute, quã quidem medietatem dicimus eſſe quoddam medium inter ſuperabundantiam, & defectum, & hoc ſecundum rationem rectam. Hoc autem ſignum, quod eſt virtuoſo, ſicut regula arti- B fici, eſt id quod decet, & conuenit, a quo non oportet deficere, nec vltra addere. Et hoc eſt medium virtutis, quæ quidem ſupra in Secundo manifeſtata ſunt. Deinde cum dicit.

c ¶ Oſtendit, quòd hoc non ſufficit cognoſcere circa rationem rectam. Et dicit, quòd id quod dictum eſt, eſt quidem verum, ſed non eſt ſufficienter manifeſtum, prout requiritur ad vſum rationis rectæ. Eſt enim id quod dictum eſt, quoddam commune, quod verificatur in omnibus humanis ſtudijs, in quibus homines ſecundũ ſcientiam practicam operantur, puta in militia, & medicina, & in quibuſcumque negocijs. In quibus omnibus verum eſt dicere, quòd neque plura, neque pauciora oportet, aut facere, aut negligere, ſed ea, quę medio modo ſe habent, & ſecundum quòd ratio recta determinat. Sed ille, qui hoc ſolum commune habet, non propter hoc ſciet amplius procedere ad operandum. Puta ſi quærẽri qualia oportet dare ad ſanandũ corpus, aliquis reſpõderet, quòd illa debent dari, quæ præcipit ars medicinæ, & ille, qui habet hanc artem, ſcilicet medicus, non propter hoc interrogans ſciret quid deberet dare infirmo. Sic autem ſe habet ratio recta prudentiæ in moralibus, ſicut recta ratio artis in artificialibus, vnde patet, quòd non ſufficit id quod dictum eſt. Deinde cum dicit.

d ¶ Cõcludit, quòd ſimili ratione circa animæ habitus non ſufficit, quòd ſolum aliquid verę dicatur in cõmuni, ſed quòd diſtincte determinet, quę ſit ratio recta, & quis ſit terminus.i.definitio rationis rectę, vel etiam ſm quid rõ recta determinari poſſit. Deinde cũ dicit.

e ¶ Continuat ſe ad præcedentia. Et dicit, quòd cum ſupra diuiſerimus in fine primi, virtutes animæ, hoc modo, quòd quaſdam diximus eſſe morales, quaſdam intellectuales. Ex quo de moralibus

### LECTIO I.

QVia autem extitimus prius dicentes, quoniã oportet medium eligere, neque ſuperabundantiam, neque defectum, medium autem eſt, vt recta ratio dicit, hoc diuidamus.

b In oĩbus enim dictis habitĩbus, quemadmodum & in alijs eſt quoddam ſignum, ad quod inſpiciens rationem habens intendit, & remittit, & qui eſt terminus medietatum, quas inter medium dicimus eſſe ſuperabũdantiæ, & defectus, exiſtentes ſecundum rectam rationem.

c Eſt autem dicere ſiquidẽ verũ, nihil aũt manifeſtũ. Etenim in alijs ſtudijs circa quęcumq; eſt ſcientia, hoc verum quidem dicere, quoniã, neq; plura, neq; minora oportet laborare, neq; negligere, ſed media, & vt recta ratio. Hoc autem ſolum habens vtiq; aliquis, nihil vtiq; ſciet amplius, puta qualia, oportet afferri ad corpus. Si quis dicat quæcumque medicinalis iubet, & vt qui hanc habet.

d Propter quod & oportet, & circa animæ habitus non ſolum vere eſſe hoc dictum, ſed & determinatum, & quæ eſt recta ratio, & huius quis terminus.

e Animæ autem virtutes diuiſimus. Et has quidem eſſe moris diximus, has autem intellectus.

### *LECTIO I.*

*CVm antea dictum ſit mediũ expetendum eſſe, non id quod nimium eſt, atque parum, & medium perinde ſeſe habeat, atque recta ratio dictat, hoc ipſum deinceps diuidamus oportet.*

C *In omnibus enim dictis habitibus, quemadmodum & in cæteris eſt qđdam ſignum, ad quod is inſpiciens, qui rationem habet, intendit atque remittit. Eſtque quidam terminus mediocritatum, quas inter exuperationem defectumque dicimus eſſe, ita ſeſe habentes, vt recta ratio ſtatuit.*

D *Atque ſermo talis eſt quidem verus, non tamen dilucidus. Nam & in quauis opera, atque cura circa quã verſatur ſcientia verum eſt dicere, neque nimium, neque parum eſſe elaborandum, vel quieſcendum, ſed mediocriter, & vt ratio recta præſcribit. Atqui hoc tantum habet nihil plus ſcierit, vt ſi quiſpiam dixerit ea eſſe corpori afferenda, quæ medicina, & ut is qui hanc habet ſcientiam iubet.*

E *Quapropter, & circa habitus animi non modo vere hoc dictum eſſe oportet, ſed etiam determinatum quænam ſit ipſa ratio recta, & quæ eius ſit definitio.*

*Virtutes itaque animæ ſuperioribus in locis diuiſimus. Et alias moris, alias mẽtis dixim⁹ eſſe. Atq; de moris*

moralibus dictum eſt, reſtat, quòd determinemus de intellectualibus, ſecundum quas ipſa ratio rectificatur, ita tamen, quòd prius aliqua dicenda ſunt de ipſa anima, ſine cuius cognitione non poſſunt cognoſci animæ virtutes, vt ſupra in fine primi dictum eſt. Deinde cum dicit.

f ¶ Incipit proſequi propoſitum. Et primo determinat, quę dicenda ſunt de anima. Secundo proſequitur de virtutibus intellectualibus, ibi. {Sumendũ ergo vnuſquiſq; horũ &c.} Lectio. 2. Circa primũ tria facit. Primo reſumit diuiſioné partium animæ, ſupra poſitam in fine primi. Secundo ſubdiuidit alterũ mẽbrum ibi. {Nunc autem de rationem habente &c.} Dicit ergo primo, quòd prius dictum eſt, quòd duæ ſunt partes animæ. Vna quæ eſt habens rationem: alia quæ eſt irrationalis. Dictum autẽ eſt ſupra, quòd id quod eſt rationem habens per eſſentiam, perficitur per virtutes intellectuales: id autem, qđ eſt irrationale, participans tamen ratione, perficitur per virtutes morales. Deinde cum dicit.

g ¶ Subdiuidit alterum membrum prædictę diuiſionis. Et circa hoc tria facit. Primo proponit diuiſionem. Secundo probat membra diuiſionis, ibi. {Ad ea enim, quæ genere altera &c.} Tertio imponit nomina membris diuiſionis, ibi. {Dicatur autem &c.} Dicit ergo primo, quòd quia intendimus de virtutibus intellectualibus, quæ perficiunt partem animæ rationalem, ideo ad diſtinguendum virtutes intellectuales, oportet diuidere rationem habens eodem modo quo ſupra diuiſimus partes animæ, non quaſi ex principali intentione, ſed ſecundum quòd ſufficit ad propoſitum. Supponatur ergo, quòd pars rationalis diuiditur in duas. Vna quidem eſt per quam ſpeculamur illa entia, ſcilicet neceſſaria, quorum principia non poſſunt aliter ſe habere. Alia autem pars per quam ſpeculamur cõtingentia. Deinde cum dicit.

h ¶ Probat præmiſſam diuiſionem tali ratione ad obiecta, quæ differunt genere neceſſe eſt, quòd diuerſa genera partium animę adaptentur. Manifeſtum eſt autem, quòd contingens, & neceſſariũ differunt genere, ſicut habetur de corruptibili, & incorruptibili. 10. Methaph. Relinquitur ergo, ꝙ ſit diuerſum genus Tex. cõ. 26. partium animæ rationalis, quo cognoſcit neceſſaria, & contingentia. Maiorem autem propoſitionem probat ibi.

i ¶ Et hoc ſic. Partibus animæ ineſt cognitio, ſecundum quod habent ſimilitudinem quandam ad res cognitas, non quidẽ ita, quòd res cognita actu ſit in natura potentiæ cognoſcentis. Sicut Empedocles poſuit, quòd terra, terram cognoſcimus, igne, ignẽ, & ſic de alijs, ſed inquantum quælibet potentia animæ, ſecundum ſuam proprietatem eſt proportionata ad talia cognoſcenda, ſicut viſus ad cognoſcendos colores, & auditus ad cognoſcendos ſonos, ſed eorum, quæ ſunt inuicem ſimilia, & proportionata eſt eadem ratio diſtinctionis. Ergo ſicut cognita per rationem differunt genere, ita & partes aïæ rationalis. Deinde cum dicit.

k ¶ Imponit nomina prædictis partibus. Et dicit, quòd prædictarum partium animæ rationalis, vna quidem, quę ſpeculatur neceſſaria, poteſt dici ſcientificum genus animæ, quia de neceſſarijs eſt ſcientia. Alia autem pars poteſt dici ratiocinatiua, ſecundum quòd ratiocinari, & conſiliari pro eodem ſumitur. Nominat enim conſilium quandam inquiſitionem nondum deter- F minatam, ſicut & ratiocinatio. Quæ quidem indeterminatio maximè accidit circa contingentia, de quibus ſolis eſt conſiliũ. Nullus enim conſiliatur de his, quæ non contingunt aliter ſe habere. Sic ergo ſequitur, quòd ratiocinatiuum ſit vna pars animæ rationem habentis. Videtur autem quod hic Philoſophus determinat dubitationem habere. Ipſe enim in Tertio de Anima, diſtinguit intellectũ in duo, ſcilicet ĩ agẽs, & poſſibile, & dicit, quòd agens eſt quo eſt omnia facere, poſſibilis autem eſt quo eſt omnia fieri. Sic ergo tam intellectus agens, quàm poſſibilis, ſecũdum ſuam rationem ad omnia ſe habet. Eſſet ergo contra rationem vtriuſque intellect⁹, ſi alia pars animæ eſſet, quę intelligit neceſſaria, & quæ intelligit contingentia. Rurſum, verum neceſſarium, & verum contingẽs videntur ſe habere, ſicut perfectum, & imperfectum in genere veri: eadẽ autem potentia animæ cognoſcimus perfecta, quæ imperfecta in eodem genere, ſicut viſus lucida, & tenebroſa, multo igitur magis eadem potentia intellectiua cognoſcit neceſſaria, & contingentia. Item vniuerſali⁹ ſe habet intellectus ad intelligibilia, quàm ſenſus ad ſenſibilia. Quanto enim aliqua virtus eſt altior, tãto eſt magis vnita, ſenſus aũt viſus participat, & incorruptibilia. ſ. cæleſtia corpora, & corruptibilia. ſ. inferiora, quibus proportionaliter reſpondere vidẽtur neceſſariũ, & cõtingens: multo igitur ma- I gis eadẽ intellectiua potentia cognoſcit neceſſaria, & contingentia. Videtur autẽ probatio, quã inducit efficax nõ eſſe. Nõ. n. quælibet diuerſitas generis obiecti requirit diuerſas potentias, alioquin nõ eadẽ potẽtia viſiua videremus plantas, & alia aïalia, ſed ſola illa diuerſitas, quæ reſpicit formalẽ rationẽ obiecti, puta ſi eſſet diuerſum genus coloris, vel luminis, oportet eſſe diuerſas potentias viſiuas. Obiectũ autẽ intellectus propriũ eſt, qđ quid eſt cõmune oïbus ſubſtãtijs, & accidentibus, licet non eodẽ modo, vnde & eadẽ intellectiua potentia cognoſcimus ſubſtãtias, & accidentia. Pari ergo ratione diuerſitas generis neceſſariorum, & contingentium non requirit diuerſas potẽtias intellectiuas. Hęc autem dubitatio de facili ſoluitur, ſi quis conſideret, quòd contingentia dupliciter cognoſci poſſunt. Vno modo ſecundum rationes vniuerſales, alio modo ſecundum quod in particulari. Vniuerſales quidem igitur rationes contingentium immutabiles ſunt, & ſecundum hoc de his demonſtrationes dantur, & ad K ſcientias demonſtratiuas pertinet eorum cognitio. Non. n. ſcientia naturalis ſolum eſt de rebus neceſſarijs, & incorruptibilibus, ſed etiam de rebus corruptibilibus, & contingentibus. Vnde patet, quòd contingentia ſic cõſiderata ad eandẽ partẽ animæ intellectiuę pertinent, ad quam & neceſſaria, quam Philoſophus vocat hic ſcientificum, & ſic procedunt rationes inductę. Alio modo poſſunt accipi contingentia, ſm quod ſunt in particulari, & ſic variabilia ſunt, nec cadit ſupra ea intellectus, niſi mediantibus potentijs ſenſitiuis. Vnde & inter partes animæ ſenſitiuas ponitur vna potentia, quæ dicitur ratio particularis, ſiue vis cogitatiua, quæ eſt collatiua intentionum particularium. Sic aũt hic accipit Philoſophus contingentia, ita enim cadunt ſub conſilio, & operatione, & propter hoc ad diuerſas partes animæ rationalis pertinere dicit neceſſaria, & contingentia, ſicut vniuerſalia ſpeculabilia, & particularia operabilia.

De moralibus quidẽ igitur pertranſiuimus. De reliquis autem, de anima primum dicẽtes, dicimus ſic.

*quidem virtutibus iam tranſegimus, de reliquis uero dicamus oportet, prius hiſce de anima declaratis.*

f Prius quidem igitur dictũ eſt duas eſſe partes animæ, & rationem habens, & irrationalem.

*Duas igitur eſſe animæ partes antea diximus. Eam quæ rationis eſt particeps, & eam, quæ eiuſdẽ eſt expers.*

G

g Nunc autem de rationem habente ſecundum eundem modum dicendum. Et ſupponantur duo rationem habentia. Vnum quidem quo ſpeculamur talia entium, quorum principia non contingit aliter ſe habere. Vnũ autem quo contingentia.

*Nunc autem identidem pars, ea quæ rationem habet eſt diuidẽda. Atque ſit ſuppoſitum duas eſſe partis, quæ ſunt participes rationis. Vnã qua contemplamur ea quorum principia, ut aliter ſeſe habeant minime fieri poteſt. Alteram qua perſpicimus ea, quæ aliter ſeſe habere poſſunt.*

h Ad ea. n. quę genere altera, & animæ particularum alterũ genere ad vtrũq; aptum natum.

*Eæ namque animæ partes diuerſæ ſunt genere, quæ ſunt aptæ ad res eas cognoſcendas, quæ genere differunt.*

H

i Si quidem ſecundum ſimilitudinem quandam, & proprietatem cognitio exiſtit ipſius.

*Siquidem ipſis ineſt rerum cognitio ſimilitudine quadam, atque accommodatione.*

k Dicatur autem horũ hoc quidem ſcientificum, hoc autem ratiocinatiuum. Et conſiliari enim, & ratiocinari idem. Nullus autem conſiliatur de non cõtingentibus aliter habere. Quare ratiocinatiuum eſt vna quædam pars rationem habentis.

*Atque harum altera uis ſciendi, altera vis ſubducendi rationem uocetur. Conſultare namque rationemque ſubducere eadem poſſunt. Nemo autem de ijs rebus conſultat, quæ aliter ſe habere non poſſunt. Quare uis ſubducẽdi rationem una pars eius partis eſt animæ, quæ rationis eſt particeps.*

LECTIO



## LECTIO II.

Poſtquam Philoſophus diſtinxit partes animæ rationem habentis, ſecundum quod eſt neceſſarium ad propoſitum, hic incipit agere de ipſis virtutibus intellectualibus, quib⁹ vtraq; pars animæ rationalis perficitur. Et primo determĩat de ſingulis intellectualium virtutum. Secũdò, mouet quandam dubitationem de vtilitate ipſarum, ibi. {Dubitabit autẽ vtique aliquis &c.} Circa primum duo facit. Primo, inueſtigat rationes accipiendi virtutes intellectuales. Secundo incipit de eis agere, ibi. {Incipientes igitur ſuperius &c.} Circa primum tria facit. Primo proponit communem rationem virtutis prout in primo dictum eſt, quòd virtus alicuius eſt, quæ opus eius bonum reddit. Secundo inquirit qđ ſit bonũ opus animæ rationem habentis, quantum ad vtramque, ibi. {Tria ſunt in aïa &c.} Tertio concludit, quæ vel quales ſint virtutes vtriuſque partis, ibi. {Secũdum quos igitur &c.} Dicit ergo primo, quòd ex quo poſitæ ſunt duę partes rationem habentis, cui attribuũtur virtutes intellectuales, ſumendũ eſt, quis eſt optimus habitus duarum vtriuſque prædictarũ partium, quia talis habitus neceſſe eſt, ꝙ ſit virtus vtriuſq;. Dictum eſt autẽ ſupra, quòd virtus vniuſcuiuſque rei determinatur ad proprium opus, quod ſcilicet perficitur ſecundum virtutem. Hic autẽ dicitur optimus habitus, quo optime perficitur aliquod opus. Deinde cum dicit.

b. ¶ Inquirit quid ſit proprium opus vtriuſq; prædictarũ partiũ. Et circa hoc tria facit. Primo oſtendit, quæ ſint principia humanorũ actuũ. Secundo inquirit quid ſit propriũ opus rationis, ibi. {Speculatiuæ autẽ mentis &c.} Tertio infert cõcluſioné intentã, ibi. {Vtrarumq; itaq; &c.} Circa primũ tria facit. Primo proponit tria, quæ dicuntur eſſe principia humanorũ actuũ. Secundo excludit vnũ eorũ, ibi. {Horũ aũt ſenſus &c.} Tertio oñdit, qũo duo reliqua ad inuicẽ concordare poſſunt, ibi. {Eſt aũt, quòd in mẽtę &c.} Circa primũ conſiderandũ eſt, ꝙ duo opera dicuntur eſſe propria homini, ſcilicet cognitio veritatis, & actus inquantum ſcilicet homo agit tanquam dominus proprij actus, & non ſicut actus, vel ductus ab aliquo, ſuper hæc igitur duo uidentur habere dominium & poteſtatẽ, tria quæ ſunt in anima, ſcilicet ſenſus, intellectus, & appetitus. His enim tribus mouentur animalia, vt dicitur in Tertio de Anima. Deinde cum dicit.

c ¶ Excludit ab eo, quod dictum eſt vnum eorum, ſcilicet ſenſum. Et de veritate quidem manifeſtum eſt, quòd non pertinet, neque ad ſenſum, neque ad appetitum. Apponit autem vlterius, quòd inter prædicta tria, ſenſus nullius actus principium eſt, eo ſcilicet modo, vt per ſenſum haberi poſſit dominiũ actus. Quod qdẽ manifeſtũ eſt p hoc, ꝙ beſtiæ habẽt quidẽ ſenſum, non tñ cõmunicãt actũ, quia nõ habẽt dominiũ ſui actus. Nõ. n. a ſeipſis agũt, ſed mouent̃ inſtinctu naturæ. Deinde cum dicit.

A d ¶ Oſtendit quomodo opera duorum reliquorum, ſcilicet intellectus, & appetitus poſſunt adinuicem concordare. Et primo oſtendit, quomodo eorum actus ſunt ſibi proportionabiles. Intellectus enim in iudicando habet duos actus, ſcilicet affirmationem, qua aſſentit vero, & negationem qua diſſentit a falſo. Quibus duobus, reſpondent duo proportionabiliter in vi appetitiua, ſcilicet pſecutio qua appetitus tẽdit in bonũ, & inheret ei, & fuga qua recedit a malo, & diſſẽtit ei. Et ſecundũ hoc intellectus, & appetitus poſſunt conformari, inquantum id quod intellectus affirmat bonum, appetitus proſequitur, & id, quod intellectus negat eſſe bonum appetitus fugit. Deinde cum dicit.

e ¶ Concludit quomodo in moralibus virtutibus prædicti actus intellectus, & appetitus ſibi cõcordãt. Virtus enim moralis eſt habitus electiuus, vt dictum eſt in Secundo. Electio autem appetitus eſt Lectio. 7. conſiliatiuus, inquantũ ſcilicet appetitus accipit, vt præconſiliatum eſt, vt dictum eſt in Tertio. Conſi- Lectio 10. liari autem eſt actus vnius partis rationis, vt ſupra habitũ eſt. Quia igitur ad electionem concurrit, & ratio, & appetitus, ſi electio debeat eſſe bona, quod requiritur ad rationem virtutis moralis, oportet, quòd & ratio ſit vera, & appetitus ſit rectus, ita ſcilicet ꝙ eadem quę ratio dicit, id eſt affirmat, appetitus proſequatur. Ad hoc enim quòd ſit perfectio in actu, oportet quòd nullum principiorum eius ſit imperfectum. Sed hæc mens, ſiue ratio, quæ ſic concordat appetitui recto, & veritas eius eſt practica. Deinde cum dicit.

f ¶ Oſtendit quid ſit opus rationem habentis, ſecundum vtrãque partem. Et primo oſtendit, quomodo vtraq; pars ſe habeat ad veritatẽ. Secundo, qũo ſe habeat ad actũ, ibi. {Actus quidẽ igitur &c.} Dicit ergo primo, ꝙ bonæ & malę mentis, id eſt intellectus, vel rationis, quæ eſt ſpeculatiua, & nõ practica, cõſiſtit ſim- E pliciter in vero & falſo, ita ſcilicet quòd verũ abſolutũ eſt bonũ eius, & falſum abſolutũ eſt malũ ipſius. Dicere enim verũ & falſum, eſt opus pertinẽs ad quemlibet intellectũ. Sed bonũ practici intellectus non eſt veritas abſoluta, ſed veritas confeſſe ſe habens. i. concorditer ad appetitum rectum, ſicut oſtenſum eſt, quòd ſic virtutes morales concordãt. Videtur autẽ hic eſſe quoddam dubium, nam ſi veritas intellectus practici determinatur in comparatione ad appetitum rectum, appetitus autem rectitudo determinatur per hoc, quòd conſonat rationi verę, vt prius dictum eſt, ſequitur quędam circulatio in dictis determinationibus. Et ideo dicendum eſt, quòd appetitus eſt finis, & eorum quæ ſunt ad finem, finis autem determinatus eſt homini a natura, vt ſcilicet in Tertio habitum eſt. Ea autem quæ ſunt Lectio 8. ad finem, non ſunt nobis determinata a natura, ſed per rationem inueſtiganda. Sic ergo manifeſtum eſt, quòd rectitudo appetitus per reſpectum ad finem eſt menſura veritatis, in ratione practicæ. Et ſecundum hoc determinatur veritas rationis practicæ ſecundum concordiam ad appetitum rectum.

## LECTIO II.

Sumendum ergo vtriuſque horum quis optimus habitus. Hæc enim virtus vtriuſque. Virtus autem ad opus proprium.

## LECTIO II.

*Sumendum eſt igitur quiſnã vtriuſque ſit optimus habitus, hic enim vtriuſque eſt virtus. Virtus autem eſt ad proprium opus.*

B

b Tria autem ſunt in anima dominatiua actus, & veritatis, ſenſus, intellectus, appetitus.

*Tria ſunt in anima, quæ habentur agendi principia, veritatiſque. Senſus, Intellectus, Appetitus.*

c Horum autem ſenſus, neque vnius principium actus. Manifeſtum autem, eo quòd beſtiæ quidem ſenſum habent, actum autem non communicant.

*Atque ſenſus nullius eſt principiũ actus, quod quidem ex eo patet, quia belluæ ſenſum quidem habent, actionis autem ſunt expertes.*

d Eſt autem quod in mente affirmatio, & negatio, hoc in appetitu, & proſecutio, & fuga.

*Eſt autem id in appetitu perſecutio atque fuga, quod eſt affirmatio negatioque in mente.*

C

e Quare, quia moralis virtus habitus electiuus. Electio autem appetitus conſiliatiuus. Oportet quidem propter hoc rationem veram eſſe, & appetitum rectum, ſiquidem electio ſtudioſa. Et eandem hanc quidem dicere, hunc autem proſequi. Hęc quidem igitur mens, & veritas practica.

*Quare cum moris quidem virtus habitus ſit electiuus. Electio uero appetitus deliberatiuus, ob hæc ipſa, & rationem veram, & appetitum rectum eſſe oportet, ſi electio ſit ſtudioſa, atque eadem, illam quidem dicere, hunc autem perſequi. Hæc igitur mens, atque ueritas actiua eſt.*

D

f Speculatiuæ autem mentis, & non factiuæ, neque practicæ bene & male, verum & falſum. Hoc enim eſt omni intellectui opus. Practici autem & intellectiui, veritas confeſſe habens appetitui recto.

*Mentis autem eius, quæ contemplandi, non agendi, neque faciendi principium eſt bonum ac malum, uerum eſt, atque falſum. Hoc enim mentis eſt omnis opus. Sed actiuæ mentis ueritas eſt conſentanea appetitui recto.*

 Ipſa

Ipſa autem veritas rationis prędictæ eſt regula rectitudinis appetitus, circa ea, quæ ſunt ad finē. Et ideo ſecundum hoc dicitur appetitus rectus, qui proſequitur, quæ vera ratio dicit. Videtur hic etiam eſſe dubium de hoc, quòd proſequitur de ſpeculatiuo & practico intellectu, quaſi de duabus partibus ſuprapoſitis, ſcilicet ſcientifico, & ratiocinatiuo, cum tamen ſupra dixerit eſſe diuerſas partes ſciētificum, & ratiocinatiuum, quod de intellectu ſpeculatiuo, & practico in Tertio de anima negat. Dicendum eſt ergo, quòd intellectus practicus principium quidem habet in vniuerſali conſideratione, & ſecundum hoc eſt idē ſubiecto cum ſpeculatiuo, ſed terminatur eius conſideratio in particulari operabili. Vnde Philoſoph⁹ dicit in Tertio de anima, quòd ratio vniuerſalis, non mouet ſine particulari. Et ſecundum hoc, ratiocinatiuum ponitur diuerſa pars a ſcientifico. Deinde cū dicit.

Tex.cō.49.

Tex.cō.58.

g ¶ Oſtendit, quòd vtraque ratio ſe habet ad actum. Et circa hoc tria facit. Primo oſtendit, quòd mens eſt principium actus. Secundo oſtendit, quæ mēs eſt principium actus, ibi. {Mēs autē ipſa &c.} Tertio oſtendit circa qualia obiecta mens eſt principium actus, ibi. {Non eſt autem eligibile.} Concludit ergo primo ex his, quæ ſupradicta ſunt, quòd ex quo electio eſt appetitus conſiliatiuus, ſequitur, ꝙ ſit actus principium vnde motus, ideſt per modum cauſæ efficiētis, ſed nō cuius gratia, ideſt per modum cauſæ finalis. Dictum eſt enim in Tertio de Anima, quòd appetitus eſt mouens in animalibus, ſed ipſius electionis ſunt principia appetitus, & ratio, quæ eſt gratia alicuius, ideſt quæ ordinantur ad aliqđ operabile ſicut ad finem. Eſt enim electio appetitus eorum, quæ sūt ad finem. Vnde ratio proponens finem, & ex eo procedēs ad ratiocinandum, & appetitus tendens in finem comparatur ad electionem per modum cauſæ. Et inde eſt, quòd electio dependet ab intellectu ſiue mente, & ab habitu morali, qui perficit vim appetitiuam, ita quòd non eſt ſine vtroque eorum. Et hoc probat per ſignum. Effectus enim electionis eſt actio, vt dictum eſt. Actio autem bona, & contrarium in actione, ideſt mala actio non poteſt eſſe ſine mente, & more, ideſt ſine morali, ideſt quacumque diſpoſitione ad appetitū pertinente. Vnde nec electio bona vel mala, eſt ſine more, & mente. Deinde cum dicit.

Tex.cō.49.

h ¶ Oſtendit, quæ mens, vel ratio ſit principium actus. Et primo oſtendit propoſitum. Secundo infert quoddam correlarium ibi. {Ex dictis propter quod, vel appetitus &c.} Dicit ergo primo, quòd quàmuis mens ſit principium actus, tamen mens ipſa, ſecundum ſe abſolute conſiderata, ideſt ratio ſpeculatiua, nihil mouet, quia nihil dicit de proſequendo, vel fugiendo, vt dicitur in Tertio de Anima, & ſic non eſt principium alicuius actus, ſed ſolum illa quæ eſt gratia huius, ideſt, quæ ordinatur ad aliquod particulare operabile ſicut ad finem, & hæc eſt ratio, vel mens prædicta, quę quidem non ſolum principatur actiuæ operationi, quę non tranſit in exteriorem materiam, ſed manet in agente, vt concupiſcere, & iraſci, ſed etiam factiuæ, quæ tranſit in exteriorem materiam, ſicut vrere, & ſecare.

Vti ſupra.

g Actus quidem igitur principium electio, vnde motus, ſed non cuius gratia. Electionis autem appetitus, & ratio, quæ gratia alicuius. Propter quod neq; ſine intellectu, & mente, neque ſine morali habitu eſt electio. Bona actio enim & contrarium in actione ſine intellectu, & mente, & more non eſt.

h Mens autem ipſa nihil mouet, ſed quæ gratia huius, & practica, hæc enim & factiuæ principatur. Gratia enim huius facit omnis faciens, & non finis ſimpliciter, ſed ad aliquid, & alicuius factum, ſad non actum. Bona actio enim finis, appetitus autem huius.

i Propter quod, vel appetitiuus intellectus electio, vel appetitus intellectiuus, & tale prīcipium homo.

k Non eſt autē eligibile, neque factum, puta nullus eligit Ilion captam fuiſſe, neq;. n. conſilian tur de facto, ſed de futuro contingenti. Factum autem non contingit non fieri. Propter qđ recte Agathon. Solo enim ipſo Deus priuatur ingenita facere, quæ ſunt facta.

l Vtrarūq; vtiq; intellectiuarū particularum veritas opus.

m Secundum quos igitur maxime habitus dicit, verum vtraq; ipſi virtutes ambabus.

F

*Electio igitur actus principium eſt vnde eſt motus, ſed non id gratia cuius. Appetitus autem eaque ratio, quæ alicuius eſt gratia electionis principium eſt. Iccirco neque ſine intellectu menteque, neque ſine habitu moris, eſt ipſa electio. Sine namque mente, atque more, non eſt actio bona, nec item contraria.*

G

*Mens autem ipſa nihil mouet, ſed ea, quæ alicuius eſt gratia, & actiua, hæc enim, & effectrici menti præeſt. nam omnis qui facit, gratia huius facit. Et non eſt ſimpliciter finis, ſed ad aliquid, & alicuius id quod efficitur, ſed non id quod agitur. Ipſa namque bona actio finis eſt, & huius eſt appetitus.*

*Quapropter electio, vel intellectus eſt appetitiuus, vel appetitus intellectiuus. Et tale principiū eſt homo.*

H

*Nulla autem res facta eſt eligibilis. Nemo enim eligit Ilium expugnaſſe. Neque enim de eo quiſquam conſultat quod factum eſt, ſed de futuro, ac contingente. Factum autem non contingit non factum eſſe. Quapropter recte Agatho dixit.*

*Hoc ēt ipſe De⁹ ſoloq; carere uidetur.*
*Infectum ut faciat, quod factum eſt, atque peractum.*

*Opus igitur vtriuſque partis intellectiuæ veritas eſt.*

I

*Quare quibus habitibus maxime pars vtraque verum dicit, ij ſunt amborum virtutes.*

Et hoc probat per hoc, quòd omnis faciens, puta faber, aut ædificator, facit ſuum opus gratia huius, ideſt propter finem, & non propter finē vniuerſalem, ſed ad aliquod particulare, quod eſt factum, ideſt conſtitutū in exteriori materia, puta cultellus, aut domus, & non eſt finis aliquid actum, ideſt aliquid agibile in agente exiſtens, puta recte concupiſcere, aut iraſci. Facit enim omnis faciēs propter aliquid, quod eſt alicui⁹. i. quod habet aliquem vſum, ſicut vſus domus eſt habitatio, & talis quidē eſt finis facientis. ſ. factū, & non actū. Ideo autem nō actum, quia in agibilibus ipſa bona actio eſt finis, puta bene cōcupiſcere, vel bene iraſci. Et ſicut mens practica eſt gratia huius finis, vel facti, vel actionis, ita etiā appetitus eſt alicuius particularis finis. Deinde cū dicit.

i ¶ Infert quoddā correlarium ex præmiſſis. Quia enī electio principium act⁹, & electionis principia ſunt appetitus, & ratio ſiue intellectus, aut mens, quæ mediāte electione principia ſunt actus, conſequens eſt, quòd electio ſit intellectus appetitiuus, ita ſcilicet quòd electio ſit eſſentialiter actus intellectus, ſecundum quòd ordinat appetitum, vel ſit appetitus ītellectiuus, itaq; electio ſit eſſentialiter actus appetitus, ſecundum quòd dirigitur ab intellectu. Et hoc veri⁹ eſt, quod patet ex obiectis. Obiectum enim electiōis eſt bonū & malū, ſicut & appetitus, non autē verum, & falſum, quę ptinent ad intellectum. Et tale principium eſt homo. ſ. agens eligendo propter intellectum, & appetitum. Deinde cum dicit.

k ¶ Oſtendit circa qualia mens ſit principiū actus per electionem. Et dicit, quòd nullum factum, ideſt nullum præteritum eſt eligibile, ſicut nullus eligit Ilion, ideſt Troiam fuiſſe captā. Cuius ratio eſt, quia electio eſt appetitus pręconſiliati, vt dictum eſt. Nullus autē conſiliatur de facto, ideſt de pręterito, ſed de futuro, & contingenti, & hoc probat, quia conſilium nō eſt niſi de aliquo contingenti, vt ſupra habitum eſt: factum autē, quod eſt præteritum, non eſt contingens, quia non contingit ipſum non fieri, ideſt quòd non ſit factum, & ad hoc inducit verbum Agathonis, qui recte dixit, quòd ſolo iſto poſſe priuatur Deus, vt. ſ. faciat ingenita, ideſt non facta, quæ ſunt facta. Et hoc recte dixit. Neceſſe eſt enim, quòd poteſtati cuiuslibet cauſæ ſubſit omne illud, quod poteſt contineri ſub proprio obiecto virtutis eius, ſicut ignis poteſt calefacere omne calefactibile. Virtus autē Dei, qui eſt vniuerſalis cauſa entium, extendit ſe ad totum ens, vnde ſolum illud ſubtrahitur diuinæ poteſtati, quod repugnat rationi entis, vt hoc, quod implicat contradictionem. Et tale eſt, qđ factum eſt, non fuiſſe. Eiuſdem enim rationis eſt aliquid eſſe dum eſt, & fuiſſe dum fuit, & non eſſe quod eſt, & non fuiſſe quod fuit. Deinde cum dicit.

K

l ¶ Concludit ex præmiſſis, quòd cognitio veritatis eſt propriū opus vtriuſque particulæ intellectus ſcilicet practici, & ſpeculatiui, vel ſcientifici, & ratiocinatiui. Deinde cum dicit.

m Concludit vltimū, quòd illi habitus ſunt virtutes ambabus partibus intellectus, per quos contingit verum dicere, quod eſt bonum intellectiuæ partis.





LECTIO III.

Poſtquàm Philoſophus inueſtigauit rationē, ſecundū quam accipiendæ ſunt intellectuales virtutes, hic iā incipit de ipſis intellectualibus virtutibus determinare. Et primo determinat de virtutibus intellectualibus principalibus. Secundo de virtutibus quibuſdam adiūctis vni earū, ſcilicet prudētiæ, ibi. {Oportet autem aſſumere, &c.} Circa primum duo facit. Primo enumerat intellectuales virtutes. Secundo determinat de ſingulis earum, ibi. {Scientia quidem igitur quid eſt, &c.} Dicit ergo primo, ꝙ ex quo poſita eſt ratio accipiendi virtutes intellectuales, debemus rurſus icipere ab eo, qđ ſuperius determinatum eſt, vt ſic tractemus de ipſis intellectualibus virtutibus. Dictū eſt enim pri⁹, quòd virtutes intellectuales ſunt habitus, quibus anima dicit verum. Sunt autem quinq; numero, quibus anima ſemper dicit verum, vel affirmando, vel negando ſcilicet ars, ſcientia, prudentia, ſapientia, & intellectus. Vnde patet, ꝙ iſta ſunt quīque virtutes intellectuales. Ab horū autem numero excludit ſuſpitionem, quæ per aliquas coniecturas habetur de aliquibus particularibus factis. Et opinionem, quæ per aliquas coniecturas habetur de aliquibus vniuerſalibus. Quamuis enim per iſta duo quandoque verum dicatur, tamen contingit, ꝙ eis quandoque dicitur falſum, quod eſt malum intellectus, ſicut verum eſt bonū intellectus: eſt autē contra rationem virtutis, vt ſit principiū mali actus. Et ſic patet, ꝙ ſuſpicio & opinio, nō poſſunt dici intellectuales virtutes. Deinde cū dicit.

A. 8.

b ¶ Determinat de virtutib⁹ intellectualibus enumeratis. Et primo determinat de ſingulis earum: ſecundo oſtendit, quæ ſit principalior inter eas, ibi. {Quemadmodum caput habens, &c.} Circa primum duo facit. Primo determinat de virtutibus intellectualibus perficientibus intellectum circa ea, quæ ſunt ex principiis. Secundo determinat de habitibus intellectualibus perficientibus intellectum, circa prima principia, ibi. {Quia ſcientia de vniuerſalibus, &c.} Circa primum duo facit. Primo determinat de ſcientia, quæ perficit intellectum circa neceſſaria. Secundo determinat de habitibus perficientibus intellectum circa contingentia, ibi. {Contingentis enim aliter habere, &c.} Circa primum duo facit. Primo notificat ſcientiam ex parte materiæ. Secundo ex parte cauſæ, ibi. {Adhuc docibilis omnis, &c.} Dicit ergo primo, ꝙ manifeſtum poteſt eſſe quid ſit ſcientia ex his, quæ dicuntur, ſi oportet per certitudinem ſcientiam cognoſcere, & non ſequi ſimilitudines, ſecundum quas quandoque dicimur ſcire ſenſibilia de quibus certi ſumus, ſed certa ratio ſcientiæ hinc accipitur, ꝙ omnes ſuſpiſcamur đ eo, quod ſcimus, ꝙ non contingat illud aliter ſe habere, alioquin non eſſet certitudo ſcientis, ſed dubitatio opinantis. Huiuſmodi autē certitudo, ꝙ ſcilicet nō poſſit aliter ſe habere, non poteſt haberi circa cōtingentia aliter ſe habere. Tunc enim ſolum poteſt đ eis certitudo haberi, cum cadunt ſub ſenſu. Sed quando fiunt extra ſpeculari, ideſt quando deſinunt videri, vel ſentiri, tunc latet verum ſint, vel non ſint. Sicut patet circa hoc, qđ eſt ſortem ſedere. Sic ergo patet, ꝙ omne ſcibile eſt ex neceſſitate. Ex quo concludit, ꝙ ſit ęternum, quia omnia quæ ſunt ſimpliciter ex neceſſitate, ſont æterna. Huiuſmodi autem non generantur, neque corrumpuntur. Talia ergo ſunt de quibus eſt ſcientia. Poteſt autē etiā de generabilibus & corruptibilibus eſſe aliqua ſcientia, puta naturalis, non tamen ſecundum particularia, quæ generationi, & corruptioni ſubduntur, ſed ſecūdum rationes vniuerſales, quæ ſunt ex neceſſitate, & ſp. Deinde cum dicit.

c ¶ Notificat ſcientiam per cauſam. Et dicit, ꝙ omnis ſcientia videtur eſſe docibilis, ideſt potens doceri, vnde in primo Metha. dicitur, ꝙ ſignum ſcientis eſt poſſe docere. Per id. n. quod eſt actu reducit alterum de potentia in actum. Et eadem ratione omne ſcibile eſt diſcibile, ab eo ſcilicet qui eſt potētia. Oportet autem, ꝙ omnis doctrina, ſeu diſciplina fiat ex aliquibus præcognitis, ſicut dictum eſt in principio Poſteriorum analyticorum. Non enim poſſumus in cognitionem alicuius ignoti venire, niſi per aliquod notum. Eſt autē duplex doctrina ex cognitis. Vna quidem per inductionē: alia vero per ſyllogiſmum. Inductio autem inducitur ad cognoſcendum aliquod principium, & aliquod vniuerſale, in quod deuenimus per experimēta ſingularium, vt dicitur in Primo Meth. Sed ex vniuerſalibus principiis prædicto modo præcognitis pcedit ſyllogiſmus. Sic ergo patet, ꝙ ſunt quædam principia, ex quibus ſyllogiſmus procedit, quæ non certificantur per ſyllogiſmum, alioquin procederetur in infinitum in principiis ſyllogiſmorum, quod eſt impoſſibile, vt probatur in Primo poſteriorū. Tex.cō.6.

LECTIO III.

Ncipientes igitur ſuperius rurſum de ipſis dicamus. Sunt vtiq; quibus verum dicit anima affirmādo, vel negando quinque ſecundum numerum. Hęc autē ſunt ars, ſcientia, prudentia, ſapientia, & intellectus. Suſpicione vero, & opinione contingit falſum dicere.

b Scientia quidem igitur quid eſt, hinc manifeſtum ſi oportet certificare, & non ſequi ſimilitudines. Omnes enim ſuſpicamur, quod ſcimus non contingere aliter ſe habere. Contingētia autem aliter, cum extra ſpeculari fiant latent, vel ſi ſunt, vel nō ſunt. Ex neceſſitate ergo ſcibile. æternum ergo. Ex neceſſitate enim entia ſimpliciter omnia æterna. Aeterna autem ingenita, & incorruptibilia.

c Adhuc docibilis omnis ſciētia videtur eſſe, & ſcibile diſcibile. Ex præcognitis autem omnis doctrina quemadmodum ī Analyticis diximus. Hæc. n. quidem per inductionem, hęc aūt ſyllogiſmo. Inductio quidē igitur principium eſt, & credulitas vniuerſalis. ſyllogiſmus autem ex vniuerſalibus. Sunt igitur prīcipia ex quib⁹ ſyllogiſmus, quorum non eſt ſyllogiſmus. Inductio ergo. Scientia quidem ergo eſt habitus demonſtratiuus, & quæcumque alia determinauimus in Analyticis. Cum enim aliqualiter credita, & cognita ipſi ſint principia, ſcit. Si enim non magis concluſione, ſecundum accidens habet ſcientiam. De ſcientia quidē igitur determinatum ſit per hunc modum.

LECTIO III.

*De ipſis igitur rurſus dicamus oportet, altius initio ſumpto. Sint itaque ea quibus uerum anima dicit affirmando, aut negando numero quinque. Hæc*

B

*autem ſunt, ars, ſcientia, prudentia, ſapientia, intellectus. Fieri enim poteſt ut falſum exiſtimatione, opinione que dicat.*

*Scientia igitur quidnam ſit, hinc perſpicuum eſt, ſi exacte dicere oportet, & non ſimilitudines ſequi. Omnes enim putamus, id quod ſcimus aliter ſeſe habere non poſſe. Quæ uero poſ-*

C

*ſunt aliter ſe habere poſt contemplationem latent ſi ſint, an non ſint. Ipſum ergo ſcibile neceſſario eſt. Ergo eſt æternum. Quæ enim neceſſario ſimpliciter ſunt, æterna ſunt omnia. At æterna, ingenita, & incorruptibilia ſunt.*

*Præterea, omnis ſcientia doceri, et ſcibile diſci poſſe uidetur. At ex antea notis, ut in reſolutiuis etiam diximus fit omnis doctrina, Nam alia per inductionem, alia per ratiocinationem*

D

*efficitur. Atque inductio quidem principium eſt ipſius uniuerſalis. Ratiocinatio autem eſt ex uniuerſalibus. Sunt enim principia ex quibus ipſa ratiocinatio conſtat, quorum non eſt ratiocinatio, ergo inductio. Scientia ergo demonſtratiuus eſt habitus, & cætera, quæ in reſolutiuis determinauimus. Tum enim quiſpiam ſcit, cum aliquo modo credit, & ſunt ipſi principia nota. Si enim non ſint magis quàm concluſio nota, per accidens habebit ſciētiam. De ſcientia igitur ſit hoc modo*

E

*determinatum.*

Lectio. 8. & lect. 34.

Sic ergo relinquitur, ꝙ principiorum ſyllogiſmi ſit inductio. Non autem quilibet ſyllogiſmus eſt diſciplinalis.i.faciens ſcire, ſed ſolus demonſtratiuus qui ex neceſſariis neceſſaria cõcludit. Sic ergo manifeſtũ eſt, ꝙ ſcientia eſt habitus demonſtratiuus.i. ex demonſtratione cauſatus obſeruatis omnibus illis, quæcunque circa ſcientiam demonſtratiuã ſunt in poſteriorib⁹ analyticis. Oportet.n. ad hoc ꝙ aliqs ſciat ꝙ principia ex quibus ſcit per aliquem modum ſint credita & cognita, etiam magis q̃ concluſiones, quæ ſciuntur. Alioquin nõ per ſe, ſed per accidens habebit ſcientiam, inquantũ.ſ.poteſt contingere, ꝙ iſtam cõcluſionem ſcit per quædam alia principia, & non per iſta, quæ non magis cognoſcit, q̃ concluſionem. Oportet enim ꝙ cauſa ſit potior effectu. Vnde id quod eſt cauſa cognoſcendi, oportet eſſe magis notum. Et ita per hunc modum determinatum eſt de ſciẽtia. Deinde cũ dicit.

d ¶ Determinat d̃ habitibus, qui perficiũt intellectũ circa contingentia. Et circa hoc tria facit. Primo oſtẽdit duos eſſe habitus circa contingentia. Secundo determinat de vno eorũ ſcilicet d̃ arte.ibi. {Quia aũt ędificatiua, &c.} Tertio determinat d̃ altero.ſ.prudẽtia. ibi. {Eſt autẽ ars, &c.} Dicit ergo primo, ꝙ cõtingens aliter ſe habere.diuidit in duo.ſ.in aliqd qd̃ eſt agibile, & aliqd qd̃ ẽ factibile ei⁹ & ꝑ hoc cognoſcit, ꝙ alterum eſt actio, & alterũ eſt factio. Et his poſſum⁹ aſſentire ꝑ rõnes exteriores.i.per ea, q̃ determinata ſunt extra iſtam ſcientiam.ſ.in Nono Meth. Ibi enim oſtenſa eſt differentia inter actionem, & factionem. nam actio manens in ipſo agente operatio dicitur: vt videre, intelligere, & velle. Sed factio eſt operatio tranſiens in exteriorem materiam ad aliquod formandũ ex ea, ſicut ædificare, & ſecare. Quia enim habitus diſtinguuntur ſ̃m obiecta, conſequens eſt, ꝙ habitus qui eſt actiuus cum ratione, quæ eſt prudentia, ſit alius ab habitu qui eſt cum ratione, qui eſt ars, & ꝙ vnus factiuus eorum non contineat ſub alio, ſicut neq; actio, & factio continentur ſubinuicem, quia neq; actio eſt factio, neque factio eſt actio. Diſtinguuntur.n. oppoſitis differentiis, vt ex dictis patet. Eſt autem conſiderandũ, ꝙ quia contingentiũ cognitio non poteſt habere certitudinẽ veritatis repellentẽ falſitatẽ, ideo quantũ ad ſolã cognitionẽ pertinet, contingentia ꝑtermittũtur ab intellectu, qui perficitur ꝑ cognitionẽ veritatis. Eſt autem vtilis contingentiũ cognitio, ſ̃m ꝙ eſt directiua humanæ operationis, quæ circa contingentia eſt, ideo contingentia diuiſit tractans de intellectualibus virtutibus ſolũ, ſ̃m ꝙ ſubiiciunt humanæ operationi. Vnde & ſolũ ſcientiæ practicæ ſunt circa contingentia, inquantũ contingentia ſunt, ſcilicet in particulari. Scientię aũt ſpeculatiuæ non ſunt circa contingentia niſi ſ̃m rationes vniuerſales, vt ſupra dictum eſt. Deinde cum dicit.

d Contingentis aũt aliter [ſe] habere eſt aliqd & factibile, & agibile. Alterum autem eſt factio & actio. Credimus autem de ipſis, & exterioribus rationibus. Quare, & cum ratione habitus actiuus alterum ẽ ab eo, qui cũ ratione factiuo habitu. Et neque continẽtur ſubinuicẽ actio & factio. Neque.n. actio eſt factio, neq; factio actio eſt. G

*Eorum, quæ aliter ſeſe habere poſſunt eſt, & aliquid, quod ſub effectionem, & aliquid quod ſub actionem cadit. Diuerſa uero ſunt effectio, atque actus. De his autem ipſis, & exterioribus ſermonibus credimus. Quare, & habitus, qui cum ratione actiuus eſt, diuerſum eſt ab eo habitu, qui cum ratione eſt effectiuus, neque alterum ab altero continetur. Neq; enim effectio actus eſt, neque actus effectio.*

e Quia autem ædificatiua ars quædam eſt, & etiam habitus quidam cum ratione factiuus. Et nulla, neque ars eſt, quæ non cum ratione factiuus habitus ẽ. Neque talis, quæ non ars: idem vtique erit, & ars, & habitus cũ ratione vera factiuus.

*At qui cum extruendarum ædium facultas ars quædã ſit, ac habitus quidam faciendi cum ratione, nullaque ſit ars, quæ non ſit habitus faciendi cũ ratione, nec ullus habitus talis, qui nõ ſit ars, fit ut idem ſit ars, atque habitus faciendi uera cum ratione.*

f Eſt autem ars omnis circa generationẽ, & artificiare, & ſpeculari. Qualiter vtique fiat aliquid contingentium & eſſe, & nõ eſſe, & quorum principium in faciente, ſed non in facto. H

*At uero circa generationem ars omnis uerſatur, & inuentionem contemplationemue quonammodo fiat eorum aliquid, quæ eſſe, & non eſſe poſſunt, & quorum principium non in eo quod efficitur, ſed in ipſo eſt faciente.*

g Neque.n. de his, quę ex neceſſitate ſunt, vel fiunt ars eſt.

*Nam neque eorum, quæ neceſſario ſunt, uel fiunt eſt ars.*

h Neque de his, quę ſecundum naturam. In ſeipſis enim habẽt hæc principia.

*Neque eorum, quæ ſunt ſecundum naturam. Hæc enim in ſeipſis habent principium ipſum.*

i Quia autem factio, & actio alterum, neceſſarium artem factionis, ſed non actionis eſſe. I

*Cum autem effectio, atque actus diuerſa ſint, artem effectionis eſſe nõ actus neceſſe eſt.*

k Et ſecundum modum aliquẽ circa eadem eſt fortuna, & ars, quemadmodũ & Agathon [a]ait. Ars fortunam dilexit, & fortuna artem. K

*Atque circa eadem quodammodo uerſatur ars, & fortuna, quemadmodum & Agatho dicit. Quippe ars fortunam, fortunaque diligit artem.*

F e ¶ Determinat de arte. Et primo de ipſa arte ſ̃m ſe. Secundo per comparationem ad oppoſitum, ibi. {Ars quidẽ igitur, &c.} Circa primum duo facit. Primo oſtendit quid ſit ars. Secundo quæ ſit artis materia, ibi. {Eſt autem ars omnis, &c.} Primum manifeſtat per inductionem. Videmus enim ꝙ ædificatiua eſt ars quædam, & iterũ, ꝙ eſt habitus quidã ad faciẽdum aliquid cum ratione. Et nulla ars inuenitur cui hoc non conueniat, quia ſcilicet ſit habitus factiuus cum ratione, neq; etiam inuenitur talis habitus factiuus.ſ.cum ratione qui non ſit ars, vnde manifeſtum eſt ꝙ idem eſt ars quod habitus factiuus cum vera ratione. Deinde cum dicit.

f ¶ Determinat materiam artis. Et circa hoc tria facit. Primo proponit artis materiam. Secundo a quibus differat, ſecundũ ſuam materiam, ibi. {Neq; enim de his.} Tertio oſtendit cum quo conueniat in materia, ibi. {Et ſecundum modum quendam, &c.} Circa materiam artis duo eſt conſiderare, ſcilicet ipſam actionem artificis, quæ per artem dirigitur, & opus qd̃ eſt per artem factũ. Eſt autẽ triplex operatio artis. Prima quidem eſt conſiderare, qualiter aliquid ſit faciendũ. Secunda autẽ eſt operari circa materiam exteriorem. Tertia autem eſt conſtituere ipſum opus. Et ideo dicit, ꝙ omnis ars eſt circa generationem, aut circa cõſtitutionem, & cõplementum operis, quod ponit tãquam finem artis, & eſt etiã circa artificiale, ideſt circa operationẽ artis, quę diſponit materiam, & eſt etiam circa ſpeculari qualiter aliquid fiat per artẽ. Ex parte vero ipſius operis duo eſt conſiderare: quorum primum eſt, ꝙ ea quæ fiunt per artem humanam ſint contingentia eſſe, & non eſſe. quod patet ex hoc ꝙ quando fiunt incipiũt eſſe de nouo. Secundum eſt ꝙ principium generationis artificialium operum eſt in ſolo faciente quaſi extrinſecum, ſed non eſt in facto tanquam intrinſecum. Deinde cum dicit.

g ¶ Manifeſtat quod dictum eſt, oſtendens differentiam artis ad tria. Primo quidem ad ſcientias diuinas, & Mathematicas, quę ſunt de his, quæ ex neceſſitate ſunt, vel fiunt de quibus non eſt ars. Secundo ibi.

h ¶ Oſtendit differentiam ad ſcientiam naturalem, quæ eſt de his, quæ ſunt ſecundum naturam. De quibus non eſt ars. Habent enim ea, quę ſunt ſecundum naturam in ſeipſis principium motus, vt dicitur in Secundo Phyſicorum. Quod non competit operibus artis, vt dictum eſt. Tertio ibi. Tertiũ

i ¶ Oſtẽdit differentiã artis ad prudẽtiã. Et dicit, ꝙ quia actio & factio ſunt altera inuicẽ, neceſſe eſt ꝙ ars ſit factionis directiua, & non actionis, cuius directiua eſt prudẽtia. Deĩde cũ dicit.

K ¶ Oſtendit cum quo conueniat ars in materia. Et dicit, ꝙ fortuna, & ars ſunt circa ea, quæ fiunt per intellectum, ſed ars cum ratione, fortuna ſine ratione. Et hanc cõuenientiã Agathõ deſignauit dicens: ꝙ ars dilexit fortunam, & fortuna artem, inquantum.ſ.in materia conueniunt. Deinde cum dicit.



b Determinat de arte per comparationem ad eius oppoſitum, Et dicit, ꝙ ſicut ars: vt prædictum eſt: eſt quidam habitus factiuus cum vera ratione, ita atechnia, i. inertia ęconuerſo eſt habitus factiuus cum ratione falſa circa contingens aliter ſe habere.

l Ars quidem igitur vt dictum eſt, habit⁹ quidã cũ ratione vera factiuus eſt. Atechnia autẽ econtrario, cum ratione falſa factiuus habitus circa contingens aliter ſe habere.

*Ars igitur, vt diximus habitus eſt quidam faciendi uera cum ratione. Cõtrarium autem artis habitus eſt faciendi falſa cum ratione circa id, quod ſeſe aliter habere poteſt.*

## LECTIO IIII.

Poſtquam Philoſoph⁹ determinauit, de arte, hic determinat de prudentia. Et primo oſtendit quid ſit prudentia. Secundo oſtendit quid ſit obiectum eius. ibi. {Duabus autem entibus.} Circa primum duo facit. Primo oſtẽdit quid ſit prudentia. Secundo differẽtiã eius ab arte, quantum ad rationẽ virtutis. ibi. {Sed tamen artis quidem, &c.} Circa primũ duo facit. Primo oſtendit quis ſit prudens. Secundo quid ſit prudentia. ibi. {Conſiliatur aũt null⁹, &c.} Circa primum tria facit. Primo determinat modum agendi. Et dicit, quòd ſic oportet aſſumere de prudentia quid ſit conſiderando, qui dicantur prudentes. Secundo ibi.

b ¶ Oſtendit q ſunt prudentes. Et dicit, ꝙ ad prudentem videtur pertinere, ꝙ ſit potens ex facultate habitus bene conſiliari circa ꝓpria bona, & vtilia, non quidem in aliquo particulari negocio: puta qualia ſint bona, vel vtilia ad ſanitatem, vel fortitudinem corporalem: ſed circa ea quæ ſunt bona, & vtilia ad hoc, quòd tota humana vita ſit bona. Tertio ibi.

c ¶ Manifeſtat qd̃ dictũ eſt per ſignum, quia ſcilicet illi quidem dicuntur prudẽtes non ſimpliciter, ſed circa aliquid determinatum: qui poſſunt bene ratiocinari, quæ ſunt bona, vel vtilia ad aliquem finẽ determinatum: dummodo ille finis ſit bonus, quia ratiocinari de his, quæ pertinent ad malum finem eſt contrarium prudentiæ: dummodo hoc ſit circa ea, quorum non eſt ars, quia bene ratiocinari de hoc non pertinet ad prudentiam, ſed ad artem. Si ergo ille qui eſt bene conſiliatiuus ad aliquid particulare eſt prudens particulariter in aliquo negocio, conſequens eſt, ꝙ ille ſit totaliter, & ſimpliciter etiã prudens, qui eſt bene conſiliatiuus de his, quæ pertinent ad totam vitam. Deinde cũ dicit.

d ¶ Oſtendit quid ſit prudentia. Et primo ponit diffinitionem prudentiæ. Secundo manifeſtat eam per ſigna. ibi. {Propter quod particula, &c. & talis, &c.} Circa primum tria facit.

## LECTIO IIII.

De prudentia autem ſic vtique aſſumamus ſpeculantes quos vtique dicimus prudentes. B

*De prudentia uero quænam ſit percipiemus: ſi contemplabimur quoſnã ipſos prudentes dicimus eſſe.*

b Videtur autem prudentis eſſe poſſe bene cõſiliari circa ipſa bona, & cõferentia nõ ſecundũ partem, puta, qualia ad ſanitatem, uel fortitudinem: ſed ad bene viuere totum.

*Videtur itaque prudentis eſſe bene conſulere poſſe circa ea, quæ ſibi ſunt bona, ac proſunt: non aliqua ex parte: ut quænam ad ſanitatem, uel uires: ſed quæ ad bene uiuendum omnino conducant.*

c Signum aũt, qm̃ & circa aliquid prudentes dicimus quando ad finẽ aliquem ſtudioſum bene ratiocinabuntur, quorum non eſt ars. Quare, & totaliter erit prudens conſiliatiuus. C

*Argumẽto eſt id ita eſſe: eos etiã qui circa aliquid uerſantur prudentes dici, cũ bene ad finẽ ſtudioſum aliquẽ excogitauerint ea quorũ nulla eſt ars. Quare & omnino prudens is eſt: qui ad conſultandum eſt aptus.*

d Conſiliatur aũt nullus de impoſſibilibus aliter ſe habere, neque non cõtingentibus ipſi agere, Quare ſi ſcientia quidẽ cum demõſtratione. Quorũ autem principia contingit aliter habere, horũ non eſt demonſtratio. (oĩa enim cõtingunt, & aliter habere:) & non eſt cõſiliari: de his, quæ ex neceſſitate ſunt: nõ utique erit prudẽtia, ſciẽtia, neque ars. Sciẽtia quidem, quoniã cũtingit agibile aliter habere. Ars autem, quoniã aliud genus actionis, & factionis. D

*Conſultat autem de iis nemo: quæ aliter ſeſe habere non poſſunt, aut de iis, quæ ipſe agere neqt. Quare ſi ſciẽtia quidẽ eſt cũ demonſtratione. Quorum autẽ principia aliter ſeſe habere poſſunt, eorum non eſt demonſtratio (cuncta enim, & aliter ſeſe habere paſſunt) neque de his, quæ ſunt neceſſario conſultatio fieri poteſt: ipſa prudentia profecto, neque ſcientia, neque ars eſſe poteſt. Scientia quidem, quia quod ſub actionem cadit aliter ſeſe habere poteſt. Ars autem, quòd aliud actionis; aliud effectionis eſt genus.*

e Relinquitur ergo ipſam eſſe habitũ uerũ cũ ratione actiuũ circa hominis bona, & mala.

*Reſtat ergo habitũ ipſam eſſe agẽdi uera cum ratione circa ea, quæ ſunt bona homini, atque mala.*

f Factionis quidẽ enim alterũ finis. Actionis aũt non ſemper. Eſt enim ipſi eupraxia finis. B

*Finis enim effectionis eſt qd aliud ꝑter ipſam effectionẽ. Actionis uero nõ ſemper. Eſt.n. ipſa bona actio finis.*

A Primo oſtendit ex prędictis differentiam prudentiæ ad alios habitus ſupra poſitos.ſ.ſcientiam, & artem. Secundo concludit diffinitionem prudentiæ. ibi. {Relinquitur ergo, &c.} Tertio aſſignat rationem cuiuſdam, quod dixerat. ibi. {Factionis quidem igitur, &c.} Dicit ergo primo, ꝙ nullus cõſiliatur, neque de his quę ſunt ſimpliciter impoſſibilia aliter ſe habere, neque de his, quæ non ſunt in poteſtate eius. Accipiamus ergo ea, quæ ſupra dicta ſunt, ſcilicet quòd ſcientia eſt per demonſtrationẽ. Et iterum, quòd demonſtratio non põt eſſe de his, quorum principia contingit ſe aliter habere: aliter omnia, quæ ex principiis illis conſequuntur, poſſent aliter ſe habere. Nõ.n. poteſt eſſe, ꝙ principia debilius eſſe habeant, q̃ ea, q̃ ſunt ex principiis. Coniugamus autem cum his ea, quæ nunc dicta ſunt, ꝙ ſcilicet conſilium non ſit de his, quæ ſunt ex neceſſitate, & quòd prudentia ſit circa conſiliabilia, quia dictum eſt ſupra, ꝙ prudentis eſt bene conſiliari, ex quibus omnibus ſequitur, ꝙ prudentia, neque ſit ſcientia, neq; ars. Et ꝙ non ſit ſcientia per hoc patet, ꝙ agibilia de quibus eſt conſilium: & circa quæ eſt prudentia cõtingit aliter ſe habere, & circa talia nõ eſt ſcientia. Quòd autem prudentia nõ ſit ars patet per hoc, quòd aliud eſt genus actionis, & factionis. Vnde prudẽtia, quæ eſt circa actiones, differt ab arte, quæ eſt circa factiones. Deinde cum dicit.

e ¶ Concludit ex p̃miſſis diffinitionem prudentiæ. Et dicit, ꝙ ex quo prudentia non eſt ſcientia, quæ eſt habitus demonſtratiuus circa neceſſaria, & non eſt ars q̃ eſt habitus cum ratione factiuus, relinquitur, quòd prudentia ſit habitus cũ vera ratione actiuus, non quidem circa factibilia, quæ ſunt extra hominem, ſed circa bona, & mala ipſius hominis. Deinde cum dicit.

f ¶ Aſſignat rationem eius quod dixerat.ſ.quòd prudentia ſit habitus actiuus circa hominis bona, & mala. Manifeſtum eſt.n. quòd ſemper finis factionis eſt aliquid alterum ab ipſa factione. Sicut finis ædificationis eſt ædificium conſtructum. Ex quo patet, ꝙ bonũ ipſius factionis non eſt in faciente, ſed in facto. Sic igitur ars, quæ eſt circa factiones, non eſt circa hominis bona uel mala, ſed circa bona, vel mala artificiatorum. Sed finis actionis non ſemper eſt aliquid alterum ab actione, quia quandoq; eupraxya.i. bona operatio eſt finis ipſi.i. ſibimet: vel etiam agenti, quod tamen non eſt ſemper. Nihil enim prohibet actionem ordinari

ordinari ad aliam ſicut ad finem, ſicut conſideratio effectuum ordinatur ad conſiderationem cauſæ. Finis autem eſt bonum vniuſcuiuſque. Et ſic patet quòd bonum actionis eſt in ipſo agẽte. Vnde prudentia, quę eſt circa actiones, dicitur eſſe circa hominis bona. Deinde cum dicit.

g ¶ Manifeſtat diffinitionem propoſitã per duo ſigna. Quorum primum eſt, ꝙ quia prudentia eſt circa hominis bona, & mala, propter hoc quidam qui dicebãt Pericles, & alios ſimiles exiſtimantur prudentes, ex eo, ꝙ poſſunt cõſiderare, quæ ſunt bona nõ ſolum ſibiipſi, ſed etiã aliis. Tales autem .ſ. qui ſibi, & aliis poſſunt bona ſpeculari exiſtimamus iconomicos, ideſt defenſatores bonorum, & politicos, .i. gubernatores ciuitatis. Secundũ ſignũ ponit ibi.

h ¶ Et dicit, ꝙ quia prudẽtia eſt circa bona, vel mala agibilia, inde eſt, ꝙ temperantia vocatur in græco ſophroſynin, quaſi ſaluans mentẽ, à qua etiam prudentia dicitur froneſis. Temperantia autem inquãtum moderatur delectationes & triſtitias tactus, ſaluat talẽ exiſtimationem, quæ .ſ. eſt circa agibilia, quæ ſunt hominis bona, vel mala. Et hoc patet per contrarium, quia delectabile, & triſte, quod moderatũ temperantia, non corrumpit .ſ. totaliter, neque peruertit contrariũ inducẽdo quãcumque exiſtimationem, puta ſpeculatiuam .ſ. ꝙ triangulus habeat, vel non habeat tres angulos æquales duob⁹ rectis. Sed delectatio, & triſtitia corrumpit, & peruertit exiſtimatiões, quę ſunt circa operabilia. Qualiter autẽ fiat talis corruptio oſtendit conſequent. Manifeſtum ẽ enim ꝙ principia operabilium ſunt fines cuius gratia fiunt operabilia, quæ ita ſe habent in operabilibus, ſicut principia in demonſtrationibus, vt habetũ in ſecundo Phyſicorum, quando autem eſt vehemens delectatio, vel triſtitia, apparet homini, ꝙ illud ſit optimum, per quod conſequitur delectationem, & fugit triſtitiam, & ita corrupto iudicio rationis, non apparet homini verus finis, qui eſt principium prudentiæ circa operabilia exiſtentis, nec appetit ipſum, neque etiam videtur ſibi, ꝙ oporteat omnia eligere, & operari propter verum finem, ſed magis propter delectabile. Quęlibet enim malitia, ideſt habitus vitioſus corrumpit principium, inquantum corrumpit rectam exiſtimationem de fine. Hanc autẽ corruptionem maxime prohibet temperantia. Et ſic concludit, ex prædictis ſignis, ꝙ neceſſe eſt prudentiam eſſe habitum operatiuum circa humana bona cum ratione vera. Deinde cũ dicit.

g Propter hoc Periclem, & tales prudentes exiſtimamus eſſe quoniam ipſis bona, & aliis poſſunt ſpeculari. Eſſe autem tales exiſtimamus diſpenſatiuos, & politicos.

h Hinc & temperantiã hoc appellamus nomine ſophroſynin, velut ſaluantem prudentiam. ſaluat autem talem exiſtimationem. Non enim omnem exiſtimationẽ corrumpit, neque peruertit delectabile, & triſte, puta quoniam trigonum duobus rectis æquales habet, vel non hẽt, ſed eas, quæ circa operabile. Prĩcipia quidem enim operabiliũ quod cuius, gratia operabilia. Corrupto autem propter delectationem, vel triſtitiam, confeſtim non apparebit principium neq; oportere huius gratia, neque pp hoc eligere omnia, & operari. Eſt.n.malitia corruptiua principii. Quare neceſſe prudentiã habitũ eſſe cũ rõne vera circa humana bona operatiuũ.

i Sed tamen artis quidẽ eſt virtus, prudentiæ autem non eſt.

k Sed tamen artis quidẽ eſt virtus, prudentiæ autem non eſt. Et in arte quidẽ volens peccãs eligibilior. Circa prudentiam autem minus, quemadmodum & circa virtutes. Manifeſtũ igitur, quoniam prudentia virtus quædam eſt, & non ars.

l Duabus autem entibus partibus animæ rationẽ habentium, alterius erit vtique virtus .ſ. opinatiuę. Opinio.n. circa contingens aliter habere eſt, & prudẽtia. Sed tamen neq; habitus cũ ratione ſolum. Signũ autẽ quoniam obliuio talis quidẽ habit⁹ eſt, prudentiæ aũt non eſt.

*Quo circa Periclem, & uiros tales arbitramur eſſe prudentes, quia quæ ſibiipſis, & quæ cæteris hominibus ſunt bona perſpicere poſſunt. Eſſe autem eos tales putamus ut ad rem familiarem atque ad rempublicam administrandam ſunt apti.*

G *Vnde & temperantiam conſeruatricem prudentiæ appellamus. Conſeruat autem talem exiſtimationem. Voluptas enim, & dolor, non omnem exiſtimationem corrumpit. Non enim hunc triangulum tres angulos æquales duobus rectis habere. Sed eas, quæ circa id habentur, quod cadit in actionem. Nam principium quidem rerũ agendarum, ideſt gratia cuius ſunt ipſæ. Enimuero, qui corruptus eſt ob uoluptatem aut dolorem, continuo non uidebitur principium ipſum, nec* H *huius gratia, ac propter hoc ipſum expetenda eſſe uniuerſa, atque agenda. Vitium enim principii corruptiuum ẽ. Quare prudentiam habitum eſſe agẽdi circa humana bona, uera cum ratione neceſſe eſt.*

*At uero artis quidẽ eſt uirtus, prudentiæ uero non eſt.*

*Et in arte quidem, qui ſua ſponte peccat magis eſt expetendus. Circa* I *uero prudentiam minus, quemadmodum & circa uirtutes. Patet igitur prudentiam uirtutem quandam eſſe, non artem.*

*Cum autem duæ ſint animæ partes rationem habentes, alterius erit ipſa prudentia uirtus, ipſius inquam opinatiuæ. Nam & opinatio circa id uerſatur, quod aliter ſeſe habere poteſt, &* K *prudentia ipſa. At qui neque habitus eſt cum ratione ſolum. Huius autem indicium eſt, talis quidem habitus obliuionem eſſe, prudentiæ uero non eſſe.*

i ¶ Oſtendit differentiam duplicem inter artem, & prudentiã ſecundum rationem virtutis humanæ. Quarum prima eſt, ꝙ circa artem requiritur virtus moralis, quę .ſ. rectificet vſum eius. Poteſt enim eſſe ꝙ aliquis habeat vſum artis, quo poteſt bonã domum ædificare, tamen non vult ppter aliquam aliam malitiam. Sed virtus moralis, puta iuſtitia facit, quod artifex recte vtatur arte ſua. Sed circa vſum prudentiæ non requiritur aliqua virtus moralis. Dictum eſt .n. ꝙ principia prudentiæ ſunt fines, circa quos conſeruatur rectitudo iudicii per virtutes morales: Vnde prudentia, quæ eſt circa humana bona, ex neceſſitate habet ſecum adiunctas virtutes morales tãquã ſaluantes ſua principia, non autem ars, quæ eſt circa bona exteriora. Sed poſtquã iam ars habetur, adhuc requiritur virt⁹ moralis, quæ rectificet vſum eius. Secundam differentiam ponit ibi.

K ¶ Manifeſtum ẽ enim ꝙ ſi aliquis peccat in arte ex propria voluntate, reputatur melior artifex, quàm ſi hoc non faciat ſpõte, qa tũc videret ex imperitia artis procedere, ſicut patet de his, qui loquuntur icongrue propria ſpõte. Sed circa prudentiam minus laudatur qui volens peccat, q̃ qui nolens, ſicut & circa virtutes morales. Et hoc ideo, quia ad prudentiam requiritur rectitudo appetit⁹ circa fines ad hoc ꝙ ſint ei ſalua ſua principia. Ex quo patet, quòd prudentia non eſt ars, quaſi in ſola veritate rationis conſiſtens, ſed eſt virtus ad modum moralium virtutum requirens rectitudinem appetitus. Deinde cũ dicit.

l ¶ Oſtendit quid ſit ſubiectum prudẽtiæ. Et dicit, ꝙ cum duæ ſint partes animæ rationalis, quarum vna dicitur ſcientificum, & alia ratiocinatiuũ ſiue opinatiuũ, manifeſtũ eſt, ꝙ prudẽtia eſt virtus alterius horũ .ſ. opinatiui. Opinio.n. eſt circa ea q̃ contingit aliter ſe habere, ſicut & prudẽtia. Et tñ quãuis prudẽtia ſit in hac parte rõnis ſicut in ſubiecto, rõne cuius dicitur virtus intellectualis, non tñ eſt cum ſola ratione ſicut ars, vel ſcientia, ſed requirit rectitudinẽ appetitus. Et huius ſignũ eſt, quia habitus qui eſt in ſola ratione, põt obliuioni tradi, ſicut ars, & ſciẽtia, niſi ſit habitus naturalis ſicut intellectus: prudentia aũt non datur obliuioni per diſſuetudinẽ. Aboletur aũt ceſſante appetitu recto, qui quamdiu manet, continue exercetur circa ea, quæ ſunt prudentiæ, ita ꝙ obliuio ſubrepere non poteſt.





## LECTIO V.

Poſtquàm Philoſophus determinauit de virtutibus intellectualibus, quæ perficiunt intellectum circa ea quæ ſunt ex principiis, hic determinat de virtutibus intellectualibus perficientibus intellectum circa ipſa prĩcipia. Et duo facit. Et primo quidem determinat de intellectu, qui eſt circa principia demonſtrationis. Secundo determinat de ſapientia, quæ eſt circa principia entium, ibi. {Sapientiam autẽ in artibus, &c.} Oſtendit ergo primo, quòd præter alias virtutes intellectuales, neceſſe eſt eſſe intellectum circa principia demõſtrationis. Eſt enim ſcientia, quædam exiſtimatio de vniuerſalibus, & de his, quæ ſunt de neceſſitate. Particularia enim, & contingentia nõ poſſunt attingere ad certitudinem ſcientiæ, quia non ſunt nota niſi ſecundum quod cadunt ſub ſenſu. Eſt autem conſiderãdum circa ſcientiam eorum, quæ demonſtrantur, quòd ipſius ſcientiæ, quæ eſt circa demõſtrabilia neceſſe eſt quædam eſſe principia. Quod ex hoc patet, quòd ſcientia eſt cum ratione demonſtratiua procedente ex principiis in concluſiones. Quia ergo ita ſe habet circa ſcientiã, neceſſe eſt, quòd principium ſcientiæ, neque ſit ſcientia, neque ars, neque prudentia, de quibus iã dictum eſt. Quòd autem horũ non ſit ſcientia, patet, quia id de quo eſt ſcientia eſt demonſtrabile, principia autem prima demonſtrationum ſunt indemonſtrabilia, alioquin procederetur in infinitum. Quòd autem non ſit horum principiorũ ars, vel prudentia, patet per hoc, quòd hæ duæ virtutes ſunt circa ea, quæ contingunt aliter ſe habere, quod non poteſt dici de principiis demonſtrationis. Oportet enim principia eſſe certiora concluſionibus, quæ ſunt ex neceſſitate. Ex hoc etiam patet, quòd horum principiorum non poteſt eſſe ſapientia, quæ eſt alia virtus intellectualis, de qua poſtea dicetur, quia ad ſapientem pertinet, quòd habeat demonſtrationem de aliquibus rebus, ideſt de primis cauſis entium, principia autem ſunt indemonſtrabilia, vt dictum eſt. Si ergo virtutes intellectuales de quibus ita verum dicimus, quòd eis numquam ſubeſt mendacium ſiue circa neceſſaria, quæ non contingit aliter ſe habere, ſiue circa contingentia ſunt iſti habitus, ſcientia prudentia ſub qua comprehendit artem, quę eſt etiam circa contingentia, & iterum ſapientia, & intellectus, cum nullum trium, quæ ſunt prudentia, ſapientia, & ſcientia, poſſit eſſe circa principia indemonſtrabilia, vt ex prædictis patet, relinquitur, quòd horum principiorum ſit intellectus. Accipitur autem hic intellectus nõ pro ipſa intellectiua potentia, ſed pro habitu quodam, quo ho-

A mo ex virtute luminis intellectus agentis naturaliter cognoſcit principia indemonſtrabilia. Et ſatis congruit nomen. Huiuſmodi enim principia ſtatim cognoſcuntur cognitis terminis, cognito enim quid eſt totum, & quid pars, ſtatim ſcitur, quòd omne totum eſt maius ſua parte. Dicitur autem intellectus ex eo, quòd intus legit, intuẽdo eſſentiam rei. Vnde, & in Tertio de anima dicitur, quòd obiectum proprium, intellectus, eſt quod quideſt. Et ſic conuenienter cognitio principiorum, quæ ſtatim innoteſcũt, cognito quod quideſt, intellectus nominatur. Deinde cum dicit. Tex.cõ.10.

### LECTIO V.

Vm autem ſcientia de vniuerſalibus eſt exiſtimatio, & de neceſſitate entibus. Sunt autem principia demonſtrabilium, & omnis ſcientiæ. Cum ratione enim ſciẽtia principii ſcibilis. Neque vtique ſcientia erit, neq; ars, neq; prudentia. Scibile quidem enim demonſtrabile. Hęc autem ſcilicet ars, & prudentia, ſunt exiſtẽtes circa contingentia aliter ſe habere. Neque vtique ſapientia horũ eſt. Sapientis enim de quibuſdam habere demonſtrationem eſt. Si vtique quibus verũ dicimus, & nequaquam mentimur circa contingentia, vel nõ contingentia aliter habere ſciẽtia, & prudentia eſt, & ſapientia & intellectus. Horum aũt trium nullum contingit eſſe. Dico aũt tria, prudentiam, ſcientiã, & ſapientiam. Relinquitur ergo, intellectum eſſe principiorum.

b Sapientiam autem in artib⁹ certiſſimis aſſignam⁹, puta Phydiam lathomiũ ſapiẽtem, Polycletum ſtatuificem. Hic quidẽ igitur nihil aliud ſignificantes ſapientiam, quàm quoniam virtus artis eſt.

c Eſſe autem quoſdam ſapientes exiſtimamus totaliter nõ ſecundum partem, nec aliud aliquid ſapientes, quemadmodũ Homerus ait in Margite. Hunc autem neq; vti foſſorem Dii poſuerunt, neq; aratorem, neq; aliter quidem ſapientem. Quare manifeſtũ, qm̃ certiſſima vtiq; ſcientiarum erit ſapientia.

### *LECTIO V.*

*Vm autem ſcientia exiſtimatio ſit de uniuerſalibus, & iis quæ neceſſario ſunt, ſintque demonſtrabilium ſcientiæque omnis principia, eſt enim ipſa ſcientia* B *cum ratione, principii rei ſcibilis, nec eſt ſcientia, nec ars, nec prudentia. Scientia, quia ipſum ſcibile demonſtrabile eſt. Ars, & prudentia, quia in iis uerſatur, quæ ſeſe aliter habere poſſunt. At neque ſapientia eſt. Eſt enim ſapientis de quibuſdam demonſtrationem habere. Quòd ſi ea, quibus uerum dicimus, & numquam falſum in iis, quæ poſſunt, aut non poſſunt aliter ſeſe habere, hæc ſunt ſcientia, prudentia, ſapientia, intellectus. Horum* C *autem trium habituum nullus eſſe poteſt, atque tres dico, prudentiam, ſciẽtiam, ſapientiam. Reſtat intellectum eſſe principiorum.*

*Sapiẽtiam in artibus his tribuimus, qui in ipſis ſunt exactiſſimi. Phydiam enim ſapientem ſculptorem lapidum dicimus, & Polycletum ſtatuarum itidem ſapientem. Atque hic per ſapientiam nil aliud intelligimus, quàm ipſius artis uirtutem.*

D *At quoſdam etiam eſſe ſapientes omnino, non aliqua ex parte nec aliquid aliud quàm ſapientes arbitramur ut in Margite dixit Homerus.*

*Diuum is munere, nec foſſor, nec*
*durus arator.*
*Nec ſapiens alia ulla nimirum extitit arte.*

*Quare conſtat exactiſſimam ſcientiarum ipſam ſapientiam eſſe.*

b ¶ Determinat de ſapientia. Et primo oſtendit, quid ſit ſapientia. Secundo infert quoddam correlarium ex dictis, ibi. {Oportet ergo ſapiẽtem, &c.} Circa primum duo facit. Primo oſtendit quid dicatur ſapientia particulariter ſumpta. Secundo, quid ſit ſapientia ſimpliciter, ibi. {Eſſe autem quoſdam, &c.} Dicit ergo primo, quòd inter artes nos aſſignamus nomen ſapientiæ certiſſimis artibus, quæ ſcilicet cognoſcentes primas cauſas in genere alicuius artificii dirigunt alias artes, quæ ſunt circa idem genus, ſicut architectonica ars, dirigit manualiter operantes. Et ſecundum hũc modũ dicimus Phydiam fuiſſe ſapientẽ laterum, & lapidum inciſorem, & Polycletum ſapiẽtem ſtatuificem, ideſt factorem ſtatuarum, vbi nihil aliud dicimus ſapiẽtiam, quàm virtutem artis, ideſt vltimum, & perfectiſſimum in arte, qua ſcilicet aliquis attingit ad id, quod eſt vltimum, & perfectiſſimum in arte. Hoc enim eſt virtus vniuſcuiuſque rei, vt dicitur in Primo de Cęlo. Deinde cum dicit. Tex.cõ.16.

B c ¶ Oſtendit quid ſit ſapientia ſimpliciter. Et dicit, quòd ſicut exiſtimamus quoſdam eſſe ſapientes in aliquo artificio, ita etiam exiſtimamus quoſdam eſſe ſapientes totaliter, ideſt reſpectu totius generis entium, & non ſecundum aliquam partem, etiam ſi non ſint ſapientes circa aliquod aliud artificium, ſicut Homerus dicit de quodam, quòd Dii eum poſuerant non foſſorem, neque aratorem, neque ſecundum aliquod aliud particulare artificium, ſed poſuerunt eum ſapientem ſimpliciter. Vnde manifeſtum eſt, quòd ſicut ille, qui eſt ſapiens in aliquo artificio eſt certiſſimus in illa arte, ita illa, quæ eſt ſapientia ſimpliciter, eſt certiſſima inter omnes ſcientias, inquantum ſcilicet attingit ad prima principia entium, quę ſecundum ſe ſunt notiſſima, quamuis aliqua illarum, ſcilicet immaterialia ſint minus nota quoad nos. Vniuerſaliſſima autem principia ſunt etiam quo ad nos magis nota, ſicut ea, quæ pertinent ad ens, inquantum eſt ens, quorum cognitio pertinet ad ſapientiam ſic dictam, vt patet in Quarto Metaphyſicæ. Deinde cum dicit. Tex.cõ.1.

d Oportet ergo ſapientem nõ ſolum quæ ex principiis ſcire, ſed & circa principia verum dicere. Quare vtique erit ſapientia, intellectus, & ſcientia.

*Sapientem ergo non ſolum ea ſcire quæ ex principiis cognoſcuntur, ſed etiam circa principia dicere uera oportet. Quare ſapientia, intellectus eſt, & ſcientia.*

## LECTIO VI.

G ET quemadmodum caput habens ſciẽtia honorabiliſſimorum.

*ET ut caput habens ſcientia rerum earum, quæ ſummis afficiuntur honoribus.*

b Inconueniẽs enim ſiquis ſciẽtiam politicam, vel prudẽtiam ſtudioſiſſimam exiſtimat eſſe, ſi nõ optimum eorum, quæ in mũdo homo eſt.

*Perabſurdum eſt enim ſi quiſpiam facultatem ciuilem, aut prudentiam ſtudioſiſſimam eſſe putet, ſi non ſit homo eorum optimum, quæ ſunt in mundo.*

c Si vtiq; ſanum quidem & bonum alterum hominibus, & piſcibus, album autem & rectum idem ſemper, & ſapiẽs idem oẽs de diuinis vtique dicerent, prudens aũt alterum. Circa ſeipſũ enim ſingula quidem bene ſpeculans diceretur vtiq; eſſe prudens. Et huic concederent ipſa. Propter quod & beſtiarum quidem prudentes aiunt eſſe, quęcumq; circa ipſarum vitam videntur potentiã habere prouiſiuam. Manifeſtum autem vtiq; erit, quoniã non vtiq; erit ſapiẽtia, & politica eadẽ. Si enim ea, quæ circa vtilia ipſis dicunt ſapientiam, multæ erunt ſapientiæ. Non enim vna circa omniũ bonum animalium, ſed altera circa ſingula. Sed nõ & medicinalis vna de omnibus entibus.

H *Quòd ſi ſaluare quidem, ac bonũ aliud eſt hominibus, aliud piſcibus, album autem, & rectum ſemper eſt idem, & ſapiens omnes idem profecto, prudens uero diuerſum dixerint eſſe, quod enim circa ſeipſum recte, ſingula perſpicit id prudentiam habere dixerint, & huic ipſa commiſerint. Quapropter, & nonnullas belluas prudentiam habere dicunt quæcumq; in ſua uita prouidendi uim habere uidentur. Conſtat igitur eandem non eſſe ſapientiam, & facultatem ciuilem. Nam ſi eam facultatem ſapientiam eſſe dicent, quæ circa commoda propria uerſatur, multæ ſane ſapientiæ erunt.* I *Non enim una circa omnium animalium bonum, ſed alia atque alia circa unumquodque uerſatur, niſi de omnibus, quæ ſunt, una ſit & facultas medendi.*

d Si autem quoniam optimum homo animalium aliorum, nihil differt. Etenim homine alia

*Quòd ſi homo præſtantiſſimum eſſe cæterorum animalium diceretur nil refert, Etenim homine ſunt alia longe*

d ¶ Infert quoddam correlarium ex dictis. Et dicit, ꝙ quia ſapientia eſt certiſſima. Principia autem demonſtrationũ ſunt certiora concluſionibus, oportet, ꝙ ſapiens non ſolum ſciat ea quæ ex principiis demonſtrationum concluduntur circa ea, de quibus conſiderat, ſed etiam, ꝙ verum dicat circa ipſa principia prima, non quidem ꝙ demonſtret ea, ſed inquãtum ad ſapiẽtes pertinet notificare communia, puta totum & partẽ, æquale & inæquale, & alia huiuſmodi, q̄bus cognitis, principia demonſtrationũ innoteſcũnt. Vnde & ad huiuſmodi ſapientem pertinet diſputare contra negãtes principia, vt patet Tex.cõ.8. in Quarto Metaphyſicę. Sic ergo vlteriꝰ concludit, ꝙ ſapientia, inquantum dicit verum circa principia, eſt intellectus, inquantum autẽ ſcit ea quæ ex principiis concludũtur, eſt ſciẽtia. Diſtinguitur tamen a ſcientia communiter ſumpta ꝑ eminẽtiam quam habet inter alias ſcientias, eſt enim virtus quædam omniũ ſciẽtiarum.

## LECTIO VI.

POſtquàm Philoſophus determinauit de ſingulis virtutibus intellectualibꝰ hic oſtendit, quæ ſit præcipua inter eas. Et primo oſtendit, q̄ ſit præcipua ſimpliciter. Secundo, quæ ſit præcipua in genere agibilium humanorum, ibi. {Erat autẽ Lectio. 19. vtique, &c.} Circa primum duo facit. Primo oſtendit, ꝙ ſapiẽtia ſit ſimpliciter præcipua inter oẽs. Secundo infert quoddam correlarium ex dictis, manifeſtans ꝑ ſignum quoddam ea quæ dicta ſunt, ibi. {Propter quod Anaxagoras, &c.} Circa primum tria facit. Primo proponit quod intendit. Secundo, excludit errorem contrarium, ibi. {Inconueniens enim, &c.} Tertio concludit veritatem, ibi. {Ex dictis vtique manifeſtum, &c.} Dicit ergo primo, ꝙ ſapientia nõ eſt qualitercumque ſcientia, ſed ſcientia rerum honorabiliſſimarum, ac diuinarum, ac ſi ipſa habeat rationẽ capitis inter omnes ſciẽtias. Sicut enim per ſenſus, qui ſunt in capite diriguntur motus & operationes omnium aliorum membrorum, ita ſapientia dirigit omnes alias ſcientias, dum ab ea omnes alię ſua principia ſupponunt. Deinde cum dicit.

b ¶ Excludit quorumdam errorem, qui attribuebant principalitatem inter omnes ſcientias politicæ, per quam gubernatur multitudo, aut prudentiæ per quam aliquis gubernat ſeipſum, attendentes ad vtilitatem magis q̃ ad ſcientiæ dignitatem. Sciẽtiæ.n. ſpeculatiuæ, vt dicitur in principio Metaphyſicæ non quęruntur, quaſi ad aliquid vtiles, ſed ſicut per ſe honorabiles, vnde circa hoc duo facit. Primo excludit hunc errorem. Secundo remouet quandam obiectionem, ibi. {Si autem, quoniam optimum, &c.} Circa primum ponit duas rationes. Circa quarum F primam dicit, ꝙ inconueniens eſt ſi quis politicam, vel prudentiam exiſtimet eſſe ſcientiam ſtudioſiſſimam, ideſt optimam inter ſcientias; Quod quidem eſſe non poſſet niſi homo eſſet optimum eorum, quæ ſunt in mundo. Scientiarum.n. vna melior ẽ, & honorabilior altera ex eo ꝙ eſt meliorum, & honorabilium, vt dicitur in primo de anima. Hoc autẽ eſt falſum, ꝙ homo ſit optimum horum quæ ſunt in mundo, ergo nec politica, ſeu prudentia, quæ ſunt circa res humanas, ſunt optimæ inter ſcientias. Secundam rationẽ ponit ibi.

c ¶ Quæ quidem procedit ex hoc, ꝙ quędam ſunt, quorũ ratio conſiſtit in proportione, & habitudine ad aliquid. Et ideo hmõi non poſſunt eſſe eadem quãtum ad omnia. Sicut patet, ꝙ non idem ẽ ſanum, & bonum hominibus, & piſcibus. Quædam vero dicũtur abſolute, ſicut album in coloribus, & rectum in figuris. Et quia ſapientia eſt de his, quę in ſe, & abſolute ſunt talia, eſt.n. de primis entibus, oportet ab omnibꝰ dici, ꝙ idem ſit, quod ẽ ſapiens in omnibus, & ꝙ ſit eadem ſapientia ſimpliciter reſpectu omnium. Sed id, quod eſt prudens, oportet, ꝙ ſit alterum apud diuerſos ꝓpter hoc, ꝙ prudentia dicitur ſecundum proportionem, & habitudinem ad aliquid. Ille.n. qui poteſt bene ſpeculari ſingula, q̄ pertinẽt ad ſeipſum, dicitur eſſe prudens, & tali conceditur ſiue attribuitur prudẽtia. Et inde eſt, ꝙ per quandam ſimilitudinẽ, homines quaſdã beſtias dicũt eẽ prudentes, quæcumq; .ſ. videntur habere quandam potentiam prouiſiuam circa propriam vitam, non quidem ex ratione, quod ꝓprie ad prudentiam pertinet. Sic igitur manifeſtum eſt, ꝙ ſapientia, quæ eſt præcipua, non eſt idem quod plitica. Si enim poneremus ꝙ illa ſcientia, quæ eſt circa vtilia, qualis eſt politica, K eſſet ſapientia, quæ eſt omnium caput, ſequeretur, ꝙ eſſent multæ ſapientiæ. Non enim poteſt eſſe vna aliqua ratio circa ea, quę ſunt bona omnibus animalibus, ſed oportet, ꝙ circa ſingula animalia ſit altera conſideratio conſiderans quid ſi bonum vniuſcuiuſque. Et eadem ratio eſt de medicina, quæ non poteſt eſſe vna omnium. Dictum eſt enim ſupra, ꝙ ſicut ſanum, ita & bonum eſt alterum hominibus, & piſcibus. Oportet autem eſſe vnam ſolam ſapientiam, quia ad eam pertinet conſiderare, quæ ſunt cõmunia omnibus entibus. Vnde relinquitur, ꝙ politica, quæ eſt gubernatiua humanæ multitudinis, nõ poteſt eſſe ſapientia ſimpliciter, & multo minus prudentia communiter dicta, quę eſt gubernatiua vnius. Deinde cum dicit.

d ¶ Excludit quandam obiectionem. Poſſet enim aliquis dicere, politicam, ſeu prudentiam, cum ſit de rebus humanis, eſſe ꝑcipuã; quia homo eſt excellentior inter alia animalia. Sed hoc nihil refert ad propoſitum, quia quædam alia ſecundum ſuam



multum diuiniora, ſecundũ naturam. Puta manifeſtiſſima ex quibus mundus conſtat.

*diuiniora natura, ut ea manifeſtiſſima ex quibus ipſe conſtitit mundus.*

e Ex dictis vtique manifeſtum, quoniam ſapientia eſt ſcientia, & intellectus honorabiliſſimorum natura.

*Patet igitur ex his, quæ diximus, ſapientiam ſcientiam eſſe, & intellectũ eorum, quæ honorabiliſſima ſunt natura.*

f Propter quod Anaxagoram, & Thaletem, & tales ſapientes quidem, prudentes aũt nõ, aiũt eſſe, cum videant ignorantes cõferẽtia ſibiipſis & ſuperflua quidem, & admirabilia, & difficilia & diuina ſcire ipſos aiunt, inutilia autẽ, qm̃ non humana bona quærunt. Prudentia autem circa humana, vel de quibus eſt cõſiliari. Prudentis enim maxime hoc opus eſſe dicimus bene cõſiliari. Conſiliatur autẽ nullus de impoſſibilibus aliter habere, neque de quibuſcumque non finis aliquis eſt; & hoc operabile bonum. Simpliciter aũt bonus conſiliator eſt optimi boni operabilium coniectatiuus, ſecundũ ratiocinationem.

*Quapropter Anaxagorã, & Thaletem, & ſimiles ſapientes quidem, at* B *non prudentes inquiunt eſſe cum uident ipſos propria cõmoda ignorare. Et ſuperflua quidem & admirãda, & difficilia cognitu diuinaq; ſcire ipſos, Sed inutilia dicunt, quia non quærunt bona humana. Prudentia autem circa humana uerſatur, & in quibus habet conſultatio locũ. Prudentia enim hoc maxime opus dicimus eſſe bene inquã conſulere. Conſultat autem de his nemo, quæ aliter ſeſe habere non poſſũt, & quorum non eſt aliquis finis, atque* C *is bonum agendum. Is autem ad bene conſulendum eſt ſimpliciter aptus, qui coniectura, quod eſt homini optimum eorum, quæ cadunt in actionem, excogitando mente capere poteſt.*

g Neque eſt prudentia vniuerſalium ſolum, ſed oportet & ſingularia cognoſcere. actiua.n. actio autem circa ſingularia. Propter quod & quidã non ſciẽtes quibuſdam ſciẽtibus magis, & in aliis experti. Si enim ſciat, quoniam leues bene digeſtibiles carnes & ſanę, quales autem leues ignorat, non faciet ſanitatem. Sed ſciens, qm̃ quę volatilium leues & ſanæ faciet magis. prudentia aũt actiua. Quare oportet ãbas hr̃e, vel hãc magis.

*Neque prudentia eſt uniuerſaliũ ſolum, ſed ſingula etiã oportet cognoſcere. Eſt enim actiua. Et actio circa ſingula ipſa uerſatur. Quapropter et neſcientes nonnulli magis quàm non nulli ſcientes idonei ſunt ad agẽdum, & cæteris ii, qui ſunt experti. Nam ſi* D *quiſpiam ſciat leues carnes facile concoqui, ac eſſe ſalubres, quæ uero ſint leues ignoret, non efficiet ſanitatem. Sed qui ſcit auium carnes leues eſſe, atq; ſalubres, is efficiet magis. Prudẽtia aũt eſt actiua. Quare utrãq; cognitionẽ, aut hãc potius habere oportet.*

## LECTIO VII.

ERit autem quędam vtique, & hæc architectonica.

*ERit autem quædam et hæc architecturæ ſubiens rationem.*

b Eſt autem, & politica, & prudentia quidẽ idem habitus, eſſe quidem non idem ipſis.

E *Atqui ciuilis facultas, & prudentia idem eſt habitus, eſſe tamen ipſarũ non idem eſt.*

naturam ſunt multum diuiniora propter ſui excellẽtiam, q̄ homo. Et vt taceamus de deo, & ſubſtantiis ſeparatis, quæ non ſubiacent ſenſibus, etiam ipſa, quæ manifeſtiſſima ſunt ſenſui ex quibus conſtant mundus, ſ. cœleſtia corpora, ſunt homine potiora, ſiue comparemus corpus corpori, ſiue comparemus ſubſtãtias mouẽtes animæ humanę. Deinde cum dicit.

e ¶ Concludit veritatem, ſcilicet ꝙ ſapientia ſit ſcientia, & intellectus, vt prius dictum eſt, non circa quæcumq;, ſed circa honorabiliſſima. Et hoc eſt ex dictis manifeſtum. Quia ſi aliqua ſcientia eſſet honorabilior, hoc præcipue conueniret politicæ, & prudentiæ, qđ ſupra eſt improbatũ. Deinde cũ dicit.

f ¶ Infert quoddam corrollarium ex præmiſſis per quod manifeſtantur quædam quæ prædicta ſunt. Et circa hoc duo facit. Primo īducit corollariũ. Secundo manifeſtat quandam ipſius partem, ibi. {Neque prudentiæ, &c.} Dicit ergo primo, ꝙ quia prudẽtia eſt circa bona humana. Sapientia autẽ circa ea, q̄ ſunt homine meliora, inde eſt, ꝙ homines dicũt Anaxagoram, & quendam alium Philoſophum qui vocabatur Thales, & alios ſimiles eſſe quidem ſapientes, non autẽ prudentes, eo ꝙ homines vidẽt eos ignorare ea, quæ ſunt ſibiipſis vtilia, & dicunt eos ſcire inutilia, & admirabilia quaſi excedentia cõmunem hominũ notitiam, & difficilia, q̄ indigent diligenti inquiſitione, & diuina propter nobilitatem naturæ. Ponit autẽ ſpecialiter exẽplũ de Thalete, & Anaxagora, quia ſpecialiter ſuꝑ hoc reprehẽſi ſũt. Cum.n. Thales exiret domum, vt aſtra conſideraret, incidit in foueam, eoq; lugẽte, dixit ad eum quædam vetula. Tu quidem o Thales, quæ ante pedes ſunt, nequis videre, & quæ ĩ cœlo ſunt, putas cognoſcere? Anaxagoras autem cum nobilis, & diues eſſet paterna bona ſuis dereliquit, & ſpeculationi naturalium ſe dedit, non curans de politicis, vnde vt negligens reprehendebatur. Et dicenti ſibi, non eſt tibi cura patriæ? Reſpondit. Mihi patria valde curæ eſt, oſtenſo cœlo. Ideo autem homines dicunt eos ſcire inutilia, quia non inquirunt de bonis humanis, ꝑꝑ quod etiam non dicuntur eſſe prudentes. Nam prudentia eſt circa bona humana, de quibus contingit conſiliari. Prudentis autem maxime videtur eſſe opus bene conſiliari. Nullus autem conſiliatur de neceſſariis, quæ impoſſibile eſt aliter ſe habere, cuiuſmodi ſunt res diuinæ, de quibus Sapientes prędicti conſiderant. Neq; etiam A poteſt eſſe conſilium, de quibuſcumque rebus non ordinatis ad aliquem finem, qui eſt operabile bonum, de quibus conſiderant ſcientiæ ſpeculatiuæ, etiam ſi ſint circa corruptibilia. Ille autẽ eſt ſimpliciter bonus conſiliator, & per conſequens prudens, q ratiocinando poteſt cõiicere quid ſit optimum homini ad operandum. Deinde cum dicit.

g ¶ Manifeſtat quoddam, quod dixerat, aſſignãs .ſ. rationẽ, quare prudentia ſit circa operabilia. Prudentia enim non ſolum conſiderat vniuerſalia, in quibus non eſt actio, ſed oportet, ꝙ cognoſcat ſingularia eo ꝙ eſt actiua, ideſt principium agendi. Actio autem eſt circa ſingularia. Et inde eſt, ꝙ quidam nõ habẽtes ſcientiã vniuerſalium ſunt magis actiui circa aliqua particularia, q̄ illi, q habent vniuerſalem ſcientiam; eo ꝙ ſunt in aliis particularibꝰ experti. Puta ſi aliqs medicus ſciat, ꝙ carnes leues ſunt bene digeſtibiles, & ſanæ, ignoret autem quales carnes ſint leues, non poterit facere ſanitatem. Sed ille, q ſcit, ꝙ carnes volatilium ſunt leues, & ſanæ, magis poterit ſanare. Quia igit̃ prudentia eſt ratio actiua, oportet ꝙ prudẽs habeat vtramque notitiam .ſ. & vniuerſalium, & particulariũ, vel ſi alteram contingat ipſum habere, magis debet habere hãc ſcilicet notitiam particularium, quæ ſunt propinquiora operationi.

## LECTIO VII.

POſtquàm Philoſophus oſtẽdit quid ſit pręcipuum ſimpliciter iter omnes virtutes intellectuales, hic oſtendit, quid ſit pręcipuum circa res humanas. Et primo oſtẽdit propoſitum. Secundo, manifeſtat quoddam quod ſupra dixerat, ibi. {Signum autem eſt eius, &c.} Circa primum tria facit. Primo proponit quod intendit. Secundo manifeſtat propoſitum, ibi. {Eſt autem politica.} Tertio excludit quendam errorem, ibi. {Quæ circa ſeipſum, &c.} Dicit ergo primo, ꝙ quamuis in cognitione rerum humanarum non conſiſtat ſapientia, quæ eſt ſimpliciter principalis inter omnia, tamen eſt quędam architectonica, ideſt principatiua, & dominatiua ratio ſiue notitia hic, ideſt in genere rerum humanarum. Deinde cum dicit.

b ¶ Manifeſtat propoſitum, diſtinguens ea quæ pertinent ad notitiam rerum humanarum. Et primo diſtinguit politicam, & prudentiam. Secundo determinat de politica, ibi. {Eius autẽ, quæ circa ciuitatem, &c.} Tertio determinat de prudentia, ibi. {Videtur

{Videtur autem, & prudentia, &c.} Dicit ergo, ꝙ prudentia, & politica ſunt idem habitus, ſecundum ſubſtantiam, quia vtraq; eſt recta ratio rerũ agibilium circa humana bona, vel mala, ſed differunt, ſecundum rationẽ. Nam prudentia eſt recta ratio agibilium, circa vnius hominis bona, vel mala, ideſt ſuiipſius. Politica autem circa bona, vel mala totius multitudinis ciuilis. Ex quo patet, ꝙ ita ſe habet politica ad prudentiam, ſicut iuſtitia legalis ad virtutem, vt ſupra in Quinto habitum eſt. Poſitis autem duobus extremis intelligit medium. ſ. œconomica, quæ medium eſt inter vnum hominem, & ciuitatem. Deinde cum dicit.

Lectio. 2.

c ¶ Determinat de politica. Et diſtĩguit eã in duas partes dicens, ꝙ eius habitus, qui eſt circa totam ciuitatem, vna pars eſt quaſi prudẽtia architectonica, quæ dicit legis poſitiua. Dicit enim pars architectonica, quæ determinat aliis quid ſit agendũ. Vnde principes imponentes legem ſuis ſubditis, ita ſe habẽt in ciuilibus ſicut architectores in artificialibus. Et propter hoc, ipſa lex poſitiua ideſt ratio recta, ſecũdum quam principes leges rectas ponũt, dicitur architectonica prudentia. Alia autẽ pars politicæ cõmuni nomine vocat politica, quæ. ſ. conſiſtit circa ſingula operabilia. Leges enim cõparãtur ad opera humana ſicut vniuerſalia ad particularia, vt de iuſtis legalibus dictum eſt in Quinto. Et ſicut legis poſitiua eſt præceptiua, ita & politica eſt actiua, & conſeruatiua, eorumque lege ponuntur. Et hoc patet, ꝙ ad eiuſmodi politicam executiuam pertinet ſententia, quæ nihil aliud eſt. q̃ applicatio rationis vniuerſalis ad particulare operabile. Non enim dicitur ſententia, niſi de aliquo operabili. Et quia omne operabile eſt ſingulare, inde eſt, ꝙ ſententia eſt alicuius extremi, ideſt ſingularis, quod dicitur extremum, quia & ab eo incipit noſtra cognitio ad vniuerſalia procedens, & ad ipſum terminatur in via deſcenſus. Poteſt etiam & ipſa ſententia dici extrema, quia eſt applicatio legis vniuerſaliter poſitæ ad ſingulare operabile. Et quia iſta executiua legis poſitiuæ retinet ſibi commune nomen politicæ, inde eſt, ꝙ iſti ſoli, qui exequuntur leges poſitas, dicũtur conuerſari ciuiliter q̃a iſti ſoli operantur in ciuilibus, ſicut chirotechnæ, ideſt manuales artifices in artificialibus, & comparantur ad legis poſitores ſicut ad architectores. Deinde cum dicit.

d ¶ Agit de prudentia. Et primo oſtendit, quæ dicatur prudẽtia. Secundo infert quoddam corollarium ex dictis, ibi. {Species quidem igitur, &c.} Dicit ergo primo, ꝙ quamuis politica tam legis poſitiua, q̃ executiua ſit prudentia, tamen maxime videtur eſſe prudentia, quæ eſt circa vnum tantum, ſcilicet circa ſeipſum. Et talis ratio ſuiipſius gubernatiua retinet ſibi commune nomen prudentiæ, quia aliæ partes prudẽtiæ habent propria nomina, quibus nominantur. Earum enim quędã dicitur œconomica, ideſt prudentia diſpenſatiua domus, quædam vero dicitur legis poſitiuo, ideſt prudentia ponendi leges, quędam vero eſt

F politica, ideſt prudentia exequendi leges. Et quælibet earũ diuiditur in conſiliatiuam, & iudicatiuam. Oportet enim in agibilibus primo per inquiſitionem conſilii aliquid inuenire, ſecundo de inuentis iudicare. Eſt autem conſiderandum, ꝙ ſicut ſupra dictum eſt, prudentia non eſt in ratione ſolum, ſed habet aliquid in appetitu. Omnia ergo de quibus hic fit mentio in tãtum ſunt ſpecies prudentiæ, inquantum non in ratione ſola conſiſtunt, ſed habent aliquid in appetitu: inquantum enim ſunt in ſola ratione, dicuntur quædam ſcientiæ practicæ ſcilicet æthica, œconomica, & politica. Eſt etiam conſiderandum, ꝙ quia totum eſt principalius parte, & per conſequens ciuitas q̃ domus, & domus q̃ vnus homo, oportet, quòd prudẽtia politica ſit principalior, quam œconomica, & hoc q̃ illa, quæ eſt ſuiipſius directiua. Vnde & legis poſitiua eſt principalior inter partes politicæ, & ſimpliciter pcipua circa agibilia humana. Deinde cum dicit.

e ¶ Infert quoddã corollarium ex dictis. Et dicit, quòd ex quo prudentia, quæ eſt circa ſeipſum, eſt pars communis prudentiæ, conſequens eſt ꝙ ſcire ea quę ſibiipſi bona ſunt, qđ pertinet ad hanc prudentiam, ſit quædam ſpecies cognitiõis humanæ, q̃ habet multam differentiam, vel ab aliis ſpeciebus cognitionis humanæ, vel propter diuerſitatem eorum, quæ ad vnum hominem pertinent. Deinde cum dicit.

f ¶ Excludit quendam errorem. Et primo ponit ipſum. Secundo inducit probationem eius, ibi. {Propter quod, & Euripidem, &c.} Tertio ſoluit improbans errorem, ibi. {Quamuis forte, & cætera.} Dicit ergo primo, quòd quibuſdam videtur ſolus ille prudens, qui habet ſcientiam, & exercitium circa ea, quæ ad ſeipſum pertinent. Illi autem, qui ſunt politici non videntur eſſe prudentes, ſed magis polipragmones, ideſt intromittentes ſe de multis, ſcilicet quæ ad multitudinem pertinent. Deinde cum dicit.

K g ¶. Inducit probationem prædicti erroris. Et primo quidem per dictum Euripidis poetæ, qui inducit quendam pro ſua ciuitate militantem talia dicentem. Qualiter ego eſſem prudens, quum, ſcilicet mihi aderam innegocioſe, ideſt cum ego mea negocia non tractarem, ſed quum ſim numeratus inter multos, participo militia æquali mihi, & aliis. Secundo ibi.

h ¶ Inducit ad idem rationem. Et dicit, quòd quidam dicũt politicos non eſſe prudentes, tamquam ſuperfluis, ideſt ſuperuacaneis rebus intendentes, & tamquam operantes aliquid amplius, quàm ad eos ſpectet. Homines enim propter priuatum amorem, quem inordinate ad ſeipſos habent, quærunt ſolum id quod eſt ſibiipſis bonum. Et exiſtimant, ꝙ hoc ſolum oporteat vnumquodque operari, quod ſcilicet ſibi eſt bonum. Et ex hac opinione hominum venit, quòd illi ſoli ſint prudentes, qui propriis negociis intendunt. Deinde cum dicit.

c Eius autem, quæ circa ciuitatem: hæc quidem, vt architectonica prudentia legis poſitiua. hæc autem vt ſingularia cõmune habet nomen politica. Ipſa autem actiua, & conſiliatiua. Sẽtentia enim operabilis vt extremi. Propter quod ciuiliter conuerſari hos ſolum dicunt. Soli enim operãtur iſti, quemadmodum chirotechnæ. G

*Eius autem, quæ in ciuitate uerſatur, ea quidem, quæ eſt ut architectura prudentia, legum eſt ferendarum facultas. Quæ uero in ſingulis uerſatur ciuilis nomine cõmunis uocatur. Hæc autem eſt actiua deliberatiua. Decretum enim in actionem uenit, ut ultimum. Iccirco rem ciuilem hos ſolos gerere dicunt. Hi namque ſoli agunt, perinde atque ii, qui ſuis manibus artis conficiunt opus.*

d Videtur autem & prudentia maxime eſſe, quę circa ſeipſum & vnũ. et habet ipſa commune nomen prudentia. Illarum aũt hæc quidẽ œconomia. hæc autem legis poſitio. hæc autẽ politica. Et huius hæc quidẽ conſiliatiua. hæc aũt iudicatiua.

*Videtur autem ea maxime prudentia eſſe, qua ſibiipſi quiſpiam uni quærit, ac proſpicit bona. Atque hæc ipſo communi nomine prudentia nuncupatur. Illarum autem alia gubernandæ rei familiaris, alia ferendarum legũ facultas, alia ciuilis uocatur. Atq; huius alia eſt deliberatiua, alia iudicialis.*

H e Species quidẽ vtiq; igitur q̃dã erit cognitiõis ſibiipſi ſcire, ſed habet differentiã multam.

*Cognitionis igitur quædam ſpecies fuerit ea, quæ bona ſunt ſibi ſcire. Sed magnam differentiam habet.*

f Et videtur, qui circa ſeipſum ſciens, & exercitans prudens eſſe. Politici autem polypragmones.

*Atque qui ſciunt ea, quæ ſibiipſis ſunt bona, in illiſque uerſantur, prudentes eſſe uidentur. Ciuiles autem negocioſi.*

g Propter quod & Euripides. Qualiter autem vtique prudẽs eſſet cui aderam innegocioſe, & multis numeratus militia æqualiter participare.

*Quapropter, & Euripides dixit.*
*Qui nãque prudẽs ſum negocio ſine.*
*Licebat inter milites, cui uiuere,*
*Aequamue partem habere cunctis ex bonis.*

I h Superfluos .n. & aliquid operantes amplius. Quærunt .n. ſibiipſis bonũ, & exiſtimãt oportere operari. Ex hac igitur opinione venit hos prudẽtes eſſe.

*Quærunt enim quod ſibiipſis eſt bonum, & hoc arbitrantur eſſe agendum. Ex hac igitur opinione eſt ortũ prudentes hos eſſe.*





i ¶ Excludit hunc errorem. Et dicit, quòd proprium bonum A vniuſcuiuſque ſingularis perſonæ non poteſt eſſe ſine æconomia, ideſt ſine recta diſpenſatione domus: neque ſine vrbanitate, ideſt ſine recta diſpenſatione ciuitatis, ſicut nec bonum partis poteſt eſſe ſine bono totius. Vnde patet, quòd politici, & iconomici non intendunt circa aliquid ſuperfluum, ſed circa id quod ad ſeipſos pertinet. Nec tamẽ ſufficit politica, & iconomica ſine prudentia propriorum. quia recte diſpoſita ciuitate & domo, adhuc eſt immanifeſtũ, qualiter oportet diſponere ea, quæ ad ſe ipſum pertinent. Et ideo oportet ad hoc intendere per prudentiam, quæ eſt circa proprium bonũ. Deinde cum dicit.

K ¶ Manifeſtat quoddam, quod ſupradictũ eſt, ſcilicet quòd prudentia non ſit ſolum circa vniuerſalia, ſed etiam circa ſingularia. Et circa hoc duo facit. Primo oſtẽdit propoſitum. Secundo ex hoc comparat prudentiã ſciẽtiæ, & intellectui. ibi. {Quoniam autẽ prudentia.} Circa primum ponit duas rationes. Circa quarũ primam duo facit. Primo oſtendit propoſitum per ſignum quoddam. Secundo circa hoc quandam quæſtionem inducit. ibi. {Quia, & hoc vtique aliquis, &c.} Dicit ergo primo, ꝙ ſignum eius quod ſupradictum eſt, ſcilicet quòd prudentia non ſit ſolum circa vniuerſalia, ſed etiã circa particularia eſt, q̃a iuuenes fiunt geometrici & diſciplinati, ideſt in ſcientijs diſciplinalibus ſiue mathematicis docti, & fiunt ſapientes in talibus, ideſt ad perfectionem iſtarum ſcientiarum pertingentes, non autem videtur, quòd iuuenis fiat prudens. Cuius cauſa eſt, quia prudentia eſt circa ſingularia quæ fiunt nobis cognita per experientiam. Iuuenis autem non poteſt eſſe expertus, quia ad experientiam requiritur multitudo temporis. Deinde cum dicit.

l ¶ Mouet circa hoc quæſtionem. ſ. quare puer poteſt fieri mathematicus, nõ autem poteſt fieri ſapiens, ideſt methaphyſicus, vel phyſicus, ideſt naturalis. Ad hoc reſpondet Philoſophus, quia hæc quidem, ſ. mathematicalia cognoſcũtur per abſtractionem a ſenſibilibus quorum eſt experientia: & ideo ad cognoſcendum talia non requiritur temporis multitudo. Sed principia naturalia, quæ nõ ſunt abſtracta a ſenſibilibus per experientiam conſiderantur, ad quam requiritur temporis multitudo. Quantum autẽ ad ſapientiam ſubiungit: quòd iuuenes ſapientialia quidẽ ſcilicet methaphyſicalia non credunt, ideſt non attingunt mente, licet dicãt ore, ſed circa mathematica nõ eſt immanifeſtum eis, quod quid eſt, quia rationes mathematicorum ſunt rerum imaginabilium, ſapientialia autem ſunt pure intelligibilia. Iuuenes autẽ de facili capere poſſunt ea, quæ ſub imaginatione cadunt. Sed ad illa, quæ excedunt ſenſum, & imagi- nationem non attingunt mente, quia nondum habent intellectum exercitatum ad tales conſiderationes, Tum propter paruitatem tẽporis, Tum propter plurimas mutationes naturæ. Erit ergo congruus ordo addiſcendi: vt primo quidem pueri logicalibus inſtruãtur, quia logica docet modum totius philoſophiæ. Secundo autem inſtruendi ſunt in mathematicis, quæ nec experientia indigẽt, nec imaginationem tranſcendunt. Tertio autẽ in naturalibus, quę & ſi non excedunt ſenſum, & imaginationẽ: requirunt tamen experiẽtiam. Quarto in moralibus, quæ requirunt experientiam & animum a paſſionibus liberum, vt in Primo habitum eſt. Quinto autem in ſapientialibus & diuinis, quæ tranſcendunt imaginationem, & requirunt validum intellectum. Secundam rationem ponit ibi.

m ¶ Dictum eſt .n. quòd prudẽtis opus eſt bene conſiliari. In cõſiliando autem dupliciter contingit peccare. Vno modo circa vniuerſale, puta, an hoc ſit verum, quòd oẽs aquæ ponderoſæ ſint prauæ. Alio modo circa ſingulare, puta, an hæc aqua ſit ponderoſa. Ergo oportet, ꝙ prudentia ſit directiua & circa vniuerſalia, & circa ſingularia. Deinde cum dicit.

n ¶ Comparat prudentiã ſecundũ prędicta Primo quidem ſcientię. Secundo autem intellectui. ibi. {Attingibiles quidẽ igitur, &c.} Dicit ergo primo, ꝙ ex prædictis eſt manifeſtũ, ꝙ prudentia non eſt ſciẽtia. Scientia enim eſt vniuerſalium: vt ſupra habitũ eſt: prudentia autẽ extremi, ideſt ſingularis, quia eſt operabilis, quod eſt ſingulare. Et ſic patet, quòd prudentia non eſt ſcientia. Deinde cum dicit.

E o ¶ Comparat prudentiam intellectui. Et primo oſtendit conuenientiam. Secundo differentiam. ibi. {Quærere autem, &c.} Dicit ergo primo, quòd tam ſcientia, quàm prudentia ſunt ſuſceptibiles: vel attingibiles ſecundum aliam literam intellectui, ideſt habent aliquam conuenientiam cum intellectu: qui eſt habitus principiorum. Dictum eſt enim ſupra, quòd intellectus eſt quorundam terminorum ſiue extremorum: ideſt principiorum indemonſtrabilium: quorum non eſt ratio, quia non poſſunt per rationem probari: ſed ſtatim per ſe innoteſcunt. Hæc autem. ſ. prudentia eſt extremi. ſ. ſingularis operabilis: ꝙ oportet accipere vt principium in agendis, cuius quidem extremi non eſt ſcientia, quia non probatur rõne, ſed eius eſt ſenſus, quia aliquo ſenſu pcipitur: nõ quidẽ illo quo ſentimus ſpẽs propriorũ ſenſibiliũ: puta coloris, ſoni, & hmõi, qui eſt ſenſus proprius, ſed ſenſui interiori: quo pcipimus imaginabilia, ſicut in mathematicis cognoſcimus extremũ trigonũ. i. ſingularẽ triãgulum imaginatũ, q̃a ẽt illic. i. in mathematicis ſtatur ad aliquod ſingulare imaginabile: ſicut ẽt in naturalibus ſtatur ad aliquod

i Quàmuis forte nõ eſt hoc ipſius ſine ęconomia, neque ſine vrbanitate. Adhuc autem, quæ ipſius qualiter oportet diſponere immanifeſtum, & intendendum.

*Et tamen propriũ uniuſcuiuſq; bonum non eſt fortaſſe ſine rei familiaris gubernatione, atque ciuilis. Præterea quonam modo ſua ciuiliſque adminiſtranda ſit res, non eſt manifeſtum, atque conſiderandum eſt.*

k Signum autem eſt eius, quod dictum eſt, & quia geometrici quidem iuuenes, & diſciplinati fiunt, & ſapientes talia: prudentes autẽ non videntur fieri Cauſa aũt, quoniam & ſingularium eſt prudentia, quæ fiunt cognita experientia. Iuuenis autem expertus non eſt. Multitudo enim temporis faciet experientiam. B

*Indicatur id quod dicitur illo ſigno, Geometræ enim iuuenes, & mathematici, ac ſapientes in talibus fiunt: prudentes autem fieri non uidentur. Cauſa autem eſt: quod & ſingularium rerum eſt ipſa prudentia, quæ quidem per experientiam notæ fiunt. Iuuenis autem non eſt expertus. Experiẽtiam enim temporis efficit longitudo.*

l Quia, & hic vtique aliquis intendet, propter quid mathematicus quidem puer fiet vtique, ſapiens autem vel phyſicus nõ. Vel quia hæc quidẽ per abſtractionem ſunt. Horũ autem principia experientia. Et hæc quidem non credunt iuuenes, ſed dicunt. Horum autem quod quideſt non immanifeſtum. C

*Nam & hoc quiſpiam conſiderauerit, cur puer mathematicus quidem fieri poteſt, ſapiens autem, aut naturalis non poteſt. An quia mathematica quidem ſunt per abſtractionẽ. Horum uero principia experientia innoteſcunt: quòd hæc quidem adoleſcentes non credunt, ſed dicunt. Illorum autem diffinitiones non ſunt obſcuræ.*

m Adhuc peccatum, vel circa vniuerſale in conſiliando, vel circa ſingulare. Vel enim quoniam omnes ponderoſæ aquæ prauæ. Vel quoniam hæc aqua ponderoſa.

*Præterea peccatum quod fit in conſulendo, aut circa uniuerſale, aut circa ſingulare fieri ſolet. Ignorare namque quiſpiam poteſt, aut omnes aquas ponderoſas eſſe prauas, aut hanc ponderoſam eſſe.*

n Quoniam autem prudentia non eſt ſciẽtia, manifeſtum. Extremi enim eſt quemadmodum dictum eſt. Operabile enim tale quidem. D

*Prudentiam autem non eſſe ſcientiam, patet: eſt enim: ut dictum eſt ipſius extremi. Tale enim id quod cadit in actionem.*

o Attingibiles ſunt quidem vtique intellectu. Intellectus quidem eſt terminorum quorum non eſt ratio. Hęc aũt extremi,

*Opponitur igitur intellectui. Hic enim eſt terminorum ratio quorum nõ eſt. Hæc autem eſt ultimi cuius nõ eſt ſciẽtia: ſed ſenſus non proprius quidẽ.*

ſingulare ſenſibile. Et ad iſtum ſenſum, ideſt interiorem magis pertinet prudentia, per quam perficitur ratio particularis ad recte exiſtimandum de ſingularibus intentionibus operabiliũ. Vnde & animalia bruta, quæ habent bonam exiſtimatiuam naturalem, dicuntur prudentia. Sed illius ſenſus, qui eſt circa propria ſenſibilia, eſt q̃dam alia ſpecies per ſectiua, puta ĩduſtria quædam diſcernendi colores, & ſapores, & alia huiuſmodi. Et ſic prudentia conuenit cum intellectu in hoc, quòd eſt alicuius extremi. Deinde cum dicit.

p ¶ Oſtendit differentiam inter prudẽtiam, & intellectum. Intellectus enim nõ eſt inquiſitiuus, prudentia autem eſt inquiſitiua, eſt enim conſiliatiua. Conſiliari autem, & quærere differunt ſicut proprium & commune. Nam conſiliari eſt quoddã quærere, vt ĩ Tertio dictum eſt.

LECTIO VIII.

Poſtquàm Philoſophus determinauit de prudentia, & aliis virtutibus intellectualibus principalibus, hic determinat de quibuſdam virtutibus adiunctis prudentiæ. Et primo determinat de ſingulis earum, ſecundum ſe. Secundo cõparat eas adinuicem, & ad prudentiam, ibi. {Sunt omnes habitus, &c.} Circa primum tria facit. Primo inquirit genus eubuliæ. Secũdo de ſyneſi, ibi. {Eſt autem ſyneſis.} Tertio de gnome, ibi. {Vocata autem gnome, &c.} Circa primum tria facit. Primo inquirit genꝰ eubuliæ, oſtendens ꝙ ſit quædam rectitudo. Secundo oſtendit cuius ſit rectitudo, ibi. {Neque ſciẽtiæ autem, &c.} Tertio oſtendit qualis ſit rectitudo, ibi. {Quia autem rectitudo, &c.} Circa primum duo facit. Primo oſtendit de quo eſt intentio. Secundo exequitur, ibi. {Scientia quidem, &c.} Dicit ergo primo, ꝙ poſt tractatum de principalibus virtutibus intellectualibus, oportet aſſumere ad complementum cognitionis prædictarum virtutum de eubulia, quæ dicitur bona conſiliatio quid ſit, vtrum ſcilicet ſit ſcientia quædam, vel ſaltẽ opinio, vel etiam euſtochia, ideſt bona coniecturatio, vel in quo alio genere ſit. Deinde cum dicit.

b ¶ Oſtendit quid ſit genus eubuliæ. Et primo ponit in quo genere non ſit. Secundo concludit genus eius, ibi. {Sed quia q. quidem, &c.} Circa primum tria facit. Primo oſtendit, ꝙ eubulia non ſit ſcientia. Secundo oſtendit, ꝙ non ſit euſtochia, ibi. {Sed tamen neq; euſtochia, &c.} Tertio oſtendit, ꝙ non ſit opinio, ibi. {Neque vtique opinio, &c.} Dicit ergo primo, ꝙ eubulia non ſit ſcientia. Quod quidẽ patet per hoc, ꝙ habentes ſciẽtiam iam non quærunt de illis, de quibus ſciunt, ſed habent certam notitiam de eis. Eubulia autem, cum ſit quoddam conſiliũ, eſt cum quadam inquiſitione. Ille enim, qui conſiliatur quærit & ratiocinatur. Sed ratio habetur in termino inquiſitionis. Ergo eubulia non eſt ſcientia. Deinde cum dicit.

c ¶ Oſtendit, quòd eubulia non ſit euſtochia duplici ratione. Quarum prima talis eſt, euſtochia, ideſt bona coniecturatio ẽ ſine rationis inquiſitione, & eſt velox. Contingit.n. aliquibus ex hoc, ꝙ habẽt promptũ iudiciũ intellectꝰ, vel ſenſitiuæ partis ad recte exiſtimandũ de aliquo pp ſubtilitatẽ ſpirituũ, & bonitatem imaginationis, & puritatẽ ſenſitiuorum organorum. Cooperatur ẽt ad hoc multa experientia. Et hæc duo deſunt eubuliæ. Eubulia enim, vt dictũ eſt, eſt cum inquiſitione rationis, & ex alia parte non eſt velox, ſed magis boni conſiliatores cõſiliãtur multo tempore, vt diligenter perquirant omnia, quæ pertingunt negocium. Vnde, & prouerbia dicunt, ꝙ oportet ea, quæ ſunt determinata in conſilio, velociter exequi, ſed conſiliari tarde. Vnde patet, ꝙ eubulia non eſt euſtochia. Secundã rationem ponit ibi.

d ¶ Quæ talis eſt. Si eubulia eſſet idem quod euſtochia, oporteret ꝙ quicquid cõtinet ſub euſtochia contineretur ſub eubulia. Sed ſolertia ẽ quædã euſtochiæ ſpecies. Eſt enim coniecturatio circa inuentionem medii. Differt tamẽ ſolertia ab eubulia quia eubulia non eſt circa finem, qui ſe habet in operabilibus, ſicut mediũ in ſyllogiſmis, non enim eſt conſiliũ de fine, vt dictum eſt in Tertio. Ergo eubulia nõ eſt idẽ, qđ euſtochia. Deĩde cũ dicit.

e ¶ Oſtendit, ꝙ eubulia non ſit opinio, ita ſcilicet ꝙ non ſolum non omnis opinio ſit eubulia, ſed ꝙ nec vlla opinio ſit eubulia. Et hoc patet eadẽ ratione quam ſupra poſuit de ſcientia. Licet.n. opinans non ſit certus, tamen iam determinauit ſe ad vnum, quod non contingit conſilianti. Deinde cum dicit.

f ¶ Oſtendit qđ ſit verũ genus eubuliæ per hoc, ꝙ ille qui male conſiliatur, dicit peccare in conſiliando, qui aũt bene conſiliatur, dicit recte conſiliari. Et talis eſt eubuleus. Vnde manifeſtũ eſt, ꝙ eubulia eſt quædã rectitudo. Deinde cum dicit.

g ¶ Oſtendit cuius ſit rectitudo. Et primo oſtendit cuius non ſit rectitudo. Secũdo cuiꝰ ſit, ibi. {Sed rectitudo quędã, &c.} Circa hoc duo facit. Primo proponit, qđ intendit. Et dicit, ꝙ eubulia nõ eſt rectitudo, neq; ſciẽtiæ, neq; opinionis. Secũdo ibi.

h ¶ Oſtẽdit propoſitũ. Et primo quãtũ ad ſcientiã. Illud.n. videt indigere rectitudine, qua rectificet, in quo cõtingit eẽ peccatũ. Sed peccatũ in ſciẽtia nõ cõtingit eſſe, cũ ſit ſp verorũ, & neceſſariorũ. Ergo eubulia nõ eſt rectitudo ſciẽtiæ. Tertio ibi.

cuius nõ eſt ſcientia, ſed ſenſus non qui propriũ, ſed quali ſentimus, quoniã in mathematicis extremũ trigonũ. Stabit.n. & illic. Sed iſte magis ſenſus prudẽtia, ille autem alia ſpecies.

p Quærere autem, & conſiliari differũt. Conſiliari enim quærere quoddam eſt. G

*Sed qualis eſt is quo ſentimus id quod ultimum in mathematicis eſt triangulum eſſe. Stabitur enim, & ibi. Sed prudentia magis eſt hic ſenſus, illius autem eſt alia ſpecies.*

*At uero quærere, ac conſultare differunt. Conſultare namque eſt aliquid quærere.*

## LECTIO VIII.

Oportet autem aſſumere eubulia quid eſt, vtrum ſciẽtia quædam vel opinio, vel euſtochia, vel aliud quoddam genus.

b Scientia quidem vtique non eſt. Non enim quærunt de quibus ſciunt. Eubulia autem conſilium quoddam. Cõſilians autem quærit, & ratiocinatur. H

c Sed tamen neq; euſtochia. Sine ratione.n. & velox quidẽ euſtochia eſt. Conſiliantur autem multo tempore. Et aiunt operari quidẽ oportere velociter conſiliata, conſiliari autẽ tarde.

d Adhuc ſolertia alterũ, & eubulia. Eſt autem euſtochia quædam ſolertia.

e Neque vtiq; opinio eubulia, neque vna. I

f Sed quia qui quidem male cõſiliatur, peccat: qui autem bene, recte conſiliatur, manifeſtũ quoniam rectitudo quædam eubulia eſt.

g Neq; ſciẽtiæ, neq; opinionis.

h Scientiæ quidem enim non ẽ rectitudo, neq; etiã peccatum. K

## LECTIO VIII.

*Oportet autem & de bona conſultatione quidnam ſit accipere. Vtrum ſcientia quædam ſit, an opinio, an coniectatio bona, an aliquod aliud genus.*

*Scientia igitur non eſt. non enim de his quærunt, quæ ſciunt. At bona conſultatio, quædam eſt conſultatio: Qui uero conſultat quærit, rationemque ſubducit.*

*Atqui neq; bona coniectatio eſt, ipſa namq; ſine ratione, & cito fit. Ad conſultationem uero longum temporis ſpatium adhibetur. Atq; aiunt celeriter quidem deliberata eſſe agẽda: cum mora autem conſulendum.*

*Præterea diuerſa ſunt ſolertia, & conſultatio bona. Solertia uero bona quædam eſt coniectatio.*

*At neque opinio ulla eſt,*

*Sed cum is, qui male deliberat peccat, is autem qui bene conſultat recte deliberat, conſtat bonam conſultationem rectitudinem eſſe quandam.*

*Non autẽ ſcientiæ, neq; opinionis.*

*Scientiæ namq; non eſt rectitudo, quippe cum neque peccatum ſit,*

Lectio. 9.



i ¶ Oſtendit propoſitum quantum ad opinionem. Et hoc duplici ratione. Quarum prima talis eſt. Opinionis quidem, quia in eo contingit peccatum, poteſt eſſe aliqua rectitudo. Sed rectitudo eius non dicitur bonitas, ſed veritas, ſicut & peccatum eius dicitur falſitas. Ergo eubulia, quæ a bonitate denominatur nõ eſt rectitudo opinionis. Secundam rationem ponit ibi.

k ¶ Et dicit, ꝙ omne illud de quo habetur opinio iam ẽ determinatum quantũ ad opinantem, licet non ſit determinatũ quantum ad rei veritatem. Et in hoc eubulia deficit opinione, quia non eſt ſine ratione inquirente. Eubulia enim non ẽ enunciatio alicuius rei, ſed inquiſitio. E contrario autem opinio non eſt inquiſitio, ſed quædam enũciatio opinãtis. Opinans enim dicit verũ eſſe, quod opinatur. Sed ille, qui conſiliatur bene, vel male ad hoc quęrit aliud, & ratiocinatur, vnde nondum enunciat, ita eſſe, vel non eſſe. Ergo eubulia non eſt rectitudo opinionis. Deinde cum dicit.

l ¶ Oſtendit, cuius ſit rectitudo eubulia. Et dicit, ꝙ ex quo nõ eſt rectitudo ſciẽtiæ, neque opinionis, relinquitur, ꝙ ſit quædam rectitudo conſilii, vt ipſum nomen ſignificat. Et inde ẽ, ꝙ ad perfectam notitiam eubuliæ oportet inquirere quid ſit cõſilium, & circa qđ ſit. Et hęc ſupra determinata ſunt ĩ Tertio, vnde non oportuit, quòd hic reſumerentur. Deinde cum dicit.

m ¶ Oſtendit qualis rectitudo ſit eubulia. Et circa hoc determinat quatuor conditiones eubulię per ordinem. Dicit ergo primo, ꝙ rectitudo multipliciter dicit. Vno modo proprie. alio modo metaphoricę. Proprie quidem dicitur in bonis. Secundum ſimilitudinem autem dicitur ĩ malis, vt ſi dicamus, ꝙ aliquis dicitur rectus fur, ſicut dicimus, ꝙ eſt bonus fur. Manifeſtum eſt autẽ, ꝙ non omnis rectitudo conſilii eſt eubulia: non enim eſt rectitudo conſilii in malis, ſed in bonis tantum, incontinens enim & prauus quandoque adipiſcitur per ſuam ratiocinationem illud quod proponit cognoſcere, puta cum inuenit viam per quam poſſit peccatum perpetrare. Vnde per ſimilitudinem dicitur recte conſilians, inquantum, ſcilicet inuenit viam efficaciter ducentem in malum finem. Sed tamen aſſumit pro fine quoddam magnum malum, puta furtum, vel adulterium. Sed bene conſiliari, quod ſignificat nomen eubuliæ, videtur eſſe quoddam bonum. Vnde manifeſtum eſt, quod talis rectitudo conſilii eſt eubulia, per quam aliquis adipiſcitur bonum finem. Secundam conditionem ponit ibi.

n ¶ Vbi conſiderandum eſt, ꝙ contingit in ſyllogiſticis aliqñ concludi veram concluſionem per falſum ſyllogiſmũ. Et ita ẽt in operabilibus contingit quandoque ꝑuenire ad bonum finem ꝑ aliquod malũ. Et hoc eſt quod dicit, ꝙ cõtingit aliqñ ſortiri bonũ finẽ quaſi falſo ſyllogiſmo, ita .ſ. ꝙ aliquis conſiliãdo ꝑueniat ad id qđ oportet facere, ſed nõ per qđ oportet, puta cum aliquis furatur, vt ſubueniat pauperi. Et hoc eſt ac ſi aliquis in ſyllogizando, vt veniat ad verã concluſionem aſſumeret mediũ, aliquẽ falſum terminum. Licet.n. in intẽtione, finis ſit ſicut principium, & medius terminus, tñ ĩ via executiõis quã inquirit cõſiliator, finis ſe habet ſicut cõcluſio, & id quod eſt ad finẽ, ſicut medius terminus. Manifeſtũ eſt autem ꝙ non dẽ recte ſyllogizare, qui veram concluſionem per falſum mediũ cõcluderet, vnde conſequens eſt, ꝙ nõ ſit vere eubulia, ſm quam aliquis adipiſcitur finem quem oportet, non autem per viam per quam oportet. Tertiam ponit ibi.

o ¶ Et dicit, ꝙ quãdoq; contingit, ꝙ aliquis multũ tẽpus ponit in conſilio, ita ꝙ forte aliquãdo elabitur oportunitas exequendi. Cõtingit ẽt, ꝙ aliquis nimis velociter, & præcipitãter conſiliat. Vnde nec iſta eſt vere eubulia, ſed talis rectitudo cõſilii, quæ attendit id quod eſt vtile ad finẽ ad quem oportet, & modum, & tempus. Quartam conditionem ponit ibi.

p ¶ Et dicit, ꝙ contingit aliquem eſſe, q bene conſiliatur ſimpliciter ad finẽ totiꝰ vitæ. Contingit etiã aliquẽ eſſe, qui recte conſiliatur ad aliquẽ finem particularem. Vnde eubulia ſimpliciter erit, quæ dirigit cõſilium ad finem cõmunem humanæ vitæ. Illa autem, quæ dirigit ad quendam finem particularem non eſt eubulia ſimpliciter, ſed eubulia quędam, quia cum prudentium ſit bene conſiliari, oportet, ꝙ eubulia ſit ſimpliciter rectitudo conſilii in ordine ad illum finem circa quem veram extimationem habet prudentia ſimpliciter dicta, & hic eſt finis communis totius humanæ vitæ, vt ſupra dictum eſt. Ex omnibus ergo, quæ dicta ſunt accipi poteſt, ꝙ eubulia eſt rectitudo conſilii ad finem bonũ ſimpliciter per vias congruas, & tempore conuenienti.

i Opinionis autem rectitudo, veritas, A

k Similiter autem & determinatum eſt iam omne, cuius opinio eſt. Sed tamen neque ſine ratione eubulia. A mente ergo deficit. ipſa enim nequaquã enunciatio. Etenim opinio, non quæſitio, ſed enũciatio quędam iã. Conſilians autem ſiue bene, ſiue male conſilietur, quærit aliquid, & ratiocinatur. B

l Sed rectitudo quędam eſt eubulia conſilii. Propter quod cõſilium quærẽdum primum quid & circa quid.

m Quia autem rectitudo multipliciter, manifeſtum, quoniã non omnis. Incõntinens enim, & prauus quod proponit videre, ex ratiocinatione adipiſcet. Quare, recte erit conſilians, magnum autem malum aſſumens. Videtur autem bonum, quædã bene conſiliari. Talis enim rectitudo cõſilii eubulia, quæ boni adeptiua. C

n Sed ẽ & hoc falſo ſyllogiſmo, & quod quidem oportet facere ſortiri, per quod autẽ non, ſed falſum medium terminum eſſe. Quare, neque ipſa aliqualiter eubulia, ſecundum quam quod oportet adipiſcitur, non quidẽ per quod oportuit. D

o Adhuc enim multum tempus conſiliantem ſortiri, hunc autem velociter. Igitur neq; illa aliqualiter eubulia, ſed rectitudo, quæ ſecundum vtile, & cuius oportet, & vt, & quando.

p Adhuc ẽ ſimpliciter bene cõſiliari, & ad quendam finem. Ea quidem vtique ſimpliciter, quæ ad finem quidem ſimpliciter dirigens. Quædam autem, quæ ad quendam finem. Si vtique E

*Opinionis uero rectitudo, ueritas eſt.*

*Et inſuper determinatum iam eſt id omne, cuius eſt opinatio. At uero neque ſine ratione eſt ipſa conſultatio bona. Deficit ergo a mente. hæc enim nondum eſt enunciatio. Etenim opinatio non inquiſitio, ſed quædã iam enunciatio eſt. Qui uero conſultat, ſiue bene, ſiue male conſultet, quærit aliquid rationemque ſubducit.*

*Sed ipſa conſultatio bona, conſilii quædam eſt rectitudo. Quapropter quærendum eſt primum, quidnam ſit conſilium, & circa quid ipſum uerſetur.*

*Cum uero multipliciter rectitudo dicatur, conſtat non omnem rectitudinem bonam conſultationem eſſe. Incõtinens enim & prauus id quod uidere proponit, attinget cogitando, rationemque ſubducendo. Quare, recte quidẽ conſultabit, malum autem magnum exiſtimauit. Bene uero conſultaſſe, bonum quoddam eſſe cõſtat. Talis enim rectitudo conſilii, qua bonum quiſpiã aſſequi poteſt, bona eſt conſultatio.*

*At poteſt quiſpiam & hoc per ratiocinationem falſam attingere, & id quod facere oportet aſſequi. Non autem per quod oportet, ſed falſus medius terminus eſſe poteſt. Quare, nec ipſa bona eſt conſultatio, qua quiſpiã adipiſcitur id quod oportet, non tamen per quod oporteret.*

*Præterea fieri poteſt, ut alius lõgo deliberans tẽpore id cõſequatur, alius cito. Igitur nec illa bona eſt conſultatio. Sed ea rectitudo bona eſt, quũ quiſpiã ratione cõducentis aſſequitur, qđ oportet, & ut oportet, & cũ oportet.*

*Inſuper fit, ut & abſolute quiſpiam bene conſultet, & ad aliquem finem. Atque bona quidem conſultatio abſolute eſt ea, qua ad eum finem, qui eſt abſolute finis, pergitur recte. Quædã aũt ea, qua ad aliquẽ finẽ. Qđ ſi bene*

# LECTIO IX.

Poſtquam Philoſophus determinauit eubulia, hic determinat de ſyneſi. Et circa hoc duo facit. Primo cõparat ſyneſim ſcientiæ, & opinioni. Secundo comparat ſyneſim prudentiæ, ibi. {Propter quod, &c.} Circa primum duo facit. Primo oſtẽdit, quòd non omnis ſcientia, vel opinio eſt ſyneſis. Secundo oſtendit ꝙ nulla ſcientia eſt ſyneſis, ibi. {Neq; aliqua vna, &c.} Dicit ergo primo, ꝙ ſyneſis ꝑ quã dicimus aliquos eſſe ſynethos, i. ſenſatos, & contrariũ eius, qđ eſt euſyneſia ſecundum quam dicimus aliquos eſſe aſinetos, ideſt inſenſatos, non eſt totaliter idem; quod ſcientia, vel opinio. Nullus enim eſt, qui non habeat aliquam ſciẽtiã, vel opinionem. Si ergo omnis ſciẽtia, vel opinio eſſet ſyneſis, ſequeretur, ꝙ omnes homines eſſent ſenſati. Quod patet eſſe falſum. Deinde cum dicit.

b ¶ Oſtẽdit, ꝙ nulla ſcientia ſit ſyneſis. Et dicit, ꝙ ſyneſis nõ eſt aliqua ſcientiarũ particularium, quia ſi eſſet medicina eſſet de ſano, & ęgro. Si autem eſſet geometria eſſet circa magnitudines. Quædam autẽ alię ſcientiæ ſunt de rebus ſempiternis, & immobilib⁹ ſicut ſciẽtiæ diuinę, circa quas non dicitur eſſe ſyneſis. Neque etiam dicitur eſſe de his, quæ fiunt ſiue a natura, ſiue ab homine, de quibus ſunt ſciẽtiæ naturales, & artificiales, ſed eſt de illis, de quibus aliquis poteſt dubitare, & conſiliari. Et ſic patet, ꝙ ſyneſis nõ eſt aliqua ſciẽtia. Deinde cũ dicit.

c ¶ Comparat ſyneſim prudentiæ. Et primo concludit ex prædictis conuenientiam vtriuſque, quia .n. ſyneſis ẽ circa cõſiliabilia, circa quæ etiam eſt prudentia, vt ſupra oſtenſum eſt, ſequitur, ꝙ ſyneſis ſit circa ea, circa quæ eſt prudentia. Secundo ibi.

d ¶ Oſtendit differentiam vtriuſque. Et primo oſtendit, ꝙ ſyneſis non eſt prudentia. Secundo, ꝙ non ſit prudentiæ generatio, ibi. {Eſt autem non habere prudentiam, &c.} Dicit ergo primo, ꝙ quamuis ſyneſis, & prudentia ſint circa eadem, non tamen ſunt omnino idem. Ad cuius euidentiam conſiderandum, ꝙ in ſpeculatiuis, in quibus nõ eſt actio, eſt ſolum duplex opus rationis, ſcilicet inuenire inquirendo, & de inuentis iudicare, & hæc quidem duo opera ſunt rationis practicæ, cuius inquiſitio ẽ conſilium, quod pertinet ad eubuliam, iudicium autem de conſiliatis pertinet ad ſyneſim. Illi enim dicuntur ſenſati, qui poſſunt bene iudicare de agendis. Non autem ſtat hic ratio practi-

F ca, ſed vlterius procedit ad agendum. Et ideo neceſſarium eſt tertium opus quaſi finale, & completiuum, ſcilicet præcipere, quod procedatur ad actum, & hoc proprie pertinet ad prudentiam. Vnde dicit, ꝙ prudentia eſt præceptiua, inquantum ſcilicet eſt finis ipſius determinare quid oporteat agere. Sed ſyneſis eſt ſolum iudicatiua. Et pro eodem accipitur ſyneſis, & euſyneſia, ideſt bonus ſenſus, ſicut & idem dicuntur ſynethi, & euſynethi, ideſt ſenſati, & bene ſenſati, quorũ eſt bene iudicare. Et ſic patet, quòd prudentia eſt eminẽtior quàm ſyneſis, ſicut & ſyneſis quàm eubulia. Inquiſitio enim ordinat ad iudiciũ, ſicut ad finem, & iudicium ad præceptũ. Deinde cum dicit.

e ¶ Oſtendit, quòd ſyneſis non eſt generatio prudentiæ. Et dicit, ꝙ ſicut ſyneſis non eſt idem quod prudentia, ita non ẽ idem cum hoc, quod eſt habere prudentiã aut cum hoc, quod ẽ ſumere, ideſt acquirere eam. Sed ſicut in græco, diſcere, quod ẽ quidam vſus ſciẽtiæ, dicitur ſyniene, ſic & ſyniene dicit in hoc, ꝙ aliquis vtitur opinione practica ĩ hoc, ꝙ iudicat de his in quibus eſt prudentia. Quod quidem veluti ab alio poteſt dici iudicare bene, Eu.n. in græco eſt idem, qđ bene. Vnde nomen ſyneſis, ſecundũ quã dicuntur aliqui euſyneti quaſi bene iudicantes, vel bene ſenſati, venit ex ea voce ſyniene, quæ dicit circa hoc, qđ ẽ diſcer. Multotiens.n. diſcere nominam⁹ ſyniene. Eſt ergo ſenſus, ꝙ ſyniene in greco ſignificat aliquẽ vſum alicuius intellectualis habit⁹, qui quidem vſus nõ ſolum eſt diſcere, ſed etiam iudicare. Syneſis aũt dicit a ſyniene, ratione illi⁹ vſus qui eſt iudicare, non ratione illius vſus, q eſt diſcere. Vnde ſyneſis non eſt idẽ, qđ hr̃e, vel diſcere prudentiã, vt quidã putauerũt. Deinde cũ dicit.

f ¶ Determinat de tertia virtute, q vocatur gnome. Et ad hui⁹ virtutis euidentiã ſumendũ eſt, qđ ſupra dictũ eſt, de dr̃ia epyichiæ, & iuſtitiæ legalis. Iuſtum.n. legale determinatur ſm̃ id qđ in pluribus contingit. Sed id qđ eſt epyiches eſt directiuũ iuſti legalis, ex eo ꝙ neceſſe eſt legem deficere in paucioribus. Sicut ergo ſyneſis importat iudicium rectũ circa ea, quę vt in plurib⁹ contingunt, ita gnome importat iudiciũ rectum circa directionem iuſti legalis. Et ideo dicit, ꝙ illa virtus, q vocatur gnome, ſm̃ quã aliquos dicimus eugnomonas, ideſt bene ſententiãtes & habere gnomen, ideſt attingere ad rectam ſententiã, nihil eſt aliud q rectum iudiciũ eius, qđ eſt obiectum epyichiæ. Et huiꝰ ſignum eſt, quòd hominem, qui eſt epyiches maxime dicimus eſſe

In quinto, Lectio. 1.

prudentiũ bene conſiliari eubulia erit vtiq; rectitudo, quæ ſm̃ conferẽs ad quendã finẽ, cuius prudentia vera ſuſpicatio eſt.

## LECTIO IX.

Eſt aũt & ſyneſis, & euſyneſia, ſecundv quas dicimus ſynetos, & euſynetos, neque totaliter idem ſciẽtiæ, vel opinioni. Omnes enim erunt ſyneti.

b Neq; aliqua vna earum, quæ ſecundum partem ſcientiarum, puta medicinalis, de ſanis enim vtiq; erit. Geometria circa magnitudines. Neq; enim de ſemper entibus, & immobilibus ſyneſis eſt. Neque de factis cuicũque, ſed de quib⁹ dubitabit vtique aliquis, & conſiliabitur. H

c Propter quod circa eadẽ quidem prudentia eſt.

d Non eſt autem idem ſyneſis, & prudentia. Prudentia quidẽ enim præceptiua eſt. Quid enĩ oportet agere, vel non, finis ipſius eſt. Syneſis autem iudicatiua ſolum. Idem enim ſyneſis, & euſyneſia, & etiam ſyneti, & euſyneti.

e Eſt autẽ neque habere prudẽtiam, neque ſumere ſyneſis. Sed quemadmodũ diſcenti dicitur ſyniene, qñ vtitur ſciẽtia, ſic in vti operatione ĩ iudicare de his de quibus prudentia eſt, alio dicente, & iudicare bene. Eu.n. ei quod eſt bene idẽ. Et hinc venit nomen ſyneſis, ſm̃ quã euſyneti ex ea, quæ eſt in diſcere. Dicim⁹ .n. diſcere ſyniene multotiẽs.

f Vocata autem gnome, ſecundum quam eugnomonas & habere aimus gnomen epyiches ẽ iudicium rectum. Signum aũt

*conſultare prudentium eſt, conſultatio bona rectitudo eſt ea, qua ratione conferentis ad aliquem pergitur finẽ, cuius ipſa prudẽtia ẽ exiſtimatio uera.*

## LECTIO IX.

G *Eſt & ipſa ſagacitas, cui contrarium eſt hebetudo. Quibus ſagaces dicimus, ac hebetes nec idem omnino quod ſcientia, aut opinio. Omnes enim ſcientes, uel opinantes ſagaces eßent.*

*Nec ulla quædam ſcientia, ut aut medicina de ſanis, aut geometria circa magnitudines. Neque enim de his eſt, quæ ſunt ſemper, & non mouentur, neque de quouis eorum quæ fiunt, ſed de quibus dubitauerit quiſpiam, aut conſultauerit.*

*Quapropter eſt quidem de his, circa quæ uerſatur prudentia.*

*Non eſt autem idem ſagacitas, & prudentia. Prudentia namque præceptiua eſt. Finis enim ipſius eſt quidnã ſit agendum, aut non agendum, præcipere. Sagacitas autem uis iudicandi duntaxat. Idem eſt enim ſagacitas, & bona intelligentia, quippe cum ſagaces ſint, & boni intelligentes.*

I *Neque autem habere, neque accipere prudentiam eſt ipſa ſagacitas, ſed in opinationis uſu ad ea bene iudicandã, de quibus eſt prudentia, alio dicente conſiſtit. Fitque hic perinde atque cum diſcipulus ea diſcit, ac comprehendit, quæ a ſcientiam tradente præcipiuntur.*

K *Ea uero, quæ uocatur ſentẽtia qua bene ſentientes homines dicimus, ſententiamque habere, iudicium eſt rectum æqui, & boni uiri, cuius hoc*



ſignomonicum, quaſi per quandam clementiã contemperãtem ſententiam. Et id quod eſt epyches maxime dicitur habere ſignomen, ideſt quandam contemperantiam veniç. Et ipſa virtus, quæ dicitur ſignome eſt recte iudicatiua eius, quod eſt epyches. Et in hoc eſt recta, ꝙ verum iudicat. Deinde cũ dicit.

g ¶ Comparat prædictas virtutes adinuicem, & ad prudentiã. Et circa hoc tria facit. Primo ponit cõueniẽtiam inter hos habitus. Secũdo probat, ibi. {Et in eodẽ quidem, &c.} Tertio infert quoddam correlarium ex dictis, ibi. {Propter quod & principium, &c.} Dicit ergo primo, ꝙ omnes prædicti habitus tẽdunt in idem. Et hoc rationabiliter. Et ꝙ in idem tendant patet, ꝙ eiſdem attribuuntur. Nominam⁹ enim gnomin, & ſyneſim, & prudẽtiam, & intellectum, eiſdem attribuentes habere gnomin, & intellectum, quos dicimus prudentes, & ſynetos. Et ꝙ rationabiliter eis attribuãtur patet per hoc, ꝙ omnia prædicta, quæ vocat potẽtias, quia ſunt actionum principia, ſunt circa ſingularia, quæ in operabilibus ſunt ſicut extrema, ſicut ſupradictũ eſt, de prudentia. Deinde cum dicit.

h ¶ Probat, quod dixerat. Et primò ꝑ rationem. Secundo per ſignum, ibi. {Propter quod & naturalia.} Circa primum duo facit. Primo oſtẽdit ſyneſim, & gnomen eſſe circa extrema, & ſingularia, ſicut & prudentia. Secundo oſtendit idem de intellectu, ibi. {Intellectus, &c.} Dicit ergo primo. Manifeſtum eſt ſyneſim, & ſignomin eſſe extremorum ſingularium inquãtum ſynethus eugnomen, ideſt bene ſententians, vel ſignomen, ideſt contẽperanter ſentẽtiãs ẽ iudicatiuus de illis qđ quibus prudens præcepit. Ea enim quæ ſunt epychia, de quibus eſt gnomi, poſsũt communiter ſe habere ad omnia bona humana, quorũ eſt prudentia, inquantum vnumquodq; eorum ſe habet ad alium, qđ eſt de ratione iuſtitiæ. Dictum eſt enim ſupra, ꝙ epyiches eſt quoddã iuſtum. Sic igitur bene dictum eſt, ꝙ gnomi ſit de his, de quibus eſt prudentia. Quòd autẽ omnia ſint circa ſingularia & extrema patet per hoc, ꝙ operabilia ſunt ſingularia, & extrema, prudentia autẽ & ſyneſis, & gnomin circa operabilia ſunt. Vnde patet, ꝙ ſunt circa extrema. Deinde cum dicit.

Lectio. 7.

A i ¶ Oſtendit, ꝙ intellectus ſit circa extrema. Et dicit, ꝙ intellectus in vtraque cognitione, ſcilicet tam ſpeculatiua, quàm practica eſt extremorum, quia primorum terminorum, & extremorum, a quibus, ſcilicet ratio incipit eſt intellectus, & non ratio. Eſt autem duplex intellectus: quorum hic quidem eſt circa immobiles terminos, & primos, qui ſunt ſecũdum demõſtrationes, quæ procedunt ab immobilibus, & primis terminis, ideſt a principiis indemonſtrabilibus, quæ ſunt prima cognita immobilia, q ſcilicet eorum cognitio ab homine remoueri non poteſt. Sed intellectus, qui eſt in practicis eſt alterius modi extremi, ſcilicet ſingularis, & contingentis, & eſt alterius propoſitionis .i. non vniuerſalis, quæ eſt quaſi maior, ſed ſingularis, quę eſt minor in ſyllogiſmo operatiuo. Quare aũt huiuſmodi extremi dicatur intellectus, patet per hoc, ꝙ intellectus ẽ principiorum. Huiuſmodi autem ſingularia, quorum dicimus eſſe intellectum, principia ſunt eius, quod ẽ gratia cuius, ideſt ſunt principia ad modum cauſæ finalis. Et ꝙ ſingularia habeãt rationem principiorũ, patet, quia ex ſingularibus accipitur vniuerſale. Ex hoc enim quòd hęc herba fecit huic ſanitatem, acceptum eſt, ꝙ hæc ſpecies herbę valet ad ſanandum. Et quia ſingularia ꝓprie cognoſcuntur per ſenſum, oportet, ꝙ homo horum ſingulariũ, quæ dicimus eẽ principia & extrema, habeat ſẽſum non ſolum exteriorem, ſed etiam interiorem, cuius ſupra dixit eſſe prudentiã, ſcilicet vim cogitatiuam ſiue extimatiuã quæ dicitur ratio particularis. Vnde hic ſenſus vocatur intellectus, qui ẽ circa ſenſibilia, vel ſingularia. Et hunc Philoſoph⁹ vocat ĩ Tertio de anima intellectum paſſiuum, qui eſt corruptibilis. Deinde cũ dicit.

K ¶ Manifeſtat qđ dixerat per ſignum. Quia enim prædicti habitus ſunt circa ſingularia, oportet, ꝙ aliquo modo attingant virtutes ſenſitiuas, quæ operantur per organa corporea. Et ideo prædicti habitus videntur eſſe naturales, non ꝙ totaliter ſint a natura, ſed ꝙ ex naturali diſpoſitione corporis aliqui ſunt prompti ad hos habitus, ita ꝙ per modicam experientiã complentur in eis, quod nõ accidit circa habitus intellectuales, q ſunt circa naturalia, puta geome-

Epyichia enim maxime aimus eſſe ſyngnomonicum, & epyiches habere circa quædam ſyngnomen. Syngnome autem eſt iudicatiua epyiche, recta autem veri.

g Sunt autem omnes iſti habitus rationabiliter in idem tendentes. Dicimus enim gnomen & ſyneſim, & prudentiam, & intellectũ in eodẽ inferentes gnomẽ habere, & intellectum, ideo & prudẽtes, & ſynetos. Omnes enim potentiæ hæ extremorum ſunt, & ſingularium.

h Et in eo quidem ꝙ iudicatiuus eſt de quibus prudens ſynetus, & eugnomum, vel ſyngnomum. Epyichia enim omnia bonorum omnium ſunt in eo ꝙ ad alterum. Sunt autem ſingularium, & extremorum omnium operabilia. Et enim prudentem oportet cognoſcere ipſa, & ſyneſis, & gnome circa operabilia, hæc autem extrema.

i Et intellectus extremorum in vtraque. Etenim primorum, & extremorum intellectus eſt, & non ratio. Hic quidem ſecundũ demonſtrationes immobilium terminorum, & primorum, hic autẽ in practicis extremi, & contingentis, & alterius propoſitionis, principia enim eius quod ẽ cuius gratia ipſe, ex ſingularib⁹ enim vniuerſale. Horum igitur oportet habere ſenſum, hic autem eſt intellectus.

k Propter quod & naturalia videntur eſſe hæc, & natura ſapiẽs quidem nullus. Gnomen autẽ habet, & ſyneſim, & intellectũ. Signum autem quoniam & ætatibus exiſtimamus ſequi. Et hęc aliqua ætas intellectum habet, & gnomen, vt natura cauſa exiſtente.

*iudicium eſt. Bonum enim, & æquũ uirum ad ignoſcendum procliuem dicimus eſſe, & ueniam in aliquibus dare bonum & æquum eſſe. Et uenia ſententia eſt iudicatiua recta æqui & boni uiri, recta autem eſt ea, quæ eſt ipſius ueracis.*

B *Omnes autem habitus non ſine ratione ad idem tendunt. Nam ſententiam, ſagacitatem, prudentiam, & mentem ad eoſdem afferentes, prudẽtes illos atque ſagaces, & ſententiam habere mentemque dicimus. Omnes enim hæ potentiæ extremorum ſunt, ac ſingularium.*

C *Atque idem ea ratione qua eſt idoneus ad ea iudicãda de quibus eſt prudens ſagax eſt, beneque ſentiens, aut ad dandam ueniam aptus. Bona enim & æqua omnibus ſunt communia bonis, ea ratione qua ad alium tendunt, ſunt autem ſingularia, & extrema ea omnia, quæ agi poßunt. Et prudentem oportet ipſa cognoſcere. Et ſagacitas, & ſententia circa hæc ipſa uerſatur. hæc autem ſunt extrema.*

D *Et intellectus extremorum eſt ad partem utramque. Etenim primorum terminorum, & extremorum intellectus eſt, & non ratio. His quidem, qui ad demonſtrationes attinet immobilium terminorum, atque primorum. His autem qui in agendis rebus uerſatur extremi, & contingentis atque alterius propoſitionis. Hæc enim principia ſunt eius gratia cuius. Ex ſingulis enim oritur ipſum uniuerſale. Horum igitur ſenſum habere oportet. hic autem eſt intellectus.*

E *Quapropter & naturalia hæc eſſe uidentur. Atque ſapiens quidem natura eſt nemo, ſententiam autem habet, & ſagacitatem, & intellectum natura. Signum autem eſt nos hæc ætates etiam ſequi putare, atque hæc ætas intellectum, & ſententiam habet, tanquam cauſa ſit ipſa natura.*

geometriam, vel metaphyſicam. Et hoc eſt, quod ſubdit, Nullus dicitur ſapiens. i. metaphyſicus, nec geometer, ſecundũ naturam, non quin aliqui, ſecundum naturam ſint magis apti ad hoc quàm alii. Sed hoc eſt ſecundũ diſpoſitionem remotam, & non propinquam, ſecundum quam aliqui dicuntur naturaliter habere gnomen, & ſyneſim, & intellectũ quem dicemus eſſe circa ſingularia. Et ſignum, ꝙ huiuſmodi, ſecundum naturã inſint aliquibus, eſt, quia exiſtimamus, ꝙ cõſequuntur ætates hominum, ſecũdum quas trãſmutatur natura corporalis. Eſt enim aliqua ætas, ſ. ſenilis, quæ propter quietationẽ trãſmutationũ corporaliũ, & animalium habet intellectum, & gnomẽ, quaſi natura horum ſit cauſa. Deinde cum dicit.

l ¶ Infert duo correlaria ex dictis. Quorum primum eſt, ꝙ intellectus, qui eſt bene diſcretiuus ſingularium in practicis, non ſolum ſe habet circa principia, ſicut in ſpeculatiuis, ſed etiam ſicut finis. In ſpeculatiuis. n. demõſtrationes procedunt ex principiis quorũ eſt intellectus: non tamen demonſtrationes dãtur de eis. Sed in operatiuis demõſtrationes, & procedunt ex his, ſcilicet ſingularibus, & dantur de his, ſcilicet de ſingularibus. Oportet enim in ſyllogiſmo operatiuo, ſecundum quem ratio mouet ad agendum, eſſe minorem ſingularem, & etiam concluſionem, quę concludit ipſum operabile, quod eſt ſingulare. Secundum correlariũ ponit ibi.

m ¶ Quia enim dictum eſt ſupra, quòd intellectus, qui eſt principiorum operabilium, conſequitur per experientiam, & ætates, & perficitur per prudentiam: inde eſt, quòd oportet attendere his, quæ opinantur, & annunciant circa agibilia homines experti, & ſenes, & prudentes, quàmuis nõ inducant demonſtrationes non minus, quàm ipſis demonſtrationibus, ſed etiam magis. Huiuſmodi. n. homines propter hoc ꝙ habent experientiam viſuum, ideſt rectum iudicium de operabilibus, vident principia operabilium. Principia autem ſunt certiora concluſionibus demonſtrationum. Eſt autem conſiderandum circa ea, quæ hic dicta ſunt, ꝙ ſicut pertinet ad intellectum in vniuerſalibus iudicium abſolutum de primis principiis ad rationem autem pertinet diſcurſus a principiis in cõcluſiones, ita & circa ſingularia vis cogitatiua vocatur intellectus, ſecundũ ꝙ habet abſolutum iudicium de ſingularibus. Vnde ad intellectũ dr̃ pertinere prudentiã, & ſyneſim, & gnomen. Dicitũ aũt ratio particularis, ſecũdũ ꝙ diſcurrit ab vno in aliud. Et ad hãc pertinet eubulia, quã philoſophus his non connumerauit. Vnde dixit eã eſſe extremorũ. Vltimo aũt epylogat, dicens, ꝙ dictũ eſt, quid ſit prudentia, quæ eſt principalis in agibilibus. Et ſapientia, quæ eſt principalis in ſpeculatiuis, et circa quæ ſunt vtraque earum, et ꝙ non ſint in eadẽ parte animæ rationalis.

l Propter quod & principium, & finis intellectus. Ex his enim demonſtrationes, & de his.

m Quare oportet attẽdere expertorum, & ſeniorum, vel prudentium in demonſtrabilibus enunciationibus, & opinionibus non minus demonſtrationum. Propter habere enim experientiam viſuum vident principia. Quid quidem igitur eſt prudentia, & ſapientia, & circa quæ vtraque eſt exiſtens, & quoniam alterius animę particulæ virtus vtraque, dictum eſt.

## LECTIO X.

Vbitabit autem vtique aliquis de ipſis, ad q̃d vtiles ſunt.

b Sapientia quidem enim nihil ſpeculatur ex quibus erit fœlix homo. Neque vnius enim ẽ generationis.

c Prudentia autẽ hoc idem habet. Sed cuius gratia opus eſt ipſa? Siquidem prudẽtia quidem eſt quæ circa iuſta, & pulchra, & bona homini. Hæc autẽ ſunt, quæ boni eſt viri operari. Nihil autem magis operatiui in eo, quod eſt ſcire ipſa, ſumus. Siquidem operatiui habitus virtutes ſunt. Quemadmodum neq; ſana, neque bene habentia quæcũque non in eo quod eſt facere, ſed in eo quod ab habitu eſſe dicuntur. Nihil. n. magis operatiui in eo quod eſt habere medicinalem, & exercitatiuã, ſumus.

*Quocirca, principium & finis eſt intellectus, Ex his enim & de his ipſæ demonſtrationes efficiuntur.*

*Quare non minus eorum, qui ſunt experti, & ſeniorum, uel prudentiũ in demonſtrabilibus ſententiis opinionibuſue, quàm ipſis demonſtrationibus mentem adhibere oportet. Quia namque iam experientia uiſum habẽt, principia ipſa cernunt. Quid igitur prudentia, & ſapientia eſt, & in quibus utraque uerſatur, & diuerſarum animæ partium utramque uirtutem eſſe, iam diximus.*

## LECTIO X.

*Dubitauerit autem quiſpiam, ad quidnam habitus hi ſint utiles.*

*Nam ſapientia quidem nihil eorũ contemplatur ex quibus fuerit homo fœlix. Nullius enim eſt generationis.*

*Prudentia autem hoc quidem habet. Sed cuiuſnam gratia opus eſt ipſa? Si prudentia quidem eſt ea, quæ circa iuſta, & honeſta bonaque homini uerſatur. Hæc autem ſunt ea quæ uiri boni eſt agere, atque ipſa ſciẽdo non magis ad agendum nos ſumus idonei ſi uirtutes ſunt habitus, quemadmodum nec ea ſana, quæ non efficiunt bonam corporis habitudinem, ſed ab ipſa proueniunt, non enim magis apti ſumus ad hæc agenda medendi artem, aut exercendorum corporũ facultatem habendo.*

## LECTIO X.

Poſtquàm Philoſophus determinauit de virtutibus intellectualibus, mouet quaſdã dubitationes de vtilitate ipſarũ, & circa hoc duo facit. Primo proponit dubitationes. Secundo ſoluit eas. ibi {Primũ quidẽ dicimus.} Circa primũ duo facit. Primo mouet dubitationẽ de vtilitate ſapiẽtiæ, & prudẽtiæ, ad quas aliæ reducuntur ſicut ad principaliores. Secundo, de cõparatione harũ duarũ adinuicem. ibi. {Adhuc aũt incõueniens, &c.} Circa primũ duo facit. Primo, proponit dubitationẽ, et dicit ꝙ aliquis põt dubitare ad q̃d, vel quõ ſapientia, & prudentia ſunt vtiles. Scđo, ibi.

b ¶ Proſequitur dubitationẽ. Et primo, quantũ ad ſapientiã, quæ videtur inutilis eſſe. Quicquid. n. eſt vtile in rebus humanis valet ad fœlicitatẽ, quæ eſt vltimus finis vitæ humanæ, ad quam nihil videtur valere ſapiẽtia. Non. n. videtur ſpeculari aliquid eorũ per quæ homo ſit fęlix, quia hoc quidẽ eſt ꝑ operationem virtutis, vt ſupra in Primo habitum eſt. Sapientia autẽ nullius generationis, ideſt operationis conſideratiua eſt, cũ ſit de primis principiis entium. Sic ergo videtur, ꝙ ſapientia nõ ſit vtilis homini. Secundo ibi.

c ¶ Proſequitur dubitationem quãtum ad prudentiam. Et primo inducit rationem, quòd prudentia non ſit neceſſaria homini. Secundo, excludit quandã reſponſionem. ibi. {Si autem non horum, &c.} Dicit ergo primo, quòd prudentia habet, quòd ſcilicet ſit conſideratiua operationum humanarum ex quibus homo ſit fœlix: ſed non propter hoc videtur, quòd homo habeat opus ipſa. Eſt enim prudentia circa ea, quæ ſunt iuſta in comparatione ad alios, & pulchra. i. honeſta, & bona. i. vtilia homini, ſecundum ſeipſum, quæ quidem operari pertinet ad bonum virum. Non videtur autem aliquis eſſe operatiuus eorum, quæ ſunt ſecundum habitum aliquem ex eo ꝙ ſcit ipſa, ſed ex eo ꝙ habet habitum ad ea. Sicut patet in corporalibus, ꝙ per hoc, quòd homo habet ſcientiã medicinalẽ, vel exercitatiuam, nõ eſt magis operatiuus eorum, quæ pertinent ad hominem ſanũ, vel ad bene ſe habentẽ, dummodo ea non cõſiſtant ſolũ in eo ꝙ eſt facere, ſed in eo quòd eſt eſſe ab aliquo interiori habitu. Contingit enim quandoque, ꝙ aliquis per notitiã artis operatur quædã opera ſani, quaſi contingens ea, & non ſecundum ꝙ procedunt ab habitu ſanitatis, prout. ſ. operatur ea homo ſanus. Sic. n. non magis procedit ab homine, eo ꝙ ſcit medicinam, ſed ex eo ſolum ꝙ ſit ſanus. Cum igitur virtutes ſint habitus, opera virtutum, ſecundum ꝙ ab eis procedunt, & ducunt ad fœlicitatem, non magis operatur homo ex hoc ꝙ habet eorum notitiam per prudentiam. Et ſic prudentia non eſt boni operatiua. Deinde cum dicit.



d ¶ Excludit quandam reſponſionem. Poſſet enim aliquis dicere, ꝙ licet homo ex quo eſt virtuoſus, non magis eſt operatiuus operum virtutis per hoc, q cognoſcit ea, ſecundum prudẽtiam, eſt tamen prudentia neceſſaria ad hoc, ꝙ homo fiat virtuoſus ſicut ars medicinę neceſſaria eſt, non ad hoc, ꝙ ſanus opera ſanitatis exequatur; ſed ad hoc, ꝙ fiat ſanus. Et ſic ponendũ eſt, ꝙ homo debet eſſe prudens non gratia horũ, ſcilicet operum virtutis, ſed gratia eius, quod eſt fieri virtuoſum. Hanc autem reſponſionem excludit duabus rationibus. Quarũ prima eſt, ꝙ ex quo homines eſſent ſtudioſi, ſcilicet virtuoſi ad nihil eſſet vtilis prudẽtia, quòd maxime videtur inconueniens. Secundam rationem ponit ibi.

e ¶ Videtur enim, ꝙ ſecundum reſponſionem prędictã etiã non habentibus virtutem non eſſet neceſſaria prudentia. Videtur enim, ꝙ nihil differat ad hoc, ꝙ aliqui fiant virtuoſi, vtrum ipſi habeant prudentiam, vel perſuadeantur ab aliis q̃ habent, quũ per hoc ſufficienter ſe habet homo ad hoc, ꝙ fiat virtuoſus, ſicut patet circa ſanitatem. Cum enim volumus ſani eſſe non propter hoc curamus adiſcere medicinam, ſed ſufficit nobis vti conſilio medicorum. Ergo, pari ratione ad hoc, ꝙ efficiamur virtuoſi, non oportet, ꝙ nos ipſi habeamus prudentiam, ſed ſufficit, ꝙ a prudentibus inſtruamur. Deinde cum dicit.

Lectio. 6. f ¶ Mouet dubitationem circa comparationem prudentiæ & ſapientiæ. Oſtenſum eſt enim ſupra, quòd prudentia eſt deterior, & inferior in dignitate, q̃ ſapientia, & tamen videtur eſſe principalior, ideſt magis principatiua, quàm prudẽtia, quia operatur, & præcipit circa ſingula. Continetur. n. ſub prudẽtia etiam politica: dictum eſt. n. in prœhæmio libri, ꝙ politica præordinat quas diſciplinas debitum eſt eſſe in ciuitatibus: & quales vnũquemque addiſcere, & vſq; quo. Et ſic videtur prudentia principari ſapientiæ: cũ præcipere ſit opus iudicantis. Hoc autem videtur inconueniens, ꝙ deterior principetur meliori. Subdit autem ſe continuans ad ſequentia dicens, ꝙ de his quæ propoſita ſunt, dicendum eſt, nunc autem tacta ſunt per modũ dubitationis. Deinde cum dicit.

g ¶ Soluit præmiſſas dubitationes. Et primo ſoluit dubitationem de vtilitate ſapientię, & prudentiæ. Secundo de comparatione vtriuſque, ibi. {Sed tamen neque principalis.} Circa primum duo facit. Primo ſoluit dubitationem communiter, quantum ad ſapientiam, & prudentiam. Secundo ſpecialiter, quantum ad prudentiam. ibi. {Adhuc opus, &c.} Circa primum ponit duas ſolutiones. Quarum prima oſtendit, ꝙ rationes, quas inducit non efficaciter concludunt. Non enim ſequitur, ſi per ſapientiam, & prudentiam nihil operatur homo ad fœlicitatem, ꝙ propter hoc ſint inutiles, quia etiam ſi neutra ipſarum haberet aliquam operationem tamen eſſent ſecundum ſe eligibiles, cum ſint virtutes perficientes vtramque partẽ animæ rationalis, vt ex dictis patet. Vnicuiq; autem eſt eligibilis ſua perfectio. Secundo ſoluit per interemptionem. ibi.

h ¶ Et dicit, ꝙ ſapientia, & prudentia faciunt quidem aliquid ad fœlicitatem. Sed exemplũ, quod inducebatur nõ erat conueniens. Non enim hoc modo ſe habent ſapientia, vel prudentia ad fœlicitatem, ſicut ars medicinæ ad ſanitatem, ſed magis ſicut ſanitas ad opera ſana. Ars enim medicinæ facit ad ſanitatem, ſicut quoddam opus exterius operatum: ſed ſanitas facit opera ſana, quaſi quendam vſum habitus ſanitatis. Fœlicitas autem non eſt opus exterius operatum: ſed eſt operatio procedens ab habitu virtutis. Vnde cum ſapientia ſit quædam ſpecies virtutis communis, ſequitur, ꝙ ex hoc ipſo, ꝙ aliquis habet ſapientiã & operatur ſecũdum eam eſt fœlix. Et eadem ratio eſt de prudentia. Sed ſpecialiter expreſſit ſapientiam, quia in operatione eius conſiſtit potior fœlicitas, vt ſcilicet infra in Decimo dicetur. Lectio. 12. Deinde cum dicit.

i ¶ Soluit ea, quæ ſpecialiter ad prudẽtiam pertinent. Lectio. 16. Et primo, quantum ad hoc, quod obijciebatur, ꝙ prudentia nihil facit ad opera virtutis. Secundo, quãtum ad hoc, quòd obijciebatur, ꝙ prudentia nõ eſt neceſſaria ad hoc, quòd homo ſit virtuoſus. ibi. {De eo autem, quod eſt. &c.} Dicit ergo primo, quòd adhuc ſpecialiter quantum ad prudentiam fallit, quod obijciebatur, quòd per prudentiam nõ ſumus magis operatiui operationum virtutis. Hoc enim poteſt eſſe falſum, quia opus virtutis perficimus, ſecundum vtrumque ſcilicet, ſecundum prudentiam, & ſecundum moralem virtutẽ. Duo enim ſunt neceſſaria in opere virtutis. Quorum vnum eſt, vt homo habeat rectam intentionem de fine, quod quidem facit virtus moralis, inquantum inclinat appetitum in debitum finem. Aliud autem eſt, quòd homo bene ſe habeat circa ea, quæ ſunt ad finem, & hoc facit prudentia, quæ eſt bene conſiliatiua, & iudicatiua, & præceptiua eorum, quæ ſunt ad finem. Et ſic ad opus virtutis concurrit, & prudentia, quæ eſt perfectiua rationalis per eſſentiam, & virtus moralis, quæ eſt perfectiua appetitiuę, quæ eſt rationalis per participationem. Sed quare alterius particulæ animæ, quæ eſt penitus irrationalis, ſcilicet nutritiuę non ſit talis virtus, quæ concurrat ad operationem humanam, ratio in promptu eſt, quia in nutritiua potentia non eſt operari, & non operari. Et hoc requiritur ad operationẽ virtutis humanæ, vt ex ſupradictis patet. Deinde cum dicit.

d Si autem non horum gratia prudentem ponẽdum, ſed eius quod eſt fieri exiſtentibus ſtudioſis, nihil vtique erit vtilis.

e Adhuc autem neque non habentibus. Nihil enim differret ipſos habere, vel aliis habentibus perſuaderi ſufficienter, ꝙ habeat vtique nobis quemadmodũ circa ſanitatem. Volẽtes enim ſani eſſe, tamen non diſcimus medicinalem.

f Adhuc autẽ inconueniens eſſe vtiq; videbitur, ſi deterior ſapientia exiſtens principalior ipſa erit. Faciens enim principatur, & percipit circa ſingulum. De his autem dicendum. Nunc aũt dubitatum eſt de ipſis ſolũ.

g Primum quidem igitur dicimus, quia ſecundum ſeipſas neceſſariũ eligibiles ipſas eſſe virtutes quidem exiſtẽtes vtraſq; vtriuſque particulæ, & ſi non faciunt nihil neutra ipſarum.

h Deinde & faciunt quidẽ, non vt medicinalis autem ſanitatẽ, ſed vt ſanitas, ſic ſapientia fœlicitatem. Pars enim exiſtens totius virtutis in haberi facit etiã operari fœlicem.

i Adhuc opus perficitur & ſecũdum prudentiam, & moralem virtutem. Virtus quidem enim intentionem facit rectam. Prudentia autem, quæ ad hanc. Quartæ autẽ particulę animæ, non eſt virtus talis, ſcilicet nutritiuæ. Nihil enim in ipſa operari, vel non operari.

*Quòd ſi non horum gratia ſit ponenda prudentia, ſed ut ſtudioſi homines fiant, his non fuerit utilis ſane, qui iam ſunt ſtudioſi.*

*At nec etiam his, qui ſtudioſi non ſunt. Nihil enim refert ſiue ipſi habeant, ſiue aliis habentibus pareant. Atque hoc ſatis eſt nobis, quemadmodum & in ſanitate. Nam & ſi ualere uolumus, medicinam tamen non diſcimus.*

*Inſuper abſurdum ſane uidebitur ſi prudentia, quæ quidem eſt inferior ſapientia, ſit magis domina, quàm ipſa magiſque princeps. Nam ea, quæ agit, dominatur in ſingulis, atque iubet. De his igitur eſt dicendum. Nũc enim de ipſis dubitauimus tantum.*

*Primum itaque dicimus has expetẽdas neceſſario per ſeipſas eſſe, quippe cum ſint partium utrarumque uirtutes, etiam ſi neutra ipſarum quicquam efficiat.*

*Dinde & faciunt quidem, at non ut medicina ſanitatem, ſed ut ſanitas ſic ſapientia fœlicitatem. Nam cum ſit pars totius uirtutis, fœlicem efficit ex eo, quia habetur, ac operatur.*

*Præterea opus ipſum, & per prudentiam, & per uirtutem moris efficitur. Etenim uirtus quidem propoſitum ipſum efficit rectum. Prudentia autem ea, quæ in illud perducunt. Quartæ autem partis animæ, quæ quidem eſt principium uegetandi, nulla eſt talis uirtus, quippe cum in ipſa nõ ſit agere, aut non agere ſitum.*



k ¶ Soluit

K ¶ Soluit id, quod oſtendebatur, ꝙ ſine prudentia poſſit aliquis eſſe, & fieri virtuoſus. Et circa hoc duo facit. Primo oſtendit, ꝙ prudentia non poſſit eſſe ſine virtute morali. Secundo oſtendit, ꝙ virtus moralis non poſſit eſſe ſine prudentia, ibi. {Intendendum vtique rurſus, &c.} Circa primum tria facit. Primo oſtendit, ꝙ ad hoc, ꝙ aliquis ſit virtuoſus, requiritur non ſolum virtus moralis ſed etiam quoddam aliud operatiuū principiū. Secundo oſtendit quid ſit illud, ibi. {Dicendum autem, &c.} Tertio oſtendit, ꝙ prudentia ſuper illud principium addit adiunctionem virtutis moralis, ibi. {Eſt autē prudentia, &c.} Dicit ergo primo, ꝙ ad ſoluendū hoc, qđ dictum ē, ꝙ propter prudentiam non magis homo operabitur bona, & iuſta ad hoc, ꝙ fiat virtuoſus, oportet parum ſuperius incipere, reſumētes quædam eorum, quæ dicta ſunt. Et incipiemus hinc, ꝙ ſicut ſupra dictum eſt, quidam operātur iuſta, & tamen non dicimus eē iuſtos ſicut cum aliqui operātur ea, quæ ſunt ſtatuta legibus, vel inuiti, vł propter ignorantiā, aut aliquam aliā cauſam, puta propter lucrum, & nō propter amorem ipſorū operum iuſtitiæ, & tales inquam, non dicuntur iuſti, quāuis operentur ea, quæ oportet eos facere, & etiā ea, quę oportet facere bonum virum. Et ita etiam in ſingulis virtutib⁹ oportet hominē aliqualiter operari, ad hoc ꝙ ſit bonus, vel virtuoſus, vt ſcilicet operetur ex electione, & quia placeant ipſa opera virtutis. Iam autem ſupradictum eſt, ꝙ virtus moralis facit electionem rectam quātum ad intentionem finis, ſed quæ nata ſunt fieri propter finem, non pertinent ad virtutem moralē, ſed ad quandam aliā potentiam, ideſt ad quoddam aliud operatiuum principium quod inueniat vias ducentes ad fines. Et ſic huiuſmodi principium eſt neceſſarium, ad hoc quòd homo ſit virtuoſus. Deinde cum dicit.

l ¶ Oſtendit, quid ſit illud principium. Et dicit, ꝙ de prædictis aliquid eſt vlterius dicendum vt manifeſtius ſciantur. Eſt itaque quædam potentia, ideſt operatiuum principium, quam vocant dinoticam, quaſi ingenioſitatem quādam ſiue induſtriā, quæ talis eſt, vt per eam homo poſſit operari ea, quę ordinantur F ad intentionem quam homo præſuppoſuit, ſiue bonum, ſiue malam, & ꝙ per ea, quæ operatur poſſit ſortiri, ideſt conſequi finē. Et ſi quidem intentio ſit bona huiuſmodi ingenioſitas ſit laudabilis; ſi autem ſit praua, vocatur aſtutia, quæ ſonat in malum, ſicut prudentia ſonat in bonum. Et quia dinotica communis ē vtrique, inde eſt, ꝙ tam prudētes, quām aſtutos, dicimus eſſe dinoticos, ideſt ingenioſos, ſiue induſtrios. Deinde cum dicit.

m ¶ Oſtendit, quòd prudentia addat ſupra prædictum principium. Et dicit, ꝙ prudentia, nō eſt omnino idem, quod prędicta potentia, ſcilicet dinotica. Sed tamen non poteſt eſſe ſine ea, ſed in anima huio viſui, ideſt huic cognoſcitiuo principio, ſcilicet dinoticæ habitus prudētiæ nō fit ſine virtute morali, quę ſe habet ſemp ad bonum, vt dictū eſt. Et ratio hui⁹ manifeſta eſt, quia ſicut ſyllogiſmi ſpeculatiui habent ſua principia, ita aliorum operabilium principium eſt, ꝙ talis finis ſit bonum, & optimū qualiſcumque finis ſit ille propter quem operatur aliquis, & ponatur quodcunque exēpli gratia. Puta temperato optimum, & quaſi principium, eſt attingere medium in concupiſcentiis, tactus, ſed quòd hoc ſit optimum non apparet niſi bono, i. virtuoſo, qui habet rectam exiſtimationē de fine, cū virtus moralis faciat rectam intentionē finis. Quòd aliis malis non appāret, id quod vere eſt optimum, patet per hoc, ꝙ malitia oppoſita virtuti peruertit iudicium rationis, & facit mentiri circa fines, q ſunt circa practica principia. Sicut intemperato videtur optimum ſequi concupiſcēcias. Non n. recte poteſt ſyllogizari ſi erretur circa principia. Cum ergo ad prudētem pertineat recte ſyllogizare de operabilibus, manifeſtum eſt, ꝙ impoſſibile eſt eſſe prudentē illum, qui nō eſt virtuoſus, ſicut non poteſt eſſe ſciens, qui erraret circa principia demonſtrationis.

k De eo autem, quod eſt nihil eſſe magis operatiuos propter prudentiam bonorum & iuſtorum, parum ſuperius incipiendum ſumētes principium hoc, Quemadmodum. n. iuſta dicimus operātes quoſdam nequaquam iuſtos eſſe, puta a legibus ordinata facientes, vel nolētes, G vel propter ignorantiā, vel propter alterum quidem, & non propter ipſa: quamuis operātur quidem, quæ oportet, & quæcūque oportet ſtudioſum: ſicut videtur eſſe qualiter habentem operari ſingula velut ſit bonus. Dico autem, puta propter electionem, & ipſorum gratia operatorum. Electionem quidem igitur rectam facit virtus, Quæcunque autem illius gratia nata ſunt fieri, non ſunt virtutis: ſed alterius potentiæ. H

l Dicendum autem ſcientibus manifeſtius de ipſis. Eſt vtique quædam potentia quam vocāt dinotica. Hęc autem eſt talis, vt ad ſuppoſitam intentionem cōtendentia poſſit hæc operari, & ſortiri ipſis. Siquidem igitur intentio ſit bona laudabilis eſt. ſi autem praua, aſtutia. Propter quod & prudentes dinoticos, & aſtutos aiīmus eſſe.

m Eſt autē prudentia non hæc potentia, ſed non ſine potentia hac. Habitus autem viſui huic I fit animæ, non ſine virtute vt dictum eſt. et eſt manifeſtum. Syllogiſmi. n. operabilium principium habentes ſunt, quia talis finis, & optimus qualiſcunque ēns. Sit. n. ſermonis gratia quodcunque. Hoc autē niſi bono nō apparet. peruertit. n. malitia, & mētiri facit circa practica principia. Quare manifeſtum, quoniā impoſſibile prudentem eſſe non entem bonum. K

*De eo uero, quod dictum eſt non eſſe magis aptos ob prudentiam homines ad honeſta iuſtaque agenda, paulo altius incipiendum eſt, hoc principio ſumpto. Nam ut & iuſta agentes quoſdam nondum iuſtos eſſe dicimus, ut eos, qui faciunt ea, quæ legibus ſunt inſtituta, inuiti, uel ob ignorationem, uel ob aliquid aliud & non ob ipſa, & ſi agunt ea, quæ oportet, & quod uirum oportet agere ſtudioſum, ſic (ut uidetur) agere ſingula unūquēque oportet modo quodam affectum, ut ſit homo bonus ob electionem inquam, & ipſorum gratia, quæ aguntur. Electionem igitur rectam efficit uirtus. Sed ea, quæ illius gratia ſunt agenda, non ſunt ipſius uirtutis, ſed ad aliam potentiam ſpectant.*

*Dicendum autem de ipſis dilucidius eſt. Eſt igitur quædam potentia quam habilitatem uocant. Hæc talis eſt ut ea poſſit agere, atque attingere, quæ ad ſuppoſitam intentionem conducunt. Si igitur propoſitum ſit honeſtum, laudabilis eſt, ſin improbum, uerſutia eſt. Quapropter & ipſos prudentes habiles, & uirtuoſos dicimus eſſe.*

*Ipſa uero prudentia non eſt quidē hæc dicta potentia. Non tamen eſt ſine ipſā. Habitus autem ipſe huic oculo imprimitur animæ, neque abſque uirtute ſicut diximus, atque conſtat. Ratiocinationes enim agendarum rerum principium habent cum talis ſit ipſe finis, & ipſum optimum, quicquid tandem ſit illud. Sit autem uerbi gratia quiduis. Hoc autem non niſi bono uiro uidetur. Prauitas enim peruertit, facitque ut circa principia rerum agēdarum homo fallatur. Quare patet, prudentem neminem eſſe poſſe niſi ſit bonus.*

LECTIO XI.

Intendendū utiq; rurſu & de virtute. Etenim virtus ſimiliter hēt, vt S

LECTIO XI.

*Conſiderandū eſt iterū, & de uirtute. Etenim, ut prudentia ſeſe habet ad habilitatē,*

LECTIO XI.

Poſtquam Philoſophus oſtendit, ꝙ prudentia nō pōt eſſe ſine morali virtute, hic oſtendit, ꝙ moralis virtus nō pōt eſſe ſine prudētia. Et circa hoc tria facit. Primo oſtēdit, ppoſitū. Secūdo ex hoc ſoluit quādā dubitationem



dubitationem incidentē, ibi, {Sed & ratio ſic diſſoluetur &c.} Tertio concludit principale intentum, ibi. {Manifeſtum autem quamuis &c.} Circa primum duo facit. Primo oſtendit propoſitum per rationem. Secundo per dicta aliquorum, ibi. {Propter quòd autem homines &c.} Dicit ergo primo, quòd ex quo oſtenſum eſt, quòd prudentia nō poteſt eſſe ſine virtute morali, rurſus intendendum eſt de virtute morali, vtrum ſcilicet poſſit eē ſine prudētia. Ita enim ſe habet circa virtutē moralem, ſicut dictum eſt de prudētia, & dinotica, quòd licet nō ſint idem penitus, tamen habent aliquam ſimilitudinem adinuicem, inquantum vtraque adinuenit cōuenientes vias ad finem propoſitū. Ita etiam videtur ſe habere circa virtutē naturalem, & principalem ideſt moralē, quæ eſt perfecta virtus. Quòd autem videtur virtus naturalis, quę preſupponitur morali, patet per hoc, ꝙ ſinguli mores virtutum, vel vitiorum videntur exiſtere aliquibus hominibus naturaliter, ſtatim enim quidam homines a ſua natiuitate videntur eſſe iuſti, vel temperati, vel fortes propter naturalē diſpoſitionē qua inclinantur ad opera virtutum, quę quidē naturalis diſpoſitio, quantum ad tria pōt attendi. Primo quidem, ex parte rationis, cum naturaliter indita ſint prima prīcipia operabiliū humanorum, puta nulli eſſe nocendum, & ſimilia. Secundo, ex parte volūtatis, quę de ſe naturaliter mouetur a bono intellecto ſicut a proprio obiecto. Tertio, ex parte appetitus ſenſitiui, ſecundum quòd ex naturali complexione quidā ſunt diſpoſiti ad iram, quidam ad concupiſcentias, vel ad alias paſſiones, aut magis, aut minus, aut mediocriter, in quo conſiſtit virtus moralis, ſed prima duo communia ſunt hominibus omnibus. Vnde ſecundum hoc dicit Philoſophus, quoſdā eſſe naturaliter fortes, vel iuſtos, & tamen requiritur in his, qui naturaliter ſunt tales, aliquid, qđ ſit principaliter bonum, ad hoc quòd prædictæ virtutes, ſecundum perfectiorem modum in nobis exiſtant, quòd prædicti naturales habitus, ſiue inclinationes in pueris, & in beſtijs inſunt, ſicut Leo naturaliter eſt fortis, & liberalis, ſed tamē huiuſmodi habitus naturales videntur eſſe nociui, niſi adſit diſcretio intellectus. Et videtur, quòd ſicut in motu corporali ſi corpus fortiter moueatur abſque viſu dirigente, accidit, quòd id quod mouetur impingat, & fortiter lædatur, ita etiā & hic. Si enim aliquis habeat fortem inclinationem ad opus alicuius virtutis moralis, A & non adhibeat diſcretionem ad opus illud virtutis moralis, accidet grauis læſio, vel corporis proprij, ſicut in eo, qui inclinatur ad abſtinentiam ſine diſcretione, vel reſpectu exteriorum ſi inclinetur ad liberalitatem, & ſimile eſt in alijs virtutibus, ſed ſi huiuſmodi inclinatio coaccipiat in operando intellectum, vt ſcilicet cum diſcretiōe operetur, tunc multum differt ſecundū excellentiam bonitatis. Et habitus, q erit ſimilis tali operatiōi cum diſcretione factæ, erit proprie & perfecte virtus, quæ eſt moralis. Sicut igitur in parte animæ operatiuę duæ ſpecies ſunt principiorum operatiuorum, ſcilicet dinotica, & prudentia, ita etiam in parte appetitiua, quæ pertinet ad morales, ſunt duę ſpecies, ſcilicet uirtus naturalis, & moralis, quæ eſt principalis, & hæc non poteſt fieri ſine prudentia, ſicut oſtenſum eſt. Deinde cum dicit.

b ¶ Manifeſtat propoſitū per dicta aliorum. Et primo per dictum Socratis. Secundo per dictum eorū, qui ſuo tempore erāt ibi. {Signū autē &c.} Circa primum, duo facit. Primo proponit dictum Socratis. Et dicit, quòd propter prędictam affinitatem virtutis moralis ad prudentiam Socrates, dixit, omnes virtutes morales eſſe prudentias. Secundo ibi.

c ¶ Oſtendit in quo deficiebant. Et dicit, quòd ī hoc dicto Socratis, inquiſitio quātum ad aliquid erat recta, quantum autē ad aliquid, peccabat. In hoc enim, quòd æſtimabat omnes uirtutes morales eē prudentias, peccabat, cū uirt⁹ moralis, & prudentia ſint in diuerſis partibus animæ. Sed quantum ad hoc bene dicebat, quòd uirtus moralis non poteſt eſſe ſine prudentia. Deinde cum dicit.

d ¶ Confirmat idem per dicta modernorum. Et primo ponit dictum eorum. Secundo oſtendit in quo deficiant, ibi. {Oportet autem &c.} Dicit ergo primo, quòd ſignum huius, quòd uirtus moralis non ſit ſine prudentia eſt, quia etiam inter omnes diffinientes virtutem, ponentes eam in genere habitus, dicunt ad quæ ſe extendat virtus, & quòd hoc ſit ſecundum rationem rectam. Manifeſtum eſt autem ex præmiſſis, quòd ratio recta in agibilibus eſt, quæ eſt ſecundum prudentiam. Si igitur omnes ſic diffinientes & ſi non diſtincte determinent, videntur tamen aliqualiter diuinare, ſeu coniecturare, quòd uirtus eſt talis habitus, qui eſt ſecundum prudentiam. Deinde cum dicit.

e ¶ Oſtendit in quo deficiant ſic dicentes. Et dicit, quòd oportet parum tranſcendere eorum dictum, aliquid addendo. Non enim

prudentia ad dinoticā, non idē quidem, ſimile autem, ſic & naturalis virtus ad principalem. Omnibus enim videtur ſingulos morum exiſtere natura aliqualiter. Etenim iuſti, & temperati, & fortes, & alia habemus confeſtim a natiuitate. Sed tñ B quærimus alterum quidem principaliter bonum eſſe, & talia ſecundū modum alterū exiſtere. Etenim pueris, & beſtijs naturales exiſtunt habitus. Sed ſine intellectu nociui videntur exiſtentes. Veruntamen tantum videtur videri, qm̄ quemadmodum corpori forti ſine viſione moto, accidit falli fortius propter nō habere viſum, ſic & hic. Si autē accipiat intellectum in operari differt. Habitus autem ſimilis exiſtens tūc erit proprie virtus. C quare quemadmodum in opinatiuo, duæ ſunt ſpecies, dinotes, & prudētia, ſic ī morali duæ ſunt: hæc qđē virtus naturalis, hæc autem principalis, & harū principalis nō fit ſine prudētia.

b Propter quod aiunt, omnes virtutes prudentias eſſe.

c Et Socrates ſic quidem recte quęrebat, ſic autem peccabat. Quoniā quidem. n. prudentias æſtimabat eſſe oēs virtutes, peccabat, quoniam autem non ſine prudentia, bene dicębat. D

d Signum autem etenim nun omnes, quando diffiniunt virtutem apponunt habitum dicentes, & quę eſt ſecundum rectam rationem. Recta autem, quæ ſecundum prudentiam. Videntur vtique diuinare aliqualiter omnes, quoniam talis habitus virtus eſt, quę ſecđm prudētiā. E

e Oportet autem parum tranſcendere. Non enim ſolum, qui

*quæ non eſt idem ſed ſimile, ſic & proprie virtus ſeſe habet ad naturalem virtutem. Omnibus enim ſinguli mores ineſſe quodammodo natura videntur. Etenim & iuſti natura forteſque, atque ad temperantiam nati apparēt, cæteraque continuo habemus ex ipſo ortu, ſed eſſe tamen quærimus aliquid aliud, quod eſt proprie bonum, & talia modo alio nobis ineſſe. Pueris enim ac belluis naturales habitus inſunt. At abſque mente nocere uidentur. Atq; ut robuſto fit in corpore ſine oculis ſe mouente (errat enim uehementer ex eo, quia non habet uiſum,) ſic & hic accidit. Si uero mentem acceperint in agendo differt. Atque habitus ille ſimilis tunc erit proprie uirtus. Quare ut in opinatiuo duæ ſunt ſpecies habilitas, atque prudentia, ſic & in morali ſunt duæ, una naturalis uirtus, altera proprie uirtus. Atque harum ea, quæ eſt proprie uirtus, non fit ſine prudentia.*

*Quapropter inquiunt, uirtutes omnes prudentias eſſe.*

*Et Socrates partim recte quærebat, partim peccabat, peccabat, quia uirtutes omnes prudentias eſſe putabat. Bene dicebat, quòd non eſſe ſine prudentia ipſas aiebat.*

*Hoc autem huius indicium eſt. Etenim nunc omnes, cum uirtutem definiunt dicentes, ipſam habitum eſſe, & aſſcrētes ea, circa q̄ uerſatur, addunt, ſecundum rectam rationem. At recta eſt ea, quæ eſt ſecundum prudentiam. Videntur igitur oēs uaticinari quodam modo talem habitum eſſe uirtutem, qui eſt ſecundum prudentiam.*

*Oportet autem parumper migrare. Eſt enim is habitus uirtus, qui non ſo-*

enim ſolum habet hoc virtus moralis, quòd ſit ſecundum rationem rectam, quia ſic poſſet aliquis eſſe virtuoſus moraliter ſine hoc, quòd haberet prudentiam per hoc, quòd eſſet inſtructus per rationem alterius, ſed oportet vlterius dicere, quòd virtus moralis eſt habitus cum ratione recta, quæ quidem eſt prudentia. Sic igitur patet, quòd Socrates plus dixit, quàm oporteret dum exiſtimauit, quòd omnes virtutes morales eſſent rationes, & non cum ratione, quia dicebat eas eſſe ſcientias, ſiue prudentias. Alij verò minus dixerunt, quàm oportet ponentes eſſe ſolum ſecundum rationem. Ariſtoteles vero mediū tenet, ponens virtutem moralem eſſe ſecundum rationem, & cum ratione. Sic igitur manifeſtū eſt ex dictis, quòd non eſt poſſibile aliquem hominem eſſe bonū principaliter, ideſt ſecundum virtutem moralem ſine prudētia, neque etiam prudentem ſine morali virtute. Deinde cum dicit.

f ¶ Soluit ex præmiſſis quandam incidentem quæſtionem. Et primò mouet dubitationem. Secundo ſoluit, ibi. {Hæc enim ſecundum quidem &c.} Dicit ergo primo, quòd per præmiſſa poteſt ſolui ratio, quam quidam inducunt diſputātes ad hoc, quòd virtutes abinuicem ſeparentur, ita ſcilicet quòd vna virtus abſque altera poſſit haberi. Videmus enim, quòd non idem homo eſt inclinatus ad omnes virtutes, ſed alius ad liberalitatem, alius ad temperantiam, & ſic de alijs. Facile enim vnuſquiſq; perducitur in id, ad qđ naturaliter inclinatur. Eſt autem difficile aliquid aſſequi cōtra naturæ impulſum. Sequitur ergo, quòd homo, qui eſt naturaliter diſpoſitus ad vnam virtutem, & non ad aliam, ſciuit, ideſt aſſecutus eſt hanc virtutem, ad quam naturaliter erat diſpoſitus. Et loquitur ſecundum Socratem, qui ponebat virtutes eſſe ſcientias. Hanc autem ſcilicet virtutem, ad quam non eſt naturaliter diſpoſitus, nequaquam conſequetur. Deinde cum dicit.

g ¶ Quod dictum eſt, verificatur ſecundum virtutes naturales, non autem ſecundum virtutes morales, ſecundum quas aliquis dicitur ſimpliciter bonus. Et hoc ideo, quia nulla earum poteſt haberi ſine prudentia, nec prudentia ſine his, vt oſtenſum eſt. Et ſic quando prudentia, quæ eſt vna uirtus, ineſt alicui, ſimul inerunt cum ea omnes, quarum nulla erit prudentia non exiſtente. Signanter autem dicit uni exiſtenti, quia ſi eſſent diuerſæ prudentiæ circa materias diuerſarum uirtutum moralium, ſicut ſunt diuerſa artificiorum genera, non prohiberet unam uirtutem moralem eſſe ſine alia, unaquaque earum habente prudentiam ſibi correſpondentem, ſed hoc non poteſt

ſecūdum rectam rationem, ſed qui cum recta ratione habitus virtus eſt. Recta autem de talibus ratio prudentia. Socrates quidem igitur rationes virtutes æſtimabat eſſe. Scientias enim eſſe omnes. Nos autem cum ratione. Manifeſtum igitur ex dictis, quoniam non poſsibile bonum eſſe principaliter ſine prudentia, neque prudentem ſine morali virtute.

f Sed & rō ſic diſſoluetur, qua diſputat quis, quoniā ſeparant abinuicem uirtutes. Non .n. idē optime natus ad omnes. Quare hanc quidem ſciuit, hanc autē nequaquam aſſumens erit.

G

g Hoc enim ſecundum quidem naturales virtutes contingit. Secundum quas autem ſimpliciter dicitur bonus, non contingit. Simul enim prudentiæ vni exiſtenti omnes inerunt.

H

h Manifeſtum autem quamuis ſi non eſſet practica, quoniam indigeret vtiq; ipſa propter particulę virtutem eſſe, & quoniā non erit electio recta ſine prudētia, neque ſine virtute. Hæc quidem enim finem, hæc autem quæ ad finem facit operari.

I

i Sed tamen neque & principalis eſt ſapientię, neque melioris particulę, quemadmodum neque ſanitatis medicinalis. Non enim vtitur ipſa, ſed videt qualiter fiat illa, cuius gratia præcipit, ſed non illi. Adhuc ſimile, & ſiquis politicam dicat principari dijs, quoniam pręcipit circa omnia, quæ in ciuitate.

*lum eſt ſecundum rationem rectam, ſed cum recta etiam ratione. Recta autem de talibus ratio ipſa eſt ſane prudentia. Socrates igitur virtutes ipſas ratiōes eſſe arbitrabatur. Omnes enim ſcientias eſſe dicebat. At nos cum ratione eſſe cenſemus. Patet igitur ex dictis fieri non poſſe, vt ſine prudentia ſit homo proprie bonus, & abſque morum virtute prudens.*

*At enim, & ea ratio, qua quiſpiam diſſuerit ſeparari virtutes hinc ſolui poteſt. Non enim idem ad omnes ſuſcipiendas aptiſſimus eſt ingenio, quare aliam iam accepit, aliam nondum accepit.*

*Hoc enim in naturalibus quidem virtutibus fieri poteſt. At in his, quibus abſolute dicitur homo bonus, fieri nequit. Etenim cum prudentia, quæ eſt vna, ſimul inerunt uniuerſæ.*

*Conſtat autem, & prudentia opus eſſe, etiam ſi non eſſet actiua, quia partis eſt uirtus. Et ſine prudentia, ſineque uirtute electionem rectam non fore. Altera namque finem, altera ea quæ ſunt ad finem agere facit.*

*At uero, neque ſapientiæ præeſt, neq; præſtabilioris eſt partis, ſicut nec que ars medendi præſidet ſanitati. Nō enim utitur ipſa, ſed uidet ut fiat. Illius igitur gratia non illi iubet. Præterea ſimile eſt, & ſi quiſpiam facultatem ciuilem principem eſſe Deorum dicat, propterea quod præcipit de omnibus, quæ aguntur in ciuitate.*

F eſſe, quia eadem ſunt principia prudentiæ ad totam materiam moralem, ut ſcilicet omnia redigantur ad regulam rationis, & ideo propter prudentiæ unitatem, omnes uirtutes morales ſunt ſibi connexæ. Poteſt autem contingere, quòd alicui habenti alias morales uirtutes, dicatur aliqua uirtus deeſſe propter defectum materiæ, ſicut pauperi uirtuoſo deeſt magnificentia, quia non habet unde faciat magnos ſumpt9. Ex ipſa tamen prudentia, quam habet, eſt taliter conſtitutus, ut in promptu habeat magnifice facere, ſi materia non deſit. Deinde cū dicit.

h ¶ Concludit principale intentum epylogās quę dicta ſūt. Et dicit, manifeſtum eſſe ex dictis, quòd etiam ſi prudētia nō eſſet operatiua, quòd homo indigeret ipſa propter hoc, quòd eſt uirtus perfectiua cuiuſdam particulæ animæ. Et iterum manifeſtum eſt, quòd eſt operatiua, quia electio recta, quæ requiritur ad operationem uirtutis, nō eſt ſine prudentia, & uirtute morali, quia uirtus moralis ordinat ad finem, prudētia autem dirigit circa ea, quæ ſunt ad finem. Deinde cum dicit.

i ¶ Soluit dubitationem motam de comparatione prudentiæ, & ſapientiæ. Et dicit, quòd prudentia non principatur ſapientiæ, neque id, qđ eſt deterius principatur meliori. Et inducit ad hoc duo exempla. Quorum primum eſt, quia ars medicinæ pcipit quidem quid debeat fieri ad ſanitatem conſequendam, non tamen principatur ſanitati, quia non utitur ipſa ſanitate, qđ eſt proprium artis, uel ſcientię principātis, ut ſcilicet utatur ea, cui principatur præcipiendo illi, ſed ars medicinæ, præcipit qualiter fiat ſanitas, ita quòd præcipit propter ſanitatem, ſed non ſanitati. Et ſimiliter prudentia etiam politica non utitur ſapientia præcipiens illi, qualiter debeat iudicare circa res diuinas, ſed præcipit propter illam, ordinans ſcilicet qualiter homines poſſint ad ſapientiam peruenire. Vnde ſicut ſanitas eſt potior quàm ars medicinæ, cum ſit eius finis, ita ſapientia prudentiæ præeminet. Secundum exemplum eſt, quòd cum politica præcipiat de omnibus, quæ ſunt in ciuitate, conſequens eſt, quòd præcipiat de his, quę pertinent ad cultum diuinum, ſicut præcipit de his, quæ pertinent ad ſtudium ſapientię. Simile igitur eſt propter hoc prudentiā, aut politicam præferre ſapientię, ac ſi aliquis præferret eam Deo, quod manifeſtum eſt inconueniens. Et ſic terminatur Sexti libri ſententia.

ARISTO-



# ARISTOTELIS MORALIVM AD NICOMACHVM

## LIBER SEPTIMVS.

Cum Sancti Thomæ Aquinatis præclariſsimis commentariis.

### LECTIO PRIMA.

Poſtquam Philoſophus ſupra determinauit de uirtutibus moralibus & intellectualibus, hic incipit determinare de quibuſdam, quæ ſe ſequuntur adinuicem. Et primo de incontinentia, quæ eſt quoddā imperfectum in genere uirtutis. Secundo de amicitia, quę eſt quidam effect9 uirtutis ī Octauo libro, ibi. {Poſt hæc autem de amicitia &c.} Tertio de fine uirtutis in Decimó libro. {Poſt hæc autem de electione, &c.} Circa primum duo facit. Primo determinat de cōtinentia, & eius oppoſito. Secundo de delectatione, & triſtitia, quę ſunt earum materia, ibi. {De delectatione autem &c.} Circa primum duo facit. Primo diſtinguit continētiam ab alijs, quæ ſunt eiuſdē generis. Secundo determinat de ea, ibi. {Videtur utique continentia, &c.} Circa primum duo facit. Primo diſtinguit continētiā, & eius oppoſitum ab alijs, quæ ſunt eiuſdē generis. Secundo oſtēdit de quib9 eorū ſit dictum, & de quibus reſtet dicendum, ibi. {Sed de hac quidē diſpoſitione &c.} Circa primum duo facit. Primo enumerat habitus, ſeu diſpoſitiones circa moralia uituperabiles. Secundo ponit earum oppoſita, ibi. {Contraria autem &c.} Dicit ergo primo, quòd poſt ea quæ dicta ſunt de virtutibus moralibus, & intellectualibus ad hoc, quòd nihil moralium prętermittatur, oportet ab alio principio reſumere, vt dicamus, quòd eorum quæ ſunt circa mores fugienda, tres ſpecies ſunt, ſcilicet malitia, & incontinentia, & beſtialitas. Et horum quidem differentiam oportet ſic accipere. Cum enim vt in Sexto dictum eſt, bona actio non ſit ſine ratione practica, & appetitu recto per hoc quòd aliquid horum duorum peruertitur, contingit, quòd aliquid ſit in moribus fugiendum. Si quidem igitur ſit peruerſitas ex parte appetitus, vt ratio practica remaneat, recta erit incontinentia, quæ ſcilicet eſt, quando aliquis rectam æſtimationem habet de eo, ꝙ eſt faciendum, vel vitandum, ſed propter paſſionem appetitus in contrarium trahit. Si vero intantum inualeſcat appetitus peruerſitas, vt rationi dominetur, ratio ſequitur id, in quo appetitus corruptus inclinat, ſicut principium quoddam, extimās illud, vt finem optimum. Vnde ex electione operabitur peruerſa, ex quo aliquis dicitur malus, vt dictum eſt in Quinto. Vnde talis diſpoſitio dicitur malitia. Eſt autem conſiderandum, quòd peruerſitas in vnaquaque re contingit ex eo quòd corrumpitur temperantia debita illius rei. Sicut ægritudo corporalis in homine, prouenit ex eo quòd corrumpitur humorum debita proportio huic homini. Et ſimiliter peruerſitas appetitus, qui interdum rationem peruertit in hoc conſiſtit, quòd corrumpitur cō-

### LECTIO I.

Poſt hæc autem dicendum, aliud facientes principium, quoniam circa mores fugiendorum tres ſunt ſpecies, malitia, incontinētia, & beſtialitas.

C

b Contraria autem duobus manifeſta, hoc q.dē.n. virtutē, hoc autem continentiam vocamus.

c Ad beſtialitatem maxime cōgruit, dicere ſupra nos virtutem heroycam quandam, & diuinam.

D

d Quemadmodū Homerus de Hectore fecit dicētem Priamū, quoniam valde erat bonus, neque videbat viri mortalis puer exiſtere, ſed Dei. Quare ſi quem admodum aiunt ex hominibus fiunt Dij, propter virtutis ſuper excellentiam, talis quidem vtiq; erit, videlicet beſtialitati oppoſitus habitus.

### *LECTIO I.*

*Poſt hæc dicendum eſt, alio ſumpto principio, tres eſſe ſpecies eorum, quæ circa mores ſunt fugienda. Vitium, incontinentiam, feritatem.*

*Atque contraria quidem duobus manifeſta ſunt. Aliud enim uirtutem, aliud continentiam appellamus.*

*Ad feritatem autem, & immanitatem maxime uirtutem eam conuenit dicere, quæ eſt ſupra nos, heroycam (inquam) quandam, atque diuinam.*

*Vt Homerus de Hectore propterea quòd eximia bonitate præſtabat dicentem Priamum induxit.*

*Nec iam hoīs ſane mortalis filius ille. Eſſe videbatur, ſed diuo ſemine natus.*

*Quare ſi ex hominibus ob uirtutis excellentiam Dij fiunt, ut aiunt, talis quidam is habitus fuerit, qui feritati opponitur.*

B menſuratio affectionum humanarum. Talis autem corruptio non conſiſtit in indiuiſibili, ſed habet latitudinem quandam, vt patet de temperantia humorum in corpore humano. Saluatur enim natura humana cum maiori, vel minori caliditate. Et ſimiliter contemperantia vitæ humanæ ſaluatur, ſecundum diuerſas maneries affectionum. Vno igitur modo poteſt contingere peruerſitas in tali cōſonātia, ita quòd nō exeatur extra limites humanæ vitæ, & tūc dicetur ſimpliciter incontinentia, vel malitia humana, ſicut ægritudo humana corporalis, in qua ſaluari poteſt natura humana. Alio modo poteſt corrumpi contēperantia humanarū affectionū, ita quòd progrediatur vltra limites humanæ vitæ in ſimilitudinem affectionum alicuius beſtiæ, puta leonis, aut porci. Et hoc eſt quod vocatur beſtialitas. Et eſt ſimile, ſicut ſi ex parte corporis complexio alicuius mutaretur in cōplexionem leoninā, vel porcinam. Deinde cum dicit.

b ¶ Ponit cōtrarias diſpoſitiones prædictis. Et primo proponit duo, de quib9 manifeſtum eſt. Et dicit, quòd contraria duorum prædictorum ſunt manifeſta, nam malitiæ contrariatur virtus, incontinentia vero continentiæ. Secundo ibi.

c ¶ Oſtendit quid opponatur tertio, ſcilicet beſtialitati. Et primo proponit quod intendit. Secundo manifeſtat propoſitum. ibi. {Quemadmodum Homerus &c.} Dicit ergo primo, quòd beſtialitati conuenienter dicitur opponi virtus, quæ communem modum hominum excedit, & vocari poteſt heroyca, ſeu diuina. Heroas enim Gentiles vocabant animas defunctorum virorum inſignium, quos etiam eſſe deificatos dicebant. Ad cuius euidentiam conſiderandum eſt, quòd anima humana media eſt inter ſuperiores ſubſtantias, & diuinas, quibus communicat per intellectum, & animalia bruta, quibus communicat in ſenſitiuis potentijs: ſicut ergo affectiones ſenſitiuæ partis, aliquando in homine corrumpuntur, vſque ad ſimilitudinem beſtiarum, & hæc vocatur beſtialitas ſupra humanam malitiam, & incontinentiam, ita etiam rationalis pars, quandoque in homine perficitur, & formatur vltra communem modum humanæ perfectionis quaſi ad ſimilitudinem ſubſtātiarū ſeparatarū, & hæc nominat virt9 diuina ſupra humanā virtutē, & cōem. Ita .n. ſe hēt rerū ordo, vt mediū ex diuerſis partib9 attingat vtrūq; extremū. Vñ ēt ī humana natura ē aliqd, qđ attingit ad id, quod eſt ſuperius aliqd, qđ cōiungitur inferiori, aliquid vero, quod medio modo ſe habet. Deinde cum dicit.

E

d ¶ Manifeſtat quod dixerat. Et primo manifeſtat, quòd ſit in hominibus quædam virtus heroyca, vel diuina. Secundo oſtendit.

dit, quòd talis virtus opponatur beſtialitati, ibi. { Etenim quemadmodum &c. } Primum autem manifeſtat dupliciter. Vno modo per dictum Homeri, qui introduxit Priamum de filio ſuo Hectore dicentem, quòd erat excellenter bonus, ita quòd non videbatur mortalis hominis exiſtere filius, ſed Dei, quia quoddam diuinum apparebat in eo vltra communem hominũ modum. Secundo manifeſtat idem per communem dictum Gentilium, qui dicebant quoſdã homines deificari, quod Ariſt. nõ dicit eſſe credẽdum, quantum ad hoc, ꝙ homo vertatur in naturam diuinam, ſed propter excellentiã virtutis ſupra communem modum hominum. Ex quo patet eſſe ĩ hominibus aliquibus quandam diuinam virtutem, & concludit hanc virtutem eſſe beſtialitati oppoſitam. Deinde cum dicit.

e ¶ Probat propoſitum duplici ratione. Primo quidem, quia malitiam, vel virtutem dicimus propriã homini. Vnde neque malitia attribuit beſtiæ, quæ eſt infra hominem, neque virtus Deo, qui eſt ſupra hominem, ſed virtus diuina eſt honorabilior virtute humana, quam ſimpliciter virtutem nominamus. Peruerſitas autẽ beſtiæ eſt quoddam alterũ genus malitiæ, a malitia humana, quæ ſimpliciter malitia dicitur. Secundam rationem ponit ibi.

f ¶ Et dicit, quòd homines, in quibus inuenitur tanta bonitas, quæ raro inuenitur in hominibus, videntur diuini viri. Vnde Lacones, ſcilicet quidam Græciæ ciues, quando valde admirantur alicuius hominis bonitatem dicunt. Iſte eſt vir diuinus. Et ſimiliter ex parte malitiæ beſtialis raro inuenitur inter homines. Et ponit tres modos, ſecundũ quos aliqui fiunt beſtiales, quorum primus eſt, ex conuerſatione gentis, ſicut apud barbaros, qui rationabilibus legibus non vtũtur propter malã cõmunẽ cõſuetudinem, aliqui incidunt in malitiam beſtialem. Secundo contingit aliquibus propter ægritudines & orbitates, ideſt ammiſſiones charorum ex quibus in amentiam incidunt, & quaſi beſtiales fiunt. Tertio propter magnum augmentum malitię, ex qua contingit, quòd quoſdam ſuperexcellenter diffamamus dicentes eos beſtiales. Quia igitur ſicut virtus diuina raro in bonis inuenitur, ita & beſtialitas raro in malis, videntur ſibi per oppoſitum reſpondere. Deinde cum dicit.

F

g ¶ Oſtendit quid de talibus ſit dictum, & quid reſtat dicendum. Et primo continuat ſe ad pręcedentia, & ſequentia, ſecundo demonſtrat modum agendi, ibi. { Oportet autem &c. } Dicit ergo primo, quòd de hac diſpoſitione, ſcilicet beſtiali, poſterius fiet quædam recordatio, ſcilicet in hoc eodem libro. De malitia autem virtuti oppoſita dictũ eſt prius, vbi determinatum eſt de virtutibꝰ moralibus. De incontinentia autem quæ vituperatur circa delectationes, & mollitie, & delitijs, quæ vituperãtur circa triſtitias, dicendum eſt nunc. Et ſimiliter de continentia, quæ laudatur circa delectationes. Et perſeuerantia, quæ laudatur circa triſtitias, ita tamẽ, quòd nõ æſtimemus hos habitus, neque eoſdem virtuti, & malitiæ, neque ut genere diuerſos. Deinde cum dicit.

h ¶ Oſtendit modum procedendi. Et dicit, quòd oportet hic procedere ſicut i alijs rebus, vt ſcilicet poſitis his, quæ vidẽtur probabilia circa prædicta, prius inducamus dubitationes, & ſic oſtendemus omnia, quæ ſunt maxime probabilia circa pręd icta, & ſi non omnia, quia non eſt hominis, vt nihil a mente eius excidat, oſtẽdemus plurima, & principaliſſima. quia ſi in aliqua materia diſſoluantur difficultates, & derelinquantur quaſi uera illa, quę ſunt probabilia, ſufficienter eſt determinatum. Deinde cum dicit.

i ¶ Determinat de continentia, & incõtinentia, & perſeuerantia, & mollicie, & ſecundum hoc, qđ determinatum eſt. Primo proponit probabilia. Secundo inducit dubitationes, ibi. { Dubitabit autem vtique aliquis. } Tertio ſoluit, ibi. } Primũ quidem igitur. } Circa primum tria facit. Primo proponit probabilia circa ipſam continentiam, & incontinentiam. Secundo circa comparationem eorum ad alia, ibi. { Et temperatum quidem eſt &c. } Tertio circa eorum materiam, ibi. { Adhuc incontinentes &c. } Circa primum ponit tria probabilia, quorum primum pertinet ad bonitatem, & malitiam prędictorum, & dicit quòd probabiliter videtur, quòd continentia, & perſeuerantia ſint ſtudioſa, & laudabilia, incontinentia autem, & mollicies ſint praua, & vituperabilia. Secundum pertinet ad rationes diffinitiuas

Lectio 1. Lectio 2.

e Etenim quemadmodum, neque beſtiæ eſt malitia, neque virtus, ſic neque Dei, ſed hoc quidem honorabilius virtute, hoc autem quoddã genus malitiæ.

f Quia autem rarum, & diuinũ virum eſſe quemadmodum Lacones conſueuerunt appellare, quando admirantur valde aliquem, diuinus vir aiunt, ſic & beſtialis in omnibus rarus, maxime autem in barbaris eſt. Fiũt autem quidam, & propter ægritudines, & orbitates, & propter malitiam etiam hominum ſuperexcedentes, ſic ſuperinfamamus. G

g Sed de hac quidẽ diſpoſitione poſterius faciendũ quãdã recordationẽ. De malitia autẽ dictum eſt prius. De incontinẽtia autem, & mollitie, & delitijs dicendum eſt, & de continentia, & perſeuerantia. Neq; enim vt de eiſdem habitibus virtuti, & malitiæ vtramque ipſarum ſuſcipiendum, neq; vt alterũ genus. H

h Oportet autem quemadmodum in alijs ponẽtes, quæ apparent, & primum dubitantes ſic oſtendere maxime quidem omnia probabilia circa has paſsiones. Si autem non, plura tamẽ, & principaliſsima. Si enim ſoluãtur difficilia, & aſſumantur probabilia, oſtenſum vtique erit ſufficienter. I

i Videtur vtique continentia, & perſeuerantia ſtudioſorum, & laudabilium eſſe. Incontinentia autem, & mollities prauorum, & vituperabilium. Et idem continens, & permanſiuus in ratione, & incontinens, & egreſſiuus a ratione, & incontinens, quidem ſciens, quoniam praua agit propter paſsionem. Continens autem ſciens, quoniã praue concupiſcentię, non ſequitur propter rationem. K

*Etenim, ut feræ, neque uitium eſt, neque uirtus, ſic neque Dei, ſed hæc quidem præſtabilius eſt uirtute, illa autem diuerſum quid a vitio genus.*

*Atque vt raro fit virum eſſe diuũ, vt appellare Lacones conſueuere, cũ valde aliquem admirantur (dicunt enim vir diuus hic eſt,) ſic & ferus, atque immanis eſt inter homines raro. Maxime vero inter nationes Barbaras eſt, fiunt autem quidam tales, & ob morbos, leſioneſque principii. Et eos etiam homines, qui in vitiis exuperãt, hac infami conſueuimus appellatione notare.*

*Sed de tali quidem diſpoſitione mẽtio aliqua poſterius fiet. De vitio uero prius eſt dictum. Nunc de incontinentia, mollitie, luxuque, & de continentia, atque conſtantia eſt dicendũ. Neque enim, vt idem quod virtus, & uitium, neque ut diuerſum genus hæc ſunt putanda.*

*Atque ut in cæteris egimus aſſerre ea quæ uidentur oportet, & dubitare primum. Deinde omnia, quæ probabilia ſunt, aut ſaltem plurima maximeque præcipua circa hos affectus oſtendere. Nam ſi ſoluantur quidem ea quæ difficultatem afferunt, relinquantur autẽ ea, quæ probabilia ſunt, ſatis ſane fuerit demonſtratum.*

*Videtur itaque continentia quidem conſtantiaque ſtudioſa eſſe, ac laudabilis. Incontinentia vero, & mollities praua, & uituperabilis, & idem eſſe continens, & in ratione perſiſtens, & idem etiam incontinens, & rationem egrediens. Et incontinens quidem improba ſciens, improba eſſe agit ob perturbationem. Continens autem, cupiditates ſciens prauas eſſe, non ſequitur ob rationem.*



uas ipſorum. Et dicit, quòd idem videtur eſſe continens quod ille, qui permanet in ratione, ideſt in eo, quod ſecundum rationẽ iudicat eſſe agendum. Incontinens autem videtur qui egreditur a iudicio rationis. Tertium pertinet ad operationes eorum. Et dicit, quòd incontinens ſcit aliqua eſſe praua, & tamen agit ea propter paſſionem. Continens autẽ patitur quaſdam concupiſcẽtias quas ſcit eſſe prauas, & non ſequitur eas propter iudicium rationis. Et hęc duo ſunt etiam extendenda ad perſeuerantiam, & ad mollicię circa triſtitias. Deinde cum dicit.

k ¶ Ponit duo probabilia circa comparationem eorum ad alia, quorum primum, accipitur ſecũdum comparationẽ continentiæ ad temperãtiam. Et dicit, quòd videtur temperatus eſſe continens, & perſeueratiuꝰ. Sed quidam dicũt, quòd omnis continens, & perſeueratiuus eſt tẽperatus, quidam autem dicũt, quòd nõ. Circa oppoſita vero, eorũ quidã dicũt, quòd omnis intemperatus eſt incontinens; & econuerſo, confuſe. i. abſque aliqua diſtinctiõe. Quidam autem dicunt eos eſſe alteros. Secũdum accipitur per cõparationem ad prudentiã. Et dicit, qñque dicunt homines, quòd non contingit prudentem eſſe incõtinentem, quandoq; autem dicunt, ꝙ quidam prudentes, & diuini. i. ingenioſi, ſunt incontinentes. Deinde cum dicit.

l ¶ Ponit vnũ probabile circa materiã prædictorũ. Et dicit, ꝙ quãdoq; dicuntur aliqui incontinẽtes, non ſolũ concupiſcẽtiarũ, ſed etiã iræ, honoris, & lucri. Iſta igitur ſunt ſex, quæ cõmuniter ſolẽt dici circa cõtinẽtiã, & incontinentiã, & perſeuerantiam, & mollicię.

A

Primam quidem circa tertium probabile de actu continentis, & incontinentis. Secundo ponit aliam circa quintum, quod erat de comparatione ad prudentiam, ibi. { Prudentia autem contra tendentem. } Tertia dubitatio eſt circa quartum dubitabile, ꝙ erat de comparatione ad tẽperantiam, ibi. { Adhuc ſi in. } Quarta dubitatio eſt circa ſecũdum probabile, quod erat de diffinitione continentiæ, & incontinentiæ, ibi. { Adhuc ſi oĩ opinioni. { Quinta dubitatio eſt circa primum probabile, quod erat de bonitate, & malitia cõtinentiæ, & incontinẽtiæ ibi. { Adhuc in pſuaderi &c. } Sexta dubitatio eſt circa ſextum probabile de materia continẽtię, & incontinentiæ, ibi. { Adhuc ſi circa omnia &c. } Circa primũ, primo proponit dubitationem. Et circa hoc dicit, ꝙ aliquis poteſt dubitare, quomodò aliquis, qui habet rectã æſtimationem eſt incontinens operando contraria. Secundo ibi.

b ¶ Proſequitur dubitationem. Et primo obijcit ad unam partem. Secundo, obijcit ad aliam, ibi. { Iſte quidem igitur &c. } Tertio excludit quorundam ſolutionem, ibi. { Sunt autẽ quidam &c. } Dicit ergo primo, quòd q-dam dicunt non eſſe poſſibile, quòd aliqs exiſtimans recte, ita quòd ſit ſciens, ſit incontinens. Nõ enim fortius vincitur a debiliori. Cum igitur ſcientia ſit quid fortiſſimum ĩ homine, videtur, quòd exiſtẽte ſcientia in homine, aliquid aliud imperet ſcientiæ, & trahat ipſam quaſi ſeruam, cum magis ratio, cuius pfectio eſt, magis dominetur, & imperet ſenſibili parti ſicut ſeruæ. Et hæc fuit ratio Socratis. Vnde totaliter inſiſtebat huic rationi, quaſi incontinentia non ſit. Putabat enim quòd nullus recte exiſtimans operatur aliquid præter id quod eſt optimum, ſed ꝙ omne peccatum accidat propter ignorantiam. Deinde cũ dicit.

c ¶ Obijcit in contrarium. Et dicit, quòd iſte ſermo Socratis dubitationem inducit contra ea, quæ ſunt apparentia. Manifeſte enim videmus aliquos operari illud, quod ſciunt eſſe malum. Et ſi ita ſit, quòd peccent propter ignorantiam, quæ aduẽniat eis dum ſunt in paſſione, puta concupiſcentiæ, vel iræ, optimum eſt quærere, qualis ignorãtia ſit iſta. Manifeſtum eſt enim, quòd incontinens antequam paſſio ſuperueniat, non exiſtimat faciendum id, quod per paſſionem poſtea facit. Deinde cum dicit.

d ¶ Excludit ſolutionem quorundam. Et primo ponit eam dicens, quòd quidam concedunt quędam dictorum a Socrate, ſcilicet quòd ſcientia non trahitur. Quidam autem non concedunt,

k Et temperatum quidẽ continẽtẽ. & perſeueratiuũ. Talẽ aũt hi quidẽ oẽm temperatũ, hi autẽ non. Et intẽperatũ incontinẽtem, & incontinẽtem intẽperatum confuſe, hi autem alterum eſſe aiunt. Prudentem autem, quandoque quidem, non aiunt contingere eſſe incontinẽtem. Quandoque autem quoſdam prudentes exiſtentes, & diuos incontinentes eſſe. B

l Adhuc incontinentes quidẽ dicuntur, & iræ, & honoris, & lucri. Quæ quidem igitur dicuntur, hæc ſunt.

## LECTIO II.

Dvbitabit autem vtique aliquis qualiter æſtimans recte, incontinẽs eſt quis. C

b Scientem quidem igitur non aiunt quidam poſsibile eſſe, durum enim ſcientia exiſtente, vt exiſtimabat Socrates, aliud quidem imperare, & trahere ipſum quemadmodum ſeruum. Socrates quidẽ enim totaliter pugnabat ad rationem, vt non exiſtente incontinentia. Nullũ enim exiſtimantem operari pręter optimum, ſed propter ignorantiam. D

c Iſte quidem igitur ſermo dubitat de apparentibus manifeſte. Et optimum quærere circa paſsionem, ſi propter ignorantiam, quis modus ſit ignorantię. Quoniã enim non exiſtimat quidem incontinens exiſtẽs ante paſsionem, fieri manifeſtum.

d Sunt autem quidam qui hoc quidem concedunt, hoc autem E

*Et temperantem quidem continentem eſſe aiunt, atque conſtantem. Talem autem, alii temperãntem eſſe omnem, alij nullum dicunt. Et item intemperantem incontinentem eſſe, & incontinentem intemperantem confuſe, nonnumquam diuerſos inquiunt eſſe. Interdum etiam ipſum prudentem incontinentem eſſe non poſſe. Interdum nonnullos homines, qui prudentes, ac habiles ſunt, incontinentes eſſe dicunt.*

*Præterea incontinentes, & iræ, & honoris, & lucri dicuntur. Ea gitur, quæ dicuntur, hæc ſunt.*

## LECTIO II.

*Dubitauerit autem quiſpiam, qui fit, vt recte aliquis exiſtimans agat incontinenter.*

*Scientem igitur inquiunt quidam impoſſibile eſſe. Nam abſurdum eſt, vt arbitrabatur Socrates, ſi ſcientia in ſit aliud quippiam vincere, & ipſum perinde, atque mancipium trahere. Socrates enim omnino contra orationem ipſam pugnabat, incontinentiamque exterminabat. Neminem enim exiſtimantem præter id quod eſt optimum agere, ſed ob ignorationem dicebat.*

*Hæc igitur ſententia his aduerſatur, quæ manifeſte apparent. Atque quærere oportet quiſnam in ipſa perturbatione, ſi ob ignorationem agit, ignorationis ſit modus. Conſtat enim incontinentem non putare illud eſſe bonum, antequam in perturbatione ſit conſtitutus.*

*Sunt autem, qui hæc partim concedunt, partim non concedunt. Etenim*

## LECTIO II.

POſtquam Philoſophus poſuit ea, quæ videntur eſſe probabilia circa continentiam, & incontinentiam, hic mouet dubitatiões circa oĩa prædicta, nõ tamen eodẽ ordine quo ea ꝓpoſuit. Propoſuit. n. ea eo ordĩe, quo cadunt in hominis prima conſideratione. Conſiderat autẽ homo circa aliquid primo, id quod eſt commune, puta an ſit bonum, vel malum. Secundo conſiderat propriam rationem rei. Tertio operationem eius. Quarto comparationẽ eius ad alia cum quibus conuenientiam habet. Quinto comparationẽ eius ad illa, a quibus differt, & vltimo ea, quæ exterius circunſtãt. In ponendo autem dubitatiões præmittit illud, quod eſt magis dubitabile. Sic ergo contra ſex prædicta, ponit ſex dubitationes.

dunt, ſcilicet, quòd nullus peccet niſi propter ignorantiam: cōfitentur enim, quòd nihil eſt melius, & fortius, quàm ſcientia, quòd ſcilicet poſſit eam trahere. Non tamen confitentur, quòd nullus poſſit operari præter id quod opinatur eſſe melius. Et inde eſt, quòd dicunt, quòd *incontinens, qui ſuperatur a uoluptatibus*, non habet ſciētiam, ſed opinionē. Secundo ibi.

e ¶ Excludit ſolutionem prædictam. Et dicit, quòd incontinens, aut habet opinionem fortem, aut debilē. Si fortem, eadem ratio videtur de ea, & de ſciētia, quia non minus inheretur vni quàm alij, vt infra dicetur. Si autē non ſit fortis opinio tendens contra concupiſcentias, ſed eſt quieta, ideſt remiſſa, & debilis, ſicut accidit in his, qui dubitant, videtur hoc nō eſſe imputādum, ſed venia dignum, quòd ſcilicet homo nō immaneat debiliter opinatis contra concupiſcentias fortes. Nō autem datur venia, neque malitiæ, neq; alicui aliorum vituperabiliū, inter quæ eſt incontinentia, ita ſcilicet quòd totaliter ei nō imputetur. Deinde cum dicit.

f ¶ Mouet dubitationem circa comparationem continentiæ ad prudētiam, quod erat quintum probabile. Et primo obijcit ad vnam partem, cōcludēs ex præmiſſis, quòd aliqs poteſt eſſe incontinens, licet habeat prudentiā, quę ī contrarium tēdat. Si enim incontinēs habet opinionem contratendentem concupiſcentijs prauis, & non habet debilem, quia ſic non eſſet eis imputandum, relinquitur ergo, quòd habeat fortem opinionem contratendentem. Sed inter opiniones prudentia eſt fortiſſima. Ergo incontinens maxime habet prudentiam contratendentem. Secundo ibi.

g ¶ Oñdit hoc eſſe inconueniēs duplici ratione, quarum prima eſt, quòd ſecundum hoc ſequetur, quòd idē ſimul ſit prudens, & incontinēs, quod videtur impoſſibile. Nullus. n. dicit ad prudētiā pertinere, quòd volēs operetur prauiſſima. Dictum eſt enim ſuperius in Sexto, quòd circa prudentiam peior eſt, qui voluntarius peccat. Secundam rationem ponit ibi.

h ¶ Eſt enim ſupra oſtēſum, quòd prudens nō ſolum eſt cognoſcitiuus, quia eſt aliquid extremorum. i. habens eſtimationem rectam circa operabilia ſingularia, quæ ſupra in Sexto dixit extrema eſſe, ſed eſt etiam habēs alias virtutes, ſcilicet morales, vt

Lectio. 9.
Lec. 10.

non. Scientia quidem enim nihil eſſe melius confitentur. Nullus autem operari pręter opinatum melius non confitentur. Et propter hoc incontinentem aiunt non ſcientiam habentem imperari a voluptatibus, ſed habentem opinionem.

e Sed tamen ſiquidem opinio, & non ſcientia, neque fortis ſuſpicatio cōtratendens, ſed quieta, quemadmodum in dubitantibus. Venia ei, quod eſt nō manere in his ad concupiſcentias fortes: malitiæ autem nō venia. neque aliorum nulli vituperabilium.

f Prudentia ergo contratendęte, hoc enim fortiſsimum.

g Sed inconueniens, erit enim idem ſimul prudens, & incontinens. Dicet autem vtique nullus, prudētis eſſe, operari volentem prauiſsima.

h Cum his autem oſtenſum eſt prius, quoniam actiuus quidem extremorum Prudens enim aliquis, & alias habens virtutes.

i Adhuc ſiquidem in eo quòd eſt concupiſcentias habere fortes & prauas cōtinent, non erit temperatus continens, neq; cōtinens temperatus: neque enim quod valde temperati, neq; prauas habere. Sed tamen oportet quidem, ſiquidē enim bonæ cōcupiſcētiæ prauus prohibēs habitus non ſequi, quare continētia non omnis ſtudioſa. Si autem infirmę, & non prauæ, nihil venerabile, neque ſi prauę, & infirmæ nihil magnum.

k Adhuc ſi omni opinioni permanſiuum facit cōtinentia, praua, puta, & ſi falſe.

l Et ſi ab omni opinione incontinētia egreſsiuum, erit aliqua ſtudioſa incontinentia. Puta So

F in Sexto oſtēſum eſt. Vnde non videtur poſſibile, quòd aliquis prudens contra virtutes operetur. Deinde cum dicit.

i ¶ Mouet dubitationem circa comparationem continentiæ, & temperantiæ, quod erat quartum probabile. Oportet enim alterum trium dicere, quorum primum eſt, quòd continens dicatur aliquis ex eo, quòd habet cōcupiſcentias prauas, & fortes, a quibus nō deducatur cōtra rōnē. Et ſi hoc eſt verum, temperatus non erit continēs, neque cōtinens erit tēperatus. Ille. n. qui eſt perfecte temperatus, non habet prauas cōcupiſcētias. Et ſic habere prauas concupiſcentias vehementes, repugnat ei, quod ē temperatū eſſe. Oporteret autem, quòd tēperatus haberet prauas concupiſcentias, ſi eſſet continēs, facta priori ſuppoſitione. Secundum autem trium eſt, quòd cōtinēs habeat concupiſcentias non prauas, ſed bonas. Et ſic ſequeretur, quòd quicumq; habitus prohibet eas ſequi, ſit prauus. Talis autem habitus eſt continētia. Ergo nō oīs continentia erit ſtudioſa. Tertiū triū eſt, quòd concupiſcētiæ quas habet continens, non ſint vehementes, ſed infirmæ, & debiles. Et tunc ſi non ſunt prauæ, eſſe continētem, nec erit venerabile, nec laudabile. Et ſi ſint prauæ, & tamen debiles, nō erit magnum eis reſiſtere. Et tamen continentia habetur tamquā aliquid magnū, & venerabile. Videtur ergo ſequi inconueniēs quicquid horum trium dicatur. Deinde cum dicit.

k ¶ Mouet quandā dubitationem circa ipſam diffinitionem continentię, quod erat ſecundum probabilium propoſitorū. Et primo mouet dubitationem circa rationem continētiæ, prout ſupra dictū eſt, quòd idem eſt continens, & permanſiuus in ratione. Et dicit, quòd ſi continentia facit permanſiuum omni opinioni, ideſt ſi facit homini eē perſuaſum, quòd omni opinioni immoretur non recedens ab ea, ſequetur, quòd quædam continentia ſit praua. Contingit enim aliquam opinionem eſſe falſam, a qua diſcedere eſt bonum, vnde ab ea detineri eſt prauum, cum tamen continentia laudetur quaſi aliquod bonum. Secundo ibi.

Lect.

l ¶ Obijcit contra rationem incontinentiæ, prout ſupra dictū eſt, quòd incontinens eſt egreſſiuus a ratione, & hoc tribus rationibus, quarum prima eſt, quòd ſi incontinentia ſit egreſſiua

*ſcientia quidem nihil validius confitentur. At huic non aſſentiuntur neminem agere præter id, quod viſum eſt melius. Quapropter, inquiunt incontinentem a voluptatibus ſuperari non ſcientiam quidem, ſed opinionem habentem.*

G

*At uero, ſi ſit opinio non ſcientia, neque uehemens exiſtimatio quæ reſiſtit, ſed remiſſa ſicut in ambigentibus, uenia danda eſt, ſi non in his perſiſtit aduerſus uehementes cupiditates. At prauitati non eſt uenia danda, nec aliorum cuiquam, quæ uituperabilia ſunt.*

*Eſt ne igitur id quod reſiſtit prudentia? hæc enim eſt ualidiſſimum.*

H

*At eſt abſurdum. Erit enim idem prudens, atque incontinens ſimul. Nemo autem dixerit, prudentis eſſe, ea ſponte agere, quæ prauiſſima ſunt.*

*Et inſuper demonſtratum eſt antea, prudentem aptum ad agendum eſſe. Etenim quidam extremorum, & cæteras uirtutes habere.*

I

*Præterea ſi cōtinens eſt ex eo, quia uehementes, ac prauas habet cupiditates, neque temperans continens erit neque continens temperans. Etenim, neque uehementes habere cupiditates, neque prauas eſt temperantis, at oportet, Nam ſi cupiditates ſint bonæ, prauus eſt habitus ille, qui prohibet non ſequi, quare non omnis continentia eſt ſtudioſa, ſint imbecilles, & nō prauæ, non eſt quid egregium, nec etiam magnum quid, ſi ſint prauæ, ac imbecilles.*

K

*Præterea ſi continentia in quauis opinione facit perſiſtere, praua eſt. ut ſi, & in falſa.*

*Et ſi incontinentia a quauis opinione dimouet, erit aliqua incontinentia ſtudioſa, quale fecit Neoptolemus*



a quacumque opinione ſiue ratione, ſequetur, quòd aliqua incontinentia ſit bona, cum tamen ſemper vituperetur, vt mala. Et hoc ideo, quia aliqua opinatiua ratio perſuadet aliquod malum fieri, quod vitare eſt bonum. Et ponit exemplum de hoc, quòd quidam poeta nomine Sophocles narrat, quòd Neoptolemus, qui fuit in bello Troiano, perſuaſus fuit ab Vlyſſe, quòd mentiretur Philoctetæ, propter quandā cauſam, quæ videbatur honeſta, qui tamen poſtea non permanſit in opinione, quę ſibi fuerat perſuaſa. Propter hoc, quod erat ei triſte, & graue mentiri, & in hoc eſt laudabile. Secundam rationem ponit ibi.

m ¶ Et dicit, quòd ratio ſophiſtica mentiens, ideſt concludēs falſum, eſt dubitatio, ideſt dubitatiōis cauſa, quia enim ſophiſtæ ad hoc, quòd appareant ſapientes, volunt concludere inopinabilia, cū ad hoc pertingant ſyllogizādo. Syllogiſmus factus inducit dubitationē, mēs. n. audientis manet ligata, cum ex vna parte non velit permanere in eo quod ratio cōcludit, propter id quod concluſio ei non placet, & ex alia parte non poteſt procedere ad contrarium, quia nō habet in ſua poteſtate ſolutionem argumentationis. Non tamen propter hoc, quòd iſte non permanet in ratione quam ſoluere neſcit, eſt vituperabilis. Non ergo videtur, quòd egredi a quacumque ratiōe ſit incontinentia. Tertiā rationem ponit ibi.

n ¶ Si enim egredi aquacumque ratione ſit incontinentia, ſequitur ſecundum quandam rationem, quòd imprudētia incontinētię iuncta ſit virtus. Et ſic virtus componetur ex duobus vitijs, quod eſt impoſſibile. Et quòd ſequatur id quod dictū eſt videtur. Hoc enim quòd aliquis operatur contraria his quæ opinatur, eſt propter incontinētiam. Opinatur autem quòd bona ſint mala, & quòd non oporteat ea operari, quòd eſt imprudentię. Vnde ſequetur, quòd operetur bona, & non mala, quod videtur eſſe virtutis. Deinde cum dicit.

o ¶ Mouet dubitationem circa bonitatem, & malitiam continentiæ, & incontinentię. Videtur enim, quòd ille qui operatur mala ex eo quòd eſt ſibi perſuaſum quòd ſint bona, & inde eſt, quòd proſequitur, & eligit delectabilia tamquam per ſe bona, quod facit intemperatus, ſit melior eo, qui operatur mala

phoclis Neoptolemus in Philoctethe. Laudabilis enim nō permanēs quibus ſuaſus eſt ab Vlyſſe propter triſtari mentiens.

m Adhuc ſophiſticus ſermo mētiens dubitatio, propter inopinabilia enim velle arguere, vt ſapientes ſint cū attingunt, falſus ſyllogiſmus dubitatio fit. Ligata eſt enim mens, cum manere non velit propter non placere concluſum. Procedere autē non poſsit, propter ſoluere non habere ſermonem.

n Accidit autem ex quodam ſermone imprudentia cum incontinentia virtus. Contraria enim operatur, quorum opinatur propter incontinentiam. Opinātur autē bona mala eſſe, & non oportere operari, quare bona, & non mala operabitur.

o Adhuc ī perſuaderi operās, & perſequens delectabilia, & eligens melior vtiq; videbitur eo, qui non propter ratiocinationem, ſed propter incontinentiam. Sanabilior enim propter diſſuaderi vtique. Incontinens autē reus prouerbio quo aimus. Quando aqua ſuffocat, quid oportet adhuc bibere? ſiquidē enim perſuaſus eſſet, quæ agit diſſuaſus vtique quieſceret. nunc autem non ſuaſus nihil minus talis agit.

p Adhuc, ſi circa omnia incontinentia eſt & continentia, quis ſimpliciter continens? nullus enim oēs habet incontinentias. aimus autem eſſe quoſdam ſimpliciter.

q Dubitationes quidem igitur tales quędam accidunt. Horum autem hoc quidem interimere oportet, hoc autem relinquere. Solutio enim dubitationis inuentio eſt.

## LECTIO III.

PRimum quidem igitur intendendum, vtrum ſcientes, vel nō, & qua

A non propter ratiocinationem, qua ſit deceptus, ſed propter incontinentiam. Ille enim qui eſt perſuaſus, videtur eſſe ſanabilior propter hoc, quòd de facili poteſt ſibi diſſuaderi, quod credit, ſed incontinens nō videtur iuuari ex aliqua bona ſuaſione. Quinimo videtur eſſe reus prouerbij, quòd ſi aqua cuius potus reficit ſitientem, ſuffocat bibentem, quid adhuc valet ei bibere? Et ſimiliter ſi aliquis ageret aliqua mala quaſi perſuaſus, ideſt deceptus, deſiſteret agere diſſuaſus, ideſt remota illa ſuaſione. Sicut ſitis ceſſat adhibito potu aquæ. Nunc autem incontinens ſuaſus eſt, & credit ea, quæ recta ſunt, & nihilominus agit alia, vnde aqua bonæ ſuaſionis eum nō iuuat, ſed ſuffocat. Deinde cum dicit.

p ¶ Mouet dubitationem circa materiam continentiæ, & incontinentiæ, quod erat ſextum propoſitorum. Et dicit, quòd ſi continentia, & incontinentia, non ſolum ſunt circa concupiſcentias, ſed circa iras, & lucrum, & omnia huiuſmodi, non poterit determinari quis ſit ſimpliciter incontinens, nullus enim inuenitur, qui habeat omnes incontinentias. Dicimus autem eſſe quoſdam ſimpliciter incontinentes. Non ergo videtur verum eſſe, quod ſupra dictum eſt, quòd continentia, & incontinentia ſit circa omnia. Vltimo autem ibi.

q ¶ Epylogando cōcludit, quòd tales quidem dubitationes accidunt circa prius propoſita. Et quaſdam harum dubitationum oportet interimere, quaſi falſum intendentes, & quaſdam relinquere, quaſi concludentes verum. Hæc eſt enim vera ſolutio dubitationis cum inuenitur quod ſit verum, circa id quod dubitatur.

*apud Sophoclem in Philoctete. Eſt enim laudabilis, quia non perſtitit in his, quæ ſuaſerat Vlyſſes ob mentiendi dolorem.*

*Præterea captio mentiens dubitatio eſt, quia namque admirabilia præterque opinionem ſophiſtæ inferre volunt redarguendo, vt cum attigerint*

B

*videantur acuti, ratiocinatio facta dubitatio ſit. Ligatur enim mens cum manere quidem non vult, quia concluſio non placet, procedere autem non poteſt, quia rationem ſoluere nequit.*

*Fit autem aliqua ratione, vt imprudentia cum incontinentia ſit virtus, qui namque habet vtrumque, contraria his, quæ exiſtimat ob incontinentiam aget. Exiſtimat autem bona eſſe mala, & agere non oportere. Quare bona aget, & non mala.*

C

*Præterea, qui perſuaſus agit voluptateſque ſequitur, atque eligit melior eo videbitur eſſe, qui non ob rationem, ſed ob incontinentiam agit. Nam facilius curari poteſt, quippe cum poſſit illi diſſuaderi. At incontinens obnoxius eſt ei prouerbio, quo dicimus. Quid inſuper bibere opus eſt, cum ſtrangulat aqua? Etenim ſi non perſuaſum eſſet ipſi ea non agenda eſſe, quæ agit, diſſuaſus tandem ceſſaſſet. Nunc vero perſuaſum eſt ei, & nihilominus talia agit.*

D

*Inſuper ſi circa uniuerſa continentia ſit atque incontinentia, quiſnam ſit ille, qui eſt incontinens abſolute? Nemo enim habet incōtinentias omnis. Dicimus autem quoſdam ſimpliciter continentes eſſe.*

*Tales igitur quædam hac in materia dubitationes emergunt. Horum autem alia tollere, alia relinquere oportet. Dubitationis enim ſolutio inuentio eſt.*

E

## *LECTIO III.*

*PRimum itaque conſiderandum eſt, ſi incontinentes ſcientes agunt, necne, &*

## LECTIO III.

POſtquam Philoſophus, poſitis quibuſdam probabilibus circa continentiam, & incontinentiam, mouit circa ſingula dubitationes, hic accedit ad ſoluēdum. Conſiderandum eſt autem, quòd non eodem ordine ſolutiones inducit, neque probabilia præſupponit, neque quo dubitationes induxit, ſed ſecundum quòd exigit ratio doctrinæ,

ctrinæ, prout ſcilicet vnius dubitationis ſolutio ex altera dependet. Primo igitur dicit de quo eſt intentio. Secundo exequitur propoſitum, ibi. { Eſt autem principium &c.} Dicit ergo primo, quòd ad ſoluendum prædictas dubitationes. Primo eſt conſiderandum vtrum aliqui cum hoc, quòd ſunt ſcientes, poſſunt eſſe incontinentes, vel non. Et ſi ſic, per quem modum ſciãt. Et hic dubitatio primo ſoluitur, quia eiꝰ ſolutio pertinet ad conſiderãdum an ſit incontinẽtia, vel nõ. Dictum eſt enim ſupra, quòd contentio Socratis ad hoc erat quaſi incontinentia non eſſet. Prius autẽ de vnoquoque oportet cõſiderare an eſt. Deinde ſecũdo oportet conſiderare circa qualia debeamus ponere aliquem eſſe incontinentem, vel cõtinentem, vtrum ſcilicet circa omnem delectationem, & triſtitiam, vel circa quædam determinata. Et hæc dubitatio ſecundo ſoluitur, licet fuerit ſexto loco propoſita, quia principiũ inquirẽdi quid ſit aliquis habitus, eſt conſiderare materiam ipſiꝰ, ſicut patet ex modo procedendi Ariſt. in præcedentibus. Et quia continens, & ꝑſeueratiuus, ſecundũ materiam differũt, ſimul cum hoc conſiderandum eſt, vtrum ſecundum rationem differãt. Et ſimiliter conſiderãdum eſt de omnibus alijs, quęcumque habent coniunctionem, & conueniẽtiam cum hac conſideratione. Deinde cum dicit.

Lectio. I.

b ¶ Incipit ſoluere dubitationes ſupra motas. Et primo determinat an ſit continentia, & incontinentia, determinando primam dubitationem, quæ mouebatur circa tertium probabile. Secundo, determinat materiã continentiæ, & incõtinẽtiæ, ſoluẽdo ſextam dubitationem, quæ mouebatur circa ſextum probabile. Et quia temperantia, & continentia conueniunt in materia, ſimul in hac parte oſtendit differentiam temperantiæ, & continẽtię, ſoluendo tertiam dubitationem, quæ mouebatur circa quartum probabile. Oſtendit etiam quis ſit peior, vtrum intemperatus, vel incontinens, ſoluendo quintam dubitationem, quæ mouebatur circa primum probabile. Et hæc ſecũda pars incipit, ibi. { Vtrum autem aliquis incontinens &c.} Tertio oſtendit qđ ſit continentia, & incontinentia, ſoluendo quartam dubitationem, quæ mouebatur circa ſecundum probabile, & cum hoc ſoluit ſecundam quæſtionem, quæ mouebatur circa quintum probabile, oſtendendo, quòd prudens non poteſt eſſe incontinens. Et hæc tertia pars incipit, ibi. { Vtrum igitur continens eſt &c. } Circa primum tria facit. Primo præmittit quædam, quæ ſunt neceſſaria ad ſoluendum. Secundo excludit falſam ſolutionem, ibi. { De eo quidem igitur &c. } Tertio ponit veram, ibi. { Sed quia dupliciter &c.} Circa primum duo facit. Primo dicit de quo eſt intentio. Secundo exequitur, ibi. { Neque enim &c } Dicit ergo primo, quòd ad determinandum prædicta, oportet primo intendere, vt ſciamus hæc duo, quorum primum eſt: vtrum continens, & incontinẽs habeant differentiã, ſcilicet ſpecificam, per quam ab omnibus alijs differant, & circa quæ, ideſt ex hoc, quòd habeant materiam determinatam, circa quam ſint, ſicut differentia mãſuetudinis eſt ex hoc, quòd eſt circa iras, vel etiam qualiter, ideſt in modo ſe habendi circa quãcumque materiam, ſicut prudentia eſt circa omnem materiã moralem, non tamẽ eodem modo, ſicut virtutes morales. Et ad exponendũ, quod dixerat ſubdit, quòd conſiderandum eſt, vtrum aliquis dicatur incontinens ſolum ex hoc, quòd eſt circa aliquam materiam, vel etiam ſolũ, vt ideſt ſolũ ex hoc, quòd aliquo modo ſe habeat indifferenter circa omnem materiam, vel non ſolum per hoc, vel per id dicatur aliquis continens, vel incontinẽs, ſed ex ambobꝰ, ideſt, & ex determĩato modo, & ex determinata materia. Secũdũ, quod oportet præcõſiderare eſt, ſi continentia, & incontinẽtia ſint circa omnia, vel non, ſed circa determinatã materiã. Deinde cum dicit.

c ¶ Determinat, qđ dixerat. Et primo ſecundum dicẽs, quòd continens, & incontinens non dicitur aliquis ſimpliciter circa omnia, ſed circa illam determinatã materiã, circa quã dicitur aliqs tẽperatꝰ, uel intẽperatꝰ. ſ. circa cõcupiſcẽtias, & delectatiões tactꝰ. Scđo ibi.

d ¶ Determinat primum, & dicit, quòd non dicitur aliquis continens, & incontinens ſolum in hoc, ideſt reſpectu alicuius determinatæ materiæ. Sic enim idem eſſent temperatus, & intemperatus, cum ſint circa eandem materiam, ſed dicitur aliquis incontinens in ſic habere, ideſt ex hoc, quòd aliqualiter ſe habet circa determinatam materiam, quia hic, ſcilicet intemperatus ex electione ducitur ad peccandum, quaſi exiſtimans, quòd ſemper aliquid debeat proſequi, ideſt accipere delectabile ſibi præſentialiter oblatum, ſed incontinens non hoc exiſtimat, ſed tamen proſequitur delectabile, quando eſt ſibi præſens. Deinde cum dicit.

e ¶ Excludit falſam ſolutionem etiam quam ſupra tetigit. Et dicit, quòd nihil differt ad præſentem rationem ſi dicatur, quòd illa cognitio præter quàm aliqui incontinenter agunt ſit vera ſcientia, ſed non ſit ſcientia. Ex facti enim euidentia conſtat, quòd

liter ſcientes. Deinde circa qualia continentem, & incontinentem ponendum, dico autem vtrum circa omnem delectationem, & triſtitiã, vel circa quaſdam ſegregatas, & continentẽ, & perſeueratiuũ, vtrum idem, vel alterum eſt, ſimiliter autem, & de his quæcumque cognata ſpeculationis ſunt huius.

F *quonam modo ſcientes, deinde circa quæ ſit incontinens ponendus, & continens. Vtrum circa voluptatem omnem atque dolorem, an circa definitas quaſdam voluptates, atque dolores. Et vtrum idem ſit an diuerſus continens, atque conſtans, ſimiliter, & de cæteris, quæ ad hanc attinent contemplationem.*

G

b Eſt autem principium intentionis, vtrum continens, vel incontinens ſunt in circa quæ, vel in qualiter habentes differentiam, dico autem vtrum in circa hæc, eſſe ſolum incontinens, vel non, ſed in vt, vel non, ſed in ex ambobus, deinde ſi circa omnia ſunt incontinentia & continentia, vel non.

*Eſt autem conſiderationis initium, utrum continens, & incontinens, his circa quæ uerſantur differant, an modo, dico autem ſic, vtrum incontinens ex eo ſolum ſit continens, quia circa hæc uerſatur, an non ſed ipſo modo, an utriſque, deinde ſi continentia, & incontinentia ſint circa uniuerſa, nec ne.*

H

c Neque enim circa omnia eſt ſimpliciter incontinens, ſed circa quæ intemperatus.

*Neque enim circa omnia uerſatur is, qui eſt incontinens abſolute, ſed circa ea, circa quæ eſt intemperans.*

d Neq; .n. in aliquid hoc ſimpliciter habere. Idem enim vtique eſſet intẽperantiæ, ſed in ſic habere, hic quidem enim ducitur eligens exiſtimans ſemper oportere præſens delectabile proſequi, hic autem non exiſtimat quidem, proſequitur autem.

*Neque ſimpliciter ſeſe habet ad illa. Eſſet enim incontinentia, ac intemperantia idem, ſed hoc modo, nam ille quidem eligens ducitur putans ſemper oportere perſequi uoluptatẽ præſentem. Incontinens autem non putat quidem, perſequitur tamen.*

I

e De eo quidem igitur, quod eſt opinionem veram, ſed non ſcientiam eſſe præter quàm incontinenter agunt, nihil differt ad rationem. Quidam enim opinantium non dubitant, ſed exiſtimãt certe ſcire, ſi igitur propter quiete credere, opinantes magis ſcientibus præter opinionẽ agunt, nihil differt ſcientia ab opinione, quidam enim credunt nihil minus quibus opinã tur, quàm alteri quibus ſciunt. manifeſtat autem Heraclitus.

*Si itaque uera ſit opinio, ſed non ſcientia, qua tranſgredientes incontinenter homines agunt, nihil refert ad rationem. Nonnulli namque eorum, qui opinantur non ambigunt, ſed arbitrantur exacte ſe ſcire. Si igitur opinantes ex eo, quia remiſſe credunt magis quàm ſcientes contra ſuam agent exiſtimationem, nihil differret ab opinione ſcientia. Sunt enim, qui non minus opinioni ſuæ, quàm alij ſuæ ſcientiæ credunt, ut ex Heraclito patet.*

K

Lect. ſeq.



quòd quidam incontinenter operantium, non habent debilem inhęſionem quaſi dubitantes, ſed ęſtimant ſe per certitudinem ſcire illud, contra quod agunt, ſi ergo aliquis dicere velit, quòd propter hoc magis opinantes præter hanc opinionem agunt, quàm ſcientes, quia quiete, ideſt debiliter inherent opinatis, cõſiderãdum eſt, quòd in hoc nihil differt ſcientia ab opinione. Quidam enim non minus inherent opinionibus etiã falſis, quàm alij ſciẽtiæ veræ, & hoc poteſt videri per Heraclitum, qui adeo firmiter tenebat omnia ſemper moueri, & non eſſe veritatem aliquã diu permanẽdi in rebus, quod in fine vitæ ſuę nolebat loqui, ne veritas interim tranſmutaretur, ſed ſolum mouebat digitũ, ad aliquid enunciandum, vt dicitur in Quarto metaphyſicæ. Deinde cum dicit.

f ¶ Ponit veram ſolutionem. Et primo ſoluit dubitationem per quaſdam diſtinctiones. Secundo per naturam ipſius operatiuæ ſcientiæ, ibi. {Adhuc autem, & ſi naturaliter &c. } Circa primũ ponit duas diſtinctiones, quarũ prima eſt, quòd dupliciter dicimus aliquẽ ſcire, vno enim modo dicitur ſcire ille, qui habet habitum, ſed non vtitur eo, puta geometer, qui non conſiderat geometricalia. Alio modo dicitur ſcire ille, qui vtitur ſua ſciẽtia, ſcilicet conſiderando ea, quæ illius ſcientiæ Multum autem differt vtrum aliquis agat ea quę nõ oportet habens habitum ſcientiæ, ſed nõ vtens, vel quòd aliquis habeat habitũ, & vtatur ſpeculando, hoc enim videtur eſſe durum, ſcilicet quòd aliquis agat contra id quod actu ſpeculatur, non autem videtur eſſe durum, ſcilicet quòd aliquis agit contra id qđ habitualiter ſcit, ſed non conſiderat. Secundam diſtinctionem ponit ibi.

g ¶ Et dicit, quòd quia duo ſunt modi propoſitionum, quibus vtitur ratio practica, ſcilicet vniuerſalis propoſitio, & ſingularis, nihil autem prohibere videtur, quòd aliquis operetur præter ſcientiam, qui habitu quidem cognoſcit vtramque propoſitionem, ſed in actu conſiderat tantum vniuerſalem, & non particularem. Et hoc ideo, quia operationes ſunt circa ſingularia, vnde ſi aliquis non conſideret ſingulare, non eſt mirum ſi aliter agat. Sciendum tamen, quòd dupliciter poteſt accipi vniuerſale, vno quidem modo prout eſt in ſeipſo, puta ſi dicamus, quòd omni homini conferunt ſicca, alio modo ſecundum quòd eſt in ſingulari, puta ſi dicamus, quòd iſte homo, vel talis cibus eſt ſiccus. Poteſt ergo contingere, quòd aliquis ſciat, & in habitu, & in actu vniuerſale, ſecundum ſe conſideratum, ſed vniuerſale conſideratum in hoc ſingulari, vel non habet; ideſt in habitu non cognoſcitur in actu. Secundum igitur hos modos ſciendi differentes, intantum differt impoſſibile quod Socrati videbatur, vt nullum inconueniens videatur eum, qui incontinẽter agit, vno modo ſcire, ſcilicet in vniuerſali tantum, vel etiam in ſingulari in habitu, ſed nõ in actu, ſi autem alio modo ſciret ille qui incontinenter agit, videretur eſſe inconueniens, ſcilicet ſi ſciret ſingulare in actu. Tertiam diſtinctionem ponit ibi.

h ¶ Et primo ponit diſtinctionem. Secundo excludit obiectionem, ibi. { Dicere autem ſermones &c. } Dicit ergo primo, ꝙ præter dictos modos adhuc inuenitur in hominibus alius modus ſciendi, quod enim aliquis ſciat habitu, & non actu differentiam quandam videtur habere, aliquando enim eſt habitus ſolutus, vt ſtatim poſſit exire in actum cum homo voluerit, aliquando autem eſt habitus ligatus, ita quòd no poſſit exire in actum, unde quodammodo videtur habere habitũ, & quodammodo nõ habere, ſicut patet in dormiente, vel in maniaco, aut inebriato. Et hoc modo ſunt diſpoſiti homines, dũ ſunt in paſſionibus, Videmꝰ enim, quòd iræ, & concupiſcentię venereorum, & quædam huiuſmodi paſſiones, manifeſte tranſmutant corpus exterius, Puta cum ex his incaleſcit corpus, & quandoque tãtum increſcunt huiuſmodi paſſiones, ꝙ quoſdam in inſanias deducunt. Et ſic manifeſtum eſt, quòd incontinẽtes ſimiliter diſponuntur dormiẽtibus, aut maniacis, aut ebrioſis, qui ſcilicet habent habitum ſcientiæ practicę in ſingularibus ligatum. Deinde cum dicit.

i ¶ Excludit obiectionem, poſſet enim aliquis obijcere contra prædicta, ꝙ incontinentes quandoque dicunt verba ſcientifica, & in ſingulari, & ita videtur, quòd non habeant habitũ ligatum, ſed ipſe hoc remouet dicens, quòd hoc, quòd dicunt ſermones ſcientiæ non eſt ſignum, quòd habeant habitum ſolutum, & hoc probat per duo exempla, quorum primum eſt, quòd etiam illi qui ſunt in paſſionibus prædictis, puta ebrij, & maniaci, proferunt voce demonſtrationes, puta geometricas, & dicunt verba Empedoclis, quæ erant difficilia ad intelligendum, quia metrice philoſophiam ſcripſit. Secundum

f Sed quia dupliciter dicimus ſcire. Etenim habens quidẽ non vtens autem ſcientia, & vtẽs dicitur ſcire, differt hic habentẽ quidem non ſpeculantem autẽ, & hic ſpeculantẽ agere, quę nõ oportet agere ab eo, quod eſt habentem, & ſpeculantem, hoc enim videtur durum, ſed non ſi non ſpeculans.

A *Sed cum dupliciter dicatur ſcire, nam & is qui ſcientiam quidem habet non autem utitur ipſa, & is, qui vtitur dicitur ſcire, hæc inter ſeſe differant, habentem, inquam, ſcientiam, ac non contemplantem, & habentem contemplantem, agere ea, quæ agere non oportet, hoc enim videtur abſurdum, ſed non ſi agat non contemplando.*

B

g Adhuc, quia duo modi propoſitionum quibus oportet vti, habentem quidem vtraſque nihil ꝓhibet operari, quæ præter ſcientiam vtentẽ quidẽ vniuerſali, ſed non ea, quę ſecundũ partẽ. operabilia .n. ſingularia, differt autem vniuerſale, hoc quidem enim in ſeipſo, hoc autem in re eſt, puta quoniã omni homini conferunt ſicca, & qm̃ iſte homo, vel ſiccum quod tale, ſed ſi tale, vel nõ habet, vel non operatur, ſecundum vtique hos differt modos. Impoſsibile tamẽ, vt videatur ſic quidem ſcire, nihil inconueniens, aliter autem admirabile.

*Præterea, cum propoſitionum duo ſint modi, nihil probibet, vt quiſpiam agat contrarium eius, quod ſcit, ſi habeat quidem vtraſque, vniuerſali tamen, & non particulari propoſitione vtatur, nam ea quæ aguntur, ſingularia ſunt, differt autem & ipſum vniuerſale, nam aliud eſt in ipſo, aliud in re, ut omni homini ſicco conducunt, & hic eſt homo, vel ſic cum, eſt quod eſt tale, ſed ſi hoc ſit tale, aut non habet, aut non operatur. Magna igitur per hos emerget vtique differentia modos, atque adeo, vt hoc quidem modo non abſurdum eſſe, alio vero modo mirabile videatur.*

C

h Adhuc habere ſcientiam, ſecundum aliũ modũ a nũc dictis exiſtit hominibꝰ. In habere quidem enim, non in vti autem differentem videmus habitũ, quare & habere aliqualiter, & non habere, puta dormientem, & vinolentum, ſed tamen ſic diſponũtur in paſsionibus exiſtentes. Iræ enim & concupiſcentiæ venereorum, & quędam taliũ manifeſte, & corpus tranſmutãt. quibuſdam autem & inſanias faciunt. Manifeſtum igitur, quoniam ſimiliter habere dicẽdum inconuenientes his.

*Præterea fit ut homines ſcientiam habeant alio modo quàm nuper diximus, nam in habendo quidem, ſed non in vtendo differentem cernimus habitum, ut quiſpiam, & habeat quodammodo, & non habeat ipſum, qualis eſt dormiens, & furens, ac ebrius. At hoc modo diſponuntur ij, qui ſunt in perturbatione conſtituti, nam iræ, & cupiditates venereæ cæteraque ſimilia, corpus etiam manifeſte permutant, atque nonnullos, & in furorem, ac inſaniam adigunt. Patet igitur dicendum eſſe incontinentes perinde ſeſe habere, atque hi ſunt affecti.*

D

i Dicere aũt ſermones eos, q a ſciẽtia nullũ ſignũ eius, qđ eſt operari ſecundũ ſcientiam, etenim ĩ paſsionibus his exiſtẽtes demõſtratiões, & verba dicunt

*Dicere autem eas ſententias, quæ a ſcientia proficiſcuntur nullum eſt ſignum, etenim ij, qui ſunt in hiſce perturbationibus cõſtituti, demõſtratiões,*

E

exemplum eſt de pueris, quando primo addiſcunt, qui coniungunt ſermones, quos ore proferunt, ſed nondum eos ſciunt, ita ſcilicet, quòd mente intelligant. Ad hoc enim requiritur, ꝙ illa, quæ homo audit, fiant ei quaſi connaturalia propter perfectam impreſſionem ipſorum in intellectum, ad quod homo indiget tempore, in quo intellectus per multiplices meditationes firmetur ī eo, quod accepit, & ita eſt etiam de incontinente, & ſi enim dicat, non eſt mihi bonum nunc proſequi tale delectabile, tamē non ita ſentit in corde, vnde ſic exiſtimādum eſt, quòd incontinentes dicant huiuſmodi verba quaſi ſimulantes, quia ſcilicet aliud ſentiūt corde, & aliud proferūt ore. Deinde cū dicit.

k ¶ Propoſitam dubitationem ſoluit ſecundum naturalem proceſſum practicę ſcientiæ, applicando prędictas diſtinctiones ad propoſitum. Et primo determinat veritatem quæſtionis. Secundo reſpondet obiectioni Socratis, ibi. { Quia autem vltima. } Circa primum duo facit. Primo proponit naturalem proceſſum ſcientiæ practicæ in agendo. Secundo oſtendit impedimentum, quod accidit in incōtinente, ibi. { Quandoquidē igitur &c. } Dicit ergo primo, ꝙ ſi aliquis velit conſiderare cauſam, quare incontinentes præter ſcientiam agant ſecundum naturalē proceſſum ſcientiæ practicæ, oportet ſcire, quòd in eius proceſſu eſt duplex opinio, vna quidem vniuerſalis, puta, omne inhoneſtum eſt fugiendum, alia autem ſingularis circa ea, quæ proprie ſecundum ſenſum cognoſcuntur, puta, hoc eſt inhoneſtum. Cū autem ex his duabus opinionibus fiat vna ratio, neceſſe eſt, ꝙ ſequatur concluſio, ſed in ſpeculatiuis anima ſolum dicit cōcluſionem. In factiuis autem ſtatim operatur ea, vt ſi opinio vniuerſalis ſit, quòd omne dulce oportet guſtare. Opinio autem particularis ſit, quòd hoc (demōſtrato aliquo particulari) ſit dulce, neceſſe eſt, quòd ille qui poteſt guſtare ſtatim guſtet, niſi ſit aliquid prohibens. Et hoc quidem fit in ſyllogiſmo temperati, qui non habet concupiſcentiam repugnantem rationi proponenti, quòd omne inhoneſtum eſt vitandum, & ſimiliter in ſyllogiſmo intemperati, cuius ratio concupiſcentiæ non repugnat proponenti, quæ inclinat ad hoc, quòd omne delectabile ſit ſumendum. Deinde cum dicit.

l ¶ Oſtendit qualiter accidat defectus in incontinente. Et pri- F mo oſtendit aliquid eſſe in eo prohibens. Secundo oſtendit cauſam, ibi. { Non contrariæ autem &c. } Tertio, oſtendit qualiter iſta prohibitio ceſſet, ibi. { Qualiter &c. } Circa primū cōſiderandum eſt, ꝙ in incontinente, rō non totaliter obruitur a concupiſcentia, quin in vniuerſali habeat veram ſcientiam. Sit ergo ita, quòd ex parte rationis proponatur vna vniuerſalis, prohibēs guſtare dulce inordinate, puta ſi dicatur, nullum dulce eſt guſtandum extra horā, ſed ex parte concupiſcentię ponatur, ꝙ omne dulce eſt delectabile, quod eſt per ſe quæſitum a concupiſcentia, & quia in particulari concupiſcentia ligat rationē, non aſſumitur ſub vniuerſali ratione, vt dicatur, & hoc eſt præter horam, ſed aſſumitur ſub vniuerſali concupiſcentiæ, vt dicatur, hoc eſſe dulce, & ita ſequitur concluſio operationis: & ſunt in hoc ſyllogiſmo incontinentis quatuor propoſitiones, ſicut iam dictum eſt. Et quòd hoc modo ſe habeat quandoque rationis proceſſus practicæ patet per hoc, quòd forte inſurgente concupiſcentia, ratio dicit hoc concupiſcibile eſſe fugiendum, ſecundum vniuerſalem ſententiam, vt dictum eſt: concupiſcentia autem ducit ad hoc, libere proponendo, & aſſumēdo abſque prohibitione rationis, quę eſt ligata, quia concupiſcentia quando eſt vehemens, poteſt mouere quālibet particulam animæ, etiā rationem, ſi non ſit ſolicita ad reſiſtendum, & ſic accidit concluſio operationis, vt ſcilicet aliquis agat incontinenter contra rationem, & opinionem vniuerſalem. Deinde cum dicit.

m ¶ Oſtendit cauſam prædictæ repugnantiæ. Et dicit, ꝙ non eſt ibi contrarietas ex parte rationis per ſe, ſicut accidit in dubitantibus, ſed ſolum per accidens, inquantum ſ. concupiſcētia contrariatur vniuerſali rationi rectæ, nō autē aliqua opinio per ſe contrariatur rectæ rationi, ſicut quidā dicebāt. Et ex hoc inducit quoddā correlariū, ꝙ ſ. beſtiæ non dicuntur cōtinentes, aut incontinentes, quia non habent vniuerſalem opinionē mouentem, cui contrariatur concupiſcentia, ſed mouentur ſolum ex fantaſia, & memoria ſingularium. Deinde cum dicit.

n ¶ Oſtendit qualiter ceſſat talis repugnantia. Et dicit, quòd qualiter ſoluitur ignorantia, quam incontinens habet circa particulare, & rurſus redit ad rectam ſcientiam, eadem ratio eſt de vinolento, & dormiente, quæ quidem paſſiones ſoluuntur,

Empedoclis, & primum diſcentes complectuntur quidem ſermones. Sciunt aūt nequaquam, oportet enim connaſci, hoc autem tēpe indiget. quare quemadmodum ſimulantes ſic exiſtimādum dicere, & incontinentes.

G k Adhuc aūt, & ſic naturaliter vtiq; aliquis reſpiciet cauſam, hæc quidem enim vniuerſalis opinio, altera autem de ſingularibus eſt quorū ſenſus iam proprius. Cū aūt vna fiat ex ipſis, neceſſariū concluſum hoc quidē dicere animā. in factiuis aūt operari confeſtim. Puta ſi omne dulce guſtare oportet, hoc autem dulce vt vinum, aut aliquod ſingularium: neceſſarium potentem, & non prohibitum ſimul hoc, & operari.

H l Quando quidē igitur vniuerſalis inſit prohibēs guſtare, hoc autem quoniā omne dulce delectabile, hoc autem dulce. hoc operatur. Si forte autem concupiſcentia inexiſtente, hæc quidē dicit fugere hoc, concupiſcentia autem ducit. Mouere enim vnamquamque poteſt particularum. Quare accidit a ratione aliqualiter, & opinione incontinenter agere.

I m Non contrarię autē ſecundū ſeipſam, ſed ſecundum accidēs. Concupiſcentia enim contraria: ſed non opinio rectæ rationi. Quare & propter hoc beſtias non incontinentes, quoniam non habent vniuerſalem opinionem, ſed ſingularium fantaſiam & memoriam.

K n Qualiter autē ſoluitur ignorantia, & rurſus fit ſciens incontinens, eadē ratio, quæ & de vinolento & dormiente. Et non ꝓpria huius ꝑſcrutationis quā oportet a phiſiologis audire.

*& carmina dicunt Empedoclis, & qui primum diſcunt, nectunt quidem orationes, ſed nōdum ſciunt, oportet enim ipſorum inſideant menti ad quod tempore opus eſt. Quare putandum eſt, ut hiſtriones poemata recitant: ſic & incontinenter agentes ſcientias dicere.*

*Inſuper & hoc modo quiſpiam naturaliter inſpexerit cauſam. Opinionū enim alia eſt uniuerſalis: alia de ſingularibus, quibus iam ipſe præſidet ſenſus. Atque cum ex ipſis ratio fuerit una: anima concluſum ipſum incontemplandis quidem dicat, in agendis autem rebus continuo agat neceſſe eſt. Nam ſi omne dulce guſtare oportet, & hoc eſt dulce ut unum quid ſingularium, is hoc ſimul, & agat, qui poteſt nec prohibetur neceſſe eſt.*

*Cum igitur una quidem uniuerſalis ineſt opinio guſtare uetans. Alia uero dicit omne dulce uoluptatem afferre, & hoc eſſe dulce, hæc autem operatur, atque ineſt forte cupiditas, illa quidem hoc fugere dicit. Cupiditas autem ducit. Mouere enim ſingulas partes poteſt. Quare fit, ut a ratione quodammodo, & opinatione incontinenter agatur.*

*Non tamen per ſe contraria, ſed per accidens. Cupiditas enim rectæ rationi, ſed non opinatio aduerſatur, quare, & propter hoc beſtiæ non ſunt incontinentes, quia non uniuerſalem exiſtimationem, ſed ſingularium imaginationem atque memoriam habent.*

*Quomodo autem ſoluitur ignoratio, ac rurſus fit incontinens ſciens: eadem eſt ratio, & de ebrio, & dormiente. Et non eſt huius propria perſcrutationis, quam quidem a naturalibus audire oportet.*



ſoluuntur, facta aliqua tranſmutatione circa corpora, & ſimiliter, quia per paſſiones animæ, puta per concupiſcentiam, vel iram tranſmutatur corpus, oportet ceſſare hanc tranſmutationem corporalem, ad hoc, quòd homo redeat ad ſanam mentem, & ideo hæc ratio non eſt propria huius conſiderationis, ſed magis oportet eā audire a Phiſiologis, id eſt naturalibus. Deinde cum dicit.

o ¶ Secundum præmiſſa ſoluit rationē Socratis, & dicit, ꝙ propoſitio, & opinio vltima, ſcilicet ſingularis, accipitur ꝑ ſenſum, & principatur ī actionibus, quæ ſunt circa ſingularia, huiuſmodi autem propoſitionem, aut opinionem ille, qui eſt in paſſione, vel omnino non habet habitum, vel habet habitum ligatum, vt non poſſit in actu ſcire, ſed hoc modo loquitur de his, ſicut ebrius dicit verba Empedoclis, quia ergo iſta ſunt vera, & quia vniuerſale, quod per ſcientiam comprehēditur non eſt extremus terminus operabilium, videtur ſequi illud, quod Socrates quærebat. Patet enim ex prædictis, quòd paſſio non fit in præſentia pricipalis ſciētiæ, quæ eſt circa vniuerſale, quum paſſio fit ſolum in particulari, neque vniuerſalis ſcientia trahitur a paſſione, ſed ſolum extimatio ſenſibilis, quæ non eſt tantę dignitatis. Vltimo autem epylogat tanta dicta eſſe de hoc, ꝙ ſciens incontinenter agat, vel ille, qui non eſt ſciens, vel quomodo incōtinēs ſit ſciēs.

## LECTIO IIII.

Poſtquam Philoſophus oſtendit quòd præter ſcientiam poteſt aliquis praua opera operari, per quod ſciri poteſt, an continentia, & incontinētia ſit, hic determinat de materia continentiæ, & incontinentiæ. Et primo oſtendit quæ ſit materia vtriuſque. Secundo comparat ea alijs habitibus, qui ſunt circa eandem materiam, ibi. { Circa eas autem, quæ per tactum &c. } Circa primum duo facit. Primo dicit de quo eſt intentio. Secundo manifeſtat propoſitum, ibi. { Quoniam quidem igitur &c. } Eſt autem conſiderandum, quòd ſupra ſextam dubitationem proponens dixit, quòd ſi continentia, & incontinentia eſſent circa omnia, nullus eſſet ſimpliciter incontinens. Et ideo hanc dubitationem ſoluere intendens, duo proponit tractanda, quorum primum eſt, vtrum aliquis ſit ſimpliciter incontinens, vel omnes dicantur incontinentes particulariter. Secundum eſt, ſi aliquis eſt ſimpliciter incontinens circa qua- A lem materiam eſt. Deinde cum dicit.

b ¶ Exequitur propoſitum. Et primo ponit materiam generalem. Et dicit, manifeſtum eſſe, quòd continentes, & incontinentes, perſeuerantes & molles dicuntur circa delectationes, & triſtitias. Secundo ibi.

c ¶ Inquirit ſpecialem materiam prædictorum. Et primo oſtēdit quomodo diuerſimode dicatur cōtinentia circa diuerſas delectationes. Secundo comparat incontinentias diuerſarum delectationū adinuicē, ibi. { Quoniam autem eſt minus turpis &c. } Circa primum duo facit. Primo oſtendit, quomodo dicatur aliquis diuerſimode continens, vel incontinēs, ſecundum differentiam humanarum delectationum adinuicem. Secundo, ſecundum differentiam humanarum delectationū ad beſtiales, ibi. { Quia autem ſunt quidam &c. } Circa primum duo facit. Primo oſtendit propoſitum. Secūdo manifeſtat quędam, quę dixerat, ibi. { Quia autem concupiſcentiarum &c. } Circa primū tria facit. Primo diſtinguit delectationes humanas. Secundo oſtēdit, quomodo circa eas diuerſimode dicitur quis continens, vel incontinens, ibi. { Eos quidem igitur &c. } Tertio infert quædā correlaria ex dictis, ibi. { Et ꝓpter hoc idē. } Dicit ergo primo, ꝙ eorum quæ faciunt delectationem homini, quædam ſunt neceſſaria ad vitam humanam, quædam autem non ſunt neceſſaria, ſed ſecundum ſe cōſiderata ſunt eligibilia homini, quāuis poſſit in eis eſſe ſuperabundantia & defectus, quod apponit ad differentiā virtutum, in quibus non poteſt eſſe ſuperabundantia, & defectus. Et dicit neceſſaria eſſe corporalia quædam, puta quæ pertinent ad cibum, vel potum, & venerea, & alia huiuſmodi corporalia, circa quæ ſupra poſuimus temperantiā, & intemperantiam, ſed eligibilia, ſecundum ſeipſa, non autem neceſſaria dicit eſſe ſicut victoriam, honorem, diuitias, & alia huiuſmodi bona, & delectabilia. Deinde cum dicit.

d ¶ Oſtendit, quomodo circa prædicta dicatur aliquis continens, vel incontinens. Et primo, quomodo circa non neceſſaria. Secundo, quomodo circa neceſſaria, ibi. { Eorum autem, quæ circa corporales &c. } Dicit ergo primo, quòd illi, qui circa prædicta bona non neceſſaria ſuperexcellenter ſtudent præter rectā rationem, quæ in ipſis eſt, non ducuntur ſimpliciter incontinentes, ſed cum aliqua additione, puta incontinentes pe

o Quia autem vltima propoſitio, & opinio ſenſibilis, & principalis actionū, hanc vel non habet in paſsiōe ens, vel ſic habet, vt nō erat in habere ſcire ſed dicere, quemadmodum vinolentus, quæ Empedoclis, & ꝓpter non vniuerſale, neque ſcientificum ſimiliter eſſe videri extre- B mum terminum vniuerſalium, & videtur, quod quærebat Socrates accidere, non enim principaliter viſa ſcientia præſente fit paſsio, neque ipſa attrahitur propter paſsionem, ſed ſenſibilis. De eo quidem igitur, quod eſt ſcientem, vel non, & qualiter ſcientem contingit incontinenter operari, tāta dicta ſunt.

## LECTIO IIII.

C Vtrum autē eſt aliquis incontinēs ſimpliciter, vel omnis ſecundū partem, & ſi eſt, circa qualia eſt dicendum deinceps.

b Qm̄ quidem igitur circa delectatiōes, & triſtitias ſūt, & cōtinētes & perſeuerātes, & incontinentes & molles, manifeſtum.

D c Quia autem ſunt hæc quidē neceſſaria facientiū delectationem, hæc autem eligibilia, ſecundum ſeipſa, habent autem ſuperabundantiam, neceſſaria quidem ſunt corporalia, dico autem talia, & quę circa cibum, & venereorum oportunitatem. & talia corporalium, circa quæ intemperantiam poſuimus, & temperantiam, neceſſaria quidem, non eligibilia autem ſecundum ſeipſa, dico autē, puta victoriam, honorē, diuitias, & talia bonorum delectabilium.

E d Eos quidem igitur, qui adhuc præter rectā rationē ſuper-

*Cum autem vltima propoſitio rei ſit ſenſibilis opinatio, atque actuum domina, hanc incontinens, aut non habet dum eſt in perturbatione, aut ſic habet vt in habendo non ſit ſcire, ſed dicere perinde, atque temulentus Empedoclis carmina profert, & quia terminus extremus non eſt vniuerſalis, nec ad ſcientiam, ut uniuerſalis attinet, atque id accidere videtur, quod Socrates quærebat, non enim ea, quæ proprie ſcientia eſt præſente fit perturbatio, nec ipſa ob perturbationem diſtrahitur, ſed ſenſitiua. De his igitur ſi ſciens inquam incontinens an non ſciens, & quonam modo ſciens incontinenter agat, tot a nobis ſint dicta.*

## *LECTIO IIII.*

*Vtrum ſit aliquis incontinens abſolute, an aliqua ex parte ſint omnes, & ſi ſit, in quibuſnam ſit dicendum deinceps eſt.*

*Patet igitur continentes, atque conſtantes, & incontinentes, ac molles, circa uoluptatem doloreſque verſari.*

*Quoniam eorum, quæ uoluptatem efficiunt, alia ſunt neceſſaria, alia per ſe quidem expetibilia ſunt, exuperationem autem habent, atque neceſſaria quidem dico, quæ ad ipſum pertinent corpus, alimentum inquam, ueneris uſum, & huiuſmodi cætera, circa quæ temperantiam intemperantiamque poſuimus, non neceſſaria uero, per ſe autem expetibilia, uictoriā, honorem, diuitias, & quæ ſunt ſimilis generis, quæ bona ſunt, & delectant.*

*Eos quidem, qui in his præter rectā rationē, quæ eſt in ipſis exuperant*

cuniarum, vel lucri, vel honoris, aut iræ, quaſi alteri ſint ſimpliciter incontinentes, & illi, qui ſecundum ſimilitudinem incontinentes dicuntur, quod ſignat appoſitio, ſicut cum dicitur homo, qui vicit in Olympia, circa hunc quidem communis ratio hominis parum differt a propria, quam appoſitio deſignat, ſed tamen aliquo modo eſt alia. Et inducit ſignum ad hoc, quòd circa prædicta nō dicatur aliquis ſimpliciter incontinens, qa incontinentia vituperatur, nō ſolum, vt peccatum quoddam, quod poteſt contingere etiam cum aliquis proſequitur aliquod bonum, ſed inordinate. Vituperatur autem incontinētia ſicut malitia quædam, per quam ſcilicet tenditur in aliqđ malum, quę quidem, vel eſt malitia ſimpliciter, puta cum ratio & appetitus tendunt in malum. Et hæc eſt vera malitia, quæ opponitur virtuti, vel ſecundum quandam partem, quia ſcilicet appetitus tendit in malum, non autem ratio, ſicut contingit in incōtinentia, ſed nullus prædictorum incontinentium vituperatur vt malus, ſed ſolum vt peccās, quia in bonum tendit, ſed vltra quàm oportet, vnde nullus eorum eſt incōtinēs ſimpliciter. Deinde cum dicit.

e ¶ Oſtendit qualiter dicatur aliquis incontinens circa neceſſaria. Et dicit, ꝙ illi qui male ſe habēt circa corporales voluptates, circa quas eſt temperantia, & intemperantia, non ita, quòd ex electione proſequantur ſuperabundantias delectationum, & effugiant triſtitias, puta famem, & ſitim, & alia huiuſmodi, quę pertinent ad guſtum, & tactum, ſed præter rectam electionē, quam habent, & prę ter intellectum rectum, qui in eis eſt, proſequuntur & fugiunt prædicta, tales inquam dicuntur incontinentes, nō quidem cum aliqua additione, ſicut dicebatur incontinens iræ, ſed ſimpliciter. Et ad hoc inducit ſignum, quia molles, qui ſunt propinqui incontinentibus, dicuntur aliqui circa huiuſmodi triſtitias, puta, quia non poſſunt pati famem, aut ſitim, aut aliquid huiuſmodi, non autem circa ali-

excedunt eam, quæ in ipſis: ſimpliciter quidem nō dicemus incontinentes, apponentes autem hoc pecuniarum incontinētes, & lucri, & honoris, & irę. Simpliciter aūt nō, vt alteros, & ſecundum ſimilitudinē dictos, quēadmodum homo, qui Olympia vicit. Illi autem cōmunis rō a propria parum differebat, ſed tamē altera erat: ſignum autem, incōtinentia quidem enim vituperatur, non vt peccatum ſolum, ſed vt malitia quædam vel ſimpliciter exiſtens, vel ſecundum quandam partem, horū autē nullus.

G

e Eorum autem, quæ circa corporales voluptates, circa quas dicimus temperatum, & intemperatum, vel qui non eligendo in non eligere delectabiliū perſequens ſuperabūdantias, & triſtium fugiens eſuriei, & ſitis, & caloris, & frigoris, & oīa, quæ circa tactum, & guſtum, ſi prę ter electionem, & intellectum incontinens dicitur non ſecundū appoſitionem, quoniam circa hęc quemadmodum irę, ſed ſimpliciter ſolum, ſignum autē, etenim molles dicūtur circa has, circa illarum autem nullam.

H

f Et propter hæc in idem incōtinentem, & intemperatum ponimus, & continentem, & temperatum, ſed non illorum nullū propter eaſdem aliqualiter voluptates, & triſtitias eſſe, hi ſunt quidem circa hęc, ſed non ſimiliter ſunt, ſed hi quidem eligūt, qi autem non eligunt.

I

g Propter quod, magis intemperatum vituperabilem vtique dicimus, qui neq; concupiſcēs, vel quieti proſequitur ſuperabūdantias, & fugit moderatas triſtitias, quàm hunc, qui propter concupiſcere valde. Quid enim vtique ille faceret, ſi adeſſet concupiſcentia iuuenis, & circa neceſſariorum indigentias triſtitia fortis?

K

Quia autē concupiſcentiarū, & delectationum, hæ quidem ſunt in genere bonorum, & ſtudioſorum. Delectabilium enim

*abſolute quidem incontinentes non dicimus, ſed hæc addentes pecuniarum incontinentes, & lucri, & honoris, & iræ dicimus, vt diuerſos, & ſimilitudine nomen idem habentes, vt homo, qui ludo in Olympico vicit. Communis enim ratio parum ab illius ratione propria differebat, attamen erat diuerſa, atque huius ſignum eſt illud. Nam incontinentia quidem nō ſolum, ut delictum, ſed etiam, ut quoddam, aut ſimpliciter, aut aliqua ex parte uitium uituperatur, at horum nemo.*

*Eorum autem, qui circa corporis uoluptates uerſantur, in quibus temperantem intemperantemq; ponimus, qui non eligendo, ſed præter electionem, ac mentem efficientium quidem uoluptatem exuperationes perſequitur, dolorem autem inferentium fugit, famis, ſitis, æſtus, frigoris, & omnium quæ ad tactum, guſtumque pertinent, is non additione circa hæc inquam, ut circa iram, ſed abſolute ſolum incontinens dicitur, cuius hoc indicium eſt, circa namque has uoluptates, & non circa ullam illarum intemperantes dicuntur.*

*Et propterea in eodem incontinentem ponimus, & intemperantem, & continentem, ac temperantem, ſed illorum neminem, quod circa uoluptates eaſdem quodammodo doloreſque uerſantur, atque ſunt quidem hi circa hæc eadem, ſed non eodem modo, ſed illi quidem eligunt, hi uero non eligunt.*

*Quapropter, potius eum intemperantem dixerimus, qui non cupiens, aut remiſſe exuperationes uoluptatum perſequitur, ac mediocres fugit dolores quàm hunc, qui ob uehementes cupiditates eadem agit, quid enim faceret ille, ſi cupiditas adueniret ingens, & circa rerum neceſſariarum indigentiam uehemens dolor?*

*Cum autem cupiditatū, ac uoluptatum, aliæ genere ſint honeſtæ ſtudioſæque, aliæ non ſunt, eorum.n. quæ uoluptatem efficiunt, quædam experti-*

F quid aliorum, puta, quia non poſſunt ſuſtinere paupertatem, aut aliquid eiuſmodi. Deinde cum dicit.

f ¶ Infert quædam correlaria ex dictis, quorum primum eſt, quòd in idem ponuntur incontinens & intemperatus, & continens & temperatus. Non ita, quòd vnum eorum ſit alterum, ſed quia ſunt aliqualiter circa eadem, ſcilicet corporales voluptates, & triſtitias, ſed non eodem modo, ſed temperatus & intemperatus cum electione, continens & incontinens ſine electione, ſecundum quod ex hoc ſequitur, ponit ibi.

g ¶ Et dicit, quòd ex prædictis patet quòd magis peccat & vituperatur intemperatus, eo quòd magis peccat proſequendo ſuperfluas delectationes, & fugiendo moderatas triſtitias, non quia patiatur cōcupiſcentiam, vel patitur quiete, ideſt remiſſe, & ideo eſt peior quàm homo, qui peccat in prædictis propter vehementē concupiſcentiā, qualis eſt incontinens; qui enim ſine concupiſcentia peccat, qđ faceret, ſi adeſſet ei fortis concupiſcentia, qualis eſt iuuenum, & fortis triſtitia circa indigentiā neceſſariorum? Deinde cum dicit.

h ¶ Manifeſtat qđ dixerat aſſignans cauſam, quare circa non neceſſaria non ſit ſimpliciter incontinentia. Et primo oſtendit, quare circa non neceſſaria, non ſit ſimpliciter incontinentia. Secundo, quare circa ea dicatur incontinentia cum additione, ibi. {Propter ſimilitudinem autem &c.} Circa primum tria facit. Primo proponit, quales ſint huiuſmodi delectationes non neceſſariæ. Secundo concludit, quale ſit ſtudium circa ea, ibi. {Propter quod quanti.} Tertio concludit vlterius, quòd circa ea non eſt malitia, neque incōtinentia ſimpliciter, ibi. {Malitia quidem igitur &c.} Oſtendit ergo primo, quòd quædam concupiſcentiæ, & delectationes ſunt eorum, quæ ſecundum genus ſuum ſunt bona & laudabilia: ſunt enim tria genera delectabilium, quędam ſunt ſecundū naturam eligibilia,



eligibilia, ad quę ſcilicet natura inclinat, quædam autem ſunt contraria his, ſicut ea, quę ſunt contra inclinationem naturę, quædam vero ſunt media inter iſta, ſicut patet de pecunia, & lucro, & victoria, & honore. Vnde circa huiuſmodi omnia intermedia non vituperantur aliqui ex hoc ſolum, quia patiuntur eorum concupiſcentiam, & amorem, ſed ex modo concupiſcēdi, qui eſt ſuperabundās. Deinde cū dicit.

i ¶ Concludit ex pāmiſſis, quale ſit ſtudium hominum circa prædicta. Et dicit, quòd illi præter rationem vel habent, vel proſequuntur aliquid eorum, quę sūt naturaliter pulchra & bona, non vituperantur quaſi mali, puta illi, qui ſtudent circa honorem adipiſcēdum, vel circa curam filiorum, vel parentū magis quàm oportet, hęc enim ſunt bona, & laudantur illi, qui circa illa ſtudent ſicut oportet, ſed tamen in talibus poteſt eſſe quędam ſuperabundantia vitioſa, ſicut ſi aliqua mulier propter amorem filiorum ſuperfluum contra Deum rebellet, puta propter filiorum mortem, ſicut legitur de quadam muliere, quæ vocatur Nyobe, vel ſiqs propter nimium amorē parentum aliquid inſipienter agat, ſicut quidam nomine Satyrus, qui nominatus eſt Phylopater, ideſt amator patris, valde videbatur deſipere propter amorē quem circa patrē habebat. Deinde cum dicit.

k ¶ Concludit, ꝙ circa prædicta nō eſt malitia, propter hoc ſcilicet, quòd vnumquodq; eorum in ſe conſideratum, eſt naturaliter eligibile, ſed ſolum ſuperabundātiæ eorum ſunt prauæ, & fugiendæ, & ſimiliter, nec incontinentia eſt ſimpliciter circa prædicta, quia incontinentia nō ſolum eſt aliquid fugiendum ſicut peccatum, ſed etiam vituperabile ſicut turpe. Et ideo circa delectationes corporales, q̄ ſunt turpes, & ſeruiles, vt in Tertio dictū eſt, proprie eſt incontinentia, nec ſunt huiuſmodi delectationes appetendæ homini, niſi propter neceſſitatem. Deinde cum dicit.

l ¶ Oſtendit, quare dicatur circa non neceſſaria incontinentia

quædam natura eligibia, quædam autem cōtraria horū, quædam autem intermedia, quemadmodum diuiſimus prius, puta pecuniæ, & lucrum, & victoria, & honor. Ad omnia autem & talia, & intermedia non in pati & concupiſcere, & amare vituperantur. ſed in aliqualiter, & ſuperabundare.

B

i. Propter quod, quāti quidē p̄ter rationē, vel detinentur, vel proſequuntur eorum quę natura aliquid pulchrorū, & bonorū, puta circa honorē, & magis quàm oportet oſtēdentes, veluti circa filios, & parētęs: etenim hic bonorū & laudātur, qui circa hæc ſtudēt, ſed tamē eſt quædam ſuperabundantia, & in his, ſi quis quemadmodum Niobe rebellet, & ad Deos: vel quemadmodum Satyrus Philopater cognominatus circa patrem, valde enim videbatur deſipere.

C

k Malitia quidem igitur nulla circa hæc eſt, propter qđ dictum eſt, quoniam natura eligibilium vnumquodque eſt propter ſeipſum. Prauæ autē, & fugiendæ ſunt ipſorum ſuperabundantię, ſimiliter aūt neq; incōtinentia: incōtinētia n. nō ſolū fugienda, ſed & vituperabiliū eſt.

D

l Propter ſimilitudinē autē paſſionis apponentes ad incōtinētiam, circa vnumquodq; dicūt, puta malum medicum, & malū hypocritam, quem ſimpliciter vtique non dicerent malum. Quemadmodū igitur neq; hic propter non malitiam eſſe vnāquamq; ipſarum ſed hic ſecundum analogum ſimilem ſic videlicet, & illic exiſtimandum, ſolā incontinentiam, & continentiam eſſe, quæ eſt circa eadem temperantię, & intemperātię. Circa iram autem ſecundum ſimilitudinem dicimus, propter quod & apponentes incontinētem irę, quemadmodum honoris, & lucri aimus.

E

LECTIO V.

Via autem ſunt quædā quidem delectabilia natura. Et horum, hęc

*bilia ſunt natura, quædam hiſce contraria, quædam media, quemadmodum prius diſtinximus, vt pecuniæ, lucrum, honor, victoria. In omnibus talibus, atque mediis non ex eo vituperantur homines, quia his afficiuntur, cupiunt atque amant, ſed ob modum, & quia exuperant.*

*Quapropter, qui præter rationem, aut vincuntur, aut ſequuntur quippiam eorum, quæ natura ſunt honeſta, & bona, non laudantur, vt ij, qui circa honorem magis quàm oporteat ſtudent, aut erga filios, & parentes. Etenim bona ſunt hæc, & laudantur, qui circa hæc ſtudent. Attamen eſt & in his exuperatio quædam, ſi quiſpiam vt Niobe, & aduerſus Deos contenderet, aut ſic erga patrem afficeretur, vt Satyrus ille, qui patris amator appellabatur, inſanire namque nimium videbatur.*

*Circa igitur hæc, nulla eſt prauitas, propterea quòd vnumquodque per ſe, vt diximus natura eſt expetibile. Exuperationes tamen ipſorum improbæ ſunt, ac fugiendæ, ſimiliter, nec incontinentia. Etenim incontinentia, non ſolum eſt fugienda, ſed etiam vituperanda.*

*Ob perturbationis autem ſimilitudinem adiungentes ſingula incontinentiam, circa unumquodque dicunt, ut malum medicum, aut malum hyſtrionem, quem abſolute non dicerent malum. Vt igitur neque hic abſolute dicitur malus, quia non eſt uitium quicquam ipſorum, ſed rationum comparatione ſimile, ſic & illic ſolam exiſtimandum eſt incontinentiam, & continentiam eſſe, quæ in his eſt, circa quæ temperantia intemperantiaque uerſatur. Circa autem iram per ſimilitudinem dicimus. Quapropter, & ipſam addentes incontinentem dicimus iræ, quemadmodum & honoris, & lucri.*

*LECTIO V.*

*Vm aūt quædā, natura uoluptatem efficiant, quorū alia ſimpliciter, alia generibus*

A cum additione, & dicit, quòd hoc accidit propter ſimilitudinē paſſionis, quia ſcilicet, ſicut aliquis immoderate concupiſcit voluptates corporales, ita pecuniam, & alia prædicta. Et eſt ſimile, ſicut cum dicimus, aliquem hominem eſſe malum medicum, vel hypocritam, ideſt repreſentatorem, qui tamen non dicit ſimpliciter malus. Sic igitur in his, quę ſic dicuntur mala, non dicimus malitiam ſimpliciter circa vnumquodque eorum, ſed ſecundum proportionalem ſimilitudinem, quia ſcilicet ita ſe habet malus medicus ad ea, quæ ſunt medici, ſicut malus homo ad ea, quę sūt hominis. Ita etiam in genere continētiæ, ſolam illam dicimus ſimpliciter continentiam, & incontinentiam, quæ eſt circa eadem temperantiæ, & intemperantiæ, ſed circa iram dicimus incontinentiam ſecundum ſimilitudinē, & ideo addimus incontinentem iræ, ſicut incontinentem honoris, & lucri.

LECTIO V.

Oſtquam Philoſophus oſtēdit, quòd diuerſimode dicitur aliquis continens, & incontinens, ſecundum diuerſas concupiſcentias, & delectationes humanas, hic oſtendit, quòd diuerſimode dicitur aliquis continens, & incontinens circa concupiſcentias, & delectationes humanas, & beſtiales. Et circa hoc duo facit. Primo oſtendit diuerſitatē concupiſcentiarum, & delectationum humanarum, & beſtialium. Secundo oſtēdit, quomodo diuerſimode circa eas dicatur continentia, & incontinentia, ibi. { Quantis quidē igitur &c. } Circa primum duo facit. Primo proponit differētiam delectationum. Secundo manifeſtat, quod dixerat per exempla, ibi. { Dico autem beſtiales &c. } Dicit ergo primo, quòd delectabilium, quædam ſunt delectabilia ſecūdum naturam, quædam autē nō ſ̄m naturā, & vtrūque eorū ſubdiuiditur. Eorum enim, quæ ſunt delectabilia ſecundum naturam, quædam ſunt delectabilia omni habenti ſenſum, puta

quidem ſimpliciter. Hæc autem ſecundum genera, & animaliũ, & hominum, hæc autẽ nõ ſunt, ſed hæc quidem propter paſsiones ſiue orbitates, hæc autẽ propter cõſuetudines fiunt, hæc autem propter vitioſas naturas eſt & circa horum ſingula, ſimiles videre habitus.

b Dico autem beſtiales, puta eſſe hominem, quem dicunt prægnantes recidentem, pueros deuorare, vel qualiter beſtialitate gaudere aiunt quoſdã ſilueſtriũ circa Pontum. hos quidem crudis, hos autem hominum carnibus, hos autem pueros comedere adinuicem in conuiuium, vel circa Phalarem dictum, hi quidem beſtiales.

c Hi aũt ꝑpter ægritudĩes fiũt, & maniam quibuſdam, quemadmodũ matrem ſacrificãs, & comedens, & conſerui hepar, hi autem ægritudinales.

d Vel conſuetudine, puta pilorum euulſores, & vnguium corroſores, adhuc autem carbonũ & terræ. Cum his autẽ, quæ venereorum maſculis, hos quidẽ enim natura, his autem ex conſuetudine accidunt, puta aſſuefactis ex pueris.

e Quantis quidem igitur natura cauſa, hos vtique nullus diceret incontinentes, quemadmodum neque mulieres, quoniam non ducunt, ſed ducuntur, ſimiliter autem, & ægrotatiue habẽtibus propter conſuetudinem.

f Habere quidem igitur ſingula extra terminos eſt malitiæ, quẽadmodum, & beſtialitas.

F

*animalium uoluptatem, atque hominum afferunt, quædam non natura, ſed partim ob morbos, partim ob conſuetudinem, partim ob naturas prauas delectent, licet & circa horum ſingula, ſimiles habitus cernere.*

G

*Dico autem ipſos immanes, vt mulierem illam, quam grauidas reſcindentem fœtus deuorare aiunt, aut qualibus ferunt nonnullos circa Pontum efferatos homines delectari, quorum alios inquiunt crudis, alios humanis carnibus gaudere, alios ſuos filios in conuiuiis comedendos mutuo dare, aut id quod de Phalaride dicitur, atque hi quidem ferini habitus ſunt.*

H

*Alii autem quibuſdam ob morbos, & ob inſaniam fiunt, vt qui mactauit matrem, atque comedit, quique conſerui iecur item comedit.*

*Alii ſunt ex morbo, vel ex conſuetudine, ut euulſiones pilorum, & unguium eſus, & carbonum, & terræ, & inſuper uenereorum habitus maribus, aliis enim natura, aliis ex conſuetudine accidunt, ut iis, qui a pueritia conſueſcunt.*

I

*Quibus igitur cauſa eſt natura, eos nemo dixerit incontinentes, quemadmodum neque mulieres, quod uenerẽ nõ agant, ſed patiãtur. Pari modo neque eos, qui ob conſuetudinem morboſe ſe habent.*

*Igitur ſingula quidem hæc habere, extra fines eſt uitii, quemadmodum & ipſa feritas.*

K

dulce eſt naturaliter delectabile omni habenti guſtum. Quædã vero ſunt naturaliter delectabilia quibuſdam differentijs, & animalium, & hominum. Alij enim cibi ſunt naturaliter delectabiles animalibus comedentibus carnes, & animalibus comedentibus fructus. Similiter etiam inter homines, colericis delectabilia ſunt naturaliter frigida, quæ temperant eorum complexionem, flegmaticis vero calida. Eorum vero, quæ ſunt delectabilia non naturaliter, quædã fiũt propter orbitates, i. propter aliquas ſuperuenientes ægritudines corporales, aut etiam triſtitias animales, ex quibus trãſmutatur natura ad aliam diſpoſitionẽ. quædam vero fiũt delectabilia ꝑpter malam conſuetudinem, quæ fit, quaſi quædã natura, quædam vero fiunt delectabilia propter vitioſas naturas. Puta cum aliqui homines habent corruptas, & peruerſas complexiões corporales, & ſecundũ hoc ſequitur, quòd ĩ his ſint peruerſiſſimę tam apprehenſiones imaginatiõis, quàm affectiones ſenſibilis appetitus, quæ quidem vires, cũ ſint organorum corporaliũ act⁹, neceſſe eſt, quòd ſint corporali complexioni proportionatæ. Et quia ſecundum diuerſitatẽ obiectorum diuerſificantur habitus, neceſſe eſt, quòd ſingulis ꝑdictorum delectabilium reſpondeant ſimiles habitus. Puta, quòd ſint quidam habitus naturales, & quidã nõ naturales. Deinde cum dicit.

b ¶ Manifeſtat per exempla ſingulas differentias innaturaliũ delectabilium. Et primo de his, quæ ſunt delectabilia propter pernitioſam naturã hominum, qui ſunt quaſi beſtiales, quia propter corruptelã complexionis aſſimilantur beſtijs, ſicut de quodam homine dicebatur, ꝙ ſcindebat ventres prægnãtiũ mulierũ, vt pueros in vtero cõceptos deuoraret. Et ſimile eſt ſi qs delectetur in talibus, quibus dicũt delectari quoſdã ſilueſtres hoĩes, in ſiluis. ſ. ſolitarios cõmorãtes circa mare Ponticũ. Quorũ quidã comedũt carnes crudas, qdã vero carnes humanas, quidã vero ſibijnuicẽ ad celebrandũ cõuiuia ſuos filios accõmodant, & ſimilia ſunt ea, q̃ dicuntur circa Phalarim quendam. ſ. crudeliſſimum tyrannum, qui in ipſis cruciatibus hominũ delectabatur. Hi igitur qui in talibus delectantur, ſunt quaſi ſimiles beſtijs. Secundo ibi.

c ¶ Exemplificat de his, quę ſunt delectabilia, & quæ ſunt contra naturam propter aliquas ægritudines, puta propter maniã, vel propter furiam, aut aliquid huiuſmodi, ſicut de quodam legitur, quòd factus maniacus, ſacrificauit matrem, & comedit eã, & occidit conſeruum, & comedit hepar eius. Tertio ibi.

d ¶ Exemplificat de his, quæ ſunt contra naturam delectabilia ex conſuetudine. Et dicit, quòd quibuſdam accidunt innaturales delectationes propter interiorem ægritudinẽ, vel corruptionem prouenientem ex conſuetudine, ſicut quidam propter cõſuetudinem delectantur euellere ſibi pilos, & corrodere vngues, & comedere carbones, & terram, necnon & vti coitu maſculorum. Omnia autem prædicta, quæ ſunt cõtra naturam delectabilia, poſſunt reduci ad duo, quibuſdam enim accidit ex natura corporalis complexionis, quam acceperunt a principio, quibuſdam vero accidũt ex conſuetudine, puta quia conſueuerũt ad huiuſmodi a pueritia, & ſimile eſt de his, qui in hoc incidunt ex ægritudine corporali. Nam praua cõſuetudo eſt quaſi qdã ægritudo aĩalis. Deinde cũ dicit.

e ¶ Oſtendit, quòd circa delectabilia prędicta innaturalia nõ eſt incontinentia ſimpliciter, ſed ſecundũ quid. Et hoc dupliciter. Primo quidẽ ratione accepta ex conditione eorum, qui delectantur. Secundo ratione accepta ex conditione delectabilium, ibi. {Habere q. dem igitur &c.} Dicit ergo primo, quòd nullus rationabiliter dicet hos eſſe ſimpliciter incontinentes, in quibus natura beſtialis eſt cauſa taliũ delectationum. Dictum eſt enim ſupra, quòd beſtias non dicimus continentes, vel incontinentes, quia non habent vniuerſalem opinionẽ, ſed ſingularium fantaſiam, & memoriã. Huiuſmodi autẽ homines, qui propter pernitioſam naturã ſunt beſtijs ſimiles, habent quidem aliquid vniuerſalis apprehenſionis, ſed valde modicam, propter hoc, quòd ratio eſt in eis oppreſſa ex malitia complexionis, ſicut manifeſte opprimitur in infirmis propter diſpoſitionem corporalem. Illud autẽ quod eſt modicum, quaſi nihil eſſe videtur, nec contingit de facili, quòd modica vis rationis concupiſcentias fortes repellat. Et ideo tales non dicuntur incontinentes ſimpliciter, neque continentes, ſed ſolum ſecundum quid, inquantũ remanet in eis aliquid de iudicio rationis. Et ponit exemplum de mulieribus, in quibus, vt in pluribus modicum viget ratio propter imperfectionem corporalis naturæ, & ideo, vt in pluribus non ducunt affectus ſuos ſecundum rationem, ſed magis ab affectibus ſuis ducũtur, propter quod raro inueniuntur mulieres ſapientes, & fortes. Et ideo non ſimpliciter poſſunt dici continentes, vel incontinentes, & eadem ratio etiam videtur de his, quæ ægrotatiue ſe habent, ideſt qui habent corruptam diſpoſitionem propter malam conſuetudinem, quæ etiam opprimit iudicium rationis ad modum peruerſæ naturæ. Deinde cum dicit.

f ¶ Oſtendit, quòd circa innaturalia delectabilia, non eſt ſimpliciter



g Habentẽ autẽ ſuperare, vel ſuperari non ſimpliciter incontinentia, ſed quæ ſecundũ ſimilitudinem: quemadmodũ, & circa iras, habentem hunc modũ paſsionis. Incontinentem autem non ſimpliciter dicendum.

h Omnis enim ſuperabundans malitia, & inſipientia, & timiditas, & intemperantia, & crudelitas, hæ quidem beſtiales, hę autem ægritudinales ſunt.

i Hæc quidem. n. natura talis, qualis timere omnia, & ſi ſonũ faciat mus ſecundũ beſtialẽ timiditatẽ timidus, hic autẽ catulũ timuit propter ægritudinem.

k Et inſipientium. hi quidẽ ex natura irratiõales, & ſolum ſenſu viuentes beſtiales, quemadmodum quædam genera longe barbarorum, hi autem propter ægritudines, puta epilenticas, vel manias ęgritudines.

l Horum autem eſt quidem habere quędã, q̃nque non ſuperari aũt. Dico aũt, puta ſi Phalaris tenuit, cõcupiſcẽs puerũ comedere, vel ad venereorũ incõuenientẽ delectationẽ. Eſt autẽ & ſuperari non ſolum habere.

m Quemadmodũ & malitia, quæ quidem ſecundum hominẽ ſimpliciter dicitur malitia, quæ autem ſecundum appoſitionẽ, quoniam beſtialis, vel ęgritudinalis, ſimpliciter autem non. Secundum eundem modum, ſcilicet & incontinentia eſt, hęc quidem beſtialis, hęc quidem ægritudinalis, ſimpliciter autẽ quæ ſecundum humanam intemperãtiã ſolũ, q̃m qdẽ incõtinẽtia, & cõtinẽtia eſt ſolũ circa q̃ intẽperãtia, & tẽperãtia, & q̃m circa alia eſt alia ſpecies cõtinẽtię ſcd̃m metaphorã dicta, & non ſimpliciter manifeſtum eſt.

*Habentem autem vincere, aut uinci, non eſt ea, quæ abſolute eſt continentia, aut incontinentia, ſed ea, quæ per ſimilitudinem dicitur, quemadmodum & is, qui circa iram ſic ſe habet dicendus eſt cum affectu, & non incontinens abſolute.*

*Omne namque uitium exuperans,* B *& dementia, & timiditas, & intemperantia, & acerbitas, aut eſt ferinum, aut ex morbo.*

*Nam qui talis eſt natura, vt vniuerſa formidet, etiam ſi obſtrepuerit ſorex, timidus eſt timiditate ferina. Quidam etiam felem ob morbũ pertimeſcebat.*

*Et dementium, qui natura quidem ratione carent ſenſuque tantummodo uiuunt immanes ſunt, quales nonnullæ nationes ſunt longe habitantiũ Bar*C*barorum, qui uero non natura, ſed ob morbos, aut comitialem, aut inſaniam ij ſunt morboſi.*

*Fieri autem poteſt, ut horum aliqua quiſpiam interdum habeat tantũ, ſed non ſuperetur, ut ſi Phalaris puerum percupiens comedere ſeſe detineret, aut ab nefanda libidine abſtineret. Fit etiam ut non ſolum habeat, uerum etiam ſuperetur.*

*Vt igitur, & prauitas ea quidem, quæ eſt humana abſolute dicitur prauitas, alia uero cum additione ferina* D *inquam, aut ex morbo, & non abſolute, ſic & incontinentia alia eſt ferina, alia ex morbo. Abſolute autem ea eſt ſola, quæ intemperantiæ humanæ non ægreditur fines. Perſpicuum igitur eſt, incontinentiam, & continentiam in his eſſe duntaxat circa quæ intemperantia temperantiaque uerſatur, & in cæteris ſpeciem aliam incontinentiæ eſſe, quæ quidem non abſolute, ſed per tranſlationem incontinentia dici ſolet.*

E

## LECTIO VI.

Voniam autem & minus turpis incõtinẽtia, quæ iræ, quàm quæ concupiſcentiarum ſpeculabimur.

## *LECTIO VI.*

*Oſt hæc, minus eſſe turpem iræ, quàm cupiditatum incontinentiam oſtendamus.*

pliciter incontinentia, ſed ſecundum quid ex conditione ipſorum delectabilium. Et primo proponit, quòd intendit. Secundo manifeſtat propoſitum, ibi. {Omnis enim ſuperabundans &c.} Primo autem duo proponit, quorum primum eſt, quòd habere ſingula horũ, i. pati cõcupiſcentias prædictorũ delectabilium, excedit terminos malitię humanæ, ſicut, & de beſtialitate dictum eſt ſupra. Secũdum ponit ibi.

g ¶ Et dicit, quòd ſi aliquis habeat concupiſcentias, & ſuperet, non dicetur ſimpliciter continens, ſed ſecundum ſimilitudinem, vel ſi ſuperetur ab eis, nõ dicetur incontinens ſimpliciter, ſed ſecundum ſimilitudinem, ſicut & ſupra, de incontinẽtia iræ dictum eſt. Deinde cum dicit.

h ¶ Manifeſtat quod dixerat. Et primo quantum ad malitiã. Secundo quantũ ad continentiam, & incontinentiam, ibi. {Horum autẽ &c.} Circa primum conſiderandum, quòd huiuſmodi exceſſus malitiæ poteſt eſſe circa vitia omnibus virtutibus oppoſita, ſicut circa inſipientiam, quę opponitur prudentiæ, circa timiditatem, quę opponitur fortitudini, circa intemperãtiam, quæ opponitur temperãtiæ, & circa crudelitatem, quæ opponitur manſuetudini, & circa ſingula eorũ, quædã enim ſunt diſpoſitiones beſtiales propter pernitioſam naturam, quædam vero ægritudinales, quæ ſunt propter ægritudinem corporalem, vel animalẽ, quę eſt ex mala conſuetudine. Et quia ſupra exẽpla poſuit circa intẽperantiam, & crudelitatem, hic exemplificat, primo quidẽ de timiditate. Secundo ibi.

i ¶ Et dicit, quòd aliquis ẽ naturaliter ſic diſpoſitus, vt omnia timeat etiam ſonitũ muris. Et talis eſt timidus beſtialiter, quidam vero propter ægritudinem incidit ĩ talem timiditatem, quòd timebat muſtelam. Tertio ibi.

k ¶ Exemplificat circa inſipientiam, & dicit, quòd quidam naturaliter ſunt irrationales, non quia nihil habeant rationis, ſed valde modicam, & circa ſingularia, quæ ſenſu apprehendunt, ita quòd viuunt ſolum ſecundum ſenſum. Et tales ſunt quaſi ſecundum naturam beſtiales, quod præcipuę accidit circa quoſdam barbaros in finibus mundi habitantes. Vbi propter intemperiem aeris etiã corpora ſunt malæ diſpoſitionis, ex quà impeditur vſus rationis in eis. Quidam vero efficiuntur irrationales propter aliquas ęgritudines, puta æpylepſiam, vel maniam. Et hi ſunt ægritudinaliter inſipientes. Deinde cum dicit.

l ¶ Manifeſtat quod dixerat quantum ad incontinentiam. Et primo quomodo circa prædicta eſt quædam ſimilitudo continentię, & incontinentiæ, & dicit, quòd contingit, quandoq; quòd aliquis homo habeat quaſdam prædictarum paſſionum innaturalium, & nõ ſuperetur ab eis, qđ eſt ſimile continentiæ, puta ſi Phalaris tyrannus teneat puerum, & concupiſcit eum, vel ad vſum comeſtionis, vel ad incongruam delectationem veneream, & nõ tamen eo vtatur, quãdoque autem contingit, quòd homo non ſolum habeat huiuſmodi concupiſcentias, ſed etiam ab eis ſuperetur, & hoc eſt ſimile incõtinentiæ. Secundo ibi.

m ¶ Oſtendit, quòd in talibus nõ eſt ſimpliciter continentia, vel incontinentia. Et dicit, quòd ſicut malitia, quæ eſt ſecundũ modum humanũ, ſimpliciter dicitur malitia, quæ autem eſt nõ naturalis hõi dicitur cum additione, malitia beſtialis, vel ægritudinalis, & non malitia ſimpliciter, eodem modo, & incontinentia non naturalis dicitur cum additione, puta beſtialis, vel ægritudinalis, ſed ſimpliciter incontinentia dicitur ſola illa, quæ eſt ſecũdum temperantiam humanã. Vltimo autem æpylogando cõcludit manifeſtum eſſe ex prædictis, quòd continentia, & incõtinentia ſimpliciter ſolum eſt circa illa, circa quę eſt temperantia, & intemperãtia. Circa alia uero eſt quędam ſpecies ĩcontinentiæ, quæ dicitur methaphorice, & non ſimpliciter.

## LECTIO VI.

Oſtquam Philoſophus oñdit, quõ ẽ diuerſimode incontinentia, circa diuerſa, hic cõparat diuerſas incontinentias adinuicem. Et primo incontinentiam concupiſcentiarum tactus, quæ eſt incontinentia ſimpliciter, ad continentiam irę, quæ eſt incontinentia ſecundum quid. Secundo comparat incontinẽtiam humanam ad incontinentiam beſtialem, vel ægritudinalem, ibi. {Ipſarum autem harum &c.} Circa primum duo facit.

Primo proponit quod intendit. Et dicit conſiderandum eſſe, ꝗ incontinentia iræ eſt minus turpis, quàm incontinentia concupiſcentiarum tactus, circa quas eſt temperantia, & intemperantia. Secundo ibi.

b ¶ Probat propoſitum quatuor rationibus. Circa quarum primam dicit, quòd ira videt̃ aliqualiter audire rationẽ, inquantũ ſcilicet iratus (quodammodo ratiocinatur, quòd propter iniuriam ſibi factam deberet inferre vindictam, ſed obaudit.i. imperfecte audit rationem, quia non curat attendere iudiciũ rationis circa quantitatem, & modũ vindictæ. In animalibus autem carentibus ratione, inuenitur quidem ira, ſicut & alia opera rationi ſimilia ex naturali inſtinctu. Inducit autem ad manifeſtationem propoſiti duo exempla, quorum primum eſt de miniſtris, qui ſunt valde veloces, q antequam audiãt totum, quod eis dicitur, diſcurrũt ad exequẽdum, & ſic ſequitur, quòd peccent in executione mãdati, quod nõ perfecte audierunt. Aliud exemplum eſt de canibus, qui ad primum ſonitum pulſantis ad oſtium latrant, antequam attendant ſi ille qui pulſat ad oſtium, ſit aliquis de familiarib⁹, vel amicis. Et ita eſt de ira, quòd audit quidem in aliquo rationem, ſed propter naturalẽ caliditatem, & velocitatem coleræ commouentis ad iram, antequam audiat totum præceptum rationis mouet ad punjendũ. quomodo autẽ hoc fiat, oſtendit ſubdẽs. Manifeſtat̃ enim homini, quòd ſit ſibi facta iniuria, vel contẽptus, quandoque autẽ per rationẽ, ſicut quando hoc verũ eſt. quandoque autem ꝑ fantaſiam, puta cũ homini ita videtur, licet non ſit verum. Homo autẽ iratus, quaſi ſyllogizat, quòd iniuriantẽ oportet impugnare, & determinat modũ indebitũ, & ſtatim iraſcitur mouẽ ſſe ad vindictã, antequã determinetur ei a ratione modus vindictæ, ſed cõcupiſcẽtia ſtatim ꝗ denunciatur ſibi delectabile per rationẽ, vel ſenſum, mouet ad fruendũ illud delectabile abſq; aliquo ſyllogiſmo ratiõis. Et huius differẽtiæ rõ eſt, quia delectabile habet rationẽ finis ꝑ ſe appetibilis, qui eſt ſicut principiũ inſyllogizatũ, nocumentũ autẽ inferendũ alteri nõ eſt per ſe appetibile, vt finis, qui habet rationẽ principij, ſed ſicut vtile ad finẽ, quod habet rationẽ concluſiõis in agibilibus. Et ideo cõcupiſcẽtia nõ mouet ſyllogizãs, ſed ira mouet ſyllogizãs, & inde eſt, ꝗ ira aliqualiter cõſequitur rationẽ, nõ aũt concupiſcentia, quæ ſequitur ſolum impetũ proprium. Per hoc autem eſt aliquid turpe in rebus humanis, ꝗ eſt præter rationem. Sic igitur patet, quòd incontinens concupiſcẽtiæ eſt turpior, quàm incontinens iræ, quia incontinens iræ aliqualiter vincitur a ratione, non autem incontinens concupiſcentię. Secundam rationem ponit ibi.

b Videtur enim ira audire quidẽ ſecundũ quid rationẽ. obaudire autem, quemadmodum veloces miniſtrorũ, puta ante audire omne dictum excurrunt, deinde peccant in actione, & canes ante intendere ſi amicus, ſi ſolũ ſonitum faciat latrant, ſic ira propter caliditatem, & velocitatem naturæ audiens quidẽ, non præceptum autem audiens, mouet ad punitionẽ. Ratio quidem enim, vel fantaſia, qm̃ iniuria, vel contemptus manifeſtauit, hæc autem quemadmodum ſyllogizãs, quoniam oportet talem oppugnare, iraſcitur confeſtim. Concupiſcentia autem ſi ſolum dicat, quoniam delectabile ratio, vel ſenſus mouet ad fruitionem, quare ira quidẽ conſequitur rationem aliqualiter, concupiſcentia autem non, turpior igitur. Incontinens quidem enim irę a ratione aliqualiter vincitur, qui autem concupiſcentia, & non ratione.

c Adhuc naturalibus magis veniam conſequi appetitibus, q̃a & concupiſcentiis talibus magis quæ ſunt communes omnibus, & inquantum communes. Ira autem naturalius, & difficilius concupiſcentiis his, quę ſuperabundantiæ, & non neceſſariis, quemadmodum reſpondens, quoniam patrem percutit. Etenim iſte dixit eum, qui ſuiipſius, & ille eum, qui ſuperi⁹, & puerũ oſtẽdẽs, & iſte me dixit cũ vir fiat. Cognatũ.n. nobis & tractus a filio quieſcere iuſſit apud hoſtia. Etenim, & ipſe trahere patrem vſque huc.

d Adhuc iniuſtiores magis inſidiantes. Iracũdus quidem igitur non inſidiator, neq; ira, ſed manifeſtus, concupiſcentia autem quemadmodum Venerem aiunt, doloſæ enim cyprigenę,

G *Ira namque aliqua ex parte, & nõ perfecte rationem audire videtur, perinde, atque veloces miniſtri, qui quidem anteaquàm totum id audirent, quod dicitur, excurrunt, deinde in agẽdo aberrant. Canes etiam anteaquam conſiderent ſi ſit amicus ſi tantum pulſauerit oſtium latrant. Sic & ira propter caliditatem celeritatemque naturæ, audita quidem ratione non præcepto autem audito, ad ipſam properat vltionem. Ratio namque, vel imaginatio contumeliam, aut paruipenſionem eſſe oſtendit. Illa autem ac ſi ratiocinatione facta cõcluſerit oportere tali bellũ inferre, ſtatim inſurgit. At cupiditas ſi ſolum dixerit ratio, aut ſenſus hoc afferre voluptatem pergit ad fruendum, quare ira quidem ſequitur quodammodo rationem. Cupiditas autem* H *non ſequitur, turpior igitur eſt. Nam incontinens quidem iræ a ratione quodammodo vincitur, cupiditas autem non eſt a ratione, ſed a cupiditate.*

*Præterea, magis eſt ignoſcendum, ſi quiſpiam naturales appetitiones ſequatur, quippe cum, & cupiditates tales ſequenti, quæ ſunt omnibus communes, & quo ad communes ſunt, venia magis detur. At ira, atque acerbitas magis eſt naturalis, quàm hæ cupiditates quum exuperant, & quæ non ſunt neceſſariæ, vt qui ſe excuſabat, ꝗ patrẽ pulſaret, & hic enim dixit ſuum patrem pulſabat, & ille ſuum, & hic etiam, oſtenſo pu.ro, cum vir fuerit me pulſabit. eſt enim nobis gentile. Et qui trahebatur a filio ſiſtere iubebat in oſtio, & ſe enim patrem eouſque traxiſſe dicebat.*

*Præterea iniuſti magis ſunt ij, qui magis occulte procedunt, ac inſidias faciunt. Iracundus igitur non inſidias facit, nec ira, ſed eſt manifeſta. Cupiditas aũt contra, quẽadmodũ Venerem aiũt. Nam ipſam dolos nectere dicũt.*

c ¶ Dicit, quòd ſi aliquis peccat circa ea, quę naturaliter appetit, magis meretur veniam. Et huius ſignũ eſt, quia concupiſcentijs communibus, vt puta cibi, & pot⁹ magis datur venia, quia ſunt naturales, ſi tamen accipiantur inquantum ſunt communes. Nam concupiſcentia cibi eſt cõmunis, & naturalis, non autem concupiſcentia cibi præparati. Ira autem naturalior eſt, & difficilius ei reſiſtitur, quàm cõcupiſcentijs, non quidem cõmunibus, quę ſunt neceſſariæ, & naturales, circa quas nõ multũ peccatur, ſed illis concupiſcentijs quibus quędam ſuperflua cõcupiſcuntur, q non ſunt neceſſariæ, circa quas ſupra in Tertio dixit eſſe temperantiam, & intemperantiam. Eſt quidẽ enim naturale homini, vt ſit animal manſuetum, ſecundum cõmunem naturã ſpeciei, inquantũ eſt animal ſociale. Omne enim animal gregale eſt naturaliter tale. ſed ſecundum naturam alicuius indiuidui, quę in corporis complexione conſiſtit, quandoque conſequitur magna pronitas ad irã propter caliditatem, & ſiccitatem humorum facile inflammabilium. Cõcupiſcentia autem ſuperfluorum, puta cibi delicati, magis ſequitur imaginationem, & eſt paſſio animalis, magiſquàm naturalem complexionem ſapiens, vnde ꝓnitas ad iram de facili propagatur a patre in filium, quaſi conſequens naturalẽ cõplexionẽ, vt patet in exemplo, quod ſubdit. Quidã.n. p̃rem ꝑcutiẽs reprehẽſus r̃ndit, ꝗ iſte.i. p̃r ſu⁹ ꝑcuſſerat ẽt p̃rem ſuũ, & ille ẽt ꝑcuſſerat ſuperiorẽ p̃rem, ẽt oñſo filio ſuo dixit, & iſte ẽt qñ veniet ad virilẽ ætatẽ, me ꝑcutiet. Hoc eſt.n. cõnaturale gñi nr̃o. Ponit ẽt aliud exẽplũ de eo, q. cũ traherẽt a filio ſuo dixit, ꝗ qeſceret qñ ꝑuenerat ad oſtiũ, q̃a ipſe vſque ad illũ locũ traxerat patrẽ ſuũ. Sic ergo, q̃a ira naturalior ẽ, minus turpis eſt incontinẽs iræ. Tertiam rationem ponit ibi.

d ¶ Et dicit, quòd illi qui inſidijs peccant ſunt iniuſtiores, quia cum hoc quòd lędunt, etiam decipiunt. Iracundus aũt nõ agit tamquã inſidiator, ſed manifeſte vult inferre vindictã, non enim eſſet contentus, niſi ille, qui ab eo læditur ſciret ſe propterea eſſe læſum, quia eum offenderat. Neq; ira etiam inſurgit latenter



latenter, & inſidioſe, ſed cum quodam impetu. Sed concupiſcentia delectabilium inſurgit latenter, & quaſi inſidioſe. Quia enim delectabile per ſe natum eſt mouere appetitum ſtatim cũ apprehenſum fuerit trahit ad ſe appetitum, niſi ratio fuerit diligens ad prohibendum. Vnde quidam de Venere loquentes dicunt. Doloſæ Cyprigenæ. nã Venus fuit Regina Cypri. vnde dicitur cyprigena, quaſi in cypro genita. Et attribuũt ei aliquid, quaſi doloſæ. Et eius corrigiam dicunt eſſe variam, per quã intelligitur concupiſcentia, quę mentes ligat. Et dicitur eſſe varia, quia tendit in aliquid, quod apparet bonum: inquãtum eſt delectabile, & tamen eſt ſimpliciter malum. & Homerus dicit, quòd deceptio Veneris eſt furata intellectum ſpiſſe, ideſt multum ſapientis, quia ligat iudicium rationis ſingulari operabili. Vnde hæc incontinentia, q̃ eſt circa concupiſcentias eſt iniuſtior, & turpior, quàm quæ eſt circa iram. Et ſi hoc eſt verum, ſequitur, quòd ſit ſimpliciter incontinentia, quæ eſt circa concupiſcentias, vt ſupra dictum eſt, & quod ſit aliqualiter malitia, inquantum eſt inſidioſa, non quia ex ratiõe agat: ſed quia latenter ſubintrat. Quartam rationem ponit ibi,

e ¶ Et dicit, ꝗ nullus cum triſtitia agẽs iniuriatur. Oſtẽſum eſt.n. ſupra in Quinto, quòd ille qui inuoluntarie aliquid facit, per ſe loquendo, non facit iniuſtum, ſed per accidens, inquantum accidit, id quod agit eſſe iniuſtum. Quod autem cum triſtitia facimus, inuoluntarie facere videmur. Omnis autem qui ſtatim per iram facit hoc, triſtatur, non quia triſtet̃ de vindicta quã infert, ſed magis de ea gaudet: triſtatur autem de iniuria ſibi illata, & ex hoc mouetur ad iram, & ſic non eſt ſimpliciter inuoluntarius, quia nullo modo ei imputaret̃, quod facit, ſed habet voluntarium miſtum cum inuoluntario. Vnde ei minus imputatur, quòd facit inquantum prouocatus facit. Ille autem qui iniuriatur quaſi per ſe iniuſtum faciens, operatur voluntarius & cum delectatione. Si ergo illa videntur eſſe iniuſtiora, contra quæ iuſte maxime iraſcimur, ſequitur, quòd incontinentia, quę eſt propter concupiſcentiam ſit iniuſtior, quia contra eam iuſtius iraſcimur, vtpote contra male agentem totaliter voluntarie, & cum delectatione. In ira autem non eſt primo iniuria, ſed magis in eo, qui ad iram prouocauit. Vndę minus iuſte iraſcimur contra iratum, qui prouocatus cum triſtitia peccat, & ſic minus eſt iniuſtus. Sic ergo æpylogando concludit manifeſtum eſſe, quòd incontinentia, quæ eſt circa concupiſcentias, eſt turpior ea, quæ eſt circa iram, & quòd incontinentia, & continentia ſimpliciter eſt circa concupiſcentias, & delectationes. Deinde cum dicit.

f ¶ Comparat incontinentiam humanam incontinentiæ beſtiali. Et circa hoc tria facit. Primo reſumit differentiam concupiſcentiarum, & delectationum. Secundo oſtẽdit circa quas harum ſit temperantia, & intemperantia, & per conſequens continentia, & incontinentia. ibi. {Harum autem circa perſonas &c.} Tertio comparat humanam malitiam, vel incontinentiam beſtiali. ibi. {Minus autẽ beſtialitas, &c.} Dicit ergo primo, quòd quia continentia, & incontinẽtia ſunt circa delectationes corporales, oportet aſſumere earũ differentias. Sunt.n. quædam earum, vt prius dictum eſt, humanæ, & naturales, ideſt conſonę humanæ naturæ, & quantũ ad genus, quod conſideratur ſecũdum ea, quæ appetuntur: & quantum ad magnitudinem, quæ attenditur ſecundum modum appetendi, vel intenſum, vel remiſſum. Alię vero non ſunt naturales, ſed beſtiales propter vitioſam naturam. Vel adueniunt propter orbitates, & ęgritudines, inter quas computantur etiam prauæ conſuetudines. Deinde cum dicit.

g ¶ Oſtendit circa quas harum concupiſcentiarum ſit temperantia. Et dicit, ꝗ temperantia, & intẽperantia eſt ſolũ circa concupiſcentias, ſcilicet humanas, & naturales. Et inde ẽ, quòd beſtias non dicimus proprie loquẽdo, neque temperatas neque intemperatas, ſed forte metaphorice loquendo de vno animali per cõparationẽ ad aliud: prout ſcilicet vnum genus animalium differt ab alio in contumelia, hoc eſt, quòd vnum eſt magis contumelioſum, ideſt turpe, & immundam habens vitam, quàm aliud, ſicut porcus, quàm ouis: et ſinamoria, ideſt omnino ſtultitia, in hoc ſcilicet quòd vnum eſt ſtultius alio: ſicut aſinus equo, & in hoc, quòd vnus eſt vorax in omnibus, ſicut lupus. Vnde per comparationem horum animalium, quæ ſuperfluunt in talibus, alia genera animalium dicuntur ſecundum ſimilitudinem temperata, vel prudentia: non autem proprie, quia nullum eorum habet electionem, neque poteſt ratiocinari, ſed eſt ſeparatum a natura rationali, ſicut etiam omnes inſani amiſerunt vſum rationis. Dictum eſt autem ſupra, quòd temperatus, & intemperatus agit cum electione, & ideo temperantia, & intemperantia, non eſt in beſtijs, neque in beſtialibus hominibus, neque etiam circa beſtiales concupiſcentias. Deinde cum dicit.

& variam corrigiam. Et Homerus. Deceptio, quæ furata eſt intellectum ſpiſſe ſapientis. Quare ſiquidem iniuſtior, & turpior incontinentia hæc, ea quæ circa iram eſt, & ſimpliciter incontinentia, & malitia aliqualiter.

B e Adhuc nullus iniuriatur triſtatus. Quæ autem ira facit omnis facit triſtatus. Iniurians aũt cum delectatione. Si igitur quibus iraſci maxime iuſtum, hæc aũt iniuſtiora, & incontinentia, quę propter concupiſcentiam. Non enim eſt iniuria in ira. Q̃d quidem igitur turpior, quæ circa concupiſcentias incontinentia ea, quæ circa iram, & quoniam eſt continentia, & incontinentia circa concupiſcentias, & delectationes corporales: manifeſtum eſt,

f Ipſarum autem harum differentias aſſumendum. Quemadmodum enim dictum eſt ſecundum principia, hę quidem humanæ ſunt, & naturales, & genere, & magnitudine, hæ autem beſtiales, hæ autem & paſſiones, & ægritudines.

D g Harum autem circa primas temperantia, & intemperantia eſt ſolum. Propter quod & beſtias, neque temperatas, neque intemperatas dicimus. ſed vel ſecundum metaphoram; & ſi aliquo taliter alio, ad aliud differt genus animalium contumelia, & ſinamoria & in omni vorax eſſe. Non enim habet electionem, neque ratiocinationem. Sed diſceſſit a natura quemadmodum inſanientes hominum. E

*Et Homerus balteum ipſi tribuit, in quo fraudem etiam ineſſe dicit. Fraus quoque ineſt, quæ prudentem per ſæpe fefellit. Quare ſi cupiditas magis ſit iniuſta, quàm ira & incontinentia, quæ ẽ circa ipſam turpior erit ea, quæ eſt circa iram, & abſolute incontinentia, atque quodammodo uitium.*

*Inſuper, nemo utitur libidine dolens, ſed qui facit per iram, dolens omnis facit. Qui uero exequitur libidinem, id facit cum uoluptate. Si igitur ea ſunt magis iniuſta quibus iraſci magis eſt iuſtum. Et incontinentia profecto, quæ fit ob cupiditatem, magis erit iniuſta. Non eſt enim in ira libido. Incontinentiam igitur circa cupiditates turpiorem eſſe incontinentia circa iram, & continentiam, atque incontinentiam circa corporis cupiditates uoluptateſque uerſari, ex his quæ diximus perſpicuum euaſit.* C

*Harum autem ipſarum differentiæ ſunt ſumendæ. Nam ut ab initio diximus, aliæ ſunt humanæ, ac naturales, & genere, & magnitudine, aliæ ferinæ, aliæ ob labefactatũ principium, atque morbos emergunt.*

*Circa autem harum tantummodo primas temperantia intemperantiaque uerſatur. Quapropter, & feras, nec temperatas, nec intemperatas niſi per translationem dicimus, & ſi quod omnino aliud genus animalium ab alio differt petulantia, cohitu, uoracitateque. Non enim habent electionem, nec rationem, ſed dimotæ ſunt a natura. Perinde atque homines ij, qui ſunt mente capti, atque inſani.*

h ¶ Com-

h ¶ Comparat beſtialem malitiam, vel incontinentiam humanæ. Et dicit, ꝙ beſtialitas minus habet de ratione malitiæ, ſi cõſideretur conditio beſtiæ, vel hominis beſtialis. Sed beſtialitas eſt terribilior, q̃a facit maiora mala. Et ꝙ minus habeat de malitia beſtialitas probat per hoc, ꝙ in beſtia id quod eſt optimũ, ſcilicet intellectus, nõ remanet ſicut corruptum, & deprauatũ, prout remanet in homine malo, ſed totaliter ita corruptum ẽ ꝙ nihil habet d' illo. Vnde ſimile ẽ beſtiã homini malo comparare, vtrum ſit peius, ſicut comparare inanimatum animato. Inanimata quidem poſſunt plus lædere, ſicut cum ignis vrit, aut lapis cõterit, ſed plus recedit a ratiõe culpæ. Semper enim prauitas eius, qui nõ habet principiũ actionum innocẽtior eſt, quia minꝰ poteſt imputari aliquid ad culpam, quæ ꝑpter hoc homini imputatur, quia habet principiũ per quod eſt dominꝰ ſuorum actuum, qđ quidem principiũ eſt intellectus, qui in beſtiis non eſt. Sicut ergo cõparatur beſtia ad hominem, ita cõparatur iniuſtitia ad hominem iniuſtum. Nam habitus iniuſtitiæ, ſecundũ propriã naturam habet inclinationem ad malum ſed homo iniuſtꝰ habet in ſua poteſtate ĩ bonum, vel malũ inclinari. Eſt .n. quodammodo vtrumq; peius, ſcilicet iniuſtꝰ homo, q̃ iniuſtitia, & homo malꝰ q̃ beſtia, quia vnus homo malus decies millies poteſt mala facere, q̃ beſtia propter rationẽ, quam habet ad excogitãdum diuerſa mala. Sic ergo ſicut beſtia minus habet de culpa, q̃ homo malꝰ, ſed eſt terribilior, ita etiam beſtialis malitia, ſeu etiam incontinentia terribilior q̃dem eſt, ſed minoris culpæ, & innocentior q̃ incontinentia, ſeu malitia humana. Vnde ſi aliqui amentes, vel naturaliter beſtiales peccent, minus puniuntur.

h Minus autem beſtialitas malitia, terribilius autem. Non.n. corruptum eſt optimum quemadmodum in homine, ſed corruptum eſt, & non habet. Simile autem igitur quemadmodũ inanimatum comparare ad animatum vtrum peius. G Innocentior enim prauitas ſemper, quæ non habentis principiũ. Intellectus autem principium. Simile igitur cõparare iniuſtitiã ad hominẽ iniuſtũ. Eſt.n. vt vtrũq; peius decies millies, plura vtiq; mala faciet hõ malꝰ, beſtia.

F *Feritas autem minus eſt malum, quàm uitium, ſed terribilius. Non enim corruptum eſt id, quod eſt optimum, ut in homine, ſed non habet. Fit igitur perinde, atque ſi quiſpiam inanimatum cum animato compararet utrum ſit peius. Semper enim prauitas eius, quod non habet principium minus nocere poteſt. At mens eſt principium. Perinde eſt igitur, atque ſi quiſpiam iniuſtitiam ad iniuſtum hominem compararet. Eſt enim utrumque aliquo modo peius. Homo namque malus milies plura mala, quàm fera facere poteſt.*

## LECTIO VII.

CIrca eas autem quæ per tactum, & guſtũ delectationes, & triſtitias, & concupiſcentias, & fugas, circa quas, & temperantia, & intẽperantia determinata eſt prius. Eſt quidem ſic habere, vt vinci, & quibus multi meliores. Eſt autem ſuperare, & quibus multi minores. H

b Horum hic quidem circa delectationes incontinens, hic autem continens. Hic autem circa triſtitias mollis. hic autem perſeuerãs intermedium, & plurium habitus, & ſi inclinant magis ad deteriores.

c Quia autem quędam delectationum neceſſarię ſunt. hæ aũt non. et vſque ad quid. Superabundantiæ autem non neq; defectus. Similiter autem & circa concupiſcentias habet, & triſtitias. Superabundantias quidem perſequens delectationum, vel ſecũdum ſuperabundantias, vel propter electionem, & propter ipſas, & nihil propter alterum adueniens intemperatus. Neceſſarium enim habens non eſſe pœnitentem. quare inſanabilis. deficiens autem oppoſitus. medius autem temperatus. Similiter autem, & fugiens corporales triſtitias, non propter vinci, ſed propter electionem. Non eligentium autem, hic quidem ducitur propter delectationẽ, hic autem propter fugere triſtitiam, quæ a cõcupiſcentia. Quare differunt adinuicem.

## LECTIO VII.

*SIt ut circa uoluptates doloreſque per tactum guſtumque, & cupiditates, ac fugas, circa quæ uerſari temperantiam, & intemperantiam prius eſt definitũ ita ſeſe habeat quiſpiam, ut aut ſuperetur ab his ipſis, quæ plerique ſuperant homines, aut ſuperet ea ipſa a quibus plerique uincuntur.*

*Atque, ſi circa uoluptates ita ſeſe habeat, primo quidem modo incontinens eſt, ſecundo autem continens. Sin circa dolores, primo quidem modo mollis eſt, ſecundo autem conſtans. In horum autem medio plurimorum hominum habitus collocantur, et ſi ad deteriores magis declinant.* I

*Sed quoniam quædam uoluptates ſunt neceſſariæ, quædam non neceſſariæ. et uſque ad quendam terminum. Exuperationes uero defectuſque non ſunt neceſſarii. Et ſimili modo res ſeſe habet, & in cupiditatibus, atque doloribus. Qui uoluptatum exuperationes aut exuperantes uoluptates ob electionem atque ob ipſas, & ob nullam rem aliam inde prouenientem perſequitur intemperans eſt. Hunc enim non pœnitere neceſſe eſt, quare eſt incurabilis. Quem enim non pœnitet, is eſt incurabilis. qui uero deficit, oppoſitus eſt. At qui inter hos medius collocatur, temperans eſt. Similiter intemperans eſt, & qui non quia uincitur, ſed ob electionem dolores corporis fugit. Eorum autem qui non eligunt: alius ob uoluptatem, alius ob eius fugam doloris, qui a cupiditate prouenit ducitur Quare inter ſeſe differunt.*

L E C T I O V I I.

POſtquàm Philoſophus oſtendit quid ſit materia, circa quam eſt continentia, & incontinentia ſimpliciter dicta, hic comparat ea ad alia, quę communicant eis in materia. Et circa hoc duo facit. Primo oſtendit differentiam incontinentis, & continẽtis ad perſeueratiuũ, & mollem, & temperatum, & intemperatũ, in quo ſoluitur tertia dubitatio, quæ proponebatur contra quartum probabile. Secundo oſtendit quis ſit peior, vtrum incontinens, vel intemperatus, per quod ſoluitur quinta dubitatio, quæ proponebatur circa primum probabile, & hoc ibi. {Eſt autem intemperatus, &c.} Circa primum duo facit. Primo oſtendit differentiam incontinentiæ ad alia. Secundo diſtinguit diuerſas incontinentiæ ſpecies, ibi. {Incontinentiæ autem, &c.} Circa primum duo facit. Primo diſtinguit continentiam, & incontinentiam, a temperantia, & intemperantia, a perſeuerantia, & mollicie. Secundo cõparat ea, ſecundum bonitatem, & malitiam, ibi. {Omnino autẽ vtiq; videbitur.} Circa primum duo facit. Primo diſtinguit cõtinentiã, & incontinentiã, a perſeuerantia, & mollicie. Secũdo diſtinguit vtraq; a tẽperantia, & intẽperantia, ibi. {Quia aũt hæc quidẽ.} Circa primum duo facit. Primo ponit conuenientiã. Secundo differẽtiam, ibi. {Horũ aũt hoc quidẽ, &c.} Circa primũ d'ſignat duas conuenientias. Quarũ prima eſt ſẽm materiam, in qua cũ tẽperantia cõicant. Sunt.n. circa delectationes, & triſtitias, & concupiſcentias, & fugas, quæ pertinent ad tactũ, & guſtum, circa quas etiã eſt tẽperantia, & intemperãtia, vt ſupra determinatum eſt in Tertio. Secunda cõuenientia eſt quantũ ad modũ ſe habendi circa paſſiones. Contingit.n. quoſdã ſic ſe habere circa ꝓdictas paſſiones, vt vincant a talibus paſſionibus quibus multi sũt meliores, ideſt fortiores, quaſi dicat, quas multi vincunt. Cõtingit etiã, ꝙ aliqui ſuperẽt tales paſſiones, quibꝰ multi ſunt minores, ideſt debiliores, quaſi dicat, a quibus multi ſuperantur. Deinde cum dicit.

b ¶ Ponit differentiam. Et dicit, ꝙ horum, qui ſuperant, & ſuperantur, circa delectationes, & triſtitias prædictas. Circa delectationes quidẽ, ſcilicet ſuperatus a d'lectationibus tactus quas multi ſuperant, eſt incontinens. Is autem. ſ. ſuperans delectationes tactus, a q̃bus multi ſuperantur eſt continens. Sed circa triſtitias contrarias, hic. ſ. ſuperatus ab his quas multi ſuperant dicitͬ mollis. hic autem. ſ. ſuperans eas, a quibus multi ſuperantur, dicitur perſeuerans. Et quia diuerſi ſunt gradus delectationũ, & triſtitiarũ, & hominũ, qui eas ſuperant, & ab eis ſuperantur, manifeſtum eſt, ꝙ prædicti habitus poſſunt eſſe inter plura medii, ſed tñ illi, q̃ ſonant in malũ, magis declinant ad deteriores. Magis enim dicuntur incontinentes, vel molles, qui a minoribus delectationibus, vel triſtitiis vincuntur, ſicut & boni habitus magis declinãt ad meliores. Magis .n. dicuntur continentes, & perſeuerantes, q̃ maiores delectationes, & triſtitias ſuperant. Poteſt etiam intelligi, ꝙ homines inclinentur ad deteriores habitus, ſcilicet ad incontinentiam, & molliciem. Deinde cum dicit. K

c ¶ Oſtendit differentiam prędictorum ad temperantiam & intemperantiam. Et dicit, ꝙ delectationum guſtus, & tactus, quędam neceſſariæ ſunt, ſicut cibi, & potus. Quędam non neceſſariæ, ſicut



riæ, ſicut diuerſorum condimentorum. Et illæ quę neceſſarię ſunt, vſque ad aliquem terminum neceſſariæ ſunt. Eſt enim aliqua menſura cibi, & potus homini neceſſaria. Sed ſuperabundantiæ non ſunt neceſſarię, neque etiam defectus. Et ita ſe habet circa concupiſcentias, & triſtitias. Ille ergo intemperatus dicitur, qui perſequitur ex propoſito ſuperabundantias, quærit tamen ſecundum ſuperabundantias, id eſt ſuperabundanter cupiẽdo eas, vel etiã quærit eas ex electione, propter ipſas, & non propter aliquid aliud: habet enim eas quaſi finem. Et quia ei immobiliter homo inhæret, quod propter ſe ex propoſito quærit neceſſe ẽ, & intemperatus non pœniteat de delectationibus quas quæſiuit, & ideo non poteſt ſanari a ſuo vitio a quo nullꝰ ſanatur, niſi per diſplicentiã, quia virtus & vitium in voluntate eſt. Et ſicut intẽperatus ſuperabundat in quærendo delectationes: ita inſenſibilis: qui ei eſt oppoſitus, deficit in huiuſmodi: vt in Tertio dictum eſt. Ille autem qui medio modo ſe habet circa huiuſmodi, eſt tẽperatus. Et ſicut intemperatus quærit ex electione corporales delectationes, ita fugit corporales triſtitias non propter hoc, ꝙ vincatur ab eis, ſed propter electionem. Sed eorũ, qui non ex electione peccãt, hic quidem, ſcilicet incontinens ducitur ex vi delectationis: hic autem ſcilicet mollis ducitur ex horrore triſtitiæ, quæ ſequitur a cõcupiſcentia, inquantum ſcilicet, priuatur aliquis re concupita. vnde patet, quòd differunt abinuicem incontinens, & mollis, & intemperatus. Eſt autẽ hic aduertendum, ꝙ ſupra philoſophꝰ determinãs materiam cõtinentiæ, & incontinẽtiæ, ne error ſubreperet, ex incidenti tetigit differẽtiam intemperati, & incontinentis, quam hic ex principali intentione proſequitur. Deinde cum dicit.

d ¶ Comparat prædicta ſecundum bonitatem & malitiam. Et primo comparat incontinentem & mollem intemperato. Secundo incontinentem molli. ibi. {Opponitur autem, &c.} Dicit ergo primo, quòd omnino videtur eſſe deterior ſiquis operatur aliquid turpe omnino non concupiſcens, vel quiete, ideſt remiſſe concupiſcens, quàm ſi vehementer concupiſcens turpe operetur, ſicut etiã deterior eſt, ſiquis non iratus percutit, quàm ſi iratus percutiat. Quid enim faceret paſſione ſuperueniente, A qui abſque paſſione peccat? & inde eſt, quòd intemperatus, qui non vincitur paſſione, ſed ex electione peccat, eſt deterior incõtinente, qui concupiſcentia vincitur. Et ſimiliter horum duorũ, vnum magis pertinet ad ſpeciem molliciei, ſcilicet vinci paſſione, ſcilicet fuga triſtitiæ: aliud autem pertinet ad intemperatum, ſcilicet ex electione peccare. Vnde etiam deterior eſt intemperatus q̃ mollis. Deinde cũ dicit.

e ¶ Comparat mollem incontinenti, & perſeruantem continenti. Et circa hoc tria facit. Primo oſtendit quis eorum ſit melior. Secundo manifeſtat quandam continentiam ſupra poſitam. ibi. {Deficiens autem, &c.} Tertio excludit quendam errorem. ibi. {Videtur autem luſiuus, &c.} Dicit ergo primo, ꝙ incontinenti opponitur continens, & molli opponitur perſeueratiuus. Perſeuerare autẽ dicitur aliquis ex eo quòd tenet ſe aliquis contra impellens. Sed continentia dicitur ex eo quòd eſt ſuperare. Illud enim quod continemus, in noſtra poteſtate habemus. Et hoc neceſſarium eſt, q̃a delectationes ſunt refrenandæ, vel cohibendæ, contra triſtitias autem eſt ſtandum, vnde perſeuerans ad continentem comparatur, ſicut nõ vinci ad id quod eſt vincere, quod eſt manifeſte melius. Vnde melior eſt continentia, quàm perſeuerantia. Mollicies autem videtur peior quàm incontinentia, quia vtraque conſiſtit in hoc, quod eſt vinci, ſed incontinens vincitur a fortiori paſſione. Deinde cum dicit.

f ¶ Manifeſtat conuenientiam quandã, quam ſupra tetigit inter mollem & incontinentẽ, quia ſcilicet vincuntur à paſſionibus, quas multi ſuperant. Et dicit, ꝙ ille dicitur mollis, & delicatus, qui deficit in his, contra quæ multi etiam contendunt reſiſtendo, & poſſunt vincendo. Mollis autem, & delicatus in idem ponuntur. Delitia enim eſt quædam ſpecies molliciei. Mollicies enim refugit inordinate omnem triſtitiam, ſed delitia proprie refugit triſtitiam laboris. Ille enim qui trahit veſtimentum ſuum per lutum, vt non laboret ſe ſubcingendo, quod pertinet ad delicatum: vincitur ſecundum illam triſtitiam quam reputat ſibi imminere, ſi leuaret veſtimenta. Et licet imitetur laborantem in hoc, quòd veſtimenta trahit, & per hoc videtur non eſſe miſer, habet tamen ſimilitudinem cum miſero, inquantum fugiens laborem, ſuſtinet laborem.

B

d Omnino autem vtique videbitur deterior eſſe ſiquis nõ concupiſcens, vel quiete operatur aliquid turpe, quàm ſi vehemẽter cõcupiſcens, & ſi non iratus percutit, quàm ſi iratus. Quid enim vtique faceret in paſſione exiſtens? C Propter quod intemperatus deterior incontinente. Horum vtique hæc quidem malitiæ ſpecies magis Intemperatus autẽ opponitur temperato.

*Cuilibet enim deterior eſſe uidebitur, ſiquis non cupiens aut remiſſe, quippiam ageret turpe; quam uehementer cupiens, & ſi non iratus pulſaret, quam concitatus ira. Quid enim ageret, ſi eſſet in perturbatione? Quapropter intemperans incontinente deterior eſt. At eorum quos diximus alter mollitudinis magis ſubiicitur ſpeciei: alter eſt incontinens.*

e Opponitur autem incontinenti quidem continens, molli autem perſeueratiuus. Perſeuerare quidẽ enim eſt in eo, quod eſt continere. Continentia autem in eo, quod eſt ſuperare. D quemadmodum & non vinci eius, quod eſt vincere: propter quod, & eligibilius cõtinentia, perſeuerantia eſt.

*Atque incontinenti quidem continens: molli uero conſtans opponitur. Conſtantia namque in reſiſtendo, continentia uero in ſuperando conſiſtit. Suntque diuerſa reſiſtere, ac ſuperare, ſicut non uinci, & uincere. Quapropter & continentia magis quàm conſtantia eſt expetenda.*

f Deficiens autem ad quæ multi, & contra tendunt, & poſſunt: iſte mollis, & delicatus. Etenim delitia mollities quædam eſt. Qui trahit veſtimẽtum, vt non laboret, eam quæ eleuare triſtitiam, & imitans laborantem, non exiſtimatur miſer eſſe miſero ſimilis exiſtens. E Similiter autem habet, & circa continentiã & incontinentiam. Non enim ſi quis a fortibus, & ſuperexcellen

*Qui autem in his quibus plerique reſiſtunt deficit, is mollis eſt, & delicatus. Delitiæ nãq; ſunt mollities quædam, qui quidem ueſtem trahit, ne ſubeat laborem tollendi. Et cum imitetur ægrotantem: ſe non putat miſerum eſſe, qui miſero ſimilis eſt. Similiter res ſeſe habet, & circa continentiam, & incontinentiam. Non eſt enim mirum ſiquis a uehementibus, & exuperantibus, aut uoluptatibus, aut doloribus uincitur. Quin ignoſcendum eſt,*

borem. Et ſicut dictum eſt de mollicie. Ita etiam ſe habet circa continentiam & incontinentiam. Non enim eſt admirabile, ſiquis vincitur a fortioribus, & ſuperexcellentibus delectationibus, & triſtitiis, vt propter hoc dici debeat incõtinens, vel mollis, ſed magis ei condonatur ſi tamen nitatur reſiſtere, & non ſtatim cedat. Et ponit exemplum de Philotete, de quo Theodectus poeta narrat, ꝙ pcuſſus a vipera, grauem dolorem paſſus, nitebatur continere planctum, ſed nõ potuit. Et ſimile eſt de quadam muliere, q̃ vocabatur Melopes percuſſa a quodam, nomine Carcino. Et ſicut etiã accidit his, qui tentant ſe continere a riſu, & tamen ſuperuincuntur, & repente effudunt, ſicut accidit Xenophanto. Sed tunc dicitur aliquis incontinens, & mollis, ſiquis vincit a talibus triſtitiis, & d' lectationibus contra quas multi poſſunt, ſic tamen, ꝙ hoc, ꝙ nõ poſſit reſiſtere huiuſmodi paſſionibus non ſit propter naturam generis, ex qua poſſet ei eſſe graue, quod aliis ẽ leue, ſed propter ægritudinẽ animi, quæ prouenit ex mala conſuetudine, ſicut mollicies ꝑpter naturam generis inuenitur in Regib⁹ Scytharum, qui delicate nutriti, non poſsũt labores, & triſtitias ferre, & ſic eſt etiam de fœminis ꝑ comparationẽ ad maſculos propter infirmitatem naturæ. Deinde cum dicit.

g ¶ Excludit quendam errorem. Poſſet enim alicui videri, ꝙ luſiuus, ideſt qui nimis amat ludere, ſit intemperatus. Quia in ludo eſt quædam delectatio, ipſe dicit, ꝙ magis eſt mollis. Ludus enim eſt quædam quies, & remiſſio animi quam ſuperabundãter quærit luſiuus. Vnde continetur ſub molli, cuius ẽ fugere difficultates, & labores. Deinde cum dicit.

h ¶ Diſtinguit ſpecies incontinentiæ. Et circa hoc tria facit. Primo ponit diuiſionem. Et dicit, quòd incontinentia diuiditur in duo. Quorum vnum eſt præuolatio, & aliud debilitas. Secundo ibi.

i ¶ Exponit membra diuiſionis. Et dicit, ꝙ quidam incontinentes ſunt, qui ſuperueniente concupiſcentia, conſiliantur quidem, ſed non permanent in his, quæ conſiliati ſunt propter paſſionem a qua vincuntur. Et talis incontinentia dicitur debilitas. Quidam vero ducuntur a paſſione propter hoc, ꝙ non cõſiliantur, ſed ſtatim concupiſcentia ſuperueniente eam ſequuntur. Et hæc incontinentia dicitur præuolatio propter ſui velocitatem qua anticipat conſilium. Si autem conſiliarentur non

F ducerentur a paſſione. Sunt enim quidam qui prius titillant ſe ipſos, poſtea non mouentur cum ab aliis titillantur. Sic & illi qui præſentiunt motum concupiſcentiæ, & præſciunt, quid eſt illud in quod concupiſcentia inclinat, & præexcitantes, ideſt prouocantes ſeipſos, & ratiocinationem ſuam ad reſiſtendum concupiſcentiæ, ex hoc conſequũtur, ꝙ non mutantur a paſſione, neque delectationis, a qua vincitur incontinens, neque triſtitiæ, a qua vincit mollis. Tertio ibi.

k ¶ Oſtendit quib⁹ competat hæc ſecunda ſpecies incontinẽtiæ quæ dicitur præuolatio. Et dicit, ꝙ maxime ſunt incontinentes ſecundũ incontinentiã, quæ nõ refrenatur conſilio, quæ dicta eſt præuolatio acuti, ideſt colerici, & melancolici. Neutri enim expectant rationem conſiliantem, ſed ſequuntur primam fantaſiã concupiſcibilis. Colerici quidẽ, propter velocitatẽ coleræ, malancolici autem propter vehementiã motus melancoliæ accẽſæ, cuius impetum nõ de facili poteſt homo ferre. Nam & terra accenſa vehemẽtius ardet. Econtrario autem eſt intelligendũ ꝙ ſanguinei, & flegmatici habent incontinentiam debilitatis propter humiditatẽ complexionis, quæ non eſt fortis ad reſiſtendũ impreſſioni.

## LECTIO VIII.

Poſtquàm Philoſophus oſtẽdit differentiam incontinentis ad intemperatũ. Hic oſtendit, quis eorum ſit peior per qđ ſoluitur dubitatio ſupra quinto loco ꝑpoſita circa primum probabile. Dixit autem hoc ſupra Ariſt. ſed breuiter ex incidenti tangendo. Hic autem perfectius determinat ex principali intentione. Et circa hoc duo facit. Primo oſtendit propoſitum. Secundo manifeſtat quoddam qđ ſuppoſuerat, ibi. { Quia autem hic quidem, &c. } Circa primũ duo facit. Primo oſtendit intemperatum eſſe peiorem incontinente. Secundo, oſtendit ſimilitudinem inter eos, ibi. { Quoniã quidem igitur, &c. } Circa primum duo facit. Primo comparat incontinentem intemperato. Secundo comparat duas ſpecies incontinentiæ adinuicem, ibi. { Ipſorum autem, &c. } Circa primum ponit tres rationes, per quas oſtenditur intemperatus peior incontinente. Circa quarum primam dicit, ꝙ ſicut ſupra dictum eſt, intemperatus non eſt pœnitiuus, quia peccat ex electione, in qua permanet, eo ꝙ eligit delectationes corporales tanquam finem. Omnis autem incontinens de facili, pœnitet

tibus delectationibus vincitur, vel triſtitiis admirabile. Sed cõdonabile ſi cõtratendentes, quẽadmodũ Theodecti Philotetes a vipera pcuſſus, vel a Carcino Alopicercion, & quemadmodũ continere tentantes, riſum repẽte effundũt, quale coaccidit Xenophanto. Sed ſiquis ad quas multi poſſunt abſtinere ab his vincitur, nõ poteſt contendere pp naturam generis, vel pp ęgritudinẽ, puta in Scytharũ Regibus mollities pp gen⁹. Et vt fœmininũ ad maſculinũ diſtat.

G

g Videtur autẽ luſiuus intemperatus eſſe. eſt autẽ mollis. Ludus.n. remiſſio eſt. ſiquidẽ igitur quies. Ad hanc autem ſuperabũdantium eſt luſiuus.

H

h Incontinentiæ aũt hæc quidẽ præuolatio, hæc aũt debilitas.

i Hi quidem enim cõſiliantes, non immanent quibus conſiliati ſunt propter paſſionem. hi autem propter non conſiliari ducuntur a paſſione. Quidã enim, quemadmodum prætitillantes non titillantur, ſic, & præſentiẽtes, & præſuſcitantes ſeipſos, & ratiocinationem, nõ vincuntur a paſſione, neque ſi delectabilis ſit, neque ſi triſtis.

I

k Maxime autem acuti, & melancolici ſm̃ effrenatiuam incõtinentiam ſunt incontinentes. Hi quidem.n. propter velocitatem, hi aũt propter vehementiam, non expectant rationem pp ſequentes eſſe fantaſiæ.

## LECTIO VIII.

Est autem intemperat⁹ quidem quemadmodum dictũ eſt, nõ pœnitiuus. Immanet enim electioni. Incontinens autem pœnitiuus omnis. Propter quod non quemadmodum dubitauimus ſic & habet. Sic igitur hic quidẽ inſanabilis, hic aũt ſanabilis.

K

*ſi reſiſtens uincitur tandem, ut Theodecti poetæ Philotetes a ſerpente morſus, aut Carcini Cercyoni. Halope, & ut homines ii, qui detinere riſum enitentes, accumulatum illum effundunt, ut accidit Xenophanto. Sed ſiquis his quibus multitudo reſiſtere poteſt, ſuccumbit, & non aduerſari poteſt non ob generis naturam, aut ob morbum, qualis eſt mollities, quæ regibus Scytharum ineſt ob genus, & ut mulier a uiri diſtat natura principium.*

*Videtur autem & is, qui eſt ad iocum propenſior intemperans eſſe, eſt tamẽ mollis. Nam iocus relaxatio eſt, ſiquidẽ requies ẽ. qui uero ad iocũ procliuis ẽ, ex his ẽ, qui in hac exuperãt.*

*At qui incontinentiæ alia eſt temeritas, alia infirmitas.*

*Quidam enim deliberatione facta, non perſiſtunt in his quæ ſtatuerunt ob perturbationem. Quidam ex eo quia non conſultarunt, a perturbatione ducuntur. Sunt enim qui ante ſentientes, & prouidentes, ac ſeipſos rationemque excitantes non ſuperantur a perturbatione, ſiue uoluptatem id quod mouet, ſiue dolorem efficiat, perinde atque pretitillati non titillantur.*

*Maxime autem celeres, ac bilioſi atrabili temeraria incontinentia ſunt incontinentes. Illi enim ob uelocitatẽ, hi ob uehementiam non expectant rationem, ex eo quia ipſius ſunt imaginationis ſequaces.*

## LECTIO VIII.

*At uero intemperantem quidẽ non pœnitet, ut dictũ ẽ. In electione namque perſiſtit. Incontinens autem facilis eſt omnis ad pœnitentiam. Quocirca, non ita res ſeſe habet ut dubitauimus, ſed ille quidem incurabilis, hic autem eſt curabilis.*



ceſſante paſſione a qua vincebatur. Vnde patet, ꝙ ſicut ſupra dictum eſt, intemperatus eſt inſanabilis. Hic autem ſcilicet incontinens eſt ſanabilis. Et ſic per intemperationem ſoluitur dubitatio ſupra poſita, quæ procedebat ex hoc, ꝙ incontinens ſit inſanabilior intemperato. Quia vero intemperatus eſt inſanabilior poteſt concludi, ꝙ ſit peior, ſicut & morbus corporalis, qui eſt incurabilis deterior eſt. Secundam rationem ponit ibi.

b ¶ Et dicit, ꝙ malitia, ſcilicet intemperantia, aſſimilatur illis ægritudinibus, q̃ continue inſunt homini, ſicut hydropiſis & pthyſis. Sed incontinentia aſſimilatur ęgritudinibus, q̃ non continue hominem inuadunt, ſicut epylepſiæ. Et hoc ideo, quia intemperantia, & quælibet malitia ẽ continua. Habet.n. habitum permanentem, per quem eligit mala. Sed incontinẽtia non eſt continua, quia mouetur ad peccandum incontinẽs ſolum propter paſſionem, quæ cito tranſit. Et ſic incontinentia eſt quaſi quædam malitia nõ continua. Continuum aũt malum eſt peius non cõtinuo. Ergo intemperantia peior eſt q̃ incontinentia. Tertiã rationem ponit ibi.

c ¶ *Et dicit*, ꝙ alterum genus eſt incontinentiæ, & malitiæ ſub qua intemperantia continetur. Malitia enim latet ei, cui ineſt, qui ẽ deceptus, vt eſtimet bonum illud quod facit. Sed incontinentia nõ latet eum, cui ineſt: ſcit enim per rationẽ malum eſſe id, in quod a paſſione ducitur. Malum autem latẽs eſt periculoſius malo non latente. Ergo intemperãtia eſt peior incontinentia. Deinde cum dicit.

d ¶ Comparat ſpecies incontinẽtiæ ad inuicem. Et dicit, ꝙ inter incontinentes meliores, ideſt min⁹ mali ſunt exceſſiui, ideſt præuolantes q̃ debiles, qui habent quidem rationem cõſiliantem, ſed non ꝑmanent in ea. Duplici autem ratione ſũt peiores debiles. Primo quidem, quia vincuntur a minori paſſione, nam pręuolantes vincuntur a paſſione excedente, vel ſecũdum velocitatem, vel ſecundum vehementiam. Et ſecundum hanc rationem ſupra probauit, ꝙ intemperatus eſt peior incontinente. quæ poteſt eſſe quarta ratio, adiuncta tribus prędictis. Secunda ratio eſt, quia debiles non ſunt impræconſiliati, ſicut alii, ideſt præuolantes. Et hæc ratio ſupra inducebatur de

A incontinente & intemperato, quaſi incontinens eſſet pręconſiliatus, non autem intemperatus. Et hoc eſt falſum, quia intemperatus præconſiliatus eſt. Peccat enim ex electione. Et ideo videtur hoc hic inducere ad oſtendendum, ꝙ ibi locum non habet. Ponit autem quoddam exemplum dicens, ꝙ incontinens debilis, ẽ ſimilis illis qui velociter, ideſt d' facili inebriantur, & a pauco vino, & minori q̃ multi. Et ſicut iſti peius ſunt diſpoſiti ſecũdum corpus, ita debiles, qui a minori paſſione vincuntur ſunt peiores ſecundum animam. Deinde cum dicit.

e ¶ Oſtendit conuenientiam incontinentis ad intemperatum quãtum ad duo. Primũ quidem quantum ad hoc, ſcilicet ꝙ incontinentia, & ſi non ſit malitia ſimpliciter, tamẽ eſt malitia ſecũdum quid, ſicut ſupra dictum ẽ, ꝙ eſt quaſi malitia non continua. Et ꝙ non ſit malitia ſimpliciter, patet, quia incontinentia peccat præter electionem, malitia autem cum electione. Secundam conuenientiam ponit ibi.

f ¶ Et dicit, ꝙ incõtinentia & malitia habent ſimilitudinẽ in actione, ſicut quidam Demodocus, i. ſenior populi, qui dixit ad Mileſios reprehendens eos. Mileſii non ſunt ſtulti, ſed operantur ſimilia opera operibus ſtultorum. Similiter etiam incontinentes non ſunt mali, vel iniuſti, vel intemperati, ſed faciunt opera iniuſta & mala. Deinde cum dicit.

g ¶ Aſſignat rationem eius quod ſupra dixerat, ſcilicet ꝙ intemperatum non pœniteat ſicut incontinens. Secundo quare incontinens pœnitet, ibi. { Eſt autem aliquis, &c. } Dicit ergo primo, ꝙ aliq̃s eſt, qui proſequitur ſuperabundanter, & præter ordinem rectę rationis corporales delectationes, nõ quia ſic eſt diſpoſit⁹, vt ſit ei perſuaſum, ꝙ tales delectationes ſint ſequendæ ſicut bonę. Et iſte eſt incontinens. Alius autem eſt, ſcilicet intemperatus cui perſuaſum eſt, ꝙ tales delectationes ſint eligendæ, quaſi per ſe bonæ, & hoc propter diſpoſitionem, quam habet ex habitu. Vnde ille cui non eſt perſuaſum delectationes eſſe per ſe bonas ex habituali diſpoſitione, ſed ſolum ex paſſione, ſcilicet incontinens, ſed habet falſam eſtimationem de eis in particulari, facile recedit a ſua credulitate paſſione ceſſante. Ille autem, qui

b Aſſimilatur aũt malitia ægritudini velut hydropiſi, & pthiſi. Incontinentia autem epilenticis. Hæc quidẽ.n. continua, hęc autem non continua malitia.

B

c Et omnino autem alterũ genus incontinentiæ, & malitię. Malitia quidem.n. latet, incontinentia autem non latet.

d Ipſorum autem horum meliores exceſſiui, quàm rationẽ habentes quidem non immanẽtes autem. a minore enim paſſione vincuntur. et non impræconſiliati quemadmodum alteri. Similis enim incontinens velociter inebriatis, & a pauco vino, & minori q̃ vt multi.

C

e Quoniam quidem igitur malitia incontinentia non eſt, manifeſtum. ſed quo forte. Hic.n. quidem pręter electionem, hic autem ſecundum electionẽ eſt.

f Inſuper & ſimile quidem ſecũdum actiones, quemadmodũ ꝙ Demodochi ad mileſios. Mileſii.n. ſtulti quidẽ non ſunt. operantur autẽ qualia quidẽ ſtulti. Et incontinentes iniuſti quidẽ nõ ſunt: iniuſta aũt faciunt.

D

g Quia aũt hic quidẽ talis qualis non pp perſuaſum eſſe perſequi eas, quæ ſm̃ ſuperabundantiã, & præter rectã rationẽ corporales delectationes. Hic aũt perſuaſus eſt pp talem eſſe, qualem perſequi ipſas. Ille quidem igitur facile tranſcẽdibilis, iſte aũt nõ. Virtus.n. & malitia principiũ, hæc quidẽ corrũpit, hęc aũt ſaluat. In Actionibus autẽ qđ cuius gratia principiũ quemadmodũ in mathematicis ſuppoſitiones. neq; vtiq; illic ratio edoctiua principiorũ, neq; hic. ſed virt⁹, vel naturalis, vel aſſue

E

*Vitium enim morbis eſt hiſce perſimile aquæ intercuti, inquam, & tabi. Incontinentia uero morbo comitiali. Et enim illa continua, hæc non continua eſt improbitas.*

*Atque omnino diuerſum eſt genus incontinentiæ, atque uitii. Vitium enim latet, incontinentia uero non latet.*

*Horum autem ipſorum, ij, qui ante rationem ducuntur meliores his ſunt, qui rationem quidem habent, non autem perſiſtunt in ea. A minore namque perturbatione uincuntur, & non abſque deliberatione, ut illi. Incontinens enim ſimilis eſt his, qui cito fiunt ebrij, & pauco uino, & pauciore, quã plerique.*

*Patet igitur incontinentia uitium non eſſe; niſi aliqua ex parte fortaſſe. Nam hæc quidem eſt præter electionem, illud autem cum electione.*

*In actionibus tamen eſt ſimilitudo, ut Demodocus in Mileſios dixit. Mileſij namque inſipientes quidem non ſunt: ea tamen faciunt, quæ agunt inſipientes. Et incontinentes iniuſti quidem non ſunt, iniuriam tamen faciunt.*

*Cum autem alter ſit talis, ut non ex eo quia eſt ipſi perſuaſum exuperantes corporis uoluptates præterque rationem rectam ſequatur, illi quidem diſſuaderi facile, huic autem haud facile poteſt. Principium enim ipſum uirtus quidem conſeruat, uitium uero corrumpit. Id autem gratia cuius principium eſt in actibus: perinde ut ſuppoſitiones ipſæ in mathematicis, neque igitur ibi docendorum principiorum eſt ratio, neque hic. Sed uirtus, aut naturalis, aut aſſuetudine parta, cauſa eſt opinandi circa principium recte. Talis igitur*

qui ex habituali diſpoſitione eſtimat delectationes corporales F per ſe eſſe eligendas.ſ.intemperatus, non de facili recedit a ſua credulitate. Et huius rationem aſſignat conſequenter dicens, ꝙ virtus & malitia reſpiciunt principium operabilium, quod malitia corrumpit, virtus autem ſaluat, principium autem in actionibus eſt finis, cuius gratia aliquid agitur quod ita ſe habet in agibilibus, ſicut ſuppoſitiones, ideſt prima principia in demonſtrationibus mathematicis. Sicut .n. in mathematicis principia non docentur per rationem, ſic neque in operabilibus finis docetur per rationem. Sed homo ꝑ habitum virtutis ſiue naturalis, ſiue per aſſuetudinem acquiſitæ, conſequitur rectam eſtimationem circa principium agibilium, quod ẽ finis. Ille igitur, qui habet rectam eſtimationẽ de fine circa delectationes corporales, vt ſcilicet eſtimet medium in eis bonum, & finem, ſuperabundantias autem malũ, eſt temperatus. Ille autem qui habet contrariam eſtimationẽ propter habitum malitię, eſt intemperat⁹. Manifeſtum eſt autẽ, ꝙ ille qui errat circa principia, non poteſt de facili reuocari ab errore, quia non datur ratio docẽti principia. Et ideo non eſt tranſcendibilis, vel pœnitiuus, niſi forte ſecundum ꝙ per longam conſuetudinem contrariam tollitur habitus cauſatiuus erroris. Deinde cũ dicit.

h ¶ Oſtendit qualiter incontinens ſit trãſcendibilis, & pœnitiuus. Et dicit, ꝙ aliquis homo eſt qui propter paſſionẽ excedit quidem a ratione recta quantum ad hoc, ꝙ paſſio eum ſuperat, vt non agat ſecũdum rationem rectam. Non autem ſuperat eum quantum ad hoc, vt ſit ei perſuaſum, ꝙ oporteat proſequi delectationes corporales quaſi per ſe bonas, abſque omni prohibitione. Et ideo talis ceſſante paſſione, quæ cito tranſit, remanet in recta eſtimatione finis. Et iſte ẽ incontinens, qui propter hoc eſt melior intemperato, & non ẽ prauus ſimpliciter, qui ſaluatur in eo optimum principium, ſcilicet recta eſtimatio finis. Eſt autem prauus, ſecundum quid, in quantum ſcilicet, in aliquo particulari eſtimat operandum præter rationem rectam. Alius ſcilicet continens, eſt contrarius incontinenti, qui permanet in ratione recta. Et nullo modo excedit eam propter paſſionem, & quantum ad agere. Ex quo manifeſtum eſt, ꝙ continentia eſt bonus habitus, qui permanet in ratione. Incontinentia autem prauus, quia recedit a ratione recta in agendo. Et hoc erat primum probabile, quod nunc concludit, ſoluta quinta dubitatione, quæ circa hoc proponebatur.

factiua, eius quod eſt recte opinari circa principium. Temperatus quidem igitur talis, intẽperatus autem contrarius.

h Eſt autẽ aliquis propter paſſionem exceſſiuus præter rectã rationem, quem quidem ad nõ agere ſecundũ rectã rationẽ ſuperat paſſio. Vt aũt ſit talis G qualis pſuaſum habet proſequi improhibite oportere tales delectationes non ſuperat. Et iſte incontinens eſt melior intẽperato, & neque prauus ſimpliciter. Saluatur .n. optimũ principiũ. Alius autem contrarius immanſiuus, & non exceſſiuus propter paſſionem. Manifeſtum vtique ex hoc, qm̃ hic quidẽ ſtudioſus habitus, hic autẽ prauus.

*homo temperans eſt. At contrarius eſt intemperans.*

*Eſt autem quidam alius ob perturbationem a recta ratione diſcedens. Quem perturbatio, ut non agat quidem, ut recta ratio iubet ſuperat. Vt G ſit autem talis, ut ipſi ſit perſuaſum oportere perſequi uoluptates, libere tales non uincit. Atque hic eſt incontinens, qui quidem intemperante melior eſt. Nec eſt abſolute prauus, conſeruatur enim id in ipſo, quod eſt optimum, principiũ inquam ipſum. Alius autem eſt huic contrarius, qui perſiſtit, & non ob perturbationem a ratione diſcedit. Ex his igitur patet, hunc quidem ſtudioſum, illum autem improbum habitum eſſe.*

## LECTIO IX. H

VTrum igitur continens eſt, qui qualicumq; rationi, & qualicumque electiõi immanet, vel qui rectę. Et incontinens autem, qui qualicumque non immanet electioni, & qualicumque rationi, vel qui falſę rationi, & electioni nõ rectæ, quemadmodum dubitatum eſt prius.

b Vel ſm̃ accidẽs, qui qualicũque. Secundũ ſeipſum aũt, qui I veræ rationi, & rectæ electioni. hic quidem immanet, hic autẽ non immanet. Si.n. quis hoc pp hoc eligit, & proſequitur, ſm̃ ſeipſum quidẽ hoc eligit, & proſequitur. ſecundũ accidens autẽ qđ prius. Simpliciter autẽ dicimus, ꝙ ſm̃ ſeipſum. Quare eſt q dem vt qualicũq; opinioni. hic quidem immanet, hic aũt excedit. Simpliciter aũt, qui veræ.

## *LECTIO IX.*

*QVærendum eſt utrum is ſit continens, qui quauis in ratione electioneue perſtat, an is, qui in recta perſiſtit. Et utrum is ſit incontinens, qui non permanet in quauis electione rationeue, an is, qui non perſiſtit in ratione falſa, & electione non recta, quemadmodum antea dubitauimus.*

*An per accidẽs quidem in quauis, I per ſe autem in ratione uera rectaque electione alter perſtat, alter non perſtat. Nam ſi quiſpiam hoc ob hoc expetit, aut ſequitur, per ſe quidem hoc expetit, aut ſequitur, per accidens autem ipſum prius. At quod eſt per ſe, id ſimpliciter eſſe dicimus. Quare fit ut aliquo quidem modo quauis in opinione, abſolute autem in uera alter ꝑſiſtat, alter non perſiſtat.*

## LECTIO IX.

POſtquàm Philoſophus determinauit dubitationem per quam ſcitur an continentia, & incõtinentia ſint, oſtendit etiam materiam circa quam ſint, hic determinat dubitationem per quam ſcitur quid continẽtia eſt. Et circa hoc duo facit. Primo .n. oſtendit vtrum continens ſit immãſiuus cuilibet rationi, & incontinens a qualibet ægreſſiuus, per quod ſoluitur quarta dubitatio propoſita, ſ. contra ſecundum probabile. Secundo oſtendit: vtrum prudens poſſit eſſe incõtinẽs, per quod ſoluitur ſecunda dubitatio mota circa quintum probabile, ibi. {Neque ſimul prudẽtẽ, &c.} Circa primũ duo facit. Primo, oſtendit quomodo continentia ſe habeat ad propriam rationem, quę accipitur ſecundum hoc, ꝙ eſt immanere rationi. Secũdo, oſtẽdit quomodo ſe habeat ad communem rationem virtutis, q̃ conſiſtit in hoc ꝙ eſt in medio eſſe, ibi. {Quia autem eſt aliquis, &c.} Circa primum tria facit. Primo oſtẽdit cui rationi continens laudabiliter ĩmanet, & a qua incontinens vituperabiliter ægreditur. Secũdo, oſtẽdit quomodo aliqui rationi vituperabiliter ĩmanent, ibi. {Sunt autẽ quos vocant, &c.} Tertio quomodo alĩ qui laudabiliter a ratione ęgrediuntur, ibi. {Sunt autem quidam, &c. Circa primum duo facit. Primo mouet queſtionem, quę quidem ẽ. Vtrum continens dicatur, qui immanet qualicumque rationi, ideſt ſiue rectæ, ſiue falſæ, ſiue qualicũque electioni ſiue rectæ, ſiue falſæ, vel ſolum ille dicitur con- K tinens, qui immanet rationi rectæ, & electioni. Et ſimilis dubitatio eſt, vtrum incontinens dicatur, qui non immanet qualicũque rationi, & electioni, vel ſolum, qui rectæ non immanet. Vel poteſt ſic moueri quæſtio. An poſſit dici incontinens, qui non immanet falſæ rationi, & electioni, ſicut ſupra in dubitationibus poſitum eſt. Secundo ibi.

b ¶ Soluit propoſitam quæſtionem, & dicit, ꝙ poteſt dici cõtinens & incontinens, qui immanet, vel non immanet qualicũque rationi, ſecundum accidens. Sed per ſe loquendo, qui immanet, vel non immanet veræ rationi, & rectæ electioni. Et hoc q̃dem ſic exponit. Si enim aliquis eligit, vel proſequitur, ideſt quęrit hoc propter hoc, ideſt, hoc loco huius, puta ſi eligit fel loco mellis, quia ſcilicet propter ſimilitudinem coloris eſtimat illud eſſe mel, manifeſtum eſt, ꝙ per ſe loquendo eligit, & quærit hoc propter quod alterum eligit, & quærit, puta mel, ſed per accidens eligit id, quod prauum eſt, illud quod eligit loco alterius, puta fel. Et ratio huius eſt, quia in appetibilibus illud eſt per ſe, ad quod



referetur intentio appetentis. Bonum enim inquantum A eſt apprehenſum, eſt proprium obiectum appetitus. Illud autẽ quod eſt præter intentionem, eſt per accidens. Vnde ille qui intendit eligere mel, & eligit fel præter intentionem, per ſe quidẽ eligit mel, ſed per accidens fel. Sit ergo aliquis, qui falſam rationem æſtimet veram, puta, ſiquis æſtimet hoc eſſe verum, quòd bonum eſt fornicari. Si ergo ĩmaneat huic rationi falſæ, putans eam eſſe veram, per ſe quidem immanet veræ rationi, per accidens autem falſæ. Intendit enim veræ immanere. Et eadem ratio eſt de incontinente, qui ægreditur a ratione falſa, quam putat eſſe veram. Sic ergo patet, ꝙ continẽs vel incontinens per ſe immanet, vel non immanet rationi veræ, per accidens autem falſæ. Simpliciter autẽ dicimus id, quod eſt per ſe. Qđ autẽ eſt per accidẽs, dicitur ſecũdũ quid. Et ideo ſecundum aliquem modum continens, vel incontinẽs dicitur, qui immanet qualicumque opinioni etiã falſæ, ſed ſimpliciter, qui immanet, vel non immanet rationi, ſeu opinioni veræ. Deinde cum dicit.

c ¶ Oſtendit quomodo aliqui vituperabiliter immanent rationi. Et primo oſtendit, qui ſunt. Secundo quomodo ſe habeant ad continentem, ibi. {Qui ſimile quidem, &c.} Tertio oſtendit differentiam, ibi. {Sunt autẽ alteri, &c.} Quarto, quomodo ſe habeant ad incontinentẽ, ibi. {Sunt autem iſchyrognomones, &c.} Dicit ergo primo, quòd ſunt quidã nimis immanẽtes propriæ opinioni. Et hi ſunt illi quos homines vocãt iſchyrognomonas .i. fortis ſententiæ, ſiue pertinaces, quia ſcilicet difficile eſt perſuadere eis aliquid. Et ſi fuerit aliquid perſuaſum, non de facili tranſmutantur ab illa ſuaſione. Quod maxime videtur accidere melancolicis, qui difficile recipiunt, ſed recepta fortiter tenent ad modum terræ. Deinde cum dicit.

d ¶ Comparat tales continenti. Et dicit, quòd tales videntur aliquid ſimile habere continenti, quia per exceſſum habent id, quod eſt continentis, ſicut prodigus habet aliquid ſimile liberali, & audax confidenti, ideſt forti. Tales enim immanent rationi pluſquam debent: continens autem ſecundum quod debet. Secundo ibi.

e ¶ Oſtendit differentiam, & dicit, quòd prædicti ſecundum multa differunt a continente. Ad cuius euidentiam conſiderandum eſt, quòd dupliciter aliquis poteſt remoueri a ſua opinione, Vno modo ex parte ipſius rationis: puta ſi ſuperueniat aliqua ratio fortior. Alio modo ex parte paſſionis, quæ peruertit iudicium rationis in particulari operabili præcipue. Igitur hæc eſt differentia, quia hic quidem, ſcilicet continens, non tranſmutatur a ratione propter concupiſcentiæ paſſionem, ſed tamen quando oportet bene perſuaſibilis erit ab alia ratione meliori inducta. Vnde laudabilis eſt, quia non vincitur concupiſcentia, ſed ratione. Hic autem ſcilicet, pertinax, non mutatur a ſua opinione propter aliquã rationem inductam, ſed recipit concupiſcentias. Et multi eorum ducuntur a delectationibus extra rationem. Sic ergo vituperabiles ſunt, quia cum non permittant ſe vinci ratione: vincuntur tamen a paſſione. Deinde cum dicit.

f ¶ Oſtendit, quomodo ſe habeant tales ad incontinentẽ. Et dicit, quòd iſti, quos dicimus iſchyrognomones, dicuntur & idiognomones, ideſt proprię ſententiæ, ſiue proprij ſenſus homines, & ſunt indiſciplinati, quia nolũt ab aliquo inſtrui, & ſunt etiam agreſtes, quia dum ſemper volunt ſequi propriũ ſenſum, non de facili poſſunt cum alijs commorari. Sũt autẽ idiognomones, ideſt proprii ſenſus propter hoc, ꝙ aliquam delectationem nimis quærunt, & aliquam triſtitiam nimis fugiunt. Gaudẽt enim quando conferendo cum aliis vincunt, ſi ſcilicet nõ trãſmutẽtur per aliquã ſuaſionem a ſua opinione. Triſtantur autem ſi ea quę ſunt ipſorum, ſcilicet ſententiæ apparent infirmę ita ꝙ oporteat eas deſerere. Hoc autem eſt proprium incontinẽtis, & mollis ſuperabundanter appetere delectationes, & fugere triſtitias. Vnde patet, ꝙ pertinaces magis aſſimilãtur incontinenti, quàm cõtinenti. Deinde cũ dicit.

g ¶ Oſtendit, quomodo aliqui diſcedunt laudabiliter a ratione. Et dicit, ꝙ quidã ſunt, qui non immanent his quæ eis videntur non propter incontinentiam, ſed propter amorem virtutis. Sicut narratur in libro quem de Philoctete Sophocles ſcripſit, ꝙ Neoptolemus nõ permanſit in his, quæ ei videbantur, non tamen propter incontinentiam, quamuis hoc fecerit propter aliquam delectationem non malam, ſed bonam. Apperebat enim quaſi quoddam bonũ dicere verum, & hoc erat ei delectabile. Sed perſuaſum fuerat ei ab Vlyſſe, quod diceret falſum propter vtilitatẽ patrię, cui quidem perſuaſioni ipſe non immanſit propter delectationem veritatis. Nec tamen propter hoc fuit incontinẽs. Non enim omnis qui propter delectationem aliquid operatur eſt intemperatus, ſiue prauus, ſiue incontinens, ſed ſolum ille, qui propter turpem delectationem aliquid operatur. Deinde cum dicit.

h ¶ Oſtendit, quomodo continentia ſe habeat ad rationẽ virtutis, ad quam pertinet in medio eſſe. Et circa hoc duo facit. Primo manifeſtat continentiam in medio eſſe, ſicut & temperantia.

c Sunt autem quidam immanſiui opinioni. Sunt autem quos vocant iſchyrognomonas, puta difficile perſuaſibiles, & non facile tranſuaſibiles.

d Qui ſimile quidẽ aliquid habent continenti, quale prodig⁹ liberali, & audax confidenti. B

e Sunt autem alteri ſecundum multa. Hic quidem .n. propter paſſionem, & concupiſcentiam non tranſmutans continens. quia facile perſuaſibilis eſt cũ contingat, & erit cõtinens. hic autem non a ratione, quia concupiſcentias aſſumunt, & ducũtur multi a delectationibus.

f Sunt aũt iſchyrognomones, & idiognomones, & indiſciplinati, & agreſtes. Et hi quidem C idiognomones pp delectationẽ, & triſtitiã. Gaudẽt enim vincentes, ſi non tranſuadeantur. et triſtantur ſi infirma quę ipſorũ ſint quemadmodũ ſententiæ. Quare magis incontinenti aſſimilantur, q̃ continenti.

g Sunt aũt quidam, qui his quæ videntur non immanent, non ꝓpter incontinentiã, puta in Philoctete, q Sophoclis Neoptolemus, quamuis propter delecta- D tionem non immanſit, ſed bonam. Verum dicere.n ipſi bonum erat. Perſuaſus eſt autẽ ab Odiſſeo falſum dicere. Non .n. omnis, qui propter delectationem aliquid operatur eſt intẽperatus, ſiue prauus, ſiue incontinens, ſed qui pp turpem.

h Quia autem aliquis eſt talis, qualis minus q̃ oportet corporalibus gaudens, & non ĩmanẽs E

*Sunt autem quidam in opinione ꝑſiſtentes, quos pertinaces appellant. Hi non niſi cum difficultate dimoueri a ſua ſententia poſſunt.*

*Et ſimile quidem quid habent cum continente, ſicut & prodigus cum liberali, & audax cum confidente.* B

*Sunt autem in multis ab illo diuerſi. Continens enim non mutat ſententiam ob perturbationem, atque cupiditatem. Nam cum acciderit facilem ſeſe offert recta perſuadenti. Illi uero non a ratione mutantur. Nam cupiditates cupiunt, atq; a uoluptatibus plerique ducuntur.*

*Sunt autem ii pertinaces, qui ſuæ C ſunt ſententiæ, & qui ſunt indocti, ac ruſtici. Atque ſuæ ſententiæ homines ob uoluptatem, atque dolorem ſunt pertinaces. Gaudent enim uincentes ſi non e ſua ſententia diſſuaſione dimoueantur, & dolent ſi ſua ſint irrita, ut decreta. Quare potius ſunt incontinẽti, quàm continenti ſimiles.*

*Sunt etiam qui non ob incontinentiam in ſententia non perſiſtunt, ut Neptolemus apud Sophoclem in Philoctete, quamquam ob uoluptatem nõ D perſtitit, ſed honeſtatem. Erat enim honeſtum illi uera loqui. Ab Vlyſſe autem fuerat illi perſuaſum mentiri. Et enim non omnis qui propter uoluptatem quippiam agit, intẽperans eſt, aut prauus, aut incontinens, ſed qui agit ob turpem.*

*Cum autem ſit & quidam talis, ut minus quàm oporteat corporis gaudeat uoluptatibus, non perſiſtens in*

rantia. Secundo oſtendit, ꝙ quandoque continentia propter ſimilitudinem temperantia nominatur, ibi. { Quia autem ſecundum ſimilitudinem, &c. } Circa primum tria facit. Primo oſtendit, quorum continentia ſit medium. Et dicit, ꝙ aliquis homo inuenitur ſic diſpoſitus, qui minus gaudet corporalibus delectationibus, q̃ oporteat. Et hoc ē nō propter finem boni, ſed propter faſtidiū. Propter quod non ꝑmanet in ratione iudicante, ꝙ oportet ſecundum ꝙ neceſſe ē talibus delectationibus vti. De incontinente autem iam dictum eſt, ꝙ non immanet rationi propter hoc, ꝙ gaudet talibus delectationibus pluſquam oportet. Vnde horū duorum medius eſt continens. Nam incontinens non immanet rationi propter aliquid maius. Ille autē alius propter aliquid minus, quia ſcilicet ille vult plus vti delectationibus, q̃ oportet, & iſte minus. Sed continens immanet rationi, & non tranſmutatur ab ea, nec ꝑpter alterum prædictorum, ideſt neque propter maius, neq; propter minus. Secundo ibi.

i ¶ Oſtendit qualiter ſe habeant ad bonitatem, & malitiā: manifeſtum eſt autē ex dictis, ꝙ continentia eſt aliquid bonū. Vnde oportet, quòd vtrique habitus, qui ei contrariantur, ſcilicet & ſecundū plus & ſecundum minus ſint mali, ſicut apparet ex hoc ipſo, ꝙ nō immanent rationi, ſed accipiunt, aut plus, aut minus. Tertio ibi.

K ¶ Reſpondet tacitæ quæſtioni, quare ſcilicet ſola incontinentia videatur eſſe contraria continētiæ, cum habeat duos habitus contrarios. Et dicit, ꝙ hoc contingit propter hoc, ꝙ alterum in paucis accidit, ꝙ ſcilicet aliquis ægrediatur a ratione in minus. Et ideo non eſt adeo manifeſtum, ſicut alterum extremum. Nam in pluribus accidit, ꝙ circa delectationes corporales fiat ægreſſus a recta ratione in plus. Et propter eandem rationem, temperantia videtur eſſe contraria ſoli intemperātiæ, quia in ſenſibilitas nō eſt manifeſta propter hoc, ꝙ in paucioribus accidit. Eſt autem hic conſiderandum, ꝙ continentiæ aſſignantur dupliciter extrema. Vnō modo ex parte rationis, cui inheret, & ſecundum hoc ſupra dixit, ꝙ pertinax ſe habet ad continentem, ſicut prodigus ad liberalem: alterum autem extremum eſt ad minus vitiū inſtabilitatis. Alio modo aſſignantur ei extrema ex parte concupiſcentiæ quam vincit. Et ſic continentia eſt medium inter extrema nunc poſita. Deinde cum dicit.

l ¶ Oſtendit, ꝙ continentia propter ſimilitudinem quandoque dicitur temperantia. Et primo comparat ſecundum hoc cō- F tinentiam temperantiæ. Secundo incontinentiam intemperātiæ, ibi. {Similis autem, &c. } Circa primum tria facit. Primo proponit quod intendit. Et dicit, quòd quia multa nominantur metaphorice ſiue ſecundum ſimilitudinem, inde eſt, ꝙ etiam incontinentia conſequitur quandoque nomen temperantiæ ſimilitudinarie. Secundo ibi.

m ¶ Oſtēdit in quo ſit ſimilitudo. Continens enim habet facultatem, vt nihil ꝑter rationem operetur propter delectationes corporales. Et hoc idem poteſt facere temperatus. Tertio ibi.

n ¶ Ponit duas differentias. Quarum prima eſt, ꝙ continēs habet prauas concupiſcentias, ſed temperat⁹ nō habet eas, quia eius concupiſcibilis eſt per habitum temperantiæ ordinata. Secunda differentia eſt quam ponit, ibi. {Et hic quidem, &c.} ꝙ ſcilicet temperatus eſt ſic diſpoſitus per habitum tēperantiæ, vt non delectetur præter rationem. Continens autem eſt ſic diſpoſitus vt delectetur quidē præter rationem, ſed non ducatur a paſſione. Deinde cū dicit.

o ¶ Comparat incontinentiam intemperantiæ. Et dicit, ꝙ incontinens, & intēperatus ſunt ſimiles, cum tamen differāt. Vnde eodem modo incontinens dicitur intemperatus per ſimilitudinem. Sunt enim ſimiles in hoc, ꝙ vtrique perſequūtur, ideſt quærunt delectabilia corporalia. Differunt autem in hoc, ꝙ intemperat⁹ exiſtimat oportere huiuſmodi delectabilia ſequi propter habitum peruertētem iudicium de fine. Incontinens autem nō hoc exiſtimat, q̃a ſaluatur in eo principium, vt ſupra dictum ē.

rationi. Talis huius, & incontinentis medius continens. Incōtinens quidem enim non immanet rationi propter maius aliquid, iſte autem propter minus aliquid. Continens autem immanet, & non propter alterum tranſmutat.

G

i Oportet autem ſiquidem cōtinentia ſtudioſum, vtroſq; cōtrarios habitus prauos, quemadmodum, & apparent.

k Sed propter alterum in paucis, & raro eſſe manifeſtū, quemadmodū tēperantia intēperantiæ videtur cōtrariū eſſe ſolum, ſic & cōtinentia incōtinentiæ.

l Quia autem ſecundū ſimilitudinem multa dicuntur etiā con- H tinētia, quæ temperati ſecundū ſimilitudinem conſecuta eſt.

m Etenim continens potēs nihil præter rationē propter corporales delectationes facere, & temperatus.

n Sed hic quidem habens, hic autem non habens prauas concupiſcentias. Et hic quidem talis, qualis non delectari præter rationem, hic autem qualis delectari, ſed non duci.

o Similis autē & incontinens, I & intemperatus alteri quidem exiſtentes. Vtrique autē corporalia delectabilia proſequunt̄. Sed hic quidē & extimans oportere, hic autē non extimans.

*ratione, inter hunc, & incontinentem medius ipſe continens collocatur. Incontinens enim non perſiſtit in ratione, quia magis quàm oportet uoluptatibus delectatur, hic uero non permanet, quia minuſquàm oportet eiſdem gaudet. At continens perſtat, & ob neutrum ſententiam mutat.*

*Oportet autem ſi continentia ſit ſtudioſum, habitus utroſque contrarios improbos eſſe, quemadmodum & uidentur.*

*Sed quia per paucis alter hominibus ineſt, raroque admodum fit, temperantia ſoli contrarium intemperantiæ eſſe uidetur, ſic & continentia ſoli incontinentiæ aduerſari putatur.*

*At uero cum ob ſimilitudinem multa dicantur, factum eſt, ut & temperans per ſimilitudinem continens dicatur.*

*Continens enim talis eſt, ut nihil præter rationem ob uoluptatem corporis agat, & temperans etiam talis eſt.*

*Sed ille quidem habet prauas cupiditates, hic autem non habet. Et hic quidem eſt talis, ut nō delectetur præter rationem, ille uero talis ut delectetur quidem, ſed non ducatur.*

*Similes etiam ſunt incontinens, & intemperans, qui quidem diuerſi ſunt. Vterque enim corporis ſemper uoluptates. Sed alter, & oportere putat, alter non putat.*

## LECTIO X.

N Eque ſimul prudentē, & incontinentem contingit eſſe eundem.

## *LECTIO X.*

*A T qui neque fieri poteſt ut idem ſit prudens, atque incontinens ſimul.*

K

## LECTIO X.

P Oſtquàm Philoſophus oſtendit, quomodo continens & incontinens immaneat, vel non immaneat rationi. Hic oſtendit vtrum contingat, quòd prudentia quæ eſt recta ratio agibilium, ſit ſimul cum incontinentia. Et per hoc ſoluitur ſecunda dubitatio, quæ mouebatur circa quintum probabile. Et circa hoc duo facit. Primo oſtendit, quòd nuſquam ſimul prudentem contingit eſſe, & incontinentem. Secundo oſtendit, quomodo ſe habeat incontinens ad prudentiam, ibi. {Et ſecundum quidem rationem, &c.} Circa primum tria facit. Primo proponit quod intendit, & dicit ꝙ non contingit, ꝙ idem homo ſit ſimul prudens, & incontinens. Secundo ibi.

b ¶ Probat



b ¶ Probat propoſitum duabus rationibus. Quarum prima A
Lect. 10. eſt, ꝙ ſicut ſupra in Sexto oſtenſum eſt, prudentia ſimul eſt cū virtute morali. Et ſic ſimul eſt aliquis prudens & ſtudioſus, ſecundum virtutem moralem. Sed incontinens non eſt ſtudioſus ſecundum virtutem moralem, quia non deduceretur a paſſionibus. Ergo non poteſt eſſe, ꝙ aliquis ſit ſimul prudens & incontinens. Secundā rationem ponit ibi.

c ¶ Non enim dicitur aliquis prudens ex hoc ſolum, ꝙ eſt ſciens, ſed ex hoc ēt, ꝙ eſt practicus, ideſt operatiuus. Dictum
Lect. 9. eſt enim ſupra in Sexto, ꝙ prudentia eſt præceptiua operum, & non ſolum conſiliatiua, & iudicatiua. Sed incontinens deficit ab eo, ꝙ ſit practicus. Nō enim operatur ſecundum rationem rectam. Prudens ergo non poteſt eſſe incontinens. Tertio ibi.

d ¶ Aſſignat rationem, quare quandoque videantur prudē tes eſſe incontinētes. Et dicit, ꝙ nihil prohibet dynum, ideſt ingenioſum, ſeu induſtrioſum eſſe incōtinentem. Et ex hoc contingit, ꝙ quandoque videtur, ꝙ quidā prudentes ſint incōtinentes, quia ſcilicet dyni reputantur prudentes propter hoc, quod dynotica differt a prudentia, ſecū dum modum prædi-
Lect. 11. ctum in Sexto, quaſi ſcilicet prudentia ſe habeat ex additione ad dynoticam. Deinde cum dicit.

e ¶ Comparat incōtinentem prudenti. Et circa hoc duo facit. Primo comparat incontinentem prudenti. Secundo comparat incontinentes adinuicem, ibi. {Sanabilior autem, &c.} Circa primū duo facit. Primo comparationem ponit. Secundo adhibet ſimilitudinem, ibi. {Aſſimilat vtiq;, &c.} Circa primū duo facit. Primo ponit cōparationem. Secundo infert corollarium ex dictis, ibi. {Quare ſemimalus, &c. } Circa primum tria facit. Primo proponit quod intendit. Et dicit, ꝙ incontinens ſecundum quid propinquus eſt prudenti ſcilicet ſecū dum rationem, quia vterque habet rationem rectam. Sed differunt ſecundum electionem, inquantum prudens ſequitur, incontinens non ſequitur. Secundo ibi.

f ¶ Manifeſtat qualiter ſint propinqui ſecundum rationem. Et dicit, quòd hoc non eſt ita, quòd incontinens ſit ſicut ſciens in habitu, & ſpeculans, ideſt conſiderans in actu particularia eligibilia. Sed ſe habet ſicut dormiens, & vinolentus, in quibus eſt habitus rationis ligatus, ſicut ſupra expoſitum eſt. Tertio ibi.

g ¶ Manifeſtat, quod dixerat de differentia ſecundum electionem. Et dicit, ꝙ incontinens peccat quidem volens. Scit enim quodammodo, ſcilicet in vniuerſali, & illud quod facit, & cuius gratia facit, & alias circumſtantias. Vnde voluntarie agit. Non tamen eſt malus, quia non agit ex electione. Sed electio ſua eſt æpyiches, ideſt bona, quando eſt extra paſſionem. Sed quando ſuperuenit paſſio corrumpitur eius electio & vult malum. Et iō ſecundum electionē incontinens differt a prudente, quia prudentis electio nō corrūpitur. Incontinentis aūt corrumpitur. Deinde cum dicit.

h ¶ Infert corollarium ex dictis, quia .n. incontinens ante paſſionem habet bonā electionem, ſed per paſſionem vult malum, ſequitur, ꝙ ſit ex media parte mal⁹, inquātū ſcilicet vult malum, & non ſit iniuſtus, vel malus ſimpliciter, quia non eſt inſidiator quaſi ex cōſilio, & electiōe agēs malum. Incontinentium autem quidam, ſcilicet debiles, conſiliantur quidem, ſed non immanent conſiliatis, melācolici ſautem, & acuti, quos ſupra dixit præuolātes totaliter non conſiliantur. Vnde patet, ꝙ neutri ex conſilio & electione agūt malum. Ex his autem q̃ dicta ſunt, accipere poſſumus quid ſit ſubiectum continentiæ & incōtinentiæ. Nō enim poteſt dici, ꝙ vtriuſque ſubiectum ſit concupiſcibilis, q̃a non differunt ſecundum cōcupiſcentias, quas vterque, ſcilicet continens, & incontinens habet prauas, neq; etiam ſubiectū vtriuſque eſt ratio, quia vterq; habet rationē rectam. Relinquitur ergo, ꝙ ſubiectum vtriuſq; ſit voluntas, quia incontinens volēs peccat, vt dictum eſt. Continēs volēs immanet rōni. Deinde cum dicit.

i ¶ Adhibet ſimilitudinē ad prædicta. Et circa hoc duo facit. Primo proponit ſimilitudinem. Et dicit, ꝙ incontinens aſſimilatur ciuitati, cui omnia neceſſaria calculātur, ideſt diſpenſantur, & quæ habet bonas leges, ſed nulla earū vtitur. Sicut Anaxandrides conuiciando dixit, ꝙ ciuitas quędam volebat leges, cui nihil erat curæ de obſeruantia legum. Et ſimiliter incontinens non vtitur recta ratione quam habet. Malus autem, puta intemperatus, aſſimilatur ciuitati vtēti legibus, ſed malis. Vtitur enim malus peruerſa ratione. Secundo ibi.

K ¶ Manifeſtat quod dixerat, qualiter .ſ. incontinens ſit ſimilis ciuitati nō vtenti rectis legibus. Non .n. quilibet exceſſus rationis rectæ facit incontinentē, ſed continentia, & incontinētia dicuntur ſ̄m id, quod excellit habitū, ideſt facultatē multorū.

b Simul enim prudēs & ſtudioſus ſecundum morem, oſtenſum eſt ens.

c Adhuc non in ſcire ſolū prudens, ſed & in eo, quod practicus. Incontinens autem nō practicus.

d Dynū autē nihil prohibet in B continentē eſſe. Propterquod, & vidētur quādoque prudētes eſſe quidā, incontinentes autē propter dynoticā differre a prudentia ſecundū dictū modū in primis ſermonibus.

e Et ſecundum quidem rationē prope eſſe, differre autem ſecundum electionem.

f Neque vtique vt ſciēs, & ſpeculans, ſed vt dormiens, & vi- C nolentus.

g Et volens quidem. Secūdum modum enim quædam ſciēs, & quid facit, & cuius gratia. Malus autem non. Electio enim eſt æpyiches.

h Quare ſemimalus, & non iniuſtus. nō enim inſidiator. Hic quidem enim ipſorum non immanſiuus, quibus vtique conſiliabitur. Melancolicus autē neque conſiliatiuus totaliter. D

i Et aſſimilatur vtique incontinens ciuitati, cui calculantur omnia neceſſaria, & leges habet ſtudioſas, Vtitur aūt nulla, quemadmodū Anaxandrides conuitiatus eſt. Ciuitas volebat cui legum nihil eſt curæ. Malus autem vtenti quidem legibus, malis autem vtenti.

k Eſt autē incontinentia, & cōtinētia circa ſuperexcellēs mul E torū habitum. Hęc quidē enim magis immanet, hic autem minus plurium potentia.

*Eſt enim demonſtratum prudentē ſimul, & more ſtudioſum eundem eſſe.*

*Præterea, non ſolū ex eo quia ſcit prudens eſt, ſed ex eo etiam quia idoneus eſt ad agendum. At incontinens non eſt idoneus ad agendum.*

*Habilem autem nihil probibet eſſe incontinentem. Quapropter, & interdum nonnulli prudentes eſſe uidētur, atque incontinentes, quia differt habilitas a prudentia eo modo, quem ſupradiximus.*

*Et ſunt ratione quidem propinqua' electione uero diuerſa.*

*Nec incontinens ſeſe habet, ut is qui ſcit, ac contemplatur, ſed ut is qui dormit, aut eſt uinolentus.*

*Et ſponte ſua quidē agit. Scit enim quodammodo, & quod & cuius gratia facit. Malignus tamen non eſt. Electio namque eſt bona.*

*Quare ſemimalignus eſt, & non iniuſtus. non eſt enim inſidiator. Nā ipſorum alter quidem non perſiſtit in his, quæ ſtatuit conſultando. Bilioſus autem atrabili, nec ad conſultandum omnino eſt aptus.*

*Et ſimilis eſt igitur incontinens ciuitati, quæ decernat quidem omnia, quæ ſunt agenda, & leges habeat bonas, ſed non utatur, ut Anaxandrides facere dixit.*

*Vrbs conſultabat, legesque negligit almas.*

*Malignus autem ciuitati, quæ legibus quidem utatur, ſed prauis.*

*Eſt autem continentia, atque incontinētia circa id, quod multitudinis exupērat habitum. Alter enim magis alter minus perſiſtit, quàm plurimi poſſunt.*

Continens enim immanet rationi rectæ, magis quàm multi poſſint, quia vincit concupiſcentias, a quibus multi ſuperantur. Incontinens autem minus immanet rationi, quàm multi poſſint, quia vincitur a concupiſcentiis, quas multi vincunt, vt ſupra dictum eſt. Deinde cum dicit.

Lectio. 7.

l ¶ Comparat incõtinentes adinuicem, ſecundum duplicem differentiam. Primo enim dicit, ꝙ inter incontinentias illa ẽ ſanabilior, qua melã colici incontinenter agunt, ſcilicet non ꝑconſiliantes incontinentia eorũ, qui conſiliantur, ſed non immanent, quia illi adhibito conſilio vidẽtur poſſe ſanari, non autem iſti, vt ſupra dictum eſt. Secundo ibi.

Lectio. 7.

m ¶ Comparat incontinentes ſecundũ aliam differentiam. Et dicit, ꝙ illi, qui ſunt incontinentes ꝑ conſuetudinem, ſunt ſanabiliores illis, qui ſunt incontinentes ꝑ naturam, ſcilicet corporalis complexiõis ad hoc inclinantis. quia facilius poteſt tranſmutari conſuetudo, quàm natura. quia propter quod vnumquodque, & illud magis. Conſuetudo autem propter hoc ẽ difficilis ad immutandum, quia aſſimilatur naturæ, ſicut Ennius poeta dicit. Aio, ideſt dico diuturnam meditationem, ideſt conſuetum ſtudium, immanere amice, ideſt amicabiliter ſeu conformiter. Et dico hanc finientem, ideſt quando perficitur omnibus eſſe naturam. Vltimo autẽ epylogando concludit dictum eſſe quid ſit continentia, & incontinentia, & perſeuerantia, & mollities, & qualiter hi habitus ſe habeãt adinuicem.

l Sanabilior autem incontinẽtiarum ſm̃ quam melãcolici incontiuenter agunt, conſiliantiũ non immanentium autem.

m Et per conſuetudinem incõtinentes naturalibus. Facilius .n. conſuetudinem tranſmutare natura. Proptet hoc .n. conſuetudo difficilis, quoniam naturæ aſſimilatur, quemadmodũ & Ennius dicit. Aio diuturnã meditationem immanere amice. Et vtique oportet hanc hominibus finientem naturã eſſe. Quid quidem igitur continentia, & quid incontinentia, & ꝑſeuerantia & mollities, & qualiter habent habitus hi adinuicem, dictum eſt.

*Facilius autem ea curari poteſt incontinentia, qua bilioſi atrabili incontinenter agunt, quàm eorum, qui deliberant quidem, ſed non perſiſtunt.*

*Et ii facilius curari poſſunt, qui ꝑ aſſuetudinem, quàm ii, qui natura incontinentes ſunt. Eſt enim facilius cõſuetudinem, quam naturam mutare.*

G *Ideo enim, & conſuetudinem mutare difficile eſt, quia ſimilis eſt naturæ quẽadmodum, & Euenus poeta dixit.*

*Vſus longus mos eſt, ac meditatio crebra.*

*Hunc tandem aſſero naturam mortalibus eſſe.*

*Quid igitur continentia ſit & incontinentia, & quid conſtantia mollitiaq;, & quomodo inter ſeſe habeant habitus hi, iam diximus.*

## LECTIO XI.

H

De delectatione autem & triſtitia ſpeculari, eiꝰ qui politicam philoſophatur.

b Iſte enim architecton ad quẽ reſpicientes vnumquodque quidem malum, hoc autem bonũ ſimpliciter dicimus.

c Adhuc autem neceſſariorum intẽdere de ipſis. Virtutem .n. & malitiam moralem circa triſtitias, & delectatiões poſuimꝰ.

d Et fœlicitatẽ plures cũ delectatione eẽ aiunt. Propter qđ & beatũ đnominauerũt a gauderẽ.

e His quidẽ igitur videtur, neque vna delectatio eſſe bonum, nec ſm̃ ſeipſam, neq; ſm̃ accñs: non .n. eſſe idẽ bonũ, & delectationem. His autẽ quidẽ quædã eſſe bonæ, multæ autem prauæ. Adhuc horũ tertium. Si & omnes bonũ, tamen non contingit eſſe optimum delectationem.

## LECTIO XI.

*Ad ipſum autem ciuilem philoſophum pertinet de uoluptate contemplarique, atque dolere.*

*Hic enim architectus eſt finis, ad quem reſpicientes, unumquodque, aut malum, aut bonum ſimpliciter dicimus.*

*Inſuper & neceſſarium eſt de ipſis conſiderare. Et uirtutem enim morum, & uitium circa dolores uoluptateſque poſuimus.*

I

*Et fœlicitatem plurimi cum uoluptate aſſerunt eſſe.*

*Quibuſdam igitur nulla uoluptas, aut per ſe, aut per accidens bonum eſſe uidetur. Non enim idem bonum eſſe putant, ac uoluptatem. Quibuſdã nonnullæ quidem bonæ, pleræque autem prauæ eſſe uidentur. Sunt & qui tertio cenſent, & ſi omnes ſunt bonæ, ſummum tamen bonum uoluptatem*

K *eſſe non poſſe.*

## LECTIO XI.

Poſtquàm Philoſophus determinauit de continentia, & incontinentia, oſtendens quòd ſunt circa delectationes, & triſtitias. Hic intendit determinare de delectationibus, & triſtitiis. Et primo dicit, quòd hæc conſideratio pertinet ad præſentem intentionem. Secundo exequitur propoſitum, ibi. {Hic quidem igitur, &c.} Circa primum tria facit. Primo proponit quod intendit, & dicit, quòd conſiderare de delectatione, & triſtitia, pertinet ad eum qui circa ſcientiam politicam philoſophatur, ad quam tota moralis doctrina reducitur, ſicut ad principalem, vt in principio habitum eſt. Secundo ibi.

b ¶ Probat propoſitum tribus rationibus. Quarum prima eſt quia ſicut finis architectonicę artis eſt ille ad quem reſpiciunt, ſicut ad quandam menſuram omnia, quæ ſub illa arte continẽtur, ita ſe habet delectatio in his, quæ pertinent ad moralem doctrinam. Reſpiciendo enim ad delectationem, dicimus eſſe aliquid malum, & aliquod ſimiliter bonum. Illum enim dicimus eſſe bonum, qui in bonis delectatur. Malum autem eum, qui in malis. Et in his etiam quę ſunt idem iudicium obſeruatur. Iudicamus .n. malum eſſe id, quod ex delectatione mala procedit. Bonum autem, quod ex bona. In qualibet autẽ ſcientia maxime conſiderandum eſt id, quod habetur pro regula. Vnde ad Philoſophum moralẽ maxime pertinet conſiderare de delectatione. Secundam rationem ponit ibi.

c ¶ Oſtendit, quòd non ſolum cõueniẽs eſt morali conſiderare de delectatione, ſed etiam eſt ei neceſſarium, quia ad ipſum pertinet conſiderare virtutes, & malitias. Oſtenſum eſt autem ſupra in Secũdo, quòd virtus & malitia moralis ſunt circa delectationes, & triſtitias. Ergo neceſſarium eſt morali conſiderare de delectatione & triſtitia. Tertiam ratiouẽ ponit ibi.

Lectio. 5.

d ¶ Ad Philoſophũ enim moralem pertinet conſiderare fœlicitatem, ſicut vltimũ finem. Sed plures ponunt eſſe fęlicitatem cum delectatione, inter quos etiam eſt ipſe. Vnde etiam apud Græcos nominatur beatus a gaudendo. Ergo ad moralẽ Philoſophũ pertinet determinare de delectatione. Deinde cum dicit.

e ¶ Determinat de delectatione, & triſtitia. Et primo determinat de eis in communi. Secũdo ſpecialiter determinat de corporalibus delectationibꝰ, circa quas poſuit eſſe continentiã & incontinentiam, ibi. {De corporalibus aũt vtique, &c.} Circa primũ duo facit. Primo proſequitur opiniones impugnantium delectationẽ. Secundo determinat contrariã veritatẽ, ibi. {Sed tamen qm̃, & triſtitia malũ, &c.} Circa primum tria facit. Primo proponit opiniones impugnantiũ delectationes. Secundo inducit rationes eorũ, ibi. {Totaliter quidẽ igitur, &c.} Tertio ſoluit, ibi. {Qui aũt non accidit, &c.} Circa primũ ponit tres opiniones. Quibuſdam .n. videbatur, ꝙ nulla delectatio eſſet bona, neque per ſe, neque per accidens. Et ſi contingat, ꝙ aliquod delectabile ſit bonum, non tamen idẽ eſt in eo id, quod eſt bonũ & delectatio. Alii autem dixerunt, ꝙ delectationes quædã ſunt bonæ, ſed multæ ſunt prauæ. Et ita non omnis delectatio eſt bonum. Tertii autem dixerunt, ꝙ etiam ſi omnes delectationes eſſent bonę, non tamen contingeret aliquam delectationem eſſe optimum. Deinde cum dicit.



f ¶ Inducit rationes ad prædictas opiniones. Et primo ad primam. Et ſecundo ad ſecundam, ibi. {Huiuſmodi autem &c.} Tertio ad tertiam, ibi. {Quod autem, & non optimum, &c.} Circa primum ponit ſex rationes. Quarum prima ſumitur ex diffinitione delectationis quam ponebant dicentes, ꝙ delectatio eſt quædam ſenſibilis generatio in naturam. Dum enim aliqđ ſenſibiliter aggeneratur naturę noſtræ, quaſi nobis connaturale ex hoc delectamur, ſicut patet in ſumptione cibi, & potus. Nulla autem generatio eſt de genere finium, ſed potius generatio eſt via in finem, ſicut ædificatio non eſt domus: ſed bonum habet rationem finis. ergo nulla generatio, & per conſequẽs nulla delectatio eſt bonũ. Secũdã rationẽ ponit ibi.

g ¶ Quę talis eſt. Nullus virtuoſus laudatur ex hoc ꝙ fugit quod bonum eſt. Temperatus autẽ laudatur ex hoc ꝙ fugit delectationes. Ergo delectatio aliqđ bonum non eſt. Tertiã rationem ponit ibi.

h ¶ Quæ talis eſt. Sicut prudens perſequitur, ideſt quærit non triſtari, ita etiã quærit non delectarij: ſed triſtitia non ẽ bonum. Ergo neque delectatio. Quartã rationem ponit ibi.

i ¶ Quæ talis eſt. Nullo bono impeditur prudentia: impeditur autem per delectationes, & tanto magis, quanto ſunt maiores, ex quo videtur, ꝙ per ſe & non per accidens impediant, ſicut patet, ꝙ delectatio venereorũ quæ eſt maxima intãtũ impedit rationẽ, ꝙ nullus in ipſa delectatiõe actuali poteſt aliquid actu intelligere, ſed tota intẽtio animæ trahitur ad đ'lectationem, ergo delectatio non eſt aliquid bonum. Quintã rationẽ ponit ibi.

k ¶ Quæ talis eſt. Omne bonum humanum videtur eſſe opus alicuius artis, quia bonum hominis ex ratione eſt. Sed delectatio non eſt opus alicuius artis, quia nulla ars eſt ad delectandũ. Ergo delectatio nõ eſt aliquid bonũ. Sextam rationẽ ponit ibi.

l ¶ Quæ talis eſt. Illud quod eſt in homine puerile & beſtiale, vituperatur. Sed pueri & beſtiæ proſequuntur, ideſt quærunt delectationes. Ergo delectatio non eſt aliquid bonum. Deinde cum dicit.

m ¶ Oſtendit, ꝙ non omnes delectationes ſunt bonæ. Et dicit, ꝙ huius quod eſt non omnes delectationes eſſe bonas, oſtenſiuum eſt, ꝙ ſunt quædam delectationes turpes, ideſt inhoneſtæ & probroſæ, ideſt infames, &c. Et cum his etiam quædam delectationes ſunt nociuæ. Quod patet ex hoc, ꝙ quædam delectabilia inducunt homini ægritudinem. Et ſic patet, ꝙ non omnes delectationes ſunt bonæ. Deinde cum dicit.

A n ¶ Probat, ꝙ nulla delectatio ſit optimum, & ſi omnes eſſent bonæ. Finis enim eſt id, quod eſt optimum. Delectatio autem non eſt finis, ſed magis generatio quædam. Ergo delectatio nõ eſt optimum. Vltimo autem æpilogando concludit, ꝙ ea quæ dicuntur de delectatione fere hæc ſunt.

f Totaliter quidem igitur non bonum. quoniam omnis delectatio generatio eſt in naturam ſenſibilis. Neque vna autem generatio cognata finibꝰ, puta neque vna ædificatio domus.

g Adhuc temperatus fugit delectationes.

h Adhuc prudens non triſte ꝓſequitur, non delectabile.

i Adhuc impedimentum ei, qđ eſt prudentem eſſe, delectationes. Et quo magis gaudet, eo magis impediunt puta ea, quæ venereorũ. Nullũ enim vtique poſſe intelligere aliquid in ipſa.

k Adhuc ars neque vna delectationis, quamuis eſſe bonum artis opus.

l Adhuc pueri, & beſtię proſequuntur delectationes.

m Huiuſmodi autem non oẽs ſtudioſas, quoniam ſunt & turpes, & probroſæ, & quoniam nociuæ. Aegritudinalia enim quædam delectabilium.

n Adhuc autem non optimum delectatio, quoniam non finis, ſed generatio. Quę quidem igitur dicuntur hæc ſunt.

*Non bonum igitur omnino eſſe putatur, quia omnis uoluptas generatio eſt ſenſibilis ad naturam. Generatio uero nulla genus idem ſubit quod fines. Nulla enim ædificatio domus eſt.*

*Præterea uir temperans fugit ipſas uoluptates.*

B

*Præterea prudens perſequitur uacuitatem doloris, non id quod afficit uoluptate.*

*Præterea uoluptates impedimento prudentiæ ſunt. Atque quo magis hiſce quiſpiam gaudet, eo magis impeditur, ut in uenerea fit uoluptate. Nemo namque dum eſt in illa mente quicquam perſpicere poteſt.*

*Præterea, ars nulla eſt uoluptatis, & tamen omne bonum artis eſt opus.*

C *Inſuper & pueri, & feræ, ipſas uoluptates ſequuntur.*

*Non eſſe autẽ omnes ſtudioſas exiſtimatur. Quia ſunt & turpes, atque infames, & quia afferunt detrimentũ. Eorum enim quæ uoluptatem efficiũt, nonnulla pariunt morbos.*

*Ex eo uero uoluptas ſummum bonum non eſſe putatur, quia non eſt finis, ſed generatio. Hæc igitur fere ſũt quæ de uoluptate dicuntur.*

## LECTIO XII.

Quoniam autem non accidit propter hoc non eſſe bonũ, nec optimũ ex his manifeſtum.

b Primum quidem quoniã bonum dupliciter, hoc quidem enim ſimpliciter, hoc autẽ alicui & natura, & habitus conſequenter. Quare, & motiones, & generationes, & praue eſſe in ſe.

D

## LECTIO XII.

*Non effici ob ea quæ dicta ſunt ut uoluptas bonum nõ ſit, nec id, quod eſt optimũ ex hiſce ſane conſtabit.*

*Primum namque cum bonum ſit duplex. Eſt enim aliud abſolute, aliud alicui bonum, & naturæ ipſi, & habitus hæc ſequenter, quare ſequentur & motus & generationes. Atque earum quæ prauæ uidentur eſſe.*

## LECTIO XII.

Poſtquàm Philoſophus poſuit rationes ad opiniones pręmiſſas. Hic intendit eas ſoluere. Et primo proponit quod intendit dicere, ꝙ ex ſequentibus erit manifeſtum, quòd propter prædictas rationes non ſequitur, ꝙ neque delectatio nõ ſit bona, neq; quòd non ſit optima. Prætermittit autem mediam opinionem, q̃ ponebat non omnes delectationes eſſe bonas, quia aliqualiter eſt vera. Has autem duas ſimul commemorat, quia habent conſimiles rationes. Vnde etiam ſoluuntur ſimul. Secundo ibi.

b ¶ Soluit prædictas rationes. Et primo pręmittit quaſdã diſtinctiones, ꝑ quas poteſt ſciri qualiter delectatio ſit bona, vel non bona. Secundo ſoluit rationes inductas, ibi. {Adhuc non neceſſariũ.} Circa primũ ponit duas diſtinctiones. Quarum vtraque ſumitur ſecundum diſtinctionem boni, quod eſt delectatiõis obiectũ. Dicit ergo primo, ꝙ bonum dupliciter dicitur. Vno modo, id quod eſt bonum ſimpliciter. Alio modo id quod eſt bonũ alicui. Et q̄a animalia ĩ bonum tendunt, cõſequenter ad hoc ſe habent, & naturæ, & habitus, qui ſcilicet ordinãtur vel ad bonum ſimpliciter, vel ad id quod eſt alicui bonum. Et quia motiones & generationes ex quibuſdam naturis, & habitibus procedunt, oportet etiam quòd conſequenter eodem modo ſe habeãt circa eas, vt ſcilicet quædam earum ſint bonæ ſimpliciter, & quædam ſint bonæ alicui. Sic igitur ſupponendo, ꝙ delectationes ſunt motiones & generationes, vt aduerſarius dicit, diſtinguenda ſunt quatuor genera delectationum. Quarum quædam ſunt bonæ ſimpliciter, ſicut delectationes in operibus virtutum. Quædam autem delectationes ſimpliciter videntur prauæ, ſed quantum ad aliquem modũ nõ ſunt prauę, ſed eligibiles alicui ꝓpter aliquam neceſſitatem, ſicut infirmanti ſumere medicinalia. Tertio autem gradu, quædã neq; huic ſunt ſemper eligibiles, ſed aliqñ, & per paucum tempus: non .n. ſunt ei eligibiles ſimpliciter, ſicut furari cibum in articulo extremæ neceſſitatis. Quarto autẽ gradu ſunt quædam delectationes, quæ etiam non ſunt veræ delectationes, ſed apparenter, propter corruptam diſpoſitionem

E

eius, qui in talibus delectatur, ſicut quæcumque delectationes ſunt cum triſtitia, vel dolore, & aſſumuntur vt medicinæ illius doloris. Sicut patet de his, in quibus delectantur laborantes, i. infirmantes. Delectabile enim videtur quandoque infirmo vertere ſe per lectum, & ſumere aliqua acerba, vel aliquid ſimile. Secundam diſtinctionem ponit ibi.

c ¶ Dicit, ꝙ dupliciter eſt bonū, quoddam quidem quod ſe habet per modum operationis ſicut conſideratio, quoddam autem per modū habitus ſicut ſcientia. Horum autem operatio eſt, ſicut bonum perfectum, quia eſt pfectio ſecunda. Habitus autē eſt ſicut bonum imperfectū, quia eſt perfectio prima. Vnde, & delectatio vera, & perfecta conſiſtit in bono, quod eſt in operatione. Illæ vero actiones, ſeu motiones, quæ cōſtituūt hominem in habitū naturalem, ideſt quæ ſunt naturalis habit⁹ conſtitutiuæ, ſunt quidem delectabiles, ſed ſecundum accidens. Nondū enim habent rationem boni, quia præcedunt etiam ipſum habitum, qui eſt perfectio prima. Sed ſecundum ordinē ad hoc bonū habent rationem boni & delectabilis. Manifeſtum eſt autē, ꝙ operatio delectabilis, quæ eſt cum concupiſcentia, non eſt operatio habitus perfecti, quia ī perfectione habitus nō remanet aliquid ad concupiſcendum, quod ad illum habitum ptineat. Vnde oportet, ꝙ talis operatio procedat ex aliquo principio habituali, ſeu naturali, quod ē cum triſtitia. Non. n. eſt abſque triſtitia, ꝙ aliquis cōcupiſcat pfectionem naturalē, quam nōdum habet. Quòd autē non omnes operationes delectabiles ſint tales, patet, quia inueniuntur quædam delectationes, quæ ſunt ſine triſtitia, & concupiſcentia, ſicut patet de delectatione, quæ eſt circa operationes ſpeculationis. Talis enim delectatio non eſt cum aliqua indigentia naturæ, ſed potius procedit ex naturæ perfectione, puta ex ratione perfecta per habitum ſcientiæ. Sic ergo vere, & per ſe delectationes ſunt illæ, quæ ſunt circa operationes procedentes ex habitibus, ſeu naturis, & formis iam exiſtentibus. Illæ autem delectationes, quæ ſunt conſtitutiuæ habituum, & naturarum, non ſunt veræ, & ſimpliciter delectationes, ſed per accidens. Et huius ſignum eſt, quia ſi eſſent huiuſmodi veræ, & ſimpliciter delectabilia, in omni ſtatu delectabilia eſſent, quod patet eſſe falſum, quia non eodem delectabili gaudet natura ſuperimpleta, puta cum homo nimis comedit, & natura conſtituta, ideſt bene diſpoſita. Natura enim bene diſpoſita gaudet his, quæ ſunt ſimpliciter delectabilia, quæ. ſ. ſunt conuenientia naturæ humanæ. Sed natura ſuperimpleta gaudet in quibuſdam cōtrariis his, quæ ſunt ſimpliciter delectabilia. Gaudent enim homines repleti quibuſdam acutis, & amaris, eo ꝙ faciunt digerere cibum, cum tamen nihil eorum ſit naturaliter delectabile, quia non eſt ſimile naturæ humanæ, ſed in exceſſu ſe habens. Ex quo ſequitur, ꝙ neque etiam ſunt delectationes ſimpliciter, quæ ab eis cauſantur. Quia ſicut ſe habēt delectabilia adinuicē, ita etiam ſe habent, & delectationes, quæ ab eis cauſantur. Deinde cum dicit.

d ¶ Soluit rationes ſupra īductas. Et primo ſoluit rationē inductam ad tertiā opinionem. Secundo rationem inductam ad ſecundam, ibi. {Eſſe aūt prauas, &c.} Tertio rationes, quæ ſūt inductæ ad primam, ibi. {Impedit autem, &c.} Dicit ergo primo, ꝙ non eſt neceſſarium, ꝙ delectatio non ſit optimum, ſed aliquid aliud ſit melius delectatiōe. Quod quidam hac ratione dicunt, quia finis eſt melior generatione. Delectationem vero ponūt generationē. In quo quidem falsū ſupponūt, quia vt ex præmiſſis patet, non omnes delectationes ſunt generatiōes, aut cum generatione. Tales enim ſunt ſolæ illę, quæ ſunt cum triſtitia, & concupiſcentia conſtitutiuæ habituum. ſed quædā ſunt operationes. Et ex hoc habent rationem finis, quia operatio eſt perfectio ſecunda, vt dictum eſt. Et hmōi delectationes non accidunt factorū, ideſt his, quæ fiunt, ſed vtentium. i. vtētibus, quaſi dicat: non conſiſtunt delectationes hmōi in ipſo fieri habituū, ſed ī vſu eorum iā exiſtentium. Et ſecundū hoc patet, ꝙ non oportet ꝙ omnium delectationū alterum quid ſit finis, ſed ſolūmodo illarū delectationum, quæ ſequuntur operationes ducētes ad perfectionem naturæ, quæ ſunt cū concupiſcentia. Et ex hoc etiam tollitur diffinitio delectationis, quæ inducebatur in prima ratione primæ opinionis. Non enim bene ſe habet dicere, ꝙ delectatio ſit generatio ſenſibilis, quod conuenit imperfectis delectationibus, ſed magis dicendum ſecundum ꝙ conuenit pfectis delectationibus, ꝙ delectatio ſit operatio habitus connaturalis iam exiſtentis. Et loco eius, ꝙ poſuerūt ſenſibilis, ponamus nos non impeditam, vt ſit ſecundum hoc diffinitio delectationis. Delectatio eſt operatio non impedita habitus, qui eſt ſecundum naturam, ideſt qui naturæ habentis congruit. Impedimentum autem operationis difficultatem cauſat in operando, quæ delectationem excludit. Ideo autem quibuſdam viſum eſt ꝙ delectatio ſit generatio quædam, quæ delectatio eſt circa id, quod eſt principaliter bonum, ideſt circa operationem quā exiſtimant eſſe idem generationi, cum tamen non ſit idem, ſed aliquid poſterius. Nam generatio eſt via in naturam. Operatio autem eſt vſus naturalis formę, aut habitus. Deinde cum dicit.

e ¶ Soluit

F Hæ quidē enim ſimpliciter prauę. alicui autem non, ſed eligibiles huic: quædam autem neque huic, ſed aliquando, & ſecū dum paucum tēpus. eligibiles autem non. Hę autem neque delectationes, ſed videntur quęcūque cū triſtitia & medicinæ gratia, puta quæ laborantium.

*Quædam ſunt, ſed expetibiles huic. quædam nec huic, ſed nonnumquam & tempore paruo, expetibiles uero non ſunt. Quædam neque uoluptates ſunt, ſed uidentur, quæ ſunt dolore, & medicaminis gratia, quales ſunt ægrotantium.*

G c Adhuc, quia boni. hoc quidē operatio, hoc quidē habit⁹ eſt, ſm̄ accidens cōſtituentes in naturalem habitum delectabiles ſunt. Eſt aūt operatio in concupiſcentiis indigentis, & imperfecti habitus, & naturæ, quia ſine triſtitia, & cōcupiſcentia ſūt delectationes, puta eius, quod ē ſpeculari operationes, natura non indigente. Signum autem quoniam non eodem delectabili gaudent, ſm̄ ꝙ repletur natura, & conſtituta. ſed conſtituta quidē ſimpliciter delectabilib⁹. repleta aūt & cōtrariis. Etenī acutis, & amaris gaudent, quorum nihil neq; natura delectabile, neq; ſimpliciter delectabile. quare neq; delectatiōes. Vt. n. delectabilia adinuicē cōſtituta ſunt, ſic & delectationes ab his.

*Præterea, cum bonorum aliud ſit operatio, aliud habitus, operationes quæ naturalem conſtituunt habitum, per accidens afficiunt uoluptate. Eſt igitur operatio in cupiditatibus indigētis habitus, atque naturæ. Nam & ſine dolore cupiditateue ſunt uoluptates, ut operationes contemplandi, non deficiente natura. Signum autem eſt, quòd non eiſdem gaudent homines, cum replentur, & cum eſt conſtituta natura. Sed cum eſt conſtituta his, quæ ſimpliciter afficiunt uoluptate, cū repletur, & contrariis. Nam & acribus gaudent, & amaris, quorum nihil prorſus, aut natura, aut ſimpliciter afficit uoluptate. quare nec uoluptates. nam ut ea quæ uoluptatem efficiunt inter ſeſe diſtant, ſic & uoluptates eæ, quæ ab illis proueniunt.*

H

I d Adhuc, non eſt neceſſariū alterum quid eſſe melius delectatione, quemadmodum quidā aiunt finē generatione. Non. n. generationes ſunt, neque cū generatione omnes, ſed operationes, & finis. Neque factorum accidunt, ſed vtentiū. Et finis non omnium alterum quid, ſed imperfectionē ducentium naturæ. Propter quod & nō bene habet ſenſibilem generationē dicere eſſe delectationem. Sed magis

*Atqui nō neceſſe eſt aliquid aliud eſſe præſtabilius uoluptate, ut quidā inquiunt generationis ipſius finem. Non enim generationes, neque cum generatione ſunt omnes, ſed operationes & finis. Nec eueniunt, dum fiūt ſed cum fit uſus. nec omniū eſt finis aliud quicquam, ſed earum, quæ ducunt ad perfectionem naturæ. Quapropter & non bene ſeſe habet, uoluptatē dicere generationē eſſe ſenſibilē. Sed dicendū eſt potius operationē eius habitus eſſe, qui ē ſecūdū naturā,*

K



e ¶ Soluit rationem inductam pro ſecunda opinione. Et dicit, ꝙ hoc, quod probatur eſſe quaſdam delectationes prauas, quia ſunt quædam delectabilia inducentia ægritudinem, idem eſt ac ſi concluderetur, ꝙ quædam ſanatiua ſunt praua, quia nocent pecuniæ, quæ in eis expenditur. Dicendum eſt igitur, ꝙ ambo, ſcilicet delectabilia & ſana, ſunt praua ex vna parte, ſcilicet inquantū nocent delectabilia quidem ſanitati. Sanatiua vero pecunię, ſed non ſunt praua ſecūdum hoc, ideſt inquātum ſunt ſanatiua, vel delectabilia. Quia ſecundum eādem rationem poſſet cōcludi, ꝙ ſpeculatio veritatis eſſet praua, quia aliquando nocet ſanitati. Deinde cum dicit.

f ¶ Soluit rationes inductas pro prima opinione, quarū prima iam ſoluta eſt. Vnde primo ſoluit quartam. Secundo quintam, ibi. {Artis autem non eſſe, &c.} Tertio ſimul ſecundam, tertiam, & ſextam, ibi. {Temperatum autem fugere, &c.} Dicit ergo primo, ꝙ non præſtat impedimentum, neque prudentiæ, neq; alicui alii habitui delectatio propria, quæ ſcilicet ē ab vnoquoque, ſed alienæ delectationes vnicuique impedimentum præſtant. Immo delectationes ꝓprie coadiuuant ad vnumquodque. Sicut delectatio qua quis delectatur in ſpeculando, & diſcendo facit hominē magis ſpeculari, & diſcere. Et ſic nō ſequitur, ꝙ delectatio ſit mala alicui. Deinde cum dicit.

g ¶ Soluit quintam rationem. Et dicit, ꝙ rationabiliter accidit ꝙ nulla delectatio ſit opus artis. Quia. n. ea, quæ eſt vere, & proprie delectatio cōſequitur operationē, non autē generationem. Ars autem eſt factiua generationis, quia eſt recta ratio factibilium, vt in Sexto dictum eſt, non eſt ars factiua operationis, ſed potentię alicuius ex qua procedit operatio. Quāuis poſſet ſolui per interemptionem, quia pigmentaria ars, & pulmentaria videntur ordinari ad delectationem, tamen non ſunt ipſius delectationis factiuæ, ſed delectabilium. Deinde cum dicit.

lectio, 3.

h ¶ Soluit ſimul ſecundam, tertiam, & ſextam rationem. Et dicit, quòd hoc, quòd temperatus fugit delectationes, quæ erat ſecunda ratio. Et hoc quòd prudens, quærit vitam ſine triſtitia, quæ erat tertia ratio. Et hoc, quòd pueri, & beſtię quærunt delectationes, quę erat ſexta ratio, omnia habent eandem ſolutionem. Dictum eſt enim, ꝙ quædam delectationes ſunt bonæ ſimpliciter, & quomodo non omnes ſunt tales. Et huiuſmodi delectationes, quæ ſcilicet non ſunt bonę ſimpliciter quærunt pueri, & beſtiæ, & harū triſtitiam fugit prudens. Et loquimur de corporalibus delectationibus, quę ſunt cū concupiſcentia, & triſtitia. Et tales ſunt huiuſmodi delectationes, ſcilicet nō bonę ſimpliciter. Et ſecundum harū ſuperabundantias dicitur aliqs intemperatus. Vnde & etiam hæ ſunt illæ delectationes quas tēperatus fugit. Sunt autem quędam delectationes proprię tēperati, prout ſcilicet ī operatione propria delectatur, & has nō fugit, ſed quærit.

dicendum operationem eius, q. ſecūdum naturam habitus. Pro eo autem, quòd eſt ſenſibilē nō impeditam. Videtur autem generatio quædam eſſe, quoniam principaliter bonum. Operationem enim generationem exiſtimant eſſe. eſt aūt poſterius.

*& pro hoc ſenſibilem, ſine impedimēto. Videtur autē ex eo generatio quædam eſſe, quia ē proprie bonum. Operationem enim generationem eſſe exiſtimant. eſt autem diuerſum.*

A

B e Eſſe autem prauas, quoniam ęgritudinalia quædam delectabilia idem, quoniam ſana quidem praua ad pecuniam. Hæc igitur praua ambo, ſed non praua ſecundum hoc, quia & ſpeculari aliquando nocet ad ſanitatem.

*At uero ſi uoluptates eſſe prauas ex eo cenſent, quia nonnullæ rerum afferentium uoluptatem morbos efficiunt, idem & in ſalubribus rebus cenſebunt. Nonnullæ namque obſunt pecuniariæ rei. Hoc igitur modo prauæ ſunt ambæ. at nō ſunt ob idipſum prauæ. nam obeſt interdum ad ſanitatē, & contemplatio.*

f Impedit autem neque prudētiæ, neque habitui, neque vni, quę ab vnoquoque eſt delectatio, ſed alienæ. Quia, quæ ad ſpeculari, & diſcere magis faciunt ſpeculari, & diſcere.

*Impedit autem neque prudentiam neq; habitum ullum uoluptas ea, quæ ab unoquoque prodit, ſed alienæ. Nā eæ uoluptates, quæ a contemplatione emergunt, & diſciplina, conferunt potius ad cōtemplandū, atque diſcendū.*

C g Artis autē non eſſe opus, neque vnam delectationē rationabiliter accidit. Neque. n. alteri⁹ operationis, neque vnius ars ē, ſed potentiæ. Quamuis & pigmentaria ars, & pulmentaria, videtur delectationis eſſe.

*Id præterea quod dicitur, nullam ullius artis opus uoluptatem eſſe, cū ratione accidit. nec enim ulla alia operatio artis eſt, ſed potentiæ, quamquā & unguentaria ars, & coquinaria uoluptatis eſſe uidentur.*

h Temperatum autē fugere, & prudentem perſequi non triſtē vitam, & pueros, & beſtias, & pſequi, eodem ſoluuntur omnia. Quia & dictū eſt qualiter bonæ ſimpliciter, & qualiter non bonæ omnes delectationes. Et tales, & pueri, & beſtiæ perſequuntur. Et harum non contriſtationem prudens, eas quæ cum concupiſcentia, & triſtitia, & corporales. Tales enim hæ, & harum ſuperabundantias fugit, ſecundum quas intemperatus, intēperatus eſt. Propter quod temperatus fugit has, quia ſunt delectationes, & temperati.

*Temperantem autem fugere uoluptatem, & prudentem ſequi uacuitatem doloris, pueros denique perſequi beluaſque afficientes res uoluptate, eodem omnia modo ſoluuntur. Nam cū uoluptatum, ut dictum eſt, aliæ ſint abſolute bonæ, aliæ non bonæ, tales uoluptates tam pueri, quàm beluæ pſequuntur, & harum indolentiam prudens, quas cupiditas comitatur, & dolor, quæque corporis ſunt. Hæ namque tales ſunt, & harum exuperationes, quibus intemperans, intemperās eſt. Quapropter has temperans fugit. nam ſunt uoluptates, & temperantis.*

D

## LECTIO XIII.

Poſteaquā Philoſophus proſecutus ē opiniones impugnātium delectationem, & ſoluit rationes eorum. hic oſtendit cōtrariam veritatē. Et primo per rationes oſtenſiuas. Secundo ducendo ad inconueniens, ibi. {Manifeſtum autē & ipſum, &c.} Circa primum duo facit. Primo oſtēdit, ꝙ delectatio ſit bonum. Secundo, ꝙ aliqua delectatio ſit optima, ibi. {Optimum autem nihil pihibet, &c.} Circa primum duo facit. Primo ponit rationem. Secūdo excludit quādam reſponſionem, ibi. {Vt. n. Speuſipp⁹, &c.} Dicit ergo primo, ꝙ confeſſum eſt ab omnibus, ꝙ triſtitia eſt ſimpliciter malum aliquid, & fugiēdum. Sed hoc dupliciter. Quædam enim triſtitia eſt ſimpliciter malum, ſicut triſtitia, quæ ē de bono, quædam autē eſt mala ſecundum quid, inquantum ſcilicet eſt īpeditiua boni. Quia etiam triſtitia, quæ ē de malo impedit animum ne prompte, & expedite operet bonum. Manifeſtum eſt autem, ꝙ ei quod eſt malum & fugiendū inuenitur duplex contrarium. Vnum quidem, quod eſt fugiendum & malum. Aliud autem, quod eſt bonum. Sicut timiditati quæ eſt mala, contrariatur fortitudo tamquam bonum, & audacia tamquam malum. Triſtitiæ autem cōtrariatur delectatio, ſicut quoddam bonum. Vnde concludit neceſſe eſſe, ꝙ delectatio eſt quoddam bonum. Deinde cum dicit.

## LECTIO XIII.

Sed quoniam, & triſtitia malum confeſſum eſt, & fugibile. Hic quidē enim ſimpliciter malū, hęc autem in eo quod quo impeditiua.

E

## LECTIO XIII.

*At qui malum, & ipſum dolorem eſſe, ac fugiendum conceditur. Alius enim eſt ſimpliciter malum, alius aliqua ex parte, ex eo quia affert impedimentū.*

b ¶ Excludit quandam ſolutionem prædictæ rationis. Videbatur enim prædicta ratio non valere, eo ꝙ concludit a diſiunctiua ad alteram eius partem, ſcilicet ſi fugibili contrariatur bonum, vel fugibile, videtur ꝙ delectatio quæ contrariatur triſtitiæ fugibili, ſit aliquid bonum. Et ideo Speuſippus, qui fuit nepos, & ſucceſſor Platonis in ſchola, ſoluebat dicens, ꝙ ſicut maius contrariatur minori, & æquali, ita triſtitia contrariatur delectationi, non quidem tanquā æquali, ſed ſicut maius minori, & econtrario. Et non ſicut malum extremū bono medio, ſed ſicut vnum malum extremum alteri, puta qđ eſt ī defectu ei, quod eſt in exceſſu, aut e contrario. Sed Ariſtoteles dicit, hanc ſolutionem nō eſſe cōuenientem, quia ſequeretur, ꝙ delectatio eſſet vere malū, ſcilicet ſecundum ꝑpriam ſuam rationē, ſicut ſuperabundantia, vel defectus. Sed hoc nullus dicit. Platonici enim quorum erat hęc opinio, ꝙ delectatio non ſit bonum, non ponebant ꝙ delectatio ſit malum ſimpliciter, & ſecundum ſe, ſed negabant eam eſſe bonū aliquid inquantum ē quoddā imperfectū, vel impedimentū virtutis, ſicut patet ex proceſſu præmiſſarū rationum. Deinde cum dicit.

c ¶ Oſtendit quòd aliqua delectatio ſit optimum. Et primo oſtendit propoſitū. Secundo aſſignat cauſam erroris, ibi. {Sed aſſumpſerunt.} Primum oſtendit duabus rationibus, quarum ſecunda incipit, ibi. {Et proſequi autem, &c.} Circa primum duo facit. Primo ponit rationem. Secundo manifeſtat quod dixerat ꝑ quædam ſigna, inferendo quædam corollaria ex dictis, ibi. {Et propter hęc omnes &c.} Circa primū duo facit. Primo excludit quandam rationem in contrarium. Vidētur enim quædam delectationes eſſe prauæ, ex quo poteſt aliquis exiſtimare, ꝙ delectatio non ſit aliquid optimum. Sed ipſe dicit, ꝙ hoc nihil prohibet, quin delectatio ſit optimum, ſicut etiam videmus, ꝙ aliqua ſcientia eſt optima, ſcilicet ſapientia, vt in Sexto dictum ē, & tamen quædam ſcientiæ ſunt prauæ, nō quidem inquantum ſciētiæ ſunt, ſed propter aliquem defectum quem habent, vel ex defectu principiorum, quia ſcilicet procedūt ex falſis principiis, vel ex defectu materiæ, ſicut patet in ſcientiis operatiuis, quarum vſus inducit ad malum. Secundo ibi.

Lectio. 6.

Fugibili autem contrarium, vel fugibili aliquid, & malum, vel bonum. Neceſſarium igitur delectationem quoddā eſſe bonū.

b Vt enim Speuſipp⁹ ſoluebat non conuenit ſolutio quemadmodum maius minori & æquali contrarium. Non enim vtiq; G dicet, quòd vere malum quidē eſſe delectationem.

c Optimum aūt nihil prohibet delectationē aliquā eſſe, ſi quædam prauę delectationes. Quēadmodum, & ſcientiā quandā, quibuſdā prauis exiſtentibus.

d Forte autem & neceſſarium, ſiquidem vniuſcuiuſque habit⁹ ſunt operationes non impeditæ H ſiue omnium operatio eſt fœlicitas, ſiue eſt alicuius ipſorum, vtique ſi fuerit non impedita eligibiliſſimam eſſe. hæc autē eſt delectatio. Quare erit aliqua đ lectatio optimum, multis delectationbus prauis exiſtētibus, ſi contingit ſimpliciter.

e Et propter hoc, omnes fœlicem delectabilē exiſtimant vitā eſſe, & implicant delectationem in fœlicitatē rationabiliter. neque vna.n operatio perfecta impedita. fœlicitas aūt ꝑfectorū.

I f Propter quod indiget fœlix his, quæ ī corporis bonis, & his, quæ exterius, & fortuna vt non impediat hęc. Rotatum autem & infortuniis magnis incidentem, fœlicem dicentes eſſe ſi eſt bonus, vel volentes, vel nolentes nihil dicunt.

g Propter indigere autem fortuna videtur quibuſdam idem eſſe bona fortuna fœlicitati nō exiſtens. quia & ipſa ſupra excellens impediens eſt. Et forte non adhuc bonam fortunā vocare iuſtum. ad fœlicitatem.n. terminus ipſius.

*At contrarium fugiendo, quo fugiendum quid eſt, atque malum, eſt bonum. Igitur uoluptatē bonum quid eſſe neceße eſt.*

*Eo namque modo, quo Speuſippus ſoluebat, non conuenit ſolutio, ut minori maius, & æquali uoluptatem contrarium eſſe. Non enim ſub malo uoluptatem ipſam, ut ſpeciem dixerit ſub genere collocari.*

*At uero nihil prohibet uoluptatē aliquam optimum eße, ſi nõnullæ uoluptates ſunt prauæ, quemadmodum & ſcientiam aliquam, ſi ſunt nonnullæ ſcientiæ prauæ.*

*Quin potius forſitan, et neceſſe eſt expetibilem eſſe aliquam ſumme, ſi ſunt uniuſcuiuſque habitus operationes ſine impedimento, ſiue omnis operatio ſit fœlicitas, ſiue unius cuiuſpiam ipſorum uacans impedimento. hoc autem eſt uoluptas. Quare ſit ut aliqua uoluptas ipſum ſit ſummum bonum, etiam ſi forte pleræque uoluptates ſint ſimpliciter prauæ.*

*Atque ob idipſum fœlicem uitam iocundum eße omnes arbitrantur, nectuntque ipſam uoluptatem cum fœlicitate non abſque ratione. Nulla nam que operatio perfecta eſt, ſi impediatur. At fœlicitas operatio ē perfecta.*

*Quapropter fœlix indiget bonis, & corporis, & externis, ipſaque fortuna quo non impediatur. Qui autem aiunt, eum qui rota torquetur, & magnis in calamitatibus eſt conſtitutus, fœlicem eße, ſi modo ſit bonus, nihil profecto dicunt, aut ſua ſponte, aut inuiti.*

*Quia uero fœlix indiget, & fortuna, ideo quibuſdam fortunæ proſperitas, et fœlicitas idem eße uidetur. Qđ non eſt ita. Nam & ipſa ſi exuperet impedimentum affert. Atque fortaſſe iure tum non eſt proſperitas appellanda. Definitio enim ipſius eſt ad ipſam fœlicitatem.*

F d ¶ Inducit rationem ad propoſitum. Et dicit, quòd vniuſcuiuſque habitus ſunt operationes aliquæ non impeditæ. Fœlicitas autem eſt operatio non impedita, vel omnium bonorum habituum, vel alicuius eorum, vt patet in his quæ in primo dicta ſunt. Vnde neceſſarium eſt huiuſmodi operationes non impeditas eſſe per ſe appetibiles. Operatio autem non impedita eſt delectatio, vt ſupra dictum eſt. Vnde conſequens ē, quòd aliqua delectatio ſit optima, illa ſcilicet in qua conſiſtit fœlicitas, licet multæ delectatiōes ſint prauæ ſimpliciter. Deinde cum dicit.

e ¶ Manifeſtat qđ dixerat per ſigna, inducendo tria corollaria. Quorum primum eſt, quod quia operatio non impedita eſt fœlicitas, & hoc etiam delectationem cauſat, inde eſt, quòd omnes exiſtimant vitam fœlicem eſſe delectabilem. Et rationabiliter adiungunt delectationem fœlicitati, quia nulla operatio perfecta eſt impedita. Fœlicitas autem eſt perfectum bonum, vt in primo oſtenſum eſt. Vnde ē operatio nō impedita, quia delectationem cauſat, ex hoc autem concludit vlterius ibi.

f ¶ Quòd quia fœlicitas ē operatio nō impedita, fœlix indiget bonis corporis, puta ſanitate, & incolumitate, & bonis exteriorib⁹, quæ dicuntur bona fortunæ, vt per horum defectum non impediatur fœlix in ſua operatione. Illi autem qui dicunt ſi homo eſt virtuoſus eſt fœlix, etiam ſi circumferatur, & ſubdatur magnis infortuniis, nihil rationabile dicūt ſiue hoc dicant volētes, quaſi intellectus huic dicto aſſentientes, ſiue hoc dicant nolentes, quaſi per rationem coacti contra id quod eis videtur, & innuit Stoycos, quorum erat iſta opinio. Tertium corollarium infert ibi.

g ¶ Et dicit, quòd quia fœlicitas indiget bona fortuna, aliquibus viſum eſt, quòd idem ſit fœlicitas, & bona fortuna, quod tamen non eſt verum, quia ipſa ſuperexcellentia bonorum fortunæ eſt impeditiua fœlicitatis, inquantum ſcilicet aliqui per hoc impediuntur ab opere virtutis, in qua conſiſtit fœlicitas. Et tunc non eſt iuſtum, quòd talis ſuperexcellentia vocetur bona fortuna, quia terminus, ideſt finis, vel ratio bonæ fortunæ, eſt per comparationem ad fœlicitatem. Deinde cum dicit.

h ¶ Poni



h ¶ Ponit ſecundam rationem ad oſtendendum, ꝙ felicitas ſit aliquid optimum. et ſumitur per quoddam ſignum. Vnde primo ponit ipſum. Et dicit, ꝙ hoc, ꝙ omnes proſequuntur, ideſt quærunt delectationem eſt quoddam ſignum, ꝙ aliqualiter delectatio ſit optimum. Illud enim in quod omnes, vel plures conſentiunt, non poteſt eſſe omnino falſum. Vnde in ꝓuerbio dicitur, quod non perditur omnino fama, quæ apud multos populos diuulgatur. Et huius ratio eſt, quia natura nō deficit, neque in omnibus, neque in pluribus, ſed ſolum in paucioribꝰ. Vnde id quod inuenitur ī omnibus, aut in pluribꝰ, videtur eē ex inclinatione naturæ. Quæ non inclinat, neque ad malū, neque ad falſum. Et ſic videtur, ꝙ delectatio in quam concurrit omnium appetit⁹ ſit aliquid optimum. Secundo ibi.

i ¶ Excludit quoddam quod poſſet reputari contrarium, ꝙ ſcilicet nō omnes appetunt eandem delectationem. Sed ipſe oſtendit, ꝙ per hoc non impeditur principale propoſitū duplici ratione. Primo quidem, quia non eſt eadem natura, & habitus omnium optimus, neque ſecundū veritatem, neque ſecundum apparentiā. Alia enim ē optima diſpoſitio hominis, alia equi. Item alia iuuenis, alia ſenis. Et quia vnicuiq; eſt delectabile id quod eſt ſibi conueniens, inde eſt, ꝙ non omnes appetunt eandem delectationem, quamuis omnes appetant delectationem. Quia.ſ. delectatio eſt optimū omnibus, ſed non eadem ſicut nec eadem diſpoſitio naturæ eſt omnibus optima. Secūdam rationem ponit ibi.

K ¶ Et dicit, ꝙ poteſt dici, ꝙ omnes homines appetunt eandem delectationem, ſecūdum naturalem appetitū, non tamen ſecundum proprium iudicium. Non oēs enim exiſtimant corde, neque dicunt ore eandem delectationē optimam. Naturaliter tamen omnes inclinantur in eandem delectationem, ſicut in optimam, puta in contemplationem intelligibilis veritatis, ſecundum ꝙ omnes homines natura ſcire deſiderant. Et hoc contingit, quia omnia habent in ſeipſis quoddam diuinum, ſcilicet inclinationem naturæ, quæ dependet ex principio primo, vel etiam ipſam formam, quæ eſt huius inclinationis principium. Deinde cum dicit.

l ¶ Aſſignat rationem, quare aliqui opinati ſunt delectationē non eſſe bonum, aut optimum. Et dicit, ꝙ ratio huius eſt, quia A corporales delectationes aſſumpſerunt ſibi, quaſi hereditarie nomen delectationis propter hoc, ꝙ frequentius inclinamur in ipſas, vtpote adiunctas neceſſariis vitæ, & quia omnes participat ipſas, vtpote ſenſibiles, & omnibus notas. Et quia ipſæ ſolę ſunt cognitæ communiter, propter hoc exiſtimant has ſolas eſſe delectationes. Et ideo, qa huiuſmodi delectationes non ſunt optimæ, exiſtimant quidam, quòd delectatio non ſit optimum. Deinde cum dicit.

h Et proſequi aūt omnia & beſtias, & homines delectationē, ſignū quoddam eius, quod eſt eſſe aliqualiter optimū ipſam. Fama autē non omnino perdit, quam populi multi famant.

i Sed quoniam non eadem, neque natura, neq; habitus opti- B mus, neque eſt, neque videtur, neque delectationē perſequuntur eādem omnes, delectationē quidem omnes.

k Forte autem & proſequunt, non quam extimant, neq; quā vtique dicerent, ſed eandem. Omnia .n. natura habent quoddam diuinum.

l Sed & aſſumpſerunt nominis hereditatē corporales delectationes propter & plures inclina C re in ipſas, & omnes participare ipſas. Propter ſolas igit cognitas eſſe has ſolas exiſtimāt eſſe.

m Manifeſtum autem, quoniā & ſi non delectatio bonum, & operatio nō erit viuere delectabiliter fœlicē. Cuius enim gratia indigeret vtique ipſa, ſiquidem non bonum?

n Sed & triſte contingit viuere. Neque malum .n. neq; bonum triſtitia. Siquidem enim neque D delectatio. Quare propter qđ vtique fugeret?

o Neque vtique delectabilis vita ſtudioſi, ſi non operationes ipſius.

*Illud etiam beluas hominesq; perſequi uoluptatem, indicat ipſam eſſe quodammodo ſummum bonum. Quā populi celebrant omnino fama perire nulla poteſt.*

*Sed quoniam eadem natura habitusque optimus neque eſt, neque uidetur, nec uoluptatem eandem omnes ſequuntur. Voluptatem tamen omnes ſequuntur.*

*Fortaſſe non eam quam putant, neque quam dicerent, ſed eandem. Omnia namque diuinum quid habent natura.*

*Sed corporis uoluptates ex eo ſibi nomen hoc uendicarunt, quia ſepiſſime occurrunt, & omnes ſunt ipſarum participes. Solas igitur has eße putāt, quia ſolæ ſunt notæ.*

*Patet etiam niſi uoluptas, & operatio ſit bonum, fœlicem uiuere cum uoluptate non poſſe. Cuius namque gratia ipſa eſt opus, ſi bonum non eſt?*

*At ſimul, & cum dolore ipſum uiuere contingit. Dolor enim neque malum eſt, neque bonum, ſi neque uoluptas. Cur nam itaque fugiet?*

*Neque igitur ſtudioſi ipſius uita iocunda erit, ſi non ſint, & operationes ipſius iocundæ.*

m ¶ Oſtendit propoſitum ducendo ad inconuenientia. ducit autem ad tria inconuenientia. Quorum primum eſt, ꝙ ſi delectatio, & operatio delectabilis non ſit quoddam bonum, ſequitur ꝙ fœlix nō viuat delectabiliter. Cum enim fœlicitas non ſit per ſe bona, non requireret delectationem vita fœlicis, ſi delectatio non eſſet quoddam bonū. Secundo ibi.

n ¶ Et dicit, ꝙ ſi delectatio non ſit aliquod bonum, contingit, ꝙ viuere in triſtitia non ſit aliqđ malum. Si enim delectatio non ſit neque bona, neque mala, ſequetur idem de triſtitia, quæ ei contrariatur. Et ſic triſtitia nō eēt fugienda. Tertio ibi.

o ¶ Ducit ad tertiū inconueniens. Sequitur enim, ꝙ vita virtuoſi non ſit delectabilis, ſi operationes eius nō ſunt delectabiles, quod iam eſſet ſi delectatio non eſſet aliquid bonum. Manifeſtum eſt enim quòd virtus operatiua boni eſt.

## LECTIO XIIII.

De corporalibus autem delectationibus vtiq; intendendum dicentibus, quoniam quędam delectationes eligibiles valde, puta bo E næ. Sed non corporales, & circa quas intemperatus.

b Propter quid igitur contrariæ triſtitiæ malæ? Malo enim bonum contrarium.

## *LECTIO XIIII.*

*De corporis uoluptatibus cōſiderandum eſt eis, qui dicunt nonnullas uoluptates expetibiles eße ualde, & honeſtas, ſed non corporis, & in quibus intemperans ipſe uerſatur.*

*Cur igitur contrarii dolores ſunt praui? Malo namque bonum contrarium eſt.*

## LECTIO XIIII

Poſtquàm Philoſophus determinauit de delectatione & triſtitia in generali, hic ſpecialiter determinat de delectationibꝰ corporalibꝰ, circa quas eſt continentia, & incontinētia. Et circa hoc tria facit. Primo proponit intentum. Secundo mouet dubitationem, ibi. {Propter quid igitur, &c.} Tertio aſſignat cauſam quorundā, quæ accidūt circa delectationes, ibi. {Nō ſem ꝑ aūt, &c.} Dicit ergo primo, ꝙ poſt ea, quæ dicta ſunt de delectatione in cōi, intendendū eſt nobis de corporalibus ēt delectationibꝰ, vt dicamus, ꝙ quædā delectationes ſunt valde eligibiles, ſ. illę quæ naturaliter ſunt bonæ. Corporales aūt delectatiōes, circa quas aliquis ſit intemperatus, non ſunt tales. Deinde cum dicit.

b ¶ Mouet dubitationē circa prædicta. Et primo ponit dubitationē. Secundo ſoluit eā, ibi. {Vel ſic bonæ, &c.} Tertio aſſignat cauſam dictorū, ibi. {Quia aūt nō ſolū oportet &c.} Eſt aūt circa primum

primũ cõſiderandũ, ꝙ Philoſophus ſupra ad probandũ delectationẽ eſſe bonũ, ſumpſit argumentũ a malitia triſtitiæ. Et quia nunc dixerat corporales delectationes non eſſe bonas, reſumit idẽ mediũ pro obiectione. Si. n. malo cõtrariatur bonũ, remanet dubitatio, ex quo delectationes corporales dicuntur eſſe nõ bonę, quare contrarię triſtitiæ ſint malæ. Deinde cum dicit.

c ¶ Soluit obiectionem dupliciter. Primo enim dicit, ꝙ delectationes corporales ſunt aliqualiter bonæ, inquantum, ſcilicet ſunt neceſſariæ ad depellẽdas cõtrarias triſtitias. quia etiam per hunc modum omne illud qđ nõ eſt malum, ex ſua natura poteſt dici bonum. Secundam ſolutionem ponit ibi.

d ¶ Et dicit, ꝙ delectationes corporales ſunt quidem bonæ, nõ autem abſolute, ſed vſq; ad hoc, ideſt ad certum terminũ. Et huius rationem aſſignat. Cũ enim omnis delectatio conſequatur habitum aliquem, & motum ſiue operationem, oportet, ꝙ ſi habituũ, & motuum ſiue operationum, nõ poteſt eſſe ſuperabũdantia melioris, ideſt ſuper exceſſus a bono, ꝙ neque delectationis conſequentis poſſit eſſe exceſſus, ſicut huius operationis, quæ eſt contemplatio veritatis, non poteſt eſſe ſuperexceſſus melioris, quia quanto plus aliquis veritatẽ contemplatur, tanto melius eſt, vnde & delectatio conſequens eſt bona abſolute, & non ſolum vſque ad aliquam menſuram. Si autem habituũ, & motuum ſiue operationũ ſit ſuperexceſſus melioris, ita etiã ſe habebit, & circa delectationẽ conſequẽtem. Manifeſtum eſt autem, ꝙ circa corporalia bona poteſt eſſe ſuperabũdantia melioris. Et huius ſignum eſt, ꝙ ex hoc aliquis dicitur prauus, ꝙ horum bonorum ſuperabundantiã quęrit, etiam ſi nulli alii noceat. Non tamen ex hoc ipſo, ꝙ quęrit corporalia bona, & delectatur, eſt prauus, quia omnes homines aliqualiter gaudent pulmento, vino, & venereis, ſed ex hoc vituperantur aliqui, ꝙ gaudent in eis, non ſecundum ꝙ oportet: ex quo patet, ꝙ delectatio corporalis eſt bona vſque ad aliquã menſuram, ſuperabundantia autem ipſius eſt mala. Econtrario autem ſe habet in triſtitia, quia non ſolum eius ſuperabundantiam fugit virtuoſus, ſed totaliter omnem triſtitiam. Triſtitia enim non eſt contraria ſuperabundantiæ delectationis corporalis, quia ſic aliquis non triſtaretur, niſi de maximo receſſu a ſuperabundantia delectationum. Quę quidem triſtitia non multum vituperabilis eſſet, ſed aliqualiter toleranda. Sed magis triſtitia inheret ei, qui perſequitur ſuperabundantiam delectationum. ex hoc enim contingit, ꝙ ex modico defectu delectabiliũ triſtatur. Et inde eſt, ꝙ ſicut ſuperabundantia delectationum F corporalium eſt malitia & triſtitia. Deinde cum dicit.

e ¶ Aſſignat rationem prædictorum. Et primo dicit de quo ẽ intentio. Secundo exequitur propoſitum, ibi. {Primum quidẽ vtique, &c.} Dicit ergo primo, ꝙ non ſolum oportet dicere ſolutionem dubitationis, ſed aſſignare cauſam falſitatis, quæ erat in obiectiõe. Hoc. n. multum confert ad hoc, ꝙ fides adhibeatur veritati. Cum. n. appareat ratio propter quam videtur eſſe verum illud, quod non eſt verum. Hoc facit magis credere veritati. Et ideo dicendũ eſt, quare corporales delectatiões videantur multis eſſe eligibiliores aliis đ lectationibus, cum tamẽ illæ ſint bonę abſolute. Corporales autem ſolum vſq; ad aliquam menſuram. Deinde cum dicit.

f ¶ Exequitur propoſitum. Et primo aſſignat rationem, quare delectationes corporales videãtur magis appetibiles. Secũdo aſſignat rationẽ, quare alię ſint magis appetibiles, ſecũdũ rei veritatẽ ibi. {Qui autem ſine triſtitia.} Circa primũ aſſignat duas rationes. Quarum ſecũda ponitur, ibi. Adhuc proſecutæ ſunt, &c.} Circa primum duo facit. Primo aſſignat rationẽ, quare delectationes corporales nõ videantur magis appetibiles. Secundo aſſignat rationem, quare delectationes corporales non videantur bonæ vniuerſaliter, ibi. { Et non ſtudioſum vtique, &c.} Dicit ergo primo, ꝙ prima ratio, quare đ lectationes corporales videantur magis eſſe eligibiles eſt, ꝗa expellunt triſtitiam. Et ꝗa delectatio corporalis ꝓpter ſui ſuperabundantiam eſt medicina contra triſtitiam. Non enim qualicumque delectatio- K ne triſtitia tollitur, ſed vehementi, inde eſt, ꝙ homines quærũt delectationẽ ſuperabundantem, & corporalẽ, cui triſtitia contrariatur. Delectationi aũt intellectuali, puta quæ eſt in conſiderãdo, non cõtrariatur aliqua triſtitia, quia nõ eſt in fieri, ſed in facto eſſe, vt ſupra eſt habitum. Ex hoc autẽ ipſo, ꝙ corporales delectationes ſunt medicinæ contra triſtitias, videntur eſſe vehemẽtes, quia menſurantur non ſolũ ex ſui natura, ſed etiã ex contrario, quod expellunt. Et inde eſt, ꝙ valde quæruntur propter hoc, ꝙ magis apparent circa ſuũ contrariũ poſitæ, ſicut delectatio potus magis appareret, ſi afficeret ſitis. Et ideo illi, qui quærunt delectationẽ potus præparant ſibi ſitim per commeſtionẽ ſalſorum, vt magis in potu delectentur. Deinde cum dicit.

g ¶ Aſſignat rationem, quare delectationes non videantur vniuerſaliter bonum. Et dicit, ꝙ propter delectationes corporales, ſicut etiam ſupra dictum eſt. Viſæ ſunt quibuſdam, ꝙ delectatio non eſſet aliquid bonum, in delectationibus enim corporalibus duo inueniuntur. Quædam enim earum ſunt prauæ naturaliter,

c Vel ſic bonæ, vt neceſſariæ, quoniam & non malum, bonum eſt?

d Vel vſq; ad hoc bonę. Habituum quidem. n. & motuũ quorumcumq; non eſt melioris ſuperabundãtia, neq; delectationis. quorumcumq; aũt eſt, & delectationis eſt. Corporaliũ autem bonorum eſt ſuperabundantia. G Et prauus proſequendo ſuperabundantiã, eſt prauus, ſed non neceſſarias. Omnes. n. gaudent aliqualiter, & pulmẽtis, & vino, & venereis, ſed non vt oportet. contrarie aũt in triſtitia. Non. n. ſuperabundantiã fugit, ſed totaliter: non. n. eſt ſuperabundantię triſtitia contraria, ſed ꝓſequenti ſuperabundantiam.

e Quia autem non ſolum oportet dicere verum, ſed & cauſam H falſi. hoc enim confert ad fidẽ. Cum enim rationabile apparet propter quid videtur verum nõ ens verũ, facit credere magis. Quare, dicẽdum propter quid videntur corporales delectationes eligibiliores.

f Primum quidem vtique quoniam expellit triſtitiam, & ſuperabundantias triſtitiæ, vt exiſtente medicina delectationes proſequuntur ſuperabundantes, & I totaliter corporales. Vehementes autem fiunt medicinæ. Propter quod & quęrũtur propter iuſta contrarium apparere.

g Et non ſtudioſum vtique videtur delectatio, propter duo hæc quemadmodũ dictum eſt, quoniam hę quidẽ prauę naturæ ſunt operationes. Vel ex natiuitate, quemadmodũ beſtiæ,

*An neceſſariæ uoluptates ſic ſunt bonæ. quia & id quod eſt non malum, eſt bonum?*

*An uſque ad aliquem terminum bonæ ſunt. Habituum enim eorum, ac motuum, quorum non eſt melioris exuperatio, neque uoluptatis eſt. Eorum autem quorum eſt, eſt & uoluptatis exuperatio. At bonorum corporis eſt exuperatio, & prauus in perſequendo exuperationem, ſed non neceſſarias uoluptates conſiſtit. Omnes enim gaudent quodammodo, & æpulis, & uino, & uenere, ſed non ut oportet. Contra autem in ipſo dolore facit. Nõ enim exuperationem, ſed omnino fugit dolorem. Non eſt enim exuperationi dolor contrarius, niſi ipſi perſequenti exuperationem.*

*At enim, cum non ſolum ipſum uerum, ſed etiam falſi cauſam oporteat dicere, hoc enim ad faciẽdam fidem conducit. Nam cum id rationi conſentaneum fuerit uiſum, ob quod uerum eſſe uidetur, quod nõ eſt uerum, facit ut ipſi uero magis aſſentiamur. Dicendum eſt, cur corporis uoluptates expetibiliores uidentur.*

*Primum igitur ex eo quia pellunt dolorem, atque ob exuperationes doloris uoluptatem exuperantem uti medelam, & omnino uoluptatem corporis perſequuntur. Ipſæ autem medelæ uehementes fiunt, quapropter & ipſas ſequuntur. Et quia tales uidentur cum contrarium adeſt.*

*Et propter hæc igitur duo, ſicut dictum eſt, uoluptas non ſtudioſum eſſe uidetur, quia aliæ prauæ natura ſunt operationes, aut ob ortũ, quemadmodum feræ, aut & ob conſuetudinem, quales prauorum ſunt hominum.*



naturaliter, vtpote conſequentes prauas operationes, quæ quidem ſunt appetibiles quibuſdam, ab ipſa ſua natiuitate, ſicut beſtijs, & beſtialibus hominibus: quibuſdam autem ſunt appetibiles propter conſuetudinem, ſicut delectationes prauorum hominum, quædam vero delectationum corporalium ſunt medicinæ contra aliquem defectum, & huius ſignum eſt, quia non ſunt niſi indigentis, non enim aliquis delectatur in cibo, quãdo non indiget, & ſic delectatio cibi eſt medicina contra triſtitiam famis, & manifeſtum eſt, quòd meliꝰ eſt habere aliquẽ imperfectum, quàm fieri: huiuſmodi autem delectationes, quas dicimus eſſe medicinales accidũt his qui perficiuntur, nõ autem his, qui iã ſũt perfecti: cauſantur. n. ex hoc, quòd per id quod ſumitur tollitur naturæ indigentia: ſic igitur patet, ꝙ non ſunt bonę ſecundum ſe, ſed per accidens, inquantum ſcilicet ſunt ad aliquid neceſſarię, & has duas rationes ſupra tetigit in duabus ſolutionibus, nam illæ delectationes excedunt menſuram debitam, quæ conſequuntur prauas operationes, quia ergo corporales delectationes non ſunt ſecundum ſe bonæ, cum tamen videantur magis appetibiles, quidã æſtimauerũt vniuerſaliter delectationes, non eſſe bonas. Deinde cum dicit.

h ¶ Ponit ſecundam rationẽ. Et circa hoc duo facit. Primo proponit rationem. Secũdo manifeſtat quoddam, quod ſuppoſuerat, ibi. { Etenim multis &c. } Dicit ergo primo, quòd quia corporales delectationes ſunt vehemẽtes, quærũtur ab his, qui non poſſunt alijs delectationibus gaudere, ſcilicet ab hominibus, qui ſolum ſenſibilibus inherẽt, & delectatiões intellectuales non percipiunt. Et inde eſt, quòd tales homines præparant ſibijpſis quandam ſitim talium delectationum, dum ſcilicet ſponte ſeipſos incitant ad earum concupiſcentiam, ſicut dictum eſt de illis, qui comedunt ſalſa, vt concupiſcant potum, & ideo, quia prędicti homines non habent alia delectabilia, in quibus recreentur, non eſt increpabile, ſi corporales delectationes accipiant, dum tamẽ tales delectationes non noceant, nec eis, nec alijs, ſi autem ſint nociuæ, hoc eſt prauum & increpabile, ſicut patet de delectatione adulterij, & cibi nociui. Deinde cum dicit.

i ¶ Aſſignat rationem cuiuſdam, quod ſuppoſuerat, ſcilicet ꝙ omnes homines indigeant aliqua delectatione recreari. Et primo aſſignat huiuſmodi rationem communiter quantum ad omnes. Secundo quantum ad iuuenes ibi. { Similiter autem &c. } Tertio quantum ad melancolicos, ibi. { Melancolici autẽ &c. } Dicit ergo primo, quòd ideo non eſt increpabile, quòd aliqui vtantur delectationibus corporalibus, cum non habeant alias, quia indigent eis, ſicut medicina contra triſtitias: quantum. n. ad multa, triſtitia aduenit hominibꝰ propter naturales motus, & operationes. Semper enim animal vigilans eſt in labore. Labor autem eſt contriſtatiuus, ſicut naturales ſermones teſtantur, qui dicũt, quòd videre, & audire iugiter, triſtitiam cauſat, inquantum eſt laborioſum, ratione cuius animal indiget quiete ſommi, vt dicitur in libro de Somno & vigilia, ſed ideo non percipimus huiuſmodi triſtitiã, quia iam ſumus conſueti continue eam pati, videre tamen & audire, & ſi habeãt laborem & triſtitiã naturalem ex parte organorum corporalium, habent tamen delectationem animalem ratiõe cognitionis ſenſibilium. Deinde cum dicit.

k ¶ Aſſignat rationem, quare iuuenes maxime indigent delectatione. Et dicit, ꝙ in iuuenibus propter augmentũ ſunt multe commotiones ſpirituum, & humorũ, ſicut etiam accidit vinolentis. Et ideo propter huiuſmodi laborem, iuuentus maximæ quærit delectationem. Deinde cum dicit.

l ¶ Aſſignat rationem ex parte melancolicorum. Et dicit, quòd melancolici, ſecundum naturalẽ diſpoſitionem ſemper indigent medicina contra triſtitias, quia corpus eorum patitur corroſionem quandam, propter ſiccitatem complexionis, & iõ hñt vehemẽtem appetitum delectationis, per quam huiuſmodi triſtitia repellatur. Delectatio enim expellit nõ ſolum triſtitiam contrariam, puta delectatio cibi triſtitiam famis, ſed ſi delectatio ſit fortis, expellit quandoque aliam triſtitiam, quia omnibus triſtitijs contrariatur, ſecundum genus, licet non ſecundum ſpeciem, & quia melanconici vehementer appetunt delectationes, inde eſt, quòd frequenter fiunt intemperati, & praui. Deinde cum dicit.

m ¶ Aſſignat rationem, quare delectationes intellectuales, ſecundum rei veritatem ſunt meliores. Et dicit, quòd quia huiuſmodi delectationes, non habent contrariam triſtitiam, quam expellant, inde eſt, quòd non habent ſuperabundantiam, ex qua reddantur vitioſæ: huiuſmodi enim delectationes, ſunt circa ea, quæ ſunt delectabilia ſecundum ſui naturam, & non ſecundũ accidens,

vel propter conſuetudinẽ, quẽadmodum, quæ prauorum hominum. Medicinæ autem hæ quoniam indigentis, & habere melius quàm fieri, hæ autem accidunt his, qui perficiuntur. ſecũdũ accidẽs quidẽ ſtudioſæ.

h Adhuc proſecutæ ſunt propter vehementes eſſe a non potentibus alijs gaudere. Ipſi igitur ſibiipſis ſitim quandam præparant, quando quidem igitur innocuas, nõ increpabile, quãdo autem nocuas, prauum, neque enim habent altera, in quibus gaudent.

i Etenim multis triſte propter naturam, ſemper. n. laborat animal, quemadmodum & naturales ſermone teſtantur, videre audire dicentes eſſe triſte, ſed ea aſſueti ſumus, vt aiunt.

k Similiter autem, & in iuuentute quidem propter augmentationem, quemadmodum vinolenti diſponuntur, & delectabile viuentis.

l Melancolici autem ſecundũ naturam indigent ſemper medicina, etenim corpus corruſurã patiens perſeuerat propter cõplexionem, & ſemper in appetitu vehementi ſunt: expellit autem delectatio triſtitiam, & quę contraria, & quæ contingens, ſi ſit fortis, & propter hoc intemperati, & praui ſunt.

m Quæ autem ſine triſtitia nõ habent ſuperabundantiam, hę autem quæ natura delectabiliũ, & non ſecundum accidẽs, dico autẽ ſecundũ accidens delectabilia medicantia, quoniã enim accidit medicatum eſſe ſuſtinẽte ſano operãte aliquid propter hoc delectabile videtur eſſe. Natura autem delectabilia, quę faciũt actũ talis alicuius naturę.

A *Aliæ ſunt medicamenta, quia ſunt indigentes, & melius eſt habere quàm fieri, aliæ accidunt dum perficiuntur. Per accidens igitur ſunt ſtudioſæ.*

B *Præterea ipſas, quia ſunt vehementes, ij perſequuntur, qui aliis nequeunt gaudere. Ipſi itaque ſitim quãdam ſibi comparant, quæ cum ſine quidem nocumento fit, non eſt increpandum. Cum vero cum detrimento, perprauum eſt, neque enim habent alia quibus gaudent.*

C *Et nec aliud habere pleriſque permoleſtum eſt ob naturam, nam animal ſemper laborat, vt naturales etiã ſermones teſtantur videre, ac audire dolorem inferre dicentes, ſed conſueti iam ſumus, ut aiunt.*

*Similiter in iuuentute quidem ob incrementa perinde diſponuntur ac uinolenti, & iuuentus ad uoluptates propenſior eſt.*

D *Bilioſi autem atrabili natura, ſemper egent medicamento, ſemper enim corpus ob complexionem mordetur, & ſemper in appetitione ſunt uehementi, uoluptas autem contraria, & queuis etiam modo ſit uehemens pellit dolorem, & propterea intemperantes homines prauique fiunt.*

E *Voluptates autem hæ, quæ ſine dolore ſunt, exuperationem non habent. atq; hæ proficiſcuntur ex his, quæ natura, & non per accidens afficiunt uoluptate. Eæ uero dico per accidens afficere uoluptate, quæ medentur, etenim quia fit ut homini medeatur, eo quod ſanum permanet aliquid agente, ideo talia afficere uoluptate uidentur. At ea natura uoluptate afficiunt, quæ faciunt operationem talis naturæ.*

accidens, & hic duo exponit. Primo quidem, quid ſit delectabile, ſecundum accidens, & dicit, quòd illa ſunt delectabilia ſecundum accidens, quę delectant inquantum medicatiua, quia enim dum aliquis patitur ſanationem, accidit quòd ſanum ibi aliquid operetur, propter hoc videtur operatio eſſe delectabilis. & inde eſt, quòd quādo quæruntur huiuſmodi delectatiões vltra neceſſitatem medicinæ, ſunt delectationes inordinatæ. Conſequenter autē exponit, quòd delectabilia ſecūdum naturam, ſunt illa quæ faciunt operationem talis naturæ, vnicuique enim naturæ delectabilis eſt operatio propria cum ſit eius pfectio, & ideo homini delectabilis eſt operatio rationis. Deinde cum dicit.

n ¶ Aſſignat duorū rationem, quæ accidunt circa delectationes humanas, quorum vnum eſt, quòd nihil idem eſt ſemper delectabile homini, & huius rationē dicit eſſe, quia natura noſtra non eſt ſimplex, ſed compoſita, & ex vno ī aliud trāſmutabilis, inquantum ſubiacet corruptioni, & ideo ſi homo ſecūdum aliquā ſui diſpoſitionem agat aliquam actionē ſibi delectabilē, hæc delectatio eſt pręternaturalis homini ſecundum alterā eius diſpoſitionem, ſicut contemplari eſt naturale homini ratione intellectus, ſed præternaturale homini ratione organorum imaginationis, quæ laborant in contemplando, & ideo contemplatio non eſt ſemper homini delectabilis, & eſt ſimile de ſumptione cibi, quæ eſt naturalis homini indigenti, præter naturam autem corpori iam repleto. Cum autem homo appropinquat ad contrariam diſpoſitionem, tunc illud quod prius erat delectabile ſecundum præcedentem diſpoſitionem, neque adhuc videtur triſte, quia nondum contraria diſpoſitio totaliter

F aduenit, neque videtur delectabile, quia iam ferè alia diſpoſitio receſſit, & ex hoc concludit quoddam corrolarium, ibi.

o ¶ Et dicit, quòd ſi natura alicuius rei delectantis eſſet ſimplex & immutabilis, eadem actio eſſet ſibi delectabiliſſima, Puta, ſi homo eſſet ſolum intellectus, ſemper in contemplando delectaretur; & inde eſt, quā Deus eſt ſimplex, & immutabilis, ſemper gaudet vna, & ſimplici delectatione, quam ſcilicet habet in contemplatione ſuijpſius, non enim eſt opatio, quæ delectationem cauſat ſolum in motu cōſiſtens, ſed etiam in immobilitate, ſicut patet de operatione intellectus, & illa delectatio, quæ eſt abſque motu, eſt maior, quàm illa quæ eſt in motu, quia illa quę eſt in motu, eſt in fieri, illa autem, quæ eſt in quiete, eſt in eſſe perfecto, ſut ex prædictis patet. Deinde cum dicit.

p ¶ Aſſignat cauſam ſecundi accidétis circa delectationes, quā ſcilicet tranſmutatio ſecundum dictum cuiuſdam Poetę, eſt maximæ delectabilis hominibus, & hoc dicit accidere ꝓpter quandam malitiam, ideſt defectū naturæ, quæ non ſemper poteſt in eadem diſpoſitione conſiſtere, ſicut eīm mali hominis eſt, quod de facili tranſmutetur, & non habeat mentem fixam in vno, ita eſt de natura, quæ indiget tranſmutatione, quia non eſt ſimplex, neque perfecte bona. Eſt enim motus actus imperfecti, vt dicitur in Tertio Phyſicorum: vltimo autem æpilogando concludit, dictum eſſe in hoc Septimo libro de continentia & incontinentia, delectatione & triſtitia, quid vnumquodque eorum eſt, & qualiter ſint bona, vel mala: vnde iam dicendum eſt de amicitia, & ſic terminatur ſententia Septimi libri.

n Non ſemper aūt nullū delectabile idē propter non ſimplicem eſſe noſtrā naturam, ſed eſſe aliquid, & alterū ſm̄ ꝙ corruptibilia, quare, ſi quidem alterū agat, hoc alteri naturæ præter naturā. Cum aūt appropriet, neque triſte videtur, neq; delectabile, quod operatum eſt.

o Quare, ſi huius natura ſimplex ſit, ſemper eadē actio delectabiliſsima erit, propter quod Deus ſemper vna & ſimplici gaudet delectatione, non enim ſolum motus eſt operatio, ſed etiā īmobilitatis, & delectatio magis in quiete eſt q̄ in motu.

p Tranſmutatio autē omnium dulciſsimum, ſecundum poetā propter malitiam quandam, Quemadmodū enim homo facile tranſmutabilis, qui malus, & natura quæ indiget tranſmutatione, non enim ſimplex, neq; epyiches. De continentia quidē igitur, & incontinentia, & delectatione & triſtitia dictū eſt, & quid vnūqdq;, & qualiter hoc quidem ipſorum bonū eſt, hæc autem mala. Iam autem, & de amicitia dicemus.

*Nulla autem ex eo nos ſemper delectat, quia non eſt ſimplex noſtra natura, ſed ineſt & aliquid aliud, quo coruptibiles ſumus: quare, ſi quippiā agat alterum, ideſt alteri naturæ præter naturam. At cum æquatur, neque moleſtum, neque iocundum uidetur, quod agitur.*

G

*Quòd ſi alicuius natura ſit ſimplex, ſemper eadem operatio iucundiſſima erit. Iccirco Deus una ſemper ſimplicique gaudet uoluptate, non enim ſolum motionis eſt operatio, ſed & immobilitatis, & uoluptas in quiete potius quàm in motu conſiſtit.*

H

*Mutatio uero omnium dulciſſimum eſt, ſecundum poetam ob prauitatem quandam, ut enim homo prauus facile eſt mutabilis, ſic & natura praua eſt, quæ indiget mutatione, non eſt enim ſimplex nec bona. Sed de continentia quidem, atque incontinentia, & de uoluptate doloreue, & quid unumquodque ipſorum eſt, & quonam modo alia ipſorum ſunt bona, alia mala, diximus, deinceps autem de amicitia dicemus.*

I



# ARISTOTELIS MORALIVM AD NICOMACHVM

## LIBER OCTAVVS.

Cum Sancti Thomæ Aquinatis præclariſsimis commentariis.

### LECTIO PRIMA.

Poſtquam Philoſophus determinauit de virtutibꝰ moralibus, & intellectualibus, & continentia, quæ eſt quoddam imperfectum in genere virtutis, hic conſequenter determinat de amicitia, quæ ſupra virtutem fundatur, ſicut quidam effectus virtutis. Et primo prohemialiter dicit de quo eſt intentio. Secundo incipit de amicitia tractare, ibi. {Forte autem vtique &c.} Circa primum duo facit. Primo oſtendit, ꝙ ad moralem pertinet de amicitia tractare. Secundo oſtēdit, quę ſunt circa amicitiam tractanda, ibi. {Dubitatur autē de ipſa &c.} Circa primum inducit ſex rationes ad oſtendendum, quòd de amicitia ſit conſiderandū. Dicit ergo primo, ꝙ poſt prædicta conſiderandum eſt de amicitia pertranſeundo, vt ſcilicet conſideremus ea, quæ pertinét ad conſiderationem moralis Philoſophię prætermiſſis his quę pertinent ad conſiderationem naturalis Philoſophi. Et prima ratio quare de amicitia ſit tractandū, eſt, quia conſideratio virtutis pertinet ad moralem philoſophiam. Amicitia autem eſt quędam virtus, inquantum ſcilicet eſt habitus electiuus, vt infra dicetur, & reducitur ad genus iuſtitiæ, inquantum exhibet proportionale, vt infra dicetur, vel ſaltim eſt cū virtute, inquantum ſcilicet virtus eſt cauſa veræ amicitiæ. Secundā rationem ponit ibi.

b ¶ Moralis enim Philoſophia hēt conſiderationē circa omnia, quæ ſunt neceſſaria vitę humanæ, inter quæ, maxime neceſſarium eſt amicitia, intantum, quòd nullus bene diſpoſitus eligeret viuere cum hoc, quòd haberet omnia alia exteriora bona ſine amicis. Illis enim, qui maxime poſſident exteriora bona, ſcilicet diuitibus, & principibus, & poteſtatibus, maxime uidentur eſſe neceſſarij amici. Primo quidem ad vſum horum bonorū. Nulla enim eſt vtilitas bonorum fortunæ, ſi ex his aliquis nulli benefaciat, beneficium autem maxime & laudabiliſſime fit ad amicos. Secundo ad conſeruationem talium bonorum, quæ nō

B poſſunt conſeruari ſine amicis, quia bona fortuna quanto eſt maior, tanto eſt minus ſecura, quia habet plures inſidiatores. nec ſolum in bona fortuna ſunt vtiles amici, ſed etiam in contraria, quia in paupertate homines exiſtimant amicos eſſe ſingulare refugium. Sic ergo in omni fortuna amici ſunt neceſſarij, ſimiliter eſt iuuenibus neceſſaria amicitia, ad hoc quòd per amicos cohibeantur a peccato, ſunt enim ſecundū ſeipſos proni ad concupiſcētias delectationum, vt in Septimo dictum eſt. Lectio.vlti. Senioribus autē ſunt vtiles amici ad ſeruiendum propter defectus corporales, & quia deficiūt in ſuis actionibus propter debilitatem, ſunt eis neceſſarij amici ad adiutorium. Illis autem, qui ſunt in ſummo, ideſt in perfecta ætate, ſunt vtiles ad bonas actiones exequendas, quando enim duo cōueniūt, ſunt potentiores, & in opere intellectualis ſpeculatiōis, dum vnus videt, qđ alius videre non poteſt, & ad opus exterioris actionis, in quo maxime vnus alij auxiliatur, & ſic patet, ꝙ de amicitia conſiderandum eſt, ſicut de re omnibus neceſſaria. Tertiam rationem ponit ibi.

c ¶ Et dicit, quòd etiam amicitia ineſt ſecundum naturā generātis ad genitum, & hoc non ſolum in hominibus, ſed etiā in volatilibus, quę manifeſte longo tempore ſtudium adhibent ad educationē prolis, & idem etiam eſt in alijs animalibus; eſt etiam naturalis amicitia īter eos, qui ſunt vnius gentis adinuicem, inquantum cōmunicant in moribus, & cōuictu. Et maxime eſt naturalis amicitia illa, quæ eſt oīum hominū adinuicem propter ſimilitudinem naturæ ſpeciei. Et ideo laudamus Philantropos, i. amatores hominum, quaſi implētes id, quod eſt homini naturale, vt maxime apparet in erroribus viarū. Reuocat. n. quilibet aliū etiā ignotū, & extraneum ab errore, quaſi omnis homo naturaliter familiaris ſit, & amicus omni homini. Ea autē quæ ſunt naturaliter bona, ſunt cōſideranda a morali. & ſic debet de amicitia conſiderare. Quartam rationem ponit ibi.

d ¶ Et

### LECTIO I.

Poſt hęc autem de amicitia ſequitur vtique pertranſire. Eſt enim virtꝰ quædam, vel cum virtute.

b Adhuc maxime neceſſarium in vita, ſine amicis enim nullus vtique eligeret viuere, habens reliqua bona omnia. Etenim ditantibus, & principatus & potentatus poſsidētibus, videtur maxime amicis opus eſſe, quæ enim vtilitas talis bonæ fortunæ ablato beneficio, qđ fit maxime & laudatiſsimum ad amicos, vel qualiter vtique ſeruabitur, & ſaluabitur ſine amicis? quanto enim maior, tanto minus ſecura. In inopia, & reliquis infortunijs ſolum exiſtimant refugium eſſe amicos, & iuuenibus autem ad impeccabile, & ſenioribus ad famulatum, & ad deficientiam actionis, propter debilitatem adiutorij, his quidem, qui in ſummo ad bonas actiones, ſimulque duo venientes: etenim intelligere & agere potentiores.

c Naturaque ineſſe videtur ad id quod genuit genito, non ſolum in hominibus, ſed in volatilibus, & plurimis animalium, & his qui vnius gentis adinuicem, & maxime hominibus, vnde & Philantropos laudamus, videbit autē vtiq; aliquis, & in erroribus, vt familiare omnis homo, oī homini, & amicum.

### LECTIO I.

*Poſt hæc conſequens eſt de amicitia pertractare, eſt enim quædam virtus, aut eſt cum virtute.*

C

*Res eſt præterea ſumme neceſſaria in vita, nemo enim habens cætera omnia bona, ſine amicis expeteret viuere, nam & locupletes, & principatu poteſtateque conſtituti plurimum amicis indigere videntur: quid enim prodeſt talis proſperitas beneficio ſublato, quod quidem maxime fit in amicos, ac maxime commendatur? aut quonam modo ſine amicis cuſtodiri conſeruarique poteſt? quo namque magis abundat, eo magis periculis ſubiacet. In paupertate quoque cæteriſque calamitatibus, vnicum eſſe confugium amici putantur. Iuuenibus etiam conferunt ad compeſcenda peccata, & ſenibus ad obſequium, atque ad eos actus perficiendos, quos ob imbecillitatem ipſi peragere nequeunt, & his itē, qui ſunt in ſtatu ad actiones honeſtas. Etenim ſi duo ſimul eant intelligere magis, atque agere poſſunt.*

D

E

*Ineſſe etiam amicitia videtur natura ei, quod genuit, ad id quod eſt ortum ab eo, non in omnibus hominibus ſolum, ſed in plurimis etiam animalibus, & his inter ſeſe, quæ ſunt eiuſdē generis, & hominibus maxime, quapropter amatores hominum laudamus. Cernere etiam quiſpiam poteſt, & in ipſis erroribus, familiarē omnem hominem homini, atque amicum eſſe.*

d ¶ Et dicit, quòd per amicitiam videntur cōſeruari ciuitates, vnde legiſlatores magis ſtudent ad amicitiam conſeruandam inter ciues, quàm etiam ad iuſtitiam, quam quandoque intermittunt, puta in pænis inferendis, ne diſſenſio oriatur, & hoc patet per hoc, quòd concordia aſſimilatur amicitiæ, quàm quidem, ſcilicet concordiam, legiſlatores maxime appetunt: contentionem autem ciuium maxime expellunt, quaſi inimicam ſalutis ciuitatis, & quia tota moralis philoſophia videt̄ ordinari ad bonum ciuile, vt in principio dictum eſt, pertinet ad moralem conſiderare de amicitia. Quintam rationem ponit ibi.
e ¶ Et dicit, quòd ſi aliqui ſunt amici in nullo indigerent iuſtitia proprie dicta, quia haberēt omnia, quaſi communia cū amicus ſit alter ipſe, non eſt autem iuſtitia ad ſeipſum, ſed ſi ſint iuſti nihilominus indigent amicitia adinuicem, & illud quod eſt maxime iuſtum videtur eſſe conſeruatiuum & reparatiuum amicitiæ, multo ergo magis ad moralem pertinet conſiderare de amicitia, quàm de iuſtitia. Sextam rationem ponit ibi.
f ¶ Et dicit, quòd non ſolum de amicitia conſiderandū eſt, eo quòd eſt quoddā neceſſarium humanę vitæ, ſed etiam quia eſt quoddam bonum, ideſt laudabile, & honeſtum. Laudamus enim Philophilos. i. amatores amicorum, & Philophilia, ideſt amicitia multorum videtur eſſe aliquid boni, intantum, ꝙ quidā exiſtimāt eoſdē eſſe viros bonos, & amicos. Deinde cum dicit.
g ¶ Oſtendit, quæ ſint de amicitia conſideranda. Et primo præmittit quandam dubitationem, quæ circa amicitiam apparet. Secundo oſtendit, quales dubitationes ſint circa amicitiam determinandæ, ibi. {Naturalia quidem &c.} Tertio excludit errorem quorundam, ibi. {Vnam quidem enim &c.} Circa primum duo facit. Primo ponit diuerſas opiniones quorundam in rebus humanis circa amicitiam. Secundo in rebus naturalibus, ibi. {Et de his ipſis &c.} Dicit ergo primo, quòd de amicitia non pauca dubitantur. Et primo hoc manifeſtatur ex diuerſis opinionibus, quidam enim volunt, quòd amicitia ſit quędam ſimilitudo, & quòd ſimiles ſunt ſibiinuicem amici, & F ad hoc inducunt prouerbium, quod dicunt, quòd ſimile vadit ad ſuum ſimile coloyus ad coloyum, ſunt autem quædam aues gregales, vt ſturni, & inducunt quæcumque ſimilia prouerbia. Alij vero econtra, dicunt quòd omnes figuli contrariantur ſibiinuicem, inquantum ſcilicet vnus impedit lucrum alterius, eſt autem veritas quæſtionis, quòd ſimile ꝑ ſe loquendo, eſt amabile, habetur autem odio per accidens, inquantum ſcilicet eſt impedimentum proprii boni. Deinde cū dicit.
h ¶ Ponit circa idē contrarias opiniones in rebus naturalib9, & dicit, quòd de hac eadem quæſtione quidam inquirunt ſuperius, ideſt altius, & magis naturaliter, ſicut Euripides, qui dixit, quòd terra deſiccata, deſiderat pluuiam, quaſi amans ſibi contrarium, & ꝙ cælū venerabile propter ſui dignitatem, quando eſt impletū pluuia, deſiderat cadere in terram, ideſt quòd pluuiam in terram emittat, quod eſt contrarium eius altitudini, & plenitudini. Heraclitus etiam dixit, quòd contrarium confert ſuo cōtrario, ſicut homini ſupercalefacto conferunt frigida, inquantum ex differētibus, & contrariis ſit optima armonia, ideſt cōtemperantia, dixit autem cōtrarium eſſe conferens, inquantum omnia ſunt facta ſecundum litem, per quam elementa prius cōfuſa, ſunt diſtincta, ſed econtrario his dixerunt quidam alij, & præcipue Empedocles, qui dixit, quòd ſimile appetit ſibi ſimile, ſoluitur autem hæc dubitatio eodem modo per hoc, quòd ſimile per ſe loquendo, eſt deſiderabile naturaliter, per accidens autem deſiderat contrarium, inquantum eſt conferens, & medicinale, ſicut de delectationibus corporalibus ſupra dixit. Deinde cum dicit.
i ¶ Oſtendit quales dubitationes ſint determinandæ circa amicitiam. Et dicit, quòd naturales quæſtiones ſunt relinquendæ, quia non ſunt proprie præſentis intentionis, ſed quęcumque ſunt humana, vtpote pertinentia ad mores, & paſſiones humanas, de his intendamus, ſicut vtrum poſſit eſſe amicitia in omnibus hominibus, vel non poſſit eſſe in malis, & vtrum ſit vna ſpecies amicitiæ, vel plures. Deinde cum dicit.

d Videtur autem ciuitates continere amicitia, & legis poſitores magis circa ipſam ſtudent, quàm iuſtitiam. Concordia.n. ſimile aliquid amicitię videtur eſſe, hanc autem maxime appetunt, & contentionem inimicā exiſtentem expellunt.

*Ciuitates etiā, amicitia continet, & legumlatores circa hanc magis quàm circa iuſtitiam ſtudent. Concordia nāque ſimile quid amicitiæ eſſe videtur, hanc autem maxime affectant, ſeditionem autem, vt inimicam maxime expellunt.*

G

e Et amicis quidem exiſtentibus nihil opus eſt iuſtitia. Iuſti autem exiſtentes indigent amicitia, & iuſtorum quidem maxime amicabile eſſe videtur.

*Et ſi ſint quidem amici, iuſtitia nō eſt opus, ſin vero ſint iuſti, indigent amicitia, & id quod maxime iuſtum eſt, ad amicitiam attinet.*

f Non ſolum autem neceſſariū eſt, ſed & bonum. Phylophilos enim laudamus, Phylophiliaq; videtur aliquid bonorum eſſe, & quidam eoſdem exiſtimant viros bonos eſſe, & amicos.

*Non ſolum autem neceſſariū eſt, ſed & honeſtū. Laudamus enim eos, qui amant amicos. Copiaque amicorum honeſtum eſſe putatur, & quidam eoſdem viros bonos eſſe, atque amicos putant.*

H

g Dubitantur autē de ipſa non pauca, hi quidem enim quandam ſimilitudinem ponunt ipſam, & ſimiles amicos, vnde ſimile aiunt ad ſimile & coloyū ad coloyum, & quæcumque talia, hi autem econtra contrarietatem figulos omnes tales adinuicem aiunt eſſe.

*Eſt autem controuerſia de ipſa non mediocris, quidam enim ſimilitudinē quandam eſſe poſuerunt, & ſimiles eſſe amicos, vnde & ſimilem ad ſimilē pergere inquiunt, & monedulam ad monedulam, & ſimilia, quidam contra figulos inter ſeſe omnis talis inquiunt eſſe.*

h Et de his ipſis ſuperius quęrunt, & naturalius. Euripides quidem dicens deſiderare quidem pluuiam terram ſiccatam, deſiderare autem venerabile cælum impletum pluuia cadere in terram, & Heraclitus contrarium conferens, & ex differentibus optimam armoniam, & omnia ſecundū litem fieri, econtrario autem his alij, & Empedocles: ſimile enim, ſimile appetit.

I

*Et de his ipſis altius naturaliuſue perquirunt, Euripides quidē inquiens.*
*Cum eſt ſicca tellus, ipſa certe tum hymbrem amat.*
*Cum turget æther, hymber cum cælum tumet.*
*Affectat vt telluris in ſinus cadat.*
*Heraclitus autē contrariū dicens eſſe conducens, & ex differētibus pulcherrimū concentū oriri, & per diſcordiā omnia fieri, ſed his contraria complures alij ſentiunt, & Empedocles, qui quidē ſimile appetere ſimile dicebat.*

i Naturalia quidem igitur quęſtionum relinquuntur, nō enim propria pręſentis intentionis, quæcumque autem ſunt humana, & conuenientia ad mores, & paſſiones hic intēdamus. Puta; vtrum in omnibus ſit amicitia, vel num poſſibile malos exiſtentes amicos eſſe, & vtrū vna ſpecies amicitiæ eſt, vel plures.

K

*Naturales igitur dubitationes omittamus, non enim ad hanc ſunt accomodatæ conſiderationem, quæ uero ſunt humanæ, & ad mores affectuſque pertinent, eas conſideremus, vt ſit ne inter omnes homines amicitia, an impoſſibile eſt prauos eſſe amicos, & vtrū vna ſpecies amicitiæ ſit, an plures.*

k ¶ Excludit



k ¶ Excludit quorundam errorem, qui exiſtimabant, quòd eſſet vna ſola ſpecies amicitiæ, propter hoc, quòd omnes ſpecies amicitiæ ſunt comparabiles ſecundum magis & minus, puta cū dicimus, quòd maior eſt amicitia honeſti, quàm vtilis, ſed ipſe dicit, quòd non crediderunt ſufficienti ſigno, quia etiam ea quę differunt ſpecie, recipiunt magis & min9, inquantū ſcilicet cōueniunt in genere, puta ſi dicamus, ꝙ album eſt coloratius nigro, vel ſecundum analogia, puta ſi dicamus, quòd actus eſt melior potentia, & ſubſtantia accidente. Vltimo autem dicit, quòd de prædictis, quæ pertinent ad res humanas circa amicitiam, dictum eſt ſuperius, ideſt a prioribus incipiendo.

k Vnam quidē enim exiſtimantes, quoniam recipit magis & minus non ſufficienti crediderunt ſigno, recipiunt enim magis & minus, & altera ſpecie, dictum aūt eſt de ipſis ſuperius.

*Qui namque unam eſſe putant, quia magis eſt, atque minus, non ſufficienti argumento ducuntur, nam & quæ ſunt diuerſa ſpecie, magis ſunt, atque minus, ſed de his antea diximus.*

## LECTIO II.

Poſtquam Philoſophus prohemialiter oſtendit, quòd oportet de amicitia determinare, & quæ ſunt de ea determinanda, hic incipit de amicitia tractare. Et primo oſtendit quid ſit amicitia. Secundo diſtinguit ſpecies eius, ibi. {Differunt autem hæc &c.} Tertio ponit ſpecierum amicitiæ proprietates in principio Noni libri, ibi. {In omnibus autem diſſimilium ſpecierum &c.} Circa primum duo facit. Primo inueſtigat quatuor partes diffinitionis amicitiæ. Secundo concludit diffinitionē amicitiæ, ibi. {Oportet igitur &c.} Primo autem inueſtigat particulam, quæ eſt ex parte obiecti. Circa qđ tria facit. Primo determinat obiectum amicitiæ. Secundo mouet dubitationē, ibi. {Vtrū igitur &c.} Tertio ponit ſolutionem, ibi. {Videtur autem &c.} Dicit ergo primo, quòd de ꝓdictis quæſtionibus forte fiet aliquid manifeſtum, ſi cognoſcamus quid ſit amabile, quod eſt obiectum amationis, a qua dicitur amicitia, non enim quodcumque indifferenter amatur, quia non amatur malum inquantum huiuſmodi. Amatur autem amabile, quod quidem eſt vel per ſe bonum, ideſt honeſtū, vel delectabile, vel vtile, hoc autem tertium, ſcilicet vtile, videtur eſſe id, per quod peruenitur ad bonum honeſtum & delectabile, quæ ſunt propter ſe amabilia vt fines, vtile autem eſt amabile propter alterum, ſicut id quod eſt ad finem. Bonum autem & delectabile ſi communiter ſumerentur, non diſtinguerentur ſubiecto abinuicem, ſed ſolū ratione, nam bonum dicitur aliquid ſecūdum quòd eſt in ſe perfectum, & appetibile. Delectabile autem ſecundum quòd in eo quieſcit appetitus, ſed ſic non ſumitur hic, ſed verum bonum hominis hic dicitur, quod ei conuenit ſecundum rationem, de- A lectabile autem ſecundum quòd eſt ſibi conueniens ſecundum ſenſum. Deinde cum dicit.
b ¶ Mouet circa hoc dubium, vtrum ſcilicet homines ament id, quod eſt bonum ſimpliciter, vel id quod eſt bonum ipſis, hæc enim quandoque abinuicem diſſonant, ſicut philoſophari eſt bonum ſimpliciter, non tamen eſt bonū indigenti neceſſarijs. Et eadem dubitatio eſt circa ipſum delectabile, nam aliquid eſt delectabile ſimpliciter, ſicut dulce, qđ non eſt delectabile huic, ſcilicet habenti guſtum infectum. Deinde cum dicit.
c ¶ Soluit prædictā quæſtionem. Et primo ponit ſolutionē, & dicit, quòd vnuſquiſque videtur amare id, quod eſt ſibi bonum, quia quælibet potentia fertur in obiectum ſibi proportionatum, ſicut viſus vniuſcuiuſque videt id, quod eſt ſibi viſibile, & ſicut ſimpliciter amabile eſt id, quod eſt ſimpliciter bonum, ita vnicuiq; amabile eſt illud, quod eſt ſibi bonum. Secundo ibi.
e ¶ Obijcit in contrarium. Et dicit, ꝙ vnuſquiſq; homo amat, non id quod eſt ſibi bonum, ſed illud quod apparet ſibi bonum. Appetitus .n. non fertur in aliquid niſi prout eſt apprehenſum, vnde videtur falſum vnicuiq; eſſe amabile, qđ eſt ſibi bonū. Tertio ibi.
f ¶ Soluit dicens, ꝙ hoc nihil differt ad propoſitū, quia cū amatur aliquid apparens bonum, amatur vt ſibi bonum, vnde etiam poteſt dici, ꝙ amabile eſt apparens bonum: ſecunda particula ꝑtinet ad qualitatem amationis, quam ponit ibi.
f ¶ Et dicit, quòd cū tria ſint propter quę homines amant ſcilicet bonum, delectabile, & vtile, in illa amatione qua dicitur homo amare inanimata, puta vinum, aut aurum, non dicitur eſſe amicitia, & hoc oſtendit dupliciter. Primo quidem, quia in tali amatione, non poteſt ee redamatio, quæ requiritur ad amicitiam, non enim vinum amat hominem, ſicut homo amat vinum. Secundo, quia non ſic amamus inanimata, vt ſit nobis voluntas boni illorum. Rediculum enim eſſet dicere, quòd aliquis vellet vino bonum, ſed hoc bonum, quod eſt vinum, homo vult ſibi, vnde per hoc, quod homo amat vinum, non videtur eſſe beniuolus vino, ſed ſibijpſi. Et ſi aliquis dicat, quòd homo vult bonum vino, quia vult ꝙ cōſeruetur, cōſiderādū eſt, ꝙ hō vult ſaluari vinū, vt habeat illud, & ita nō vult ſalutē vini inquātū eſt bonū vinū, ſed inquātū eſt bonū ſuiipſi9. Et hoc eſt cōtra rōnē amicitię, dicitur.n. quòd oportet amico velle bonū gr̄a illius, & nō ꝑꝑ bonū amantis. Tertia particula ꝑtinet ad viciſſitudinē amati, quā ponit ibi.

## LECTIO II.

Forte autem vtique de ipſis fiet manifeſtum cognitio amabili, videtur enim non omne amari, ſed amabile, hoc autem eſſe bonum aliquid, vel delectabile, vel vtile, videtur autem vtique vtile eſſe ꝑ quod ſit bonum aliquid, vel delectatio: quare amabilia quidem vtique erunt, & bonum, & delectabile, vt fines.

*Patebunt autem hæc fortaſſe ſi ipſum amabile fuerit notum, non enim omne quodcūs amatur, ſed ipſum amabile, hoc autem, aut bonum, aut iocundum, aut utile eſt, atque id utile uidebitur eſſe per quod efficitur aliquod bonum, aut uoluptas, quare fit ut amabilia ſint ipſum bonum, & iocundum ut fines.*

C

b Vtrum igitur bonum amant, vel quod ipſis bonum, diſſonāt enim quandoque hęc, ſimiliter autē, & circa delectabile ipſum.

*Vtrum igitur ipſum bonum ament homines, an id, quod ipſis eſt bonum, diſcrepant enim nonnumquam hæc, ſimiliter & ipſum iucundum.*

c Videtur autem, & quod ipſi bonum amare vnuſquiſque, & eſſe ſimpliciter quidem bonū amabile, vnicuique autem, quod vnicuique.

*Videtur autem id quiſque amare, quod bonum eſt ſibi, & eſſe ſimpliciter quidem amabile ipſum bonum, unicuique autem id, quod eſt unicuique bonum.*

d Amat autem vnuſquiſque non ens ipſi bonum, ſed apparens.

D

*Amat autem quiſque non id, quod eſt ſibi bonum, ſed quod apparet.*

e Differt autem nihil, erit enim amabile apparens.

*Neque quicquam id refert, erit enim ipſum amabile apparens.*

f Tribus autem entibus propter quæ amantur. Inanimatorum quidem amatio non dicitur amicitia, non eſt enim redamatio, neque voluntas illorum boni. Ridiculum enim forte vino velle bonum, ſed quidem ſaluari vult ipſum, vt ipſe habeat. Amico autem aiunt oportere bona velle ipſius gratia.

E

*Cum itaq; tria ſint ea, propter quæ homines amant, circa beniuolentiam quidem inanimatarum rerum non dicitur amicitia, quippe cum non ſit reciprocus amor, neque uoluntas boni illarum, eſt enim ridiculum forſitan, uino bonum quempiam uelle quod ſi vult, ſaluum illud uult eſſe, ut habeat ipſe, at oportere aiunt amico bona illius gratia uelle.*

g ¶ Et

g Volentes autem ſic bona beniuolos dicunt, ſi non idem, & ab alio fiat, beniuolentiam .n. contra paſsis amicitiam eſſe.

h Vel apponendum non latentem, multi enim ſunt beniuoli, quibus non viderunt, exiſtimãt autem æpyches eſſe vel vtiles, hoc autẽ idem, & ſi illorum aliquis patiatur, adhuc beniuoli quidem igitur iſti videntur adinuicem, amicos autem qualiter aliquis dicat latentes, vt habent ſibiipſis. G

i Oportet ergo bene velle adinuicem, & velle bona non latentes propter vnum aliquod dictorum.

H

## LECTIO III.

Differunt autem hęc adinuicem ſpecie, & amationes ergo & amicitię. Tres enim ſpecies amicitiæ ſunt æquales numero amabilibus, ſecundum vnumquodq; enim eſt redamatio non latens, amantes autem adinuicem volunt bona adinuicem ſic, ſecundum quòd amant.

b Qui quidẽ igitur propter vtile amãt adinuicẽ, nõ ſecũdũ ſeipſos amãt, ſed ſecũdũ ꝙ fit ipſis adinuicẽ bonũ, ſimiliter aũt & qui propter delectationẽ: nõ.n. in quales quoſdã eſſe diligũt eutrapelos, ſed quoniam delectabiles ſibiipſis, quiq; propter vtile amant propter ſibijpſis bonũ diligũt, & qui pp delectationem propter ſibijpſis delectabile, & nõ ſecũdũ ꝙ amatus eſt, ſed ſecũdũ ꝙ vtilis, vel delectabilis, & ſecũdũ accidẽs vtiq; amicitiæ hæ ſunt: nõ.n. ſecundũ ꝙ eſt ſic, eſt amatus, ſed ſecundum ꝙ tribuũt, hi quidem bonũ aliquod. hi autem delectationem. I K

*Eos autem qui hoc modo volunt bona, beniuolos dicunt, ſi non idem, & ab illo fiat, mutuam namque beniuolentiam amicitiam eſſe dicunt.*

*An adiungendum eſt, non latentem, ſunt enim complures hi beniuoli, quos non viderunt, putant autem ſtudioſos eſſe, vel frugi, atque fieri poteſt, vt illorum etiam quiſpiam ſimiliter ad hos afficiatur. Igitur hi mutuo quidem ſibi beniuoli eſſe videntur, amicos autem ipſos quonam modo quiſpiam dixerit latentes, vt erga ſeſe mutuo ſunt affecti.*

*Oportet ergo amicos mutuam habere beniuolentiam, & velle ſibi mutuo bona non latentes, ob vnum quid eorum, quæ dicta ſunt.*

## LECTIO III.

*Differunt autem hæc ſpecie & amores, ergo & amicitiæ. Tres igitur ſunt amicitiæ ſpecies, æquales numero amabilibus ipſis. Ob unumquodque enim eſt mutuus amor non latens, atque qui ſe ſe mutuo amant, hoc bona ſibi inuicem uolunt, quo amant.*

*Qui igitur ob utilitatem ſe mutuo amant, non per ſe amant, ſed quo aliquod a ſe inuicem capiunt bonum, ſimiliter & qui amant ob uoluptatem, non enim facetos amant, quia ſunt tales, ſed quia ipſis afferunt uoluptatem: qui igitur ob utilitatem amant, ob ſuum diligunt bonum, & qui ob uoluptatem, ob id, quod eſt ipſis iocundum, & non quo talis eſt is, qui amatur, ſed quo eſt utilis, aut iucundus. Per accidens igitur hæ ſunt amicitiæ, non enim amatur quo talis eſt is, qui amatur, ſed quo uel bonum aliquod affert, uel uoluptatem.*

g ¶ Et dicit, quòd ſi aliqui velint bona alicui illius gratia, dicimus eos beneuolos, ſed non dicimus eos amicos, ſi non illud fiat ab illo, vt ſcilicet amatus velit bonum amanti eius gratia, quia amicitiam dicimus eſſe beniuolentiam in contrapaſſis, vt ſcilicet amans ametur, habet enim quandam commutationem amoris, ſecundum formam commutatiuę iuſtitię. Quarta particula ſumitur ſecundum conditionẽ mutui amoris, & hanc ponit ibi.

h ¶ Et dicit, quòd ad hoc apponendum eſt ad complendam rationem amicitiæ, quòd ſit beniuolentia mutua non latẽs, multi enim ſunt beniuoli aliquib[9], quos numquam viderunt, inquantum ex auditis exiſtimant eos eſſe æpyches, ideſt virtuoſos, vel vtiles ſibi. & poteſt eſſe, quòd idẽ patiatur aliquis illorum ad eum, qui ſic eſt beniuolus, huiuſmodi ergo homines videntur eſſe beniuoli adinuicẽ, ſed non poſſunt dici amici cum id lateat eos qualiter ſe habeant adinuicem. Deinde cum dicit.

i ¶ Cõcludit ex præmiſſis diffinitionem amicitiæ, & dicit, ꝙ oportet ad rationem amicitiæ, quòd per eam aliqui ſibi bene velint adinuicem, & quòd hoc non lateat eos, & quòd hoc ſit propter vnum aliqđ prædictorum, ſcilicet propter bonum, vel delectabile, vel vtile.

### LECTIO III.

Poſtquam Philoſophus oſtẽdit quid eſt amicitia, hic diſtinguit ſpecies amicitię. Et circa hoc duo facit. Primo diſtinguit ſpecies amicitiæ. Secundo oſtendit, in quibus amicitiæ ſpeciebus fiunt accuſationes, ſeu conquæſtiones, ibi. {Trinis itaque exiſtentibus &c.} Circa primum duo facit. Primo diſtinguit ſpecies amicitię, quę in æqualitate perſonarum ſaluatur. Secundo diſtinguit ſpecies amicitiæ, quæ eſt inter inæquales perſonas, ibi. {Altera enim eſt amicitiæ ſpecies &c.} Circa primum duo facit. Primo diſtinguit amicitiæ ſpecies. Secundo oſtendit eas in æqualitate conſiſtere, ibi. {Sunt autem differentiæ amicitiæ &c.} Circa primum tria facit. Primo diſtinguit amicitiæ ſpecies. Secundo determinat de eis per comparationem ad actum, ibi. {Quemadmodum autem in virtutibus &c.} Tertio per comparationem ad ſubiectum, ibi. {In ſeueris autem, & ſenibus &c.} Circa primum duo facit. Primo ponit ſpecierũ diſtinctionem. Secundo determinat de ſingulis ſpeciebus, ibi.

F {Quę quidem igitur &c.} Dicit ergo primo, quòd cum ſint tria amabilia, ſicut dictum eſt, ſcilicet bonum, ideſt honeſtum ſimpliciter, delectabile, & vtile, hæc differunt ſpecie abinuicem, non quidem ſicut tres ſpecies ex æquo diuidentes aliquod genus, ſed ſecundum prius & poſterius ſe habent, & quia ſecundum differentiam obiectorum diuerſificantur actus, conſequẽs eſt, quòd amationes ſecundum hæc tria differant ſpecie, vt ſcilicet alia ſit ſpecies amationis, qua amatur aliquid propter bonum, & alia qua amatur aliquid propter delectabile, & alia qua propter vtile: & quia amicitiæ actus eſt amatio, conſequẽs eſt, quòd etiã ſint tres ſpecies amicitiæ æquales numero amabilibus, quarũ vna eſt amicitia propter honeſtum, quod eſt bonum ſimpliciter: alia propter delectabile, & tertia propter vtile. In ſingulis enim eorum ſaluatur ratio amicitiæ ſuprapoſitæ, quia ſecũdum vnumquodque horum trium poteſt eſſe aliquorum redamatio non latens, & ſecundũ hęc tria poſſunt ſibi bona velle adinuicem ſecundũ quòd amant, puta, ſi amant ſe propter virtutem, volunt ſibi inuicem bonum virtutis, ſi autem propter vtile, volunt ſibijnuicem bona vtilia, & ſi propter delectationem, delectabilia. Deinde cum dicit.

b ¶ Determinat de ṗdictis amicitię ſpeciebus, quæ quidem non æqualiter ſub amicitia continentur, ſed ſecundum prius & poſterius, ſic ergo tria facit. Primo determinat de amicitia vtili, & de ea quæ eſt delectabilis, quæ per poſterius rõnẽ amicitiæ participant. Secũdo determinat de amicitia honeſti, qđ eſt bonum ſimpliciter, cui primo & per ſe cõpetit ratio amicitiæ, ibi. {Perfecta autẽ eſt bonorũ &c.} Tertio cõparat alias amicitias ad iſtam, ibi. {Quę autem propter delectabile.} Circa primum duo facit. Primo oſtendit quales ſint ſpecies amicitiæ imperfectæ. Secundo quibus competunt, ibi. {Maxime autem in ſenibus.} Circa primum duo facit. Primo oſtendit amicitiam vtilem, & delectabilem eſſe amicitias per accidens. Secũdo oſtendit, ꝙ ſunt facile diſſolubiles, ibi. {Facile diſſolubiles vtique &c.} Dicit ergo primo, quòd illi qui amant ſe adinuicem propter vtilitatem, vnus non amat alterum propter ſeipſum, ſed ſecundum quòd ab altero accipit ſibi aliquod bonum, & ſimile eſt in his, qui ſe amant propter delectationem: non.n. vnus amat alium propter hoc quòd eſt taliter diſpoſitus, puta ꝙ eſt



c Facile ſolubiles vtique tales ſunt, non permanentibus ipſis ſimilibus, ſi enim non adhuc delectabiles, vel vtiles ſint quieſcunt amantes, vtile autem non permanet, ſed aliàs fit aliud, diſſoluto igitur propter quod amici erant, diſſoluitur & amicitia, vt exiſtente amicitia ad illa. B

d Maxime autem in ſenibus talis videtur amicitia fieri, non enim delectabile tales perſequũtur, ſed vtile.

e Et eorum qui in adoleſcentia iuuenũ quicumq; conferens perſequuntur, non oĩno aũt tales nec conuiuunt adinuicem, quandoq; .n. neq; ſunt delectabiles, neq; vtiq; indigent tali ſocietate ſi non vtiles ſint. Intantum enim ſunt delectabiles, inquantum ſpem habent boni. C

f In has autem & peregrina imponunt.

g Iuuenum autẽ amicitia propter delectationẽ eſſe videtur, ſecundum paſsionem enim iſti viuunt, & maxime proſequuntur delectabile ipſis, & pręſens.

h Aetate autem tranſcendente & delectabilia fiũt altera, ṗpter quod velociter fiunt amici, & quieſcunt, ſimul enim cum delectabili amicitia tranſcenditur, talis autem delectationis velox tranſmutatio. D

i Et amatiui autem iuuenes, ſecundum paſsionẽ.n. & propter delectationẽ eſt, quòd multum amatiuę, propter quod amant, & cito quieſcunt, multotiẽs eadem die tranſcendentes, commanere autem per totam diẽ, & cõuiuere iſti volunt, fit enim ipſis, quod ſecũdũ amicitiã ſic. E

k Perfecta aũt eſt bonorũ amicitia, & ſecũdũ virtutẽ ſimilium.

*Tales autem amicitiæ facile diſſolui poſſunt, non permanentibus ipſis ſimilibus, nam ſi non vlterius iucundi ſint, aut vtiles, amare deſiſtunt, vtilitas autem nõ permanet, ſed aliàs, alia fit. Dimoto igitur eo propter quod erant amici, diſſoluitur & amicitia, vtpote quæ ob illud erat.*

*Maxime autem amicitia talis in ſenibus fieri conſtat, huius enim ætatis homines non voluptatem, ſed vtilitatem ſequuntur.*

*Et in ijs iuuenibus atque viris, qui ſuæ ſtudent vtilitati, tales autem nec multum ſimul viuunt, interdum enim nec ſunt iucundi, nec indigent: igitur tali congreſſione ſi nõ ſint utiles, nam eouſque iucundi ſunt, quouſque boni conſequendi ſpem habent.*

*Cum ijs amicitijs, & hoſpitalitium ponunt.*

*Iuuenum autem amicitia ob uoluptatem conſtat, uiuunt enim cum affectu, & id maxime ſequuntur, quod ſibijpſis eſt iucundum, & præſens.*

*At cum mutatur ætas, alia fiunt & ipſa iucunda, quo circa, cito fiunt amici citoque deſiſtunt, nam ſimul cũ eo quod ipſos afficit uoluptate, & amicitia ipſa mutatur, talis uero uoluptatis celeris fit mutatio.*

*Proni ſunt etiam ipſi iuuenes ad amores. Plurimum enim amatoriæ amicitiæ perturbatione fiunt, & ob uoluptatem, quapropter amant, & cito deſiſtunt eadem die propoſitum ſæpe mutantes, hi uolunt totos dies und uerſari ſimulque uiuere, ſic enim fit ipſis, id quod per amicitiam ſuam affectant.*

*Bonorum autem amicitia ſimiliumque uirtute perfecta eſt amicitia.*

eſt eutrapelus, ideſt virtuoſe ſe habens circa ludos, ſed ſolum inquantum eſt ſibi delectabilis, & ſic patet, quòd tam illi, qui amant propter vtile, amant propter bonum quod eis prouenit, quàm etiam illi, qui amant propter delectationem, amant propter delectabile, quod percipiunt, & ita non amant amicum ſecundum quòd ipſe in ſe eſt, ſed ſecundum id quod accidit ei, ſcilicet ſecundum ꝙ eſt vtile, vel delectabile, vnde patet, quòd huiuſmodi amicitiæ nõ ſunt amicitiæ per ſe, ſed per accidens, quia non amatur homo ſecundum id ꝙ ipſe eſt, ſed ſecundũ quòd aliquid exhibet ſecundum vtilitatem, vel delectationem. Deinde cum dicit.

c ¶ Oſtendit huiuſmodi amicitias facile eſſe diſſolubiles, ſũt enim propter aliqđ quod accidit hominibus, qui amantur, in quo homines non ṗmanent ſemper ſibi ſimiles, ſicut nõ ſemper idem homo eſt delectabilis, vel vtilis, quãdo igitur illi qui amabantur deſinunt eſſe delectabiles, vel vtiles, amici eorum quieſcunt ab amando. Et hoc maxime manifeſtum eſt in amicitia vtilis, nõ enim ſemper eſt idẽ vtile homini, ſed aliud & aliud ſecundum diuerſa tempora, & loca, ſicut in ęgritudine eſt vtilis medicus, & in nauigando nauta, & ſic de alijs quia ergo amicitia non habebatur ad ipſum hominem ſecũdum ſe, ſed ad vtilitatem, quę ab ipſo eſt, conſequens eſt, quòd diſſoluta amicitiæ cauſa, etiã amicitia diſſoluatur, & ſimile cõtingit circa amicitiam delectationis. Deinde cum dicit.

d ¶ Oſtendit quib[9] huiuſmodi amicitiæ competant. Et primo oſtendit, quibus cõpetat amicitia vtilis. Secundo quibus competat amicitia delectabilis, ibi. {Iuuenum autem amicitia &c.} Ponit autem tria genera hominum, quibus competit amicitia vtilis. Et primo dicit, quòd maxime talis amicitia videtur fieri in ſenibus, qui non quærunt delectabile, propter delectabilitatem corporis, & ſenſuum, ſed quærunt vtile, inquantum ſcilicet indigent, vt ſubueniatur naturæ iam deficienti. Secundo ibi.

e ¶ Dicit, quòd hæc amicitia competit adoleſcentibus, & iuuenibus, qui quærunt vtile, & hi quidem non omnino ſunt tales, vt ſe mutuo amentę, neque etiam conuiuunt adinuicem, quia quandoque non ſunt ſibiinuicem delectabiles, nec vnus indiget ſocietate alterius niſi ſolum propter vtilitatem. Intantũ enim mutua ſocietas eſt eis delectabilis, inquantum per hoc habent aliquam ſpem boni, ad quod ſit eis vtilis talis ſocietas. Tertio ibi.

f ¶ Dicit, quòd ad amicitias, quæ ſunt propter vtilitatem, quidam reducunt etiam amicitiam peregrinorum, qui ſeinuicem amare videntur propter vtilitatem, quam vnus ab alio habet in ſua peregrinatione. Deinde cum dicit.

g ¶ Oſtendit quibus cõpetat amicitia delectabilis. Et circa hoc duo facit. Primo oſtendit quibus competat huiuſmodi amicitia, & dicit, quòd amicitia, & dicit, quòd amicitia, quæ eſt propter delectationẽ maxime videtur eſſe iuuenum, quia uiuunt ſecundum quòd feruntur a paſſionibus nondum roborato ĩ eis iudicio rationis, quo paſſiones ordinentur, & quia paſſiones omnes terminantur ad delectationẽ & triſtitiam, ut in Secundo habitum eſt, conſequens eſt, quòd ipſi maxime proſequuntur id quod eſt eis delectabile ſecundum præſens tẽpus. Paſſiones enim pertinent ad partem ſenſitiuam, quæ maxime reſpicit præſens, amare autẽ hoc, quia eſt factiuum delectationis in futurum, iam accedit ad rationem utilis. Secundo ibi.

h ¶ Oſtendit horũ amicitias eſſe facile mutabiles dupliciter. Primo quidem ex parte delectabilium, quia ſcilicet tranſeunte ętate, fiũt eis alia delectabilia. Nõ enim eadẽ ſunt, in quibus delectantur pueri, & adoleſcentes, & iuuenes, & ideo tales de facili fiunt amici, & de facili ceſſant, quia ſimul tranſmutato delectabili, tranſit amicitia. Iuuenilis autẽ delectationis eſt uelox tranſmutatio, eo quòd tota eius natura in quadam tranſmutatione conſiſtit. Secundo ibi.

i ¶ Oſtendit idẽ ex parte amantium. Et dicit, quòd iuuenes ſunt amatiui, ideſt prompti, & uehementes in amore, quia ſcilicet amant, non ex electione, ſed ſecundum paſſionem, & inquantum concupiſcũt delectationẽ: & ideo uehemẽter intenſe amãt. & quia paſſio de facili tranſit, ſicut & facile aduenit, inde eſt, ꝙ tales ſicut de facili amare incipiunt, ita cito quieſcunt ab amando, & multotiens eadem die amicitiam ineunt, & diſſoluunt, ſed quamdiu amicitia durat, uolunt tales per totum diem ſibijnuicem commanere, & conuiuere ſibijpſis, inquantum ſunt ſibi mutuo delectabiles. Iſto enim modo diſponitur in eis amicitia. Deinde cum dicit.

k ¶ Determinat de amicitia principali, quę eſt propter bonum uirtutis. Et primo proponit huiuſmodi amicitiam eſſe perfectã, & dicit,

& dicit, quòd illa amicitia, quæ eſt bonorum, & ſibiinuicem ſimilium ſecundum virtutem, eſt perfecta amicitia. Secundo ibi.
l Probat, quod dixerat oſtendendo conditiones huiuſmodi amicitiæ. Et primo oſtendit, quòd huiuſmodi amicitia, eſt per ſe, & non per accidens. Secundo oſtendit, quòd nihil ei deeſt, ibi. { Et vterque ſimpliciter bonus &c.} Tertio, quòd eſt rara, ibi. { Raras autem veriſimile &c.} Circa primum tria facit. Primo oſtẽdit, quòd prędicta amicitia eſt per ſe, & non per accidens. Illi enim, qui ſunt ſibi ſimiles ĩ virtute, volunt ſibiinuicem bona inquantũ ſunt boni, ſunt autẽ boni, ſecundum ſeipſos, nã virtus eſt quædam perfectio faciẽs hominem bonum, & opus ipſius. Ergo patet, quòd tales volũt ſibi bona, ſecundum ſeipſos, vnde eorum amicitia eſt per ſe. Secundo ibi.
m Ex hoc cõcludit, quòd talis amicitia ſit maxima, ſemper enim illud quod eſt per ſe, eſt potius eo quod eſt per accidẽs. Cum igitur hæc amicitia ſit per ſe, aliæ autem per accidens, conſequens eſt, quòd virtuoſi, qui volunt bonum amicis propter eos, & non propter aliquid, quod ſibi ex eis proueniat. ſunt maxime amici. Tertio ibi.
n ¶ Concludit vlterius per hoc, quòd tales amãt ſeipſos propter hoc, quòd boni ſunt, conſequens eſt, quòd eorum amicitia permanet quouſque ſunt boni ſecundum virtutem, virtus autem eſt habitus permanens, & nõ de facili tranſiens, vt patet ex his, quæ in Secundo dicta ſunt, ergo talis amicitia ẽ diuturna. Deinde cũ dicit.
o ¶ Oſtendit, quòd huic amicitiæ nihil deeſt, quod pertinet ad rationẽ perfecti, vt patet ĩ Tertio Phyſicorũ. Et circa hoc

Tex. cõ. 64

tria facit. Primo oſtendit, quòd hæc amicitia comprehendit ea quæ ſunt in alijs amicitijs, & dicit, quòd in iſta amicitia vterque amicus eſt bonus, non ſolum ſimpliciter, ſcilicet ſecundum ſeipſum, ſed etiam ſecundum comparationem ad ſuum amicum, quia illi qui ſunt virtuoſi, ſunt etiam ſimpliciter boni, & vtiles ſibijnuicem, & ſimpliciter delectabiles, & hoc ideo, quia vnicuique ſunt delectabiles proprię actiones, & tales ideſt actiones ſimiles proprijs. Actiones autem virtuoſorum ſunt quidem, quę vnius proprie ſibi, & quæ alterius ſimiles proprijs, non enim contrariantur ſibi operationes, quæ ſunt ſecundum virtutem, ſed omnes ſecundum rationem rectam ſunt, ſic ergo manifeſtũ eſt, quòd amicitia virtuoſorum non ſolum habet bonum ſimpliciter, ſed etiam delectationem, & vtilitatem. Secundo ibi.

l Iſti enim bona ſimiliter volũt ſecundum quòd boni, boni autem ſunt per ſeipſos.

m Volentes autem bona amicis illorum gratia maxime amici, propter ſeipſos enim ſic habent, & non ſecundũ accidens.

G

n Permanet igitur horum amicitia vſquequo vtiq; boni ſunt Virtus autem manſiuum.

o Et vterq; ſimpliciter bonus, & amico. Boni.n. & ſimpliciter boni vtiles adinuicem, ſimiliter autem & delectabiles, boni.n. & ſimpliciter delectabiles adinuicem: vnicuique enim ſecundum delectationem ſunt proprię actiones, & tales, bonorum autem tales, & ſimiles.

H

p Talis.n.amicitia manſiua rationabiliter eſt, copulat.n.in ipſa omnia quęcumque oportet amicis exiſtere. Omnis n. amicitia propter bonum eſt, vel propter delectationem, vel ſimpliciter, vel amanti, & ſecundum ſimilitudinem quandam, huic autem exiſtunt omnia dicta ſecundum ſeipſos, hac enim ſimiles, & reliqua, & ſimpliciter bonũ & delectabile ſimpliciter eſt.

I

q Maxime itaque hæc amabilia, & amare autem, & amicitia in his maxime, & optima.

r Raro autẽ veriſimiliter cõueniẽs tales eſſe, pauci enim tales.

ſ Adhuc autem indiget tempore, & conſuetudine: ſecundum prouerbium.n. non eſt ſcire, adinuicem autem ante dictos ſal cõſumere, neq; acceptari oportet prius, neque eſſe amicos antequam vterque vtrique appareat amabilis, & credatur.

K

*Hi namque mutuo ſibi bona ſimiliter volunt, quo boni ſunt, boni uero ſunt per ſeipſos.*

*Atque ij maxime ſunt amici, qui bona amicis illorum gratia uolunt, propter ſeipſos enim ita ſeſe habent, & nõ per accidens.*

*Permanet igitur horum amicitia quamdiu ſunt boni, at uirtus res permanens eſt.*

*Atque horum uterque bonus eſt ſimpliciter, & amico, boni enim ipſi, & abſolute, & ſibi mutuo boni ſunt, & utiles, & iucundi ſimili modo, nam boni, & abſolute, & ſibi mutuo ſunt iucundi, ſingulis enim proprie actiones ſunt uoluptati, & quæ ſunt tales, bonorum autem actiones tales ſunt, aut ſimiles.*

*Talis autem amicitia non ſine ratione permanens eſt, coniunguntur enim in ipſa omnia, quæ in amicis eſſe oportet, nam omnis amicitia, aut eſt ob bonum, aut ob uoluptatem, uel ſimpliciter, uel amanti, & ob ſimilitudinem quandam, hæc autem omnia bonorum per ſeipſos amicitiæ inſunt, huic enim ſimiles ſunt & cæteræ, & id quod eſt abſolute bonum eſt, & iucundum ſimpliciter.*

*Maxime igitur hæc ſunt amabilia, & amare, ac amicitia in his eſt maxime, & optima amicitia.*

*Sunt autem merito tales amicitiæ raræ. Pauci enim ſunt tales.*

*Tempore inſuper, & conſuetudine opus eſt: ſecundum enim prouerbium, non fit ut mutuo ſe cognoſcant priuſquam ſimul conſumant dictam ſalis menſuram: nec igitur fit ut prius recipiant ſe, ſintque amici, quàm amabilis utique uideatur eſſe, atque credatur uterque.*

F p ¶ Concludit iterum, quòd talis amicitia rationabiliter eſt diu permanſiua, & non facile pertranſiens, quia in ea coniunguntur omnia quæcumque requirũtur ad amicos. Omnis enim amicitia eſt propter bonum, vel propter delectationem, & hoc vel ſimpliciter, puta cum id, quod amatur eſt ſimpliciter bonũ, & delectabile, vel quia eſt bonum, vel delectabile amãti, & hoc eſt eſſe bonum, & delectabile non ſimpliciter, & proprie, ſed ſecundum quandam ſimilitudinem ad id, quod eſt vere, & proprie bonum, & delectabile. In hac enim amicitia omnia prædicta exiſtunt nõ per accidens, ſed per ſe. Illi enim qui ſunt ſimiles ſecundum hãc amicitiam virtutis, & reliqua bona habẽt, quia qđ eſt ſimpliciter bonum, etiã eſt delectabile, & ſic quia huiuſmodi amicitia habet omnia, quæ ad amicitiam requiruntur, non de facili diſſoluitur. Illud enim prętermitti conſueuit, in quo defectus aliquis inuenitur. Tertio ibi.
q ¶ Concludit iterum hanc amicitiam eſſe maximam, quia ſcilicet illa ĩ quibus coniunguntur omnes rationes amãdi, ſunt maxime amabilia, & talia ſunt bona honeſta, quia & ſunt bona ſimpliciter, & ſunt delectabilia, & vtilia, vnde per conſequens oportet, ꝙ amare in his maxime accidat, & amicitia horum ſit maxima. Deinde cum dicit.
r ¶ Oſtendit prędictam amicitiam eſſe raram, quod eſt ſignum perfectionis, nam perfectio ĩ quolibet genere rarius inuenitur. Circa hoc autem tria facit, Primo oſtendit propoſitum. Secundo excludit oppoſitum, ibi. { Qui autẽ cito &c.} Tertio æpilogum, ibi. { Hoc quidẽ igitur &c.} Propoſitũ autem oſtendit duabus rationibus, quarũ prima eſt: Quia hæc amicitia eſt virtuoſorum. pauci autem ſunt tales propter difficultatem attingendi medium, vt dictum eſt in Secundo, vnde veriſimile eſt, quòd tales amicitiæ ſunt raræ. Secundam rationem ponit ibi.

Lect. 4.

s ¶ Quia ſcilicet amicitia talium indiget longo tempore, & mutua aſſuefactione, vt ſeinuicem poſſint cognoſcere virtuoſos, & amicos, quia ſecundum quòd dicitur in prouerbio, non contingit, quòd aliqui ſeinuicem cognoſcant, antequam ſimul comedant menſuram ſalis. Non oportet autem, quòd vnus acceptet alium ad hoc, quòd ſit eius amicus, antequam vnus appareat alteri amandus, credaturq; ita eſſe, & hoc raro contingit, vnde tales amicitiæ ſunt raræ. Secundo ibi.

t ¶ Excl



t ¶ Excludit obiectionẽ de illis, q videnẽ cito fieri amici, & dicit, quòd illi qui cito ſibijnuicem exhibent opera amicitiæ, manifeſtant quòd uolunt eſſe amici, non tñ adhuc ſunt, quouſque ſciant, ꝙ ſint amabiles inuicem, & ſic patet, ꝙ cito fit in homine voluntas amicitiæ, & tamen non ita eſt de amicitia. Tertio ibi.
u ¶ Aepylogando cõcludit, quòd prædicta amicitia eſt perfecta, & ſecundum tempus, quia eſt diuturna, & ſecundum reliqua, quę dicta ſunt, & perficitur ſecundũ omnia, quæ ſunt in alijs amicitijs, & ſimile fit vtrique amicorum ab altero, qđ requiritur ad amicitiam propter hoc, ſcilicet quòd ſunt ſimiles in virtute.

A & quantitate differentes, oportet, quòd ad permanentiam amicitiæ non ſolum rependatur delectatio, ſed etiam ab eodem delectabili, ſicut accidit in eutrapelis, quorum vnus delectatur in ludo alterius, non autem oportet ſic eſſe, ſicut accidit inter duas perſonas ſe amantes amore venereo, quia quandoque tales non delectantur in eiſdem, ſed amator delectatur ĩ hoc, quòd videt amati pulchritudinem, amatus autem in hoc, quòd recipit ſeruitium ab amatore, quibus ceſſantibus, quandoque ceſſat amicitia delectabilis, dum ſcilicet ab vna parte ceſſat viſio, & ex alia parte ceſſat ſeruitium. Secundum modum permanentiæ ponit ibi.

t Qui autem cito adinuicem amicabilia faciunt, volũt quidẽ amici eſſe, non ſunt aũt, ſi nõ & amabiles, & hoc ſciant, volũtas quidẽ igitur velox amicitiæ fit, amicitia autem non.

v Hæc quidem igitur, & ſecundum tempus, & ſecundum reliqua perfecta eſt, & ſecundũ omnia hæc fit, & ſimile vtrique ab vtroque quod oportet amicis, exiſtere.

B

*Qui vero ea celeriter inter ſeſe mutuo faciunt, quæ ad amicitiam attinent, volunt quidem eſſe amici, ſed non ſunt, niſi ſint amabiles, & idipſum ſciant, amicitiæ namque voluntas, non amicitia celeriter fit.*

*Hæc igitur & tempore, & cæteris perfecta eſt amicitia, & per hæc omnia fit, & vtrique ſimilis eſt ab vtroque, quod quidem amicis inſit oportet.*

## LECTIO IIII.

Poſtquam Philoſophus determinauit de trib⁹ amicitię ſpecieb⁹, hic cõparat eas adinuicem. Et circa hoc tria facit. Primo oſtendit, in quo aliæ amicitię ſunt ſimiles perfectæ. Secũdo, in quo ab ea differant, ibi. { Propter delectationem quidem igitur &c.} Tertio æpylogat ea, quæ dicta ſunt, ibi. { Species autem amicitiæ &c.} Circa primum duo facit. Primo oſtẽdit ſimilitudinẽ aliarum amicitiarum ad perfectam quantum ad cauſam amandi, & dicit, quòd illa amicitia, quæ eſt propter delectabile habet ſimilitudinem perfectæ amicitiæ inquãtum virtuoſi ſunt ſibiinuicem delectabiles, & ſimiliter amicitia, quæ eſt propter vtile eſt ſimilis perfectæ amicitiæ, inquantum virtuoſi ſunt ſibiinuicem vtiles. Secundo ibi.
b ¶ Oſtendit ſimilitudinem quantũ ad permanentiã amicitiæ. Et circa hoc duo facit. Primo oſtẽdit, quõ amicitiæ vtilis & delectabilis ſũt ꝑmanſiuę. Secundo, q̃ earum ſit permanentior, ibi. { Quæ autẽ propter vtile &c.} Circa primum duo facit. Primo proponit duos modos, quibus p̃dictę duę amicitiæ ſunt permanentes, & in hoc habent ſimilitudinem perfectæ amicitię. Secundo ponit modos, in quibus deficiunt a permanentia, ibi. { Qui autem non delectabile &c.} Primo ergo ponit primum modum permanentiæ dicens, quòd etiam in his, qui ſunt amici propter vtile & delectabile, maxime ſunt amicitiæ permanentes, cum idem & æquale ſibiinuicem rependant, puta delectationem pro delectatione, & quia ſecundum diuerſa delectabilia ſunt diuerſę delectationes ſpecie,

## LECTIO IIII.

Qvæ autem propter delectabile ſimilitudinẽ huius habet, etenim boni delectabiles adinuicem, ſimiliter autem & qui propter vtile, etenim tales adinuicem boni.

C

b Maxime autem, & in his amicitię permanent cũ ęquale fiat abinuicem, puta delectatio, & non ſolum ſic, ſed ab eodem quale eutrapelis, & nõ vt amatori & amato: neque enim in eiſdẽ delectantur iſti, ſed hic quidem videns illum, hic autem famulatum recipiens ab amatore, finiẽte autẽ pulchritudine, quandoq; & amicitia finit, huic quidẽ enim non eſt viſio delectabilis, huic autem non fit famulatus.

D

c Multi autem rurſus permanent, ſi ex conſuetudine mores diligunt ſimilis conſuetudinis exiſtens.

d Qui autem non delectabile commutant, ſed vtile in amabilib⁹, & ſunt minus amici, & permanent.

e Qui autem propter vtile exiſtentes amici, ſimul cum conferente diſſoluũtur, non enim adinuicem erant amici, ſed vtilis.

E

f Propter delectationẽ q dẽ igitur, & propter vtile, & prauos

## LECTIO IIII.

*EA vero, quæ ob voluptatẽ, & ea quæ ob vtilitatem eſt ſimilitudinem huius habent, boni namque, & iucundi & utiles ſibi mutuo ſunt.*

*Maxime autem & tales amicitiæ permanent, cum æquale fit ab vtriſquæ, & uoluptas, & non ſolum hoc modo, ſed etiam ab eodem, ut inter facetos fit, & non inter amatorem ac adamatum: hi namque non delectantur eiſdem, ſed ille quidem aſpectu gaudet adamati, hic autem obſequio amatoris: deſinente uero pulcrhitudine, amicitia quoque nonnumquã deſinit, illi namque aſpectus non eſt iucundus, huic autem obſequium non præſtatur.*

*Plerique autem in amicitia permanent, ſi ex conſuetudine mores dilexerunt, eoſdem mores habentes.*

*Sed qui non uoluptatem in amoribus, ſed utilitatem commutant, ij & minus ſunt amici, & minus permanent.*

*Qui uero ſunt ob utilitatem amici, ii ſimul cum utilitate diſsoluuntur, non enim hi ſeſe mutuo, ſed utilitatem amabant.*

*Fit igitur, ut in praui prauis, & boni prauis, & neutri quibuſuis*

c ¶ Et dicit, quòd etiam in amicitia vtilis & delectabilis, multi permanent in amicitia, ſi vnus diligat mores alterius, ſicut luxurioſus diligit mores alterius luxurioſi, vel vnus cupid⁹ lucri, diligit mores alterius, nõ quòd tales mores ſint ſecũdũ ſe diligibiles, ſed ſecundum conſuetudinẽ, inquantum ſcilicet ambo ſunt ſimilis conſuetudinis, ſimilitudo autem eſt per ſe cauſa amicitiæ niſi per accidens impediat priuatum bonum, vt ſupra dictũ eſt, vnde cum mores mali ex conſuetudine acquiſiti ſint permanentes, ſequitur quòd talis amicitia ſit permanſiua. Deinde cum dicit.
d ¶ Ponit modum, quo amicitia deficit in permanendo, & dicit, quòd illi qui in amabilibus, non recompenſant delectabile pro delectabili, ſed vtile pro delectabili, ſunt minus amici propter minorem ſimilitudinem, vnde minus permanent in amicitia. Deinde cum dicit.
e ¶ Comparat permanentiam vtriuſq; amicitiæ, & dicit, ꝙ illi qui ſunt amici propter vtile, ſimul ſeparantur ab amicitia ceſſante vtilitate, quia non erant adinuicem amici ſui ipſorum, ſed vtilitatis: delectatio autem magis prouenit ab ipſo amato, ſecundum ſeipſum, quàm vtilitas, quæ eſt quãdoque ſecundum aliquã rem exteriorẽ. Deinde cũ dicit.
f ¶ Ponit duas differẽtias duarum amicitiarũ ad perfectã. Primo ergo concludit ex præmiſſis, ꝙ propter delectationẽ, & vtilitatẽ poſſunt ſibijnuicẽ fieri amici hoĩes cuiuſcũque cõditionis, ſcilicet boni bonis, & mali malis, & ẽt illi qui nõ ſunt virtuoſi, nec vitioſi, & ad vtroslibet, & adinuicẽ, ſed ſm perfectã amicitiam, qua homines ꝑpter ſeipſos amanẽ, nõ pñt fieri amici niſi boni,

quia in malis non inuenitur aliquid, vnde poſſint ſeinuicem amare, aut in ſe delectari, niſi propter aliquam vtilitatem. Secundam differentiam ponit ibi.
g ¶ Et dicit, quòd ſola amicitia bonorum, quæ eſt perfecta, eſt de ſe intranſmutabilis. Tranſmutatur enim amicitia maxime per hoc, quòd vnus amicorum inuenit in alio id, quod amicitiæ contrariatur, ſed hoc non poteſt contingere ĩ amicitia bonorum, quia homo nõ de facili credit aliquod malum de illo quem multo tempore probauit, & numquam inuenit eũ aliquid iniuſtum facientem, & in quo inuenit omnia, quęcumque reputantur digna ad veram amicitiã, vnde talis amicitia non diſſoluitur, tum quia eſt per ſe, & non per accidens, tũ quia eſt perfecta, omnia in ſe continens quæ ad amicitiam requiruntur, quæ rationes ſunt ſupra poſitę, tum etiam quia non compatitur impedimentum amicitiæ, quòd nunc pro ratiõe inducitur, ſed in alijs amicitijs, nihil prohibet, quòd vnus credat malum de alio, quòd vnus iniuſtum faciat alij, vnde non eſſent ſecũdum has amicitias dicendi aliqui amici, ſed quia homines cõſueuerunt tales vocare amicos tam illos, quàm qui propter vtile amant, ſicut dicitur eſſe amicitia inter ciuitates propter vtilitatẽ compugnationis contra inimicos, quàm eos qui diligunt ſeinuicem propter delectationem, ſicut patet de pueris, ideo oportet, quòd etiam nos ſequendo conſuetudinem communiter loquentiũ tales nominemus amicos. Deinde cũ dicit.
h ¶ Epilogat, quæ dicta ſunt de ſpeciebus amicitiæ. Et dicit, quòd plures ſunt amicitiæ ſpecies. Et primo quidem & principaliter eſt amicitia bonorũ, ſecũdũ ꝙ ſunt boni: reliquę aũt amicitiæ dicũtur ſecũdũ ſimilitudinẽ eius. Intãtũ.n. dñr ſecundũ illas amicitias aliqui amici, inquantũ eſt ibi aliqua ſimilitudo verę amicitię. Manifeſtũ eſt enim, ꝙ delectabile uidetur eſſe quoddã bonũ amatoribus delectationũ, & ita hæc amicitia habet aliquam ſimilitudinem eius, quæ eſt ſimpliciter bonum, & F eadẽ ratio eſt de amicitia vtilis, nec tamẽ hæ duæ amicitiæ ſemper coniunguntur, vt ſcilicet ſint idẽ amici, ꝑꝑ vtile, & delectabile, quia ea q̃ ſunt ꝑ accñs, nõ cõiũgunt vł̃r, vt muſicũ, & albũ, prædictæ aũ amicitiæ ſunt ꝑ accñs, ſicut ſupra dictũ eſt, vñ non ſemꝑ coniungunt, ſi igit cũ in ꝑdictas ſpecies amicitia diuidat, mali poſſunt ſibijnuicem eſſe amici, inquãtũ, ſcilicet ſunt ſibi ſimiles ĩ altero horũ; ſed ſoli boni ſunt ſimpliciter amici, alij autem ſunt amici ſecũdum ſimilitudinem, inquantum ſcilicet aſſimilantur bonis.

contingit amicos adinuicem eſſe, & æpyiches prauis, & neutrũ quodcumque, propter ſeipſos autem palã, quia ſolos bonos: mali enim non gaudent ſeipſis, ſi non aliqua vtilitas fiat.

g Et ſola autem bonorum amicitia intranſmutabilis eſt, non G enim facile vlli credere de eo, q̃ multo tempore ab ipſo probatus eſt, & credere in his, & numquam vtiq; iniuſtum facere, & quæcumque alia in ea, quæ vt vere amicitia dignificãtur, in alijs autem nihil prohibet talia fieri, quia enim homines dicunt amicos, & propter vtile, quẽadmodum ciuitates, videntur enim cõpugnationes ciuitatibus fieri gratia conferentis, & eos qui H propter delectationem adinuicem diligunt quemadmodum pueri, forte quidem oportet dicere, & nos amicos tales.

h Species autem amicitiæ plures, & primo quidem & principaliter bonorum, & ſecundum quòd boni. Reliquas autem ſecundum ſimilitudinem, ſecundum enim quòd bonũ aliquid, & ſimile aliquid ſic amici; etenim delectabile bonum aliqđ I amatoribus delectationum, nõ omnino autem hæc copulantur, neque fiunt amici propter vtile, & delectabile, non enim omnino coniunguntur, quæ ſecundum accidens, in has autẽ ſpecies amicitia diſtributa, praui quidem erunt amici propter delectationem, vel vtile ſic ſimiles exiſtentes, boni autem propter ſeipſos amici, ſecundum quòd enim boni, iſti quidem igitur ſimpliciter amici, illi autem ſecundum accidens, & in aſſimilari his.

*amici ſint ob uoluptatem, atque vtilitatem, ſed boni ſoli ſunt propter ſeipſos amici, mali namque ſeipſis non gaudent niſi vtilitas proueniat aliqua.*

*In ſola etiam bonorum amicitia nullum calumnia locum habet, non enim facile cuique quiſpiam de eo credere poteſt, quem ipſe diuturno tempore comprobauit. In his ipſis eſt, & ſibi mutuo credere, & numquam iniuriam facere, cæteraque omnia, quæ amicitiæ veræ cenſentur ineſſe, in cæteris autem amicitiis, nihil prohibet ea, quæ ſunt hiſce contraria fieri, interdum namque homines eos etiam dicere conſueuerunt amicos, qui ob vtilitatem amant, vt ciuitates, Societas enim a ciuitatibus vtilitatis gratia fieri videtur, & item eos, qui ſe propter uoluptatem mutuo diligunt, ut pueri, nos etiam fortaſſe tales quidam amicos dicere oportet.*

*Et aſſerere ſpecies amicitiæ plures eſſe, atque primo quidem, & proprie amicitiam eam eſſe, quæ bonorum eſt hominum ratione ſane qua boni ſunt, cæteras autem per ſimilitudinem, quo namque bonum quoddam in ipſis eſt, & ſimile, hoc ſunt amici, id enim quod afficit uoluptate bonum quoddam his eſt, qui uoluptatem amant, non autem multum hæ copulantur, nec ijdem ob utilitatem uoluptatemque fiunt amici, nam ea quæ per accidens ſunt, non nimium coniunguntur, in has autem ſpecies amicitia diſtributa, praui quidem erunt ob uoluptatem, aut utilitatem amici, hac ratione ſimilitudinem ſubeuntes, boni autem ſunt propter ſeipſos amici, ea namque ratione, qua boni ſunt, hi igitur ſunt abſolute amici, illi uero per accidens, & quia ſunt ſimiles his.*

LECTIO V.

QVemadmodũ aũt in virtutibus, hi quidẽ ſecundũ habitũ, hi autẽ ſecũdum operationem boni dicuntur, ſic & in amicitia, hi quidem enim conuiuentis gaudent adinuicem, & tribuunt bona,

*LECTIO V.*

*VT autem in uirtutibus alij habitu, alij actu boni dicuntur, ſic & in amicitia, amicorum enim alii ſimul uiuentes gaudent ſe mutuo bonaque conferunt, alii dormientes, aut locis ſeiuncti, nõ operantur quidẽ, ſed ita ſeſe*

LECTIO V.

POſtquam Philoſophus diſtinxit ſpẽs amicitiæ, hic determinat de eis per cõparationẽ ad actũ ꝓpriũ amicitię. Et circa hoc duo facit. Primo diſtinguit amicitiã per habitum, & actum. Secũdo probat quod ſuppoſuerat, ibi. {Aſſimilatur autẽ amatio &c.} Circa primũ tria facit. Primo diſtinguit amicitias ꝑ habitũ, & actũ. Secũdo oſtẽdit, ꝙ quidã priuantur amicitia ꝑꝑ defectũ act⁹, ibi. {Si ãt diuturnam &c.} Tertio oſtẽdit amicitiã bonorũ maximã eſſe ex ratiõe ipſius actus amicitiæ, ibi. {Maxime quidẽ igitur &c.} Dicit ergo primo, ꝙ ſicut eſt in alijs virtutibus, quòd quidã dicũtur boni, ideſt virtuoſi ſecũdũ habitũ, puta fortes, vel liberales, etiam quando actũ virtutis nõ exercent, quidam vero dicũtur virtuoſi ſecundum hoc, quòd actu exercent operationẽ virtutis, ita etiam eſt & in amicitia, quòd quidam dicuntur actu amici inquantũ conuiuunt cum delectatione adinuicem, & ſibijnuicem benefaciunt, quę duo uidentur pertinere ad actum amicitiæ, quidam vero non operãtur actu opera amicitię, ſed tamẽ ſic ſunt diſpoſiti ſecundũ habitum, vt inclinẽt ad operandum huiuſmodi opera, ſicut patet de amicis quãdo dormiunt, vel quando abinuicem loco ſeparantur: non enim ipſa amicitia ſimpliciter diſſoluitur propter diſtantiam locorum, ſed ſola amicitiæ operatio, & ſic patet, quòd amicitia remanet per habitum, etiã operatione ceſſante. Deinde cum dicit.

b ¶ Oſtendit



b ¶ Oſtendit, quomodo in quibuſdam deficit amicitia propter defectum actus, Et primo oſtendit propoſitum. Secundo probat, quod ſuppoſuerat, ibi. {Nihil enim ſic eſt &c.} Oſtendit autem propoſitum circa tria genera hominum. Primo quidem circa eos, qui diu abinuicem ſeparantur, vnde dicit, quòd ſi abſentia amicorum abinuicem ſit diuturna, videtur facere obliuionem amicitiæ præcedentis, ſicut & alij habitus per diſſuetudinem operandi debilitantur, & tandem deficiũt, oportet enim ſicut habitus per conſuetudinem operum acquiruntur, ita per idem conſeruentur, nam vnumquodque conſeruatur per ſuã cauſam, & ideo dictũ eſt in prouerbio, ꝙ multæ amicitiæ diſſoluuntur per hoc, ꝙ vnus alium non appellat, & non colloquitur, & conuiuit alteri. Secundo ibi.
c ¶ Oſtendit idẽ circa ſenes, & ſeueros, & dicit, quòd neque etiam ſenes, neque ſeueri, ideſt homines auſteri in verbis, & conuictu videntur eſſe amatiui, ideſt apti ad amicitiã, propter hoc, ſcilicet quòd nõ ſunt apti ad amicitię actum, qui eſt conuiuere, parum enim inuenitur in eis de delectatione, & ideo non poſſunt de facili conuiuere, quia nullus poteſt per diem, ideſt per longum tempus morari cum homine, qui contriſtat, vel cũ eo qui non delectat, maxime enim videtur ſecundum naturam hominibus, & alijs animalibus, quòd fugiant triſtitiam, & appetant delectationem, quæ nihil aliud eſſe videtur, quàm quies appetitus ĩ bono deſiderato. Tertio ibi.
d ¶ Oſtendit idem circa tertium genus hominum, qui ſcilicet recipiunt ſe adinuicem in hoc, ſcilicet quòd vnus acceptat mores, & cõuerſationem alterius, & tamen propter aliquã cauſam numquã conuiuũt adinuicem, & dicit, quòd tales magis ſunt ſimiles beniuolis, quàm amicis, quia amicitia conuictum per aliquod tẽpus requirit. Deinde cum dicit.
e ¶ Probat quod ſuppoſuerat, ſcilicet quòd conuiuere requiratur ad amicitiam, ſicut proprius actus eius. Et dicit, quòd nihil eſt proprium amicorum, ſicut conuiuere, poſuit enim duo ſupra ad actum amicitiæ pertinere, ſcilicet conuiuere, A & tribuere inuicem bona, quod eſt vtilitatem afferre amico, quam quidem vtilitatem non omnes in amicis quęrunt, ſed ſoli indigentes, ſed morari ſimul per diem, ideſt per aliquod longum tempus cum amicis appetunt etiam beati, ideſt homines in bonis abundantes, quibus non conuenit, quòd ſint ſolitarij. nec poſſunt ſimul homines adinuicem cõuerſari, ſi non ſint ſibi mutuo delectabiles, & non gaudeant in eiſdem, quæ duo inueniuntur in amicitia eorum, qui ſunt ſimul nutriti. Sic ergo patet, quòd præcipuus actus amicitiæ eſt conuiuere amico. Deinde cum dicit.
f Concludit ex præmiſſis, quòd ſit maxima amicitia illa, quæ eſt bonorum, ſicut iam pluries dictũ eſt, hoc enim videtur eſſe amabile, & eligibile ſecundum ſe, & ſimpliciter, quod eſt ſimpliciter bonum vel delectabile, ſed vnicuique eſt amabile & eligibile, quod eſt tale, ſcilicet bonum, vel delectabile quantum ad ipſum, ſed vnus virtuoſus eſt amabilis, & eligibilis alteri propter hæc ambo, quia ſcilicet vterque eſt bonus & delectabilis ſimpliciter, & vterque eſt bonus & delectabilis alteri, vnde maxime poſſunt virtuoſi delectabiliter adinuicem cõuiuere. Deinde cũ dicit.
g ¶ Probat qđ ſupra poſuerat, ſcilicet ꝙ amicitia non ſolum dicatur ſecundum actum, ſed etiam ſecũdum habitum. Et circa hoc tria facit. Primo proponit quod intendit, & dicit, ꝙ amatio videtur importare paſſionem, ſed amicitia videtur importare habitum, & eſſe ſimilis alijs habitibus. Secundo ibi.
h ¶ Probat propoſitum duabus rationibus, quarum prima eſt, quòd amatio ſimplex poteſt eſſe etiam ad inanimata, ſicut dicimur amare vinum, vel aurum, ſed redamare, quod pertinet ad rationem amicitiæ, vt ſupra dictum eſt, eſt cum electione: non eſt enim niſi rationabilium adinuicem, quod autem fit ex electione, non fit ex paſſione, ſed magis ab habitu. Ergo amicitia eſt habitus. Secundam rationem ponit ibi.
i ¶ Et dicit, quòd homines volunt ſecundum amicitiam bona

hi autem dormientes, vel ſeparati loci, non operantur quidẽ, ſic autem habẽt, vt operari amicabiliter: loca enim non diſſoluunt amicitiam ſimpliciter, ſed operationem.

b Si autem diuturna abſentia fiat, & amicitię videtur obliuio B nẽ facere, vnde dictum eſt, multas vtique amicitias, non appellatio diſſoluit.

c Non videntur autem, neque ſenes, neq; ſeueri amatiui eſſe, propter non habere in ipſis qđ delectationis, nullus autem poteſt per diem commorari cũ triſti, neque cum non delectabili, maxime enim natura videtur triſte quidem fugere, appetere C autem delectabile.

d Qui autem recipiuntur adinuicem, non conuiuentes autem beniuolis aſſimilantur magis quàm amicis.

e Nihil enim ſic amicorum, vt conuiuere, vtilitatem quidem enim indigentes appetunt, commorari autẽ ſimul per diẽ etiã beati, ſolitarijs quidem enim eſſe his nequaquam conuenit, cõuerſari autem adinuicem non D eſt non delectabiles exiſtentes, neque gaudentes eiſdem, quod continuatiua videtur habere.

f Maxime quidem igitur eſt amicitia, quæ bonorum, quẽadmodum multotiens dictum eſt. videtur enim amabile quidem, & eligibile, qđ ſimpliciter bonum, vel delectabile, vnicuique autem, quod ipſi tale, bonus autem bono propter ambo hæc.

E

g Aſſimilatur.n. amatio quidẽ paſſioni, amicitia aũt habitui.
h. Amatio enim non minus ad inanimata eſt, redamat autẽ cũ electione, electio autem ab habitu.
i Et bona volunt amicis illorum gratia, non ſecundum paſſionem, ſed ſecũdum habitum.

*habent, ut operentur amice, loca namque non diſſoluunt amicitiam abſolute, ſed operationem.*

*Quod ſi diuturna abſentia fuerit, amicitiæ quoque videtur obliuionem efficere, unde dictum eſt, taciturnitas amicitias complures diſſoluit.*

*At qui neque ſenes, neque ſeueri uidentur eſſe ad amicitiam apti, exigua enim afficiunt uoluptate, nemo autem conuerſari cum eo poteſt, qui dolorem afferat, aut non ſit iocundus, maxime namque natura videtur moleſtiam quidem fugere, oblectamenta autem affectare.*

*Qui vero ſe quidem mutuo accipiunt, non ſimul autem uiuunt, ij beniuolis magis ſunt ſimiles, q̃ amicis.*

*Nihil enim tam proprium eſt amicorum, quàm uiuere ſimul, nam egentes quidem utilitatem affectant, ſimul autem uiuere, & ipſi beati, etenim ſolitarios quidem hos eſſe minime conuenit ut ſimul a tem degant fieri non poteſt, niſi ſint iucundi eiſdemque gaudeant. quod quidem amicitia ſodalitia uidetur habere.*

*Bonorum igitur amicitia maxime eſt, ut ſæpe diximus, nam amabile quidem id, & expetibile eſſe conſtat, quod eſt abſolute bonum, aut iucundum, unicuique uero, quod ipſi eſt tale, bono autem propter hæc utraque bonus.*

*At uero amor quidem ſimilis eſt affectui, amicitia uero habitui.*

*Amor namque non minus eſt ad inanimata, amici autem amant ſe mutuo cum electione, electio uero ab habitu proficiſcitur.*

*Et uolunt his bona, quos amant illorum gratia, non per affectum, ſed habitum.*

amicis propter ipſos amicos, nam ſi eis vellent bona propter ſe ipſos, hoc magis eſſet diligere ſe, quàm alios, amare autem alios eorum gratia, non eſt ſecundum paſſionem, quia paſſio cum pertinet ad appetitum ſenſitiuum, non excedit proprium bonum amantis, vnde relinquitur propter hoc, quòd ſit ſecundum habitum, & ſic amicitia eſt habitus. Tertio ibi.

k ¶ Reſpondet cuidam obiectioni tacite, dictum eſt enim ſupra, quòd vnicuiq; eſt amabile, quod eſt ei bonum, contra quod videtur eſſe, quòd homo amat amicum illius gratia, ſed ipſe reſpondet, quòd illi, qui amant amicū, amāt id, quod eſt bonū ſibijpſis, nam quando ille, qui eſt bonus in ſe, eſt factus amicus alicui, fit etiam bonum amico ſuo, & ſic vterque dū amat amicum, amat quod ſibi bonū eſt, & vterque retribuit æquale ſuo amico, & quantum ad voluntatem, inquātū ſcilicet vult ei bonum, & quantū ad ſpeciem voluntatis, inquantum ſcilicet ei bonum, nō ſui ſed illius gratia, quia amicitia quædam æqualitas eſt, inquantum ſcilicet requirit mutuam amationē, & hoc videtur addere ſupra modum virtutis: nam ī qualibet virtute ſufficit actus virtuoſi, ſed in amicitia non ſufficit actus vnius, ſed oportet, q concurrāt actus duorum mutuo ſe amantium, & ideo Philoſophus non dixit abſolute, quòd eſt virtus, ſed addidit, vel cum uirtute, quia uidetur aliquid addere ſupra rationem virtutis, hęc autem quæ dicta ſunt de amicitia, maxime videntur inueniri in amicitia bonorū.

k Et amantes amicum, quòd ipſis bonum amāt, bonus enim amicus factus, bonū fit cui amicus, vterq; igitur amat, & quod ipſi bonum, & æquale tribuit voluntati, & ſpeciei, dicitur enim amicitia ęqualitas, maxime itaque ei, quæ bonorum hæc exiſtunt.

*Et amantes amicum, id amant, quod ſibiipſis eſt bonum, uir enim bonus factus amicus, bonum fit ei, cui iam eſt amicus, uterque igitur, & id quod ſibi bonum eſt amat, & par reddit voluntate, atque iocunditate, dicitur enim amicitia æqualitas, maxime autem bonorum, hæc amicitiæ inſunt.*

G

## LECTIO VI.

IN ſeueris autem, & ſenibus minus fit amicitia, quāto magis diſcoli ſūt & minus colloquijs gaudēt, hęc enim maxime videntur eſſe amicabilia, & factiua amicitię, propter quod iuuenes fiunt amici cito, ſenes autem non, nō enim fiunt amici quibus vtique non gaudent, ſimiliter autem neque vtique ſeueri, ſed tales beniuoli ſunt adinuicem, volūt enim bona, & obuiant ad neceſsitates, amici autem non omnino ſunt, propter non commorari, neque gaudere adinuicem, quæ vtique maxime eſſe videntur amicabilia.

## *LECTIO VI.*

*IN ſeueris autem atque ſenibus tanto minus fit amicitia, quāto difficiliores ſunt, & minus congreſſionibus gaudēt, hæc enim ad amicitiam maxime ſpectare, & ipſam efficere videntur, quocirca, iuuenes quidem cito, ſenes autem non cito fiunt amici, non enim fiunt his amici, quibus non delectantur, ſimiliter nec ſeueri, ſed tales beniuoli quidem mutuo ſibi ſunt, etenim & bona volunt, & prompti ſunt ad neceſſitates, amici uero non ualde ſunt, propterea quòd non ſimul degunt, neque ſeſe mutuo delectantur, quæ quidem ad ipſam amicitiam pertinet maxime.*

H

b Multis aūt eſſe amicū, ſcd'm perfectam amicitiam non contingit, quemadmodum neq; amare multos ſimul, aſsimilatur enī ſuperabundātiæ, tale autem ad vnum natum eſt fieri.

*Non fit autem vt amicitia perfecta multis quiſpiam ſit amicus, quemadmodum, nec ut complures ſimul adamet, eſt enim exuperationi ſimilis, tale autem ad vnum aptum fuerit.*

I

c Multos autem ſimul eidē placere valde non facile, forte autem neque bonum eſſe.

*Multos vero eidem vehementer placere non facile eſt, fortaſſe autem, nec bonum eſſe,*

d Oportet autem, & experientiam accipere, & in conſuetudine fieri, quod omnino difficile.

*Oportet autem & experientiam accipere, & conſuetudinem fieri, quod quidem eſt perdifficile.*

e Propter vtile autem, & delectabile multi placere cōtingit, multi enim tales, & in pauco tēpore miniſtrationes,

*Ob vtilitatem autem, ac voluptatem multis placere, quis poteſt, complures enim ſunt tales, & ſubminiſtrationes manifeſte breui in tempore fiūt.*

F

gaudent. Et eadē ratio eſt de ſeueris, qui ſcilicet ſunt litigioſi, & inordaces eorū, quæ ab alijs aguntur, tales autē ſcilicet ſenes, & ſeueri, poſſunt eſſe beniuoli, inquantum alijs bona volunt in affectu, & etiā in effectu ſubueniūt & in neceſſitatibus, nō tñ ſiunt vere amici, propter hoc, q nō cōuiuūt, neq; gaudēt in ſocietate amicorū, q maxīe videntur eſſe amicitiæ opa. Deīde cū dicit.

b ¶ Agit de multitudine amicorū. Et circa hoc tria facit. Primo enim oſtendit, q ſcd'm pfectā amicitiā, quę eſt bonorū, non cōtingit habere multos amicos. Secundo oſtdit, q hoc in alijs duabus amicitijs contingit, quæ. ſ. ſunt pp utile, & delectabile, ibi. {Propter utile autē &c.} Tertio cōparat utroſque amicos adinuicē, ibi. {Horū autē magis.} Oſtendit ergo primo, q ſecundū perfectā amicitiam, quæ eſt propter bonū uirtutis, non contingit aliquē multis eſſe amicū tribus rationibus, quarū prima eſt, quia cū talis amicitia ſit perfecta, & maxima, habet ſimilitudinē cuiuſdam ſuperabundātię in amando. ſ. ſi cōſideretur quantitas amoris; ſed ſi conſideratur ratio amandi, nō pōt eſſe ſuperabūdantia, non. n. contingit uirtutē, & virtuoſum ab alio uirtuoſo qui ratione ordinat ſuos affectus, nimis amari, ſuperabundās autē amor, nō eſt natus fieri ad multos, ſed ad unum tantum, ſicut patet ī amore uenereo, ſecūdum quē nō cōtingit, q unus homo ſimul multas mulieres ſuperabundanter amet, ergo pfecta amicitia bonorum non poteſt haberi ad multos. Secūdam rationem ponit ibi.

c ¶ Quæ talis eſt, Secūdum perfectam amicitiam amici ualde inuicem ſibi placent, ſed non eſt facile, quòd ſimul eidem multi ualde placeant, quia non multi inueniuntur, in quibus non inueniatur aliquid, quod diſpliceat homini aliqualiter affecto propter multos defectus hominum, & contrarietates eorum adinuicem, ex quo fit, ut dum unus multum placet, alius multum placere non poſſit: forte etiam non eſſet bonum & expediens, ut uni homini multi ualde placerent, quia dum multis conuiueret, non poſſet ſibiịpſi intendere, non ergo ſecundum perfectam amicitiam ſunt multi amici. Tertiam rationem ponit ibi.

d ¶ Quę talis eſt. In amicitia perfecta oportet ex aſſuetudine experientiam accipere de amico, hoc autem eſt ualde difficile, & ſic non poteſt in multis contingere: non ergo ſecundum perfectam amicitiam ſunt plures amici. Deinde cum dicit.

e ¶ Oſtendit, quòd in alijs duabus amicitijs, quæ ſcilicet ſunt propter utile & delectabile, contingit quòd homo habeat multos amicos, quibus placeat, & hoc propter duo. Primo quidē, q multi

K

## LECTIO VI.

POſtquam Philoſophus diſtinxit diuerſas amicitiæ ſpecies, hic determinat de huiuſmodi amicitijs per cōparationem ad ſubiectum, quod ſunt ipſi amici. Et circa hoc tria facit. Primo enim agit de aptitudine, & ineptitudine quorundam ad amicitiā. Secūdo agit de multitudine amicorum, ibi. {Multis enim eſſe &c.} Tertio de diſtinctione eorum ibi. {Quæ autē in potentibus &c.} Dicit ergo primo, q in hominibus ſeueris, & ſenib⁹, tanto minus fit amicitia, quāto magis ſunt diſcoli, q. ſ. de ſeipſis prǽſumentes ſenſum ſuum ſequūtur, & ideo cum aliis concordare non pñt, minus aūt gaudēt colloquijs aliorum, tum quia ſibiipſis intendunt, tū propter ſuſpitionē quam de aliis habent. Iſta autē maxime uidentur eſſe amicitiæ opa, & cauſatiua ipſius. ſ. cōcordia, & colloquiū amicorū, & inde eſt, q iuuenes, qui multū in colloquijs gaudent, & de facili alijs aſſentiūt, cito fiunt amici, quod non contingit de ſenibus, non enim pñt fieri amici illis, de quorū conuictu, colloquio nō



multi inueniuntur tales, qui poſſunt eſſe vtiles, & delectabiles. Secundo, quia non requiritur experientia longi temporis, ſed ſufficit ad tales amicitias, vt in pauco tempore ſibijnuicem ſubminiſtrent, vt delectationem, vel etiam aliquam vtilitatem. Deinde cum dicit.

f ¶ Comparat amicos duarum amicitiarum adinuicem. Et primo proponit, quod intendit, & dicit, quòd inter amicos prædictos, qui poſſunt eſſe multi, magis videtur eſſe amicitia eorum, qui propter delectabile ſunt amici, ſi tamen idem fiat ab ambobus, vt ſcilicet vterq; alteri exhibeat delectationem, ſic enim in eiſdem adinuicem gaudent, quòd eſt pprium amicitiæ, eſt enim ſignū, quòd ſit eorum vna delectatio, qui ī eiſdem gaudent, ſed hoc non cōtingit, quādo ex vna parte exhibetur delectabile, & ex alia parte vtile, ſunt autē tales amicitiæ iuuenū, qui ſcilicet ppter delectabile ex vtraque parte ſe amant. Secūdo ibi.

g ¶ Propoſitum probat duabus rationibus, quarum prima eſt, quòd in amicitia delectabilis amici magis liberaliter ſe amāt quàm in amicitia vtili, in qua requiritur recōpenſatio lucri, & ſic huiuſmodi amicitia videtur eſſe, quaſi negociatio quædā, & ita amicitia, quæ ē propter delectabile ē potior, vtpote ſimilior perfectæ amicitiæ, quæ eſt maxime liberalis, inquantum ſecundum ipſam propter ſe amici amantur. Secundam rationem ponit ibi.

h ¶ Quæ talis eſt homines beati, ideſt homines abundantes non indigent vtilibus amicis, qui beati ſunt ſibi ſufficientes. Indigent autem amicis delectabilib⁹, quia oportet, quòd aliquibus conuiuant, quod non poteſt fieri ſine delectatione, ſuſtinent enim hoīes aliquid triſte per modicum tēpus, ſed nullus poſſet continue aliquid cum triſtitia ſuſtinere, neque etiam ipſum bonum honeſtū ſi eſſet ei triſte: & inde eſt, quòd homines, qui non delectātur in operibus virtutis, non poſſunt in eis perſeuerare, ſic ergo patet, quòd amicitia delectabilis potior eſt, quàm amicitia vtilis, vtpote pluribus, & melioribus neceſſaria. Tertio ibi.

i ¶ Infert quoddam correlariū ex dictis, quia enim bonū honeſtū ſi ſit triſte, nō poteſt aliquis cōtinue ſuſtinere, inde etiā eſt, q amicos ppter virtutes, oportet eſſe delectabiles inuicē, oportet etiā inſup, q ſicut ſunt boni in ſe, ita etiā ſint boni ſibijnuicem,

f Horum autem magis videtur amicitia, quæ propter delectabile cum eadē ab ambobus fiāt & gaudeant adinuicem, vel eiſdē, quales iuuenum ſunt amicitiæ.

*Harum autem ea magis eſt ſimilis amicitiæ, quæ eſt ob voluptatem, cum eadem ab vtriſque proueniunt, & ſeſe mutuo gaudent, aut eiſdem, quales ſunt iuuenum amicitiæ.*

g Magis quidem enim in his liberale, quę autem propter vtile negociatorum.

*Ineſt enim magis in his liberalitas, at ea quæ ob vtilitatem conſtat, eorum eſt hominum, qui quæſtui uacant.*

B

h Et beati autem vtilibus quidē nihil indigēt delectabilib⁹ autē, cōuiuere. n. volūt aliquibus. Triſte autē paucum quidem tēpus ferunt, continue autē vtiq; nullus ſuſtineret, neque ipſum bonum, ſi triſte ipſi erit.

*Beati etiam vtilibus non indigent, ſed iucundis, cum quibuſdam enim ſimul viuere uolunt, & moleſtum paruo quidem tempore ferunt, continue uero nemo, nec ipſum bonum toleraret, ſi dolore ipſum afficeret.*

i Propter quod amicos delectabiles quærunt, oportet autem forte, & bonos tales exiſtentes. & adhuc ſibiipſis exiſtunt quęcumque oportet amicis.

*Quare iucundos quærunt amicos, ſed forſitan, & bonos oportet, cum ſint tales, & etiam ipſis, ſic enim ipſis inerunt, quæ amicis ineſſe oportet.*

C

k Qui autem in poteſtatibus, diuiſis videntur vti amicis, alii enim ipſis ſunt vtiles, & alteri delectabiles, ambo autem idē non omnino,

*Qui autem ſunt in poteſtatibus conſtituti, diuiſis uti uidentur amicis, alii enim ſunt ipſis utiles, alii iucundi, ut autem ambo ſint idem, non nimium fit.*

l Neque. n. delectabiles cum virtute quęrunt, neque vtiles in bona, ſed hos quidē eutrapelos, delectabile appetentes, hos autem dinos operari, quod præceptū eſt, hæc autē non omnino fiunt n eodem.

*Neque enim cum uirtute iucundos quærunt, neque utiles ad honeſta, ſed facetos quidem quærunt voluptatem appetentes, habiles autem vt agant ipſum præceptum, atque hæc homine in eodem non nimium fiunt.*

D

m Delectabilis autem & vtilis ſimul dictum eſt, quoniam ſtudioſus, ſed ſuperexcellenti non fit talis amicus, ſi non & virtute ſuperexcelletur, ſi autem nō: non adęquatur, ſecundum analogiam ſuperexceſſus, non oīno autē conſueuerunt tales fieri.

*Studioſus autem homo iucundus eſt ſimul, ut diximus, atque utilis, ſed talis amicus non fit excedenti, ſi non & uirtute excedatur, ſin minus, non æquatur cum rara ſit inferior ratione, non nimium autem tales fieri ſolent.*

n Sunt autem igitur dictę amicitiæ in æqualitate, eadem enim fiunt ab ambobus, & volunt adinuicem, vel alterum pro altero commutant, puta delectationem pro vtilitate.

*Hæ igitur amicitiæ dictæ in æqualitate conſiſtunt, eadem enim ab utriſque fiunt, & ſibi mutuo uolunt, aut aliud pro alio, ut uoluptatem pro utilitate commutant.*

E

A

ſic enim habebunt quę requirūtur in amicitia. Deinde cū dicit.

k ¶ Agit de diſtinctione amicorum. Et circa hoc tria facit. Primo proponit, quod intendit, ſcilicet quòd homines, qui ſunt in poteſtatibus conſtituti, vtuntur diuerſis amicis, ita ſcilicet, q alij amicorum ſunt eis vtiles, & alij delectabiles, nō autē cōtingit de facili, q ijdē homines ſint eis amici vtroque modo. Secūdo ibi.

l ¶ Probat propoſitum, quia ſcilicet huiuſmodi potentes nō quærunt delectationes, ſecundum virtutē, hęc enim delectatio, habet vtilitatem annexam, neq; etiā quærunt vtiles ad bona honeſta, quæ quidē vtilitas habet delectationē adiunctā, ſed ad delectationem appetunt quoſdā eutrapelos, ideſt luſinos puta hiſtriones. Cauſa vero vtilitatis appetunt amicos quoſdā dynos. i. īduſtrios ad exequēdū qd'cūq; præceperint, ſiue ſit bonum, ſiue malum. Iſta autem duo non ſiunt in eodē. ſ. induſtria, & iocularitas, quia homines induſtrij non dant ſe iocis, ſed ſerijs, vnde patet, quòd potētes habent amicos diuerſos. Tertio ibi.

m ¶ Reſpondet cuidam obiectioni. Poſſet enim aliquis dicere, quòd potentibus ſunt amici idē, & delectabiles, & vtiles: quia ſicut ſupra dictum eſt. Studioſus. i. virtuoſus eſt ſimul & delectabilis, & vtilis: ſed ipſe reſpondet, q virtuoſus nō fit amicus homini ſuperexcellenti in potentia, vel diuitijs, niſi etiā virtuoſus ſuperexcellatur a potentiori in virtute, ſed ſi hoc nō contingit, ille potentior qui eſt ſuperexceſſus in virtute, non adæquat ſibi analogum, ideſt non recōpenſat virtuoſo, ſcd'm proportionē, vt. ſ. ſicut virtuoſus defert ei vt potentiori, ita ipſe deferat virtuoſo vt meliori: vt plurimum enim homines quantum excellunt in potentia, & diuitijs, tantum eſtimant ſe meliores, non autem conſueuerunt inueniri tales potentes, qui etiam in virtute excedant, aut virtuoſo deferant tamquam melioribus. Deinde cum dicit.

n ¶ Oſtendit, quòd prædictæ amicitiæ ſpecies in æqualitate conſiſtunt. Et circa hoc duo facit. Primo oſtendit propoſitum concludens ex præmiſſis, quòd prædictæ amicitię in æqualitate conſiſtunt, & quia de amicitia, quæ eſt propter bonum, hoc eſt manifeſtum, probat propoſitum in amicitia vtili & delectabili, quia ſcilicet vel eadem volunt, & faciunt ſibijnuicē, ſcilicet

ſcilicet recompenſantes delectationem delectationi, aut vtilitatem vtilitati, vel commutant alterum pro altero, ſcilicet vtilitatem pro delectatione, aut econtrario. Secundo ibi.

o ¶ Oſtendit, quomodo duæ ſpecies ſe habeant ad rationem amicitiæ, & dicit manifeſtum eſſe ex prædictis, quæ ſunt minus amicitiæ, minus permanent, quàm perfecta amicitia, quæ eſt bonorum, ſecundum cuius ſimilitudinem & diſſimilitudinem, videntur eſſe amicitiæ, & non eſſe, inquantum enim habent ſimilitudinem ad perfectam amicitiam videntur eſſe amicitiæ, prout ſcilicet vna earum habet delectabile, & alia vtile: perfecta autem amicitia habet, & vtrumque, ſed quantum ad alia ſunt diſſimiles, prout ſcilicet perfecta amicitia eſt immutabilis, & permanſiua, aliæ vero velociter tranſmutantur, differunt etiam in multis aliis, vt ex prædictis patet, & propter hanc diſſimilitudinem, non videntur eſſe veræ amicitiæ.

## LECTIO VII.

Poſtquam Philoſophus diſtinxit amicitiarum ſpecies, quæ in æqualitate conſiſtunt, hic diſtinguit ſpecies amicitiæ, quæ eſt inter inæquales perſonas. Et circa hoc duo facit. Primo determinat ea, quæ in communi pertinent ad talium amicitiarum diſtinctionem. Secundo determinat de diſtinctione harum amicitiarum ſecundum ſpeciales earum rationes, ibi.{ Videtur quemadmodum autem &c.} Circa primum duo facit. Primo agit de amicitijs ſuperexcedentis ad ſuperexceſſum, ſicut patris ad filium, viri ad vxorem. Secundo agit de amicitijs, quæ ſunt inter contrarios, vt pauperem & diuitem, & huiuſmodi, ibi.{ Ex contrarijs autem &c.} Circa primum tria facit. Primo diſtinguit huiuſmodi amicitiæ genus a præcedentibus amicitijs. Secundo diſtinguit huiuſmodi amicitias abinuicem, ibi.{ Differunt autem &c.} Tertio oſtendit, quomodo huiuſmodi amicitiæ conſeruentur, ibi.{Eadem quidem vtiq; &c.} Dicit ergo primo, quòd præter prædictas amicitias, quas diximus in æqualitate conſiſtere, eo quòd ſunt ſimilium ſecundum virtutem, vel vtilitatem, vel delectationem: eſt quędam alia ſpecies amicitiæ, quę eſt ſecundum ſuperabundantiam, inquantum ſcilicet vna perſona excedit aliam, ſicut amicitia, quæ eſt patris ad filium, & vniuerſaliter ſenioris ad iuniorem, & viri ad vxorem, & vniuerſaliter omnis qui habet imperium ſuper aliquem, ad eum ſuper quem habet imperium. Deinde cum dicit.

o Quoniã aũt & minus ſunt hæ amicitiæ, & manent, dictum eſt. videntur autem & per ſimilitudinẽ, & diſsimilitudinẽ eiuſdẽ, & eſſe, & non eſſe amicitiæ, ſecundum ſimilitudinem enim eius, quæ eſt ſecundum virtutem videntur amicitię, hæc quidem enim delectabile habet, hæc autem vtile, hæc autem exiſtunt & illi: in eo autem, quod eſt hanc quidem impermutabilẽ, & manſiuam eſſe, has autem velociter tranſcendere, aliſque differre multis nõ vidẽtur amicitię propter diſsimilitudinem illius. G

## LECTIO VII.

Altera autem amicitiæ eſt ſpecies, quæ ſecũdũ ſuperexcellentiam, puta patri ad filium, & totaliter ſeniori ad minorem, viroque ad vxorem, & omni imperanti ad imperatum. H

b Differunt autem hæ ad inuicem, non enim eadem parentibus ad filios, & imperãtibus ad imperatos, ſed neque patri ad filium, & filio ad patrem, & neque viro ad vxorem, & neque vxori ad virum.

c Altera enim vtique horum virtus, & opus. I

d Altera autem, & propter quę amant, alterę igitur, & amationes, & amicitiæ.

e Eadẽ q̃dẽ vtiq; neq; fiũt vtriq; ab vtroq;, neq; oportet quęri cum autẽ parẽtibus quidẽ filij retribuunt, quæ oportet generantibus, parentes autem filijs, quæ oportet filijs manſiua taliũ, & æpyiches erit amicitia.

f Analogon autem in omnibus ſecundum ſuperexcedentiã K

*Dictum eſt etiam has minus amicitias eſſe, minuſque permanere, uidentur autem, & ob ſimilitudinem diſſimilitudinemque eiuſdem, & eſſe amicitiæ, & non eſſe, nam ſimilitudine amicitiæ, quæ eſt ob uirtutem uidentur amicitiæ eſſe, altera namque uoluptatem, altera habet utilitatem, quæ quidem inſunt & illi, ſed quia illa quidem omni calumnia uacat, & ſtabilis eſt, hæ uero cito diſſoluuntur aliiſque compluribus differunt, non uidentur ob illius ſimilitudinem amicitiæ eſſe.*

## LECTIO VII.

*EST & alia ſpecies amicitiæ, quæ in excellentia conſiſtit, ut amicitia patris ad filium, & omnino ſenioris ad iuniorem, uirique ad uxorem, & principis omnis ad eos, qui ipſi ſubijciuntur.*

*Atque hæ inter ſeſe etiam differunt, non eſt enim eadem amicitia parentibus ad liberos, & principibus ad ſubditos, nec patri ad filium, & filio ad patrem, nec uiro ad uxorem, & uxori ad uirum.*

*Diuerſa enim eſt uniuſcuiuſque horum uirtus, ac opus.*

*Diuerſa etiam ſunt, & ea propter quæ amant, diuerſi ergo & amores, & amicitiæ,*

*Atque eadem quidem utrique ab altero, nec fiunt, nec ſunt quærenda, ſed cum liberi quidem ea parentibus tribuunt, quæ tribuenda ſunt genitoribus, parentes autem filiis, quæ natis tribui debent, ſtabilis talium, & bona eſt amicitia.*

*Oportet autem & amorem omnibus in amicitiis, quæ in excellentia cõ-*

F b ¶ Ponit differentiam harum amicitiarum adinuicem. Et primo ponit, quod intendit, & dicit, quòd huiuſmodi amicitiæ differunt ſpecie abinuicem, & aſſignat duas differentias, vnam quidem ſecundum diuerſas relationes ſuperabundantię, alia enim eſt amicitiæ ſpecies patris ad filios, & alia imperãtis ad ſubditos, quibus imperat, alia vero differentia eſt, ſecundum diuerſam relationem excedentis, & exceſſi, non .n. eadem eſt amicitia patris ad filium, & filij ad patrem, neque eadẽ eſt viri ad vxorẽ, & vxoris ad maritũ. Secundo ibi.

c Oſtendit propoſitum duabus rationibus, quarum prima eſt; quia cum amicitia dicatur ſecundũ habitum, & ſecundũ actum, neceſſe eſt, quod cuilibet amico inſit aliqua habitualis virtus ad exequendum ea, quæ ſũt amicitię, & etiam ipſum opus amicitiæ. Manifeſtũ autem eſt in ſingulis prędictorum, quòd non eſt idem opus, puta patris ad filium, & viri ad vxorem, aut etiam filij ad patrem, & per conſequens nõ eſt eadem virtus, ergo etiã ſũt diuerſæ amicitiæ. Secundam rationẽ ponit, ibi.

d ¶ Quę talis eſt in prædictis amicitijs inueniũtur diuerſæ rationes propter quas amant, alia enim ratione pater amat filium, & filius patrẽ, & vir vxorem, ſed ſecundum diuerſas rationes amãdi, ſunt diuerſæ amationes, & per cõſequens diuerſæ amicitiæ. Deinde cum dicit.

e ¶ Oſtendit, quomodo prędictæ amicitię conſeruantur. Et primo oſtẽdit, quòd cõſeruatur per hoc, quod inuicẽ ſibi exhibẽt, quæ oportet ſecundũ amare, & amari. Secũdo oſtendit, quomodo amare, & amari ſe habeant ad amicitiã, ibi.{ Multi autem videntur &c.} Circa primũ tria facit. Primo oñdit, quõ p̃dictæ amicitiæ cõſeruãtur per hoc, quod ſibiinuicem exhibẽt, q̃ oportet. Secũdo oñdit, quod iſta cõſiderant ſ'm analogiã, ibi.{ Analogõ aũt &c.} Tertio oñdit, quõ hoc diuerſimode cõpetat iuſtitiæ, & amicitiæ, ibi.{Nõ ſilr ãt &c.} Dicit ergo p̃io, quod in his amicitijs, nõ fiũt eadẽ ab vtraq; parte amicorũ, neq; ẽt oportet eadẽ reqrere, q̃ aliqs facit, ſicut filius nõ debet reqrere a patre reuerẽtiã, q̃ ei exhibet, ſicut in p̃dictis amicitijs pro delectatiõe reqrebatur delectatio, & pro vtilitate vtilitas, ſed qñ illi exhibẽt parẽtibus, q̃ oportet exhibere principijs ſuæ generationis, & parẽtes exhibẽt filijs, quę oportet exhibere ſe genitis, talium amicitia erit permanſiua, & æpyches, ideſt virtuoſa. Deinde cum dicit.

f ¶ Oſtendit qualiter exhibeatur quod oportet in his amicitijs, & dicit, quod in omnibus amicitijs, quæ ſunt ſecundum ſuperabundantiam



abundantiam vnius perſonę ad aliam, oportet fieri amationem ſecundum proportionem, vt ſcilicet melior plus ametur quàm amet, & ſimilis ratio eſt de vtiliori, & delectabiliori, vel qualitercumque aliter excellentiori: cum enim vterque amatur ſecundum dignitatem, tunc fiet quædam æqualitas, ſcilicet proportionis, quæ videtur ad amicitiam pertinere. Deinde cum dicit.

g ¶ Oſtendit, quomodo hoc diuerſimode conueniat iuſtitiæ, & amicitiæ. Et primo ponit differẽtiam. Secundo manifeſtat per ſignũ, ibi.{ Manifeſtum autem &c.} Tertio ſoluit quandam dubitationem, ibi.{Et vnde dubitatur &c.} Dicit ergo primo, quòd æqualitas, & proportio, quæ ſecundum dignitatem attenditur, non ſimiliter ſe habet in iuſtitia, & amicitia, nã ſicut ſupra in Quinto dictum eſt, circa iuſtitiam oportet, quòd primo attendatur vel æſtimetur dignitas ſecundum proportionem, & tunc fiet commutatio ſecundum æqualitatẽ, ſed in amicitia oportet econuerſo, quòd primo attendatur aliqua æqualitas inter perſonas mutuo ſe amantes, & ſecundo exhibeat vtrique quod eſt ſecundum dignitatem, & huius diuerſitatis ratio eſt, quia amicitia eſt quædam vnio ſiue ſocietas amicorum, quę non poteſt eſſe inter multum diſtantes, ſed oportet, quòd ad ęqualitatem accedant, vnde ad amicitiam pertinet æqualitate iam conſtituta æqualiter vti, ſed ad iuſtitiam pertinet inæqualia ad æqualitatem reducere. Aequalitate autẽ exiſtente, ſtat iuſtitię opus, & ideo æqualitas eſt vltimũ in iuſtitia, ſed pricipiũ in amicitia. Deĩde cũ dicit.

h ¶ Manifeſtat quod dixerat per ſignum. Et circa hoc tria facit. Primo proponit ſignum. Et dicit, quod hoc quod dictum eſt, ſcilicet quòd æqualitas requiratur primo in amicitiã, manifeſtum eſt per hoc, quod ſi ſit multa diſtantia, vel virtutis, vel malitiæ, vel cuiuſcũq; alterius, nõ remanent hoĩes amici, neq; dignũ reputãt, quod aliqui

existentibus amicitiis, & amationem oportet fieri, puta meliorem magis amari, quàm amare, & vtiliorem, & aliorum vnũquodque ſimiliter. Cum enim ſecundum dignitatem amatio fiat, & fit aliqualiter æqualitas, quod vtique amicitiæ eſſe videtur. B

g Non ſimiliter enim æquale, & in iuſtis, & ĩ amicitia videtur conuenire, eſt enim in iuſtis quidem æquale, primo quòd ſecundum dignitatem, quod autem ſecundum quantum, ſecundo. In amicitia autem, quod quidem ſecundum quantum primo, quod autem ſecundum dignitatem, ſecundo.

h Manifeſtum autem ſi multa diſtantia fiat virtutis, vel malitię, vel abũdantiæ alicuius alterius, non enim adhuc amici ſunt, ſed neque dignificant. C

i Manifeſtum autẽ hoc in dijs. Plurimum enim iſti in omnibus bonis ſuperexcellunt, manifeſtum autem & in regibus, non enim his dignificãt eſſe amici, qui multum deteriores, neque optimis, neque ſapientiſsimis, qui nullo digni. D

k Certa quidem in talibus igitur non eſt diffinitio vſquequo amici, multis enim ablatis adhuc manet, multum autem ſeparari, puta homines a deo, non adhuc.

l Vnde & dubitatur ne forte non velint amici, amicis maxima bonorum, puta Deos eſſe, non enim adhuc amici erunt ipſis, neque vtique bona, amici enim per ſe bona. E

m Si vtique bene dictum eſt, quoniam amicus amico vult bona illius gratia, manere autem vtique oportet qualiſcumq; eſt ille, homini autem enti volet, maxime eſſe bona.

n Forte autem non omnia, ſibiipſi enim maxime vnuſquiſq; vult bona.

*ſiſtunt comparatione fieri rationum, magis enim amari præſtabiliorem utilioremue, quàm amare oportet, & cæterorum vnumquemque ſimiliter, nam cum amor eſt pro dignitate, tunc fit aliquo modo æqualitas, quod quidem amicitiæ eſſe videtur.*

*Aequale autem in iuſtitia, & in amicitia non ſimiliter ſeſe habet, eſt enim in iuſtis quidem æquale primo, quod eſt pro dignitate, ſecundo, quod eſt in quantitate. In amicitia autem id quidem quod eſt in quantitate primo, id autem quod eſt pro dignitate, ſecundo.*

*Conſtat autem ſi in virtute, uel vitio, vel diuitiis, uel in aliqua alia re magna diſtantia fiat, non enim vlterius ſunt amici, nec dignum putant ſe eſſe amicos.*

*Maxime autem hoc eſt manifeſtũ in ipſis dijs immortalibus, hi namque plurimum bonis omnibus antecellunt. Conſtat autem, & in regibus, nec enim his ſe eſſe amicos dignum ij putant, qui ſunt valde inferiores, nec item optimis viris, aut ſapientiſſimis, ij qui nullius ſunt præcij.*

*Exacta igitur in talibus non eſt definitio, quouſque ſint amici, multis enim ablatis, adhuc amicitiæ manent, quod ſi nimis fuerint ſeparati, vt a deo non permanet.*

*Vnde, & dubitatur ſi amici uelint amicis ea bona, quæ maxima ſunt, ut Deos eſſe, non enim ulterius erunt ipſis amici, quare nec bona, amici nãque bona ſunt ſuis amicis.*

*Quod ſi bene ſit dictum, amicum amico bona illius gratia uelle, manere oportet qualiſcumque ſit ille, homini autem maxima bona ineſſe.*

*Et fortaſſe non omnia, ſibi enim ipſi maxime quiſque uult ipſa bona.*

A habeant amicitiã cũ his, quia inter ſe multũ diſtant. Secũdo ibi.

i ¶ Ponit tripliciter exemplum. Primo quidem de his, qui plurimum ſuperexcellunt homines in omnibus bonis, vnde non habent amicitiam cum hominibus, vt ſcilicet conuerſentur, & conuiuant cum eis, vocant autem Deos more gentium ſubſtantias ſeparatas. Secundum autem exemplum ponit de regibus, quorum amicitia non ſe reputant dignos illi, qui multũ ab eis deficiunt. Tertium exẽplum ponit de optimis, & ſapientiſſimis viris, quibus non fiũt amici illi, qui ſũt oĩno indigni. Tertio ibi.

k ¶ Reſpondet tacitæ quæſtioni. Poſſet enim aliquis quærere in quanta diſtãtia poſſit amicitia ſaluari, & in quanta nõ, ſed ipſe reſpondet, quod in talibus nõ poteſt dari certa determinatio, ſed hoc in generali ſufficit ſcire, quod multis ablatis ab vno, quę inſunt alij, adhuc remanet amicitia, & ſi multum diſtent, puta ſicut homines a Deo, non adhuc remanet talis amicitia, de qua loquimur. Deinde cũ dicit.

l ¶ Soluit quandã dubitationem incidentẽ. Et primo mouet eam, & dicit, quod ex prædictis dubitatur: vtrum amici velint ſuis amicis maxima bona, puta eſſe Deos, vel reges, aut virtuoſiſſimos, & videtur quòd nõ, quia iam non remanebũt eis amici, & ita perdent ipſi magna bona, ſcilicet ipſos amicos. Secundo ibi.

m ¶ Soluit prædictã dubitationem, dupliciter. Primo quidẽ, quia cum dictum ſit ſupra, quòd amicus vult bona amico eius gratia, oportet ſupponere, quòd habitis illis bonis, ille ipſe remaneat qualitercumque eſt, vult enim maxima bona amicus amico tamquam exiſtenti homini, non tãquam tranſlato ad Deos. Secundam ſolutionem ponit ibi.

n ¶ Et dicit, quòd amicus vult bona amico, non magis quàm omnibus alijs, quia vnuſquiſque vult maxime ſibi bona, vnde non oportet, quòd velit amico illa bona, per q̃ ipſe perdet amicũ, quod eſt magnum bonum.

## LECTIO VIII.

POſtquam Philoſophus poſuit, quòd amicitia inęqualium perſonarum ſaluatur ſecundum hoc, quòd eſt amare & amari proportionabiliter, hic oſtendit qualiter amari, & amare ſe habeant ad amicitiã. Et circa hoc duo facit. Primo oſtendit, quòd amare magis proprium eſt amicitię, quàm amari. Secundo oſtendit, ꝙ per hoc qđ eſt amare ſecundum dignitatẽ, ſeu proportionabiliter, amicitia conſeruatur, ibi. { Magis autem amicitia &c. } Circa primũ tria facit. Primo oſtendit, quare aliqui magis volunt amari, quàm amare. Secundo comparat id, qđ eſt amari ei, quod eſt honorari ibi. { Non propter ſeipſum autem &c. } Tertio oſtẽdit, quòd amare magis ꝓpriũ eſt amicitię, quàm amari, ibi. { Videtur autem in amari magis &c. } Circa primum tria facit. Primo proponit quod intendit. Et dicit, ꝙ multi videntur magis velle amari, quàm amare, & hoc qa ſunt amatores honoris. Pertinet enim ad excellentiores, quibus debetur honor, quòd magis amẽtur, quàm ament. Secundo ibi.

b ¶ Probat, quod dixerat per ſignum. Ex hoc enim, quòd multi magis volunt amari, quàm ament, procedit, quòd multi sũt amatores adulatiõis, qui ſcilicet delectantur in hoc, quòd aliquis eis adulatur, adulator enim, vel in rei veritate eſt amicus ſuperexceſſus, quia minorum eſt adulari, vel adulando aliquis fingit ſe talem, & quòd magis amet, quàm ametur. Tertio ibi.

c ¶ Exponit quoddam quod dixerat, quòd ſcilicet propter amorem honoris cõtingat, quòd homo velit magis amari, q̃ amet. Et dicit, quòd amari videtur eſſe ꝓpinquũ ei, quod eſt honorari, quòd deſideratur a multis, honor enim eſt quoddã ſignum bonitatis eius, qui honoratur, amatur autem vnumquodque quod eſt bonum, vel apparens bonum. Deinde cum dicit.

d ¶ Comparat id, quod eſt amari, ei quod eſt honorari. Et circa hoc tria facit. Primo oſtendit, quare aliqui volunt honorari. Et dicit, quòd homines videntur deſiderare honorem, non propter ipſum honorem, ſed per accidens. A duobus enim generibus

F hominũ maxime quærunt homines honorari. Multi enim gaudent ſi honorentur a potentibus, non propter ipſum honorem, ſed propter ſpem, quam inde concipiunt, exiſtimant enim ab his a quibus honorantur ſe adepturos aliquid quo indigent, & ita gaudent de honore, quaſi de quodam ſigno bonæ paſſionis, ideſt bonæ affectionis honorantium ad eos: Alij autem ſunt, qui appetunt honorem ab æpychibus, ideſt a virtuoſis, & ſapientibus, quia per hoc appetunt firmare propriam opinionem de ſua bonitate, & ita per ſe gaudent de eo quòd ſunt boni, quaſi hoc credentes iudicio proborũ, qui hoc ipſo quòd eos honorant, videntur dicere eos eſſe bonos. Secundo ibi.

e ¶ Docet, quòd homines gaudẽt de hoc quòd amantur, etiã ſecundum ſeipſum, quia hoc ipſum ꝙ eſt habere amicos, videtur eſſe præcipuũ inter exteriora bona. Tertio ibi.

f ¶ Concludit propoſitum, quare cum id quod eſt per ſe, ſit potius eo quod eſt per accidens, ſequitur ex præmiſſis, ꝙ amari ſit melius eo quod eſt honorari, in quãtum amicitia eſt ſecundum ſe eligibilis. Deinde cũ dicit.

g ¶ Oſtendit in quo conſiſtat magis amicitiæ virtus, vtrum in amare, vel in amari, & dicit, quòd magis conſiſtit in amare: amicitia enim dicitur per modum cuiuſdam habitus, vt ſupra oſtenſum eſt, habitus autem determinat ad operationes, amare autem eſt bene operari, amari autem eſt potius quaſi bene pati, vnde magis eſt proprium amicitiæ amare quàm amari, & hoc manifeſtat per quoddam ſignum, Matres.n.quarum eſt vehemens amicitia ad filios, delectãtur magis ĩ hoc, quòd amant filios, quàm quòd amẽtur ab eis, quædam enim matres dant ſuos filios alijs ad nutriendum, & ſcientes eos eſſe filios, amant eos, nõ tamẽ multũ quærunt quòd ab eis reamentur, quia hoc fieri non poteſt, ſed videtur eis ſufficere, quòd videant quòd bene agant, & bene ſe habeant, & ita amant filios, quamuis ipſi non poſſint attribuere matri conuenientem amorem propter ignorãtiam, quia ſcilicet ignorant eas eſſe matres. Deinde cum dicit.

h ¶ Oſtendit, quomodo per hoc quòd eſt amare ſecundum dignitatẽ, ſiue ꝓportionaliter, amicitia cõſeruat. Et primo oñdit, quomodo

## LECTIO VIII.

MVlti autem videntur propter amorem honoris velle amari, magis quàm amare.

b Propter quod amatores adulationis multi, ſuperexceſſus autem amicus adulator, vel fingitur talis, & magis amare, quàm amari.

c Amari autem prope eſſe videtur ei, quod eſt honorari, quod vtique multi appetunt.

d Non propter ſeipſum autem videtur deſiderare honorem, ſed ſecundum accidens, gaudẽt enim multi ab his, qui in poteſtatibus honorari, propter ſpem: exiſtimant enim adipiſci ab his quo indigẽt, vt itaque ſigno bonę paſsionis gaudẽt honore, & ab epiychibus autem, & ſcientibus appetentes honorem, firmare enim propriam opinionẽ de ipſis appetunt, gaudent vtique, quòd ſint boni, credentes dicentium iudicio.

e In amari autem ſecundum ſe ipſum gaudent.

f Propter quod, videbitur vtique melius eſſe eo, quod eſt honorari, & amicitia ſecundum ſeipſam eligibilis eſſe.

g Videtur autem, & in amare magis quàm in amari eſſe, ſignum autem, matres eo quod eſt amare gaudentes, quędam enim dant filios ſuos nutriri, & amant quidem ſcientes, redamari autem non quærũt, ſi vtraque non contingant, ſed ſufficiens ipſis videtur eſſe videant bene operantes, & ipſæ amant ipſos, & ſi illi non poſſunt matri quæ conueniũt tribuere propter ignorantiam.

h Magis autem amicitia exiſtẽte in amare, & amicis laudatis,

## LECTIO VIII.

*PLerique autem ob ambitionem magis amari, quàm amare velle videntur.*

G *Quapropter plerique amant ipſos adulatores. Adulator enim inferior eſt amicus, aut fingit ſe talem, & magis amare, quàm amari.*

*Amari autem propinquum huic eſſe conſtat, affici inquam honore, quod quidem plerique affectant.*

*Non per ſe autem, ſed per accidens videtur honorem appetere, nam plerique gaudent cum honorantur ab his, qui ſunt in poteſtatibus propter* H *ſpem, putant enim ſe ſi quo indigeant id ab illis impetraturos, gaudent igitur ipſo honore, vt ſigno beneficii ſuſcipiendi, qui autem appetunt a bonis viris, atque ſcientibus honorari, confirmare opinionem eam quam ipſi habent de ſe affectant, gaudent igitur, quia ſunt boni, credentes eorum iudicio, qui id dicunt.*

*Amari autem per ſe gaudent.*

*Quapropter præſtabilius ipſum erit, quàm honorari, & amicitia expetenda per ſeipſam eſſe.* I

*Videtur autem magis in exhibendo amorem, quàm in ſuſcipiendo conſiſtere, argumento ſunt matres, amando gaudentes, nonnullæ namque ſuos tollendos filios dant, & amant quidem ſcientes, vt amentur autem ab illis non quærunt, ſi vtrumque fieri nequeat, ſed ſatis eſt ipſis ſi in proſperitate uident illos eſſe conſtitutos, amantque* K *illos, & ſi illi non poſſunt ob ignorationem ea quæ ſunt exhibenda retribuere matri.*

*Cum igitur amicitia magis in amando conſiſtat, & laudentur, qui amant*



quomodo amicitia ſit permanſiua, ſecundum hoc ꝙ eſt amare proportionaliter. Secundo comparat quantum ad prædicta diuerſas amicitiæ ſpecies, ibi. { Maxime quidem eorum, &c. } Dicit ergo primo, ꝙ cum amicitia magis conſiſtat in amare quàm in amari, amici laudantur ex hoc ꝙ amant, non ex eo ꝙ amãtur. Hæc enim ẽ laus amantium. Et quia vnuſquiſq; laudatur ſecundum propriam virtutem, conſequẽs eſt, ꝙ amatoris virtus attendatur ſecundum hoc, ꝙ eſt amare. Et ideo in quibuſcumque hoc contingit ꝙ ament amicos, ſecundum proportionem dignitatis eorũ, tales permanent amici, & eorum amicitia eſt perſeuerans. Sic enim dum ſeinuicẽ amant ſecũdum ſuã dignitatem, etiam illi qui ſunt inæqualis conditionis poterũt eſſe amici, quia per hoc æquabũtur, dum vnus eorum, quo magis deficit in bonitate aut in quacumq; excellentia, eo plus amat, & ita abundantia amoris recompenſat defectum conditionis. Et ſic per quãdam æqualitatem & ſimilitudinem, quæ proprie pertinet ad amicitiam fiunt, & ꝑſeuerant amici. Deinde cum dicit.

K ¶ Comparat diuerſas amicitiæ ſpecies ſecundum prædicta. Et primo oſtendit quæ amicitia ſit maxime ꝑmãſiua, & dicit, ꝙ ſimilitudo quæ eſt amicitiæ factiua & cõſeruatiua, maxime videtur eſſe inter virtuoſos. Ipſi enim & permanent ſimiles in ſeipſis, qa non de facili mutantur ab vno in aliud, & permanent etiam in amicitia adinuicẽ. Et hoc ideò, quia vnꝰ eorum non indiget ꝙ alius pro eo faciat aliquid prauũ, quod eſſet contra facientis virtutem: et neuter eorũ ſic alteri ſeruit de aliquo prauo. Sed ſi poteſt dici, ꝙ inter virtuoſos ſit aliquid prauum, magis vnus eorum prohibet alterum praue operari. Ad bonos enim pertinet, ꝙ neque ipſi peccent, neque ſuſtineant quòd amici eorum peccata exhibeant. Secundo ibi.

l ¶ Oſtendit quæ amicitia ſit minime permanſiua. Et dicit, ꝙ homines mali, non habent aliquid firmum & ſtabile in ſeipſis. Quia enim malitia cui inſiſtunt eſt ſecundum ſeipſam odibilis & ita affectus variatur dum nihil inueniunt, in quo volũtas eorum quieſcere poſſit, ita neque ſibiipſis diu permanent ſimiles: Sed volunt contraria eorum, quæ prius voluerunt, & ſic ad paucum tempus fiunt amici, quamdiu ſcilicet gaudent malitia, in qua concordant. Tertio ibi.

m ¶ Oſtendit, quæ amicitiæ circa hoc medio modo ſe habeãt.

A Et dicit, ꝙ amici vtiles, & delectabiles ſibiinuicem magis permanent in amicitia, quàm mali. Vtilitas enim & delectatio in ſe habet, vnde amentur. Vnde tantum durat talium amicitia, quã diu mutuo ſibi tribuunt delectationes, vel vtilitates. Secus autem eſt de his, qui ſunt amici propter malitiam, quæ ſecundum ſe amabilitatis nihil habet. Deinde cum dicit.

n ¶ Determinat đ amicitia contrariorũ adinuicem. Et primo oſtendit, in qua ſpecie amicitię hoc contingat, ꝙ videatur eẽ amicitia inter cõtraria. Secundo oſtendit quomodo contrarium appetat ſuũ cõtrarium, ibi. { Forte autem, &c. } Circa primũ tria facit. Primo oſtendit, ꝙ huiuſmodi contrarietas amicorũ maxime videtur eſſe propter vtilitatem, inquantum ſcilicet vnus amicorum appetit ab alio, id quo ipſe indiget, & redonat ei aliquid aliud, ſicut paupꝫ appetit conſequi diuitias a diuite, pro quibus impẽdit obſequũ. Secundo ibi.

o ¶ Oſtendit, quomodo & hoc poſſit pertinere ad amicitiam delectabilem. Et dicit, ꝙ ad hunc modum amicitię, poteſt etiam quis attrahere amorem venereũ quo amator amat amatum. Eſt enim quandoq; contrarietas, ſicut inter pulchrum, & turpe. In amicitia autem quæ eſt propter virtutem nullo modo habetur contrarietas, quia in tali amicitia eſt maxima ſimilitudo, vt ſupra dictum eſt. Tertio ibi.

p ¶ Infert quoddã corollariũ ex dictis. Et dicit, ꝙ quia inter amatorem & amatũ eſt quandoque contrarietas, ſicut inter turpe & pulchrum, inde eſt, ꝙ quandoq; vidẽtur derideri amatores, qui reputant ſe dignos, vt tantũ amẽtur quantum amãt. Quod qdem dignũ eſt, ſi æqualiter ſint amabiles. Sed ſi nihil habeant tale, quo ſcilicet ſint digni tantũ amari, ridiculum eſt ſi hoc quærunt. Deinde cum dicit.

q ¶ Oſtendit, quomodo contrarium appetit ſuum contrariũ. Et dicit, ꝙ hoc non eſt ſecundum ſe, ſed ſecũdum accidens. Per ſe enim appetitur medium, quod eſt bonum ſubiecto, quod afficitur per vnum contrarium in exceſſu. Puta, ſi corpus alicuius hominis ſit valde ſiccum, nõ eſt ei bonum, & appetibile fieri humidum per ſe loquendo, ſed venire ad medium, quod accidit ſuperueniente humido. Et eadem ratio eſt de calido, & huiuſmodi contrariis. Et quia hæc magis pertinent ad phyſicam conſiderationem, ideo dicit hic eſſe prætermittenda.

Amicorum virtus amare videtur. Quare in quibus hoc fit ſecundum dignitatem iſti mãſiui amici, & talium amicitia. Sic autem vtique, & inæquales maxime erunt amici. æquabuntur enim vtique. Aequalitas autẽ & ſimilitudo amicitia.

k Et maxime quidem eorum quæ ſecundum virtutem ſimilitudo. Manſiui .n. exiſtentes ſiñ ſeipſos, & adinuicẽ manent. Et neq; indigent prauis, neq; miniſtrant talia, ſed vt dicere contingit, & prohibent. Bonorum .n. neque ipſos peccare, neque amicis concedere miniſtrare.

l Mali autem firmum quidem non habent. Neque enim ſibiipſis permanent ſimiles exiſtẽtes. In paucũ.n.tp̃s fiunt amici, gaudentes adinuicem malitia.

m Vtiles autem & delectabiles in plus permanent. Vſque enim vtique tribuant delectationes, vel vtilitates adinuicem.

n Ex cõtrariis autem maxime quidẽ videtur propter vtile fieri amicitia: puta pauper diuiti: indiſciplinatus ſcienti. Quo enim exiſtit aliquis indigens ens, hoc appetens redonat aliud.

o Huc autem vtique aliquis attrahit, & amatorem, & amatũ, & pulchrum, & turpe.

p Propter quod videntur amatores ridiculi, quandoque dignificantes amari, vt amãt. Sed tamen amabiles exiſtentes forte dignificandum. Nihil autem tale habentes, ridiculum.

q Forte autẽ neque appetit cõtrariũ, ſecundum ſeipſum, ſed ſecundum accidens. Appetitus

*amicos, uirtutis amicorum uidetur eſſe amare. Quare in quibus hoc fit pro dignitate, ii ſtabiles ſunt amici, & amicitia talium eſt ſtabilita. Hoc autem modo, & qui ſunt inæquales, maxime fuerint amici, aequales enim fieri poſſunt. Aequalitas autem & ſimilitudo eſt amicitia.*

B *Et maxime quidem eorum ſimilitudo qui ſimiles ſunt virtute. Nam cum ſtabiles per ſeipſos ſint, & tales inter ſe ſunt. Et neque indigent prauis, neque talia ſubminiſtrãt, quin potius prohibent. Eſt enim bonorum hominum, neque ipſos delinquere, neque amicos permittere praua ſubminiſtrare.*

*Praui autem ſtabilitatem quidem non habent, quippe cum neque ſibiipſis ſimiles perſeuerent. Breui uero tempore ſiunt amici, ſua gaudentes* C *mutuo prauitate.*

*Vtiles autem & iucundi permanent magis, permanent enim quouſq; uoluptates, aut commoda ſibi mutuo præſtant.*

*Ex contrariis autem maxime uidetur ea fieri amicitia, quæ ob utilitatem efficitur. Nam ſit amicus pauper diuiti, ac indoctus ſcienti. Cuius enim quis indiget, id affectans aliud affert pro ipſo.*

D *Huc trahere quiſpiam, & amatorem, ac adamatum, & pulchrum, ac turpem poteſt.*

*Quapropter, & amatores ridiculi, uidentur interdum dignum eſſe cenſentes perinde amari, ut amant. At ſi ſimiliter quidem amabiles ſint, amandi ſunt fortaſſe, & cenſent. Si uero nihil amabilis habeant, ridiculum eſt profecto ſeſe, ut amant amari oportere cenſere.*

*Fortaſſe autem neque contrarium* E *per ſe contrarium appetit, ſed per accidens. Appetitio uero ipſius eſt me-*

LECTIO

LECTIO IX.

POſtquàm Philoſophus tetigit diuerſas ſpecies amicitiarum, quæ ſunt inæqualium perſonarum. Hic diſtinguit huiuſmodi ſpecies ſecundum proprias rationes earum. Et circa hoc duo facit. Primo oſtẽdit, ꝙ huiuſmodi amicitiarum ſpecies ſecundum diſtinctiones cõſequuntur Politicas communicationes. Secundo diſtinguit amicitiarum ſpecies, ſecundum diſtinctiones Politicarum, ibi. {Politicę autem ſunt tres, &c.} Circa primum ponit talem rationem. Omnis amicitia in communicatione conſiſtit. Omnis communicatio reducitur ad Politicã. Ergo oẽs amicitię, ſecundum politicas cõmunicatiões ſunt accipiendæ. Circa hoc tria facit. Primo probat primum. Secundo ſecundũ, ibi. {Cõmunicationes autem omnes, &c.} Tertio infert concluſionem, ibi. {Omnes itaque communicationes, &c.} Circa primum duo facit. Primo oſtẽdit ꝙ amicitia omnis in communicatione conſiſtit. Secundo oſtendit, ꝙ amicitia, ſecundum diuerſitatem communicationis diuerſificatur, ibi {Sunt autem fratribus, &c.} Primũ oſtẽdit tripliciter. Primo quidem per rationẽ, quæ talis eſt. Sicut ſupra dictum eſt, circa eadem eſt iuſtitia, & amicitia, ſed iuſtitia conſiſtit in communicatione. quælibet enim iuſtitia eſt ad alterum, vt in Quinto dictum eſt. Ergo, & amicitia in cõmunicatione conſiſtit. Secundo ibi. Lectio. 7.

b ¶ Oſtendit idem ex vſu loquendi. Homines enim conſueuerunt appellare amicos eos, qui ſecundũ aliquam communicationem ſibi communicant, puta connauigatores, qui communicant in nauigando & commilitones, q communicant in militia. Et eadem ratio eſt in aliis communicationibus, quia intantum videtur eſſe amicitia iter aliquos inquantum ſibi communicant. Quia & ſecundum hoc eſt etiam inter eos iuſtitia. Tertio ibi.

c ¶ Probat idem per commune prouerbium. Vulgo enim dicitur, ꝙ amicorum omnia ſunt communia. Ergo amicitia in cõmunicatione conſiſtit. Deinde cum dicit.

F d ¶ Oſtendit, ꝙ ſecundum diuerſas communicationes differũt amicitiæ. Et circa hoc tria facit. Primo oſtendit diuerſitatẽ amicitiarum ſecundum diuerſitatem communicationis. Videmus enim ꝙ fratribus, & perſonis, i. a coniunctis ſunt omnia cõmunia, puta domus, menſa, & alia huiuſmodi. Aliis autem amicis ſunt quædã diſcreta. Et quibuſdam plura, & quibuſdam pauciora. Et ſecundum hoc etiam amicitiarum quædam ſunt maiores, ſ. inter illos, qui habẽt plura cõia, & quædã amicitię ſunt minores, vt quæ ſunt inter illos, qui in paucioribus communicant. Et ex hoc maxime apparet, ꝙ ſi nulla eſſet cõmunicatio, non poſſet eſſe amicitia. Secundo ibi.

e ¶ Oſtendit, ꝙ iuſtitia diuerſificatur, ſecũdum diuerſas cõmunicationes. Non enim idem eſt iuſtũ in qualibet communicatione, ſed differens, ſicut patet, ꝙ non idem eſt iuſtum inter patrem & filios & inter fratres adinuicem. Et ſimiliter aliud eſt iuſtum inter ethaicos, ideſt coetaneos, & connutritos, & inter ciues, qui alia ſibi mutuo tamquã debita exhibent. Et eadem ratio eſt in aliis amicitiis. Et ſic patet, ꝙ altera iuſta ſunt inter ſingulos prædictorũ. Tertio ibi.

f ¶ Oſtendit, quomodo iuſtitia diuerſificatur ſecundũ differentiam amicitię. Et dicit, ꝙ iuſtitia & iniuſtitia accipiũt augmentum ex hoc, ꝙ ſunt ad magis amicos, quia ſcilicet magis amico bene facere quidem eſt iuſtius nocere iniuſtius, ſicut ꝙ aliquis priuet pecuniis per furtum, aut rapinam hominẽ ſibi familiarem, & cõnutritum eſt durius, & iniuſtius, quàm ſi priuauit ciuem. Et ſimiliter, ſi ſubtrahat auxiliũ fratri, quàm ſi ſubtrahat extraneo & ſi percutiat patrẽ, q̃ ſi percutiat quemcumque alium. Quod autem ſimul augetur amicitia, & iuſtum procedit ex hoc, ꝙ in eiſdem exiſtunt, & verũ que pertinet ad quãdam æqualitatem cõmunicationis. Et per hoc ſignũ confirmatur, quod ſupra dictũ eſt. Deinde cum dicit.

g ¶ Oſtendit, ꝙ omnes communicationes ad politicam communicationem reducuntur. Et circa hoc duo facit. Primo oſtẽdit, ꝙ omnes communicationes ſimilitudinem habent cum cõmunicatione politica. Secundo oſtendit, ꝙ omnes communicationes

autem medii eſt, hoc enim bonum, puta ſicco, non humidum fieri, ſed ad medium venire, & calido ſimiliter. Hæc quidẽ igitur dimittantur. etenim eſt magis alienum.

LECTIO IX.

G VIdetur aũt quemadmodum in principiis dictum eſt circa eadem, & in eiſdem eſſe, & amicitia, & iuſtum. In omni enim communicatione videtur aliquod iuſtũ eſſe, & amicitia autem.

b Appellãt igitur vt amicos cõnauigatores, & commilitones, ſimiliter autẽ & eos, qui in aliis cõmunicationibus. Secundum quantum. n. communicant, intãtũ eſt amicitia. etenim iuſtũ. H

c Et prouerbium, communia quæ amicorum recte. In communicatione enim amicitia.

d Sunt autem fratribus quidẽ, & connutritis omnia communia, aliis autem diſcreta. Et his quidem plura, his autem minora. Etenim amicitiarũ hę quidẽ magis, hæ autem minus.

i Differunt autem & iuſta. Non enim eadẽ parentibus ad filios, I & fratribus adinuicem, neq; cæteris & ciuibus. Similiter autẽ & in aliis amicis. Altera aũt itaque & iuſta ad ſingulos horũ.

f Et augmentationem accipiũt in magis ad amicos eſſe: puta pecuniis priuare. Eſt enim quidẽ durius, q̃ ciuem, & non iuuare fratri, q̃ extraneo, & percutere patrem, q̃ quæcumq; alium. Augmentari autẽ natum eſt ſimul amicitiæ, & iuſtum, vt eiuſdem entia, & ad æquale ptingentia. K

g Communicationes autẽ omnes particulis aſſimilantur politicę. Cõueniunt enim in aliquo conferente, & acquirentes aliquid eorum, quę ad vitam. Sed & politica communicatio conferentis gratia videt, & ex principio conuenire, & permanere. Hoc. n. & legis poſitores coniectant, & iuſtum eſſe aiunt, quod communiter conferens.

h Aliæ quidem igitur communicationes ſecundum partes cõferens appetunt, puta nauigatores quidem, quod ſecundum nauigium ad operationes pecuniarum, vel aliquid taliũ. Cõmilitones autem ſecundum bellum ſiue pecuniã, ſiue victoriã, ſiue ciuitatem appetẽtes. Similiter autem & tribules, & plebei. B

i Quædam autem communicationes propter delectationẽ videntur fieri, ſcilicet conchoreantium, & æraniſtarum. Hæc enim gratia ſacrificii, & connubii.

K Omnes autem hę ſub politica conſueuerunt eſſe. Nõ enim pręferens cõferens politica appetit, ſed in omnem vitam. Et ſacrificia faciẽtes, eas & quę circa has congregationes honoresque tribuentes diis, & ſibiipſis requiem acquirentes cum delectatione. Antiqua enim ſacrificia, & congregationes vidẽtur fieri poſt fructuũ collectiones, puta primitiæ. Maxime enim vacabant in his temporibus. C

l Oẽs vtiq; cõmunicationes videntur particulæ politicæ eſſe. Conſequẽter aũt tales amicitię talibus communicationibus. D

LECTIO X.

POliticæ autem ſunt ſpecies tres, æquales autẽ & tranſgreſſiones, puta corruptiones harum. Sunt autem politicæ quidem Regnum, Ariſtocratia. tertia autem quæ a præciis quam Tymocratiã dicere conueniens videtur, politicam autem cõſueuerunt ipſam plures vocare. E

*dii. Hoc enim eſt bonum: ueluti ſicco, non ut humidum fiat, ſed ut accedat ad medium, & calido, & cæteris ſimili modo. Sed hæc quidem miſſa faciamus. non enim ad hunc locum accommodantur.*

LECTIO IX.

*VIdetur amicitia, & iuſtum (ut in principio diximus) circa eadem, & in eiſdem eſſe. In omni namque ſocietate iuſtum aliquid, & amicitia eſſe uidetur.*

*Itaque & amicos appellant ſimul nauigantes, & cõmilitones, & in cæteris ſimiliter ſocios. Atque quatenus communicant eatenus eſt amicitia, & iuſtum enim eodem modo.*

*Et prouerbium recte, ea quæ ſunt amicorum, communia dicit eſſe. Amicitia namque in communicatione ſocietateque conſiſtit.*

*Atque fratribus quidem ſodalibusue cuncta communia ſunt cæteris autem definita. Et aliis plura, aliis pauciora. Et amicitiarum enim aliæ magis, aliæ minus amicitiæ ſunt.*

*Differunt autem, & iuſta. Non enim eadem ſunt parentibus ad filios, & fratribus inter ſe, neque ſodalibus, atque ciuibus, & in cæteris ſimiliter amicitiis. Diuerſa igitur ſunt, & iuſta ad horum ſingulos.*

*Et incremẽta ſuſcipiunt, quòd ſunt ad magis amicos. Eſt enim grauius ſodali, quàm ciui pecuniam auferre, & fratri quàm extraneo opem non ferre, & patrem, quàm quemuis alium pulſare. Creſcit autem, & iuſtum cum amicitia ſimul, quippe cum ſint in eiſdem, & æque ſe extendant.*

*At uero ſocietates omnes ſimiles ſunt partibus ſocietatis ciuilis. Nam ob utilitatem aliquam conueniunt homines, & aliquid eorum conſequuntur, quæ ad uitam conferunt. Ciuilis quoque ſocietas gratia utilitatis ab initio conſtitui permanereque uidetur. Hoc enim, et latores legum coniectãt. Et iuſtum id inquiunt eſſe, quod publice prodeſt.*

*Cæteræ igitur ſocietates per partes utilitatem appetunt. Nautæ quidem eam, quæ ex nauigatione proueniat, acquiſitionem inquam pecuniarum, aut aliquid tale. Milites autem eam, quæ fit ex bello, ſiue pecuniam, ſiue uictoriam, ſiue ciuitatem affectent. Eodem modo contribuleſque, & populares.*

*Nonnullæ autem ſocietates gratia uoluptatis conſtant, ut eorum qui choros ſimul exercent, aliaque ſimilia, & eorum, qui pecunias conferunt ad cõuiuia ſibi paranda. Hæ namque ſacrificii conuictuſque cauſa fiunt.*

*Omnes autem hæ ſub ciuili ſocietate collocantur. Non enim præſens cõmodum ciuilis affectat, ſed ad omnem uitam. Atque ſacrificia, & cetus circa hæc faciunt honorem diis tribuentes, & ſibiipſis requietem præſtantes cum uoluptate. Vetuſta namque ſacrificia conuentuſque poſt frugum perceptionem ut primitiæ celebrantur. Hoc enim in tempore maxime ocio indulgebant.*

*Societates igitur uniuerſæ partes eſſe ciuilis manifeſtum eſt. Tales autem amicitiæ, tales ſocietates ſequuntur.*

LECTIO X.

*REipublicæ tres ſunt ſpecies, & totidem etiam tranſgreſſiones, & quaſi labes illarum. Et ille quidem ſunt regnum, & optimorum poteſtas, & tertia eſt ea, quæ e cenſibus fit, quam cenſu poteſtatem dicere accommodatum uidetur. Plurimi autem Rempublicam appellare conſueuerunt.*



cationes aliæ continentur ſub politica, ibi. {Aliæ quidem igitur, &c.} Dicit ergo primo, ꝙ omnes communicationes habent aliquam ſimilitudinem cum partibus politicę communicationis. Videmus enim, ꝙ omnes communicantes conueniunt in aliquo vtili. Ad hoc, ſcilicet ꝙ acquirant aliquid eorum, quę ſunt neceſſaria vitæ. Et hoc etiam videtur habere politica communicatio, quia propter vtilitatem communem videntur ciues, & a principio ſimul conueniſſe, & in hoc perſeuerare. quod patet ex duobus. Primo quidem, quia legiſlatores ad hoc maxime tendere videntur, vt procurent vtilitatem communem. Et ſecundo, quia homines hoc dicũt eſſe iuſtum in ciuitate, quod communiter ciuibus confert. Deinde cum dicit.

h ¶ Oſtendit, quòd aliæ communicationes ſub politica continẽtur. Et circa hoc tria facit. Primo oſtẽdit, quomodo quædam aliarum cõmunicationum ordinãtur ad aliquam particularem vtilitatem. Et dicit, ꝙ communicationes aliæ præter politicam intendunt aliquod particulare conferens, puta ꝙ cõnauigantes intendũt acquirere pecuniam ſi ſint mercatores, vel aliquid aliud huiuſmodi. Si autem ſint bellatores, conueniũt ad illud propter quod eſt bellum, ſiue hoc ſit pecunia, ſiue ſola victoria, ſiue dominium alicuius ciuitatis. Et ſic etiam illi qui ſunt vnius tribus, vel vnius plebis, ad aliquod particulare commodum conueniunt. Secũdo ibi.

i ¶ Oſtendit, ꝙ etiã communicationes, quæ videntur fieri propter delectationẽ fiũt propter aliquod vtile. Et dicit, ꝙ quędã communicationes videntur fieri propter delectationem ſicut conchoreantiũ, ideſt eorum, qui ſimul cãtãt in choro, vel chorea, & æraniſtarum, ideſt eorum, qui vtuntur ſonis æreorum inſtrumentorum, puta tubis, aut cymbalis. Huiuſmodi autem cõmunicationes conſueuerunt fieri cauſa ſacrificii, vt ibi delectabilius homines detineantur, & cauſa connubii, ideſt nuptiarũ, vt vir & vxor magis habeant delectationem cum in tanta iucũditate communicant. Tertio ibi.

K ¶ Oſtendit ex præmiſſis, ꝙ omnes aliæ communicationes prædictæ ſub Politica continentur. Et dicit, ꝙ omnes conſueuerunt eſſe ſub Politica, inquantum ſcilicet conſuetum eſt, quòd omnes per Politicam ordinantur. Et huius rationem aſſignat, quia aliæ communicationes, ſicut dictum eſt, ordinantur ad aliquam particularem vtilitatem. Politica autem non intendit ali-

A quod particulare, & præſens commodum, ſed intendit id, quod eſt vtile per totam vitam. Et hoc ſpecialiter oſtendit circa communicationes delectantium, & maxime in ſacrificiis, de quibus minus videtur. Et dicit, ꝙ illi qui faciunt ſacrificia in huiuſmodi congregationibus, intendunt honorem tribuere Deo, & ſibi ipſis acquirere requiem cum aliqua delectatione, quod ordinatur ad vtilitatem vitæ. Vnde & apud antiquos poſt collectionem fructuum. ſ. in autumno, fiebant ſacrificia, & congregationes hominum, puta ad ſoluendum primitias. Hoc erat enim tempus aptum ad hoc, quod homines vacarent, tum vt requieſcerent a præcedentibus laboribus, tum quia ſuppetebat eis copia victualiũ. Et ſic patet, ꝙ omnia iſta ſubduntur ordinatiõi polyticæ, quaſi pertinentia ad vtilitatem vitæ. Deinde cum dicit.

l ¶ Inducit concluſionem intentam, videlicet, ꝙ omnes cõmunicationes continentur ſub politica, ſicut quædam partes eius, inquantum aliæ ordinantur ad quædam particularia cõmoda. Politica autẽ ad communem vtilitatem, & quia amicitiæ conſequenter ſe habent ad tales cõmunicationes, conſequẽs eſt etiam, quòd amicitiarum diſtinctio, ſecundum polyticam attendatur.

LECTIO X.

POſtquàm Philoſophus oſtẽdit, quòd amicitiæ ſpecies reducuntur ad politicam communicationem. Hic diſtinguit eas, ſecundum diſtinctionem politicæ cõmunicationis. Et circa hoc duo facit. Primo diſtinguit amicitiarũ ſpecies, ſecundum diſtinctionem politicę communicationis. Secundo, ſubdiuidit huiuſmodi amicitiæ ſpecies, ibi. {In communicationem quidem igitur, &c.} Circa primum duo facit. Primo diſtinguit politicas communicationes adinuicem. Secundo diſtinguit, ſecundum eas amicitiarum ſpecies, ibi. {Secundum vnamquamque autem, &c.} Circa primũ duo facit. Primo diſtinguit ſpecies communicationis politicæ. Secundo ad earum ſimilitudinem aſſignat ſpecies communicationis iconomicæ, ibi. {Similitudines autem, &c.} Circa primũ tria facit. Primo aſſignat ſpecies politicarum. Secundo comparat eas adinuicem, ibi. {Harum autem, &c.} Tertio oſtendit, quomodo corrumpantur, ibi. {Tranſgreſſio autem regni, &c.} Dicit ergo primo, ꝙ tres ſunt ſpecies politicæ communicationis, & totidem ſunt corruptiones ſiue tranſgreſſiones earum.

Rectæ

b Harum autem optima quidē regnum, peſſima tymocratia.

c Tranſgreſſio aūt regni tyrannis. Ambæ.n. monarchiæ. differunt autē plurimum. Tyrannus quidem enim ſibiipſi conferens intendit, Rex autem, quod ſubditorum. Non enim eſt rex, qui G non per ſe ſufficiens, & omnib[9] bonis ſuperexcellens. Talis aūt nullo indiget. Vtilia igitur ſibi ipſiquidem non vtiq; intendet ſubditis autem. Qui enim non talis, clerotes vtiq; quidem magis erit, quàm Rex. Tyrannus autem ex contrarietate huic, ſibi enim bonum proſequitur, & manifeſtius in hac quoniā peſſima. Peſſimum autem contrariū optimo. Tranſgreditur autē ex H regno in tyrannidem. Prauitas enim monarchiæ tyrannis. Malus autem rex tyrannus fit.

d Ex ariſtocratia autem in oligarchiam malitiam principum qui tribuunt, quæ ciuitatis præter dignitatē, & omnia, vel plurima bonorum ſibiipſis, & principatus ſemper eiſdem de plurimo facientes ditari. Pauci igitur principātur, & mali pro his, qui maxime epyiches.

e Ex timocratia autem vtiq; in I democratiam. Conterminales enim ſunt hę. Multitudinis enī vult, & timocratia eſſe. et æquales omnes, qui in honoratione. Minimum autem malum eſt democratia, in parum enim tranſgreditur politicæ ſpeciem. Trāſmutantur quidem igitur maxime ſic politicæ. Manifeſtum.n. ſic, & faciliter tranſgrediūtur.

f Similitudines autem ipſarum & velut exemplū accipiet aliqs K vtique & in domibus.

*Atque harum optima quidem eſt Regnum. Deterrima uero cenſu poteſtas.*

*Tranſgreſſio autem regni quidem tyrannis eſt. In utraque enim unus eſt princeps. Sed inter ſeſe plurimum differunt. nam tyrannus quidem ſuum, Rex autem eorum qui ab ipſo reguntur, conſiderat commodum. Non eſt enim rex, niſi ſit ex ſeſe ſufficiens, & bonis omnibus antecellat. talis autem nullius indiget rei. Non ergo ſuas ipſe, ſed eorum qui reguntur utilitates conſiderat. Qui namque talis non eſt, ſorte potius quidā eſt princeps, quàm rex. Tyrannis autem eſt contraria regno. ſuum namque bonum ſequitur ipſe tyrannus. quo magis patet ipſam eſſe peſſimam. Peſſimum enim id eſt quod eſt contrarium optimo. Fit autē in tyrannidem ex regno tranſgreſſio. Tyrannis enim eius principatus ē prauitas, & in quo unus eſt princeps. Prauus autem rex fit tyrannus.*

*Ex optimarum uero poteſtate ad paucorum potentiam fit tranſgreſſio uitio principum, qui res ciuitatis præter dignitatem diſtribuunt, & cuncta bona ſibi, uel plurima tribuunt, & magiſtratus ſemper eiſdem plurimi diuitias facientes. Pauci igitur, & praui pro optimis dominantur.*

*Sed ex cenſu poteſtate ad popularem fit tranſgreſſio. Sunt enim hæ finitimæ. nam & cenſu poteſtas multitudinis eſſe ſolet, & pares ſunt omnes, qui ſunt in cenſu. Minime uero prauū eſt popularis poteſtas, parum enim reipublicæ tranſgreditur ſpeciem. Res igitur publicæ hoc maxime modo mutantur. Minima enim atque facillima fit ipſarum migratio.*

*Similitudines autem ipſarum, & quaſi exempla quiſpiam, & in domibus accipere poteſt.*

Rectæ quidem politicæ ſunt tres ſcilicet regnum, quod eſt principatus vnius. Ariſtocratia, quæ eſt poteſtas optimorum, eo ꝙ huiuſmodi ciuilitas per virtuoſos gubernatur. Videtur autem conueniens, ꝙ ſit quædam alia ſpecies licet quidam eam nō ponant, vt patet in Quinto politicorum, quæ conuenienter nominatur tymocratia a tymos, tymos enim præcium dicitur, qa videlicet in hac politica pcia dantur pauperibus, & damna inferunt diuitibus, ſi non conueniant ad politicas cōgregationes, vt patet in Quarto politicæ. Quidam autem conſueuerunt eam vocare communi nomine politicam eo ꝙ eſt communis diuitibus, & pauperibus, vt patet in Quarto politicæ. Deinde cum dicit.

Lect. 11.

Lectio. 2.

b ¶ Comparat huiuſmodi politicas ad inuicem. Et dicit, ꝙ inter eas optima eſt regnum, in quo vn[9] optim[9] principatur. Peſſima autem, ideſt minus bona eſt tymocratia, vbi plures mediocres principantur. Media autem eſt ariſtocratia, in qua pauci optimi principantur, quorum tamen non eſt tāta poteſtas ad bene agendum, ſicut vnius optima agentis habentis plenitudinem poteſtatis. Deinde cum dicit.

c ¶ Agit de corruptione ſiue tranſgreſſione prædictarū politicarum. Et primo de corruptiōe regni. Secūdo de corruptione ariſtocratiæ, ibi. {Ex ariſtocratia aūt, &c.} Tertio de corruptione democratiæ, ibi. {Ex democratia autem, &c.} Circa primū duo facit. Primo quidem ꝓponit, quod intēdit. Et dicit, quod tranſgreſſio ſiue corruptio regni vocatur tyrannis. Et hoc manifeſtat primo quidem ꝑ hoc, ꝙ genere conueniunt. Ambo enim ſūt monarchiæ, ideſt principatus vnius, ſicut.n. in regno principatur vnus, ita & in tyrannide. Secundo aſſignat differentiam eorum adinuicem. Et dicit, ꝙ plurimum differunt. Et ex hoc apparet, ꝙ ſunt contraria. Contraria enim ſunt, quæ plurimū differunt, & in eodem genere. Hanc autem differentiam manifeſtat dicens, ꝙ tyrannus intendit in ſuo regimine, quod eſt vtile ſibiipſi. Rex autem intendit, quod eſt vtile ſubditorū, & hoc probat per hoc, ꝙ non poteſt vere dici Rex, qui non per ſe eſt ſufficiens ad regendum, vt ſcilicet ſit ſuperexcellens in omnib[9] bonis, & animæ, & corporis, & exteriorum rerum, vt ſit dign[9], & potens ad principandum. Cum autem talis, ſit nō indiget aliquo, & ideo non intendet ad vtilitatem ſuam, quod eſt indigentium, ſed ad hoc, ꝙ bene faciat ſubditis, quod eſt ſuperabundā- F tium. Ille enim qui non eſt talis, ſcilicet ſuperexcellens in omnibus bonis, magis poteſt dici clerotes, quaſi ſorte aſſumptus ad principandum, quam Rex. Sed tyrannus ſe habet per contrariū ad regem quia quęrit bonum ſibi. Vnde patet, ꝙ ipſa corruptio eſt peſſima. Peſſimum enim eſt contrarium optimo. Tranſgreditur autem aliquis ex regno, qđ eſt optimum. Sicut dictum eſt in tyrannide, quæ nihil eſt aliud, quàm prauitas monarchiæ & principatus vnius. Et rex quādo fit malus, dicitur tyrannus vnde patet, ꝙ tyrannis eſt peſſima. Deinde cum dicit.

d ¶ Agit de corruptiōe ariſtocratiæ. Et dicit, ꝙ ex ariſtocratia fit tranſgreſſio in oligarchiam, quæ eſt principatus paucorum. Et hoc propter malitiam eorū, qui principantur, q bona ciuitatis nō diſtribuunt, ſecundum dignitatem, ſed omnia bona ciuitatis, vł plurima eorum vſurpant ſibiipſis, & ſemper principatus eiſdē conferunt hoc plurimum intendentes, vt ditentur ipſi, & amici eorum. Et ex hoc contingit, ꝙ loco maxime virtuoſorum, qui præſunt ariſtocratiæ principantur pauci, & mali. Deinde cum dicit.

e ¶ Agit de corruptione dimocratiæ. Et dicit, ꝙ corrumpitur in democratiā, quæ eſt poteſtas populi. Ambæ enim hæ politiæ ſunt conterminales, ideſt vicinæ. Aſſimilantur.n. in duobus. Primo quidem, quia etiam tymocratia, quæ eſt poteſtas præciorum, eſt principatus multitudinis, ſicut & democratia. Secundo quia in vtraque politia, omnes qui ſunt in honoribus conſtituti ſunt æquales. Differunt autem, qa in tymocratia intendunt commune bonum diuitum, & pauperum. In democratia autem intēditur ſolum bonum pauperum. Vnde minima peruerſitas eſt democratiæ, parum enim recedit a tymocratia, quæ eſt rectæ politicæ ſpecies. Concludit igitur, ꝙ politicæ maxime tranſmutantur inuicem, & ita de facili corrumpuntur, ſicut prædictum eſt. Deinde cum dicit.

f ¶ Diſtiguit ſecundum prædictorū ſimilitudinem inter politicas, & iconomicas. Et primo oſtendit quid in his reſpōdeat regno, & tyrannidi. Secundo, quid ariſtocratiæ, & oligarchiæ, ibi. {Viri autem, & vxoris, &c.} Tertio, quid tymocratiæ, & democratiæ, ibi. {Tymocraticus autem, &c.} Circa primum tria facit. Primo proponit, quod intendit. Et dicit, ꝙ ſimilitudo & exemplum prædictarum politicarum, poteſt accipi in rebus domeſticis. Secundo ibi.

g ¶ Oſtendit



g Patris quidem.n. ad filios cōmunicatio regni habet figurā. filiorum .n. patri eſt cura. Hinc autem & Homerus Iouem patrem appellat. Paternus.n. principatus vult regnum eſſe.

h In Perſis autē, qui patris tyrannicus. Vtuntur.n. vt ſeruis filiis. Tyrannicus aūt, & domini B ad ſeruos. Domini.n. conferens in ipſo operatur. Et hic quidem igitur rectus videtur, Perſicus autem, qui peccat. Differentiū enim principatus differentes.

i Viri autē & vxoris ariſtocraticus videtur. Secundum dignitatem enim vir principatur, & circa hæc, quæ oportet virum. Quæcumque autem vxori congruunt, illi reddit.

k Omnium autē dominans vir C in oligarchiam tranſponitur. Præter dignitatem.n. ipſum facit, & non qđ melius. Quādo autem principantur vxores hęredes exiſtentes non ita fiunt ſecūdum virtutē principatus, ſed ꝑꝑ diuitias, & potentiam, quemadmodum in oligarchiis.

l Tymocraticus autem videtur qui fratrum. Aequales enim ꝑter inquantū ętatibus differūt. D Propter quod ſi multum ætatibus differunt non adhuc fraterna fit amicitia.

m Democratica autem maxime quidem fit in his, quæ ſine dominatione habitationum. Hic enim omnes ex æquali, & in quibus debilis, qui principatur, & vnicuique poteſtas.

*Societas enim patris ad filios regni præſcefert effigiem. nati namque patri ſunt curæ. Hinc & Homerus Iouem patrem appellat. Ipſum namque regnum imperium eſt ſuapte natura paternum.*

*Patris autem apud Perſas imperium tyrannicum eſt. Suis enim filiis utuntur, ut ſeruis. Heri etiam ad ſeruos tirannicum eſt. nam in ipſo utilitas agitur heri. Atque hoc quidem rectum eſſe uidetur, ſed Perſarum aberrat. Diuerſorum enim diuerſa ſunt imperia.*

*Viri autem, & uxoris ſocietas ſimilis eſt optimatum poteſtati. Pro dignitate namque uir præſidet, & in his, quæ uirum oportet. Quæ uero uxori accommodantur, hæc illi tribuitur.*

*Quòd ſi in omnibus uir dominetur in paucorum poteſtatē mutatur. Præter dignitatem enim hoc facit, & non ea ratione, qua præſtabilior eſt. Interdum autem dominantur uxores ob amplitudinem patrimonii. Non igitur fiunt imperia ob uirtutem, ſed ob diuitias, & potentiam, perinde atque in paucorum fit poteſtate.*

*Fratrum uero ſocietas ſimilis eſt cēſu poteſtati. Sunt enim pares, præter differentiam ætatis. Quocirca, ſi multum ætatibus differant, non fraterna inter ipſos fit amicitia.*

*Popularis autē poteſtas in his maxime habitationibus eſt, quæ dominio carent. Hic enim omnes ſunt æquales, & in quibus princeps eſt imbecillis, & unicuique ineſt poteſtas.*

## LECTIO XI.

E SEcundum vnamquāq; aūt vrbanitatē amicitia videtur inquātum & iuſtum.

b Regi quidem enim ad ſubiectos in ſuperabundantia beneficii. Benefacit enim ſubditus. Si quidem bonus ens curam habet

## LECTIO XI.

*IN unaquaque autem republica tantum amicitiæ conſtat eſſe, quantum & iuſti.*

*Atque regis quidem amicitia ad eos, qui reguntur, in excellentia beneficii conſiſtit. Confert enim in eos beneficia, qui ab ipſo reguntur. Siquidē*

g ¶ Oſtendit quid in huiuſmodi reſpondeat regno. Et dicit ꝙ A communicatio, quæ eſt inter patrem & filios habet ſimilitudinem regni, quia pater habet curam filiorum, ſicut Rex ſubditorum. Et inde eſt, ꝙ Homerus Iouem propter regiam poteſtatē appellauit patrem. Principatus enim patris in domo eſt, quaſi quoddam regnum. Tertio ibi.

h ¶ Oſtendit quid reſpondeat in domibus tyrannidi, & ponit duos modos, quorum vnus eſt, ſecundum quem apud Perſas patres ſe habent ad filios, qui vtuntur filiis quaſi ſeruis. Secundus autem mod[9] eſt quo domini ſe habent ad ſeruos, quia domini vtuntur ſeruis intēdendo ad ſui ipſorum vtilitatem. Hi autem duo modi differunt, nam vnus magis videtur eſſe rectus, quo ſcilicet domini vtuntur ſeruis ad ſuam vtilitatem. alius aūtem eſſe peruerſus, quo ſcilicet patres vtuntur filiis quaſi ſeruis. Oportet enim, ꝙ diuerſis aliquis diuerſimode prīcipetur. Vnde peruerſum eſt, ꝙ aliquis prīcipetur ſimiliter liberis, & ſeruis. Deinde cum dicit.

i ¶ Oſtendit quid in domibus reſpondeat ariſtocratiæ, & eius oppoſito. Et circa hoc duo facit. Primo oſtendit, quid reſpōdeat ariſtocratiæ, et dicit, ꝙ principatus quo vir & vxor dominātur in domo, eſt ariſtocraticus, qa vir habet dominium & curā circa ea quę pertinent ad virum ſecundum ſuam dignitatem, & dimittit vxori illa, quæ pertinent ad eam. Secundo ibi.

K ¶ Ponit duos modos reſpondentes oligarchiæ, Quorū vn[9] eſt, quando vir vult omnia diſponere, & nullius rei dominiū relinquit vxori. Hoc enim non eſt ſecundum dignitatem, nec ſecundum ꝙ melius eſt. Alius autem modus eſt, quando vxores totaliter principātur, eo ꝙ ipſę ſunt hęredes, & tunc principatus non fit ſecūdū virtutem, ſed ꝑpter diuitias, & potentiā, ſicut accidit ī oligarchiis. Deinde cum dicit.

l ¶ Oſtendit quid reſpondeat tymocratiæ, & eius oppoſito. Et primo quid reſpondeat tymocratiæ. Et dicit, ꝙ principatus quo fratres dominantur in domo, videtur eſſe tymocraticus, eo ꝙ fratres ſunt æquales, niſi inquantum differunt, ſecundū ætatem, in qua ſi multum differant, non videtur fraterna amicitia, ſed quaſi paterna. Secundo ibi.

m ¶ Oſtendit quid reſpondeat democratiæ. Et dicit, ꝙ quædam ſimilitudo democratiæ eſt in habitationibus, quæ non habent dominum, ſicut cum ſocii morantur in hoſpitio. Ibi enim omnes ſunt æquales, & ſi aliquis principetur, habet debilē principatum, ſicut qui præficitur ad expenſas faciendas, & vnuſquiſque ſociorum habet poteſtatem in domo, ſicut in democratiis quilibet de populo habet poteſtatē quaſi ex æquali, & principes harum poſſunt.

LECTIO XI.

POſtquàm Philoſophus diſtinxit diuerſas ſpecies politicæ, & iconomicæ cōmunicationis, hic diſtinguit amicitiarum ſpecies ſecundum ꝓdicta. Et circa hoc duo facit. Primo proponit quod intēdit. Et dicit, ꝙ ſecūdum vnamquamque vrbanitatem, & politicæ ordinem videtur eē quædā amicitiæ ſpecies accipienda, eo ꝙ in vnaquaq; politia inuenitur aliquid iuſtum. Amicitia autē & iuſtitia quodāmodo circa idem ſunt, vt ſupra dictum eſt. Secundo ibi.

b ¶ Manifeſtat propoſitum. Et primo quidem quantum ad politias rectas. Secundo quantum ad politias peruerſas, ibi. {In tranſgreſſionib[9] autem, &c.} Circa primum tria facit. Primo oſtendit qualiter ſit amicitia ſecūdum regnum. Secundo, qualiter ſecundū ariſtocratiam, ibi. {Sed & viri ad vxorem, &c.} Tertio, qualiter ſecundum tymocratiā, ibi. {Quæ autem fratrum, &c.} Circa primum duo facit. Primo oſtendit qualiter ſit amicitia inter regem, & ſubditos. Secundo comparat amicitiam paternam amicitiæ regali, ibi. {Talis autē & paternæ, &c.} Dicit ergo primo, quòd inter regem, & ſubditos eſt amicitia ſuperabundantiæ ſecundū rationem beneficii, ſicut eſt beneficientis ad beneficiatum. Pertinet enim ad regem, vt benefaciat ſubditis. Si enim ſit bonus habet

habet curam ſubditorum, vt bene operentur, intendit enim ſub ditos facere virtuoſos. Vnde & nominatur ex hoc, quod dirigit ſubditos, ſicut paſtor oues. Propter quod, Homerus regem Agamenonem nominauit paſtorem populorum. Deinde cū dicit.

c ¶ Comparat paternam amicitiam regali. Et circa hoc quatuor facit. Primo cōparat amicitiam paternam regali. Et dicit, ꝙ amicitia paterna eſt talis .ſ. ſimilis regali. Secundo ibi.

d ¶ Oſtendit differentiam vtriuſq; amicitię. Et dicit, ꝙ prædictæ duæ amicitiæ differunt ſecundum magnitudinem beneficiorum. Quamuis enim beneficium regis ſimpliciter ſit maximum inquantum reſpicit totam multitudinem, tamen per comparationē ad vnā perſonam, beneficiū patris eſt maius. Eſt enim pater filio cauſa trium bonorū maximorum. Primo.n. generando eſt ſibi cā eſſendi, quod reputatur eſſe maximum. Secundo, educando ē ſibi cauſa nutrimenti. Tertio, eſt ſibi cauſa diſciplinæ. Hæc autem tria non ſolum tribuuntur patribus reſpectu filiorum, ſed etiam progenitorib[9], ideſt auis, & proauis reſpectu nepotum, & pronepotum. Tertio ibi.

e ¶ Probat, quod dixerat ſcilicet ꝙ talis ſit amicitia paterna ſicut & regalis. Naturaliter.n. pater principatur filio, & progenitores nepotibus ſicut & rex ſubditis. Vnde & filii ſunt in poteſtate patris, & nepotes ī poteſtate aui, ſicut & ſubditi in poteſtate regis. Quarto ibi.

f ¶ Oſtēdit in quo cōueniant omnes huiuſmodi amicitiæ. Et ponit duo. Quorum vnum eſt, ꝙ omnes huiuſmodi amicitiæ, conſiſtunt in quodā ſupexceſſu vnius ad alterum. Et quia in rege, & ſubditis hoc eſt manifeſtum, manifeſtat hoc circa patres, & filios. Quia enim pater eſt ſuperexcedens, inde eſt, ꝙ parentes honorantur a filiis. Honor enim ſuperexcellenti debetur, vt in primo habitum eſt, & idem dicendum eſt circa progenitores. Aliud autem eſt, ꝙ in huiuſmodi amicitiis non eſt idem iuſtum ex vtraq; parte, vt ſcilicet rex idē faciat ſubdito, quod ſubditus regi, vel pater filio, quod filius patri, ſed attenditur vtrobique iuſtum ſecundum dignitatem, vt ſcilicet vterque faciat alteri, quod dignum eſt, quia ſic etiam amicitia inter eos conſideratur, vt vnus alterum amet, ſecundū ꝙ dignum eſt. Deinde cum dicit.

Lectio. 13.

g ¶ Oſtendit qualiter ſit amicitia ſecundum ariſtocratiam. Et dicit, ꝙ amicitia, quæ eſt inter virum & vxorē eſt talis ſicut ea quæ eſt in ariſtocratia, in qua præficiuntur aliqui ſecundum

F virtutem, & propter eam amantur. Et quia illi qui pręficiuntur ſunt meliores, ideo attribuitur eis plus de bono, inquantū, ſcilicet aliis præferuntur, & vnicuique tamen attribuitur id qđ ei conuenit. Virtuoſi enim in principatu conſtituti non ſubtrahunt ſubditis bonū quod eis congruit. Et per hunc etiam modum conſeruatur iuſtitia, ſecundum ariſtocratiam, & ita eſt etiam in amicitia viri, & vxoris. Vir.n. quia melior eſt, præficitur vxori, tamen vir non præripit ea quæ ſunt vxoris. Deinde cum dicit.

h ¶ Oſtendit qualiter amicitia accipiatur, ſecundum tymocratiam. Et dicit, ꝙ amicitia, quæ eſt inter fratres aſſimilatur ętayrichæ, i. amicitiæ coetaneorum. Fratres enim ſunt æquales, & coetanei. Et tales videntur eſſe vnius diſciplinæ, et vnius moris, vt plurimum, eo ꝙ mores ſequuntur conſuetudinem vitę, vt in Secundo habitum eſt. Et ex hoc patet, ꝙ tali amicitiæ aſſimulatur amicitia, quæ eſt ſecundum tymocratiam, in qua ciues, q. præficiuntur, ſunt æquales, & æpyiches.i. virtuoſi. Vnde iuſtū eſt, ꝙ in parte principentur, ita ſcilicet ꝙ vnus non habeat totum principatū, ſed particularem, ita ꝙ ī principatu ēt æquētur. et ſic etiam eſt amicitia inter eos. Et hoc etiam manifeſte obſeruatur in amicitia fratrum, & coetaneorum, ſiue cōnutritorum. Deinde cū dicit. Lect. 1.

i ¶ Oſtendit qualiter ſit amicitia ſecundum politias corruptas. Et circa hoc tria facit. Primo oſtendit ꝙ in huiuſmodi politiis eſt parum de amicitia. Secundo, oſtendit in qua earum ſit nimium de amicitia, ibi. {Et minime in peſſima.} Tertio ī qua earum ſit plurimum, ibi. {Quę autem in democratiis, &c.} Dicit ergo primo, quòd in tranſgreſſionibus, ideſt in politiis corruptis, ſicut parum eſt de iuſtitia, ita etiam eſt ibi parum de amicitia, quæ eſt quodammodo circa idem iuſtitia. Deinde cum dicit.

K ¶ Oſtendit in qua corruptarum politiarum ſit minimum de amicitia. Et circa hoc tria facit. Primo proponit quod intendit. Secundo probat propoſitum, ibi. {In quibus enim nihil, &c.} Tertio oſtendit qualiter debeat intelligi, quod dictum eſt ibi. {Secundum quod quidem igitur, &c.} Dicit ergo primo, ꝙ cum in corruptis politiis ſit parum de amicitia, conſequens eſt ꝙ minimum ſit de amicitia in peſſima politiarum corruptarum, ſcilicet in tyrannide, in qua, aut nihil, aut valde parum eſt de amicitia. Deinde cum dicit.

ipſorum, vt bene operentur, quē admodū paſtor ouium. Vnde & Homerus Agamennona paſtorem populorum dixit.

c Talis autem & paterna.

d Differunt autem magnitudine beneficiorum. Cauſa enim eſſendi, quod nunc putatur maximum exiſtimari maximi eſſe, & nutrimēti, & diſciplinę, ſed & hęc ꝓgenitoribus attribuūtur.

e Et natura enim principatur pater filiorum, & progenitores nepotum, & rex ſubditorum.

f In ſuperexceſſu autem amicitiæ hę. Propter quod & honorātur parentes. Et iterum vtique in his non idem, ſed ſecundum H dignitatem. Sic enim vtique & amicitia.

g Sed & viri ad vxorem eadem amicitia, & ariſtocratia, ſecundum virtutem enim, & meliori plus bonum, & congruens vnicuique, ſic autem & iuſtum.

h Quę autem fratrum, & ætayrichæ aſſimilatur. Aequales enī coetanei. Tales autem vnius diſciplinæ, & vnius moris, vt in I multum. Aſſimilatur huic vtiq; & quæ ſecundum tymocratiā. Aequales enim ciues volunt, & epyiches eſſe. In parte itaque principari, & ex æquali ſit vtiq; & amicitia.

i In tranſgreſſionibus autē quēadmodum, & iuſtum paruum ē, ſic & amicitia.

k Et nequaquā eſt in peſſima: K in tyrannide enim nihil aut parum amicitiæ.

*cum ſit bonus curam ipſorum habet, quo bene ſeſe habeant, ut ouium paſtor. Vnde & Homerus Agamennonem, populorum nuncupauit paſtorē.*

*Talis autē eſt & amicitia paterna.*

*Beneficiorū uero magnitudine differt.* G *Eſt enim eſſēdi cauſa pater, quod maximum eſſe certum eſt, & enutritionis, ac eruditionis. Hæc eadem, & cæteris maioribus tribuuntur.*

*Natura namque pater filiorum, et aui nepotum, & Rex eorum quibus præſidet imperium obtinet.*

*Hæ autem amicitiæ in excellentia conſiſtunt. Quapropter & honorantur ipſi parentes. Et iuſtum igitur in his non idem eſt, ſed quod efflagitat dignitas. Sic enim ſeſe habet & amicitia.*

*Et uiri etiam ad uxorem eadem eſt amicitia, & in optimatum poteſtate. Eſt enim, ut uirtus poſtulat. Et præſtabiliori plus tribuitur boni, & quod unicuique accommodatur. Sic autem ſeſe habet & ipſum iuſtum.*

*At amicitia fratrum ſimilis eſt ſodalitiæ. Sunt enim pares, atque æquales ætate Tales autem eiuſdem plerūque diſciplinæ, & eorumdem ſunt morum. Similis eſt huic, & quæ eſt in cenſu poteſtate. Ciues enim pares eſſe ſolent, ac boni. Et quiſque nunc dominatur, nunc paret, & æque. Sic igitur eſt in ipſis, & amicitia.*

*In tranſgreſſionibus autem quemadmodum & iuſtum ſit, & amicitia exigua eſt.*

*Et minima eſt in ea, quæ eſt peſſima. In tyrannide namque nihil, aut perparum eſt amicitiæ.*

l ¶ Probat



l ¶ Probat propoſitum. Quia enim amicitia in communicatione conſiſtit, vt ſupra oſtenſum eſt, manifeſtum eſt, ꝙ ſi inter imperantem & imperatum nihil ſit commune, puta cum imperans ſuum proprium bonum intendit, neque amicitia inter eos eſſe poterit, ſicut neque iuſtitia eſt inter eos, inquantum ſcilicet imperans vſurpat ſibi totum bonum, qđ debetur imperato. Hoc autem accidit ī tyrannide, quia tyrānus, non intendit bonum commune, ſed proprium, & ita ſe habet ad ſubditos, ſicut artifex ad inſtrumētum, & anima ad corpus, & dominus ad ſeruum. Vtitur.n. tyrannus ſubditis, vt ſeruis. Hæc enim tria quæ dicta ſunt, iuuātur ab his, quæ vtuntur eis inquantū mouentur ab eis, ſcilicet ſeruus à domino, corpus ab anima, inſtrumentum ab artifice. Non tamen eſt amicitia vtentium ad ea, quibus vtuntur, quia & ſi in aliquo proſūt eis; non intendunt hoc bonum eorum niſi ſecundum ꝙ refertur ad propriū bonum. Et hoc præcipue manifeſtum eſt de artifice in comparatione ad inſtrumēta inanimata ad quæ non eſt amicitia, neque iuſtitia, quia nō communicat in operatione humanæ vitæ. Et ſimiliter non eſt amicitia ad equū, & bouem, quamuis ſint animata. Et ita etiam non eſt amicitia domini ad ſeruū. inquantū eſt ſeruus, quia non habet aliquid commune, ſed totum bonum ſerui eſt domini, ſicut totū bonum inſtrumenti eſt artificis. Seruus enim eſt quaſi inſtrumentum animatum, ſicut & econuerſo, inſtrumentum eſt quaſi ſeruus inanimatus. Deinde cum dicit.

m ¶ Oſtendit qualiter ſit intelligendū, quod dictum eſt. Et dicit, ꝙ ſecundum p̄miſſa non eſt amicitia domini ad ſeruum, inquantum eſt ſeruus, eſt tamen amicitia ad ipſum inquantum eſt homo. Poteſt enim eſſe aliqua amicitia cuiuslibet hominis ad omnem hominē, inquantum poſſunt communicare aliqua lege, & in aliqua operatione, ideſt in aliquo pacto, vel promiſſo. Et ſm hunc modum poteſt eſſe amicitia domini ad ſeruum inquantum eſt homo. Et ſic patet, ꝙ in tyrannide, in qua principes vtūtur ſubditis, vt ſeruis, parum eſt de amicitia, & iuſtitia. Deinde cum dicit.

n ¶ Oſtendit in qua politiarum corruptarum ſit plurimū de amicitia. Et dicit, ꝙ in democratia, quia in hac politica; illi qui principantur in multis intendunt ad commune bonum, inquantum volunt æquari populares inſignibus intendentes principaliter ad bonum popularium. Oligarchia aūt medio modo ſe habet, quia neq; intendit ad bonum multitudinis, ſicut democratia, neq; ab bonum vnius, ſicut tyrannus, ſed ad bonū paucorū.

l In quibus enim nihil commune eſt imperāti, & imperato, neque amicitia, neq; enim iuſtū, ſed velut artifici ad organum, & animæ ad corpus, & domino ad ſeruum. Iuuantur quidem.n. hic ab eis, quibus vtuntur ad vtilitatem. Amicitia autem non ē ad inanimata, ſed neq, ad equū B vel bouem, neque ad ſeruum ſecundum ꝙ ſeruus: nihil enim commune eſt. Seruus enim, animatum organum. organum autem, inanimatus ſeruus.

m Secundum ꝙ quidem igitur ſeruus non eſt amicitia ad ipſū, ſed ſecūdum ꝙ homo. Videtur enim quoddam eſſe iuſtū omni homini ad omnem potentē cōmunicare lege, & compoſitiōe, & amicitia vtique, ſed inquantum homo. In parum vtiq; & ī C tyrannidibus amicitiæ & iuſtū.

n Quæ autem in Democratiis in plurimum. Multum.n. cōmunia æqualibus exiſtentibus.

## LECTIO XII.

IN cōmunicatione quidem igitur omnis amicitia eſt, quemadmodum dictum eſt.

b Diuidet autem vtiq; aliquis cognatam, & æthayricam.

c Politicæ autem, & quę contribulum, & quę connauigantium & quęcumq; tales, communicatiuis aſſimilantur magis. Quaſi enim, ſecundum confeſſionem quandam videtur eſſe. In has autem ordinabit vtiq; aliquis, & peregrinam.

d Sed & cognata videntur multifaria eſſe, & dependere omnis ex paterna.

*In quibus enim nihil eſt commmune imperanti, atque parenti, nec amicitia eſt, nam neque iuſtum. Sed tale quidem eſt, quale eſt artifici ad inſtrumentum, & animæ ad corpus, & hero ad ſeruum. Hæc enim omnia utilitatem quidem ab his ſuſcipiunt, qui ipſis utuntur. Sed amicitia non eſt ad inanimata, nec iuſtum, quin neque ad bouem, uel equum, neque ad ſeruum ea ratione, qua ſeruus eſt: non eſt enim quicquam commune. Seruus enim, animatum eſt inſtrumentum. Inſtrumentum autem, inanimatus eſt ſeruus.*

*Ad ſeruum igitur hoc ipſo, quo ſeruus eſt, non eſt amicitia, ſed quo eſt homo, nam omni homini iuſtum quoddam eſt ad omnem hominem, qui communicare ſecum legem pactionemq; poteſt, quare & amicitiam, ratione qua homo eſt. Perparum igitur, & in tyrannide eſt amicitiæ, atque iuſti.*

*In popularibus autem poteſtatibus plurimum. Complura enim his ſunt communia cum ſint pares.*

## LECTIO XII.

*OMnis igitur amicitia, ut dictum eſt, in ſocietate conſiſtit.*

D *Conſanguineam autem quiſpiam ſe iunxerit, ac ſodalitiam.*

*Ciuium autem amicitiæ, & contribulum, & ſimul nauigantium, & quotquot ſunt tales, magis in ſocietate conſiſtunt. Nam ſtipulatione quaſi quadam conſtare uidentur. Inter has quiſpiam, & hoſpitalitiam collocauerit.*

*Conſanguinea uero multiplex eſt. Pendet autem omnis ex paterna.*

## LECTIO XII.

A POſtquam Philoſophus diſtinxit ſpecies amicitiæ, ſecundum ſpecies politicæ, & iconomicæ communicationis, hic ſubdiuidit prædictas amicitiarum ſpecies, & circa hoc duo facit. Primo ponit commune principium diuidendi, & ſubdiuidendi amicitias. Secundo ſpecialiter agit de q. buſdam amicitiis, ibi {Sed & cognata, &c.} Circa primū tria facit. Primo proponit commune principiū diſtinguendi amicitias, concludens ex præmiſſis, ꝙ ſicut ſupra dictum ē, omnis amicitia in communicatione conſiſtit. Secundo ibi.

b ¶ Diſtinguit ſecundum communicationem ſpecies amicitiæ, de quibus minus videtur. Et dicit ꝙ ſecundum diuerſitatem communicationis poteſt aliquis diſtinguere abinuicē & ab aliis amicitiam cognatam; ideſt quæ eſt inter conſanguineos, & ęthayricam, ideſt quę eſt inter cōnutritos. Cognati.n. communicant in origine. Athayri autē in nutritione. Tertio ibi.

c ¶ Diſtinguit, ſecundum hoc amicitias, de quibus magis videtur. Et dicit, ꝙ amicitiæ politicæ .i. quæ ſunt inter conciues, & quæ ſunt cōtribulium, ideſt inter homines eiuſdem tribus, & quæ ſunt connauigantium ideſt inter eos, qui ſimul nauigant, & quæcumque aliæ tales, puta commilitarium, vel ſtudentium, magis habent ſimilitudinē communicationis, q̄ cognata, & æthayrica. In his enim amicitiis manifeſte confiteri oportet, ꝙ ratio amicitiæ ſit communicatio, īter quas poteſt ordinari amicitia, quæ eſt inter eos qui ſimul peregrinā-

B tur. Sed in amicitia cognata, & æthayrica, non eſt aliquid præſens & permanens, in quo communicatur. Vnde magis latet. Deinde cum dicit.

d ¶ Determinat ſpecialiter de quibuſdam amicitiis. Et primo de amicitia cognata. Secundo de amicitia, quæ eſt inter virum & vxorem, ibi. {Viro autem & vxori, &c.} Circa primum duo facit. Primo diſtinguit cognatam amicitiam. Secundo proprietates partium ſingularium aſſignat, ibi. {Eſt autem ad parentes quidem, &c.} Circa primum tria facit. Primo agit de amicitia patris ad filium. Secundo de amicitia fratrum adinuicem, ibi. {Fratres autem adinuicem, &c.} Tertio de amicitia aliorum conſanguineorum, ibi. {Nepotes autem, &c.} Circa primum tria facit. Primo proponit, quomodo ſe habeat paterna amicitia ad alias conſanguineorum amicitias. Et dicit, ꝙ cum amicitia cognatorū videatur eſſe multifaria, ideſt in multas ſpecies diuiſa,

propter

propter diuerſos conſanguinitatis gradus, omnes tamen huiuſ- F modi amicitiæ dependent ex paterna, ſicut ex principio, vt ex ſequentibus patebit. Secundo ibi.

e ¶ Aſſignat rationem huius amicitiæ. Et dicit, quòd parentes diligunt filios eo quòd ſunt aliquid ipſorum. Ex ſemine .n. parentum filii procreantur. Vnde filius eſt quodammodo pars patris ab eo ſeparata. Vnde hæc amicitia propinquiſſima eſt dilectioni, qua quis amat ſeipſum, a qua omnis amicitia deriuatur, vt in Nono dicetur. Vnde rationabiliter paterna amicitia ponitur eſſe principium. Filii autem diligunt parentes, inquantum habent eſſe ab eis, ſicut ſi pars ſeparata diligeret totū, a quo ſeparatur. Tertio ibi.

f ¶ Comparat amicitiam paternam ad filialem. Et circa hoc tria facit. Primo præfert amicitiam paternam filiali. Secundo præfert amicitiā maternam paternæ, ibi. {Ex his autem manifeſtum, &c.} Tertio manifeſtat quoddam quod dixerat, ibi. {Parentes quidem enim, &c.} Circa primum ponit tres rationes. Quarum prima talis eſt. Tanto aliquod rationabile eſt magis amare, quāto magis cognoſcit dilectionis cauſam. Sicut autem dictum eſt, cauſa quare parētes amant filios eſt, quia ſunt aliquid ipſorum. Cauſa autē quare filii diligunt eē, quia ſunt a parentibus. Magis autem poſſunt ſcire patres, qui ſint ex eis nati, quàm filii ex quibus parentibus ſint orti. Parentibus enim nota fuit generatio, nō autem filiis, qui nondum erant. Vnde rationabile eſt, quod parentes ament magis filios, quàm econuerſo. Secundam rationem ponit ibi.

g ¶ Quæ talis eſt. Ratio dilectionis in omni amicitia cognata, eſt propinquitas vnius ad alterum. Sed ille a quo, ſcilicet generans propinquior eſt genito, quàm factū facienti, & quàm genitum generanti. Genitum enim ſicut dictum eſt, eſt quaſi quædam pars generantis ſeparata. Vnde videtur comparari ad generantem, ſicut partes ſeparabiles ad totum, puta dens, vel capillus, vel ſi quid aliud eſt huiuſmodi. Huiuſmodi autem partes, quæ ſeparantur a toto, propinquitatem habent ad totum, quia totum in ſe continet ipſas. Non autem econuerſo. Et ideo ad partes nihil videtur attinere totum, vel minus, quàm econuerſo. Pars enim, & ſi ſit aliquid totius, non tamen eſt idem ipſi toto, ſicut tota pars concluditur in toto. Vnde rationabile eſt, quòd parentes magis filios diligant, quàm econuerſo. Tertiam rationem ponit ibi.

h ¶ Manifeſtum eſt enim, quòd amicitia per diuturnitatem temporis confirmatur. Manifeſtum eſt autem, quòd in maiori multitudine temporis ipſi parentes diligunt filios, quàm ecōuerſo. Parentes enim diligunt filios ſtatim natos, ſed filii diligunt parentes proceſſu temporis, quando accipiunt intellectū, ideſt intellectus vſum, vel ad minus ſenſum ad diſcernendum parentes ab aliis. Nam a principio omnes viros appellant patres, & fœminas matres, vt dicitur in Primo Phyſicorum. Vnde rationabile eſt, quòd parentes plus diligant filios, quàm econuerſo. Deinde cum dicit.

e Parentes quidē enim diligūt filios, vt ſui ipſorum aliquid exiſtentes. Filii autem parentes, vt ab illis aliquid exiſtentes.

*Parentes enim diligunt natos, ut aliquid ſui. Nati uero parentes, ut aliquid ex illis.*

f Magis autem ſciunt parentes qui ex ipſis, quàm geniti, quoniam ex ipſis.

*Atque magis ſciunt parentes eos, qui ſunt ex ipſis, quam nati ſe eſſe ex illis.*

G

g Et magis coaproximantur, quod a quo genitum, quàm factum facienti. Quod enim ex ipſo ꝓpinquum, ei a quo, puta dens, vel capillus vel quodcumq; habenti. Illi autem nihil, quod a quo, vel minus.

*Magiſque coniunctum eſt id, ex quo natum eſt ipſi nato, quàm factum ei, quod fecit. Eſt enim ei ex quo eſt ortum proprium id, quod ex ipſo eſt ortum, ut dens, crinis, & quoduis habenti. Nulli autem illorum id ex quo orta ſunt, aut minus.*

h Sed & multitudine temporis hi quidem enim confeſtim natos diligunt. Hi autem proceſſu temporis parentes, intellectum, vel ſenſum accipientes.

*Accedit eodem & temporis longitudo. Parentes enim natos continuo diligunt, illi uero parentes incrementis tempore ſuſceptis, & mentis comprehenſione, uel ſenſus.*

H

i Ex his autem manifeſtum, ꝓpter quę amant magis matres.

*Ex his autem patet, & cur magis diligant matres.*

k Parentes quidem .n. diligunt filios, vt ſeipſos. Qui .n. ex ſeipſis velut alteri ipſi ſeparati. Filii aūt parentes, vti ab illis nati.

*Parentes igitur natos, ut ſeipſos amant. Qui namque ex ipſis ſunt orti, ſunt quaſi ipſi alii ſeparatione. Nati uero parentes, ut orti ex illis.*

l Fratres autem adinuicem, & ex eiſdem naſci. Ad illa .n. identitas adinuicem idem facit. Propter quod aiunt idem ſanguinē & radicem, & talia. Sunt autem idē aliqualiter, & in diuiſis.

I

*Fratres autem ſeſe mutuo diligunt quòd ex eiſdem ſunt orti. Identitas .n. quæ eſt ad illa, idem inter ipſos facit. Quapropter eūndem ſanguinem dicunt, & ſtirpem, & talia. Sunt igitur quodammodo idem, & in diuiſis.*

m Magnum aūt ad amicitiam connutritū, & quod ſecundum ętatem. Coetaneus enim coetaneum, & qui vnius moris ęthayri. Propter quod fraterna ęthayricæ aſſimilatur.

*Magnum autem ad amicitiam eſt, & enutritos ſimul eſſe, & ætatis æqualis. Aequalis enim æqualem delectat et ipſi familiares ſodales ſunt. Et iccirco fraterna amicitia ſodalitiæ ſimilis eſt.*

i ¶ Comparat maternam dilectionem paternę. Et dicit, quòd ex prædictis rationibus poteſt eſſe manifeſtum, quare matres magis ament filios, quàm etiam patres. Et hoc quidem manifeſtum eſt quantum ad primam rationē. Magis enim poſſunt ſcire matres, qui ſint eorum filii, quàm patres. Similiter etiam quātum ad tempus. Prius enim tempore matres ex conuictu concipiūt amoris ad filios affectum, quàm patres Sed quantum ad ſecundam rationem partim quidem ſic, partim autem aliter ſe habet. Nam pater dat filio principaliorem partem ſcilicet formam, mater vero materiam, vt dicitur in Libro de Generatione animaliū. Deinde cum dicit.

K ¶ Manifeſtat id, quod dixerat in ſecūda ratione, quòd ſcilicet filii magis ſunt proximi parentibus, quàm econuerſo. Hoc enim contingit, quia parentes diligunt filios, quaſi ſeipſos. Filii enim, qui ex parentibus generantur ſunt quaſi ipſi parentes alteri ab eis exiſtentes, in hoc ſolum ab eis ſeparātur. Sed filii diligunt parētes, non quaſi aliquid ipſorum exiſtētes, ſed inquantum ſunt ab eis nati. Deinde cū dicit.

l ¶ Determinat de amicitia fraterna. Et primo ponit rationem huius amicitiæ. Secundo oſtendit per quid amicitia huiuſmodi confirmetur, ibi. {Magnum autem, &c.} Dicit ergo primo, quòd fratres ſe amant adinuicem ex eo quòd ab eiſdem naſcuntur. K Quæ enim vni & eidem ſunt eadem, ſibiinuicem ſunt quodammodo eadem. Vnde cum filii ſint quodammodo idem parentibus, ſicut dictum eſt, identitas filiorum ad illa, ideſt ad parētes facit ipſos filios quodammodo eſſe idem. Et inde eſt, quòd fratres dicimus eſſe idem ſecundum ſanguinem, & ſecundum radicem, & ſecundum alia huiuſmodi. Et quamuis ſanguis parentum, qui eſt radix communis ſit idem ſimpliciter, remanet tamen aliqualiter iſta identitas etiam in filiis, qui diuiduntur a parentibus, & abinuicem. Deinde cum dicit.

m ¶ Oſtendit per quid huiuſmodi amicitia confirmetur. Et dicit, quòd multum confert ad fraternam amicitiam, quòd fratres ſint connutriti, & propinqui, ſecundum ætatem, quia naturaliter coetanei ſeinuicem diligunt. Et homines æthayri, ideſt ſimul nutriti, conſueuerunt eſſe vnius moris, quod eſt cauſa mutuę dilectionis. Et inde eſt, quòd amicitia fraterna ſimilis eſt ęthayricæ, ideſt connutritiuæ. Deinde cum dicit.

n ¶ Determinat



n ¶ Determinat de amicitia aliorum conſanguineorum. Et A dicit, quòd nepotes & alii conſanguinei appropinquant ſibiinuicem propinquitate generis, & amicitiæ, inquantum ſunt ex his, ideſt inquantum procedunt ex fratribus, qui ſunt filii eorumdem parentum. Ex hoc enim dicuntur conſanguinei, quòd ab eiſdem procedunt. Dicuntur autem huiuſmodi magis, vel minus propinqui, inquantum ſunt propinquiores, vel remotiores a producente, ideſt a prima radice conſanguinitatis. Primum enim oportet accipere menſurā in omnibus. Deinde cum dicit.

o ¶ Ponit proprietates prædictarū amicitiarum. Et primo paternæ. Secundo fraternę, ibi. {Sunt autem, & in fraterna, &c.} Tertio eius, quę eſt inter alios cōſanguineos, ibi. {Analogum autem, &c.} Circa primū ponit duas proprietates. Quarū prima eſt, quòd filii habent amicitiā ad parentes, ſicut ad quoddam bonum ſuperexcellens, quia ipſi ſunt maxime benefactores, inquantum ipſi ſunt filiis cauſa eſſendi, & nutriendi, & diſciplinæ, & talis ē etiam amicitia hominis ad Deum. Secundam proprietatē ponit ibi.

p ¶ Et dicit, quòd amicitia, quæ eſt inter filios & parentes, habet etiam delectationem & vtilitatem tanto magis quàm amicitia extraneorū, quanto magis communem vitā gerunt. Ex quo prouenit, quòd ſunt ſibiinuicem maxime vtiles, & delectabiles. Deinde cū dicit.

q ¶ Ponit proprietatem fraternæ amicitiæ. Et dicit, quòd in fraterna amicitia inueniuntur eadē, quæ inueniuntur in amicitia heterica, ideſt connutritorum. Et ſi fratres ſint epyiches, ideſt virtuoſi, & totaliter ſibi ſimiles in moribus, tanto magis ex connutritione eſt inter eos amicitia, quāto ſibiinuicem ſunt proximiores. Et hoc quidem ſecundū tria. Primo quidem ſecundum diuturnitatem temporis, quia ſtatim nati ſeinuicem dilexerunt. Secundo vero ſecundum perfectiorem ſimilitudinem. Magis enim videntur eſſe vnius moris fratres, qui ſunt ex eiſdem geniti, & ſic videntur habere eandem naturalem diſpoſitionem, & ſunt ſimul nutriti, & ſimiliter diſciplinati a parentibus. Tertio, ſecundum experientiam amicitiæ, quia ſecundum multum tempus probauit vnus alium, & ideo horum amicitia eſt maxima, & firmiſſima. Deinde cum dicit.

r ¶ Ponit proprietatem amicitiæ, quæ eſt inter alios conſanguineos. Et dicit, quòd ea quæ pertinent ad amicitiam aliorum conſanguineorum, oportet accipere ſecundum proportionem amicitiæ fraternæ, quia alii conſanguinei deriuantur a fratribus vt ſupra dictum eſt. Deinde cum dicit.

ſ ¶ De amicitia viri & vxoris determinat. Et circa hoc tria facit. Primo aſſignat rationes huius amicitię. Secundo, oſtendit per quid huiuſmodi amicitia confirmetur, ibi. {Coniunctio autem, &c.} Tertio reſpondet cuidam quæſtioni, ibi. {Qualiter autem conuiuendum, &c.} Circa primum duo facit. Primo ponit proprias rationes huius amicitiæ. Secundo oſtendit, quo modo hęc amicitia ſe habeat ad rationes communes amicitiæ, ibi. {Propter hoc autem.} Circa primum duo facit. Primo ponit propriam rationem huius amicitiæ, quæ conuenit tā hominibus quàm aliis animalibus. Secundo, ponit aliam rationem, quæ proprie ſe habet ad homines, ibi. {Aliis quidē igitur, &c.} Dicit ergo primo, quòd inter virū & vxorem videtur eſſe quædam amicitia naturalis. Et hoc probat per locum a maiori. Homo enim eſt aīal naturaliter politicum, & multo magis eſt in natura hominis, quod ſit animal cōiugale. Et hoc probat duabus rationibus. Quarum prima eſt, quòd ea quæ ſunt priora & neceſſaria, magis videntur ad naturam pertinere, ſocietas autem domeſtica ad quam pertinet coniunctio viri & vxoris, eſt prior quàm ſocietas ciuilis. Pars enim eſt prior toto. Eſt etiam magis neceſſaria, quia ſocietas domeſtica ordinatur ad actus neceſſarios vitæ, ſcilicet generationem, & nutritionem. Vnde patet quòd homo naturalius eſt animal coniugale, quàm politicum. Secunda ratio eſt, quia procreatio filiorum ad quam ordinatur coniunctio viri & vxoris, eſt cōmunis aliis animalibus, & ita ſequitur naturam generis. Et ſic patet, quòd homo magis eſt ſecundum naturam animal coniugale, quàm politicū. Deinde cum dicit.

t ¶ Aſſignat propriam rationem amicitiæ coniugalis, quę cōuenit tantum hominibus, concludens ex præmiſſis, quòd in E aliis animalibus eſt coniugatio inter marē, & fœminam, intantum, ſicut dictum eſt, ideſt ſolum ad procreationem filiorum, ſed in hominibus, mas & fœmina communicant non ſolum cauſa procreationis filiorum, ſed etiam propter ea quæ ſunt neceſſaria ad humanam vitam. Statim enim apparet, quòd opera humana, quæ ſunt neceſſaria ad vitam, ſunt diſtincta inter marem, & fœminam, ita quòd quædam conueniunt viro, puta ea quæ ſunt exterius agenda, & quædam vxori, ſicut nere, & alia quæ ſunt domi agenda. Sic igitur ſibiinuicem ſufficiunt, dum vterque propria opera redigit in commune. Vnde patet, quòd amicitia coniugalis in hominibus, non ſolum eſt naturalis, ſicut in aliis animalibus, vtpote ordinata ad opus naturæ, quod eſt generatio, ſed etiam eſt iconomica, vtpote ordinata ad ſufficientiam vitæ domeſticæ. Deinde cum dicit.

n Nepotes autem, & reliqui cognati ex his, quo approximantur: in ab eiſdem enim eſſe. Fiunt autē hi quidem proximiores, hi autem magis alieni, in prope, vel longe producere eē.

*Patrueles uero cæterique propinqui ex his ſunt coniuncti, propter ea quod ſunt ex iiſdem. Atq; alii magis, alii minus fiunt ex eo coniuncti, quia prope eſt, aut diſtat origo.*

o Eſt autem ad parentes quidē amicitia filiis, & hominibus ad Deos, vt ad bonum, & ſuperexcellens. Bene enim fecerunt maxime: eſſendi enim & nutriendi cauſæ, & natis eius, quod eſt diſciplinari.

B

*Amicitia autem quæ filiorum eſt ad parentes, & hominum ad Deos, ut ad bonum eſt, atque excellens. Nam maxima beneficia contulerunt. Fuerunt enim eſſendi cauſa, & alimenti, ac educationis.*

p Habet etiam delectabile, & vtile talis amicitia, magis alienorum, quanto & communior vita ipſis eſt.

*Habet autem et uoluptatem, & utilitatem talis amicitia, magis quàm extraneorum, quanto & uita communior ipſis eſt.*

q Sunt autē & in fraterna quæcumque quidem & in heterica, & magis in his, qui epyiches & totaliter ſimilibus, quanto ꝓximiores & ex natiuitate exiſtētes diligūt adinuicem, & vt magis vnius moris, qui ex eiſdem, & connutriti, & diſciplinati. Similiter & ſecundum tempus ꝓbatio plurima, & fortiſſima.

C

*Sunt autem & in fraterna amicitia ea, quæ & in ſodalitia ſunt, & magis in bonis, & omnino in ſimilibus quanto coniuncti ſunt magis, atque ab ortu ſeſe mutuo diligunt. Et quāto ſunt magis ſimilium morum, qui ex eiſdem ſunt orti, & ſimul nutriti, & ſimiliter educati, ac eruditi. Probatio enim quæ quidem fit tempore, plurima eſt, atque firmiſſima,*

r Analogum autem & in reliquis cognatorum amicabilia.

*Sunt etiam & cæteris in conſanguineis, ea quæ ad amicitiam attinent, ut rationum comparatio flagitat.*

ſ Viro autem & vxori amicitia videtur ſecundum naturam exiſtere. Homo enim natura coniugale magis quàm politicum, & quanto prius & neceſſarium magis domus ciuitate, & filiorum procreatio communius animalibus.

D

*Viro autem & uxori ſecundum naturam amicitia uidetur ineſſe. Homo namque natura coniugale magis eſt quàm ciuile, quanto prius & neceſſarium magis eſt domus, quàm ciuitas, et procreatio communior animalibus.*

t Aliis quidem igitur intātum communicatio eſt. Homines

*Atque cæterorū quidem animaliū hic ſocietatis eſt terminus. Homines*

u ¶ Oſtendit qualiter hæc amicitia ſe habeat ad cõmunes amicitiæ rationes. Et dicit, ꝙ ex prædictis apparet, ꝙ amicitia coniugalis habet vtilitatem, inquantum ſcilicet per eam fit ſufficiẽtia vitæ domeſticæ. Habet etiam delectationem in actu generationis ſicut & in cæteris animalibus. Et ſi vir & vxor ſint epiyches, id eſt virtuoſi, poterit eorum amicitia eſſe propter virtutem. Eſt enim aliqua virtus propria vtriuſque ſcilicet viri, & vxoris, propter quã amicitia redditur iucunda vtrique. Et ſic patet, ꝙ huiuſmodi amicitia poteſt eſſe, & propter virtutem, & propter vtile, & ꝓpter delectabile. Deinde cum dicit.

x ¶ Oſtendit per quid firmetur huiuſmodi amicitia. Et dicit, ꝙ cauſa ſtabilis, & firmæ coniunctionis vidẽtur eſſe filii. Et inde eſt, ꝙ ſteriles quæ ſcilicet carent ꝓle, citius ab inuicem ſeparãtur. Fiebat.n. apud antiquos ſeparatio matrimonii ſterilitatis cauſa. Et huiuſmodi ratio eſt, quia filii ſunt cõmune bonum amborũ ſcilicet viri, & vxoris, quorũ coniunctio eſt ꝓpter prolem. Illud autem quod eſt commune, cõtinet & conſeruat amicitiam, quæ etiã, vt ſupra dictum eſt, in cõicatione conſiſtit. Deinde cũ dicit.

y ¶ Reſpondet cuidam queſtioni, ſcilicet qualiter debeant cõuiuere vir & vxor, ſed ipſe reſpondet, ꝙ quærere hoc, nihil ẽ aliud, q̃ quærere qualiter ſe habeat id qđ iuſtum eſt inter virũ & vxorem. Sic enim debent adinuicẽ conuiuere, vt vterq; ſeruet alteri, quod iuſtum eſt. Quod quidem diuerſificatur ſecundum diuerſos. Non enim idem iuſtum videtur eſſe obſeruandum ad amicũ & extraneum, & connutritum, & diſcipulum, & ideo huiuſmodi conſideratio ꝑtinet ad Iconomicã, ſeu Politicam.

## LECTIO XIII.

Poſtquàm Philoſophus diſtinxit amicitiæ ſpecies, hic oſtendit qualiter in eis fiant accuſationes, ſeu conquæſtiones. Et circa hoc tria facit. Primo oſtendit, quid oporteat in amicitiis obſeruari ad quærimonias vitandas. Secũdo oſtendit, in quibus amicitiis fiunt querimoniæ, ibi. {Fiunt autem accuſationes, &c.} Tertio oſtendit, quæ ſit ratio quærimoniæ, ibi. F {Videtur autem quemadmodum iuſtum, &c.} Dicit ergo primo, ꝙ ſunt tres ſpecies amicitiæ, ſicut ſupra dictum eſt, ſcilicet propter virtutem, propter delectationem, & propter vtile. Et ſecundum vnamquamque earum poſſunt amici ſe habere, vel ſecundum æqualitatem, vel ſecundum ſuperexcellentiam. Et hoc manifeſtat per ſingulas ſpecies. In amicitia.n. quæ eſt ſecundũ virtutem poſſunt amici fieri, & illi qui ſunt æqualiter boni, & ẽt melior peiori. Et ſimiliter in amicitia delectabili poſſunt eſſe æqualiter delectabiles, vel in hoc, ſecundum excellentiam, & defectum ſe habere. Et iterum in amicitia quæ eſt propter vtile, poſſunt ſecundũ vtilitates adæquari, & etiam differre ſecundum magis & minus. Si igitur ſint æquales amici ſecundum quãcumque ſpeciem amicitiæ, oportet, ꝙ adæquentur, & quantum ad hoc ꝙ eſt amare, vt ſcilicet æqualiter vterq; ab altero diligatur, & quantum ad reliqua, ſicut ſunt obſequia amicorum. Si autem fuerint inæquales, oportet, quòd vtrique eorum aſſignetur aliquid, ſecundum proportionem exceſſus, & defectus. Deinde cum dicit.

b ¶ Oſtendit in quibus amicitiis fiant q̃relæ. Et primo proponit quod intendit. Secundo manifeſtat propoſitum, ibi. {Qui quidẽ.n.&c.} Dicit ergo primo rationabiliter contingere, ꝙ accuſationes & quærelæ, prout ſcilicet vnus amicus accuſat alterum, vel cõqueritur de altero, ſunt vel in ſola amicitia, quæ eſt propter vtile, vel maxime in ea. Deinde cum dicit.

c ¶ Manifeſtat propoſitum. Et primo oſtendit, ꝙ in amicitia quæ eſt propter virtutem, non fit accuſatio, vel quærela. Secundo, quòd nec etiam multum fit in amicitia quę eſt propter delectabile, ibi. {Non omnino autẽ, &c.} Tertio oſtendit ꝙ maxime fit accuſatio, & quęrela in amicitia, quæ eſt propter vtile, ibi. {Quæ autem propter vtile, & cætera.} Dicit ergo primo, quòd illi qui ſunt amici propter virtutem, prompti ſunt ad hoc, quòd ſibiinuicem benefaciant. Hæc enim eſt propria operatio, & virtutis amicitiæ, ſcilicet bene operari ad amicum. Et cũ ita ſit, ꝙ vterque ad hoc intendat, vt obſequatur

autem nõ ſolum procreationis filiorum gratia cohabitant, ſed etiam eorum, quæ in vitam. Cõfeſtim enim diuiſa ſunt opera, & ſunt altera viri, & vxoris: ſufficiunt igitur adinuicem ad commune ponentes propria.

G u Propter hoc autem, & vtile eſſe videtur, & delectabile ĩ hac amicitia. Erit autem & vtique propter virtutẽ ſi epyiches ſint. eſt autem vtriuſque virtus, et gaudebunt vtique tali.

x Coniunctio autem, filii vidẽtur eſſe. Propter quod & citius ſteriles diſſoluuntur. Filii enim commune bonum ambobus: cõtinet autem commune.

H y Qualiter autem conuiuendũ viro ad vxorẽ, & totaliter amico ad amicum, nihil alterum videtur quęri, quàm qualiter iuſtum. Non enim idem videtur amico ad amicum, neque ad extraneum, & hethærum, & condiſcipulum.

*autem coniugium ſubeunt non ſolum procreationis, ſed eorum etiam gratia quæ ad ipſam conferunt uitam. Officia namque continuo ſunt diuiſa, atque alia uiri, alia ſunt uxoris. Opem itaq; ſibi mutuo ferunt res proprias in communi ponentes.*

*Quapropter, hac in amicitia utilitas ineſt, atque uoluptas. Erit autem & ob uirtutem etiam amicitia ſi boni ſint. Eſt enim utriuſque uirtus, atque hoc ipſo gaudebunt.*

*Filii autem parentum uincula ſunt & nexus. Icc irco & citius ii qui carent liberis diſſoluuntur. Filii namq; bonum eſt utriſque commune. Ipſum autem commune continet.*

*Quærere uero quonam modo uiro uiuendum eſt cum uxore, & omnino amico cum amico, nil aliud eſt quàm quærere quomodo iuſtum eſt. Non enim idem iuſtum uidetur amico ad amicum, nec ad alienum, & ſodalem, ac condiſcipulum eſſe.*

## LECTIO XIII.

Trinis itaq; exiſtentib[9] amicitiis (quẽadmodum ĩ principio dictũ I eſt) ſm̃ vnamquamq;, his quidẽ in æqualitate amicis exiſtentibus, his autem ſm̃ ſuperexcellẽtiam. Etenim ſimiliter boni fiũt amici, & melior deteriori. Similiter autem & delectabiles, & propter vtile æquantes vtilitatibus & differentes. Aequales quidem ſm̃ ęqualitatem oportet in amare, & reliquis æquare, inęquales autem analogum ſuperexcellentiis aſſignare.

K b Fiunt autem accuſationes, & quærelæ in ea, quę ſecundũ vtile amicitia vel ſola, vel maxime rationabiliter.

c Qui quidẽ enim propter virtutem exiſtunt bene operari ad inuicem prompti ſunt. Hoc.n.

## LECTIO XIII.

*Cum tres ſint amicitiæ, ut ab initio dictum eſt, & in unaquaque alii ſint pares amici, alii impares. Nam ſimiliter boni fiunt amici & præſtabilior deteriori, ſimiliter & iucundi, & ob utilitatem etiam in commodis pares, & differentes. Pares quidem tam amando, quàm cæteris æquales eſſe oportet. Impares autem id reddere, quod excellentiæ ratio flagitat.*

*Fiunt autem in amicitia, quæ utilitatis eſt gratia, uel ſola, uel maxime incuſationes non ſine ratione, atque quærelæ.*

*Qui namque ſunt ob uirtutem amici, prõpti ſunt ad beneficia ſibi mutuo conferenda. Hoc .n. eſt, & uirtutis,*



amico, non poteſt contingere, ꝙ exinde prouẽniant accuſationes, & pugnæ. Nullus enim vult contriſtare eũ, qui ſe amat, & ſibi bene facit, ſed ſi gratus eſt ille qui recipit beneficium, ſtudet ad retribuendum per aliud beneficium. Et ſi detur, ꝙ vnus eorum ſit ſuperexcellens, quamuis non tantum recipiat, quantum impendit, tamen ſi ſortitur illud quod appetit, non accuſabit amicum ſuum. Hoc autem quod ab vtroque appetitur eſt bonum, id eſt cõueniẽs & honeſtum, & hoc eſt illud quod nõ excedit facultatem amici. Deinde cum dicit.

d ¶ Oſtendit qualiter ſe habeat circa amicitiam delectabilis. Et dicit, ꝙ neque etiam in amicitiis, quæ ſunt propter delectationẽ, paſſim fiũt accuſationes, & quærelæ. Et ſi aliquando contingant, ſi enim in mutua ſocietate gaudent, vterque habet quod quærit, ſcilicet delectationem. Et ideo nullus eſt locus querelæ. Si autẽ vnus ab altero delectationem non recipiat, ridiculum eſt, quòd alter eorum accuſet illum qui delectationem non exhibet, cum in ſua poteſtate habeat cum illo non morari. Deinde cum dicit.

e ¶ Oſtendit qualiter ſe habeat in amicitia vtilis. Et dicit, ꝙ illa amicitia, quæ eſt propter vtile maxime patitur accuſationes, & quærelas. Illi enim qui vtuntur ſe inuicem ad vtilitatem, ſemper pluri indigent, quàm eis detur. Et exiſtimant, ꝙ minus recipiant q̃ eis conueniat. Et idẽ conqueruntur, quòd non tanta recipiant quantis indigent, ꝓſertim cum ſint tantorum digni. Econtrario autem benefactores dicunt, ꝙ non poſſunt ad tanta danda ſufficere, quantis indigent illi, qui ab eis bene patiuntur. Deinde cum dicit.

f ¶ Aſſignat rationem, quare contingit quærela in amicitia vtilis. Et primo quãtum ad æquales. Secundo quantum ad inæquales, ibi. {Differunt autem in hoc, & cætera.} Circa primum, duo facit. Primo aſſignat rationem. Secundo mouet dubitationem, ibi. {Dubitationem autem habent, &c.} Circa primum duo facit. Primo proponit rationem quærelarum, quæ ſunt in amicitia vtilis. Secundo docet huiuſmodi quærelas vitare, ibi. {Potenti autem, &c.} Circa primum duo facit. Primo proponit rationem. Secundo exponit quod dixerat, ibi. A {Eſt autem legalis quidam, &c.} Dicit ergo primo, ꝙ duplex eſt iuſtum. Vnum quidem, quod non eſt ſcriptum, ſed rationi inditum quod ſupra nominauit iuſtum naturale. Aliud autem eſt iuſtum, ſecundum legem ſcriptum, quod ſupra in Quinto nominauit iuſtum legale. Et ſimiliter eſt duplex vtilitas, quam oportet in amicitiis conſequi. Quarum vna eſt moralis, quãdo ſcilicet vnus exhibet vtilitatem alteri, ſecundum quod pertinet ad bonos mores. Et hæc vtilitas reſpondet iuſto nõ ſcripto. Alia autem eſt vtilitas legalis, prout ſcilicet vnus exhibet vtilitatem alteri, ſecundum quod eſt lege ſtatutum. Maxime igitur fiunt accuſationes in amicitia vtilis, quando non ſecundum idem fit cõmutatio vtilitatis, puta cum vnus exhibet vtilitatem ſecũdum exigentiam legis, alter vero requirit eã ſecundum conueniẽtiam bonorum morum. Et ſic fit diſſolutio amicitiæ. Deinde cum dicit.

g ¶ Manifeſtat qđ dixerat. Et primo q̃tum ad vtilitatem legalem. Secundo quãtum ad moralem, ibi. {Moralis autẽ, &c.} Dicit ergo primo, ꝙ legalis vtilitas conſiſtit in dictis, id eſt in conuentionibus, quę fiunt ex cõdicto vtriuſque. Et hæc eſt duplex. Quædã enim eſt omnino formalis, id eſt per modum emptionis, & venditionis, quæ ſcilicet ẽ ex manu in manum, ſcilicet cum aliquis ſtatim accipit, quod ei promittitur pro obſequio impẽſo. Alia autem eſt liberalior, quæ habet tẽpus dilationis, ſed tamẽ determinatum eſt quid pro quo debeat dari. Et ſic non eſt dubiũ, ſed manifeſtum, quid ſit debitum. Eſt enim hęc quędam amicabilis dilatio eius qđ debet. Et ideo apud quoſdã talium, non oportet per aliquem iudicẽ exhibere iuſtitiam, ſed fidelitatẽ ſeruant in commutationibus, & eſtimãt ꝙ ꝓpter hoc ſint diligẽdi. Deinde cũ dicit.

h ¶ Exponit, quæ ſit moralis vtilitas. Et dicit, ꝙ moralis vtilitas non conſiſtit in dictis, ſcilicet in conuentionibus, quæ fiunt ex condicto, ſed ſicut conſueuit aliquid gratis dari amico, ita vnus dat cuicumque alii ſine pacto foris expreſſo, ſed tamen quantum ad intentionem, ille qui dat dignum reputat, vt reportet aliquid æquale, vel etiam maius, ac ſi non eſſet dans gratis, ſed accommodans. Si autem non hoc modo

virtutis ẽ, & amicitię, adhuc autem contendentium non ſunt accuſationes, neque pugnę. Amantem enim, & benefacientẽ nullus contriſtat, ſed ſi ſit gratus, retribuit bene operans. Superexcellens aũt ſortiens quod appetit, nõ vtiq; accuſabit amicum. Vterq;.n. bonum appetit. B

d Non omnino aũt neq; in his, qui propter delectationem. Simul .n. ambobus fit quod appetunt, ſi in cõmorari gaudent. Ridiculus aũt vtiq; videbitur, & accuſans non delectantem cum poſſit non commorari.

e Quæ autem propter vtile accuſatiua. In vtilitate enim vtentes adinuicem ſemper pluri indigent, & minus habere exiſtimant conueniente. Et conquęruntur, quoniã non quantis indigent, tantis ſortiuntur digni exiſtentes. Benefacientes autẽ non poſſunt ſufficere ad tanta, quantis patientes indigent. C

f Videtur autem quemadmodum iuſtum eſt duplex, hoc quidem non ſcriptũ, hoc aũt ſecundũ legẽ, & eius quæ ſecundũ vtile amicitię: hæc quidẽ moralis, hæc autem legalis eſſe. Sunt igitur accuſationes maxime, cum non ſecundum eandẽ cõmutabunt, & diſſoluuntur. D

g Eſt autem legalis quidem in dictis, hęc quidem omnino venalis ex manu in manum. Liberalior autem in tempore, ſecundum confeſſionem quidem autem quid pro quo. Manifeſtum autem in hac debitum, & non ambiguum. Amicatiuã aũt dilationẽ habet. Propter quod, apud quoſdã horũ nõ ſunt iuſta, ſed exiſtimãt oportere diligere eos, qui ſecũdũ fidẽ cõmutant. E

h Moralis autem nõ in dictis, ſed vt amico donat, vel cuicũq; alii. Conferri autem dignificat ęquale vel plus non vt dans, ſed accommodans. Non ſimiliter autem commutans, & diſſol

*& amicitiæ. Atque cum ad hoc certatim properent, nullæ prorſus inter ipſos accuſationes, nec rixæ fiunt. Nemo enim amanti, & beneficia conferẽti ſuccenſet, ſed ſi ſit gratus beneficiis reſpondet. Atque qui in beneficiis cõferendis exuperat, cum id aſſequatur quod cupit, non incuſabit amicũ. Vterque enim bonum affectat.*

*Nec in his, quæ ob uoluptatem cõſtat quærelæ nimium fiunt. Nam ſi ſimul degere gaudent, fit id ſimul utriſque, quod appetunt. Ridiculus autem uidetur & eſt, qui non delectantem incuſat cum liceat non conuerſari.*

*At in ea quæ utilitatis gratia conſtat, locum incuſationes habent, atq; quærelæ. Nam cum ſeſe mutuo pro utilitate utantur, ſemper indigent pluris, & minus quàm oportet ſeſe habere putant, & quæruntur ex eo, quia non tot aſſequuntur quot indigent cũ ſint digni. Qui uero conferunt beneficia, nequeunt tot conferre quot indigent ii, in quos beneficia conferuntur.*

*Videtur autem, ut duplex eſt iuſtum, aliud ſine ſcripto, aliud lege. Sic & eius amicitiæ, quæ utilitatis eſt gratia, alia moralis, alia legitima eſſe. Fiunt igitur incuſationes tum maxime cum non per eãdem commutatur, atque diſſoluitur.*

*Atq; legitima quidem eſt ea, quæ in definitis conſiſtit. Et quædam eſt omnino ſordida de manu in manum. Quædam liberalior ad tempus, ſed per pactionem quid pro quo. Eſt id quod debetur in manifeſtum, & non ambigitur. Habet autem dilationem ad amicitiam attinentem. Quapropter apud nonnullos tales non ſunt iudicia ſed arbitrantur eos oportere contentos eſſe, qui fide commutarunt.*

*Moralis autem non indefinitis conſiſtit, ſed ut amicum quidem munere afficit, aut aliquid aliud in illũ cõfert. Accipere autẽ dignum eſſe cenſet æquale, aut plus, quaſi non dederit, ſed mutuauerit. Atque ſi non ut commuta*

fiat commutatio, vt ſcilicet ille qui accepit reſtituat, & ſoluat æquale, aut maius, ille qui dedit, accuſabit recipientem, & conquæretur de eo. Conſequenter autem aſſignat prædictorum cauſam. Et dicit, ꝙ hoc quod dictum eſt, ſcilicet ꝙ ille qui gratis dat retributionem quærat, ideo accidit, quia omnes, vel plures volunt, ideſt approbant honeſta, ſed tamen in ſuis actibus eligunt ea quæ ſibi ſunt vtilia. Quòd aliquis autẽ benefaciat alteri non ea intentione, vt contra patiatur reſtitutionem beneficii eſt honeſtũ. Et ideo, vt homines ſint aliis accepti, volunt videri hoc modo benefacere. Sed ꝙ aliquis beneficia recipiat eſt vtile. Et ideo homines eligunt vtile quantumcumque aliud prætendant. Deinde cum dicit.

i ¶ Oſtendit, quomodo huiuſmodi q̃rimonia ſit vitanda. Et dicit, ꝙ ille qui recipit beneficium, ſi poteſt, debet retribuere ſecundum dignitatem eorũ quę recepit, & hoc propria ſponte, quia nõ debet aliquis facere amicum ſibi inuoluntarium, vt ſcilicet velit gratis accipere ab eo, qui noluit gratis dare. Sed in hoc peccauit a principio ille qui beneficium accepit, ꝙ hoc paſſus eſt ab eo, a quo non oportuit. Non enim recepit beneficium a vero amico, neq; ab homine, qui beneficiũ contulit propter ipſum, cui datum eſt, ſed propter vtilitatẽ inde ſperatam. Ille igitur qui beneficiũ recepit, debet ſoluere danti, ſicut fit in dictis, ideſt in conuẽtionibus, quę fiunt ex condicto. Et ſi poteſt reddere æquale ei quod recepit, debet confiteri, ſcilicet proteſtando ſe totũ reſtituiſſe. Si vero nõ poſſit reddere, neque ille qui contulit, neque etiam ille qui accepit beneficium dignum reputat, vt ſit ab eo exigendum. Eſt ergo hoc obſeruãdum, ꝙ tali benefactori, qui retributionem intendit, ſit retribuendum, ſi recipiens poſſit. Sed a principio, quãdo homo beneficium recipit, debet attendere, a quo recipiat, vtrum ſcilicet ab amico gratis dante, vel ab eo qui retributionem quærit. Et ſimiliter debet attendere homo, in qua re beneficium recipiat, vtrum, ſcilicet poſſit recompenſare, vel non, vt ſic ſuſtineat ſe beneficiari, vel non. Deinde cum dicit.

uens accuſabit. Hoc autem accidit propter velle quidem omnes, vel plures bona. eligere autem vtilia. Bonum autem benefacere non vt contra patiatur, vtile aũt beneficiatum eſſe.

i Potenti autem retribuendum ſm̃ dignitatem eorum quæ paſſus eſt, & ſponte. Nolentem .n. G amicum, non faciendum vt vtique peccantem in principio, & bene patiẽtem, a quo non oportuit. Non enim ab amico neq; propter ipſum hoc operante. Quemadmodum in dictis bene ficiatum diſſoluendum: ſed & confiteri vtique ſi potens reddere: impotentem aũt neque dãs dignificauit vtique. quare ſi potens reddendum. In principio autem intendendum, a quo be- H neficiatur, & in quo vt in his ſuſtineat, vel non.

k Dubitationem autem habet vtrum oportet patientis vtilitatem menſurari, & ad hanc facere redditionem, vel operantis beneficio.

l Patientis quidem .n. tali aiũt accipere a beneficis, quæ parua erant illis, & erant ab alteris accipere paruificantes, hi autem econuerſo. Maxima eorum quę I apud ipſos, & quæ ab aliis non erat, & in periculis, vel talibus neceſſitatibus.

m Igitur propter vtile quidem amicitia exiſtente patientis vtilitas menſura eſt. Iſte enim indigens, & ſufficit ipſi, & aſſumens æquale, tantum igitur fiet adiutorium quantum iſte iuuatur, & reddendum eſt ipſi quantum acceperit, & plus & melius .n. In his autem quę ſecundũ virtutem accuſationes quidem nõ K ſunt: menſuræ autem aſſimilatur operantis electio. Virtutis enim & moris in electione principale eſt.

*uit diſſolutio ſit, incuſabit. Hoc autem ideo accidit, quia omnes uel plurimi uolunt quidẽ honeſta, anteponunt aũt ea quæ proſunt. Atque honeſtũ quidẽ eſt beneficia conferre, non ut uiciſſim ſuſcipiantur. Vtile uero ſuſcipere.*

*Si poteſt igitur dignum reddere oportet beneficium is qui accepit, & ſponte quidem. Inuitus enim non eſt faciendus amicus. Vt errore igitur in principio facto, & beneficio a quo accipere non oportebat ſuſcepto: non enim ab amico, nec ob idipſum faciente, diſſoluere ipſum oportet, ut beneficio pro diffinitis ſuſcepto, atque polliceri cum poſſet reddere. Nam ſi non poſſet nec dignum is qui dedit, ipſum ſuo munere cenſuiſſet. Quare reddendum eſt, ſi habeat facultatem. In principio autem conſiderandum eſt a quo nam beneficium, & pro quo confertur ut pro his ſuſcipiat, aut non ſuſcipiat illud.*

*Exiſtit autem dubitatio: utrum qui ſuſcepit utilitate metiri oporteat id, quod reddi debet. an eius qui contulit beneficium.*

*Qui namque beneficium acceperunt extenuantes idipſum ea dicunt ſe ſe cepiſſe, quæ parua erant illis, quæque ab aliis licebat accipere. Illi uero contra, ea quæ maxima rerum erant ſuarum quæque ab illis aſſequi non poterant, & in periculis, aut neceſſitatibus talibus.*

*An quia amicitia eſt ob utilitatem, utilitas eius qui beneficiũ ſuſcepit mẽſura eſt ſtatuenda? Hic eſt .n. qui indiget, & huic fert opem, ut accepturus æqualẽ. Tantum igitur auxilium fuit quantũ utilitatis habuit hic. Et reddendum eſt igitur tantũ, quantum ipſe cõſecutus eſt, uel etiam plus. Eſt .n. magis honeſtũ. In amicitiis aũt quæ ſunt ob uirtutẽ accuſationes quidẽ nõ ſunt, menſuræ aũt ſimilis ẽ electio eius qui beneficium contulit. Id enim quod eſt uirtutis ac moris præcipuum in electione conſiſtit.*

K ¶ Mouet dubitationem circa prædicta. Et primo proponit dubitationem. Et dicit, quòd dubitatio eſt, vtrum ad retributionem faciendam oporteat menſurare, ſecundum vtilitatem eius, qui recepit beneficium, vel ſecundum operationem eius, qui dedit beneficium. Secundo ibi.

l ¶ Aſſignat rationem dubitationis. Illi enim qui recipiũt beneficia intendentes attenuarẽ ſuſcepta beneficia dicunt ſe alia recipiſſe a beneficis, quæ parua erãt illis ad dandum, & quæ illi poterant de facili ab aliis recipere. Econuerſo autem benefactores volentes magnificare ſua beneficia ſe contuliſſe maxima eorum, q̃ habebant, & qualia non poterat ab eis recipere, & ꝙ ea contulerint in periculis, & in magnis neceſſitatibus. Tertio ibi.

m ¶ Soluit dubitationem, & inquit, ꝙ menſura retributionis debet accipi ſecũdum vtilitatem quã percepit ille qui paſſus eſt beneficium. Iſte enim eſt qui indiguit beneficio. Et ſufficit ꝙ tẽpter reddere æqualem retributionem. Tantum enim fuit benefactoris adiutorium, quantum recipiens accepit de adiutorio. Et ſi plus faciat melius eſt. In amicitiis autẽ quæ ſunt ſecundum virtutẽ non ſunt quidem accuſationes, ſicut ſupra dictum eſt. Eſt tamen in eis faciẽda recompenſatio. Et in hoc electio, vel voluntas cõferentis beneficium habet ſimilitudinem menſuræ. Quia menſura vniuſcuiſque generis eſt id, quod eſt principale in genere illo. Principalitas autem virtutis & moris conſiſtit in electione. Et ideo in amicitia quę eſt ſecũdum virtutẽ, debet fieri recompenſatio ſecundum voluntatẽ eius qui beneficium contulit, & ſi paruum, aut nullũ auxilium ex hoc eſt aliquis conſequutus.

## L E C T I O XIIII.

DIfferunt autem in his, q̃ ſm̃ ſuperexcellentiã amicitiis. Dignificat

## L E C T I O XIIII.

*AT uero diſſentiũt, & in amicitiis, quæ excellentia conſiſtunt. Nã uterq; dignũ*

## LECTIO XIIII

POſtquam oñdit qualiter fiãt accuſationes in amicitia vtilis, quæ eſt ſecundum æqualitatem, hic oſtẽdit, qũo fiant accuſationes in amicitiis, quæ ſunt ẽm ſuperexcellentiam. Et circa hoc tria facit. Primo ponit controuerſiã, quæ in talibus amicitiis fieri conſueuit. Secundo aſſignat controuerſiæ rationem, ibi. {Exiſtimant enim, &c.} Tertio determinat veritatem, ibi. {Videtur autem vtique, &c.} Dicit ergo primo, quòd etiam in amicitiis, quæ ſunt ſecundum ſuperexcellentiam eſt quędam differentia, & diſcordia inter amicos, dum vterque, ſcilicet & maior, & minor dignum reputat, quod ipſe plus habeat. Et ſi hoc non fiat, diſſoluitur propter hoc amicitia. Deinde cum dicit.



b ¶ Aſſignat rationem prædictæ diſcordiæ. Et primo ponit rationem, quæ mouet maiores. Secundo rationem quam ĩducunt minores, ibi. {Indigens autẽ, &c.} Dicit ergo primo, ꝙ quantum ad amicitiam, quæ eſt ſecundum virtutem, ille q eſt melior, exiſtimat conueniens eſſe ſibi quòd plus habeat. Si enim bono debetur bonum, conueniens eſt ꝙ meliori plus de bono attribuatur. Et ſimiliter in amicitia, quæ eſt ſecundum vtile, ille qui eſt vtilior, eſtimat quòd ipſe debeat plus habere. Non enim oportet ſicut dicunt, quòd ille qui eſt minus vtilis, æqualia recipiat ei qui vtilior eſt. Eſſet enim quædam miniſtratio, ideſt ſeruitus & non amicitia, ſi cõmoda, quæ ex amicitia proueniunt non diſtribuerentur ſecũdum dignitatem operum, vt ſcilicet ille qui melius operatur plus habeat. Exiſtimatur enim, quòd ſicut in mercationibus ex cõmuni pecunia plura recipiunt illi qui plus poſuerunt, ita etiam debet fieri in amicitia, quòd qui plura appoſuit ad amicitiam, plura recipiat. Deinde cum dicit.

c ¶ Ponit rationes quas inducunt inferiores. Econuerſo .n. loquuntur indigens in amicitia vtilis, & deterior in amicitia virtutis. Dicunt .n. quòd ad amicum excellentem in bono ꝑtinet, quòd ille ſufficienter prouideat amicis indigentibus. Nulla enim videretur eſſe vtilitas, ſi aliquis inferior eſſet amicus alicui virtuoſo, vel potenti, ſi nihil ab eo recipere debeat. Deinde cum dicit.

d ¶ Determinat veritatem. Et primo proponit veritatem. Secundo manifeſtat eã, ibi. {Virtutis quidem, &c.} Tertio infert quoddam corollariũ ex dictis, ibi. {Propter quod & vtique, &c.} Dicit ergo primo A quòd vterque, ſcilicet ſuperior, & inferior recte videtur eſtimare id quod dignum eſt, quia vtrique aliquid plus oportet dare, non tamen de eodem, ſed ei qui ſuperexcellit debet plus dari de honore, ei autem qui indiget, debet plus dari de lucro. Deinde cum dicit.

autem vterque plus habere. Cũ autem non hoc fiat, diſſoluitur amicitia.

b Exiſtimat enim melior conuenire ipſi plus habere. Bono enim tribui plus. Similiter autem, & vtilior. Inutilem enim exiſtentẽ B non aiunt oportere æquale habere. Miniſtrationem enim fieri, & non amicitiam, ſi non ſecundum dignitatem operum erunt, quæ ex amicitia. Exiſtimant enim quemadmodum in pecuniarum communicatione plura accipiunt, conferentes plura, ſic oportere & in amicitia.

c Indigens autem, & deterior, econuerſo. Amici enim boni eſſe ſufficere indigentibus. Quid C enim aiunt, vtile ſtudioſo, vel potenti amicum eſſe, nihil recepturum?

d Videtur autem vterque recte dignificare, & oportere vtique plus tribuere ex amicitia, non ex eodem, ſed ſuperexcellenti quidem honoris, indigenti autem lucri.

e Virtutis quidem enim, & beneficii honor, eſt retributio, D Indigentię autem auxilium, lucrum.

f Sic autem habere hæc, & in vrbanitatibus videtur. Non .n. honoratur, qui nullum bonum communi tribuit. Commune enim datur ei, qui commune beneficat. Honor autem commune. Non enim eſt ſimul ditari a communibus, & honorari. In omnibus enim minus nullus expectat. Ei autem qui circa pe E cuniam minoratur honorẽ tribuunt, & dona expectanti pecunias, quod ſecundum dignitatẽ enim adæquat, & ſaluat amicitiam, quemadmodum dictum eſt. Sic itaque, & inęqualibus aſſociandum, & ei, qui in pecunias vtilis eſt, vt in virtute honorem reddendum tribuentem quod contingit.

*exiſtimat plus habere. Atque cum hoc non fit diſſoluitur amicitia.*

*Qui namque præeſt abilior eſt, plus habere oportere ſe putat. Plus enim tribuendum eſt bono. Eadem cenſet, & qui magis utilis eſt. Si namque quiſpiam inutilis ſit, non æquale inquiunt ipſum habere oportere. Sub miniſtrationem enim & non amicitiã fieri dicunt, ſi non pro dignitate operum ea fuerint, quæ ab amicitia fiunt. Nam ut in pecuniarum ſocietate plus ii capiunt, qui plures pecunias conferunt, ſic arbitrantur & in amicitia fieri oportere.*

*Qui uero eget, & qui eſt inferior, contra. Ad amicum namque bonum ſpectare cenſet egentibus opem ferre. Quid enim prodeſt inquiunt, amicum eſſe quempiam ſtudioſo uiro, aut potẽti, ſi nihil conſecutus ſit inde?*

*Videtur autem uterque recte cenſere. Atque plus quidem utriſque eſt ex amicitia tribuendum, non tamen eiuſdem rei. Sed excellenti quidem honoris, egenti autem lucri.*

*Virtutis enim, et beneficientiæ præmium honos eſt, indigentiæ uero auxilium, lucrum.*

*Hoc ita ſe habere, & in rebus politicis conſtat. Non enim is honoratur, qui nihil boni reipublicæ præſtat. Id enim quod eſt publicum ei tribuitur, qui beneficia in rempublicam confert. At honor publicum eſt. Non enim fit, ut ſimul quiſquam pecunias a republica, atque honorem accipiat. Nemo namque fert in omnibus minus habere. Qui igitur in pecuniis imminuitur ei honorem tribuunt. Qui uero munera ſuſcipit ei pecunias dant. Quod enim fit pro dignitate, id æquat, & conſeruat amicitiam, ut eſt dictum. Sic igitur, & in iis eſt agendum atque congrediendum, qui impares ſunt. Et is, qui in pecuniis, aut uirtute utilitatem accipit, reddat honorem oportet id reddendo, quod poteſt.*

e ¶ Manifeſtat q̃d dictum eſt. Et primo per rationem. Secundo per exemplum, ibi. {Sic autem habere, &c.} Tertio probat quoddam quod dixerat, ibi. {Poſſibile enim, &c.} Dicit ergo primo, quòd ideo ſuperexcellenti debet dari plus de honore, qui honor eſt propria retributio pro operibus virtutis, & pro beneficiis præſtitis, in quibus excedunt maiores. Sed per lucrum præſtatur auxilium contra indigentiam, quam patiuntur inferiores. Deinde cũ dicit.

f ¶ Manifeſtat idem exemplum. Sic enim videmus accidere in vrbanitatibus. Non enim honoratur ille qui bonum nullum tribuit in communitate. Sed ei qui aliquod beneficium cõmunitati cõtulit, datur commune bonũ, quod eſt honor. Non enim de facili contingit, quòd aliquis a communitate, ſimul & diuitias, & honores recipiat. Non .n. aliquis ſuſtineret, ꝙ haberet minus quantum ad omnia, ſcilicet & quantum ad diuitias, & quantũ ad honores. Sed ei qui diminutus eſt in pecuniis propter expẽſas quas in ſeruitium communitatis fecit, tribuit ciuitas honorem. Ei vero, qui propter ſua ſeruitia expectat dona tribuũt pecunias. Dictum ẽ enim ſupra, quòd id quod eſt, ſecundum dignitatem obſeruatum, & exhibitum, facit æqualitatẽ proportionaliter in amicis, & ſic amicitias cõſeruat. Sicut ergo ciuitates quibuſdã exhibent honores, quibuſdam pecuniam, ſecundum eorum dignitatem: ſic faciendum eſt, quando sũt amici inæquales, vt ei qui ſuo beneficio in pecuniarum exhibitione vtilis fuit, vel qui opera virtuoſa peregit, reddatur honor, ita ꝙ retributio fiat, & ſi non de æquiualenti, tamen de eo, quod fieri poteſt. Deinde cum dicit.

g Poſſibile.n. amicitia requirit non quod ſm̃ dignitatem. Neq; enim eſt in omnibus quemadmodum in his, quæ ad Deos honoribus, & parentes. Nullus.n. ſecundũ dignitatem aliquando vtiq; retribuet. In potentiã aũt famulans, epyiches eſſe videtur. F

*Amicitia namq; id expoſcit, quod fieri poteſt, non id quod eſt pro dignitate. Neque enim in omnibus eſt, ut in honoribus erga Deos, aut parentes. Nemo enim unquam dignum reddere poteſt. Sed qui quoad poteſt obſequitur, bonus & æquus eſſe uidetur.*

h Propter quod, vtique videbitur non licere filio patrẽ, abnegare. Patri autẽ filium.

*Quapropter conſtat patrem quidem non licere filio abdicare. Filium autem patri licere.*

i Debentem enim reddendum. Nihil autem faciens dignum eorum, quæ ſubfuerũt operatꝰ eſt, quare ſemper debet. Quibus autem debetur poteſtas dimittere. Et patri vtique. G

*Debentem enim reddere oportet. At quicquid egerit, nihil unquam his dignum fecerit, quæ a patre ſuſceperit. quare ſemper debet. Quibus autem debetur poteſtas eſt dimittendi. Igitur & patri.*

k Simul autem forte nullus aliquãdo recedere videtur niſi ſuperexcellente in malitia. Sine enim naturali amicitia auxiliationem, humanum non expelli. Huic autem fugiendum, vel nõ feſtinandum ſufficere malo exiſtenti. Bene pati.n. multi volũt, facere autẽ fugiunt, vt inutile. De his aũt intantum dictũ eſt. H

*Simul autem nemo forſitan unquã ſe mouere uidetur, niſi ille exuperet prauitate. Nam abſque amicitia naturali humanum eſt auxilium non negare. Illi autem fugiendum eſt, aut non ſtudendum opem afferre cum ſit prauus. Plerique enim ſuſcipere beneficia uolunt, conferre autem nolunt, ac fugiunt ut inutile. Sed de his quidem eouſque ſit dictum.*

g ¶ Probat, ꝙ ſufficiat reddere qđ contingit, quia amicitia requirit id quod eſt poſſibile amico, non autem ſemper id qđ eſſet dignum, quia quandoque omnino eſſet impoſſibile. Nõ enim poteſt in omnibus beneficiis retribui cõdignus honor, ſicut patet in honoribus, qui exhibentur Deo & parentibus, quibus nullus poteſt aliquando retribuere condignum. Tamẽ ſi aliquis famulatur Deo & parentibus, ſecundum ſuam potentiam videtur eſſe epyiches.i. virtuoſus. Deinde cum dicit.

h ¶ Infert quoddã corollariũ ex dictis, & primo cõcludit ex dictis ꝙ non licet filio abnegare patrem, ſed patri licet abnegare qñque filium. Secundo ibi.

i ¶ Manifeſtat qđ dictum eſt duabus rationibus. Quarũ prima eſt, ꝙ filius cum ſit conſtitutus debitor patri, propter ſuſcepta beneficia, debet ei retribuere, nec poteſt aliquid dignum facere beneficiis receptis. Vnde ſemper remanet debitor. Et ideo non licet ei abnegare patrem. Sed illi quibꝰ debetur, habent poteſtatem dimittendi eos, qui ſibi debent. Et ita pater habet poteſtatem dimittendi filium. Secundam rationem ponit ibi.

K ¶ Et dicit, quòd nullus filius videtur recedere a patre abnegando ipſum, niſi forte per excellentẽ malitiam, quia propter amicitiam naturalẽ quæ eſt inter patrẽ & filium, humanum eſt ꝙ aliquis non expellat eum, qui ſibi auxiliatus eſt. Et ita iniquiſſimum eſt, ꝙ filius expellat patrẽ. Sed ſi filius ſit malus, pater debet fugare eũ vel ad minus non dare magnam operam ad prouidendum ei ſufficienter, quia per hoc in malitia creſceret. Multi enim ſunt qui volunt bene pati ab aliis, ſed fugiunt benefacere, ac ſi hoc eſſet inutile. Vltimè autẽ epilogando concludit, ꝙ de his quæ ad ſpecies amicitiæ pertinent, tantum dictum eſt. Et ſic datur ſententia Octaui libri.



# ARISTOTELIS MORALIVM AD NICOMACHVM

## LIBER NONVS.

Cum Sancti Thomæ Aquinatis præclariſsimis commentariis.

## LECTIO PRIMA.

POſtquàm Philoſophus oſtendit quid eſt amicitia, & determinauit de amicitiæ ſpeciebus, hic in Nono libro determinat de amicitię proprietatibus. Et primo ponit proprietates amicitiæ. Secundo mouet quaſdam dubitationes circa prædeterminata.ibi. {Dubitatur autem vtrum oportet, &c.} Circa primũ duo facit. Primo determinat ea, quæ pertinent ad conſeruationem, & diſſolutionem amicitiæ. Secundo determinat de amicitiæ effectibus. ibi. {Amicabilia autem quæ ad amicos, &c.} Circa primum duo facit. Primo determinat ea, quæ pertinent ad conſeruationem amicitiæ. Secundo, determinat quædam, quæ pertinent ad diſſolutionem ipſius.ibi. {Habet autem dubitationem de eo, &c.} Circa primũ tria facit. Primo proponit id quod eſt amicitiæ cõſeruatiuum. Secũdo oſtendit, quomodo propter huiuſmodi defectũ amicitia turbatur.ibi. {Hic quidem ergo inuenta eſt, &c.} Tertio docet remedia contra huiuſmodi perturbationẽ. ibi. {Dignitatem autem, &c.} Et quia in amicitiis æqualium manifeſtũ eſt, quòd amicitia conſeruatur per hoc, ꝙ æquale redditur. Manifeſtat primo, qualiter poſſit conſeruari amicitia, quæ eſt diſſimilium perſonarũ adinuicem, ꝙ magis dubium eſſe videbatur. Et dicit, ꝙ in omnibus talibus amicitiis diſſimilium perſonarum: puta patris ad filium, regis ad ſubditum, & ſic de aliis: adæquat, & conſeruat amicitiam hoc, ꝙ exhibetur analogum.ſ.id, quod eſt proportionale vtrique. Et hoc manifeſtat per exemplum eius, quod eſt in politica iuſtitia, ſecundum quam in Quinto dictum eſt, ꝙ coriario pro calciamentis, quæ dedit retributio ſecundum dignitatem, quæ eſt ſecundum proportionem, & idem eſt de textore, & de reliquis artificibus. Deinde cum dicit. Li. 5.

b ¶ Oſtendit quõ propter defectum analogi turbatur amicitia. Et circa hoc duo facit. Primo ponit cauſam: quare huiuſmodi perturbatio contingere non poteſt circa iuſtitiæ commutationem. Et dicit, ꝙ hic.ſ. in commutationibus politicis inuenta eſt quædam communis menſura.ſ. denarius ad quem, ſicut ad B menſuram omnia commutabilia referuntur. Et eorum preciũ per denarios menſuratur. Et ideo certum eſſe poteſt, quid pro quo reddendum ſit. Sed ea, quæ ſecundum amicitiam commutantur, puta affectus, & obſequia amicorum appreciari pecunia non poſſunt. Et ideo ſecundo ibi.

## LECTIO I.

IN omnibus autem diſſimilium ſpecierũ amicitiis, analogum vtiq; æquat & ſaluat amicitiam, quẽadmodum dictum eſt, puta, & in politica coriario pro calciamentis retributio fit ſecundum dignitatẽ, & textori, & reliqs. C

b Hic quidem igitur inuenta ẽ communis mẽſura nummiſma. Et ad hoc vtique omnia referũtur, & hoc menſurantur.

c In amicitia autem quandoq; quidem amator accuſat, quoniam ſuperamans non redamatur nihil habens amabile, ſi ſic contingat. Multotiens aũt amatus, quoniam prius repromittẽs omnia, tamen nihil perficit. D

d Accidunt autem talia cũ hic quidem propter delectationem amatum amet, hic autem ꝑꝑ vtile amatorem. hæc autem nõ ambobus exiſtunt. Propter hæc enim amicitia exiſtente diſſolutio fit, cum non fiant, quorum gratia amabant. Non enim ipſos amabant, ſed exiſtentia non manentia entia. Propter qđ tales, & amicitiæ. Quæ aũt morũ ſm̃ ſeipſam exiſtens manet, quẽadmodum dictum eſt. E

## LECTIO I.

*IN omnibꝰ aũt amicitiis, quæ ſunt diſſimiles ſpecies comparationi rationum æquat, atque conſeruat amicitiam, ut eſt dictum, ut in ciuili ſocietate, ſutori pro calciamentis, & textori, et cæteris pro dignitate permutatio fit.*

*Atque hic quidem communis habetur menſura nummus ipſe, ad quem omnia referuntur, & quo menſurantur.*

*In amatoria autem amicitia, interdum amator quæritur, quòd ſupra modum amans, non uiciſſim amatur, nihil habens forte amabile. Interdum is qui adamatur, quod cum prius cuncta polliceretur, nunc nihil facit.*

*Fiunt autem talia, cum ille quidem ob uoluptatem adamatum, hic autem ob utilitatem diligit amatorem, & hæc non aſſunt utriſque. Nam cũ propter hæc ſit amicitia, fit diſſolutio, cum ea non fiunt, gratia quorum amabant. Non enim ſe mutuo amabant, ſed ea quæ inerant, quæ non permanent. Quapropter tales & amicitiæ ſunt. Morum uero amicitia cum per ſe ſit, permanet, ut dictum eſt.*

c ¶ Oſtendit quomodo propter defectum analogi amicitia perturbatur. Et primo oſtendit ex eo ꝙ non ſit recompenſatio ab vno amico alteri. Secundo ex eo ꝙ non recompenſatur illud, quod quærebatur.ibi. {Contẽnunt autẽ, &c.} Circa primũ duo facit. Primo proponit cauſam perturbationis amicitiæ. Secundo oſtendit in quibus amicitiis hoc contingat.ibi. {Accidunt autem talia, &c.} Circa primum conſiderandum eſt, ꝙ recompẽſatio amicitiæ attenditur ſecũdum duo. Primo quantum ad interiorem affectum amoris. Et quantum ad hoc dicit, ꝙ quandoq: in amicitiis contingit, quod amator accuſat eum quem amat, quoniam cum ipſe ſuperabundãter amet, nõ redamatur ab eo quem amat. Et quandoque ſua accuſatio eſt iniuſta: puta ſi contingat, ꝙ nihil habeat in ſe, unde ſit dignus amari. Secundo fit recompenſatio amicitiæ quantum ad exteriora dona, vel obſequia. Et quãtum ad hoc dicit, ꝙ multotiens ille, qui amatur accuſat amatorem, quia cũ prius repromiſerit ſibi oĩa, tandem nihil perficit. Deinde cũ dicit.

d ¶ Oſtendit in quibus amicitiis hæc contingant. Et dicit, ꝙ prędictæ mutuę accuſationes inter amatorẽ, & amatũ accidũt, quãdo amator amat propter delectationẽ, amicus autem amat amatorẽ, propter vtile. Cõtingit autẽ quandoque, ꝙ iſta nõ exigunt, quia.ſ. nec amatori amatus exhibet delectationẽ, nec amator amator amato vtilitatẽ. Ideo fit diſſolutio amicitiæ cũ non permaneant illa, propter quæ ſola amicitia erat. Non.n. ſeinuicẽ, propter ſeipſos amabant, ſed propter prædicta.ſ. vtilitatẽ, & delectationẽ, quæ non ſunt permanentia, & ideo nec tales amicitiæ ſunt permanentes. Sed ſicut ſupra dictũ eſt, amicitia quæ eſt propter bonos mores eſt permanens, quia ſecundũ eã amant ſeinuicem amici propter ſeipſos. Deinde cum dicit. In 8. lect. 3.

e ¶ Oſtendit, quomodo amicitia turbatur per hoc, ꝙ non recompenſatur illud quod quærebatur, ſed aliud. Et dicit, ꝙ multotiens amici contendunt adinuicem cum non recompenſentur eis illa, quæ appetunt, ſed quædam alia. Cum enim aliquis non potitur eo quod deſiderat, ſimile eſt, ac ſi nihil ei fieret. Et ponit exemplum de quodam cytharædo, cui quidam repromiſit, ꝙ quanto melius cantaret, tanto ei plꝰ daret. Cum autem ĩ mane poſt cãtum petiſſet repromiſſiões ſibi adimpleri, reſpondit promiſſor, ꝙ ipſe pro delectatione reddiderat ei delectationem, quia verſa vice in aliquo eum delectauerat. Et ſi quidẽ cytharædus quærebat delectationem ſufficienter ſe habet recompenſatio facta. Si vero promiſſor q̃rebat delectationem, cytharædus autem lucrum, non eſt bene facta commutatio, quia vnus eorum habet, quod quærebat, alius autem non. Ille enim qui exhibet aliquid ad illa attendit quibus indiget, & horum gratia dat illa quæ dat. Deinde cum dicit.

f ¶ Docet remedia contra prædictas amicitiæ turbationes. Et circa hoc duo facit. Primo docet, q̃ ſint obſeruanda ad hoc, ꝙ pax amicitiæ conſeruetur. Secundo determinat quandã dubitationem, ibi. {Dubitationem autẽ habent, &c.} Circa primum duo facit. Primo oſtendit ad quẽ ꝑtineat æſtimare dignam recompenſationem in amicitiis. Secũdo oſtendit, qualiter huiuſmodi recõpenſatio fiat, ibi. {In quibuſdam non fit, &c.} Circa primum duo facit. Primo oſtẽdit, ꝙ æſtimatio dignæ recompenſationis pertinet ad eum, qui primo accepit beneficiũ. Secundo oſtẽdit, quomodo ex eiꝰ defectu ſequitur accuſatio in amicitiis, ibi. {Poſt accipientes autem, &c.} Dicit ergo primo, ꝙ ordinare dignitatem recompenſationis pertinet ad vtrumque .ſ. ad eum, qui ante dedit, & ad eum, qui ante accepit beneficium. Sed tamen ille qui ante dedit videtur concedere iudicium recompenſationis illi, qui accepit, ſicut dicitur de Prothagora philoſopho, ꝙ cũ doceret diſcipulos, iubebat ꝙ diſcipulus honoraret eum in muneribus quan-

F tum ſibi videbatur dignum dare pro his, quæ eo docẽte ſciebat, & tantum accipiebat ab vnoquoque eorũ. In talibus enim amicitiæ obſequiis ſufficit quibuſdam, ꝙ eis redditur, ſecundũ æſtimationem recipientiũ beneficia. Et ſic videntur ſufficienter mercedem recipere, quia merces datur viro ſcilicet benefico, nõ autem rei exhibitæ. Et ideo ſufficiẽs videtur eſſe merces, quæ ſufficit viro, etiam ſi non æquiparet beneficiũ. Deinde cum dicit.

g ¶ Oſtendit, quomodo perturbatio amicitiæ prouenit ex defectu eorũ, qui primo accipiunt. Et dicit, ꝙ illi qui primo accipiunt pecuniam ante, ſcilicet quàm ſeruiant, deinde nihil faciunt eorum, q̃ ꝓmiſerunt, quia forte promiſſiones fuerunt ſuperfluæ conueniẽter accuſantur, quia non perficiunt ea quæ promiſerunt. Et hæc coguntur facere ſophiſtæ, quia ꝓ omnibus, quæ ſciũt, nihil daretur eis, ſi committeretur arbitrio diſcẽtium, quia tota eorum ſcientia in quibuſdam apparentibus, & friuolis conſiſtit. Sic ergo iſti iuſte accuſãtur, dum non faciebant illa ꝓ quibus mercedem accipiebant. Deinde cum dicit.

h ¶ Oſtendit, quomodo debeat fieri recompenſatio in amicitiis. Et primo quãtum ad amicitias, q̃ ſunt ſecundum virtutem. Secundo quantũ ad alias amicitias, ibi. {Non tali autem exiſtente, &c.} Dicit ergo primo, ꝙ ſi non fiat collatio beneficii propter confeſſionẽ, ideſt promiſſionẽ alicuius certi miniſterii ſicut in prædictis fiebat; contingit quandoque, ꝙ aliqui ante dant beneficia aliquibus propter ipſos accipientes, & nõ intuitu alicuius recompenſationis. Et manifeſtum eſt ex prędictis in Octauo, ꝙ tales ſunt inaccuſabiles. Hoc enim pertinet ad amicitiã, quæ eſt ſecundum virtutẽ in qua facienda eſt retributio, reſpiciendo ad electionem, ſiue affectum facientis. Electio enim maxime ꝑtinet ad amicitiã, & virtutem, ſicut dictũ eſt. Et ſicut hoc obſeruatur in amicitia, quæ conſiſtit in cõicatione virtutis, ſic etiã obſeruandum eſt in communicatione philoſophię; puta inter magiſtrum, & diſcipulum. Non enim dignitas philoſophiæ, quum

e Contendunt autem, & cũ altera fiant ipſis, & non quæ appetunt. Simile enim ei, quod eſt nihil fieri cum eo, quod appetit non potitur, puta cytharędo repromittens & quãto melius caneret, tanto plus: in mane autẽ expetenti promiſſiones, pro delectatione, delectationẽ reddidiſſe dixit: ſiquidem igitur vterque hoc volebat ſufficienter vtique habuit. Si autem hic quidẽ delectationem. Hic autẽ lucrũ, & hic quidem habet, hic autem non, non vtique erit, quod ſecundum communicationem bene. Quibus enim indigens exiſtit, his & attendit, & illius quidem gratia hæc dabit.

G *Diſſentiunt autem, & cum alia fiũt ipſis, & nõ ea quæ appetunt. Eſt enim ſimile, ac ſi nihil fieret cum non id aſſequitur, quod affectat. Quale fecit, et qui Cytharædo pollicebatur quãto melius cantaret, ſe plura daturum. Poſtridie uero repoſcenti promiſſa, uoluptatem reddidiſſe dixit pro uoluptate. Si igitur uterq; hoc affectaret ſatis utique haberet. Sin uero ille uoluptatem, hic lucrum affectabat, alter habet, alter non habet, non bene ſeſe habet ipſa ſocietas. Quorũ enim indiget unuſquiſque, hæc & aſſequi uult, & horum gratia dabit ea, quæ habet.*

f Dignitatem autem vtriuſque ordinare eſt ante dantis, vel pręaccipientis? Qui enim ante dat videtur concedere illi, quod aiunt, & Prothagorã facere. Cũ enim doceret quemq; honorare diſcentem, iuſſit quanto videtur digna ſcire. Et accipiebat tantum. In talibus autem quibuſdam ſufficit hoc: merces autem viro.

H *Vtrius autem eſt eſtimationem facere? eius ne qui dat, an eius, qui primo accepit? Nam qui dat uidetur illi permittere, quod quidem & Prothagoram feciſſe aiunt. Cum enim docuiſſet ea, quæ profitebatur, diſcipulum eſtimare iubebat, quanti ipſi uiderentur ea quæ ſcit, & tantum accipiebat. Nonnullis autem in talibus ſatis eſt illud. Sufficiens ſocio merces ſane eſt ſtatuenda.*

g Præaccipientes aũt argentũ, deinde nihil faciẽtes eorũ, q̃ dixerunt ꝑ ſuperabundantias repromiſſionũ conueniẽter in accuſationibus fiunt. Non .n. perficiũt, quæ cõfeſſi ſunt. Hoc autẽ facere forte ſophiſtæ cogantur, ꝑ nullum utique dare argẽtũ, pro quibus ſciunt. Iſti quidem igitur quorum accipiebãt mercedem non facientes, conueniẽter in accuſationibus ſunt.

I *Qui uero prius acceperunt argentum, deinde nihil eorum, quæ promiſerunt ob exuperationem promiſſionũ efficiunt, merito incuſantur. Non .n. perficiunt ea, quæ pepigerunt. Hoc autem fortaſſe ſophiſtæ facere compelluntur, quia nemo daret pro his, quæ ſciunt argentum. Hi igitur ea pro quibus acceperunt mercedem non efficientes, merito accuſantur.*

h In quibus aũt non fit ꝑ confeſſionẽ miniſtrationis hi quidẽ ꝑ ſeipſos ante dãtes, dictum ẽ, qm̃ inaccuſabiles. Talis .n. ſecũdum virtutẽ amicitia, & retributionem faciẽdam ſm̃ electionẽ. Hæc .n. amici, & virtus. Sic aũt & videtur, & philoſophia communicantibus. Non .n. ad pecunias dignitas mẽſuratur, preciũque æquiponderans non vtiq; fiet, ſed forte, quod ſufficiens, quemadmodum ad Deos, & parentes contingens.

K *Eorum autem in quibus ſubminiſtrationis non fit pactum, qui propter ſeipſos exhibẽt, incuſationibus carẽt, ut diximus. Talis eſt enim ea amicitia quæ ob uirtutem conſtatur. Remuneratioque facienda eſt electione. Hæc enim eſt amici, atque uirtutis. Sic eſt faciendum, & in ſocietate, quæ fit ob philoſophiã. Nõ enim tantæ dignitati rei pecuniæ æquari poſſunt. Nec bonos paris umquam fiet momenti. Sed ſatis eſt forſitan, ut & ad Deos, atque parentes id quod fieri poteſt.*

Lectio



quam quis addiſcit, poteſt menſurari ſecundum pecuniam, nec poteſt diſcipulus æquale pręcium magiſtro reddere, ſed forte reddendum eſt illud, quod ſufficit, ſicut Deo, & parentibus. Deinde cum dicit.

i ¶ Oſtendit qualiter fiat recompenſatio in alijs amicitijs Et circa hoc tria facit. Primo proponit, qđ intendit. Secundo ꝓbat propoſitum, ibi. {Quantũ enim &c.} Tertio reſpondet tacitæ quæſtioni, ibi. {Oportet autem forte &c.} Dicit ergo primo, quòd ſi non ſit talis datio, quòd ſcilicet aliquis det amico propter ſeipſum, ſed in aliquo recipiẽdo ſit dantis intẽtio, oportet quòd fiat retributio, quæ videt̃ ambobus digna, ſcilicet & danti, & accipienti, & ſi hoc non contingat debet æſtimare dignam compẽſationẽ, ille qui prius habuit beneficiũ. & hoc non ſolum eſt neceſſarium, ſed etiã iuſtum. Deinde cum dicit.

k ¶ Probat propoſitum. Et primo per rationem. Secundo per authoritatem legis, ibi. {Alicubi autem &c.} Dicit ergo primo, quòd quantum aliquis eſt adiutus ꝑ beneficium amici in amicitia utili, aut quãtum acceptat delectationem in amicitia delectabilitatum, dignum eſt, quòd recompenſet, quia ſic etiam uidetur fieri ĩ emptionibus, quòd ſcilicet quantum aliquis extimat rem, tãti emit eam, quantũ autem aliquis ſit adiutus ex beneficio, vel quantum accepit delectationem, ipſe maxime ſcire poteſt qui eſt adiutus, vel delectatus, & ideo neceſſarium & iuſtum eſt, quòd ſecundum æſtimationem, eius commutetur recompenſatio. Deinde cum dicit.

l ¶ Oſtendit idẽ ex authoritate legis, & dicit, quòd in aliquibus ciuitatibus lege ſtatuitur, quòd non fiat aliqua vindicta circa voluntarias cõuentiones, ſi poſtea aliquis eorum ſe deceptum reputet, quia oportet, vt ſi aliquis voluntarie credidit alicui beneficiũ ſuũ, vel obſequium, quòd ſoluatur ſecundum eius iudicium, cui credidit ſecundum modum primę commutationis, exiſtimant .n. legislatores, quòd ille, cui a principio conceſſum eſt magis iuſte

A debet ordinare recompenſationem, quàm ille, qui ei conceſſit. Et hoc ideo, quia multa ſunt, quæ non æqualiter apprecianturr, illi qui iam habent ea, & illi qui de nouo volunt ea accipere, videtur enim ſingulis, quòd propria bona, quæ dãt, ſint digna multo præcio, ſed tamen retributio debet fieri intantum quantum æſtimant recipientes. Deinde cũ dicit.

m ¶ Reſpondet tacitę quæſtioni dicẽs, quòd ille, qui recipit beneficium, debet appreciare ipſum, non ſecundum hoc, quod ei videtur dignũ poſtquam iam habet, ſed quantum appreciabatur antequam haberet, ſolent enim homines appreciare bona temporalia adepta, minus quàm qñ ea non habita cupiebant, & præcipue in neceſſitate exiſtẽtes.

i Non tali autem exiſtente datione, ſed in aliquo, maxime q̃dem forte oportet retributionem fieri viſam ambobus ſecundum dignitatem eſſe: ſi autem hoc non accidat, non ſolum neceſſariũ eſſe videbit̃ vtiq; pręhabentẽ ordinare, ſed etiã iuſtum.

*Quòd ſi datio non ſit talis, ſed pro aliquo, maxime quidem oportet forſitan retributionem fieri, vt utriſque uidetur eſſe pro dignitate, ſi uero hoc nõ accidit non ſolum neceſſarium, uerum etiam iuſtũ eſſe uidebitur, ipſum præhabentem hanc ipſam ſtatuere.*

B

k Quantum enim vtique iſte adiutus eſt, vel quanto delectationem vtique vellet: tãtum recipiens habebit adhoc dignitatem. etenim in emptionibus ſic videtur factum.

*Nam ſi quantum hic utilitatis habuit, aut pro quanto voluptatem expetit, tantum ille receperit dignã, de hoc remunerationem habebit: etenim in rebus uænalibus ita fieri conſtat,*

l Alicubi autem ſunt leges, ſcilicet voluntariarũ cõuentionũ vindictas non eſſe, vt oportunũ cui credidit: diſſolui ad huc quẽadmodum communicauit, cui enim conceſſum eſt hunc, exiſtimant iuſtius eſſe ordinare concedente, multa enim nõ ęquali appreciantur habentes, & volẽtes accipere, propria enim, & quæ dant ſingulis videntur multo digna, ſed tamen retributio ſit ad tantum, quantum vtique ordinant accipientes.

C *Et quibuſdam in locis ſunt leges, quæ uetant ſponte actorum contractuum iudicia eſſe, propterea quòd oportet unumquemque ad unum qui credidit ſic diſſolutionem facere, ut ſocietatem contraxit, putant enim cum iuſtius eſſe ſtatuere, cui permiſſum eſt, quàm eum qui permiſit, etenim plerumque non æque eſtimant, qui habent, & qui accipere uolunt, ſua enim cuique, & ea quæ dat multo uidentur præcio digna, attamen retributio ſit ea (quam ſtatuunt ij, qui capiunt) quantitate.*

m Oportet autẽ forte non tanto appreciari, quanto habenti videtur dignum, ſed quanto ante habere appreciatus eſt.

D *Oportet autem fortaſſe non tanti æſtimare, quanti uidetur dignum habenti, ſed quanti æſtimabat antea, quàm haberet.*

## LECTIO II.

Poſtquàm Philoſophus oñdi', quòd amicitia conſeruatur per recompenſationem proportionalẽ, hic mouet quaſdam dubitationes circa amicorum beneficia, & recompenſationes eorum. Et primo mouet dubitationes. Secundo ſoluit eas, ibi. {Ergo omnia talia &c.} Circa primum mouet tres dubitationes, quarum prima eſt: vtrum circa omnia oportet magis exhibere beneficia patri, & obedire ei quàm quibuſcumque alijs perſonis, vel circa quędam ſit magis obediẽdum alijs, puta, quòd laborans ideſt infirmus magis debet obedire medico, quàm patri, & homo bellicoſus magis debet obedire præcepto ducis exercitus, quàm præcepto patris. Secunda dubitatio eſt: vtrum aliquis magis debeat miniſterium exhibere amico ſuo, vel hoĩ virtuoſo. Tertia dubitatio eſt: vtrum homo magis debeat retribuere benefactori, ꝓ gratia ſuſcepta, quàm dare amico, ſi ita contingat, quòd homo non poſſit vtrique ſatisfacere. Deinde cum dicit.

b ¶ Soluit prædictas quæſtiones. Et primo ſoluit in generali. Secundo in ſpeciali, ibi. {Et beneficia quidem.} Dicit ergo primo, quòd omnia huiuſmodi per certitudinem determinare nõ eſt facile, quia circa prædicta poteſt attendi differentia multipliciter,

## LECTIO II.

Dubitationem autẽ habent & talia, puta vtrũ oportet omnia patri attribuere, & obedire, vel laborãtem quidem medico obediendum, ducem autem exercitus ad ordinandum bellicoſum, ſimiliter autem amico magis, vel ſtudioſo miniſtrandum, & benefactori reddẽdum gratiam magis, vel amico dandum, ſi ambobus non contingit.

## *LECTIO II.*

*Habent autem & talia dubitationem, utrum oporteat omnia patri tribuere, in omnibusque obtemperare an ægrotanti quidem parendum ſit medico, deligẽti uero ducem exercitus deligẽdus ſit rei militaris peritiſſimus homo, ſimilimodo utrum amico ſit potius an ſtudioſo ſubminiſtrandum, & benefactori reddenda ſit gratia, an ſodali potius dandum, ſi utrumque fieri nequeat,*

E

b Igitur omnia talia certe quidẽ determinare nõ facile, multas .n. & omnimodas habẽt differẽtias, & magnitudine, & paruitate, & bono, & neceſſario, quoniam autem non omnia eidẽ reddendũ nõ immanifeſtũ.

*Omnia igitur talia exacte determinare, non eſt facile, multas enim, ac uarias habent differentias, & magnitudine, & paruitate, & honeſtate, atque neceſſitate, uerum non omnia eidem eſſe tribuenda non eſt obſcurum.*

c Et beneficia quidẽ retribuẽdum, vt in multũ magis quàm donandum amicis. Et quemadmodum mutuum cui debet reddendum, magis quàm amico dandum.

d Forte autem neque hoc ſemper, puta liberãti a latronibus. G vtrum ſoluentem contra liberãdum, & vtique quicunque ſit, vel non capto, petenti autẽ reddendum, uel patrem liberandum, videbitur enim vtique, & ſeipſo magis patrem.

Quod igitur dictum eſt vniuerſaliter quidem debitum reddendum. Si autem ſuperexcedat datio bono, vel neceſſario adhoc declinandum. quandoque enim neque eſt æquale H pręexiſtẽtiam retribuere, cum hic quidem ſtudioſum ſciens benefaciat, huic autem redditio fiat quem exiſtimat malum eſſe. Neque enim accommodanti, quãdoque reaccomodandum, exiſtimans quidẽ enim lucrari accommodauit epyicei exiſtenti. hic autem non ſperat lucrari a malo, ſiue igitur veritate ſic habet non æqualis dignitas, ſiue habet quidem, non ſic autẽ I exiſtimans, non vtique videbitur inconuenientia facere.

f Quod quidem multotiens dictum eſt circa paſsiões, & actiones rõnes, ſimiliter habẽt determinatum his, circa quæ ſunt.

g Quoniam quidem igitur nõ eadem omnibus reddendum, neque patri omnia, quemadmodum neque Ioui ſacrificantur, non immanifeſtum, quia autem altera parentibus, & fratribus, & amicis, & benefactoribus ſin K gulis propria, & congruentia attribuendum, ſic autem & facere videntur, ad nuptias quidem enim vocãt cognatos: his enim cõmune genus, & quę circa hoc vtique actionem, & in cedia autem maxime exiſtimant cognatos obuiare propter idem.

*Atque beneficia plerumque reddenda ſunt potius quàm eſt largiendum amicis, ſicut & mutuum reddendum eſt potius cui debeas, quàm dandum ſodali.*

*Fortaſſe autem neque hoc agendũ eſt ſemper, ut redemptum a prædonibus, utrum eum qui ipſum redemit, redimere uiciſſim oporteat quicumque is ſit, aut non capto quidem, repetenti vero mutuum reddere, an redimere patrem? uidebitur enim patrem potius quàm ſe, etiam redimere illum oportere.*

*Debitum igitur ut diximus ſimpliciter eſt reddendum, ſi vero datio honeſtate, aut neceſſitate excedat, ad hæc ipſa eſt declinandum. Interdum enim neque eſt æquum beneficium retribuere, cum alter quidem in ſtudioſum ſciens ſtudioſum eſſe contulit beneficium, alter autem illum flagitioſum eſſe exiſtimat, nonnũquam enim, nec ei, qui mutuauit viciſſim eſt mutuandũ, nam ille quidem putans ſe recepturum bono mutuauit uiro, hic autem non ſperat a prauo recipere, ſiue igitur re vera hoc ſic ſe habeat, non æqualis eſt dignitas, ſiue non, ita quidem ſic ſe habeat, putet autem ſic ſe habere, non uidebitur abſurde facere.*

*Quod igitur ſæpe eſt dictum, ſermones, qui de affectibus actibuſue fiunt, perinde habent definitionem, vt ea, circa quæ ſunt.*

*Non eadem igitur vniuerſis eſſe reddenda, neque patri cũcta (quemadmodũ neque Ioui ſacra omnia dantur) non eſt obſcurum, quod ſi diuerſa tribuenda ſunt parentibus, & fratribus, & ſodalibus, & beneficis tribuenda ſunt ſingulis ſua queque ad quemque accommodãtur, ſic autem & facere videntur, nam ad nuptias uocant cognatos, genus enim his eſt commune, quare & actus qui circa hoc ſunt, & ad ſponſalia etiam maxime cognatos propter idẽ putant accedere oportere.*

citer, & ſecundum omnem modum, ſcilicet ſecundum magnitudinem & paruitatem, puta quòd aliquis eſt virtuoſus, vel amicus, vel benefactor, vel multum, vel parum, & ſimiliter quãdoque eſt differentia ſecundum bonum & neceſſarium, puta miniſtrare virtuoſo, ſeu amico videtur eſſe melius, ſed miniſtrare benefactori videtur eſſe magis neceſſariũ, hoc tamen in talibus eſt manifeſtũ, quòd non omnia ſunt eidem exhibenda, ſed quædam eis, quædã alijs. Deĩde cũ dicit.

c ¶ Soluit præmiſſas quæſtiones in ſpeciali. Et primo ſoluit tertiam dubitationẽ. Secundo ſoluit primam, per quam etiã datur intelligi ſolutio ſcdæ, ibi. {Quoniã quidẽ igitur non eadẽ &c.} Circa primum tria facit. Primo docet quid ſit cõmuniter obſeruãdũ, & dicit, quòd in pluribus magis debet homo retribuere benefactori, q̃ dare gratis amico ſi vtrumq; fieri non poſſit, ſicut etiã magis debet reddi mutuũ, quàm gratis dari amico, eodẽ enim modo homo tenetur ſecundum moralem honeſtatem ad retribuendum beneficia, ſicut ſecundum legalem iuſtitiam ad mutuum reddendũ. Secundo ibi.

d ¶ Ponit caſum, in quo fallit hoc quod dicit. Et dicit, quòd forte hoc quod dictũ eſt, nõ eſt ſemper obſeruandum, puta in caſu, in quo aliquis poteſt liberari a latronibus, & poteſt eſſe dubitatio quid horum trium ſit potius faciendum, quorum primum eſt, vtrum ſcilicet homo debeat liberare de manu latronum eũ qui quãdoque ipſum ſoluit a vinculis, quicumq; ille ſit. Secũdum eſt, ſi benefactor non ſit captus, & petat ſibi in aliquo alio ſatiſfieri, an ſit ei retribuendum. Tertium eſt: vtrum homo debeat liberare patrem a latronibus, & hoc tertium eſt præ omnibus magis eligendum, videtur enim quòd homo debeat magis liberare patrẽ etiam, quàm ſeipſum. Tertio ibi.

e ¶ Oſtendit qualiter ſit obſeruandum quod prius dictum eſt. Et primo oſtendit propoſitum. Secundo infert quoddam correlarium ex dictis, ibi. {Quod quidem ergo &c.} Dicit ergo primo, quòd illud quod dictum eſt, ſcilicet quòd debitum ſit reddẽdum magis quàm gratis dandum, eſt vniuerſaliter obſeruandũ, ſed ſi gratuita donatio excedat in bono virtutis, puta ſi ſit alicui F multum virtuoſo miniſtrandum, vel ſi excedat in neceſſitate, puta cum alicui imminet liberare patrem debet magis ad hoc declinare: quandoque enim contingit, quòd non poteſt ęquiparari hoc, quòd aliquis retribuit beneficijs præexiſtentibus alicui gratuitę dationi, puta cum ex vna parte aliquis beneficium cõfert ei, quẽ ſcit eſſe virtuoſum, & ex alia parte fit retributio ei quem exiſtimat malũ eſſe, nec eſt mirũ, ſi benefactori quandoque non eſt reddẽdum, quia neque etiã accommodanti, q̃nque debet homo accõmodare, contingit enim quandoque, ꝙ aliquis malus accommodet alicui virtuoſo eſtimãs ſe acquirere aliquod lucrũ ex eo: virtuoſus autem non ſperat lucrum ſi mutuet malo: ſi ergo ſecundum veritatem ita ſe habet, quòd ille ſit malus, manifeſtum eſt, quòd nõ eſt æqualis dignitas, ꝙ retribuatur ei, & ꝙ detur bono, ſi autem non ita ſe habet, ꝙ benefactor ſit malus, ſed ita eſtimat ille, q recepit beneficium, non videtur eſſe inconueniens facere, ſi magis det gratis ſtudioſo. Deinde cum dicit.

f ¶ Infert quoddam correlariũ ex dictis. Patet enim ex his, q̃ nunc dicta ſunt, verum eſſe illud, quod multotiens dictũ eſt, ſcilicet quòd ratiões, quę ſunt circa actiones, & paſſiones humanas, non poſſunt habere aliquid determinatum, ſecundum certitudinem, ſicut nec ea, circa quæ ſũt. Deinde cum dicit.

g ¶ Soluit primã dubitationem. Et primo oſtẽdit, quòd nõ oĩa ſunt patri exhibẽda. Secundo determinat, quæ quib⁹ exhibenda ſunt, ibi. {Videbitur autem vtiq; &c.} Dicit ergo primo non eſſe immanifeſtum, quòd nõ ſunt eadem omnibus reddenda, vnde nec patri ſunt reddẽda omnia, ſicut nec apud Gentiles omnia ſacrificantur Ioui, ſed quædam alijs Dijs: quia ergo alia debentur parentibus, & fratribus, & amicis, & benefactoribus, ſingulis eorum eſt, & ſunt attribuenda ea, quæ ſunt eis propria, & quæ ad eos pertinent, & eadem ratio eſt de virtuoſis, & hoc etiam homines obſeruare videntur, quia ad nuptias ſecundum quas fit propagatio generis, vocant homines cognatos, quibus eſt commune genus, & ſimiliter ad actiones, quę ſunt circa nuptias vocantur conſanguinei, & pp eandem rationem eſtimant homines, quòd conſanguinei debeant



A occurrere in cedea, ideſt in conuentione, quã tractatur de nuptijs agendis. Deinde cum dicit.

h ¶ Oſtendit, quæ quibus ſint attribuenda. Et primo manifeſtat propoſitum. Secundo oſtendit, in quibus hoc ſit facile, & in quibus difficile, ibi. {Eorum quidem ergo &c.} Dicit ergo, quòd in his quæ pertinẽt ad ſuſtentationem, quæ eſt per nutrimẽtum, videtur quòd filij maximę debeant ſufficientiam prębere parentibus, ſunt enim in hoc debitores eis, ſicut cauſis eſſendi per generationẽ, vnde & circa hæc quæ pertinẽt ad conſeruationẽ ipſius eſſe, magis debent ſubuenire parentibus quàm ſibijpſis, ſimiliter etiam parentibus debent homines honorem tamquam cauſis eſſendi, ſicut & Dijs, non tamen omnem honorem debent homines parentibus, quia neque eũdem honorem debẽt patri, & matri, neque iterũ patri debet homo honorem, qui debetur ſapienti, vel q debetur duci exercitus, ſed patri debet homo honorem paternum, & matri maternum, ſimiliter ẽt in ciuilibus ſeni debetur honor propter ætatem in aſſurgendo, & inclinando eis, & huiuſmodi, amicis autẽ & fratribus debet homo fiduciam, & communicationẽ rerum, & ſimiliter cõſanguineis, & his q ſunt vnius tribus, & conciuibus, & reliquis huiuſmodi, & ſemper tẽtandum eſt attribuere id, quod eſt proprium vnicuique, & adaptare ſingulis ea, quæ eis competunt ſecundum ꝓprietatem, puta ætatis, & virtutis, puta ſapientiæ, & vſum officij, ſicut duci exercitus. Deinde cũ dicit.

i ¶ Oſtendit in quibus hoc ſit facile, & difficile. Et dicit, ꝙ iudicium de talibus eſt facile in his, qui ſunt vnius generis, puta, quòd magis eſt ſubueniendum magis conſanguineo inter duos conſanguineos, vel magis ſapiẽti inter duos ſapientes, ſed difficilius eſt iudicare de differentibus, puta vtrũ magis ſit ſubueniendum ſapientiori, vel magis conſanguineo, & quamuis hoc ſit difficile determinare, non tamen oportet recedere ab huiuſmodi conſideratione, ſed determinare id quod dictum eſt, ſicut fieri poteſt.

h Videbitur autem vtique nutrimento quidem parentibus oportere maxime ſufficere, vt debentes, & cauſis eſſendi, melius quàm ſibijpſis, in hoc ſufficere & honorem quidem quemadmodum Dijs, non omne autem parentibus, neque enim eũ B dem patri, & matri, neque rurſus eum, qui ſapientis, vel eum qui ducis exercitus, ſed paternum, ſimiliter autem & maternum, ſed & omni ſeni honorem eum, qui ſecundum ætatem aſſurrectione, & inclinatione, & talibus: ad amicos autẽ rurſus, & fratres confidentiam, & omnium communicationem, ſed & cognatis, & ciuibus, & contribulibus, & reliquis oĩbus ſemp tentandum proprium attribuere, & coaptare, quæ ſingulis exi C ſtentia ſecundum proprietatẽ, & virtutem, vel vſum.

i Eorum quidem igitur, quæ vnius generis facile iudiciũ, differentium autem difficilius, nõ tamen propter hoc quidem recedendum, ſed vtique continget ſic determinandum.

*Videbitur autem parentibus maxime alimentis filios, ut debentes opitulari oportere, & honeſtius eſſe his, qui cauſa ſunt eſſendi, quàm ſibiipſis ſubuenire, honorem etiam vt Diis tribuere oportet, non omnem autem parentibus, neque eundem patri matrique, neque ſapienti, aut imperatoris ſed patri paternum, & ſimiliter matri maternum, omni quoque ſeniori honor eſt tribuendus, qui ad ætatem accommodatur aſſurgendo locoq; cedendo, & talibus: ſodalibus autem atque fratribus præſtanda eſt libertas, omniumque communitas, atque cognatis, & his qui ſunt eiuſdem tribus, & ciuibus, ac cæteris vniuerſis ſemper eſt enitendum id quod accommodatur tribuere, & comparare quæ inſunt ſingulis ratione familiaritatis, & uirtutis, aut utilitatis.*

*Eorum igitur qui generis ſunt eiuſdem, facile eſt iudicium, differentium autem eſt difficilius, non tamen ob hoc deſiſtendum eſt, ſed vt fieri poteſt, ita eſt diſtinguendum.*

## LECTIO III.

HAbet autem dubitationem, & de eo quod eſt D diſſolui amicitias, vel non ad non permanentes.

b Vel ad eos quidem qui propter vtile, vel propter delectabile amici exiſtunt cum non adhuc hoc habeant, nihil inconueniens diſſolui, illorum enim erant amici, quibus deficientibus rationabile non amare.

c Accuſabit autem vtique aliquis, ſi propter vtile, vel propter E delectabile amans, ſimul & propter morem, quod enim in principio diximus plures differentię fiunt amicis, cum non ſimiliter exiſtimant, & ſint amici. Cum quis igitur decipiatur, & ſuſpicetur amari, propter morem, nihil illo tale operante, ſe-

## *LECTIO III.*

*EST etiam dubitatio, ſi diſſoluendæ ſint amicitiæ, nec ne, ad eos qui non permanent.*

*An ad eos, qui ob vtilitatem, aut uoluptatem amici ſunt, cum hæc non habent, nec eſt abſurdum diſſolui? illorum enim erant amici, quibus deficientibus, rationi conſonum eſt non amare.*

*Incuſauerit autem quiſpiam ſi ob vtilitatem, aut uoluptatem amans ob mores ſimulet amare, quod enim ſuperius diximus, plurimæ fiunt incuſationes inter amicos, cum non ſimiliter optant, & ſunt amici: cum igitur quiſpiam ſua ſe opinione fefellerit putaueritque ob mores amari, nihil illo tale agente, tum ſeipſum is accuſare debet, cum vero a ſimulatione illius*

## LECTIO III.

POſtquam Philoſophus determinauit de his, quæ pertinent ad conſeruationem amicitiæ, hic determinat ea quæ ſpectant ad eius diſſolutionem. Et circa hoc duo facit. Primo inquirit, quãdo debeat diſſolui amicitia. Secundo oſtendit, qualiter homo ſe debeat habere ad amicum poſt amicitiæ diſſolutionem, ibi. {Vtrum ergo nihil alicuius &c.} Circa primum duo facit. Primo inquirit de diſſolutione amicitię ad eos, q immutantur a priſtina conditione. Secũdo de diſſolutione amicitię ad eos, qui in eodem ſtatu permanent, ibi. {Si autem h c permanet &c.} Circa primum tria facit. Primo proponit dubitationem. Secundo ponit ſolutionem quantum ad amicitiam vtilis, & delectabilis, ibi. {Vel ad eos quidem} Tertio quãtum ad amicitiam, q̃ eſt propter virtutem, ibi. {Si autem accepter &c.} Dicit ergo primo, quòd dubitatio eſt: vtrum debeat diſſolui amicitia, vel non debeat ad eos, q non permanẽt in eadem conditione, ſecũdũ quam amici erãt. Deinde cum dicit.

b ¶ Soluit dubitationem quantum ad amicitiam vtilem, vel delectabilem. Et primo oſtẽdit, qualiter huiuſmodi amicitiæ diſſoluantur. Secundo oſtendit, quomodo circa eas fiant iuſtæ accuſationes, ibi. {Accuſabit autem &c} Dicit ergo primo, quòd non eſt inconueniens, ſi diſſoluat amicitia ad eos qui ſunt amici propter vtile, vel propter delectabile ceſſante vtilitate, vel delectatione, quia ſecũdũ has amicitias homines amant delectationem, & vtilitatẽ, & non perſonas hominum propter ſeipſas, vnde deficiente vtilitate, vel delectatiõe, rationabile eſt, quòd deficiat amicitia. Deinde cũ dicit.

c ¶ Oſtendit, quomodo circa huiuſmodi amicitias oriantur iuſtæ accuſationes. Et dicit, quòd iuſte aliquis accuſabit illum, qui cum amet propter vtilitatem, vel delectationem, ſimulat ſe amare propter moralem virtutem, vt enim in principio huius tractatus dictum eſt, plures ſunt differẽtię amicitiæ, vnde poteſt contingere, quòd non ſimiliter, ideſt ſecundum

ſecundum vnam amicitiæ ſpeciem aliqui ſunt amici, ſecundum quam exiſtimantur eſſe, puta, ſi ſunt amici propter vtilitatem, & exiſtimantur eſſe propter virtutem, & in hoc caſu ſi ille, qui ſe exiſtimat amari propter virtutem decipiatur ex ſeipſo, ita ꝙ ille qui eum amat nihil operetur ad huiuſmodi deceptionem, ille qui deceptus eſt, debet accuſari contra ſeipſum, ſed quãdo decipitur per alterius ſimulationem iuſtum eſt, quòd accuſet decipientem, multo magis quàm eos, qui corrumpũt nummiſmata, inquãtum malignitas illi⁹, qui ſimulat virtutẽ conſiſtit in operatione quę eſt circa rem honorabiliorẽ, multo. n. honorabilior virt⁹ quàm pecunia: vnde qui falſo ſimulant virtutem, maligniores ſunt his qui fingunt falſam monetã. Deinde cũ dicit.

f ¶ Soluit prædictã quæſtionem quantũ ad amicitiam, quæ eſt ſecundum virtutem. Et primo oſtendit, quòd ad eos qui non permanent ĩ virtute eſt amicitia diſſoluenda. Secundo, quomodo ſit diſſoluenda, ibi. {Vtrũ igitur &c.} Circa primum duo facit. Primo iterat quæſtionem, ſi enim aliquis acciperet ad ſuã amicitiam aliquem quaſi bonum, & poſtea fiat malus, ita quòd ei⁹ malitia videatur manifeſte: quæſtio ẽ vtrũ debeat poſtmodũ amari. Secũdo ibi.

g Soluit iteratã quæſtionẽ. Et dicit duo, quorum vnum eſt, ꝙ non eſt poſſibile, ꝙ ille cuius malitia manifeſtatur, ametur a virtuoſo, q̃a virtuoſo nõ põt eſſe amicabile qđcũq;, ſed ſolũ bonũ honeſtũ: ſcđm eſt, ꝙ nõ oportet eũ, q iã fact⁹ eſt malus amari. i. nõ ẽ vtile neq; decẽs, q̃a nõ oportet ꝙ hõ amet malũ, neq; aſſimilet̃ prauo viro, & hoc ſequeret̃ ſi cõſeruaret̃ amicitia ad eũ, q eſt malus, dictũ eſt. n. ſupra, ꝙ ſimile ſimili eſt amicũ, & ita nõ poteſt eſſe, quòd diu cõſeruetur amicitia ad malum niſi ſit aliqua ſimilitudo malitiæ. Deinde cum dicit.

h ¶ Oſtendit qualiter ſit talis amicitia diſſoluenda. Et primo proponit quæſtionem, vtrum ſcilicet homo ſtatim debeat diſſoluere amicitiam ad eum, qui factus eſt malus. Secundo ibi.

i ¶ Soluit quæſtionẽ. Et dicit, ꝙ hoc nõ eſt faciẽdũ ĩ oĩb⁹, vt ſtatim amicitia diſſoluat̃, ſed ſolũ in illis, q ꝑ magnitudinẽ malitiæ nõ ſunt ſanabiles. i. nõ poſſunt de facili reduci ad ſtatũ virtutis, ſi aũt aliq̃ ſunt, q ſuſcipiãt directionẽ, vt. ſ. poſſint reduci ad

F ſtatũ rectitudinis, magis eſt ei auxiliũ ferendũ ad recuperãdũ bonos mores, q̃ ad recuperãdã ſubſtãtiã amiſſam, inquantũ virtus melior eſt, & magis propria amicitię, q̃ pecunia, cũ aũt aliqs diſſoluat amicitiã ad eũ q factus eſt malus, nõ vr̃ aliquid inconueniens facere, quia nõ erat amicus huic, vel tali, ideſt vitioſo, ſed virtuoſo, & ideo ex quo alteratur a prima diſpoſitione amicus, qui non poteſt eum reducere ad ſalutem, conuenienter recedit ab eius amicitia. Deĩde cũ dicit.

k ¶ Agit de diſſolutiõe amicitię. Et primo mouet quæſtionem, ſi enim vnus amicorum permaneat in priſtino ſtatu, ali⁹ autem fiat magis virtuoſus, ita quòd fiat magna differẽtia virtutis inter vtrumq;: quæſtio eſt vtrum ille qui profecit in virtute debeat vti vt amico, illo qui non ꝓfecit. Secundo ibi.

l ¶ Soluit quæſtionem. Et dicit, ꝙ hoc non eſt poſſibile, vt ſcilicet proficiens cõſeruet amicitiam ad non proficientem, & hoc maxime apparet in magna diſtantia amicorum, puta in amicitijs, quę fiunt ex pueritia, ſi enim vnus permanet puer ſecundum mentem, alius autem fit optimus vir, non poterũt remanere amici, cũ non complaceant ſibi in eiſdem, neque etiam de eiſdem gaudeant, & triſtentur, & ſine hoc non põt amicitia conſeruari, ad quam maxime requiritur, quòd amici conuiuant, non poſſunt autem ſibijnuicem conuiuere, niſi eadem eis placeant, & de eiſdẽ gaudeant, & triſtentur, & de his dictum eſt ſupra. Deinde cum dicit.

m ¶ Inquirit qualiter aliquis ſe debeat habere ad amicum poſt amicitiæ diſſolutionẽ. Et primo mouet quæſtionem, vtrũ ſcilicet poſt diſſolutionem amicitiæ nihil alienius, vel familiarius ſe debeat homo habere ad amicũ, quàm ſi nũquam de pręterito fuiſſet amicus. Secundo ibi.

n ¶ Soluit quæſtionem. Et dicit, quòd quia oportet habere memoriam præteritæ conſuetudinis, ſicut exiſtimamus, quòd magis debeat homo aliquis ſe exhibere amicis, quàm extraneis, ita etiam & his, qui in præterito fuerunt amici, debet homo magis ſe exhibere propter præteritam amicitiam, niſi in vno caſu, ſcilicet quando propter abundantem maliciam facta eſt diſſolutio amici, tunc enim nihil familiarius homo debet exhibere ei, ad quem diſſoluit amicitiam.

ipſum cauſetur vtique, cum autem ab iſtius ſimulatione decipiatur iuſtum accuſare decipiẽtẽ, & magis quàm eos, qui numiſma violant, quanto malignitas circa honorabilius mala operatio.

f Si autem acceptet vt bonum, fiat autem malum, & videatur, vtrum adhuc amandum?

G g Vel non poſsibile? ſiquidem non omne amabile, ſed bonum, neque oportet amatorem mali eſſe, neque aſsimilari prauo: dictum eſt autem, quoniam ſimile ſimili amicum.

h Vtrum igitur confeſtim diſſoluendum?

i Vel non omnibus, ſed inſanabilibus propter malitiam, directionem autem habentibus magis adiuuandum ad amorem, quàm ſubſtantiam, quanto melius, & amicitiæ proprium magis, videbitur autem vtique diſſoluens nihil inconueniens facere, non enim huic, vel tali amicus erat, alteratum igitur impotens reſaluare recedit.

H k Si autem hic quidem permaneat, hic autẽ epyiches magis fiat, & multum differat virtute, vtrum vtendum amico?

l Vel non contingit, in magna autem diſtantia maxime manifeſtũ fit, puta in his, quæ ex pueritia amicitijs ſi enim hic quidẽ permaneat puer ſecundũ mẽtem, hic autẽ vir fit qualis optimus, qualiter vtique erunt amici, neque placentes eiſdẽ, neq; gaudentes, & triſtati, neque. n. circa adinuicem hęc exiſtunt ipſis, ſine his autẽ nõ erat amicos eſſe, conuiuere enim non poſsibile, dictum eſt autem de his.

I m Vtrum nihil igitur alienius ad ipſum habẽdũ, q̃ ſi nõ factus eſſet amicus numquam?

n Si aũt oportet memoriã habere factæ cõſuetudinis, & quẽadmodum amicis magis quàm extraneis ęxtimamus oportere lar

*deceptus fuerit, tũ eum qui decipit iuſtum eſt accuſare, & magis quàm eos, qui nummos adulterinos conficiunt, quanto maleficium ipſum circa præſtabilius eſt.*

G *Quòd ſi acceptat vt bonum, factus eſt autem prauus, atque apparet, eſt ne amandum?*

*An impoſſibile eſt? ſiquidem non omne quoduis eſt amabile, ſed bonum, neque autem dignum eſt prauum amicum habere, neque oportet, nam amatorem prauorum non eſſe oportet, neque ſimilem euadere prauo, dictum eſt autem, ſimile ſimili eſſe amicum.*

*Eſt ne igitur ſtatim amicitia diſſoluenda?*

H *An non omnis, ſed in qua eſt incurabilis ob prauitatem? qui autem emendari poſſunt, his magis ferendum eſt in moribus auxiliũ quàm in pecunijs, quanto præſtabiliores ſunt, & magis amicitiæ proprij, nihil autem abſurdi videbitur facere, qui amicitiam diſſoluit, nõ enim huic, aut tali amicus erat, cum igitur mutatum ad priores mores redigere nequeat, ſeſe ab illo ſeiungit.*

*Quòd ſi alter permaneat, alter magis bonus euadat, multumque virtute differat, eſt ne vtendum amico?*

I *An fieri nequit? in magna autem diſtantia maxime manifeſtum fit, vt in amicitijs quæ a pueritia contrahuntur, nã ſi alter mẽte permaneat puer, alter in optimum uirum euaſerit, quonam modo fuerint amici, cum neque eadem ipſis placeant, neque eiſdẽ gaudeant, doleantque? neque enim hæc erunt in ipſis, ſine vero his eſſe amici non poſſunt, ſimul enim ipſos uiuere impoſſibile eſt, atque de his ante diximus.*

K *Oportet ne igitur ipſum ſi ſecus ad illum ſeſe habere, quàm ſi amicus numquam fuiſſet?*

*An factæ memoriam conſuetudinis habere oportet? atque ut amicis potius quàm alienis arbitramur gratificari oportere, ſic & his, qui fuerunt*





## LECTIO IIII.

Poſtquam Philoſophus determinauit de conſeruatione, & diſſolutione amicitiæ, hic agit de eius effectib⁹. Et primo oſtendit, qui ſunt effectus amicitiæ. Secundo determinat de eis, ibi. {Beniuolentia autẽ &c.} Circa primum tria facit. Primo ponit, qui ſint effectus amicitiæ. Secundo oſtendit, quomodo ad eos ſe habeant boni, ibi. {Ad ſeipſum &c.} Tertio, quomodo ad pręditca ſe habeant mali, ibi. {Videntur autẽ dicta &c.} Circa primum duo facit. Primo ponit originem effectuum ſiue actuũ amicitiæ. Secundo enumerat huiuſmodi effectus, vel actus, ibi {Ponunt enim amicum &c.} Dicit ergo primo, quòd amicabilia, & amicitiæ opera, quibus aliquis ad amicos vtitur, & ſecundum quæ determinantur amicitiæ, videtur proceſſiſſe ex his quæ ſunt homini ad ſeipſum, ſic enim videtur eſſe vn⁹ homo alterius amicus, ſi eadem agit ad amicum, quę ageret ad ſeipſum. Deinde cum dicit.

b ¶ Enumerat opera amicitiæ. Et ponit tria, quorum vnum conſiſtit in voluntaria exhibitione beneficiorum. Et dicit, quòd homines ponunt iſtum eſſe amicum, qui vult, & operatur ad amicum bona, vel apparentia, gratia ipſius amici, dicit autem volentẽ, & operantem, quia vnum ſine altero, nõ ſufficit ad amicitiam, neque enim videtur eſſe amicabilis beneficẽtia, ſi vn⁹ alteri benefaciat inuit⁹, vel ſi voluntatem opere explere negligat: dicit autem bona, vel apparentia, quia interdum aliquis ex amicitia exhibet alteri, quæ eſtimat ei bona, & ſi non ſint: dicit autem illius gratia, quia ſi homo exhiberet voluntarius alicui beneficia, non quaſi intendens bona illius, ſed ſuiipſius, ſicut cum aliquis nutrit equum propter commodum ſuum, non videtur verus amicus illius, ſed ſuiipſius. Secundũ pertinet ad beniuolentiam, quod ponit ibi.

c ¶ Et dicit, quòd amicus vult ſuum amicum eſſe & viuere, gratia ipſius amici, & non propter ſeipſum, vt ſcilicet quærat ex eo ſolum proprium commodum, & hoc patiuntur matres ad filios, quòd ſcilicet volunt eos eſſe & viuere, & ſimiliter amici, cum interuenit aliqua amicitiæ offenſa, & ſi enim non velint propter offenſam amicabiliter amicis conuiuere, ſaltem volunt eos eſſe, & viuere. Tertium pertinet ad concordiam, quod ponit ibi.

d ¶ Quæ quidem poteſt attendi quantum ad tria. Primo quãtum ad exteriorem conuictum. Secundo quantum ad electionem. Tertio quantum ad paſſiones, ad quas omnes ſequitur gaudium, & triſtitia, vnde dicit, quòd quidam dicunt illum eſſe amicum, qui conuiuit quantum ad primum, & qui eadem eligit

A quantum ad ſecundum, & qui condolet, & congaudet quantũ ad tertium, & hæc etiam conſiderantur in matribus reſpectu filiorum: ſubdit autem, quaſi epilogando, quòd per aliquid dictorum determinatur amicitia: eſtimant enim homines inter illos eſſe amicitiam, in quibus horum aliquod inuenitur. Deinde cum dicit.

e ¶ Oſtendit qualiter circa hoc ſe habeant boni. Et primo oſtendit qualiter ſe habeat circa huiuſmodi bonus ad ſeipſum. Secundo, quomodo ſe habeat ad alterum, ibi. {Ad amicum &c.} Tertio mouet quandam quæſtionem, ibi. {Ad ſe ipſum &c.} Circa primum tria facit. Primo proponit quod intendit. Secundo aſſignat rationem cuiuſdam quod dixerat, ibi. {Videtur enim &c.} Tertio manifeſtat principale ꝓpoſitum, ibi. {Iſte enim &c.} Dicit ergo primo, quòd vnumquodque prædictorũ conuenit homini virtuoſo reſpectũ ſuiipſius, alijs autem qui non ſunt virtuoſi intantum prędicta conueniunt reſpectu ſui ipſorum, inquantũ ſe eſtimant virtuoſos eſſe. Deinde cum dicit.

f ¶ Aſſignat rationem eius, quod in Secundo dictum eſt, Ideo enim vnuſquiſque amicabilia patitur ad ſeipſum, ſecundum quòd eſtimat ſe virtuoſum, quia virtus, & uirtuoſus vidẽtur eſſe menſura vnicuique homini, in vnoquoque enim genere habetur pro mẽſura id, quod eſt perfectum in genere illo, inquantum ſcilicet omnia alia iudicantur vel maiora, vel minora, ſecundũ propinquitatem, vel remotionem a perfectiſſimo, vnde cum virtus ſit propria perfectio hominis, & homo virtuoſus ſit perfectus in ſpecie humana, conueniens eſt, ut ex hoc accipiatur menſura in toto humano genere. Deinde cum dicit.

g ¶ Manifeſtat principale propoſitum. Et primo oſtendit, ꝙ uirtuoſo conuenit reſpectu ſuiſius id, quod pertinet ad beneficientiam. Secundo id, quod pertinet ad beniuolentiam, ibi. {Et uiuere autem} Tertio id, quod pertinet ad concordiam. {Sed & uiuere &c.} Dicit ergo primo, quòd uirtuoſus maxime uult ſibijpſi bona & uera & apparentia, eadem enim ſunt apud ipſum uera, & apparentia bona, uult enim ſibi bona uirtutis, quæ ſunt uera hominis bona, nec huiuſmodi uoluntas in eo eſt uana, ſed huiuſmodi bona, etiam operatur ad ſeipſum, quia boni hominis eſt, ut laboret ad perficiendum bonum, dictum eſt enim in Secundo, quòd uirtus facit habentem bonum, & opus etiam eius reddit bonum, & hoc uult & operatur, gratia ſuijpſius. i. gr̃a intellectiuę ꝑtis q̃ eſt principalis ĩ hoĩe, unũqđq; aũt ur̃ id maxime eſſe, qđ eſt principale in eo: uirtuoſus aũt ad hoc tendit ſemꝑ, ut operetur id, qđ eſt conueniens rationi, & ſic patet, ꝙ ſemper uult ſibi bonum, ſecundũ ſeipſum. Deinde cũ dicit. Lectio. 4.

h ¶ Oſtendit,

giri, ſic & factis attribuendum aliquid propter antefactam amicitiam, cum propter ſuperabũdantiam malitiæ diſſolutio fiat.

## LECTIO IIII.

Amicabilia autem quę ad amicos, & quibus amicitiæ determinantur, videntur ex his, quæ ad ſeipſum veniſſe.

b Ponunt enim amicum volentem, & operantem bona vel apparentia, illius gratia.

c Vel volentem eſſe, & viuere amicum, ipſius gratia, quod matres ad filios paſſæ ſunt, & amicorum offenſi.

C d Hi autem conuiuentem, & eadem eligentem, vel condolentem, & congaudentem amico, maxime autem & hoc circa matres accidit, horum autem aliquo, & amicitiam determinãt.

e Ad ſeipſum autem horum vnumquodque epyichei exiſtit, reliquis autem ſecundum quòd tales exiſtimant eſſe.

D f Videtur enim quemadmodũ dictum eſt, menſura vnicuique virtus, & ſtudioſus eſſe.

g Iſte. n. conſentit ſibijpſi, & eadẽ apperit ſm̃ omnem animã, & vult vtique ſibijpſi bona, & apparẽtia, & operatur, boni enim bonum elaborare, & ſuiipſius gratia, intellectui enim gratia, quòd vnuſquiſque eſſe videtur.

*amici tribuendum eſt aliquid ob amicitiam, quæ antea fuit, cum non ob exuperationem prauitatis eſt diſſolutio facta.*

## LECTIO IIII.

B *Ea vero, quæ ad amicos attinent, & quibus amicitiæ definiuntur, ex his, quæ ad ſeipſum quiſque facit profecta eſſe videntur.*

*Ponunt enim eum amicum eſſe, qui vult, & agit bona, vel quæ videntur, amici gratia.*

*Aut eum qui uult eſſe uiuereque amicum, gratia ipſius amici, quod quidem matribus ad ſuos accidit filios, & his amicis, qui ſunt offenſi.*

C *Quidam autem eum eſſe dicunt, qui uerſatur vnà cum amico, & eadem expetit, aut eũ qui dolet unà, atq; gaudet cum amico, maxime autem & hoc matribus accidit, horum etiam aliquo, & amicitiam ipſam definiunt.*

*Vnumquodque autem horum viro competit erga ſe bono, reliquis uero ea ratione, qua tales eſſe exiſtimant.*

D *Videtur autem ut dictum eſt, uirtus, & ſtudioſus ipſe unicuique eſſe menſura.*

*Hic enim ſibijpſi conſentaneus eſt, ac eadem aſſectat anima omni, & uult igitur ſibijpſi bona, & quæ apparent ac agit, eſt enim uiri boni bonum agere, & ſuiipſius gratia, mentis quippe cauſa, quæ quidem unuſquiſque eſſe uidetur.*

h Et viuere autẽ vult ſeipſum, & ſaluari, & maxime hoc quo ſapit, bonũ enim ſtudioſo eſſe, vnuſquiſque autem ſibijpſi vult bona, factus autem alius, nullus eligeret omnia habere illud, qđ factum eſt, habet enim & nunc Deus bonum, ſed ens quidem, quod aliquando eſt, videbitur autem vtique intelligens vnuſquiſque eſſe vel maxime.

*Et vult etiam ſe viuere ſaluumque eſſe, atque id maxime quo ſapit, eſt enim bonum homini ſtudioſo eſſe, unuſquiſque autem ſibi uult ipſa bona, factus vero alius nullus expetit cuncta habere illud, quod eſt factum, habet autem & nunc Deus ſummum bonũ, ſed eſt id, quod eſt ipſe, videtur autem id vnuſquiſque eſſe, quod intelligit, aut maxime.*

G

i Sed & conuiuere talis ſibiipſi vult, delectabiliter enim ipſum facit, operatorum enim delectabiles memoriæ, & futurorum ſpes bonæ, tales autem delectabiles, & Theorematibus autem abundat mente.

*Atque talis ſecum degere vult, libenter enim hoc cum uoluptateque facit, nam & actarum rerum recordatio periocunda eſt, & futurarum ſpes bona, talis autem afficit uoluptate, & inſuper contemplationibus mente abundat.*

k Condoletq; & cõdelectatur maxime ſibiipſi, omniũ.n. eſt idem & triſte, & delectabile, & non aliud alii, impentibilis enim vt eſt dicere, in exiſtere itaque, quæ ad ſeipſum ſingula horum epyichei.

H *Præterea maxime ſecum una dolet, atque lætatur, idem eſt enim omnino ipſi moleſtum, atque iucundum, & nõ aliàs aliud, eſt.n. ſine pœnitẽtia prorſus, ex eo igitur, quia unũquodq; ipſorum ad ſeipſum competit ſtudioſo.*

l Ad amicum autem habere quemadmodum ad ſeipſum, eſt enim amicus alius ipſe, & amicitia horum eſſe aliquid videtur, & amici quibus hæ exiſtunt.

*Ad amicum autem ſic ſe habet, ut ad ſeipſum, amicus enim eſt alius ipſe, Et amicitia uidetur horum aliquid eſſe, & quibus hæc inſunt uidentur eſſe amici.*

m Ad ſeipſum autem, vtrũ eſt vel non eſt amicitia, relinquatur in præſenti, videbitur autem vtique ſic eſſe amicitia ſecundum quòd ẽ duo, vel plura ex dictis, & quoniam ſuperabundantia amicitiæ ei quæ eſt ad ſeipsũ aſſimilatur.

I *Quærere uero, utrum ad ſeipſum ſit, an non ſit amicitia, & nunc omittamus, uidebitur autem hoc amicitia eſſe quo duo, uel plura ex his habet, quæ dicta ſunt, & quæ maxima amicitia ſimilis eſt ei, quæ eſt ad ſeipſum.*

n Videntur autẽ dicta, & multis exiſtere quamuis exiſtentibus prauis, igitur ſecundum ꝙ placent ſibiipſis, & exiſtimant epyiches eſſe ſic participant ipſis, quia & valde prauorum, & nephariorum nulli hæc exiſtũt, ſed neque videntur, fere autem neque prauis,

K *At uero uidentur ea quæ dicta ſunt, & ipſis multis in eſſe quamuis ſint praui, an hoc participes ipſorum ſunt, quo ſibiipſis placent, & bonos ſe eſſe exiſtimant? nam eorum qui uehementer ſunt praui, atque nefarii, nemini hæc inſunt, ſed nec ineſſe uidentur, fere autem neque prauis.*

h ¶ *Oſtendit, quomodo virtuoſo reſpectu ſuipſius conueniat* id, quod pertinet ad beniuolentiam. Et dicit, quòd virtuoſus maxime vult viuere ſeipſum, & conſeruari in eſſe, & præcipue quantum ad illam animæ partem, cui ineſt ſapientia; ſi enim homo eſt virtuoſus, oportet quòd velit id, quod eſt ſibi bonum, quia vnuſquiſq; vult ſibijpſi bona, bonum autẽ eſt virtuoſo ſuũ eſſe, quòd ſcilicet ſit virtuoſus, ſi autem contingeret quòd aliquis hõ fieret alius, puta ſi ſecundum fabulas homo transformaretur in lapidem, vel in aſinum, nullus curaret an id ĩ quod transformatur haberet omnia bona, ideo vnuſquiſque vult ſe eſſe inquantum conſeruatur id, quod ipſe eſt, id autem quod maxime cõſeruatur idem in ſuo eſſe, eſt Deus, qui quidem nõ vult ſibi aliquod bonum, quod nunc nõ habeat, ſed nunc habet in ſe perfectum bonum, & ipſe ſemp eſt, quod aliquando eſt, quia eſt immutabilis, Deo autem maxime ſumus ſimiles ſecũdum intellectũ, qui eſt incorruptibilis, & immutabilis, & ideo eẽ vniuſcuiuſque hominis maxime conſideratur ſecundum intellectũ, vnde virtuoſus qui totus viuit ſecundũ intellectum, & rationem, maxime uult ſe ipſum eſſe, & uiuere, vult etiam ſe eſſe, & viuere ſecundum illud, quod in eo permanet, qui autẽ vult ſe eſſe & uiuere principaliter ſecundum corpus, quod tranſmutationi ſubiacet, non vere ſe vult eſſe, & viuere. Deinde cum dicit.

i ¶ Oſtendit, quomodo virtuoſo competat reſpectu ſuijpſius id, quod pertinet ad concordantiam. Et primo quantum ad conuictum, & dicit, quòd virtuoſus maxime vult conuiuere ſibijpſi, ſcilicet reuertendo ad cor ſuum, & ſecum meditãdo, hoc enim facit delectabiliter: vno modo quantum ad memoriã præteritorum, quia memoria bonorum quæ operatus eſt, eſt ſibi delectabilis. Secundo quantum ad ſpem futurorum, habet.n. ſpem bene operandi in futuro, quę eſt ſibi delectabilis. Tertio quantum ad cognitionem præſentium, abundat enim ſecundũ mentem theorematibus, ideſt conſiderationibus veris, & vtilibus. Deinde cum dicit.

k ¶ Oſtendit, quòd virtuoſus habet concordiam ad ſeipſum ſecundum paſſiones. Et dicit, quòd ipſe maxime condolet, & condelectatur ſibijpſi, quia toti ſibi, ideſt quantum ad partem ſenſitiuam & intellectiuam, eſt idem triſte, & delectabile, & non aliud alij, quia uidelicet pars ſenſitiua in eo, adeo eſt rationi ſubiecta, quòd ſequitur motum rationis, uel ſaltem non uehemẽter retinetur, non enim ducitur a paſſionibus ſenſitiuæ partis, ut poſtea paſſione ceſſante pœniteat de eo, quod iàm fecit contra rationem, ſed quia ſemper ſecundum rationem agit, non de facili pœnitet, & ita maxime conſentit ſibijpſi, ultimo autẽ epilogando concludit, quòd prædicta cõueniunt uirtuoſo reſpectu ſuipſius. Deinde cum dicit.

F

l ¶ Oſtendit, quomodo prædicta conueniant uirtuoſo reſpectu amici. Et dicit quòd uirtuoſus ſe habet ad amicum, ſicut ad ſeipſum, quia amicus ſecundum affectum amici eſt, quaſi alius ipſe, quòd ſcilicet homo afficitur ad amicum ſicut ad ſeipſum, uidetur igitur, quòd amicitia in aliquo prædictorum cõſiſtat, quæ homines ad ſeipſos patiuntur, & quòd illi uere ſint amici, quibus prædicta exiſtunt. Deinde cum dicit.

m ¶ Mouet quandã dubitationem, vtrũ ſcilicet ſit amicitia hominis ad ſeipſum. Et dicit, quòd iſta q̃ſtio relinquenda eſt in præſenti, quia magis pertinet ad nomẽ quàm ad rei ueritatẽ: amicitia enim uidetur eſſe inter quoſcumque ſecundum quòd eis competunt duo, uel tria ex prædictis, & cum ad aliquos ſuperabundanter amicitiam habemus hæc aſſimilatur dilectioni quam habet homo ad ſeipſum, unde cũ aliquis uult commendare amicitiam ſuam ad alterũ cõſueuit dicere. Ego diligo eum ſicut meipſum, unde non refert quantum ad rei ueritatem, utrum nomen amicitiæ dicatur reſpectu ſuijpſius ex quo res ipſa amicitia ſuperabundanter competit homini ad ſeipſum. Deinde cum dicit.

n ¶ Oſtendit qualiter mali ſe habeãt ad prędicta amicitiæ opera. Et primo oſtendit, quòd non poſſunt conuenire malis. Secundo infert quoddam correlarium ex dictis, ibi. {Si utique &c.} Circa primum duo facit. Primo proponit quod intendit. Secundo manifeſtat propoſitum, ibi. {Differt autem.} Dicit ergo primo, quòd prædicta amicitię opera uidentur multis conuenire reſpectu ſuijpſorum, quàmuis ſint praui, tamen conſiderandum eſt, quòd in tãtum participant prædictis amicitiæ operibus ad ſeipſos, inquantum placent ſibijpſis, & eſtimãt ſe eſſe uirtuoſos, ſed nulli eorũ qui ſunt ualde praui, & nepharij, neque prædicta conueniũt, neque conuenire uidentur, & fere nullis prauis uidentur conuenire prędicta, raro enim inueniuntur homines praui, qui eſtimẽt ſe uirtuoſos ſuam malitiã non cognoſcentes. Deinde cũ dicit.

o ¶ *Manifeſtat* propoſitum. Et primo oſtendit, quòd prauis nõ conuenit reſpectu ſuipſorum opus amicitię, quod pertinet ad beneficentiam. Secundo, quòd neque illud quod pertinet ad beniuolentiam, ibi. {Quibus autem multa.} Tertio, quòd nec etiam illud, quod pertinet ad concordiam, ibi. {Quæcumque mali.} Dicit ergo primo, quòd mali differunt a ſeipſis, inquantum ſcilicet alia concupiſcunt ſecundum partem ſenſitiuam, & alia volunt ſecundũ rationem, ſicut patet de incontinentibus, qui loco eorum quæ ſecundum rationem iudicant eſſe ſibi bona, appetunt delectabilia, quę ſunt eis nociua, alij autem propter timiditatem, & pigritiam prætermittunt operari ea quæ ſecundum rationem iudicant ſibi bona, & ſic dupliciter carent beneficentia ad ſeipſos, vno modo inquãtum operantur ſibi nociua, alio modo inquantum vitant ſibi proficua. Deinde cum dicit.



A

o Differunt autem a ſeipſis, & altera quidẽ concupiſcunt alia autem volunt, puta incontinẽtes: eligunt enim pro eis, quę videntur ſibiipſis bona eſſe delectabilia nociua entia, hi autem rurſus propter timiditatem, & deſidiam recedunt ab operari, quę exiſtimãt ipſis optima eſſe.

*Diſſident enim ſecum, & alia quidem cupiunt, alia autem volunt, vt incontinentes, nam his quæ bona ſibi videntur anteponunt ea, quæ voluptate afficiunt, atque nocent, quidam rurſus ob formidinem, atque inertiam eas agere res omittunt, quas putant ſibiipſis optimas eſſe.*

B

p Quibus autem multa, & dura operata ſunt, & propter malitiam odiuntur, fugiunt viuere, & interimunt ſeipſos.

*Qui vero multas res graues, atque nefandas egerunt, vitam ob prauitatẽ odio habent, ac fugiunt, ſibique mortem conſciſcunt.*

q Quærunt itaq; mali cum quibus commorentur, ſeipſos autẽ fugiunt, recordantur enim multorum, & difficilium, & talia altera ſperant ſecundum ſeipſos entes, cum aliis autem entes obliuiſcuntur, nihilque amabile habentes, nihil amicabile patiuntur ad ſeipſos.

C *Quærunt præterea alios ipſi flagitioſi, quibus cum uerſentur, ſe uero ipſos fugiunt, nam ſi ſint ſecum, recordantur multarum grauiumque rerũ, & ſperant alias tales, ſi cum aliis autem ſint obliuiſcuntur, atque cum nihil habeant, quod ſit amabile, nulla re prorſus afficiuntur ad ſeipſos, quæ ad amicitiam attinet.*

r Neque gaudent, neque condolent tales ſibi ipſis, contendit enim ipſorum anima, & hic quidem propter malitiam dolet recedens a quibuſdam, hic autem delectatur, & hæc quidẽ huc, hæc autem illuc trahit, quẽ admodum diſcerpentia.

*Neque igitur unà ſecum gaudent, atque dolent, eſt enim eorum anima in ſeditione, atque interdum ob prauitatem dolet, abſtinens a quibuſdam interdum lætatur, & hæc quidem pars huc, illa autem illuc trahit, ut diuellentes.*

ſ Si autem non poſſibile ſimul triſtari, & delectari, ſed poſt parum triſtatur, quoniam delectatus eſt, & non vtique vellet delectabilia hæc fieri ipſis, penitudine enim praui replentur, non itaque videtur prauus, neq; ad ſeipſum amicabiliter diſponi, propter nihil habere amabile.

D *Quòd ſi fieri nequeat, ut doleat ſimul atque lætetur, at paulopoſt dolet, quod lætatus fuit, & nollet ſibiipſi illa uoluptati fuiſſe, improbi namque pœnitentia ſunt referti, improbus igitur ne erga ſe quidem amice affectus eſt, propterea quòd nihil habet, quod ſit amabile.*

t Si itaque ſic habere valde eſt miſerum, fugiendum malitiam intenſe, & tentandum epyichẽ eſſe, ſic enim & ad ſeipſum amicabiliter vtique habebit, & alteri amicus fiet.

E *Quòd ſi ita ſeſe habere uehementer eſt miſerum, totis uiribus fugienda eſt prauitas, & enitendum eſt bonum eſſe, ſic enim & ad ſeipſum habebit amice, & alij amicus poterit.*

p ¶ Oſtendit, quòd eis non conuenit ad ſeipſos opus, quod competit ad beniuolentiam. Et dicit, ꝙ illi a quibus facta sũt multa, & grauia mala, ita quòd propter ſeipſos ab hominibus odiuntur, non volũt ſe eſſe & viuere, ſed eſt eorum vita eis tedioſa, cognoſcentes ſe hominibus eẽ graues, & ita fugiunt viuere intantum quòd quandoque interimunt ſeipſos. Deinde cum dicit.

q ¶ Oſtendit, quòd non conueniat malis opus quod pertinet ad concordiam. Et primo quantum ad conuictum, non enim poſsũt mali ſibijpſis conuiuere reuertendo ad cor ſuũ, ſed quærunt alios cũ quibus commorentur colloquendo, & cooperando eis ſecũdũ exteriora verba & facta: & hoc ideo, quia ſtatim ſecum cogitando de ſeipſis recordantur multa, & grauia, & mala, quæ in præterito commiſerunt & præſumunt ſe ſimilia facturos in futurum, quod eſt eis doloróſum, ſed quando ſunt cum alijs hominibus diffundendo ſe ad exteriora, obliuiſcuntur ſuorum malorum, & ſic cum nihil in ſeipſis habeant, quod ſit dignum amari, nihil amicabile patiuntur ad ſeipſos. Secundo ibi.

r ¶ Manifeſtat, quòd non habent ſecum concordiam quantum ad paſſiones. Et dicit, quòd tales, neque congaudent, neque condolent ſibijpſis, anima enim eorum eſt in quadam contentione contra ſeipſam, inquantum ſcilicet pars ſenſitiua repugnat rationi, & ex vna parte dolet ſi recedat a delectabilibus propter malitiam in eo dominantem, quæ cauſat huiuſmodi triſtitiam in parte ſenſitiua, ex alia autem parte delectatur ſecundum rationem, quæ iudicat mala eſſe vitanda, & ſic vna pars aĩæ trahit hominem malũ ad vnam partem, alia autem pars trahit eũ ad partem cõtrariã, ac ſi anima eius in diuerſas partes diſcerperetur, & contra ſe ipſam diſcreparet. Tertio ibi.

ſ ¶ Remouet quandam dubitationem: ſi enim aliquis diceret non eſſe poſſibile, quòd homo prauus ſimul de eodem doleat, & delectetur, & hoc quidem verũ eſt quantum ad ſenſum vtriuſque, quãuis cauſa vtriuſque ſimul ineſſe poſſit, ſecundum diuerſas animę partes: dicit ergo, quòd non ſit poſſibile, quòd homo prauus ſimul triſtetur, & delectetur, tamen parum poſt delectationẽ triſtatur de hoc ipſo, quod delectatus eſt, & vellet quòd huiuſmodi delectabilia non recepiſſet, homines enim praui replentur pœnitentia, quia videlicet impetu malitię vel paſſionis ceſſante, quo mala faciunt, ſecundum rationem cognoſcunt ſe mala egiſſe & dolent, & ſic patet, quòd praui nõ diſponuntur amicabiliter ad ſeipſos propter hoc, quòd non habent in ſeipſis aliquid amicitia dignũ. Deinde cum dicit.

t ¶ Concludit ex prę miſſis, ꝙ ſit ualde miſerum eſt ſic ſe habere abſque amicitia ad ſeipſum intenſe, ideſt vehementi ſtudio fugere debemus malitiam, & conari ad hoc, quod ſimus virtuoſi, per hunc modum enim ſe habebit aliquis amicabiliter ad ſeipſum, & fiet etiã alijs amicus.

## LECTIO V.

Beniuolentiam autẽ amicitiæ quidẽ aſſimilatẽ, non tamẽ eſt amicitia.

## LECTIO V.

*Beniuolentia autem amicitiæ quidem eſt ſimilis, non tamen eſt amicitia.*

## LECTIO V.

Poſtquam Philoſophus oſtendit, quæ ſunt opera amicitiæ, & quibus conueniant, hic determinat de ſingulis eorum. Prædicta autem amicitię opera reducuntur ad tria, ſcilicet beneficiẽtiam, beniuolentiã, & con-

& concordiam, vt dictum eſt, & ideo de his tribus nunc determinat. Primo quidem de beniuolentia, quæ conſiſtit in interiori affectu reſpectu perſonæ. Secundo de concordia, quæ etiam in affectu conſiſtit, ſed reſpectu eorum, quæ ſunt perſonæ, ibi. { Amicabile autem &c. } Tertio de beneficientia, quæ conſiſtit in exteriori effectu, ibi. { Benefactores autem &c. } Circa primum duo facit. Primo oſtendit, quòd beniuolentia nō eſt amicitia. Secūdo oſtēdit, quòd eſt amicitię principium, ibi. { Videtur vtiq; } Circa primum duo facit. Primo oſtēdit, quòd beniuolētia non eſt amicitia, quæ ſignificatur per modum habitus. Secundo, quòd non eſt amatio, quæ ſignificatur per modum paſſionis, vt in Octauo dictum eſt, ibi. { Sed neque amatio. } Circa primum duo facit. Primo proponit, quod intēdit, & dicit, quòd beniuolentia videtur eſſe aliquid ſimile amicitiæ, inquantum ſcilicet oportet omnes amicos eſſe beniuolos, non tamen eſt idem, quod amicitia. Secundo ibi.

Lectio. 5.

b ¶ Propoſitum probat per duo media, quorum primum eſt, quòd beniuolentia poteſt fieri ad homines ignotos, quorum ſcilicet experiētiam aliquis non accepit, cum eis familiariter cōuerſando, ſed hoc nō poteſt eſſe in amicitia. Secundum medium eſt, quòd beniuolentia poteſt eſſe latens eum, ad quem beniuolentiam habemus, quod de amicitia dici non poteſt, & hæc ſupra in principio Octaui dicta ſunt. Deinde cum dicit.

Lectio. 2.

c ¶ Oendit, quòd beniuolentia non ſit amatio duplici ratione, quarū prima eſt, quòd beniuolētia nō habet diſtentionem animi, neque appetitum, ideſt paſſionē in appetitu ſenſitiuo, quæ animum ſuo impetu diſtendit, quaſi cum quadam violentia ad aliquid mouens, quod quidem accidit in paſſionibus amationis, non autem in beniuolentia, quę conſiſtit in ſimplici motu voluntatis. Secundam rationem ponit ibi,

d ¶ Et dicit, quòd amatio ſit conſuetudine, importat enim amatio, vt dictum eſt, quendam vehementem impetum animi, non autem conſueuit animus ſtatim vehementer ad aliquid moueri, ſed paulatim ad maius perducitur, & ideo per quandam conſuetudinem amatio creſcit, ſed quia beniuolentia importat ſimplicem motum voluntatis, poteſt repente fieri, ſicut accidit hominibus videntibus pugnas Agoniſtarum, fiunt enim beniuoli

F ad alterum pugnantium, & placeret aſpicientibus, quòd hic, vel ille vinceret, tamen nullam operam ad hoc darent, quia vt dictum eſt, homines ſunt repente beniuoli, & diligunt ſuperficialiter, ideſt ſecundum ſolum & debilem motum voluntatis, non prorumpentem in opus. Deinde cum dicit.

b Fit enim beniuolentia, & ad ignotos, & latens, amicitia autem non, prius autem talia dicta ſunt.

*Fit enim beniuolentia, & ad ignotos, & latens, amicitia vero non fit, hæc autem antea diximus.*

c Sed neque amatio eſt, non enim habet diſtentionem, neque appetitum, amationem autem hæc ſequuntur.

*At nec etiam eſt amatio, non enim habet extenſionem, nec appetitionem, amationem autem hæc ſequuntur.*

G

d Et amatio quidem cum conſuetudine, beniuolentia autē, & ex repentino, quemadmodū & circa Agoniſtas accidit, beniuoli enim ipſis fiunt & complacent: cooperabuntur autem vtique nihil, quod enim diximus repente beniuoli fiunt, & ſuperficialiter diligunt,

*Et amatio quidem eſt cum conſuetudine, beniuolentia autem fit, & repente, vt fit & erga certantes, ſpectantes enim beniuoli fiunt ipſis, & volunt bona, nihil autem agerent ſimul, quod enim diximus, repēte fiunt beniuoli, & leuiter diligunt.*

e Videtur vtique principiū amicitiæ eſſe, quemadmodum eius, quod eſt amare ea, quæ per viſum delectatio, nō enim prædelectatus ſpecie nullus amat, gaudens autem ſpecie nihil magis amat, ſed cum abſentem deſiderat, & præſentiam concupiſcit, ſic vtique & amicos non poſſibile eſſe niſi beniuolos factos, beniuoli autem nihil magis amant, volunt enim ſolum bona quibus ſunt beniuoli, cooperabuntur autem vtiq; nihil, neque turbantur pro ipſis, propter quod transferens dicet quis vtique ipſam ocioſam amicitiam, diuturnam autem, & in conſuetudinem aduenientem, fieri amicitiam.

H *Videtur igitur beniuolentia principium amicitiæ eſſe, ſicut & adamandi voluptas ea, quæ per aſpectum efficitur, nemo namque adamat ſi non antea delectatus fuerit forma, qui vero gaudet forma non continuo, & adamat, ſed cum abſentem deſiderat præſentiamque affectat, ſic igitur & amicos impoſſibile eſt eſſe, niſi beniuoli fuerint, beniuoli vero non continuo & amant, uolunt enim duntaxat eis bona quibus beniuoli ſunt, ſed nihil agerent ſimul, neque pro eis moleſtiam ſuſciperent ullam, quapropter quiſpiam per translationem principiū ipſam amicitiæ dixerit eſſe, diuturnam autem factam, & ad conſuetudinem accedentem amicitiam fieri.*

I

f Non eam, quæ propter vtile, neque eam, quę propter delectabile.

*Non eam quidem, quæ ob vtilitatem, neque eam quæ ob uoluptatē eſt.*

g Non. n. beniuolētia in his fit, beneficiatus quidem pro quibus paſſus eſt, retribuit beniuolentiam iuſta operans, volens autem aliquem bene operari ſpē habēs abūdātiæ per illum, nō videtur beniuolus illi eſſe, ſed magis ſibijpſi, quemadmodum neque amicus, ſi curet ipſum propter vſum quendam.

K *Neque enim pro hiſce beniuolentia fit, qui namque beneficium accepit, retribuit pro his, quæ accepit beniuolentiam, faciens iuſta, qui uero uult aliquem proſperitatem habere, ſpe cōmodi alicuius conſequēdi per illum, non illi, ſed ſibi potius beniuolus eſt, quemadmodum nec amicus, ſi illi propter aliquem vſum obſequiū præſtat.*

e ¶ Oſtendit, quòd beniuolentia ſit principium amicitiæ. Et circa hoc duo facit. Primo oſtendit beniuolentiam eſſe amicitiæ principium. Secūdo oſtendit cuius amicitiæ principium ſit, ibi. { Non eam q̄ propter vtile. } Dicit ergo primo, quòd beniuolentia dicitur eſſe principium amicitiæ, ſicut delectari in aſpectu alicuius mulieris, eſt principium amationis eius, nullus enim incipit amare aliquam mulierē, niſi prius fuerit delectatus in eius pulchritudine, nec tamē ſtatim cum gaudet in aſpectu formæ mulieris amat eam, ſed hoc eſt ſignū amationis completæ, quando ſi ſit abſens, deſiderat eam, quaſi grauiter ferens eius abſentiā, & præſentiam concupiſcens, & ſimiliter ſe habet de amicitia, & beniuolentia, non enim poſſibile eſt aliquos eſſe amicos, niſi prius facti fuerint beniuoli, nec tamen propter hoc quòd ſunt beniuoli poſſunt dici amici, quia ad beniuolos pertinet hoc ſolum, quòd velint bona illis quibus sūt beniuoli, ita tamen, quòd nihil pro eis facerent, neque pro eorum malis turbarentur: vnde poteſt aliquis translatiue loquendo dicere, quòd beniuolentia eſt quędam amicitia ocioſa, quia ſcilicet non habet operationē amicabilem adiunctam, ſed quando diu durat hō ī beniuolētia, & cōſueſcit bñ velle, alicui, firmaẗ animus ei9 ad volēdū bonū, ita quòd volūtas nō erit ocioſa, ſed efficax, & ſic fit amicitia. Deinde cum dicit.

f ¶ Oſtendit cuius amicitiæ beniuolentia ſit principium. Et primo oſtendit cuius non ſit principium. Secundo cuius ſit principium, ibi. { Totaliter autem. } Circa primum duo facit. Primo ponit, quod intendit, & dicit, quòd beniuolentia per diuturnitatem, & conſuetudinem non perducitur ad veram ſpeciē amicitiæ, quæ eſt propter vtile, aut delectabile. Secūdo ibi.

g ¶ Probat propoſitum, non enim beniuolentia in illam amicitiam tranſit, in qua beniuolentia locum non habet, non autē locum habet beniuolentia in prædictis amicitijs, & hoc quidē manifeſte apparet in amicitia delectabili, in qua vterque amicorum uult ſibi ex altero delectationem, quæ quandoque eſt cum



cum malo alterius, & ſic tollitur beniuolentia, ſed in amicitia vtili poteſt eſſe beniuolentia quantum ad eum, qui iam recepit beneficia, qui ſi iuſte operetur, retribuit ſaltem beniuolentiam pro beneficijs quæ recepit, ſed ſi aliquis de aliquo velit, quòd bene ſe habeat, & bene operetur propter ſpem quam habet, vt per illū in bonis abūdet, non videtur eſſe beniuolus ad illum, per quem ſperat ſe abundare, ſed magis ad ſeipſum, ſicut etiā non videtur amicus alicuius, qui aliquā curā apponit ad bonum eius propter aliquam ſui vtilitatem, ſcilicet vt ad aliquid ipſo vtatur. Deinde cum dicit.

A

h ¶ Oſtendit cuius amicitiæ beniuolentia ſit principium, & dicit, quòd vniuerſaliter beniuolentia videtur eſſe ad aliquē propter aliquā eius virtutem, & epyichiam, cum ſcilicet alicui videatur, quòd ille ad quem eſt beniuolus ſit bonus, aut fortis, aut aliquid huiuſmodi, ꝑpter quę homines conſueuerunt laudari, ſicut dictum eſt de agoniſtis, quibus efficimur beniuoli propter fortitudinem, quæ apparet in eis, vel propter aliquid huiuſmodi.

h Totaliter autem beniuolentia propter virtutem, & epyichiam quandam fit, cum huic bonus quis appareat, vel fortis, vel aliquid talium, quemadmodum & in agoniſticis dicimus.

B *Omnino autem beneuolentia ob uirtutem, ac bonitatem aliquam fit, cum cuipiam quiſpiam pulcher, aut fortis, aut aliquid tale videtur, vt in certantibus diximus.*

## LECTIO VI.

Postquàm Philoſophus determinauit de beniuolentia, hic determinat de cōcordia. Et primo oſtēdit, quid ſit concordia. Secundo, quomodo ſe habeat ad amicitiam politicam, ibi { Politica autē &c. } Circa primum duo facit. Primo determinat genus cōcordiæ. Secundo materiā ipſius, ibi. { Neque circa quodcūque. } Dicit ergo primo, quòd cōcordia videtur ad genus amicitiæ pertinere, dictum eſt enim ſupra, quòd ad amicos pertinet, ꝙ eadem eligant, in quo conſiſtit ratio concordiæ, & ex hoc patet, quòd concordia non eſt homodoxia, per quod ſignificatur vnitas opinionis, poteſt enim cōtingere, quòd ſint eiuſdem opinionis etiam illi, qui ſe inuicē non cognoſcunt, inter quos tamen non eſt concordia, ſicut nec amicitia. Deinde cum dicit.

Lectio. 4.

b ¶ Inquirit materiam concordiæ. Et primo oſtendit, circa quæ non ſit concordia. Et dicit, quòd non dicuntur concordare homines, qui concordant circa quodcumque, ſicut illi, qui conſentiunt ſibijpſis in ſpeculatiuis, puta de his quæ pertinent ad corpora cœleſtia, conſentire enim ſibi inuicem in ipſis non pertinet ad rationem amicitiæ, quia amicitia ex electione eſt, iudicium autem de rebus ſpeculatiuis non eſt ex neceſſitate electionis, & ideo nihil prohibet aliquos amicos diuerſa circa huiuſmodi ſentire, & aliquos inimicos in his ſibi conſentire, vnde patet concordiam, quæ ad rationem amicitiæ pertinet, circa talia non eſſe. Secundo ibi.

## LECTIO VI.

Micabile autem & concordia videtur, propter quod non eſt homodoxia, hæc quidem enim, & ignorantibus adinuicē exiſtet vtiq;.

*AT qui concordia etiā ad amicitiam attinet, quapropter non eſt eadem opinatio, hæc enim & his, qui ſibi mutuo ſunt ignoti ineſſe poteſt.*

b Neque circa quodcumque cōſentientes, concordare aiūt, puta eos, qui de cœleſtibus. non enim amicabile de his concordare.

C *Nec eos qui de re quauis ſunt eiuſdem ſententiæ concordes dicunt, velut eos, qui de cœleſtibus eadem ſentiunt, non enim ad amicitiam pertinet de his eſſe concordes.*

c Sed ciuitates cōcordare aiūt cum de conferentibus conſentiant, & eadem eligant, & operentur communiter opinata, circa operabilia itaque concordant.

*Sed ciuitates concordes inquiunt eſſe, cum de his, quæ conferunt eadem ſentiunt eliguntque, atque agunt ea, quæ publice viſa ſunt, circa igitur ea quæ in actionem veniunt, concordes ſunt homines.*

d Et horum circa quæ magnitudine, & contingentia ambobus exiſtere, vel omnibus, puta ciuitates, cū omnibus videātur principatus eligibiles eſſe, vel cōpugnare Lacedemonijs, vel principari Pittacum, quando & ipſe voluit: cum autem vterque ſeipſum velit quemadmodū qui in Phænissis contendūt, non enim eſt concordare ſibiipſi vtrumque bene velle quodcumque, ſed quod in eodem, puta cum & plebis, & epyiches optimos principari, ſic enim omnibus ſit quod appetunt.

D *Et horum circa ea quæ in magnitudine ſunt, poſſuntque vtriſque vel omnibus ineſſe, vt ciuitates concordes ſunt, cum omnibus videtur magiſtratus eſſe deligendos, aut ſocietatem cū Lacedemonijs ineundam eſſe, aut magiſtratum gerere Pittacum, cūm vellet & ipſe, at cum uterque ſeipſum uult, ut ii uolunt, qui in Pheniſſis ſunt, ſeditionem habent, concordes enim eſſe non eſt idem utrumque intelligere quicquid tandem id ſit, ſed in eodem idem, ut cum & populus & boni rempublicam optimates gerere uolunt, ſic enim fit omnibus, quod exoptant.*

E

e Politica autem amicitia videtur concordia, quemadmodum & dicit, circa cōferentia enim eſt & quæ ad vitā conuenientia.

*Ciuilis autem amicitia uidetur ipſa concordia eſſe ſicut & dicitur, nam circa commoda, & ea quæ pertinent ad uitam uerſatur.*

c ¶ Oſtendit circa quæ ſit concordia. Et primo oſtendit in generali, quòd eſt circa operabilia. Et dicit, quòd ciuitates dicuntur concordare ſibinuicem, quando conſentiunt circa vtilia, ita quòd eadem eligunt, & communiter operantur ea quæ opinantur eſſe vtilia, & ſic patet, ꝙ concordia eſt circa opabilia. Tertio ibi.

d ¶ Oſtendit in ſpeciali circa quæ operabilia ſit concordia. Et ponit duo, quorū vnum eſt, quòd concordia attendiẗ circa ea quæ habent aliquam magnitudinē, non enim tollitur cōcordia aliquorum, ex eo quòd in aliquibus minimis diſſentiunt, aliud autē eſt, quòd illa circa quę eſt concordia ſint talia, quæ poſſint conuenire vtrique concordantium, vel etiā omnibus ſiue hominibus, ſiue ciuibus vnius ciuitatis, ſi enim aliquis conſentiat alicui, quòd habeat id, quod nullus poteſt habere, non multum pertinet ad concordiam, & inducit exemplum de ciuitatibus, in quibus dicitur eſſe concordia, quando omnibus ciuibus idem videtur, puta, ꝙ principes aſſumantur per electionem, non autem ſorte, vel per ſucceſſionē, vel cum videtur Atheniēſibus, quòd ineant ſocietatem cum Lacedæmonijs ad ſimul pugnādum contra hoſtes, vel quādo omnibus ciuibus videtur, ꝙ talis homo puta Pittacus principetur, ſi tamen & ipſe voluerit principari, tunc enim qui hoc volunt, ei concordant, ſed cū quilibet vult ſeipſum principari ſequiẗ, ꝙ cōtēdāt, ſicut de quibuſdā recitaẗ in Phœniſſis. i. in quibuſdā poematib9, nō. n. cōſiſtit cōcordia ī hoc ꝙ vterq; velit ſibi ipſi bonū, quāuis videaẗ ſimilitudo volūtatis, ſm proportionē, q̄a vterq; vult bonū ſibi, quinimo hoc eſt cōtētionis cā, ſed oportet ad hoc ꝙ ſit cōcordia, ꝙ cōſentiāt in eodē ſm numerū, ſicut cū in aliqua ciuitate tā plebs, q̄ virtuoſi in hoc cōcordēt, ꝙ optimi principētur, per hūc. n. modū oībus ſit illud q̄d deſiderāt, q̄n in eodē oēs cōſentiūt. Deinde cum dicit.

e ¶ Oſtendit qualiter ſe habeat concordia ad amicitiam politicam. Et dicit, quòd amicitia politica ſiue ſit ciuium vnius ciuitatis

ciuitatis adinuicẽ ſiue ſit inter diuerſas ciuitates, videtur idẽ eſſe quod concordia. Et ita etiam homines dicere conſueuerunt. ſ. ꝙ ciuitates, vel ciues concordes habent amicitiam adinuicem. Eſt enim amicitia politica circa vtilia, & circa ea, quæ conueniãt ad vitam humanam, circa qualia dicimus eſſe concordiam. Deinde cum dicit. F

f ¶ Oſtendit quibus conueniat concordia. Et primo oſtẽdit, ꝙ inuenitur in bonis. Secundo oſtendit, ꝙ non inuenitur in malis. ibi. Prauos autem, &c. } Dicit ergo primo, ꝙ concordia talis, qualis determinata eſt, inuenitur in his qui ſunt virtuoſi. Huiuſmodi. n. homines ſic ſe habẽt, ꝙ quilibet eorum, & ſibiipſi concordat, & etiã concordant adinuicem inquantum immobiliter permanent in eiſdem, & electionibus, & operibus, quia ſicut ſupra dictum eſt: boni ſunt quaſi impentibiles. Sed addit, vt eſt dicere, quia non eſt poſſibile, ꝙ homines in hac vita omnimodã immutabilitatem habeant. Et ad expoſitionem dictorũ ſubdit, quòd ideo dicuntur in eiſdẽ exiſtentes, quia voluntates talium hominũ manent fixæ in bono, & non transfluunt de vno in aliud: ſicut Euripus. i. quidam locus maritimus in Grecia, in quo aqua fluit & refluit. Et huiuſmodi homines virtuoſi volunt iuſta, & vtilia, & talia cõmuniter appetunt. Deinde cum dicit.

g ¶ Oſtendit, ꝙ in prauis non eſt cõcordia. Et dicit, quòd praui nõ poſſunt cõcordare niſi forte parum, ſicut & parum poſſunt eſſe amici. Ideo autem concordare non poſſunt, qa volunt ſuperabundanter habere in omnibus vtilibus: ſed volunt deficere. i. minus habere in laboribus qui communiter fiunt, & imminẽt ſuſtinendi, vel in miniſtrationibus. i. quibuſcunque tributis, vel ſeruitiis. Et dum ſibi vnuſquiſque vult hoc, ſcilicet ſuperabundare in bonis, & deficere in malis, inquirit de proximo ſuo, & impedit eum ne hoc adipiſcatur, quod ipſe cupit. Et ita dum non ſeruatur bonum commune, quod eſt iuſtitia deſtruitur inter eos communitas concordiæ. Et ſic accidit inter eos contentio dum vnus cogit alium ad hoc, quod ſeruet ei, id quod eſt iuſtum, ſed idem ipſe nõ vult alteri iuſtitiam facere, ſed vult ſuperabundare in bonis, & deficere in malis, quod eſt cõtra æqualitatem iuſtitiæ.

f Eſt autem talis concordia in his, qui epyiches. Iſti. n. & ſibiipſis concordant, & adinuicem, & in eiſdem exiſtentes, vt dicere. Talium enim manent voluntates, & non transfluunt, quemadmodum euripus. Voluntq; iuſta, & conferentia. Hæc autẽ, & communiter appetunt. G

g Prauos autem non poſſibile cõcordare, tamen niſi parũ, quẽ admodum, & amicos eſſe ſuper abundantiam appetentes in vtilibus, in laboribus autẽ, & miniſtrationibus deficientes. Sibiipſi autem unuſquiſque volens hoc, proximum perſcrutatur, & prohibet. Non. n. ſeruantium cõmune perditur. Igitur accidit ipſis cõtendere ad inuicem quidem cogentes, ipſos autem non volentes iuſta facere. H

## LECTIO VII.

*Eſt autem talis concordia in bonis. Nam & ſecum quiſque horũ eſt concors, & omnes inter ſe ſunt concordes quippe cum in eiſdem omnino ſint. Talium enim uoluntates manent, & non refluunt, ut Euripus, voluntque ſemper ea quæ iuſta ſunt, & quæ proſunt. Hæc autem, & communiter affectant.*

*Prauos uero concordes eſſe impoſſibile eſt: niſi breui in tempore, quem admodũ & amicos eſſe. In rebus quidem utilibus plus, in ſubeundis uero laboribus ſubminiſtrationibuſue minus habere percupientes. Vnuſquiſq; autem hæc ſibi uolens proximum perſcrutatur, & prohibet. Perit. n. res ipſa communis cum ab ipſis non conſeruetur. Fit igitur ut in ſeditione uerſentur. Et ſeſe quidem uiciſſim urgentes, quæ iuſta ſunt agere nolunt,*

Poſtquam Philoſophus determinauit de beniuolentia, & concordia. Hic determinat de beneficentia. Et primo proponit id, quod circa eam accidit. Et dicit, ꝙ benefactores magis videntur amare eos, quibus benefaciunt, quàm illi, qui bene patiuntur ab eis, ament operantes ſibi bona. Secundo ibi.

b ¶ Mouet ſuꝑ hoc quæſtionem. Et dicit, ꝙ hoc quod dictũ eſt, habet quæſtionẽ, quia videtur præter rationem contingere. Beneficiati enim ex debito obligantur ad amandum benefactores. ſed non econuerſo. Tertio ibi.

c ¶ Soluit prędictam quæſtionẽ aſſignans rationem prædicti accidentis. Et primo ponit rationem apparentem. Secundo aſſignat rationes veras. ibi. Videbitur autem, &c. Dicit ergo primo, ꝙ pluribus videtur ratio prędicti accidentis eſſe, quia beneficiati debent aliquid benefactoribus, ſed benefactoribus aliquid debetur, ſicut & mutuantibus. Hoc autem uidemus in mutuis accidere, ꝙ illi qui debent, vellent nõ eſſe illos quibus debent ad hoc, ꝙ eſſent immunes a debito. Sed accommodantes quibus debetur, curam gerunt de ſalute debentium eis, ne perdant id, quod eis debetur. Ita eſt etiam, quòd benefactores velint eſſe, & viuere illos qui ab ipſis bene paſſi ſunt, ut acquirant ab ipſis gratiarum actionẽ. Sed illi, qui beneficia receperunt, nõ curant reddere gratias, ſed magis vellent abſolui ab hoc debito. Et ideo non multum amant benefactores. Et hanc quidem rationem Epicarmus. ſcilicet quidam philoſophus, vel poeta approbans forte dicet, ꝙ hanc rationem dicunt quidam conſiderantes malitiam hominum. Aſſimilatur. n. humanæ conſuetudini, quæ apud plures inuenitur. Multi. n. ſunt immemores beneficiorum, & magis appetunt bene recipere ab aliis, quàm benefacere. Deinde cum dicit.

d ¶ Aſſignat veras rationes quatuor. Circa quarũ primam duo facit. Primo præponit hanc rationem ei quam ſupra poſuit. Et dicit, ꝙ cauſa eius quod dictum eſt, naturalior eſſe uidetur ea quæ nun dicitur, quia videlicet ſumitur ab ipſa natura beneficii, nec eſt ſimilis rationi ſupra aſſignatæ, quę ſumpta eſt ex parte

## LECTIO VII.

Benefactores autem beneficiatos uidẽtur magis amare, quàm bene patientes operantes.

b Et ut præter rationem factũ quęritur.

c Pluribus quidem igitur videtur, quoniam hi quidem debẽt. his autẽ debetur: quemadmodum igitur in mutuis debentes quidẽ volunt nõ eſſe quibus debent, Accomodãtes autẽ, & curant debentiũ ſalutem, ſic & beneſacientes velle eſſe patientes, vt lucrantes gratias. his autem non eſſe curam reddere. Epycharmus quidẽ igitur forte vtique dicet, hoc dicere ipſos ex malo uidentes. Aſſimilatur autem humano. Immemores. n, multi, & magis bene pati, quàm facere appetunt.

d Videbitur aũt utiq;. & naturalior eſſe cauſa, & non ſimilis

## LECTIO VII.

*Vidẽtur aũt ij, q beneficia cõtulerũt, magis eos amare in quos beneficia sũt collocata, q ij, q acceperũt, eos qui contulerunt,*

*Atque ut præter rationem eueniẽs quæritur.*

I *Plurimis igitur uidetur id ex eo fieri, quia hi quidem debent, illis uero debetur. Vt igitur in mutuis debitores quidem uolunt ſuos creditores nõ eſſe, hi uero de ſalute quoque debitorum diligentiã adhibent, ſic & eos inquiũt qui beneficia cõtulerunt uelle eos eſſe, erga quos fuere bebefici, ut gratias accepturos. Illis uero non eſſe curã reddendi. Æpicharmus igitur fortaſſe dixerit hæc ipſos dicere aſpicientes ad malum, Videtur autem hoc eſſe hu-* K *manum. Plerique enim immemores ſunt, & ſuſcipere potius, quàm conferre beneficia appetunt.*

*Videbitur autem cauſa naturalior eſſe, & non ſimilis ei, quæ de credito-*



te accommodantium, accõmodantes enim non amant illos, quibus accommodant, ſed quòd volunt eos conſeruari in eſſe nõ eſt ex amore, ſed propter lucrum, ſed benefactores amant, ſecundũ appetitum ſenſitiuum, & diligunt ſecundum electionem eos, q ab eis bona recipiunt, etiam ſi in nullo ſint eis vtiles in pręſenti, nec expectent aliquã vtilitatem in futuro. Secundo ibi. A

e ¶ Ponit primã rationem, & dicit, ꝙ idem accidit de benefactoribus ad beneficiatos, quod accidit ĩ artificibus reſpectu ſuorum operum, omnis enim artifex diligit propriũ opus magis quàm diligatur ab eo, etiã ſi eſſet poſſibile, ꝙ opꝰ illud fieret animatũ, & hoc maxime videtur accidere circa poetas, q ſuperabundanter diligunt propria poemata, ſicut parentes amant filios, Poemata enim magis ad rationem pertinent, ſecũdum quam homo eſt homo, quàm alia mechanica opera, & huic aſſimilatur hoc quod accidit circa benefactores diligentes eos, quibus benefaciunt, quia ille, qui bene patitur ab aliquo, eſt quaſi opus eius, & ideo magis diligunt benefactores opus ſuum, ideſt beneficatos, quàm ecõuerſo: poſitis autem exemplis ſubiungit communem rationẽ, & dicit, ꝙ cauſa prædictorũ eſt, quia omnibus hominibus eſt eligibile, & amabile ſuum eſſe, vnũquodque enim inquantũ eſt, eſt bonum, bonũ autem eſt eligibile, & amabile, eſſe autẽ noſtrum conſiſtit in quodam actu, eſſe. n. noſtrum eſt viuere, & per conſequens operari, non eſt. n. vita abſque vitæ operatione quacumque, vnde vnicuique eſt amabile operari opa vitæ, faciens autem in actu eſt quodammodo ipſum opus facientis. Actus enim mouentis & agẽtis eſt in moto & patiente, ideo itaque diligunt opus ſuum, & artifices, & poetæ, & benefactores, quia diligũt ſuũ eſſe, hoc autem eſt naturale. ſ. ꝙ vnumquodque ſuum eſſe amat, rationẽ aũt huius cõſequentiæ. ſ. ꝙ diligãt opus, quia diligũt eſſe, manifeſtat ſubdẽs, qđ eſt potentia hoc actu opus nunciat, homo. n. eſt inquantũ habet animã rationalẽ, anima autem eſt actus primus corporis Phiſici potentiã vitam habentis, ideſt quod eſt in potentia ad opera vitæ, ſic igitur primum eſſe hominis conſiſtit in hoc, quòd habeat potentiã ad opera vitę, huiuſmodi autem potentiæ reductionẽ in actu denunciat ipſum opus, quod homo facit, exercendo actu opera vitæ. Secundam rationem ponit ibi.

ſimilis ei, quæ circa accommodantes, non enim eſt amatio circa illos, ſed eius quod eſt ſaluari voluntas lucri gratia, beneſacientes autem amant & diligũt bene patiẽtes, & ſi nihil ſint vtiles, neque poſterius fiãt vtique.

e Quod, & in artificibus accidit, omnis enim proprium opus diligit magis quàm diligat vtique ab opere animato facto, maxime autem forte hoc circa poetas accidit: ſuperdiligunt enim poemata propria iſti diligentes quemadmodum filios, tali vtique aſsimilatur, & quod benefactorum, bene paſſum. n. opus eſt ipſorum, hoc vtique diligunt magis quàm opus faciẽtes, huius autem cauſa, quoniã eſſe omnibus eligibile & amabile, ſumus autem in actu, in viuere. n. & operari actu vtique faciens, eſt opus quodammodo, diligũt namque opus, quia & eſſe, hoc autem naturale, quod enim eſt potentia, hoc actu opus nũciat.

f Similiter autem, & benefactori quidem bonum quod ſecundum actum, quare gaudet in quo hoc, patienti autem nullum bonum in operante, ſed ſiquidem conferens, hoc autem minus delectabile, & amabile.

g Delectabilis autẽ eſt præſentis quidem operatio, futuri autem ſpes, facti autem memoria, delectabilisſimum autem quod ſecundum actum & amabile ſimiliter, ei quidem igitur qui fecit opus manet, bonum enim diuturnum, patienti autẽ vtique tranſit.

h Et memoria bonorum quidem delectabilis, vtilium autem non omnino, vel minus, expectatio autem econuerſo habere videtur.

*tibus dicitur, non eſt enim erga debitores amatio, ſed voluntas ſalutis recipiendi cauſa, ſed qui beneficia contulerunt diligunt, atque amant eos, qui beneficia acceperunt, & ſi nulla in re ſunt utiles, neque in poſterum futuri.*

B *Quod quidem & artificibus accidit, magis enim unuſquiſque propriũ amat opus, quàm ipſe ab opere amaretur, ſi animæ particeps eſſet, maxime uero forſitan hoc circa poetas accidit, hi namque ſua diligunt poemata ſupra modum, & perinde atque filios amant, tali igitur ſimile eſt, & id quod faciunt ij, qui beneficia contulerunt, quod enim ſuſcepit beneficium ipſorum eſt opus, hoc igitur & amãt magis, quàm opus eum, qui fecit, huius autem cauſa eſt, quòd uniuerſis* C *eſt expetibile, atque amabile eſſe, ſumus autem actu, nam uiuendo ſumus, atque agendo, qui igitur fecit, eſt actu ſuum quodammodo opus, diligit itaque ipſum opus, quia amat & eſſe, hoc autem eſt naturale, quod. n. eſt potentia, id opus ipſum actu declarat.*

*Et inſuper ei quidem, qui contulit beneficium, honeſtum eſt id quod egit. quare gaudet eo, in quo eſt hoc, at ei qui accepit, nihil eſt honeſti in eo, qui* D *contulit, niſi conferens, quod quidem minus eſt iucundum, atque amabile.*

*Eſt autem præſentis quidem operatio, futuri autem ſpes, facti uero memoria iucunda, ſed iucundiſſimum eſt quod eſt actu, & amabile ſimili modo ei igitur qui contulit beneficium permanet ipſum opus, diuturnũ eſt enim ipſum honeſtum, ſed ei qui cepit, tranſacta eſt ipſa utilitas.*

E *Memoriaque honeſtarum quidem rerum eſt periucunda, utilium autem non nimium, aut minus: expectatio uero contra ſeſe habet.*

f ¶ Circa quod duo facit. Primo ponit rationem dicens, quòd vnuſquiſque diligit proprium bonum, bonum autem benefactoris cõſiſtit in ſuo actu, quo. ſ. beneficia tribuit, eſt enim actus virtutis, & ideo benefactor delectatur ĩ beneficiato, ſicut in quo inuenitur eius bonum, ſed patiens, qui ſcilicet recipit beneficium, non habet aliquod bonum honeſtum in operante, ideſt in benefactore, non enim uirtutis actus eſt recipere ab alio beneficia, ſed ſi habet aliquod bonum, hoc eſt bonum vtile, quod eſt minus delectabile & amabile, quàm bonum honeſtũ, & ita patet, quòd minꝰ eſt amabilis benefactor beneficiato, quàm econuerſo. Secundo ibi.

g ¶ Probat, quod ſuppoſuerat dupliciter. Primo quidẽ vtile, quia delectabile quidẽ circa præſens eſt ipſe actus, ſiue operatio, circa futurum autem ſpes, circa factum autem, ſiue præteritum memoria, inter quæ tria delectabiliſſimũ eſt actus, & ſimiliter magis amabilis, quàm ſpes, vel memoria, benefactori autem manet honeſtas proprij operis, quia bonum honeſtum non cito tranſit, ſed eſt diuturnum, & ita delectatur in eo, cui benefecit, ſicut præſenti ſuo bono, ſed vtilitas quã patiens recepit, de facili tranſit, & ita beneficiatus delectatur in benefactore ſecundum memoriam præteritorum: magis ergo eſt delectabile, & amabile benefactori bonum honeſtum quod habet in beneficiato, quàm beneficiato bonum vtile, quod habet in benefactore. Secundo ibi.

h ¶ Probat idem dicens, quòd memoria bonorum, ideſt honeſtorum quæ quis in præterito fecit, eſt delectabilis, ſed memoria bonorum vtilium, quæ quis quandoq; habuit, vel omnino non eſt delectabilis, puta cum circa eorum amiſſionẽ eſt quis contriſtatus, vel minus eſt delectabilis, quàm memoria honeſtorum, puta, quia aliquid ex eis remanet, ſed circa expectationem futurorum videtur econtrario ſe habere, ſcilicet quòd magis eſt delectabile expectare vtilia, quàm expectare honeſta, huius autem diuerſitatis ratio eſt, quia bonum ignotum non delectat, ſed ſolum bonum cognitum: honeſtum autem nemo cognoſcit, niſi qui habet, vnde cognoſcuntur ſi ſint præterita, non autem ſi ſolum ſint futura, bona autem vtilia cognoſcuntur, & præterita, & futura, ſed aux um præteritorum iam pertranſit, auxilium autem, quod ex eis in futurum

expectatur delectat, quaſi remedium quoddam contra futuras F neceſſitates, vnde plus delectatur homo in ſpe vtilium quàm in memoria eorundem, vel etiam quàm in ſpe honeſtorum, ſed in memoria honeſtorum plus delectatur homo, quàm in memoria vtilium, benefactor autem in beneficiato habet memoriam boni honeſti, beneficiatus autē in benefactore memoriam boni vtilis, delectabilior ergo, & amabilior eſt benefactori beneficiatus, quàm econuerſo. Tertiā rationē ponit ibi.

i Et amatio quidem factioni aſſimilatur, amari autem ei quod eſt pati, ſuperexcellentibus autem vtique circa actum ſequitur amare, & amicabilia.

*Et amare quidem ſimile eſt actioni, amari autem paſſioni, Eos igitur qui circa actum excellunt, ſequitur amare, & ea quæ ad amicitiam attinent.*

k Adhuc autem, quę laborioſe fiunt omnes magis diligunt, puta, & pecunias poſſidentes G accipiētibus: videtur itaque bene pati quidem illaborioſum eſſe, benefacere autem operoſum: propter hoc autem, & matres amatrices magis filiorum, laborioſior enim generatio, & magis ſciunt, quoniam ipſarū, videbitur autem vtique hoc, & benefactoribus proprium eſſe.

*Præterea, ea quæ facta ſunt cum labore, ea magis diligunt omnes, ut & pecunias magis diligunt, qui acquiſiuerunt, quam qui ab aliis acceperūt. At beneficium quidem accipere ſine labore eſſe conſtat, beneficium autem conferre difficile. Propter hæc, & matres filios magis amant. Generatio namque laborioſa eſt magis, & magis ſciunt eſſe ſuos. Videbitur autē hoc & his accommodatum eſſe, qui beneficia contulerunt.*

i ¶ Et dicit, quòd amare aſſimilatur ei quod eſt facere, pertinet enim ad amantem, quòd velit & operetur ei bonum quem amat, ſed amari aſſimilatur ei quod eſt pati, faciens autem ſuperexcellit patienti, & ideo rationabiliter his qui ſuperexcellunt in agēdo, ſcilicet benefactoribus & artificibus, & poetis conſequitur quòd ament, & habeant ea quæ ad amorem conſequuntur. Quartam rationem ponit ibi.

k ¶ Illa enim quæ laborioſe fiūt ab omnibus magis diliguntur, ſicut illi qui proprio ſtudio, & laborioſe poſſident diuitias, magis amāt eas quàm illi, qui recipiunt eas ex ſucceſſione parentum, vel ex gratuito dono alicuius, vnde ſic accipientes magis ſunt liberales, vt in Quarto dictū eſt. Quòd autem aliquis recipiat beneficium ab aliquo, eſt ſine eius labore, ſed quòd aliquis alteri benefaciat eſt operoſum, ideſt requirens operam & laborem: vnde rationabile eſt, quòd benefactores magis ament beneficiatos, quàm econuerſo: & hanc rationem confirmat per exemplū matrum, quæ magis amant filios quàm patres, tum quia magis laborant circa eorum generationem, portando & pariendo eos, quàm patres, tum etiam quia matres magis poſſūt ſcire, quòd ſint earū filij, quàm patres, & hoc etiam videtur eſſe proprium beneficiorum, vt ſcilicet amēt beneficiatos inquantum circa eos laborant.

Lectio. 2.

## LECTIO VIII.

D Vbitatur autem vtrum H oportet amare ſeipſum maxime, vel aliū aliquem.

*D Vbitatur autem & utrum oporteat ſeipſum amare maxime, an aliquem alium.*

b Increpant enim eos, qui ſeipſos maxime diligunt, & vt in turpi, amatores ſui vocant.

*Increpant enim eos, qui ſeipſos maxime amant, & ut turpe, ſui amatores appellant.*

c Videturque prauus ſuiipſius gratia oīa agere, & quanto vtique deterior fit, tanto magis, accuſant itaq; ipſum, puta quoniā a ſeipſo nihil agit, epyiches autem propter bonum, & quanto I vtique melior fit, magis propter bonum, & amici gratia, quæ autem ſuiipſius pręterit.

*Atque prauus quidem ſui gratia cuncta agit, & tanto magis, quanto prauior eſt. Incuſant igitur ipſum, quia nihil niſi ſibi agit. Probus autem ob honeſtatē, & tanto magis, gratiaq; amici, quanto præſtabilior eſt: ſua uero negligit.*

d Rationibus autem his opera diſſonant non irrationabiliter, aiunt enim oportere amare maxime, maxime amicum: amicus autem maxime, cui vult maxime bona illius gratia, & ſi nullus ſciat, hæc autem exiſtunt maxime ipſi ad ſeipſum. K

*Ab his autem uerbis non ſine ratione ipſa opera diſcrepant, nam eum inquiunt oportere ſumme amare, qui maxime eſt amicus. Is autem maxime eſt amicus, qui uult, cui uult bona, illius gratia, ſi nullus etiā ſcierit, at hæc ipſi ad ſeipſum maxime competunt.*

e Et reliqua vtique omnia quibus amicus determinatur, dictum eſt enim, quoniam ab ipſo omnia amicabilia, & ad alios perueniunt.

*Et cætera omnia quibus definitur amicus, Dictū eſt enim ab ipſo ea omnia, quæ ad amicitiam attinent, & ad cæteros peruenire.*

## LECTIO VIII.

POſtquam Philoſophus determinauit de conſeruatione, & diſſolutione amicitię, & iterum de amicitiæ operibus, hic mouet quaſdam dubitationes circa amicitiam. Et primo ex parte amantis. Secundo ex parte amatorum, ibi. {Vtrum igitur quàm plurimos &c.} Circa primum duo facit. Primo ſoluit dubitationem de amore amantis quem habet ad ſeipſum. Secundo de amore amantis quem habet ad alterum, ibi. {Dubitatur autem, circa &c.} Circa primū tria facit. Primo proponit dubitationem. Secundo oſtendit eam eſſe rationabilem, ibi. {Increpant enim &c.} Tertio ſoluit ibi. {Forte igitur tales &c.} Dicit ergo primo quòd dubitatio eſt, vtrum oporteat, quòd aliquis diligat ſeipſum maxime, vel aliquem aliū magis quàm ſe. Deinde cum dicit.

b ¶ Oſtendit dubitationem eſſe rationabilem. Et primo obijcit pro vna parte. Secundo pro alia, ibi. {Rationibus autem his &c.} Tertio concludit dubitabilitatē quæſtionis, ibi. {Dubitatur autem &c.} Circa primum duo facit. Primo inducit hoc, quòd homines increpant illos, qui maxime amant ſeipſos, & hoc quòd aliqui ſint amatores ſui reputatur quaſi ad malum. Secundo ibi.

c ¶ Inducit, quòd homo prauus omnia facit propter ſuā vtilitatem, & tanto hoc magis obſeruat, quāto peior, & quanto magis facit, magis accuſat ab hominibus, velut qui nihil facit, extra ſeipſum, ideſt, quod ſit propter bonum aliorum, ſed ſolum propter ſuum, ſed homines virtuoſi non agunt ſolum propter ſeipſos, ſed magis agunt bonum honeſtū, & propter ſeipſos, & ꝓpter amicos: propter quòd plerūque pretereunt ſuas vtilitates. Deinde cum dicit.

d ¶ Obijcit pro parte cōtraria. Et dicit, quòd a pręmiſſis rationib⁹ diſſonāt opa ſm quę hoīes maxime oñdunt amare ſe ipſos, & hoc nō irrationabiliter. Primo quidē, qa ſicut cōiter hoīes dicūt, oportet hoīem maxime amare. ſ. eū, qui maxīe eſt nobis amicus, ille aūt eſt maxīe alicui amicus: q maxime vult ei bonū eius grā, & ſi nullus alius ſciret, quę qdē maxime exiſtūt homini ad ſeipſum: vnuſquiſq;. n. maxime vult ſibi bona: ſic ergo patet, ꝙ hō maxime debet amare ſeipsū. Secūdo ibi.

e ¶ Inducit pro hac parte id quod ſupra dictum eſt. Et dicit, quòd reliqua omnia quibus determinatur, & diffinitur quid ſit amicus, maxime exiſtunt homini ad ſeipſum, vt ſupra dictum eſt, quia omnia amicabilia, quæ conſiderantur in comparatione



comparatione ad alios proueniunt ex amicabilibus, quæ patitur homo ad ſeipſum. Tertio ibi. A

f ¶ Inducit ad idem quædam prouerbia. Et dicit, quòd omnia prouerbia, quę vulgariter dicuntur, conſentiunt in hanc partē, quòd homo diligat maxime ſeipſum, ſicut quòd dicitur vnam eſſe animam duorum amicorum, & quòd ea quæ ſunt amicorum ſunt cōmunia, & quòd amicitia eſt quædam æqualitas, & quòd amicus ſe habet ad amicum, ſicut genu ad tibiam, quæ habent maximā propinquitatem, per hęc autem omnia datur intelligi, quòd amicitia in quadam vnitate conſiſtit, quæ maxime eſt alicuius ad ſeipſum, & ſic omnia prędicta prouerbia maxime verificantur de aliquo reſpectu ſuijpſius, & hoc ideo, quia homo maxime eſt amicus ſibijpſi, & ſic homo maxime debet ſeipſum amare. Deinde cum dicit.

f Sed & prouerbia omnia conſentiūt, puta hæc, vna anima, & communia, quæ amicorum, & æqualitas amici, & genu tybiæ propinquum: hęc enim omnia ad ſeipſum maxime exiſtūt, maxime enim amicus ſibiipſi, & amandum maxime ſeipſum. B

*Eodem accedunt, & prouerbia uniuerſa, ut anima una, & amicorum omnia ſunt communia, & amicitia eſt æqualitas, & tibiæ genu propinquius, hæc enim vniuerſa ipſi ad ſeipſum maxime competunt, maxime namque amicus eſt ſibi, & ſe igitur ipſum maxime amare oportet.*

g Dubitatur autē inconuenienter, vtrum debitum ſequi ambobus habentibus credibile.

*Dubitatur autē merito, vtris oporteat aſſentiri, cum vtriſq; videatur eſſe credendum.*

h Forte igitur tales oportet ſermonem diuidere, & determinare, inquantum vtrique, & quo verum dicunt, ſi autem accipiamus amans ſui, qualiter vtrique & quo verum dicunt, forte vtique fiet manifeſtum.

*Fortaſſe igitur tales ſermones diſtinguendi determinandique ſunt, quouſque, & quonam modo ſint veri, ſi itaque ſumpſerimus quonam vtrique modo ſui amatorem dicunt, fuerit forſitan manifeſtum.*

i In opprobrium quidē igitur ducētes ipſum, amatores ſui vocant ipſos, qui ſibiipſis tribuūt C plus in pecuniis, & honoribus, & delectationibus corporalibus, hæc enim multi appetūt, & ſtudent circa ipſa, vt optima entia, propter quod & circumpugnabilia ſunt, circa hæc vtique plus habentes largiuntur, & cōcupiſcentiis, & totaliter paſſionibus, & irrationabili animę, tales autem ſunt multi, propter quod & appellatio facta eſt a multū prauo exiſtente, iuſte vtique ſic philautus exprobratur. D

*Qui igitur hoc reprehendendum eſſe exiſtimant, eos amatores ſui appellant, qui ſibi plus tribuunt in pecuniis, & honoribus, & uoluptatibus corporis, hæc enim ipſa multitudo affectat, & ipſis ut optimis omni ſtudio incumbit: quapropter, & in certamen veniunt: qui igitur in hiſce plus habere pergunt ij cupiditatibus, & omnino affectibus, eique parti animæ quæ rationis eſt expers gratificantur, tales autem ſunt ipſi multi, iccirco, & appellatio orta eſt ex multitudine, quæ quidem eſt praua, ergo iuſte uituperantur ij, qui ita ſe amant.*

k Quoniam autem talia ſibiipſis tribuentes conſueuerunt dicere multi philautos non immanifeſtum, ſi enim quis ſemper ſtudet iuſta agere, ipſe maxime omnium vel temperata, vel qualiacumque alia eorum, quæ ſecūdū virtutes, & totaliter bonū ſemꝑ ſibi acquirit, nullus dicet philautū hūc neq; vituperabit.

*Non eſt autem obſcurum uulgus eos, qui ſibiipſis talia tribuunt ſui amatores dicere conſueuiſſe, nam ſiquis ſemper ſtudeat agere iuſta maxime omnium, aut temperata, aut quæuis alia quæ a uirtutibus proficiſcuntur, honeſtatemque omnino ſibiipſi ſemper uendicet, atque uſurpet, hunc nemo dicet amatorem ſui, neque uituperabit.*

g ¶ Concludit dubitationem quæſtionis. Et dicit, quòd cōuenienter dubitatur quas rationes prædictorum ſit debitū ſequi, cum ambæ habeant aliquid credibile. Deinde cum dicit.

h ¶ Soluit præmiſſam dubitationem. Et primo determinat modum ſoluendi. Secundo ſoluit ibi. {In opprobrium quidē igitur.} Dicit ergo primo, quòd tales ſermones, qui habent rationes probabiles ꝓ vtraque parte oportet diſtinguere, & determinare quantum ex vtraque parte verum dicatur, & ī quo, & ſic ſi accipiam⁹ qualiter aliquis dicatur amator ſui ſecundū vtramque partē obiectionum, fiet verum illud quod quæritur. Deinde cum dicit.

i ¶ Soluit diſtinguēdo prędictam dubitationem. Et primo oſtendit qualiter dicatur amator ſui, ſecundum quòd vituperatur. Secūdo qualiter dicatur, ſecundum quòd laudatur ibi. {Videbitur autem vtique &c.} Circa primum duo facit. Primo manifeſtat propoſitum. Secundo probat quod dixerat, ibi. {Quoniam autem talia &c.} Dicit ergo primo, quòd illi qui in opprobriū reputant eſſe amatorem ſui, illos vocant ſui amatores, qui tribuūt ſibijpſis plus in bonis corporalibus, ſcilicet in pecunijs, & honoribus, & in delectationibus corporalibus, quales ſunt ciborum, & venereorum: huiuſmodi enim bona multitudo hominum appetit, & attendunt ad ipſa homines, ac ſi eſſent optima, & quia multi quærunt in his ſuperabundantiam, quam nō poſſunt omnes ſimul habere, ſequitur quòd circa huiuſmodi bona, fiant pugnæ & contentiones: illi autem qui circa talia plus abundant, horum abundantiam conuertunt ad ſatisfaciendum concupiſcentijs, & vniuerſaliter alijs paſſionibus, & per conſequens irrationali parti animæ, ad quam pertinent paſſiones, & ſic illi qui talia bona appetunt, amant ſeipſos ſecundum partem animæ irrationalem, ſcilicet ſenſitiuam, multitudo autem hominum talis eſt, quòd magis ſequitur ſenſum q̃ intellectum, & ideo ipſa appellatio amantis ſeipſum, ſumpta eſt ab eo quod eſt prauum, quod multis cōuenit, & ſic philautus, ideſt amator ſuijpſius, ſecundum hanc acceptionē poteſt in pluribus inueniri, & iuſte exprobratur. Deinde cum dicit.

k ¶ Probat, quod dixerat. Et dicit manifeſtum eſſe, quoniam multi conſueuerunt illos dicere philautos, ideſt amatores ſuijpſorum, qui plus tribuunt ſibi de bonis prædictis, quæ pertinent ad partem irrationalem, quia ſi aliquis velit ſuperabundare in bonis rationis, quæ ſunt opera virtutum, puta ſi velit maxime inter alios agere opera iuſtitię, vel temperantiæ, vel quæcumque alia virtutis opera, ita quòd ſemper velit ſibi bonum honeſtum acquirere, nullus de prædicta multitudine vocabit eū philautum, ideſt amatorem ſui, vel ſi aliquis ſapiens vocet eum philautum, hoc non dicet in eius vituperium.

## LECTIO IX.

V Idebitur autem vtique talis magis eſſe philautus.

*M Agis autem uidebitur talis homo ſui amator.*

## LECTIO IX.

POſtquàm Philoſophus oñdit qualiter dicatur aliquis amator ſui, ſecundum quòd eſt exprobrabile, hic oſtendit qualiter aliquis dicatur amator ſui ſecundū, quòd eſt laudabile. Et circa hoc duo facit: Primo oſtendit eſſe quendam modū, quo aliquis eſt amator ſui, alium a prædicto. Secundo oſtendit, quòd ſecundum hunc modum eſſe amatorem ſui, eſt laudabile, ibi. {Circa quā igitur &c.} Circa primū tria facit. Primo oſtendit illū eſſe amatorē ſui, qui ſibi tribuit abundantiā bonorū rōnis. Secundo oñdit, ꝙ virtuoſus eſt talis, ibi. {Qm̃ quidem igitur &c.} Tertio oñdit hunc modū amādi ſe, eſſe differentem a pręmiſſo, ibi. {Secundū alteram ſpeciē &c.} Circa primum tria facit. Primo proponit quod intendit, & dicit, quòd talis qui ſtudet excellere in operibus virtutis magis videtur eſſe philautus, ideſt amator ſui, quàm ille, qui tribuit ſibi ſuperabundantiam bonorum ſenſibilium. Secundo ibi.

b ¶ Probat propoſitum duabus rationibus, quarum prima eſt, quia tanto magis aliquis amat ſeipſum, quanto maiora bona ſibi attribuit, ſed ille qui ſtudet ſuperexcedere in operibus virtutis, tribuit ſibi optima, quę ſcilicet ſunt maxime bona ſcilicet bona honeſta, ergo talis maxime diligit ſeipſum. Secundam rationem ponit ibi.

b. Tribuit enim ſibiipſi optima, & maxime bona.

c Et largit̃ ſuiipſius principaliſsima, & omnia huic obediũt.

d Quemadmodum autem, & ciuitas principaliſsimum maxime eſſe videtur, & omnis alia cõgregatio, ſic & homo: & philautus vtique maxime hoc diligens, & huic largiens.

e Et continens igitur, & incontinẽs dicit̃ in tenere ĩtellectũ vel non, vt hoc vnoquoque ente.

f Et egiſſe videntur ipſi, & voluntarie, quæ cũ rõne maxime.

g Quoniam quidẽ igitur hoc vnuſquiſq; eſt, vel maxime non immanifeſtũ, & quoniam epyiches magis hoc diligit, propter qđ phlautus maxime vtiq; erit.

h Secundum alteram ſpeciẽ exprobrati, & differens tantũ, quãtũ ſecundũ rationẽ viuere aut ſecundũ paſsionẽ, & appetere bonum, vel viſum conferre.

i Circa bonas quidem igitur actiones differenter ſtudentes omnes recipiunt, & laudant.

k Omnibus autem contendentibus ad bonum, & intendentibus optima agere, & communiter vtique omniũ erunt, quibus indigetur, & propria vnicuiq; maxima bonorũ, ſiquidem virtus tale eſt.

l Quare bonum quidẽ oportet philautum eſſe: etenim ipſe iuuabitur bona agens, & alios iuuabit, malũ autẽ non oportet, lędet enim & ſeipſum, & ꝓximos prauis paſsionibus ſequens.

m Malo quidem igitur diſſonant, quæ oportet agere, & quæ agit, omnis enim intellectus eligit bonum ſibi ipſi, epyiches autem obedit intellectui.

*Nam ea ſibi tribuit, quæ pulcherrima maximeque bona.*

*Et gratificatur ei, quod ſuiipſius potiſſimũ in omnibusque illi obtemperat.*

*Vt autem & ciuitas id eſſe maxime videtur, quod eſt potiſſimum, & alius omnis conuentus, ſic & homo, amator igitur is eſt maxime ſui, qui illud amat illique gratificatur.* G

*Et cõtinẽs igitur dicitur, & incontinẽs, quia mens vincit, aut nõ vincit, propterea ꝙ ipſa eſt hominũ quiſque.*

*Et egiſſe ipſi & ſua ſponte ea v. dẽtur, quæ cum ratione maxime egerũt.*

*Non igitur eſt obſcurum, hoc eſſe maxime unumquemque, & hoc maxime virum bonum amare, quapropter* H *maxime ſui eſt amator.*

*Diuerſa ſpecie ab eo, qui reprehenditur, tantumque differt, quantum uita cum ratione differt a uita cum perturbatione, & appetitio, aut honeſti, aut eius quod conferre videtur.*

*Eos igitur, qui circa res honeſtas egregie ſtudent, omnes complectuntur, & laudant.*

*Qui ſi omnes ad conſequendam honeſtatem, & ad res agendas pulcherrimas decertarent, atque contenderẽt,* I *& omnibus publice ea, quæ oportet, & unicuique priuatim maxima bona ineſſent, ſiquidem uirtus eſt tale.*

*Quare bonum quidem hominem amatorem eſſe ſui oportet, nam & ſibiipſe, & cæteris proderit agendo honeſta, prauum autẽ nõ oportet, & ſibi namque nocebit & propinquis, affectus prauos ſequendo.*

*Ea igitur, quæ uir improbus agit ab his diſcrepant, quæ agere oportet: at* K *probus, q̃ oportet ea, & agit, mens.n. omnis id expetit, quod eſt optimum ſibi, & probus obtemperat menti.*

c ¶ Quia ſcilicet, talis largitur bona ei, quod eſt principaliſſimum in ipſo, ſcilicet intellectui, & facit quòd omnes partes animę intellectui obediant: tanto autẽ aliquis magis amat aliquid, quanto magis amat illud, quod eſt principalius ĩ eo, & ita patet, quòd ille qui vult ſuperexcellere in operibus virtutis, maxime amat ſeipſum. Tertio ibi.

Lectio. 8. d ¶ Probat, quod ſuppoſuerat, ſcilicet quòd ille q̃ amat id quod eſt principaliſſimum in ipſo, ſcilicet intellectum, vel rationem, maxime amat ſeipſum, & hoc oſtendit tribus rationibus, quarũ prima eſt, quòd ciuitas maxime videtur eſſe illud, quod eſt principaliſſimum in ea, vnde illud quod faciũt rectores ciuitatis in ea dicitur tota ciuitas facere, & eadem ratio eſt de omni alia re ex pluribus conſtituta, vnde & homo maxime eſt id, quod eſt principale ĩ eo ſcilicet ratio, vel intellectus, & ſic ille qui diligit intellectum, vel rationem, & ei largitur bona, maxime videtur eſſe philautus, id eſt amator ſui. Secundam rationem ponit ibi.

Lectio. 2. e ¶ Dicit̃.n. aliquis continẽs.q. ſe tenẽs, & incontinens.q. nõ ſe tenens, & hoc inquantũ hõ retinet intellectũ ſequendo eius iudiciũ, vel nõ retinet propter incontinẽtiã. q. vnuſquiſque hõ ſit hoc.i. ſuus intellect⁹. Et ita vr̃, ꝙ ille homo vere ſe amet, q̃ amat intellectũ. Tertiã rõnẽ ponit ibi.

f ¶ Et dicit, ꝙ illa q̃ hoĩes faciũt per rõnẽ maxime videntur ipſimet feciſſe, & volũtarie facta eſſe, q̃ aũt hõ facit ꝑ cõcupiſcẽtiã, vel irã, q. nõ vr̃ ipſe feciſſe ꝓpria volũtate, ſed extraneo motu ductus, & ſic patet, ꝙ hõ eſt ꝑcipue id qđ eſt ſm̃ intellectũ, & rõnẽ, vñ maxime ſe amat, q̃ amat intellectũ, & rõnẽ. Deinde cũ dicit.

g ¶ Oſtendit, cui competit ſecundum prædictum modum eſſe amatorem ſui. Et dicit manifeſtum eſſe ex prædictis, quòd vnuſquiſque eſt hoc, ſcilicet intellectus, vel ratio, vel quia aliqua alia concurrunt ad eſſe hominis, poteſt dici quòd homo maxime eſt hoc, ſcilicet intellectus vel ratio, quia hoc eſt formale, & completiuum ſpeciei humanæ: manifeſtum eſt etiam quòd virtuoſus maxime diligit hoc ſcilicet, intellectu & ratione, q̃ totaliter cõſeruat ipſum, & in omnibus obedit ei: vñ manifeſtum eſt, ꝙ virtuoſus maxime eſt philautus.i. amator ſui. Deinde cum dicit.

F h ¶ Oſtendit hunc modum amandi ſe differre ſpecie a præmiſſo. Et dicit, quòd virtuoſus eſt amator ſui, ſecundum alterã ſpeciẽ amãdi ſe ab eo quod exprobratur, vt ſupra dictum eſt, & aſſignat duas differentias, quarum vna eſt ex parte actionis: virtuoſus.n. amat ſeipſum inquantum viuit ſecundum rationem, ſed ille qui vituperatur, viuit ſecundum paſſionem, ſequitur.n. paſſiones irrationalis animæ, vt ſupra dictum eſt, alia vero differentia eſt ex parte finis, nam virtuoſus amat ſeipſum, inquãtum appetit ſibi id, quod eſt ſimpliciter bonum. Ille autẽ qui vituperatur amat ſeipſum, inquãtum appetit ſibi id, quod apparet bonum vtile, cum tamen ſit nociuũ. Deinde cũ dicit.

i ¶ Oſtendit, quòd amare ſeipſum hoc ſecũdo modo eſt laudabile. Et primo oſtẽdit propoſitum. Secũdo excludit ab eo, q̃ ſecundo modo amat ſeipſum, id propter quod amator ſui vituperatur, ibi. { Vnũ enim quod. } Circa primum tria facit. Primo oſtendit, ꝙ ille, qui amat ſeipſum ſecũdum rationẽ eſt laudãdus, talis enim, vt dictũ ẽ ad hoc ſtudet, vt ſuperexcellat in operibus virtutũ: manifeſtum eſt autẽ, quòd oẽs acceptant, & laudãt eos, qui ſtudent ad bonas actiones differẽter ab alijs id eſt ſuperabundantius alijs, & ſic patet, quòd ille qui amat ſe ſm̃ virtutẽ, eſt laudabilis. Secundo ibi.

k ¶ Oſtendit, quòd etiam eſt vtilis, & ſibi & alijs, dictum eſt enim, quòd ille, qui amat ſeipſum ſecundum virtutẽ, ſtudet ſuperexcellenter bene agere, ſi autẽ omnes contenderent ad bonum, ita ſcilicet ꝙ vnuſquiſque intẽderet excellere alium ĩ bonitate optime agẽdo, ſequeretur, quòd omnes communiter haberent ea, quibus indigent, quia vnus alteri ſubueniret, & propria vniuſcuiuſque fierent illa, quæ ſunt maxima bonorum, ſcilicet uirtutes. Tertio ibi.

l ¶ Infert duo correlaria ex prædictis, quorum primũ eſt, optimum eſſe, quòd bonus homo amet ſeipſum, quia bona agendo, & ſe & alios iuuabit, ſed nõ oportet quòd malus amet ſeipſum, quia proſequendo prauas paſſiones, & ſeipſum læder priuando ſe uirtutibus, & proximos priuando eos bonis ſenſibilibus. Secundum ponit ibi.

m ¶ Et dicit, quòd in malo homine cõtraria ſunt ea quæ agit, & quæ oportet ipſum agere, agit enim contra intellectum, & rationem, omnis autem intellectus eligit id quod eſt optimum ſibijpſi, & ita malus non agit ea quæ oportet ipſum agere, ſed hoc conuenit uirtuoſo, qui in omnibus obedit intellectui. Deinde cum dicit.

n ¶ Excludit



n ¶ Excludit ab eo, qui amat ſe ſecundum virtutem id quod ſupra poſitum eſt in accuſationem amantis ſeipſum, ſcilicet quòd nihil facit propter alium. Et circa hoc tria facit. Primo proponit, quod intendit. Secundo manifeſtat propoſitum, ibi. { Paucum enim tempus &c. } Tertio epilogando concludit veritatem quæſtionis, ibi. { Sic quidem igitur &c. } Dicit ergo primo, verum eſſe quod dicitur de virtuoſo, ꝙ multa faciet gratia amicorum, & patrię, id eſt maxime inter omnes alios, & etiã ſi oporteat eum mori nõ deſeret amicum, pecunias vero & honores, & omnia alia exteriora bona circa quę hoĩes pugnãt, quaſi proijciet, & cõtemnet propter amicum, per quæ omnia procurat ſibijpſi bonum, ſcilicet honeſtũ quod eſt eminẽtius, vnde & in hoc etiam magis amat ſeipſum, quòd ſi magis bonũ procurat. Deinde cum dicit.

n Verum enim quod de ſtudioſo, & amicorum gratia multa agere & pati, & ſi oporteat mori. Proijciet enim & pecunias, & honores, & totaliter circumpugnabilia bona procurans ſibijpſi bonum.

o Paucum enim tempus delectari valde magis eliget vtique, quàm multum quiete, & viuere bene annum, quàm multos annos qualitercumque, & vnam actionem bonam & magnam, quàm multas & paruas: moriẽtibus aũt hoc forte accidit, eligũt autẽ magnũ bonũ ſibijpſis.

p Et pecunias proiiciũt vtiq;, in quo plura recipiẽt amici, fiũt enim amico quidem pecuniæ, ipſi autem bonum, maius autẽ bonum ſibiipſi tribuit.

q Et circa honores autem, & principatus idẽ modus, omnia enim amico proiiciet, bonum enim ipſi hoc, & laudabile: conuenienter vtique videtur ſtudioſus eſſe, prę omnibus eligens bonum.

r Contingit autem, & actiones amico proiicere, & eẽ meli⁹ eo quàm eſt ipſum operari cauſam amico fieri, in omnibus laudabilibus ſtudioſus videtur ſibiipſi boni plus tribuens, ſic quidem igitur oportet philautum eſſe, quemadmodum dictũ eſt, vt autem multi non oportet.

A *At qui verum eſt illud, quod de ſtudioſo dicitur, complura, inquam, ipſum agere, & amicorum, & patriæ gratia, & ſi opus fuerit mortem obire, & pecunias enim, & honores abijciet, & ea bona omnino, de quibus homines decertant ſibi vendicãs honeſtatẽ.*

B *Expetit enim potius voluptatẽ breui tempore vehementem, quàm longo leuem, & vitam honeſtam vno anno, quàm quamuis multis, & unum actũ honeſtum magnumue, quàm multos & paruos, atque his, qui pro amicis, qui pro patria mortem obeunt hoc forſitan accidit: magnam igitur ſibijpſis eligunt honeſtatem.*

C *Abijcientque pecunias, ut amici capiant plures, hinc enim amicus facultates, ipſe conſequitur honeſtatem, atque ſibi maius tribuit bonum.*

*Eundem & circa honores modum magiſtratusque ſeruabit, nam hæc omnia amico ſuo concedet, eſt enim hoc honeſtum ipſi, ac laudabile, merito igitur ſtudioſus eſſe uidetur, anteponens omnibus honeſtatem.*

D *Fit etiam, ut & res agendas concedat amico, ſitque honeſtius ſeipſum fuiſſe cauſam, ut agat illas amicus, quàm ſi ipſemet agat: in uniuerſis igitur laudabilibus ipſe ſtudioſus plus honeſtatis tribuere ſibiipſi uidetur, ſic igitur ſuiipſius (uti diximus) amatorẽ eſſe oportet, ut ipſi autem multi ſunt non oportet.*

o ¶ Manifeſtat qđ dixerat. Et primo, quantum ad mortẽ quam virtuoſus ſuſtinet pro amico. Secundo quantum ad hoc, quòd propter amicũ contemnit exteriora bona, ibi. { Et pecunias &c. } Tertio quantũ ad actiones virtuoſas, quas quandoq; virtuoſus amico concedit, ibi. { Cõtingit aũt &c. } Dicit ergo primo, ꝙ ideo moriẽs pro amico procurat ſibijpſi bonum, quia magis eligit per paucum tẽpus multum delectari in magno opere virtutis, quàm per multũ tempus quiete, id eſt mediocriter delectari in mediocribus operib⁹ virtutis, & magis eliget excellenter bene viuere ꝑ vnum annum quàm per multos annos mediocriter, & ſimiliter etiam magis eliget vnam actionem bonã & magnã, quàm multas bonas & paruas, hoc autẽ accidit his, qui moriuntur propter virtutem, quia licet minus viuant, in vna tamen ſola actione, qua ſe pro amico exponunt maius bonum faciunt, quàm ĩ alijs multis actionibus, & ita in hoc, quòd ſe exponunt morti pro amicis virtuoſe agendo, magnum bonum ſibijpſis eligunt, & in hoc manifeſtum eſt, ꝙ maxime ſe amant. Deinde cum dicit.

p ¶ Manifeſtat idem quantum ad contemptum exteriorum bonorum. Et primo quantum ad pecuniam, & dicit, quòd virtuoſi cauſa amicorum proijciunt, id eſt contemnunt, vel diſpergunt pecunias, ita ſcilicet, quòd eorum amici plura circa pecunias accipiunt, & in hoc etiam magis ſe amant ſecundum veritatem, dum enim aliquis pecuniam concedit amico, & ſibijpſi acquirit bonum honeſtum, manifeſtum eſt, quòd magis bonũ ſibijpſi attribuit, & ſic magis ſe amat. Secundo ibi.

q ¶ Oſtendit idem circa honores, & circa dignitates, & dicit, ꝙ eodem modo ſe habet circa honores, & principatus, omnia enim hæc virtuoſus de facili derelinquet propter amicum, quia hoc ipſum eſt quoddam bonum opus virtutis, & laudabile: & ſic patet, ꝙ uirtuoſus conuenienter facit loco omnium exteriorum bonorum, eligens bonum virtutis, quod eſt magnum, & ſic maxime diliget ſeipſum. Deinde cum dicit.

r Oſtẽdit idem quãtum ad ipſas actiones virtutis. Et dicit, quòd contingit quãdoque, quòd virtuoſus etiam actiones virtuoſas concedit ſuo amico, puta ſi ſit aliquod opus virtutis faciendum per ipſum vel alterum, concedit quòd fiat per amicum, vt ex hoc proficiat & laudetur, & tamen in hoc etiam accipit ſibi id quod eſt melius, melius eſt enim & magis virtuoſum, quòd ipſe ſit cauſa amico ſuo talia faciendi, quàm etiam ſi ipſe faceret, præſertim cum ſibi remaneat oportunitas, aliàs talia vel maiora faciendi: ſic ergo patet, quòd virtuoſus plus ſibi tribuit de bono quãtum ad omnia laudabilia, & ſic maxime amat ſeipſum, vltimo autem epylogando cõcludit, quòd oportet eſſe amatorem ſui ſic, ſicut dictum eſt de virtuoſo, non autem ſicut multi homines, qui ſcilicet non ſunt virtuoſi amant ſeipſos.

## LECTIO X.

DVbitatur autem circa fœlicem ſi indigebit amicis, vel non.

b Nihil enim aiunt opus eſſe amicis beatis, & per ſe ſufficiẽtibus, exiſtunt.n. ipſis bona per ſe: ſufficientes igitur entes nullo indigere, amicum autem aiunt alterum ipſum entem tribuere, quæ per ſeipſum non poteſt.

## LECTIO X.

*EST autem controuerſia, & de ipſo fœlici, ſi indigeat amicis nec ne.*

E *Non eſſe enim inquiunt ipſis beatis, & ex ſeſe ſufficientibus opus amicis, inſunt enim ipſis omnia bona, cum igitur ex ſeſe ſint ſibi ſufficientes, nullius indigẽt rei, amicũ aũt inquiũt, cũ ſit alter ipſe, ea afferre amico, quæ ipſe per ſe amicus conſequi nequit.*

## LECTIO X.

POſtquàm Philoſophus inquiſiuit, & ſoluit quæſtionẽ, quæ mouebatur ex parte amantis reſpectu ſuijpſius, hic ſoluit dubitationem, quę mouebatur ex parte amantis reſpectu alterius. Et primo proponit dubitationem. Secundo oſtendit dubitationem eſſe rationabilem, ibi. { Nihil enim aiunt &c. } Tertio ſoluit, ibi. { Quid igitur &c. } Dicit ergo primo, quòd dubitatio eſt circa fœlicem, vtrũ indigeat amicis, vel non. Deinde cum dicit.

b ¶ Oſtendit dubitationẽ eſſe rationabilẽ, obijciẽdo ad vtrãq; partem.

partem. Et primo obijcit ad partem negatiuam. Secundo ad partem affirmatiuam, ibi. { Aſſimilatur autem &c. } Circa primum obijcit dupliciter. Primo quidem per rationem: dicũt enim quidam quòd beati cum ſint ſibi per ſe ſufficientes nõ indigent amicis, cum enim omnia bona ipſis exiſtant habentes per ſe bonorum ſufficientiam, nullo alio videntur indigere, amicus autem videtur eſſe neceſſarius, quia cũ ſit alter ipſe, tribuit ea quæ homo per ſeipſum habere non poteſt, & ſic videtur, ꝙ beatus non indigeat amicis. Secundo ibi. c ¶ Inducit ad idem quoddã prouerbiũ, quòd tempore Gentilium dicebatur, ſcilicet cum demon aliquid boni dat, nõ eſt opus amicis, ponebãt enim Gentiles, & maxime Platonici, talẽ eſſe prouidentiæ ordinem, quòd res humanæ mediantibus demonibus per diuinam prouidentiã gubernarẽtur: demonũ tamen dicebãt quoſdam eſſe bonos, quoſdam eſſe malos: eſt ergo prouerbiũ, quòd cum per diuinam ꝓuidentiã homini bona proueniunt, ſicut videtur contingere fœlicibus, quòd non indiget homo auxilio amicorum. Deinde cum dicit. d ¶ Obijcit ad partẽ contrariam tribus rationibus, videtur enim eſſe incõueniẽs, quòd omnia exteriora bona dentur fœlici, & amici non ſibi dentur, cum tamen amicus ſit quoddam maximum inter exteriora bona. Secundã rõnem ponit ibi. e ¶ Et circa hoc duo facit. Primo ponit rationẽ, vt enim ſupra dictum eſt, magis pertinet ad amicum benefacere, quàm bene pati, proprium autẽ eſt virtutis benefacere, fœlicitas autẽ conſiſtit in operatione virtutis, vt in Primo dictum eſt, & ſic neceſſe eſt fœlicem eſſe virtuoſum, & per cõſequens, quòd benefaciat, melius autem eſt, quòd homo benefaciat amicis, quàm extraneis cæteris paribus, quia hoc homo delectabilius, & promptius facit. Ergo fœlix cum ſit virtuoſus, indiget amicis, quibus benefaciat. Secundo ibi. f ¶ Concludit ex præmiſſis quandam dubitationem, vtrum ſcilicet homo magis indigeat amicis in bonis fortunis, quàm in infortunijs: in vtraque enim fortuna videtur homo indigere amicis, infortunatus enim indiget amicis, qui ei benefaciant, ſed bene fortunatus amicis, quibus ipſe benefaciat: hanc autem dubitationẽ inferius proſequitur. Tertiã rationẽ ponit ibi.

Lectio.7.

Lectio.10.

c Vnde cum demon bene det, quid opus eſt amicis?

d Aſſimilatur autem incontienti, hæc omnia attribuentes bona felici amicos non aſſignare, quod videtur exterius bonorum, & maximum eſſe.

e Si autem amici magis eſt benefacere, quàm pati, & eſt boni, & virtutis benefacere melius autem benefacere amicis, quàm extraneis, bene paſſis q̃bus indigebit ſtudioſus.

f Propter quod rurſus, & quæritur vtrum in bonis fortunis magis opus eſt amicis, vel infortunijs, vt infortunato benefacturis indigente, & benefortunatis quibus benefacient?

g Inconueniens autem forte hoc, & ſolitarium facere beatũ, nullus enim eligeret vtique ſecundum ſeipſum omnia habere bona. Politicum enim homo, & conuiuere aptus natus, & fœlici itaq; hoc exiſtit, quæ enim bona natura habet, manifeſtũ eſt autem, quòd cum amicis, & his q̃ ſunt epyiches melius q̃ cũ extraneis, & q̃buſcũq; cõmorari, opus eſt ergo fœlici amcis.

h Quid igitur dicunt primi, & quomodo verũ dicunt? vel quoniam multi amicos exiſtimant vtiles eſſe, & talibus quidem igitur non indigebit beatus, quia bona exiſtũt ipſi, neq; vtiq; his, qui propter delectabile, vel ĩ parũ, delectabilis.n. vita ens nihil indiget ſupinducta delectatiõe, non indigens autẽ talibus amicis nõ videtur indigere amicis.

i Hoc aũt nõ ẽ forte verũ, ĩ prĩcipio.n. dictũ ẽ, q̃m fœlicitas opatio q̃dã eſt, opatio.n. manifeſtũ q̃m fit, & non exiſtit q̃eadmodũ poſſeſsio quędã, ſi aũt fœlix eſſe eſt in uiuere, & opari, boni

F

*Vnde & hanc ſententiam dicunt, Fortuna cũ bona ẽ, amicis cur opꝰ?*

*At abſurdo ſimile eſt vniuerſa bona tribuentes fœlici, amico ipſi non tribuere, quod externorum bonorum maximum eſt.*

G

*Quod ſi ad amicũ conferre potius quàm accipere beneficia ſpectat, atq; ad virũ bonũ virtutẽq; dare beneficia pertinet, magiſque honeſtũ eſt amicis quàm alienis largiri beneficiaque conferre, vir ſtudioſus his indigebit profecto, q̃ bona beneficiaq; ſũt accepturi.*

*Quapropter, & quæritur vtrũ proſperis in rebus, an in aduerſis opus ſit magis amicis, vtpote cum & is, qui mala fortuna utitur, his indigeat, qui*

H

*beneficia conferant, & his, qui proſpera fortuna fruuntur his ſit opus, apud quos beneficia collocabunt?*

*Eſt etiam forſitan abſurdum beatum ipſum ſolitarium facere, nemo enim expetet per ſe bona cuncta habere, nam homo ciuile animal eſt, & cũ alijs aptum una uiuere, hoc igitur competit, & fœlici: habet enim ea omnia quæ natura ſunt bona, conſtat autem melius eſſe cum amicis probiſque, quàm cum alienis ipſum, & quibuſ-*

I

*uis conuerſari, amicis ergo fœlici eſt opus.*

*Quid igitur illi primi dicũt, & qua parte uera loquuntur? an quia uulgus eos amicos eſſe putat, qui utiles ſunt? talibus igitur non indiget ipſe beatus, quippe cum ipſi omnia bona inſint, nec etiam his, qui ob uoluptatem amãtur, aut per parum, nam cum ſit ipſius uita iucunda, aduentitia non indiget uoluptate, atque cum amicis talibus haud indigeat, non uidetur indigere amicis.*

K

*Hoc autem non eſt forſitan uerum, nam in principio dictum eſt, fœlicitatem operationem eſſe quandam, conſtat autem operationem ipſam fieri, & non ut quandam rem eſſe quæ poſſidetur, quòd ſi fœlicẽ eſſe in uiuendo,*

g ¶ Et dicit, quòd hoc videtur eſſe inconueniens, quòd beatus ſit ſolitarius, hoc enim eſt contra omnem omnium electionem, nullus enim eligeret, vt ſemper viueret ſecundum ſeipſum, ſcilicet ſolus, etiam poſtquam omnia alia bona haberet, quia homo naturaliter eſt animal politicum & aptus natus conuiuere alijs, quia igitur fœlix habet ea quę ſũt naturaliter bona homini, conſequens eſt, quòd habeat cũ quibus conuiuat, manifeſtum eſt autem, quòd melius eſt ipſum conuiuere amicis & virtuoſis, quàm extraneis, & quibuſcumque, ſic ergo manifeſtum eſt, quòd fęlix indiget amicis. Deinde cum dicit. h ¶ Soluit prædictã dubitationem. Et primo oſtendit, quomodo verum dicant, qui negant fœlicem indigere amicis. Secõdo, quomodo dicant falſum, ibi. { Hoc autẽ non eſt. } Dicit ergo primo, quòd cũ probatum ſit, quòd fœlix indigeat amicis, oportet conſiderare quid ſit quod primi dicunt, negantes fœlicem indigere amicis, & quantum ad quid verum dicant, circa quod conſiderandum, quòd multi exiſtimant illos eſſe amicos, qui ſunt eis vtiles, & in collatione exteriorum bonorũ, quæ ſola populares homines cognoſcũt, talibus ergo amicis nõ indiget beatus, quia ſufficit ſibi i bonis quæ habet: ſimiliter etiam non indiget amicis ꝓpter delectabile niſi parum, inquantum ſcilicet in conuerſatione humana neceſſe eſt vti ludicris ad quietem, ſicut in Quarto dictum eſt, fœlicis enim vita cum ſit delectabilis ſecundum ſeipſam, vt in Primo dictum eſt, non indiget ſuper inducta delectatione, propter quam ſint ſimpliciter neceſſarij amici, & cum non indigeat talibus amicis, ſcilicet vtilibus, & delectabilibus, videtur non indigere amicis. Deinde cum dicit. i ¶ Oſtendit nõ eſſe oĩno verũ quod dr̃. Et primo hoc oſtendit, quibuſdam rationibus moralibus. Secũdo ꝑ quandã rõnẽ magis naturalẽ, ibi. { Naturalius aũt intendẽtibus &c. } Circa primũ ponit tres rationes. Primo non eſſe verũ quod dictũ eſt. ſ. ꝙ ſi fœlix nõ indiget amicis vtilibus, & delectabilibus, ꝙ propter hoc nõ indigeat amicis: ſunt.n. amici quidã ꝑꝑ virtutem quibus indiget, cuius prima ratio eſt, quia ſicut in Primo dictum eſt, fœlicitas eſt operatio quædam, manifeſtum eſt autẽ, quòd operatio conſiſtit in fieri, & non eſt quiddam exiſtens ad modum rerum permanentiũ,



permanentium, ſicut ſi eſſet aliqua poſſeſſio qua habita, eſſet homo fœlix, ita ꝙ non oporteret eum aliquid operari. Sed eſſe fœlicem conſiſtit in viuere, & operari continue. Oportet autem, ꝙ operatio boni viri ſit bona & delectabilis, ſecundũ ſeipſam, quia eſt per ſe bona, ſicut in primo Libro dictum eſt. Eſt autẽ operatio bona inter delectabilia propriũ delectabile virtuoſi. Non enim virtuoſus eſſet, qui non delectaretur in operatione virtutis, vt in primo dictũ eſt. Requiritur ergo ad fœlicitatem, ꝙ fœlix delectetur in opere virtutis. Non autem poſſumus delectari niſi ĩ eo, qđ cognoſcimꝰ. Magis autem poſſumus ſpeculari proximos, quàm nos ipſos & actiones illorum, quàm noſtras, quia vniuſcuiuſque iudicium in propriis magis deficit ꝓpter priuatum affectum, quẽ habet ad ſeipſum. Sic igitur patet, ꝙ bonis hominibus delectabiles ſunt actiões eorum, qui ſunt, & boni & amici, in quibꝰ inueniuntur ambo, quæ ſunt ſecundum naturã delectabilia, ſcilicet bonũ, & amatum. Sic igitur beatus indigebit talibus amicis virtuoſis, inquantum quærit cõſiderare bonas actiones viri boni, qui eſt amicus. Quia enim amicus hominis eſt quaſi alter ipſe, actiones amici ſũt ſibi quaſi propriæ. Secundã rationem ponit ibi. K ¶ Et dicit, ꝙ communiter exiſtimant, ꝙ fœlicem oportet đ delectabiliter viuere. Eſt enim delectatio vnum eorum, quæ requiruntur ad fœlicitatem, vt in Primo dictum eſt. Ille autẽ qui ſolitarius viuit, patitur difficilẽ, ideſt grauẽ vitam. Oportet enim ꝙ interrũpatur ſua delectatio, quæ operationem cõſequitur. Non enim eſt facile, ꝙ homo ſecundũ ſeipſum, ideſt ſolitarius exiſtens cõtinue operetur. Sed hoc facile eſt, ſi cum altero exiſtat. Fit enim quædam viciſſitudo operationum dum ad ſeinuicem bona operantur. Et ſic continuatur delectatio. Si igitur homo cum amicis moretur, operatio eius, quæ eſt delectabilis, ſecundum ſeipſam ſcilicet virtuoſa, erit magis continua. Et hoc oportet exiſtere circa beatum, vt ſcilicet continue delectetur in operibus virtutis. Virtuoſus enim inquantum huiuſmodi gaudet in actionibus virtuoſis ſiue a ſe, ſiue ab aliis factis. Et contriſtatur in operibus contrariis, quæ ex malitia alicuius procedunt, ſicut muſicus delectatur in bonis melodiis, & offenditur in malis. Tertiam rationem ponit ibi.

Lect. 13.

Lectio. 12.

autem operatio ſtudioſa & delectabilis, ſecundũ ſeipſam quẽadmodum in principio dictum eſt. eſt autem, & proprium delectabilium. Speculari autem magis proximos poſſumus, quàm noſmetipſos, & illorum actiones, quàm proprias. Studioſorum vtique actiones amicorũ entium delectabiles bonis. Ambo enim habent, quæ natura delectabilia. Beatus vtique amicis talibus indigebit. Siquidẽ ſpeculari indiget actiones ſtudioſas & proprias: tales autem quę boni amici entis,

k Extimant autẽ oportere delectabiliter viuere fœlicem. ſolitario quidem igitur difficilis vita. Non facile.n. ſecundum ſe ipſum operari continue. Cum alteris autẽ, & ad alios facile. Erit igitur operatio magis continua delectabilis exiſtens ſecũdum ſeipſam, quod oportet circa beatum eſſe. Studioſus.n. ſecundum ꝙ ſtudioſus his quæ ſecundum virtutem actionibus gaudet. his autẽ quę a malitia triſtatur. Quemadmodum muſicus bonis melodiis delectatur, in prauis autem triſtatur.

l Fiet autẽ vtiq;, & aſceſis quædã virtutis ex conuiuere bonis, quemadmodum Theognis ait.

## LECTIO XI.

Naturalius autem intendẽtibus videtur ſtudioſus amicus ſtudioſo natura eligibilis eſſe.

b Natura enim bonum dictum eſt, quoniam ſtudioſo bonũ, & delectabile eſt ſecũdũ ſeipſum.

c Viuere autem determinant animalibus potẽtia ſenſus, Hominibus autem ſenſus, & intellectus. Potentia autem ad ope-

A

*ac operando conſiſtit, boni autem operatio ſtudioſa, & iucunda per ſe, ut initio diximus, reſque propria ex his eſt, quæ delectant, atque magis propinquos, quàm nos ipſos, & actus illorum quàm noſtros poſſumus contemplari, ſtudioſorumque hominum actus*

B

*ſi ſint amici iucundi ſunt ipſis bonis, (Habẽt enim ambo ea quæ ſunt natura iucunda) beatus profecto talibus indigebit amicis, ſi expetit actus bonos & proprios contemplari, taleſq; ſunt ipſius boni ſi ſit amicus.*

*Arbitrantur autem homines fœlicem iucunde uiuere oportere. Solitario igitur difficilis eſt uita. Non eſt enim facile ꝑ ſeipſum cõtinue opera-*

C

*ri. Cum alus uero, atque ad alios facile. Erit igitur operatio continua magis cum ſit per ſeipſam iucũda. Quod quidem eſſe circa beatum ipſum oportet. Studioſus enim hoc ipſo quo ſtudioſus eſt, gaudet quidem his actibus, qui a uirtute proficiſcuntur. Moleſte autem fert eos, qui a uitiis prodeunt, perinde atq; muſicus delectatur quidem eleganti cantu, offenditur autem prauo.*

D

*Fuerit etiam & quædam uirtutis exercitatio ex conuictu bonorum, ut & Theognidi placet.*

## LECTIO XI.

*Naturalius autem conſiderantibus ſtudioſus amicus expetibilis eſſe natura ſtudioſo uidetur.*

*Diximus enim id, quod eſt bonum natura, ſtudioſo bonum, & iucundum eſſe per ſe.*

*Definiunt autem ipſum uiuere animalium quidem potentia ſenſus, hominum autem ſenſus, uel intellectionis. Potentia uero ad operationem redu-*

l ¶ Et dicit, quòd ex hoc, quòd virtuoſus conuiuit amicabiliter bonis viris ſit aſceſis, ideſt conſociatio in virtute, ſicut dixit Theognis, quidam poeta. Et talis ſocietas oportuna eſt cuilibet virtuoſo, ſicut, & alia humana opera melius perficiuntur in ſocietate.

## LECTIO XI.

Poſtquàm Philoſophꝰ aſſignauit quaſdam rationes morales, ex quibus apparet, ꝙ fœlix indiget amicis, nunc oſtendit idem per quandã rationem magis naturalem. Et primo, oſtendit, ꝙ fœlici eligibile eſt habere amicum. Secundo cõcludit vlterius, ꝙ fœlix amicis indiget, ibi. { Quod autem eſt ipſi, &c. } Circa primũ duo facit. Primo proponit, qđ intendit. Et dicit, ꝙ ſiquis velit cõſiderare per rationem magis naturalem manifeſte apparebit, ꝙ virtuoſo & fœlici, amicus virtuoſus ẽ naturaliter eligibilis, etiam magis quàm alia, & exteriora bona. Secũdo ibi. b ¶ Probat propoſitum. Et primo oſtendit quid ſit naturaliter eligibile, & delectabile virtuoſo reſpectu ſuiipſius. Secũdo oſtendit quid ſit ſibi eligibile & delectabile reſpectu amici, ibi. { Vt autem ad ſeipſum, &c. } Circa primum duo facit. Primo oſtẽdit, ꝙ virtuoſo naturaliter eſt eligibile eſſe, & viuere. Secundo oſtendit ꝙ eſt ſibi delectabile & eligibile hoc ſentire, ibi. { Videns autẽ, &c. } Circa primum ponit talem rationẽ. Omne quod eſt bonum naturaliter, eſt virtuoſo bonum, & delectabile ſecũdum ſeipſum, vt patet in his, quæ ſupra in Secundo dicta ſunt. Lectio. 14. Sed eſſe, & viuere naturaliter eſt bonum, & delectabile viuentibus. Ergo eſſe & viuere ẽ, & bonum, & delectabile virtuoſo, maior per ſe patet in litera. Minorem ponit ibi. c ¶ Circa quam tria facit. Primo enim manifeſtat in quo conſiſtat viuere. Et dicit, ꝙ in omnibus animalibus cõmuniter determinatur viuere, ſecundum potentiam ſenſus. In hominibus autem determinatur, ſecundum potentiam ſenſus quantum ad id, quod habet commune cum aliis animalibus, vel ſecundum potentiam intellectus quantum ad id, quod eſt proprium ſibi. Omnis autem potentia reducitur ad operationem, ſicut ad perfectionem propriam. Vnde id quod eſt principale conſiſtit in operatione, & non in potentia nuda. Eſt enim actus potior q̃ potentia, Tex. cõ. 1?

Tex.cõ. 19. potentia, vt probatur in Nono Metaphyſi. Et ex hoc patet, ꝙ principaliter viuere animalis, vel hominis eſt ſentire, vel intelligere. Dormiens enim quia non actu ſentit, vel intelligit non perfecte viuit, ſed habet dimidium vitæ, vt in Primo dictum eſt. Secundo ibi.

Lec. 20. d ¶ Oſtendit, ꝙ videre ſit naturaliter bonum, & delectabile. Et dicit, ꝙ ipſum viuere eſt de numero eorum, quæ ſecũdum ſe bona, & delectabilia ſunt. Et hoc probat per hoc, qđ eſt determinatum. Illud autem quod eſt determinatum pertinet ad naturã boni. Ad cuius euidentiam conſiderãdum eſt, ꝙ potentia quantũ eſt de ſe indeterminata eſt, quia ſe habet ad multa, determinatur autem per actum, ſicut patet in materia, & forma. Potentia autẽ ſine actu, eſt potentia cum priuatione, quæ facit rationẽ mali, ſicut perfectio, quæ eſt per actum facit rationem boni. Et ideo ſicut aliquid in quantum eſt indeterminatũ eſt malum, ita determinatum in quãtum huiuſmodi, eſt bonum. Viuere autem determinatũ eſt, preſertim ſecundum ꝙ principaliter in operatione conſiſtit, vt dictum eſt, vnde patet, ꝙ viuere eſt naturaliter bonum. Id autem quod ẽ naturaliter bonum etiã virtuoſo bonum eſt, cum virtuoſus ſit mẽſura in genere humano, vt dictum eſt. Et ideo, quia viuere eſt naturaliter bonum, videmus ꝙ omnib⁹ eſt delectabile. Tertio ibi.

e ¶ Remouet dubiũ dicens, ꝙ in eo quod dictum eſt, ꝙ viuere eſt naturaliter bonũ & delectabile, nõ oportet accipere vitã malã, ideſt vitioſam, & corruptã, ideſt recedentem a vero ordine, neque etiam vitam, quæ eſt in triſtitiis. Talis enim vita non ẽ naturaliter bona, quia eſt indeterminata, ideſt debita perfectione carens, ſicut & ea quæ circa ipſam exiſtũt. Quia enim vnumquodque determinatur per id, quod in eo exiſtit, ſi illud fuerit indeterminatum, & ipſum indeterminatum erit, puta ſi ægritudo eſt indeterminata, & corpus ęgrum erit indeterminatum & malum, ſicut & ipſa malitia, & corruptio, ſeu triſtitia. Et hoc magis erit manifeſtum in habitis, ideſt in conſequentibus, in quibus de triſtitia agetur. Deinde cum dicit.

rationem reducitur. principale autem in operatione. Videtur autem viuere eſſe principaliter ſentire, vel intelligere,

d Viuere autem eorum, quæ ſecundum ſeipſum bonorũ, & delectabilium. determinatum.n. Determinatum autẽ eius, quæ boni natura. Natura autem bonũ, & epyichi bonũ: pp quod videbitur omnib⁹ delectabile eẽ.

e Nõ oportet aũt accipere malam vitam, & corruptam neque ĩ triſtitiis. Indeterminata enim quemadmodum exiſtentia ipſi. In habitis autem de triſtitia erit manifeſtius.

f Si autem ipſum viuere bonũ, & delectabile, videtur autem & ex eo, quòd eſt omnes appetere ipſum, & maxime epyiches, & beatos. His.n. vita eligibilior, & horum beatiſſima vita.

g Videns autẽ quia videt, ſentit, & audiens, qm̃ audit, & vadens qm̃ vadit, & in aliis ſimiliter eſt aliquid ſentiens qm̃ operamur. Sẽtiemus vtique qm̃ ſentimus, & intelligemus quoniam intelligimus. Hoc aũt quoniam ſentimus, vel intelligimus quoniam ſumus. Eſſe.n. erat ſentire, vel intelligere. Sentire aũt quoniam viuit delectabilium ſecundum ſeipſum. Natura.n. bonũ vita. Bonum aũt exiſtens in ſeipſo ſentire delectabile. eligibile aũt & viuere & maxime bonis quoniã eſſe bonũ eſt ipſis, & delectabile ſimul. Sentientes.n. ꝙ ſm̃ ſeipſum bonũ delectan̄t.

h Vt aũt ad ſeipſum habet ſtudioſus, & ad amicũ. alter.n. ipſe amicus eſt. Quẽadmodũ igitur ſeipſum eſſe eligibile eſt vnicuique, ſic & amicũ, vel proxime. Eſſe aũt eligibile erat pp ſẽtire ipſum bonũ eſſe entẽ. talis aũt ſenſus delectabilis, ſm̃ ſeipſum. Conſentire igitur oportet amicũ, quoniã eſt. Hoc autẽ

*citur, & ipſum præcipuum in operatione conſiſtit. Ipſum autem uiuere uidetur proprie eſſe ipſum ſentire, uel intelligere.*

*At ipſum uiuere de his eſt, quæ ſunt per ſe bona, atque iucunda. Eſt enim definitum. Definitum autem natura eſt bonum.* G *Quod uero natura ẽ bonum, id & bono eſt bonum, quapropter omnibus iucundum eſſe uidetur.*

*Non oportet autem uitam ſumere prauam, atque corruptam, neque in doloribus conſtitutam. Indefinita nãque eſt talis, quemadmodum ea, quæ inſunt ipſi. Eritque hoc manifeſtum magis in ſequentibus de dolore,*

*Si uero ipſum uiuere bonum eſt, &* H *iucundum etiam eſt. Quod uel ex eo uidetur, quia omnes appetunt ipſum, & maxime boni, atque beati. His.n. uiuere maxime eſt expetibile, & horum uita eſt beatiſſima.*

*Qui autem uidet uidere ſentit, & qui audit audire, & qui ambulat ambulare, & in cæteris ſimiliter eſt aliquid ſentiens nos operari. Sentire uero nos ſentire, & intelligere nos intelligere poſſumus. Quod quidem eſt, nos eſſe. Eſſe enim, ſentire uel intelligere. Sentire autem ſe uiuere de his ẽ,* I *quæ per ſe ſunt iucunda. Vita namque natura eſt bonum. Bonum autem ſibi quempiam ineſſe ſentire, uoluptate afficit. Ipſum uero uiuere expetibile eſt, & maxime bonis, propterea ꝙ eſſe bonum eſt ipſis, atque iucundum. Sentientes enim id quod eſt per ſe bonum, uoluptate afficiuntur.*

*At ſtudioſus ut erga ſeipſum, ſic ſe habet, & ad amicum. Amicus.n. eſt alter ipſe.* K *Vt igitur ſeipſum eſſe ẽ unicuique expetibile, ſic & ſuum amicum eſſe, uel ſimiliter. Eſſe autem iõ eſt expetibile, quia ſibi bonum eſſe ipſum ſentit. At talis ſenſus iucundus ꝑ ſeipſum eſt. Sentiat ergo, & ipſum amicum eſſe oportet. Hoc autem fieri poteſt, cum ipſo ſimul uiuendo, &*

F f ¶ Infert concluſionem prædictę rationis. Et dicit, ꝙ ſi ipſum viuere eſt naturaliter bonum, & delectabile, ꝙ non ſolum apparet ex ratione prædicta, ſed etiam ex hoc, ꝙ omnes appetunt ipſum, ſequitur ꝙ maxime virtuoſis, & beatis ſit bonum, & delectabile viuere. Quia enim horum vita eſt perfectiſſima, & beatiſſima, ideo eſt ab eis magis eligenda. Deinde cum dicit.

g ¶ Oſtendit quòd ſentire ſe viuere, eſt eligibile, & delectabile virtuoſo. Ille enim qui videt ſe videre ſẽtit ſuam viſionem, & ſimiliter eſt de illo, q audit ſe audire, & ſimiliter contingit in aliis, ꝙ aliquis ſentit ſe operari. In hoc autem, ꝙ nos ſentimus nos ſentire, & intelligimus, ĩtelligere ſentimus, & intelligim⁹ nos, nos eſſe. Dictũ eſt enim ſupra, ꝙ eſſe & viuere hoĩs principaliter ẽ ſentire, vel intelligere. Quòd autem aliquis ſentiat ſe viuere, eſt de numero eorum, quæ ſunt ſecundum ſe delectabilia, quia ſicut ſupra probatum eſt, viuere eſt naturaliter bonũ. Lect. 11. Quòd autẽ aliquis ſentiat bonum eſſe ĩ ipſo eſt delectabile. Lect. 1. Et ſic patet, ꝙ cũ viuere ſit eligibile, & maxime bonis quib⁹ eſt bonum eſſe, & delectabile, quòd etiam percipere ſe ſentire, & intelligere eſt eis delectabile, q̃a ſimul cum hoc ſentiunt id quod eſt eis ſecundũ ſe bonum, ſcilicet eẽ & viuere, & in hoc delectantur. Deinde cum dicit.

h ¶ Oſtendit ex p̄miſſis quid ſit virtuoſo, & fœlici eligibile, & delectabile reſpectu amici. Et dicit, ꝙ virtuoſus ita ſe habet ad amicum ſicut ad ſeipſum, quia amicus quodammodo eſt alter ipſe. Sicut igitur vnicuique virtuoſo ẽ eligibile, & delectabile ꝙ ipſe ſit, ſic eſt ei eligibile, & delectabile, ꝙ amicus ſit. & ſi non æqualiter tamẽ propinque. Maior ẽ enim vnitas naturalis, quæ ẽ alicuius ad ſeipſum, q̃ vnitas affectus, quę eſt ad amicum. Dictum eſt autem ſupra, ꝙ virtuoſo eſt eligibile ſuum eſſe, & viuere propter hoc, ꝙ ſentit ſuum eſſe, & viuere eſſe bonum. Talis autem ſenſus eſt delectabilis, ſecundum ſeipſum, quo ſcilicet aliquis ſentit bonum ſibi ineſſe. Sicut ergo aliquis delectatur in ſuo eſſe, & viuere ſentiendo ipſum, ita ad hoc ꝙ delectetur in amico, oportet ꝙ ſimpliciter ſentiat ipſum eſſe. Quod quidem continget cõuiuendo ſibi ſe-cundum



cundum communicationem ſermonum, & conſideratione mentis. Hoc enim modo homines dicuntur proprie ſibi conuiuere, ſecundum ſcilicet vitam quæ eſt homini propria, non autem ſecundum hoc, ꝙ ſimul paſcantur, ſicut contingit in pecoribus. Sic ergo ex omnibus præmiſſis concludit id, quod propoſuerat dicens, ꝙ ſi beato eſt ſecundum ſe eligibile ſuum eſſe, inquantum ẽ naturaliter bonum & delectabile, cum eſſe & vita amici ſint quantum ad eius affectum propinqua propriæ vitæ, cõſequens eſt, ꝙ etiam amicus ſit eligibilis virtuoſo, & fœlici. Deinde cum dicit.

i ¶ Oſtendit vlterius, ꝙ fœlici ſint neceſſarii amici. Quod enim eſt fœlici eligibile, oportet ei ineſſe, alioquin remanebit indigentia, quod eſt contra rationem fœlicitatis, quæ requirit ſufficientia. Requirit ergo, ꝙ ille q eſt in ſtatu fœlicitatis, opus habeat amicis virtuoſis. Loquitur autem hic de fœlicitate qualis poteſt eſſe in hac vita, ſicut in Primo dictum eſt.

LECTIO XII.

Poſtquàm Philoſophus proſequutus eſt quaſdam dubitationes circa amicitiã ex parte amantium. hic proſequitur dubitationes ex parte eorum, qui amantur. Ponit autẽ circa hoc tres dubitationes. Quarũ prima eſt de numero amicorum. Secunda de neceſſitate ipſorũ, ibi. {Vtrũ autem ĩ bonis, &c.} Lect. 13. Tertia de cõuictu eorum, ibi. {Vtrum igitur quemadmodum, &c.} Lectio. 14. Circa primum duo facit. Primo proponit dubitationem, vtrum ſcilicet aliqs debeat ſibi facere q̃ plurimos amicos, vel non, ſed ſicut prudẽter videtur eſſe dictũ de peregrinatione in prouerbio cuiuſdam dicentis, Non vocer multum peregrinus, neque non peregrinus, ideſt nõ dicatur de me, ꝙ nimis diſcurram per diuerſas terras inutiliter, neque etiam, ꝙ numquam extra domum exeam peregrinationis cauſa, ita etiam congruit, & circa amicitiam eſſe, vt ſcilicet neque aliquis nulli ſit amicus, neque etiam ſit amicus multis ſecundum ſuperabundantiam. Secundo ibi.

b ¶ Soluit prædictam quæſtionem. Et primo quantum ad amicitiam vtilis. Et dicit, ꝙ illud quod dictum eſt de vitanda ſuperflua multitudine amicorum, totaliter videtur congruere in amicis, qui ſunt ad oportunitatem, ideſt ad vtilitatem, quia ſi homo habeat multos tales amicos, a quibus recipiat obſequia, oportet ꝙ etiam econuerſo multis obſequatur. Et hoc eſt valde laborioſum, ita ꝙ non ſufficit tempus vitæ his, qui hoc volunt agere. Si igitur ſint plures amicis vtiles, q̃ ſint neceſſarii ad propriam vitam, nimis diſtrahunt hominẽ, & impediunt ipſum ad bona vitæ, quæ conſiſtit ĩ operatione virtutis, quia dũ homo ſuperflue intẽdit negociis aliorum, conſequẽs eſt, ꝙ non poſſit debitam curã gerere de ſeipſo. Et ita patet, ꝙ non eſt opus homini, habere plures amicos vtiles. Secũdo oſtẽdit idẽ ibi.

c ¶ Et dicit, ꝙ etiã ad delectationem ſufficiunt pauci amici. Delectatio enim exterior, quæ per tales amicos exhibetur q̃ritur ĩ vita humana, ſicut condimenta in cibo, qui etiam ſi parum ſit, ſufficit. Vnde, & pauci amici ſufficiunt homini ad delectationem, vt cum eis per aliquod tempus recreetur. Tertio ibi.

d ¶ Soluit quæſtionem quantũ ad amicos ſecundum virtutem. Et primo oſtendit propoſitũ per rationem. Secundo ꝑ experimentum, ibi. {Sic autem videtur, &c.} Circa primum tria facit. Primo reſumit quæſtionem. Et dicit, ꝙ remanet conſiderandum, vtrũ aliquis debeat ſibi facere amicos virtuoſos plures numero, ita ꝙ quanto plures habet, melius ſit, vel oportet quandã mẽſuram adhibere circa multitudinẽ amicorum, ſicut patet de multitudine ciuitatis, quæ non conſtat ex decem hominib⁹ tantum, ſed nec conſtat ex decem miriadibus, ideſt centũ millibus. (nam mirias idem eſt quod decẽ millia.) Nã præ multitudine non erit ciuitas, ſed quędam regio. Sed quanta multitudo ſit neceſſaria ad ciuitatem, non eſt determinatum ſecũdum aliquid vnum, quia poteſt eſſe ciuitas maior, & minor. Sed poſſunt accipi duo extrema, inter quæ quicquid eſt medium poteſt determinari, vt congruens multitudini ciuitatis. Secundo ibi.

e ¶ Soluit quæſtionem dicens, ꝙ non debet eſſe immenſa multitudo amicorum, ſed debet eſſe quædam determinata multitudo eorum. Et hoc probat tribus rationibus. Quarum prima eſt, ꝙ plures poſſint eſſe amici cum quibus poſſit homo conuiuere hoc

vtique fiet in conuiuere, & cõicare ſermonibus, & mente. Sic.n. vtiq; videbitur conuiuere in hominibus dici, & non quẽadmodum in pecoribus in eodem paſci. Si itaq; beato eſſe, eligibile eſt ſecũdum ſeipſum bonum natura ens, & delectabile. Proximum autem & amici eſt, & amicus eligibilium erit.

i Quod autem eſt ipſi eligibile. hoc oportet exiſtere ipſi, vel ſic indigens erit. Opus ergo erit fœlicitanti amicis ſtudioſis.

## LECTIO XII.

VTrum igit̃ q̃ plurimos amicos faciendũ, vel quemadmodũ in peregrinatione prudẽter dictum eſſe videtur. Neq; multum peregrinus, neq; non peregrinus nocet, & in amicitia congruet, neque non amicum eſſe, neq; rurſus multis amicum ſecundum ſuperabundantiam.

b His quidẽ igitur, qui ad opportunitatẽ, & omnino videbit̃ cõgruere, quod dictũ ẽ. Multis.n. miniſtrare laborioſũ, & non ſufficiẽs vita ipſi hoc agere. Plures vtiq; igitur eorum, quæ ad propriam vitam diſtractiui, & impeditiui ad bene viuere. Nihil igitur opus eſt ipſis.

c Sed & qui ad delectationem ſufficiunt pauci, quemadmodũ in cibo delectamentum.

d Studioſos aũt vtrũ plures ſecundũ numerum, vel eſt quædã menſura, & amicabilis multitudinis, quẽadmodũ ciuitatis, neque.n. ex decẽ hominib⁹ fit vtique ciuitas, & neq; ex decẽ miriadib⁹ adhuc ciuitas eſt. Quantum aũt non eſt forte vnum aliquid, ſed omne intermediũ quorumdam determinatum.

e Et amicorũ quidẽ eſt quædã multitudo determinata, & forte q̃ plures, cum quibus vtique

A *cis, ...*

*uerba mentemue commutando. Sic enim in hominibus dici uidetur ſimul uiuere, & non ut in pecoribus eodem in loco paſci. Si igitur ipſum eſſe per ſe eſt expetibile uiro beato, cum natura ſit bonum, atque iucundum, ſimile autem eſt, & amici ipſius eſſe. Amicus etiam ex his eſt profecto, quæ ex-* B *petibilia ſunt beato.*

*At quod eſt expetibile beato, id adſit ipſi oportet, uel egens erit hac parte. Opus eſt igitur ei qui fœlix futurus ſit, ſtudioſis amicis.*

## LECTIO XII.

*SVnt ne igitur quàm plurimi faciendi amici, an ut de hoſpitalitate dictum concinne fuiſſe uidetur.*

C *Hoſpitẽ ne careas hoſpes, neque pluribus eſto.*

*Sic et ad amicitiam accommodabitur, neque ſine amicis eſſe, neque rurſus nimium multos habere amicos.*

*Ad eas igitur amicitias, quæ ſunt ob utilitatem, & ualde id, quod dictũ eſt accommodatur. Multis enim uiciſſim ſubminiſtrare laborioſum eſt, neque ad hoc agendũ facultates ipſæ ſufficiunt. Plures igitur his, qui ſunt ad* D *facultates proprias ſatis, ſupuacanei ſunt, atque ad bene uiuendum impedimento. Non ergo opus eſt ipſis.*

*Ii quoque, qui comparantur ob uoluptatem ſufficiunt pauci, ut in epulis condimentum.*

*At ſunt ne ſtudioſi plurimi comparandi? An & multitudinis amicorum eſt quidam numerus, perinde ac ciuitatis? Nec enim decem ex hominibus ciuitas conſtare poteſt, nec etiam eſt ex centum milibus ciuitas. Sed quanti-* E *tas non eſt forſitan una quædam determinata, ſed omnis ea quæ eſt media inter quaſdam multitudines definitas.*

*Et amicorum igitur multitudo quædam eſt definita. Atq; ii fortaſſe ſunt plurimi cum quibus quiſpiam uiuere*

hoc enim inter cætera magis videtur eſſe amicabile, ideſt congruens amicitiæ, quæ eſt ſecundum virtutem. Manifeſtum eſt autem ꝙ non eſt poſſibile ꝙ homo conuiuat immoderate multitudini hominum, & ꝙ quodammodo diſtribuat ſe inter multos. Et ſic patet, ꝙ non poſſint eſſe multi amici ſecundum virtutem. Secundam rationem ponit ibi.

F polipħili, ideſt amatores multorum, qui ſcilicet omnibus familiariter potiuntur, non videntur eſſe veri amici alicui, quia nulli diu conuiuunt, ſed pertranſeuntes ſe habent familiariter ad vnumquemque. Sed tamen tales vocantur amici politice, ideſt ſecundum quod eſt conſuetum in ciuitatibus, in quibus amicitia ex talib⁹ applauſibus, & familiaritatibus iudicatur. Hos autem qui ſic ſunt amici multorum, vocant homines placidos, quod ſonat in vitium ſuperabundantiæ in condelectãdo, vt ſupra in Quarto dictum eſt. Deinde cum dicit. Lect. 13.

poterit quis conuiuere, & diſtribuere ſeipſum, non immanifeſtum. hoc.n. uidebatur amicabilius eſſe. Quoniam autem nõ poſſibile multis conuiuere, & diſtribuere ſeipſum non immanifeſtum.

*poteſt. Hoc enim ad amicitiam pertinẽre maxime uidebatur, fieri autem non poſſe, ut unà cum multis quiſpiã uiuat, ſeque multis impartiat non eſt obſcurum.*

f ¶ Manifeſtum eſt enim ꝙ amicos oportet adinuicem conuiuere. Et ita ſi aliquis habeat multos amicos, oportet ꝙ omnes etiã illi ſint amici ſibiinuicem. Aliter enim non poſsũt adinuicem commorari, & per cõſequẽs neque cõuiuere amico. Hoc autem eſt difficile, quod in multis ſeruetur, ſcilicet vt ſint amici adinuicẽ. Et ita nõ videtur poſſibile, ꝙ vnus homo habeat plures amicos. Tertiam rationem ponit ibi.

f Adhuc autem & illos oportet amicos adinuicẽ eſſe, ſi debent oẽs adinuicẽ cõmorari. Hoc autẽ operoſum in multis exiſtere.

G *Præterea illos etiam inter ſeſe amicos eſſe oportet, ſi ſimul omnes uicturi ſunt. Hoc autem difficile eſt in multis,*

Lectio. 14. g ¶ Dictũ eſt enim ſupra, ꝙ amicus congaudet amico. Difficile eſt autem, ꝙ aliquis familiariter congaudeat, & condoleat multis. Veriſimiliter enim concidet, ꝙ oporteat cum vno delectari, & cum alio triſtari, quod eſt impoſſibile. Et ita non eſt poſſibile habere plures amicos. Tertio ibi.

g Difficile aũt fit, & cõgaudere, & condolere familiariter multis. Veriſimile.n. concidere ſimul huic qdẽ cõdelectari, huic autem contriſtari.

*Eſt etiam perdifficile gaudere familiariter cum multis atque dolere, Concurrere enim hæc ſimul poſſunt, cum uno inquam dolere, & cum altero gaudere.*

h ¶ Concludit propoſitum ex dictis ſcilicet ꝙ non bene ſe habet, ꝙ homo inquirat fieri amiciſſimus multis, ſed tot quot poſſent ſufficere ad conuictum, q̃a etiam hoc non videtur eſſe contingens, ꝙ homo ſit valde amicus multis. Vnde etiam ſecundũ amorẽ libidinoſum, vnus homo non amat plures mulieres intenſo amore, quia perfecta amicitia in quadam ſuperabundãtia amoris conſiſtit, quæ nõ poteſt obſeruari niſi ad vnum, vel ad valde paucos. Semper enim id quod eſt abũdans, paucis competit, quia non poteſt in multis contingere ꝙ ad ſummam perfectionem perueniatur ꝑꝑ multiplices defectus, & impedimẽta. Deinde cum dicit.

h Forte igitur bene hæc non quærere, ut multis amiciſſimũ eſſe, ſed tot, quot in conuiuere ſufficientes. Neque.n. contingere videbitur vtique multis eſſe amicũ valde propter quod neque amare plures. Superabũdantia n. quædam eſſe uult amicitiæ. Hoc autem ad unũ, & valde utique ad paucos.

H *Forſitan igitur bene eſt non quærere quàm plurimos amicos habere, ſed quot ad communem uitam habendam ſufficiunt. Neq;.n. poſſe uidetur multis uehementer amicum eſſe, quapropter neque ad amare plures. Exuperatio enim quædam amicitiæ eſt. Hoc autem eſt ad unum, et uehementer igitur amare ad paucos erit.*

i Sic autem uidetur habere in rebus. Non ſunt.n. multi amici, ſecundum hetæricã amicitiã. Hymnizare autẽ in duobus dicuntur. Poliphyli autem, & omnibus familiariter patiẽtes nulli uidentur amici, tamen politice quos placidos uocant.

I *Hoc & in ipſis rebus ita ſe habet. Amicitia namque ſodalitia non fiunt multi amici, et quæ fama celebrantur inter duos fuiſſe dicuntur. Qui uero multos amicos habent, & omnibus ſeſe familiariter offerunt, ij nemini ſunt amici, niſi ciuiliter, quos & placidos appellant,*

K ¶ Oſtendit ſecũdum quam amicitiã dicuntur aliqui eſſe amici multorum. Et dicit, ꝙ hoc contingit eſſe ſecundum amicitiam politicam non ſolum eo modo quo aliquis placidus eſt amicus multorũ, ſed etiam hoc poteſt competere alicui vere virtuoſo. Dictum eſt enim ſupra, ꝙ politica amicitia videtur idem eſſe quod concordia. Virtuoſus autem cum multis concordat in his, quæ pertinent ad vitam politicam. Non tamen contingit, ꝙ virtuoſus habeat amicitiam ad multos propter virtutẽ, ita quod diligat eos propter ſeipſos, & non ſolum propter vtile, vel delectabile. Qui nimmo multum debet eſſe homini amabile & carum, ſi paucos tales amicos poſſit inuenire, ſcilicet propter virtutem, & ſecundum ſeipſos. Lect. 4.

k Politice quidẽ igitur in multis eſſe amicũ, & nõ placidũ entẽ, ſed ut uere epyiche. Propter uirtutem aũt, & propter ſeipſos non eſt ad multos. Amabile aũt & ad paucos inuenire tales.

*Fit igitur ut ciuiliter multis ſit quiſpiam amicus, etiam ſi non ſit placidus: ſed uere uir probus. Sed ob uirtutem, & ſeipſos amicitia non eſt ad multos. Amabile autem eſt, & paucos inuenire tales.*

## LECTIO XIII.

Vtrum autẽ in bonis fortunis amicis opus eſt magis, uel ĩ ĩfortuniis? In ambobus enim requitũtur. Et enim infortunati indigenti auxilio, & fortunati conuiuentibus, & quibus benefaciãt, Volunt enim bene operari.

K

## LECTIO XIII.

*At utra ĩ fortuna magis opus eſt amicis? Vtrũ in proſpera an in aduerſa? In utraq; năq; quærũtur. Nã et q fortunã habẽt aduerſam, indigent ope. Et q ſunt ĩ rerũ proſperitate, eorũ indigent quibus cũ uiuãt, & in quos beneficia cõferãt. Volunt.n. donare beneficiaq; cõferre.*

## LECTIO XIII.

Poſtquàm Philoſophus ſoluit dubitationem de multitudine amicorum. Hic proponit dubitationem de neceſſitate eorũ. Et circa hoc tria facit. Primo proponit dubitationẽ. Secundo ſoluit eam, ibi. {Neceſſariũ magis, &c.} Tertio probat quoddam quod ſuppoſuerat, ibi. {Eſt enim &c.} Dicit ergo primo, ꝙ poteſt dubitari, vtrum homo habeat opus amicis magis in bonis fortunis, vel infortuniis. Manifeſtum eſt enim, ꝙ in vtraque fortuna requiruntur amici. In infortuniis enim homo habet opus amicis, qui ei ferant auxilia contra infortunia. In bonis autem fortunis, homines habent opus amicis, quibus conuiuant, & quibus benefaciant. Si enim ſunt virtuoſi, volunt bene operari. Deinde cum dicit.

i ¶ Oſtendit propoſitum per experientiam. Ita enim videmus in rebus contingere, ꝙ vnus ad paucos habet amicitiam. Non enim inueniuntur eſſe multi amici vnius ſecundum amicitiam hetæricam. i. ſodalium, vel coniunctorum. Quod probat quodam prouerbio, quo dicuntur aliqui hymnizare in duobus. Conſuetum eſt.n. vt plurimum, ꝙ iuuenes ſocialiter bini incedunt cantantes. Sed

b ¶ Ponit



b ¶ Ponit ſolutionem quæſtionis concludens ex præmiſſis, ꝙ habere amicos eſt homini magis neceſſarium in infortuniis, in quibus indiget auxilio, quod fit per amicos, vt dictum eſt. Et inde eſt, ꝙ in tali ſtatu homo habet opus amicis vtilibus, qui ei auxilium ferant. Sed in bonis fortunis eſt melius, ideſt magis honeſtum habere amicos. Et inde eſt, ꝙ in hoc ſtatu quẹrunt homines amicos virtuoſos, quia eligibilius eſt talibus benefacere, & cum eis cõuerſari. Deinde cũ dicit.

A hoc eſt præter principale propoſitum ſubiungit, ꝙ ad præſens dimittendum eſt inquirere: vtrum propter hoc quod dictum eſt, vel propter aliquid aliud alleuiãtur homines triſtati ex præſentia amicorum condolentium. Manifeſte tamen apparet accidere hoc, quod dictum eſt. Tertio ibi.

b Neceſſarium quidem enim magis utique in infortuniis. Propter quod utilibus hic opus eſt. melius autem in bonis fortunis. Propter quod, & epyiches quærunt, hos enim eligibilius beneficiare, & cum his conuerſari.

*Amicos igitur habere neceſſariũ quidem eſt magis in aduerſa fortuna. Quapropter hic utilibus amicis eſt opus. Honeſtius autem eſt in proſperitate fortunæ, Iccirco & bonos quærunt, In hos enim beneficia conferre, atque cum his una degere magis eſt expetibile.*

c ¶ Probat quod ſuppoſuerat, ſcilicet, ꝙ amicis in vtraque fortuna ſit opus. Et primo proponit qđ intendit, et dicit, ꝙ ipſa præſentia amicorum eſt delectabilis tam in bonis fortunis, quàm in infortuniis. Secundo ibi.

c Eſt.n. & præſentia ipſa amicorum delectabilis, & in bonis fortunis, & in infortuniis.

B *Eſt enim & ipſa præſentia amicorum iucunda in utraque fortuna,*

d ¶ Probat propoſitum, & primo quã tum ad infortunia. Secundo quãtum ad fortunas bonas, ibi. {In bonis fortunis, &c.} Tertio infert quoddam corollariũ ex dictis, ibi. {Propter quod videbitur &c.} Circa primum tria facit. Primo manifeſtat propoſitum. Et dicit, ꝙ homines qui ſunt in triſtitia, alleuiationem quandam ſentiunt ex præſentia amicorum eis condolentium. Secundo ibi.

d Alleuiantur.n. triſtati cũ dolentibus amicis.

*Nam leuantur ipſi dolentes condolentibus ipſis amicis.*

e Propter quod, & ſi dubitabit aliquis: vtrum quemadmodum graue tranſumunt, vel hoc quidem non. Pręſentia autem ipſorum delectabilis exiſtens, & intellectus eius, quod eſt condolere minorem triſtitiam facit. Siquidem igitur propter hoc, vel propter aliud aliquid alleuiantur, dimittãtur. Accidere autẽ videtur, quod dictum eſt.

*Quapropter, & dubitauerit quiſpiam, ſi doloris, ut oneris amici participes fiunt. An hoc quidem non fit. Ipſorum autem præſentia cum ſit iucunda condolendique ſenſus minuit ipſum dolorem. Verum ſi ob hæc, aut ob aliquid aliud leuantur miſſum fa-* C *ciamus. Id quod dictum eſt euenire ſane uidetur.*

e ¶ Inquirit, quæ ſit cauſa huius quod dictum eſt. Et ponit duas cauſas ſub dubitatione, quæ earum potior ſit. Quarum prima ſumit ex exẽplo eorum qui portant aliquod pondus graue, quorum vnus alleuiatur ex ſocietate alterius onus illud ſecum ſumentis. Et ſimiliter videtur, ꝙ onus triſtitiæ melius ferat vnus amicorũ, ſi alius ſecum idem onus triſtitiæ ferat. Sed hæc ſimilitudo non videtur cõgruere quãtum ad ipſam triſtitiam. Nõ enim eiuſdem triſtitiæ numero, quam quis patitur, alius partem ſibi aſſumit, vt ex hoc alterius triſtitia minuatur. Poteſt tamẽ congruere quantum ad triſtitiæ cauſam, puta ſi aliquis triſtatur ex damno quod paſſus eſt, dum amicus partem damni ſubit, minuitur damnum alterius, & per conſequens triſtitia. Secunda cauſa melior eſt, & competit quantum ad ipſam triſtitiam. Manifeſtum eſt enim, ꝙ quælibet delectatio ſuperueniens triſtitiã minuit. Amicus autem præſens, & condolens delectationẽ ingerit, dupliciter. Vno modo, quia ipſa præſentia amici eſt delectabilis. Alio modo, quia dum intelligit eum ſibi condolere, delectatur in eius amicitia, & ſic eius triſtitia minoratur. Et quia

f ¶ Oſtendit, ꝙ præſentia amici condolẽtis habet quãdam triſtitiam admiſtam. Et primo oſtendit propoſitum. Secundo infert quoddam corollarium ex dictis, ibi. {Propter quod viriles, &c.} Dicit ergo primo, ꝙ præſentia amicorum condolentium videtur quandam mixtionem habere ex delectabili & triſtabili. Ipſa enim viſio amicorum eſt delectabilis, & ꝓpter aliam rationem cõmunẽ, & ſpecialiter homini infortunato qui ab amico adiuuatur, ad hoc ꝙ non contriſtetur, inquantum amicus conſolatur ſuum amicum, & ex viſione, & etiam ex ſermone ſi ſit epidexius, ideſt idone⁹ ad conſolandum. Cognoſcit enim vnus amicus mentem alterius, & in quibus amicus ſuus delectatur & triſtatur, & ſic poteſt ei conueniens remedium adhibere cõtra triſtitiã. Per hũc ergo modum præſentia amici condolentis eſt delectabilis. Sed ex alia parte eſt triſtis, inquantũ homo ſentit amicũ ſuũ contriſtari in ſuis infortuniis. Quilibet enim homo bene diſpoſit⁹, refugit quantum poteſt eſſe cauſa triſtitiæ ſuis amicis. Deinde cum dicit.

f Videtur autem præſentia mixta quidem ipſorũ eſſe. Ipſum quidem enim uidere amicos delectabile ſpecialiterq;, & in fortunato, & quoddam fit auxiliũ ad non triſtari. Conſolatiuum enim amicus, & uiſione, & ſermone ſi ſit epydeſius. Nouit.n. morem, & in quibus delectatur & triſtatur. Triſtatum autẽ ſentire in ipſius infortuniis triſte. Omnis enim fugit, triſtitiæ cauſam eſſe amicis.

*Ipſorum autem præſentia inmixta quidem eſt. Nam aſpicere quidem amicos iucũdum eſt, præſertim ei, qui calamitatibus præmitur, fert præſidiũ aliquod aduerſus dolores. Conſolationem.n. ipſe amicus, & aſpectu, et uerbis afferre poteſt, modo ſit dexter,* D *Scit namque mores, quibus gaudet, atque dolet, Atque ſentire ſuas ob erũnas dolere amicum affert dolorem. Nam omnes fugiunt ſe cauſam doloris eſſe amicis.*

g Propter quod, uiriles quidẽ ſecundum naturam reuerentur contriſtari amicos ipſis. Et ſi nõ ſuper tendat in triſtitia eã, quæ illi fit triſtitiam, non ſuſtinet totaliter. Neque in comploranti- bus complacet, propter neque ipſos eſſe ploratiuos. Muliebriter autem, & tales viri coanguſtatis gaudent, & amant vt amicos, & condolentes. Imitari autem in omnibus oportet, videlicet meliorem.

*Quapropter uiriles quidẽ natura cauent, ne amici ſecum condoleãt. Et ſi non exuperent indolentia dolorem, quo illi afficiuntur non ferunt, Atque omnino ſimul plorantes merenteſque non admittunt, quia nec ipſi ſunt propenſi ad luctus. Mulierculæ uero, &* E *huiuſcemodi uiri gaudent his, qui unà cum ipſis gemunt, et amant eos tãquã amicos, & condolentes. Oportet autem omnibus in rebus præſtabiliorẽ imitari.*

g ¶ Concludit ex præmiſſis, ꝙ homines, qui ſunt virilis animi naturaliter verentur, & cauent ne amici eorũ propter ipſos contriſtentur. Eſt enim de natura amicitiæ, ꝙ amicus velit benefacere amico, non autem eſſe ei cauſa alicuius mali. Et nullo modo ſuſtinent viriles homines, ꝙ amici eorum propter eos contriſtẽtur niſi ſuperexcedat auxilium, quod ab amicis ſibi præbetur ad non contriſtandum triſtitiam amicorum. Suſtinent enim ꝙ per modicam amicorũ triſtitiam ſua triſtitia ſubleuetur. Et vniuerſaliter virilibus hominibus non complacet habere comploratores, quia ipſi viriles homines non ſunt ploratiui. Sunt autem quidam viri muliebriter diſpoſiti, qui delectantur in hoc, ꝙ habeant aliquos ſimul ſecum anguſtiatos, & amant eos, qui ſibi condolent, quaſi amicos. Sed in hac diuerſitate hominum oportet imitari quantum ad omnia meliores, videlicet viriles. Deinde cum dicit.

h ¶ Oſtendit

h In bonis fortunis autẽ, amicorum prȩſentia, & cõuerſationem delectabilem habet, & intelligentiam, quoniam delectãtur in ipſius bonis.

i Propter quod videbitur vtiq; oportere ad bonas fortunas quidem vocare amicos prompte. beneficũ enim oportet eſſe bonum. ad infortunia autem pigritantem: tradere enim oportet vt minimum malorum. vnde hoc: ſufficienter ego infortunans. Maxime ad vocãdum cum debeant pauca turbati, magna ipſum iuuare.

K Ire aũt econuerſo forte congruit ad infortunatos quidẽ nõ vocatũ, & prompte. Amici.n. benefacere, & maxime his, qui in neceſſitate, & hoc non dignificantibus: ambobus.n.melius & delectabilius. Ad bonas fortunas autem cooperãte quidem prompte. etenim ad hoc neceſſitas amicorũ. ad bonã paſſionẽ aũt quiete. Non.n. bonũ promptum fieri iuuari. Opinionem autem delectationis immorari forte reuerendum: quandoque enim accidit. Præſentia itaque amicorum in omnibus vtique eligibilis videtur.

F *At amicorum proſperis in rebus præſentia, & uoluptatem affert omni in actu, & cognitionem delectat, ꝙ in ipſius bonis lætantur.*

G *Quapropter, uidebitur oportere in proſperitatibus quidem prompte uocare amicos. Eſt enim honeſtum beneficum eſſe: in aduerſitatibus autem pigre. Minime namque facere participes malorum ipſos oportet. Vnde & illud dicitur.*

*Sat eſt grauis triſtiſque, ſi me fors præmit.*

*Maxime tamen uocandi ſunt tũc amici, cum parua ſuſcepta moleſtia, multum prodeſſe poſſunt.*

H *Contra autem fortaßе congruum eſt ad calamitoſos quidem ire non uocatum, & prompte. Eſt enim amici beneficia conferre, præſertim in eos qui indigent, & antea quàm illi requirãt. Vtriſque namque honeſtius, atque iucundius eſt. Ad fortunatos autem prõpte quidem accedere ad operandum una cum illis. Eſt enim ad hæc opus amicis. Lente autem pro beneficiis cõſequendis. Non eſt enim honeſtũ utilitatis ſuæ cauſa properare. Cauenda autem eſt forſitan opinio iniucunditatis in repellendo. accidit enim nonnumquam.* I *Præſentia igitur amicorũ uniuerſis expetibilis eſt.*

h ¶ Oſtendit ſecundam partem propoſiti, ſcilicet ꝙ præſentia amicorum in bonis fortunis ſit laudabilis. Et dicit, ꝙ in bonis fortunis præſentia amicorum duo delectabilia habet. Primo quidem conuerſationem amicorum. quia delectabile eſt cum amicis conuerſari. Secundo hoc, ꝙ homo intelligit amicos ſuos delectari in propriis bonis. Quærit enim vnuſquiſque eſſe amicis ſuis delectationis cauſa. Deinde cum dicit.

i ¶ Infert quoddã corollariũ ex dictis, continens in ſe quædam documenta moralia. Et primo quantum ad eos qui conuocant amicos. Secũdo quantum ad eos qui ſpõte ad amicos accedunt, ibi. {Ire autem, &c.} Circa primum ponit tria documenta moralia. Primo quidem concludens ex præmiſſis ꝙ quia delectabile eſt, ꝙ homo intelligat amicos ĩ propriis bonis delectari, oportet, ꝙ homo prompte vocet amicos ad ſuas bonas fortunas, vt eas ſcilicet amicis communicet. Oportet enim ꝙ bon[9] homo benefaciat amico. Secundum documentum eſt, ꝙ homo tarde, & cũ quadã pigritia vocet amicum ad ſua infortunia. Debet enim homo tradere amico de ſuis malis quantum minimum poteſt. Et ad hoc inducit prouerbium cuiſdam dicentis. Sufficienter ego infortunas. q. d. ſufficit, ꝙ ego infortunium patior. Non oportet ꝙ etiã amici mei hæc patiãtur. Tertium documentum eſt, ꝙ tunc maxime ſunt amici ad infortunia vocandi, quando cum pauca ſua turbatione poſſunt amico magnum iuuamẽ prȩſtare, &c. Deinde cum dicit.

K ¶ Ponit tria documẽta ex parte ſpõte euntium ad amicos. Quorum primũ eſt, quòd ad amicos in infortuniis exiſtentes oportet aliquando prompte ire, etiam non vocatum, quia amici proprium eſt benefacere amicis, & maxime illis, qui ſunt in neceſſitate, & qui non dignificant, ideſt qui non dignum ducunt hoc requirere ab amico. Sic enim dum auxilium præſtatur non requirenti, ambobus, ſcilicet præſtanti, & requirenti fit melius, ideſt honeſtius. Quia & ille qui dat videtur magis ſponte dare, & ille qui recipit virtuoſe agit, nolendo grauare amicum. Eſt etiam ambobus delectabilius, quia & recipiens non patitur a verecundia, quam quis patitur in requirendo amicum, & etiam dans magis delectatur, quaſi ex ſeipſo non prouocatus faciens opus virtutis. Secundum documentum eſt, ꝙ ad bonas fortunas amici prõpte ſe debet homo offerre ad cooperandum ei, cum neceſſe fuerit, quia ad hoc indiget homo amicis, vt ſcilicet ei cooperẽtur. Tertium documentum eſt, ꝙ ad hoc ꝙ homo bene patiatur ab amico bene fortunato debet homo accedere quiete, ideſt remiſſe, & non de facili. Non enim eſt bonum, ꝙ homo reddat ſe promptum ad ſuſcipiendum iuuamen ab amico. Sed homo debet vereri, & cauere opinionem delectationis, ideſt ne hanc famam incurrat, ꝙ ipſe non ſit delectabilis amico in hoc, quòd eſt onerosũ eſſe, ideſt propter hoc, ꝙ ipſe ſe reddit oneroſum amico. quod manifeſtum eſt quandoq; accidere. Dum enim aliqui ſe nimis ingerunt beneficiis recipiendis, reddunt ſe oneroſos, & indelectabiles ſuis amicis. Vel ſecundum aliam literam. Debet homo reuereri, ideſt cauere opinionem delectationis in immorari, ideſt ꝙ amicus eius opinetur de eo, ꝙ delectetur immorari circa ipſum propter beneficia. Vltimo autem ex prȩmiſſis concludit, ꝙ præſentia amicorum in omnibus videtur eſſe eligibilis.

## LECTIO XIIII.

Trum igitur (quẽadmodum in amantibus videre delectabiliſſimũ eſt, & magis eligũt habere hunc ſenſum, q̃ alios, vt ſecundũ hũc maxime amore ente, & facto) ſic & amicis eligibiliſſimum eſt conuiuere.

b Communicatio.n.amicitia.

## *LECTIO XIIII.*

K *At eſt ne (ut adamantibus amabiliſſimũ eſt ipſe aſpectus magiſq; hunc ſenſum quàm cæteros expetunt, propterea quòd per hunc maxime eſt atque oritur amor) ſic & amicis maxime expetibile conuerſari ſimulque uiuere?*

*Amicitia namq; cõmunicatio eſt.*

## LECTIO XIIII

Retractatis quæſtionibus de multitudine, & neceſſitate amicorum, hic inquirit de cõuictu eorũ. Et circa hoc tria facit. Primo proponit quæſtionem. Secundo manifeſtat veritatem, ibi. {Communicatio, &c.} Tertio infert corollariũ ex dictis, ibi. {Fit igitur, &c.} Dicit ergo quòd conuictus fundatur in quadam aſſimilatione ad amationem libidinoſam, in qua quidem videmus, q̃ amãtibus eſt maxime appetibile videre illas quas amant. Et magis eligunt hunc ſenſum, ſcilicet viſus, q̃ alios exteriores ſenſus, quia ſicut ſupra dictum ẽ; per viſionem incipit fieri maxime paſſio amoris, & ſecundum hunc ſenſum conſeruatur. Prouocatur enim talis amor præcipue ex pulchritudine, quam viſus percipit. Eſt ergo queſtio, quid ſit proportionale viſioni in amicitia, vtrum ſcilicet ipſum conuiuere, vt ſcilicet ſicut amantes maxime delectantur in mutuo viſu, ſic amici in mutuo conuictu. Secundum tamen aliam literam non inducitur hoc per modum quæſtionis, ſed per modum concluſionis, quæ quidem litera, ſic habet. Iam igitur quemadmodum, &c. Et poteſt hoc concludi ex eo, quod ſupra probatum eſt, præſentia amicorum in omnibus eſſe delectabilis. Deinde cum dicit.

b ¶ Manifeſtat veritatem præmiſſæ ſiue quæſtionis, ſiue concluſionis, triplici ratione. Quarum prima eſt, quia amicitia in cõmunicatione conſiſtit, vt patet ex his, quæ dicta ſunt in Octauo. maxime autem ſeipſos ſibiinuicem communicant in conuictu. Vnde conuiuere maxime videtur eſſe proprium, & delectabile in amicitia. Secundam rationem ponit ibi.

c ¶ Sicut



c Et ut ad ſeipſum habet, ſic & ad amicum. Circa ſeipſum aũt ſenſus, quoniam eſt eligibilis, & circa amicum vtique. Operatio autem fit ipſius in conuiuere. quare cõueniẽter hoc appetũt.

d Et quod aliquando eſt in ſingulis eſſe, vel cuius gratia eligũt viuere in hoc cum amicis volũt cõuerſari. Propter quod hi quidem compotant, ij autem colludunt ad aleas. Alii autem coexercitantur, & conuenantur, & comphiloſophantur. Singuli in hoc communicantes quodcũque maxime diligunt eorum, q̃ in vita. Conuiuere enim volentes cum amicis hoc faciunt, & his communicant quibus exiſtimant conuiuere.

e Fit igitur prauorum quidem amicitia mala. Communicant enim prauis, inſtabiles entes. Et mali autem fiunt aſſimilati adinuicem.

f Quæ autem eorum, qui epyiches coaucta colloquiis. Videntur autem & meliores fieri operantes, & degentes adinuicem. Recipiũt enim adinuicem quibus & complacent. Vnde bona quidem a bonis. De amicitia igitur intantum dictum ſit. Sequens autem vtique erit pertranſire de delectatione.

A *Et ut ad ſeipſum quiſq; ſic ſeſe habet, & ad amicum. Senſus autem cuique de ſeipſo eſt expetibilis. Igitur & de amico. At operatio ipſis inſimul uiuendo fit. Quare non immerito uiuere ſimul affectant.*

*At quod tandem eſt ſingulis eßе, uel gratia cuius uiuere expetunt, in eo cum amicis uerſari degereque uolunt. Quocirca alii compotant, alii talorum ludo ſimul incumbunt, alii ſimul ſeſe exercent, & una uenantur aut philoſophantur,* B *ſinguli totos dies id ſimul agentes, quod maxime amãt. Viuere enim ſimul cum amicis uolentes hæc faciunt. Et ea cum his communicant, quibus cum una uiuere expetunt, quæ maxime ipſos in uita delectant.*

*Fit igitur amicitia quidem improborum flagitioſa. Communicant enim praua, ſuntque inſtabiles, & peiores etiam fiunt moribus ſimiles euadentes.*

C *Proborum autem proba congreſſionibus ſuſcipiens incrementa. Vidẽtur etiam tales, & præſtabiliores euadere, tam agendo, quàm ſe mutuo emendando. Eliciunt enim ex ſeſe mutuo ea quæ placent. Vnde illud dicitur recte.*

*Diſces ex ſtudioſis nimirum optima ſemper.*

*Sed hactenus de amicitia. deinceps de uoluptate dicamus.*

c ¶ Sicut homo ſe habet ad ſeipſum, ita ſe habet ad amicum, vt ex ſupra dictis patet. Ad ſeipſum autẽ ita ſe habet, ꝙ eſt ſibi eligibile, & delectabile, ꝙ ſentiat ſeipſum. Ergo hoc etiã eſt ei delectabile circa amicum. Sed hoc fit in conuiuendo, quia per mutuas operationes quas vident ſeinuicẽ eſſe ſentiũt. Conuenienter ergo amici appetunt adinuicem conuiuere. Tertiam rationẽ ponit ibi.

d ¶ Quæ ſumitur ab experimento. Videmus enim ꝙ homines volunt cum ſuis amicis conuerſari, ſecũdum actionem, in qua principaliter delectantur quam reputant ſuum eſſe, & cuius gratia eligunt ſuũ viuere, quaſi ad hoc totam vitã ſuam ordinantes. Et inde eſt, ꝙ quidam cum amicis volunt ſimul potare, quidam autem ſimul, ludere ad aleas quidam autẽ exercitari, puta in torneamentis luctationib[9], & aliis huiuſmodi, vel etiam ſimul venari, vel ſimul philoſophari, ita ꝙ ſinguli illa actione volũt cõmorari cum amicis quam maxime diligunt inter omnia huius vitæ. Quaſi enim volentes conuiuere cum amicis huiuſmodi actiones faciunt, in quibus maxime delectentur, & in quibus reputant cõſiſtere totam vitam ſuã. Et in talibus actionibus cõmunicant amicis, quarum communicationẽ exiſtimãt eſſe conuiuere. Et ſic patet, ꝙ conuiuere ẽ eligibiliſſimum in amicitia. Deinde cũ dicit.

e ¶ Concludit ex præmiſſis de bonorũ & prauorum amicitia. Primo quidem circa prauos, ꝙ eorũ amicitia eſt mala. Delectantur enim maxime in prauis operibus, et in his ſibiinuicem communicant, et cum ſint inſtabiles, ſemp̱ de malo in peius procedũt, quia vn[9] efficitur malus accipiendo ſimilitudinem alterius. Secundo ibi.

f ¶ Concludit quãtũ ad bonos, ꝙ amicitia virtuoſorũ eſt bona & ſemper bonis colloquiis in virtute coaugetur. Et ipſi amici fiunt meliores in hoc, quod ſimul operantur, & ſe inuicem diligunt. vnus enim ab alio recipit exemplum virtuoſi operis, in quo ſibi complacet. Vnde in prouerbio dicitur, ꝙ bona homo ſumit a bonis. Vltimo autẽ epylogando cõcludit, ꝙ de amicitia in tantum dictum ẽ, D & ꝙ conſequenter dicendum de delectatione. Et ſic terminatur ſententia Noni Libri.

# ARISTOTELIS MORALIVM AD NICOMACHVM

## LIBER DECIMVS.

Cum Sancti Thomæ Aquinatis præclariſsimis commentariis.

### LECTIO PRIMA.

POſtquàm Philoſophus determinauit de virtutibus moralibus, & intellectualibus, & etiam de continẽtia, & amicitia, quæ quandam affinitatem cum virtute habent. In hoc decimo Libro intendit determinare de fine virtutis. Et primo quidem de fine virtutis, quæ eſt hominis in ſeipſo. Secũdo autem de fine virtutis in reſpectu ad bonum commune, quod eſt bonum totius ciuitatis ibi. {Vtrum igitur ſi & de his, &c.} Circa primum duo facit.

Lectio. 14. Primo determinat dẽ delectatione, quæ a quibuſdam eſſe ponitur virtutis finis. Secundo de fœlicitate determinat, quæ ſecundum omnes eſt finis virtutis, ibi. {Dictis autem his, &c.}

Lect. 9. Circa primũ duo facit, Primo prohœmialiter oſtendit, ꝙ determinandum eſt de

Lect. 1. delectatione. Secundo poſt prohœmium proſequitur ſuum ꝓpoſitum, ibi. {Eudoxus ergo delectationem, &c.} Circa primum duo facit. Primo proponit, quod intendit. Et dicit, ꝙ poſt prædicta, conſequens eſt vt pertranſeunter, ideſt breuiter de delectatione tractetur. Tractauerat quidem ſupra in Septimo de delectatione inquantum eſt materia cõtinentiæ. Vnde ibi potiſſime ſua cõſideratio verſabatur circa delectationes ſenſibiles, & corporales. Nunc autem intendit determinare de delectatione *ſecundum quod adiungitur fœlicitati*. Et ideo præcipue determinat de delectatione intelligibili, & ſpirituali. Secundo ibi.

b ¶ Probat, ꝙ de delectatione ſit agendum tribus rationib⁹. Quarum prima ſumitur ex affinitate delectationis ad nos. Videtur enim delectatio maxime connaturaliter appropriari humano generi. Et ideo œacizontes, ideſt gubernatores domorũ maxime erudiunt pueros per delectationem, & triſtitiam. Volentes enim eos prouocare ad bonum, & reuocare a malo bene agentes eos ſtudent delectare, puta aliquibus munuſculis, male autẽ agentes contriſtant, puta verberibus. Et quia moralis philoſophia de rebus humanis conſiderat, pertinet ad moralem de delectatione conſiderare. Secundam rationem ponit ibi.

c ¶ *Quæ ſumitur per comparationem ad virtutem.* Et dicit, ꝙ maxime videtur ad moralem virtutem pertinere, ꝙ homo gaudeat in quibus oportet, & odiat ea, quæ oportet, & contriſte-

G tur in eis. Præcipue enim conſiſtit virtus moralis in ordinatione appetitus, quæ cognoſcitur per ordinationem delectationis, & triſtitiæ, quæ conſequuntur omnes appetitiuæ partis motus, vt ſupra in Secundo dictum eſt. Et hoc eſt, qđ ſubdit ꝙ hæc ſcilicet delectatio, & triſtitia, protenduntur ad omnia, quæ ſunt humanæ vitæ, & habẽt magnam poteſtatem ad hoc, ꝙ homo ſit virtuoſus, & fœliciter viuens, quod non poteſt eſſe ſi inordinate delectetur, vel triſtetur. Homines enim frequenter eligunt delectabilia et mala, & fugiunt triſtia etiam bona. Nequaquam autem videtur, ꝙ homo, qui vult eẽ virtuoſus, & fœlix debeat eligere delectationem, & fugere triſtitiã pro talibus, ſcilicet pro hoc ꝙ ĩcurrat aliquas malas operationes, vel ꝙ careat operib⁹ virtutis. Et ecõuerſo poteſt dici, ꝙ non eſt eligendum facere mala, aut vitare bona ꝓ talibus, ideſt pro delectabilibus accipiendis, & triſtibus fugiẽdis. Et ſic patet, ꝙ ad moralẽ philoſophũ pertinet conſiderare de delectatione, ſicut & de virtute morali, & de fœlicitate. Tertiam rationem ponit ibi.

d ¶ Quæ quidem ſumitur ex dubitatione exiſtente circa delectationem. Et circa hoc duo facit. Primo enumerat diuerſas opiniones circa delectationem ex quibus dubitatio procedit.

K Secundo reprobat quoddam quod in opinionibus dictum eſt, ibi, {Ne forte autem, &c.} Dicit ergo primo, ꝙ alia ratione determinandum eſt de delectatione & triſtitia, quia habent multam dubitationem. Quod patet ex diuerſitate loquentium de eis. Quidam enim dicunt delectationem eſſe quoddam bonũ. Quidam econtrario, dicunt delectationẽ eſſe aliquid valde prauum. Et hoc diuerſimode. Nam quidam hoc dicunt, quia perſuaſum eſt eis, ꝙ ita ſe habeant, & ita credunt ſe verum dicere. Alii vero licet non credant, ꝙ delectatio ſit aliquid prauum, tamen exiſtimant melius eſſe ad vitam noſtram enunciare, quod delectatio ſit quoddam prauum, quamuis non ſit ad retrahendum homines a delectatione ad quam multi inclinantur, & ſeruiunt delectationibus. Et ideo oportet homines ducere in contrarium, vt ſcilicet abhorreant delectationes enunciando eas eſſe malas. Sic enim peruenitur ad medium, vt ſcilicet homo moderate delectationibus vtatur. Deinde cum dicit.

e ¶ Reprobat

### LECTIO I.

POſt hæc autem de delectatione forte ſequitur pertranſire.

b Maxime quidem videtur coappropriari generi noſtro. Propter quod erudiũt iuuenes œacizõtes delectatione, & triſtitia.

c Videtur autem, & ad moris virtutem maximum eſſe gaudere quibus oportet, & odire, quę oportet. Protendunt enim hæc per omnem vitam inclinationẽ habentia, & potẽtiam ad virtutem, & fœlicem vitam. Delectabilia quidem enim eligunt, triſtia autem fugiunt. Pro talibus autem nequaquã videbitur eligendum eſſe.

d Specialiterq;, & multam habentes dubitationem, ii quidẽ enim bonum delectationem dicunt, ii autem econtrario, valde prauum, ii quidem forte perſuaſi ſic, & habere, ii autẽ exiſtimãtes melius eſſe ad vitam noſtrã enunciare delectationẽ prauorum, & ſi nõ eſt. Inclinare enim multos ad ipſam, & ſeruire delectationibus, ꝑꝑ quod oportere in contrariũ ducere. Venire. n. vtique ſic ad medium.

### LECTIO I.

*POſt hæc ſequitur forſitan, ut de uoluptate dicamus.*

*Maxime namque uoluptas noſtro generi familiaris eſt. Quapropter erudiunt iuuenes gubernantes ipſos uoluptate, atque dolore.*

H *Videtur autem ad conſequendam moris uirtutem maximum eſſe gaudere his, quibus oportet, & odiſſe ea, quæ oportet. Comitantur enim hæc tota in uita, momentum, & uim ad uirtutem habentia, fœlicemque uitam. Nam eligunt quidem ea, quæ uoluptate afficiunt, fugiunt autem ea, quæ dolorem efficiunt. Talia uero minime prætermittenda ſunt.*

I *Præſertim cum magna de ipſis ſit controuerſia. Quidam enim ſummum bonum uoluptatem eſſe dicunt. Quidam contra uehementer prauum, partim forſitan, & credentes ſic eſſe, partim putantes ad uitam noſtram melius eſſe, uoluptatem oſtendere prauam eſſe, & ſi talis non eſt. Plerique enim propenſiores ſunt ad ipſam, & uoluptatibus inſeruiunt. Quamobrem ad contrarium ipſos ducere oportere dicunt. Sic enim ad ipſum medium tandem peruenient.*



e ¶ Reprobat id quod vltimo dictum eſt. Non enim videtur eſſe bene dictum, ꝙ homines falſo enuncient delectationes eſſe malas ad hoc, ꝙ homines retrahantur ab eis, quia circa actiones & paſſiones humanas minus creditur ſermonibus, q̃ operibus. Si enim aliquis operetur, quod dicit eſſe malum, plus prouocat exemplo q̃ deterreat verbo. Et huius ratio eſt, quia vnuſquiſq; videtur eligere id, quod ſibi videtur eſſe bonum in particulari, circa qđ ſunt paſſiones, & operatiões humanæ. Quãdo ergo ſermones alicuius diſſonant operib⁹ ſenſibiliter in ipſo apparentibus, tales ſermones contemnuntur. Et per conſequens interimitur verum qđ per eos dicitur. Et ita accideret in propoſito. Si enim aliquis vituperans omnem delectationem videretur ad aliquam delectationem inclinari, daret intelligere, ꝙ omnis delectatio eſſet eligenda. Multitudo enim vulgaris nõ poteſt đterminare diſtinguendo hoc eſſe bonum & hoc malũ, ſed indiſtincte accipit eſſe bonum, quod in vno bonum apparet. Sic ergo ſermones veri non ſolum videtur eſſe vtiles ad ſcientiam, ſed etiam ad bonam vitã. Creditur enim eis in quãtum cõcordant cum operibus. Et ideo tales ſermones prouocant eos, qui intelligunt veritatem ipſorum vt ſecundum eos viuant. Vltimo autẽ epilogando concludit, ꝙ de talibus ſufficienter dictum eſt. Oportet autem procedere ad ea, quæ dicta ſunt ab aliis de delectatione.

### LECTIO II.

POſtquam Philoſophus oſtẽdit, ꝙ determinandum eſt de delectatione, hic incipit de ea tractare. Et primo proſequitũ opiniones aliorum. Secundo determinat veritatẽ, ibi. {Quid autem eſt, vel quale, &c.} Circa primum duo facit. Primo proſequitur opinionem ponentium delectationem in genere bonorum. Secundo proſequitur opinionem contrariam, ibi. {Tali vtique ratione, &c.} Circa primum duo facit. Primo ponit rationes ex quibus probabat Eudoxus delectationem eſſe in genere bonorum. Secundo ponit rationes, ex quibus probabat eas eſſe maximum bonum, ibi. {Maxime autem eligibile, &c.} Circa primum duo facit. Primo oſtendit, quomodo Eudoxus pro-

A babat delectationem eſſe de genere bonorum ex parte ipſius delectationis. Secundo, quomodo hoc probabat ex parte contrarii, ibi. {Non minus autem, &c.} Circa primum duo facit. Primo proponit opinionem, & rationem Eudoxi. Secundo oſtendit, quare eius opinioni, & rationi credebatur, ibi. {Credebantur autem, &c.} Dicit ergo primo ꝙ Eudoxus exiſtimabat đ delectationẽ eſſe de genere bonorum, quia videbat, ꝙ omnia deſiderant ipſam tam rationalia ſcilicet homines, q̃ irrationalia ſcilicet bruta animalia. Illud autẽ qđ eſt apud omnes eligibile, videtur eſſe epyiches, ideſt bonum, & maxime potẽs in bonitate, ex quo poteſt trahere ad ſe omnem appetitum. Et ſic, ꝙ omnia ferãtur ad idẽ ſcilicet ad delectationem denunciat ꝙ delectatio non ſolum ẽ bonum, ſed etiã quoddam optimum. Manifeſtum eſt enim ꝙ vnumquodque quęſit inuenire id, quod eſt ſibi bonum, ſicut cibus eſt bonus omnibus animalibus, a quibus communiter appetitur. Sic ergo patet, delectationem quã omnia appetunt eſſe aliquod bonum. Deinde cum dicit.

b ¶ Oſtendit quare Eudoxo maxime credebatur. Et dicit, ꝙ ſermones Eudoxi magis credebãtur ꝓpter moralem virtutem dicentis, q̃ etiã propter eorum efficaciam. Ipſe enim erat temperatus circa delectationes differenter, quaſi excellẽtius aliis. Et ideo cum laudabat delectationẽ, nõ videbatur hoc dicere quaſi amicus delectationis, ſed quia ſic ſe haberet, ſecundum rei veritatem. Deinde cum dicit.

c ¶ Ponit rationem Eudoxi, quæ ſumebatur ex parte contrarii. Et dicit, ꝙ Eudox⁹ exiſtimabat manifeſte delectationẽ eſſe de genere bonorum non minus ex contrario, ſcilicet ex parte triſtitiæ, q̃ ex parte illius đlectationis. Manifeſte enim apparet, ꝙ triſtitia ſecundum ſe, eſt omnibus fugienda. Vnde contrarium, ſ. delectatio, videtur eſſe omnibus eligendum. Deinde cum dicit.

d ¶ Inducit duas rationes Eudoxi ad oſtendendum, ꝙ delectatio ſit maximum bonum. quarum prima eſt. Illud. n. videtur eſſe maxime eligibile, & per conſequens maxime bonum, quod non eligitur propter alterum, quod ei accidat, neque gratia alicuius, ſicut finis. Hoc autem manifeſte confitentur omnes circa

e Ne forte autem nõ bene hoc dicitur. De his quidem enim q̃ in paſſionibus, & actionibus ſermones minus ſunt credibiles operibus. Cum igitur diſſonent his, quæ ſecundum ſenſum contempti, & verum cointerimũt. Et vituperans. n. delectationẽ, viſus aliter appetens, inclinari videtur ad ipſam, vt talem exiſtentem omnem. Determinare enim non eſt multorum. Videntur igitur veri ſermonum nõ ſolum ad ſcire vtiliſſimũ ẽe, ſed & ad vitam. Conuenientes enim entes operibus creduntur. Propter quod prouocant intelligentes viuere ſecundum ipſos. Talium quidem igitur ſufficiẽter: dicta autem delectatione ſuperueniamus.

*Fortaſſe autem hoc non bene dicitur. Sermones enim qui de affectibus ſunt, & actibus minus creduntur, q̃ opera. Cum igitur ab his diſcrepant, quæ ſenſu percipiuntur, tum ſpreti ueritatem etiam ipſam interimunt. Qui namque uoluptatem uituperat, is ſi eam uiſus nonnumquã fuerit, affecta-*

B *re ad ipſam inclinari uidetur, ut talem omnem. Diſtinguere namque non eſt ipſius multitudinis imperitæ. Sermones igitur ueri non ſolum ad ſciẽdum, ſed ad uiuendum etiam perutiles ſunt. Creduntur enim cum ſunt operibus cõſentanei. Quapropter hortantur eos, qui ipſos intelligunt ad ita uiuendum, ut ipſi definiunt. Sed de his hactenus. Nunc ea quæ de noluptate dicta ſunt referamus.*

C

### LECTIO II.

EVdoxus igitur delectationem per ſe bonum exiſtimabat eſſe, propter omnia videre deſiderantia ipſam, & rationalia, & irrationalia. In omnibus autem eſſe eligibile epyiches, & maxime potiſſimum. Omnia autem ad idẽ ferri, vt omnibus optimum nunciat. Vnũquodq;. n. ſibi ipſi bonũ inuenire, quẽadmodum & cibũ. Omnib⁹ igitũ bonũ, & qđ omnia appetunt per ſe bonum eſt.

b Credebantur autem ſermones ꝑꝑ moris virtutem magis q̃ propter ipſos. Differenter. n. videbatur temperatus eſſe: non itaque vt amicus delectationis hęc dicere videbatur. Sed ſic habere ſecundum veritatem.

c Non minus autem exiſtimabat eſſe manifeſtum ex contrario. Triſtitiam. n. ſecundum ſeipſum omnibus fugiendũ eſſe, ſimiliter igitur cõtrariũ eligibile.

d Maxime aũt eligibile eſſe, & quod non ꝑꝑ alterum, neq; alterius gratia eligimus. Tale autẽ

### LECTIO II.

*EVdoxus itaq; uoluptatẽ ex eo ſummũ bonũ eſſe putabat, quia cernebat uniuerſa ipſam affectare, & quæ rationẽ habẽt, & quæ expertia ſunt eiuſdẽ. Atq; in cunctis quod eſt expetibile, bonũ eſſe, & quod maxime ẽ expetibile, optimũ eſſe. Vniuerſa uero ad idẽ ferri declarat omnibus illud optimũ eſſe. Vnumquodq;. n. quod eſt ſibi bonũ inuenire*

D *dicebat, quẽadmodũ & alimentũ. Quod igitur uniuerſis ẽ bonũ quodq; cuncta affectant, id eſſe ſummũ bonũ aiebat.*

*Huius autem uiri rationes ob moris magis uirtutem, quàm propter ſeipſas credebantur. Valde enim uidebatur eſſe modeſtus. Non igitur ut uoluptatis amic⁹, hæc dicere uidebatur, ſed quia uere res ita ſe habet.*

*Non minus autem hoc manifeſtũ eſſe cenſebat, & ex contrario. Dolo-*

E *rem enim etiam dicebat fugiendum ꝑ ſe omnibus eſſe, itaque contrarium expetibile eſſe ſimili modo.*

*Maxime autem id expetibile eſſe, quod non ob aliud, neque cuiuſquã expetimus gratia. Atque tale ipſam eẽ*

confeſſum eſt eſſe delectationẽ. Nullum enim interrogare cuiꝰ gratia delectatur, vt ſecundum ſeipſam exiſtentem eligibilem delectationem,

e Appoſitamque cuique bonorum eligibilius facere, puta ei, quod eſt iuſte agere, & temperatum eſſe: augeri, vtique bonum ipſum ſuipſius.

f Videtur autem iſte ſermo bonorum ipſam enunciare, & nihil magis altero. Omne enim cum altero bono eligibilius, quàm ſolitarium.

g Tali vtique ratione, & Plato interemit, quoniam non eſt delectatio per ſe bonum. Eligibiliorem enim eſſe cum prudentia delectabilem vitam q̃ ſine. Sin autẽ mixtũ melius, nõ eſſe delectationem per ſe bonũ. Nullo enim appoſito ipſi per ſe bonum eligibilius fieri.

h Manifeſtum autem ꝙ neque aliud per ſe bonum vtique erit quod cum aliquo, ſecundum ſe ipſũ bonorũ eligibilius fit. Quid igitur eſt tale quo nos communicamus? tale enim quæritur.

i Inſtantes autem, ꝙ non bonũ, quod omnia appetunt, nihil dicunt. Quod enim omnibus videtur hoc eſſe aimus. Interimens autem hanc fidem, nõ omnino credibiliora dicit. Siquidem.n. quæ ſine intellectu appetunt ipſas. Erat vtique aliquid, quod dicitur. Si autem & quæ ſapiũt qualiter dicent vtique aliquid? Forte autem & in prauis eſt aliquod naturale bonum, melius q̃ ſecundum ſeipſa, quod appetit proprium bonum.

F *ſine controuerſia uoluptatem. Neminem enim interrogas, cuius nam gratia capiat uoluptatem: propterea quod per ſeipſam expetibilis eſt ipſa uoluptas.*

G *Facereque ipſam quoduis bonum expetibile magis ſi illi addatur, ut iuſtas operationes temperatas, & incrementa ſuſcipere bonum ipſum ſeipſo.*

*Videtur autem hæc ratio uoluptatem oſtendere bonum eſſe, & non magis quàm aliud bonum. Omne enim bonum expetibilius eſt cum alio bono, quàm ſolum.*

H *Tali itaque ratione, & Plato tollit uoluptatem ſummum eſſe bonum. Vitam enim iucundam cum prudentia dicit expetibiliorem eſſe, quàm ſi ſit ſola. Quòd ſi mixtum eſt, præſtabilius, uoluptatem ſummum bonum nõ eſſe: nullo enim addito, ſummum bonum ſe expetibilius fieri.*

*Conſtat autem, nec aliud quicquã ſummum eſſe bonum, quod cum eorũ aliquo, quæ ſunt per ſe bona, fit expetibilius. Quid igitur eſt tale, cuius & nos participes ſumus? Nam tale quæritur bonum.*

I *Qui uero negant bonum id eſſe, qđ omnia appetunt, ii nihil omnino dicũt. Quod enim uniuerſis uidetur, id eſſe dicimus. Qui autem fidem hanc tollit, non multo credibiliora dicet. Nam ſi ea ſolum quæ mente carent ipſam appeterent, eſſet aliquid, quod dicitur. Sin uero ea, & quæ prudentiã habent ipſam affectant, qui fit, ut aliquid dicant? Fortaſſe autem & in prauis eſt aliquod naturale bonum, præſtabilius quàm ipſa per ſe ſunt, quod proprium*
K *appetit bonum.*

circa delectationem. Nullus enim quærit ab alio, cuius gratia velit delectari, quaſi delectatio ſit ſecundum ſeipſam eligibilis. Ergo delectatio eſt maxime bonum. Secundã rationẽ ponit ibi.

e ¶ Et circa hoc duo facit. Primo ponit ipſam rationem. Hoc enim apparet circa delectationem, ꝙ appoſita cuicumq; bonorum, facit ipſum eligibilius. Sicut ſi apponatur ei, quod eſt iuſte agere, vel temperatum eſſe, auget horum bonitatem. Melior enim eſt qui delectatur in operatione iuſtitiæ, ſeu tẽperantiæ. Et ex hoc volebat concludere, quod delectatio eſſet optimum, quaſi omnibus bonitatem augens. Secundo ibi.

f ¶ Oſtendit defectum huius rationis. Et dicit, ꝙ prædicta ratio videtur concludere, ꝙ delectatio ſit de genere bonorum, non autem ꝙ ſit magis bonũ aliquo alio. De quocũque enim bono, hoc etiam verificatur, ꝙ alteri bono coniunctum, eſt melius, quàm ſi ſit ſolitariũ per ſeipſum. Deinde cum dicit.

g ¶ Proſequitur opinionem ponentiũ delectationem non eſſe bonum. Et primo oſtendit, quomodo obuiat præmiſſis rationibus. Secundo ponit rationes eorum, quas in contrarium adducunt, ibi.
Lect. 3. {Non tamen ſi non, &c.} Circa primum duo facit. Primo oſtẽdit, quomodo ratione ſuperius inducta ad oſtendendum delectationẽ eſſe optimum, vtebantur ad contrarium. Secundo oſtendit, quomodo obuiabant aliis rationibus, ibi. {Inſtãtes autem, &c.} Circa primũ duo facit. Primo manifeſtat, quomodo Plato vtebatur præmiſſa ratione ad oppoſitum. Secundo ſoluit proceſſum Platonis, ibi. {Manifeſtum eſt autem, &c.} Dicit ergo primo, ꝙ per rationem immediate præmiſſam, Plato qui erat contrariæ opinionis interimere conabatur, quod dictũ eſt, oſtẽdendo ꝙ delectatio non eſt per ſe bonum. Manifeſtũ eſt enim, ꝙ delectatio eſt eligibilior ſi adiungatur prudentiæ. Quia igitur delectatio commixta alteri melior eſt, concludebat, ꝙ delectatio non ſit per ſe bonum. Illud enim quod eſt per ſe bonũ, non fit eligibilius per appoſitionem alterius. Circa quod ſciendum eſt, ꝙ Plato per ſe bonum ponebat id quod eſt ipſa eſſentia bonitatis, ſicut per ſe hominem ipſam eſſentiam hominis. Ipſi autem eſſentiæ bonitatis nihil poteſt apponi, ꝙ ſit bonum alio modo, q̃ participando eſſentiã bonitatis. Et ita quicquid bonitatis eſt in eo, qđ additur eſt deriuatũ ab ipſa eſſentia bonitatis. Et ſic p ſe bonũ nõ fit melius aliquo addito. Deinde cũ dicit.

h ¶ Improbat Ariſtoteles proceſſum Platonis. Manifeſtum eſt, ꝙ ſecundum hanc rationem, nihil in rebus humanis erit p ſe bonum, cum quodlibet humanum bonum fiat eligibilius additum alicui per ſe bono. Non enim poteſt inueniri aliquid in communicationem humanę vitæ veniens, quod ſit tale, vt ſcilicet non fiat melius per appoſitionem alterius. Tale autem aliquid quęrimus, quod ſcilicet in communicationẽ humanæ vitæ veniat. Qui enim dicunt delectationẽ eſſe bonũ, intendunt eam eſſe humanũ bonum, non autem ipſum diuinũ bonũ, qđ ẽ ipſa eſſentia bonitatis. Deinde cũ dicit.

i ¶ Oſtendit, quomodo Platonici obuiabãt rationibꝰ Eudoxi, probãtibus delectationem eſſe bonum. Et primo, quomodo obuiabant rationi, quæ ſumebatur ex parte ipſius delectationis. Secundo quomodo obuiabãt rationi, quæ ſumebatur ex parte contrarii, ibi. {Videtur autem, &c.} Obuiabãt autem primę rationi interimendo iſtam. Bonũ eſt, quod oĩa appetunt. Sed Ariſt. hoc improbat dicẽs, ꝙ illi qui inſtant rationi Eudoxi dicentes, ꝙ non eſt neceſſarium eſſe bonum id, quod omnia appetũt, nihil dicere videtur. Illud enim quod videtur omnibus, dicimus ita ſe habere, & hoc habet, quaſi principium, quia non ẽ poſſibile, ꝙ naturale iudicium in omnibꝰ fallat. Cum autẽ appetitus nõ ſit niſi eiꝰ quod videtur bonũ. id quod ab omnibus appetitur omnibꝰ videtur bonum. Et ſic delectatio, q̃ ab omnibus appetit eſt bona. Ille autẽ qui hoc quod ab omnibꝰ creditur interimit, non dicit totaliter credibiliora. Poſſet enim ſuſtineri illud quod dicitur, ſi ſola ea quæ ſine intellectu agunt ſicut bruta animalia, & homines praui, appeterent delectationes, qa ſenſus nõ iudicat bonũ niſi vt nũc, & ſic non oporteret delectationẽ eſſe bonũ ſimpliciter, ſed ſolũ, ꝙ ſint bonũ, vt nunc, ſed cum etiã habentes ſapientiã appetant aliquam delectationẽ, oĩno non videtur aliquid dicere. Verũtamen ſi etiã oĩa, quæ agunt ſine intellectu appeterent delectationem, adhuc eſſet probabile, ꝙ delectatio eſſet quoddã bonũ, quia etiam in prauis hominibus eſt quoddã naturale bonũ, quod inclinat in appetitũ conueniẽtis boni, & hoc naturale bonũ eſt melius, q̃ praui homines inquantũ hmõi. Sicut.n. virtus eſt pfectio naturæ, & pp hoc virtus moralis ẽ melior q̃ virtus naturalis, vt in Sexto dictũ eſt, ita cũ malitia ſit corruptio naturæ, bonũ naturale eſt melius, ſicut integrũ corrupto. Manifeſtũ eſt autẽ, ꝙ ſm id qđ ad malitiã pertinet, praui homines diuerſificãtur. Sunt.n. malitiæ ſibiinuicẽ cõtrariæ. Et ideo id ſm quod homines praui conueniunt, ſcilicet delectationem appetere, videtur magis ad naturam, q̃ ad malitiam pertinere. Deinde cum dicit.

¶ Oſtendit



k Forte videtur aũt, neq; de cõtrario bene dici. Non.n. aiunt, ſi triſtitia malũ eſt, delectationẽ bonũ eſſe. Opponit.n. & malũ malo, & ambo ei, qđ neutrũ. Hoc aũt dicẽtes nõ male, nõ tñ ĩ his, q̃ dicta ſunt verũ dicẽtes. ambobus.n. entibus malis, & fugienda oportuit ambo eſſe. Neutris aũt, vel alterum, vel ſimiliter. Nunc aũt videntur hanc quidẽ fugientes, vt malum, hanc autẽ eligentes, vt bonum: ſic vtique & opponuntur.

## LECTIO III.

Non tamen ſi non qualitatum eſt delectatio, propter hoc neque bonorum. Neq; enim virtutis operationes qualitates ſunt, neque fœlicitas.

b Dicunt autem bonum quidẽ determinatum eſſe, delectationem autem indeterminatum eſſe, quoniam recipit magis & minus.

c Siquidẽ igiť ex delectari hoc iudicant, & circa iuſtitiam, & alias virtutes ſecundum quas manifeſte aiunt, & magis & minus quales exiſtere, & ſecundum virtutes erit idem. Iuſti enim ſunt magis, & fortes. Eſt autem iuſte agere, & temperate agere, magis & minus. Si autẽ in delectationibꝰ neq; forte nõ dicũt cauſam, ſi ſunt hæ quidẽ immixtæ, hæ autẽ mixtæ. Quid prohibet quemadmodũ ſanitas

*Non uidetur etiam, & de contrario recte dici. Inquiunt enim, non ſi dolor ſit malum, uoluptatem continuo bonum eſſe. Aduerſatur enim & malum malo, & ambo ei, quod neutrum eſt. Atque hæc non male dicunt, non tamen uere in his quæ ſunt dicta. Si enim ambo eſſent mala, oporteret, &*
B *fugienda utraque eſſe. Sin neutra neutrum, aut ſimiliter. Nunc uero illum quidem fugere, ut malum, hanc autẽ expetere tamquam bonum uidentur. Sic igitur, & opponuntur.*

## *LECTIO III.*

*At qui neque ſi uoluptas non eſt qualitas, propter hoc bonum non eſt, neq; enim*
C *operationes uirtutis ſunt qualitates, neque fœlicitas ipſa.*

*Dicunt etiam bonum quidem ipſum definitum eſſe, uoluptatem uero indefinitum, quia ſuſcipit intenſionem remiſſionemue.*

*Si igitur ex eo quia magis uoluptas minuſue capitur hoc iudicant, erit idẽ & circa iuſtitiam ceteraſque omnis*
D *uirtutes, quibus manifeſte dicunt magis minuſue, tales eos eſſe, qui ipſas habent. Nam magis ſunt iuſti forteſue. Et fit, ut & iuſte agatur, ac temperate, magis et minus. Sin in uoluptatibus hoc inquiunt eſſe, uideant ne fortaſſe non dicant cauſam, ſi uoluptatum aliæ ſint mixtæ, aliæ immixtæ. Quid autem prohibet, ut ſanitas, quæ definita eſt, magis eſt atque*

k ¶ Oſtendit, quomodo obuiabant rationi, quæ ſumebatur ex parte triſtitiæ. Dicebant enim, ꝙ non ſequitur, ſi triſtitia eſt malum, ꝙ propter hoc delectatio ſit bonum, quia inuenitur, ꝙ malum opponitur non ſolum bono, ſed etiam malo, ſicut audaciæ non ſolum fortitudini, ſed etiam timiditati, & ambo, ſcilicet bonum, & malũ opponũtur ei, quod non eſt bonum neq; malum, ſicut extrema opponuntur medio. Eſt autem aliqd tale ſecundum ſuam ſpeciem conſideratũ, ſicut leuare feſtucam de terra, vel aliquid huiuſmodi. Sed hũc proceſſum Ariſtoteles improbans dicit, ꝙ non dicunt male quantum ad iſtã oppoſitionem mali ad malum, ſed tamen non dicunt verum in propoſito. Nõ enim triſtitia opponitur delectationi, ſicut malũ malo. Si enim ambo eſſent mala, oporteret, ꝙ ambo fugienda eſſent. Sicut enim bonum inquantum huiuſmodi eſt appetibile, ita malum inquantum huiuſmodi eſt fugiendum. Si autem neutrum eorum eſſet malũ, neutrum eorum eſſet fugiendum, vel ſimiliter ſe haberet circa vtrumque. Sed nunc omnes videntur fugere triſtitiam tamquam malum, & appetere delectationẽ tanquam bonum. Sic ergo opponuntur ad inuicem, ſicut bonũ & malum.

## LECTIO III.

Poſtquàm Philoſophus remouit obuiationẽ Platonicorum ad rationes Eudoxi, hic ponit rationes eorum contra ipſam poſitionem Eudoxi. Et circa hoc duo facit. Primo proponit rationes ad oſtendendum, quòd delectatio non ſit de genere bonorum. Secundo ponit rationes ad oſtendendum, quòd delectatio non ſit per
Lectio. 4. ſe, & vniuerſaliter bonum, ibi. {Manifeſtare autem videtur, &c.} Et quia primæ rationes falſum concludunt, ideo Ariſto. ſimul ponendo eas, deſtruit eas. Ponit ergo circa primum quatuor rationes. Quarum prima talis eſt. Bonum videtur ad genus qualitatis pertinere, querenti enim quale eſt hoc, reſpondemus, quoniam bonum. Delectatio autem non eſt qualitas. Ergo non eſt bonum. Sed hoc Ariſtoteles, remouet dicens, ꝙ non ſequitur, ſi delectatio non ſit de genere qualitatum, quòd propter hoc non ſit de genere bonorum. Bonum enim dicitur non ſolum in qualitate, ſed etiam in omnibus generibus, ſicut
Lectio. 6. in Primo dictum eſt. Secundam rationem ponit ibi.

b ¶ Et primo ponit ipſam rationem Platonicorum, dicebant enim quòd eſſe bonum eſt determinatum, vt patet ex his, quæ ſupra in Nono dicta ſunt. Delectatio autem vt dicunt, eſt indeterminata. quod probabant per hoc, quòd recipit magis & minus. Et ſic concludebant, quòd delectatio non eſſet de genere bonorum. Secundo ibi.

c ¶ Deſtruit huiuſmodi proceſſum. Circa quod conſiderandum eſt, quòd dupliciter aliquid recipit magis & minus. Vno modo in concreto. alio modo in abſtracto. Semper enim dicitur aliquid magis, & minus per acceſſum ad aliquid vnum, vel receſſum ab eo. Quando ergo id, quod ineſt ſubiecto eſt vnum & ſimplex, ipſum quidem in ſe non recipit magis & minus. Vnde nõ dicitur magis, & minꝰ in abſtracto. Sed poteſt dici, ſecundũ magis & minus in concreto, ex eo quòd ſubiectum magis & minus participat huiuſmodi formam. Sicut patet in luce, quæ eſt vna, & ſimplex forma. Vnde non dicitur ipſa lux ſecundum magis & minus. Sed corpus dicitur magis vel minus lucidum, eo ꝙ perfectius, vel minus pfecte participat lucem. Quando autem eſt aliqua forma, quę in ſui ratione importat quandam proportionem multorũ ordinatorum ad vnũ, talis forma etiam ſecũdum propriam rationem recipit magis & minꝰ. Sicut patet de ſanitate & pulchritudine, quorum vtrumque importat proportionem conuenientẽ naturæ eiꝰ, qđ dicitur pulchrum vel ſanũ. Et quia huiuſmodi pportio poteſt eſſe, vel magis, vel minus cõueniẽs: inde eſt, ꝙ ipſa pulchritudo, vel ſanitas in ſe conſiderata, dicitur ſecundum magis & minus. Et ex hoc patet, ꝙ vnitas ſecundum quam eſt aliqd determinatũ, eſt cauſa ꝙ aliquid non recipiat magis & minus. Quia ergo delectatio recipit magis & minus, videbatur non eſſe aliquid determinatum, & p conſequens non eſſe de genere bonorum. Ariſtoteles ergo huic obuiando dicit, ꝙ ſi Platonici dicant delectationem eſſe quid indeterminatum, ex eo quòd recipit magis & minus in con-
E creto, videlicet per hoc, quòd contingit aliquem delectari magis & minus, erit idem dicere circa iuſtitiam, & alias virtutes, ſecundum quas aliqui dicuntur aliqua magis & minus. Sunt enim aliqui magis & minus iuſti & fortes. Et idem etiam accidit circa actiones. Contingit enim, quòd aliquis agat iuſte & temperate, magis & minus. Et ſecundum hoc, vel virtutes non erunt de genere bonorum, vel prædicta ratio non remouet delectationem eſſe de genere bonorum. Si vero dicant delectationem recipere magis & minus ex parte ipſarum delectationum, conſiderandum eſt, ne forte eorum ratio non referatur ad omnes delectationes, ſed aſſignent cauſam, quòd quædam delectationes ſunt ſimplices & immixtæ, puta delectatio, quæ ſequitur contemplationem veri, quædam autem delectationes ſunt mixtæ, puta quæ ſequuntur contemperantiam aliquorum ſenſibilium, ſicut, quæ ſequũtur armoniam ſonorum, aut commixtionem ſaporum, ſeu locorum. Manifeſtum eſt enim, quòd delectatio ſimplex ſecundum ſe non recipiet magis & minus, ſed ſola mixta, inquantum ſcilicet, contemperantia ſenſibilium, quæ delectationem

causat, potest magis, vel minus conuenire naturæ eius, qui delectatur. Sed tamen neque etiam delectationes, quæ secundum se magis & minus recipiunt ratione suæ commixtionis, oportet non esse determinatas, neque bonas. Nihil enim prohibet quid delectatio recipiens magis & minus sit determinata sicut & sanitas. Huiuſmodi.n. determinata dici possunt inquantum aliqualiter attingunt id ad quod ordinātur, licet possent propinquius attingere. Sicut commixtio humorum habet rationem sanitatis ex eo ꝙ attingit conueniētiam humanæ naturę, & ex hoc dicitur determinata, quasi proprium terminum attingens. Sed complexio, q̄ nullo modo ad hoc attingit nō est determinata, sed est procul a ratione sanitatis. Ideo autem sanitas secundum se recipit magis & minus, quia non est eadem commensuratio humorum in omnibus hominibus, neq; etiam in vno, & eodem est semper eadē. Sed etiam si remittatur pmanet ratio sanitatis, vsque ad aliquem terminum. Et sic differt sanitas secundum magis & minus. Et eadem ratio est de delectatiōe mixta. Tertiam rationē ponit ibi.

d ¶ Et circa hoc duo facit. Primo proponit ipsam rationem. Ponebant enim Platonici id quod est p se bonum, esse quoddam perfectum. Omnes autem motiones & generationes sunt imperfectæ. Est enim motus actus imperfecti, vt dicitur in Tertio Physicorum. Tex.cō.14. Vnde nullam motionē, seu generationem ponunt esse de genere bonorum. Nituntur autem affirmare, ꝙ delectatio si motio, vel generatio. Vnde concludunt, ꝙ delectatio non est per se bonū. Secundo ibi.

e ¶ Excludit hanc rationem dupliciter. Primo quidem quantum ad hoc, ꝙ dicūt delectationē esse motionem. Et dicit, ꝙ non bene videtur dicere, dum dicunt delectationem esse motionē. Omnis enim motio videtur esse velox, aut tarda. Velocitas autem & tarditas, non cōueniunt motioni absolute secundum seipsam, sed per respectum ad aliud. Sicut motio mundi idest motus diurnus, quo reuoluitur totū cælum, dicitur velox per respectum ad alios motus. Et huius ratio est, quia sicut in Sexto Physicorum habetur. Velox est, quod in pauco tempore multum mouetur. Tardum autē, quod in mul- F to paucum. Multum autē, & paucū dicuntur ad aliquid, vt habetur in Prædicamentis, sed delectationi non competit neq; velocitas, neque tarditas. Contingit quidem ꝙ aliquis velociter p uenit ad delectationē, sicut aliquis velociter prouocatur ad irā. Sed ꝙ aliquis delectetur velociter, vel tarde, non dicitur. Neq; etiam per respectum ad alterum, sicut velociter dicitur aliquis, aut tarde ire, aut augeri, & omnia huiusmodi. Sic ergo patet ꝙ cōtingit velociter & tarde, ꝙ aliquis transponatur in delectationem, idest ꝙ p ueniat ad ipsam. Et hoc ideo, quia per aliquem motum potest perueniri ad delectationem. Sed non cōtingit velociter operari, secundum delectationem, vt scilicet aliquis velociter delectetur, quia ipsum delectari magis est in facto esse, q̄ in fieri. Secundo ibi.

f ¶ Excludit rationem Platonicorū q̄tum ad hoc, ꝙ ponebant delectationem esse generationem. Et circa hoc duo facit. Primo ostēdit, ꝙ delectatio non sit generatio. Secundo ostendit originem huius opinionis, ibi. {Opinio autem, &c.} Dicit ergo primo, ꝙ delectatio non videtur esse generatio. Non enim videtur quodlibet ex quolibet generari. Sed vnumquodque ex quo generat in hoc dissoluitur. Et oportet si delectatio est generatio, ꝙ eiusdem tristitia sit corruptio, cuius delectatio est generatio. Et hoc quidem Platonici asserunt. Dicūt.n. ꝙ tristitia est defect⁹ eius, ꝙ ſm naturam. Videmus enim ꝙ ex separatione eius, q̄d naturaliter vnitur sequitur dolor. Et similiter dicunt, ꝙ delectatio sit repletio, q̄ cū apponitur aliquid alicui, quod ei cōuenit ſm naturam, seq tur delectatio. Sed hoc ipse reprobat, q̄a separatio & repletio sunt corporales passiones. Si ergo delectatio est repletio ei⁹ quod est ſm naturā, sequitur illud delectari, ī quo est repletio. Sequitur ergo, ꝙ corpus delectetur. Sed hoc non videtur esse verum, quia delectatio est passio animæ. Patet ergo, ꝙ delectatio non est ipsa repletio, seu generatio, sed quoddam ad hoc consequens. Facta enim repletione aliquis delectatur, sicut facta incisione aliquis dolet, & tristatur. Deinde cum dicit.

g ¶ Ostendit originem huius opinionis. Et dicit, ꝙ hæc opinio, quæ ponit delectationem esse repletionē, & tristitiā subtractionem,

determinata existēs recipit magis & min⁹, sic & delectationē? non enim eadem commensuratio in omnibus. neque in eodē vna semper, sed remissa permanet vsque ad quid. Et differt in magis & minus.

G d Perfectumque per se bonum ponentes, motiones autē & generationes imperfectas, delectationem motionē, & generationem enunciare tentant.

e Non bene aūt videntur dicere, neque esse motionē. Omni .n. motui propriū esse videt̄ velocitas, & tarditas, & si nō secūdum seipsum, puta ꝙ mundi ad aliud. Delectationi aūt horum neutrum existit, delectatū fuisse H quidem.n. est velociter, quēadmodum iratū fuisse, delectari autem nō, neq; ad alterum, ire aūt & augeri, & omnia talia: trāsponere quidē igitur in delectationem velociter, & tarde est. Operari autē secundū ipsam velociter non est, dico aūt delectari.

f Et generatio, qualiter vtique erit? Videtur.n. nō ex quocūq; q̄dcūq; fieri, sed ex quo fit ī hoc dissolui. Et cuius gn̄tio delectatio, huius tristitia corruptio. Et I dicunt autem tristitiā quidē defectum esse eius quod secūdum naturam, delectationem aūt repletionem. Hæ autē corporales sunt passiones. Si igitur eius, q̄d secundum naturam repletio delectatio, in quo repletio hoc vtique delectabitur. corpus ergo. non videtur autem. Non est ergo repletio delectatio, sed facta quidem repletione, delectabitur vtique aliquis, & incisus tristabitur. K

g Opinio aūt hæc videtur facta esse ex his, quæ circa cibū tristitiis, & delectationibus. Indigētes.n. factos & prætristatos delectari repletione. Hoc aūt nō circa oēs accidit delectatiōes. Sine

*minus, sic & uoluptates eſſe? Non.n. eadem in cunctis est temperatio. Nec una quædam semper est in eodē. Sed cum remittitur, permanet usq; ad aliquem terminum. Et differt ex eo, quia magis est atque minus. Tale igitur, et in uoluptate esse potest.*

*Præterea summum quidem bonum perfectum esse, motiones autē & generationes imperfecta esse, ponentes uoluptatem motionem eſſe generationēue ostendere enituntur.*

*Sed non dicere bene uidentur. nō enim motus. Omni namque motui propria est celeritas, tarditasue, & si non per seipsum ut motui ipsius mundi at ad aliud. At neutrum horum competit uoluptati. Fit enim ut aliquis cito sit constitutus in uoluptate, quemadmodum, & in ira. Vt uelociter autem delectetur non fit, neque ad alium. Sed fit ut uelociter ambulet, & accrescat, & omnia id genus. Fit igitur, ut celeriter, atque tarde quiſpiam ad uoluptatem mutetur. At non fit, ut hac ipsa celeriter operetur, idest delectetur.*

*Generatio uero, quonam fuerit modo? Etenim non ex quouis fieri, quoduis, sed ex quo fit, in id diſſolui uidetur. Et cuius generatio esset, uoluptas, eius esset corruptio dolor. Dicunt autem dolorem quidem indigentiam eius esse, quod est secundum naturam, uoluptatem uero repletionem. Hi autem affectus corporis sunt. Si igitur uoluptas repletio eius est, quod est secundum naturā, id & uoluptate afficitur, in quo est repletio. Corpus ergo capit uoluptatem. At non uidetur, Non est ergo uoluptas repletio, sed cum fit repleto, iuoluptate quiſpiā afficitur, & dum secatur dolet.*

*Opinio aūt hæc ex doloribus circa alimentum, & uoluptatibus orta est. Nam indigentes facti, et antea affecti dolore, repletione capimus uoluptatē. Sed hoc non circa oēs accidit uoluptates. nā sine dolore sunt, et ipsæ mathe*



ctionem videt̄ prouenisse ex tristitiis, & delectationibus, quę sūt circa cibum. Illi enim qui prius fuerunt tristati propter indigētiam cibi, postea delectantur in ipsa repletione. Sed hoc non accidit circa omnes delectationes, in quibus non est repletio alicuius defectus. Delectationes enim quæ sunt in consideratio nib⁹ mathematicis, nō habent tristitiam oppositam, quam ponunt in defectu cōsistere. Et ita huiusmodi delectationes, non sunt ad repletionem defectus. Et idem apparet in delectationibus q̄ sunt secundū sensus, puta per olfactum, auditum, visum præsentium sensibilium. Sūt etiam multæ spēs memoriæ delectabiles, nec causa potest assignari, cui⁹ generationes sunt huiusmodi delectationes, quia non inueniuntur aliqui defectus præcedētes, quorū fiat repletio per huiusmodi delectationes. Dictum est autem supra, ꝙ cuius generatio est delectatio, eius corruptio est tristitia. Vnde si aliqua delectatio inuenitur absque defectu tristitiæ, sequitur, ꝙ non omnis delectatio sit tristitia.

LECTIO IIII.

Postquam Philosophus exclusit tres rationes Platonicorum concludentium delectationem nō esse de genere bonorū, hic excludit quartā, quæ sumitur ex turpitudine quarumdā delectationum. Platonici enim proferebāt in medium quasdam opprobriosas delectatiōes, puta adulteriorum, & ebrietatum, vt ex his ostenderent delectationes nō esse de genere bonorū, sed ad hoc Ari. tripliciter obuiat. Primo quidem vt aliquis dicat, ꝙ huiusmodi turpia nō sunt simpliciter delectabilia. Non enim sequitur. Si aliqua sunt delectabilia hominibus male dispositis, ꝙ ꝑpter hoc sint delectabilia simpliciter, sed ꝙ sunt delectabilia his, idest male dispositis. Sicut etiam neque sunt simpliciter sana, quæ videntur sana infirmis, neque etiam sunt simpliciter dulcia, vel amara, quę videntur huiusmodi habentibus gustum infectum, neque etiā sunt simpliciter alba, q̄ videntur talia his, qui patiūtur ophthalmiam. Et hęc quidem solutio procedit secundum ꝙ delectabile dicitur simpliciter homini id, quod est ei delectabile secundum rationem. Quod nō contingit de huiusmodi corporalibus quā A uis sint delectabilia secundum sensum. Secundam obuiationē ponit ibi.

b ¶ Potest enim dici, ꝙ omnes delectationes sint eligibiles, non tamen omnibus. Sicut & ditari bonum est, non tamen est bonum, quòd ditetur ille, qui est proditor patriæ, quia sic potest magis nocere. Similiter etiam esse sanum bonum est, non tamen est bonum ei, qui comedit aliquid nociuum. Sicut serpens comestus, quandoque curat leprosū, licet perimat sanum. Et similiter delectationes bestiales, bestiis quidem sunt appetibiles, non autem hominibus. Tertiam obuiationem ponit ibi.

c ¶ Et dicit, ꝙ delectationes specie differunt. Aliæ enim sūt secundum speciē delectationes, quæ causantur a bonis operibus ab illis, quæ causantur a turpib⁹. Differūt enim passiones secundum obiecta. Et ille qui non est iustus, non potest delectari delectatione, q̄ est propria iusti, sicut nec ille qui non est musicus potest delectari delectatiōe musici. Et idem est de aliis delectationibus. Deinde cum dicit.

d ¶ Probat ꝙ delectatio non sit per se, & vniuersaliter bonum. Et hoc tribus rationib⁹. Circa quarum primam dicit, ꝙ hoc, ꝙ delectatio nō sit bonum, vel ꝙ sint diuersæ species delectationis, quarum q̄dam sunt bonæ, & quædam malæ, manifestat differentia quę est inter amicum, & adulatorem. Amicus enim colloquitur amico propter bonū, adulator autem propter delectationem. Vnde adulator vituperatur, amicus autē laudatur: & sic patet, ꝙ ꝓpter diuersa colloquuntur. Est ergo aliud delectatio, & aliud bonum. Secundam rationem ponit ibi.

e ¶ Et dicit, ꝙ nullus eligeret per totā vitam suam habere mentem pueri, ita ꝙ semper delectaretur in quibus pueri delectantur, qui tamen estimantur maxime delectari. Neque etiam aliquis eligeret gaudere faciendo turpissima per totam vitam suam, etiam si numquā deberet tristari. Quod dicit contra Epycureos, qui ponebant ꝙ turpes delectationes non sunt vitandæ nisi propter hoc, ꝙ inducūt in maiores tristitias. Et sic patet, ꝙ delectatio non est per se bonum, quia quolibet modo esset eligēda. Tertiam rationem ponit ibi.

tristitia .n. sunt mathematicæ, & earum, quæ secundum sensus, & quæ per olfatum. Sed & auditiones, & visiones. multæ aūt & memoriæ, & spes. Cuius igitur hæ generationes erunt? Nullius .n. defectus facti sunt, cuius fiat vtique repletio.

B

## LECTIO IIII.

AD proferentes aūt probrosissimas delectationes, dicet quis vtique, quoniā nō sunt hæc d̄lectabilia. Non.n. si male dispositis delectabilia hęc sunt, existimādū ipsa, & delectabilia esse simpliciter. nisi in his. Quemadmodū neque laborantibus sana, vel dulcia⁹, vel amara, nec rursus alba, quę videntur patientibus ophthalmiam. C

b Vel sic vtique dicetur. quoniam delectationes quidem eligibiles sunt, non tamen ab his. Quemadmodum & ditari, prodenti autem nō. Et sanum esse, non tn̄ quodcūque comedenti.

c Vel specie differunt delectationes. Alteræ autem, quæ a bonis, ab his quę a turpibus. Et nō est delectari ea quæ iusti nō entem iustum, neque ea quæ musici non entem musicum. Similiter autem & in aliis. D

d Manifestare autē videtur, & amicus alter ens ab adulatore non existentē bonū delectationē, vel differentes specie. Hic q̄dem.n. ad bonū colloqui v̄r, hic aūt ad d̄lectationē, & hic quidē vituperatur, hic aūt laudatur, vt non ad altera colloquentem.

E e Nullusque vtique eligeret viuere pueri mentem habens per vitam delectatus, in quibus pueri, vt existimant maxime. Neq; gaudere faciens aliquid turpissimorum, nequaquam debens tristari.

*maticæ uoluptates, & quæ per olfatum, & auditum fiunt, ac uisum, & spes quamplures: item & recordationes uoluptate afficiunt. Cuius igitur hæ generationes erunt? Nullius enim rei fuerunt indigentiæ, cuius repletio fuerit.*

## *LECTIO IIII.*

*AD eos autem qui proferunt uoluptates eas, quæ sunt obscœnæ ac improbæ dicere quiſpiam potest ea, quæ tales aſſerunt uoluptates non esse iucunda. Non.n. si prauæ dispositis sunt iucunda, putandum est, & iucunda simpliciter esse nisi illis. Quemadmodum neque salubria, aut dulcia, aut amara, quæ ægrotantibus, aut alba, quæ lippis uidētur. Vel hoc modo dicatur.*

*Voluptates expetibiles quidem esse, non tamen ab illis. Quemadmodū & diuitem eſſe expetibile quidem est, at non ex patriæ proditione. Et sanum esse, at non quodcumque edendo.*

*An uoluptates differunt specie? Diuersæ namque sunt, quæ ab honestis rebus, & quæ a turpibus prodeunt. Et non fit ut quiſquam iusti capiat uoluptatem si non sit iustus, aut musici si non sit musicus, & in cæteris simili modo,*

*Ostendere autem uidetur, & ipse amicus, cum sit ab adulatore diuersus, non esse uoluptatem bonum, aut specie uoluptates differre. Hic enim ad bonum, ille ad uoluptatem congreditur. Et ille quidem uituperatur, hunc autem laudant, ut ad diuersum congredientem.*

*Nemo præterea expetet ita uiuere ut mētem habens per uitam pueri his ex rebus capiat uoluptatē, quibus pueri maxime delectantur, utputant, aut gaudere, turpiſſimum quid faciendo, nullum umquam susceptururs dolorem.*

f ¶ Manifeſtum eſt enim multa eſſe, ad quę homo ſtuderet, etiã ſi nulla delectatio ex his ſequeretur, ſicut videre, recordari, ſcire, virtutẽ habere. Nihil autem differt ad propoſitum ſi ex his ſequantur delectationes, quia etiam prędicta eligerentur, nulla delectatione ab his facta. Id autem quod eſt per ſe bonum, tale eſt, ſine quo nihil eſt eligibile, vt patet de fœlicitate. Sic ergo delectatio non eſt p ſe bonũ. Vltimo aũt epilogando cõcludit, ꝙ manifeſtum videtur eſſe ex præmiſſis, ꝙ delectatio non ſit per ſe bonum, & ꝙ nõ omnis delectatio ſit eligibilis. Et quia quædam delectationes ſunt eligibiles, q̃ vel ſecundum ſeipſas differunt ſpecie a malis delectationibus, vel ſecundum ea, a quibus cauſantur. Et ſic ſufficienter tractatum eſt de his, quæ ab aliis dicũtur de delectatiõe, & triſtitia.

f Et circa multa ſtudiũ faceremus vtiq;, & ſi neque vnam inferant delectationẽ, puta videre, recordari, ſcire, virtutes haberẽ. Si aũt ex neceſſitate ſequuntur his delectatiões, nihil differt. Eligeremus.n. vtiq; hęc, & ſi nõ fieret vtiq; ab his delectatio. Quoniam quidẽ igitur, neque per ſe bonum delectatio, neq; omnis eligibilis, manifeſtum videtur eſſe, & quoniam ſint quædã eligibiles ſm̃ ſeipſas, differẽtes ſpecie vel a quibus. Quæ quidẽ igitur dicũtur de delectatione, & triſtitia, ſufficienter dicta ſunt.

*Et quàm pluribus indulgeremus rebus, etiam ſi nullam uoluptatem afferret. Damus enim operam, ut uideamus, ut meminerimus, ut ſciamus, ut habeamus uirtutes. Quòd ſi neceſſario hæc ſequatur uoluptas, nihil refert: expeteremus enim hæc, ēt ſi nulla prorſus ab ipſis prouentura eſſet uoluptas. Voluptatem igitur neque ſummũ bonum eſſe, neque expetibilem omnẽ, & uoluptates nonnullas eſſe per ſe expetibiles, ſpecie differentes, aut ea a quibus proueniunt perſpicuum eſſe cõſtat. Ea igitur quæ de uoluptate doloreue dicuntur, ſatis ſint dicta.*

## LECTIO V.

Qvid autem ẽ, vel quale quid, manifeſtius fiet vtique a principio reſumentibus.

b Videtur.n. viſio quidẽ ſm̃ qđ cumq; tẽpus pfecta eſſe. Nõ.n. indigens ullo, qđ in poſterius factũ perficiat ipſius ſpeciẽ. Tale aũt videtur, & đlectatio, totũ quiddã.n. eſt, & ſm̃ nullũ tẽpus accipiet aliquis vtiq; delectationem cuius in plus tempus factæ pficietur ſpecies.

c Propter quod neq; motus ẽ.

d In tempore.n. omnis motus, & finis alicuius, puta ædificatio perfecta, cũ faciat quod appetit vel in omni tpe vtiq;, vel in hoc: in partibus aũt temporis oẽs imperfectę & altera ſpecie, & a tota, & abinuicẽ. Lapidum.n. cõpoſitio altera a columnæ virgatione. et hęc a templificatione. et tẽpli quidẽ pfecta. Nullo.n. indigẽs ad propoſitũ, fundamẽti aũt, & triſculpti imperfecta. Partis.n. vtraq;. Specie igitur differunt, & non eſt in quocũq; tẽpore accipere motũ pfectũ ſpecie, ſed ſi quidem in omni.

## LECTIO V.

*Sed quidnam, aut quale ſit, magis patebit ſi ſermonem paulo altius repetemus.*

*Viſio enim quouis in tempore perfecta eſt. Nihil enim ipſi deeſt, quod poſtea factum ſpecies ipſius perficiet. Tali perſimilis eſt, & ipſa uoluptas. Eſt enim quoddam totum, nulloque in tempore uoluptatem quiſpiam accipit cuius ſpecies ſi maiore tempore fiat, perficietur.*

*Quocirca, nec motus eſt.*

*In tempore.n. eſt omnis motus, & alicuius etiam finis. Vt ædificatio tunc erit perfecta, cum id fecerit quod affectat in toto tẽpore, aut in hoc. In partibus aũt tẽporis omnes ſunt impfectæ, & a tota, & inter ſeſe diuerſæ ſpecie ſunt. Cõpoſitio namque lapidũ diuerſa eſt ab erectione columnæ, et hæ rurſus a tẽpli effectione. & tẽpli quidem eſt perfecta. Nullius .n. ad propoſitum indiget rei. Fundamentorum autem & laquearium imperfecta. Eſt enim utraque pars. Differunt igitur ſpẽ, & fieri non poteſt, ut quouis in tempore motus ſpecie perfectus, accipiatur niſi in toto.*

## LECTIO V.

Poſtquàm Philoſophus determinauit de delectatione ſecundum aliorum opinionem. Hic determinat de ea, ſecundũ veritatem. Et primo oſtendit delectationem non eſſe in genere motus, ſeu generationis ſicut a Platonicis ponebatur. Secũdo determinat naturam, & proprietatem ipſius, ibi. {Senſus autem omnis, &c.} Circa primum tria facit. Primo dicit de quo ẽ intentio, & modum agẽdi. Et dicit, ꝙ manifeſtius fiet per ſequentia, quid ſit delectatio, ſecundum genus ſuum, vel quale quid ſit, ideſt vtrũ ſit bona, vel mala, ſi a principio reſumamꝰ conſiderationem de ipſa. Secundo ibi.

Lectio. 6.

b ¶ Exequitur propoſitum. et circa hoc tria facit. Primo præmittit quoddam principium neceſſarium ad propoſitum oſtendendũ. Secundo oſtẽdit propoſitum, ibi. {Propter quod neq; motus, &c.} Tertio concludit principale intentum, ibi. {Ex his autem manifeſtum, &c.} Dicit ergo primo, ꝙ operatio ſenſus viſus, quæ dicitur viſio, eſt perfecta ſm̃ quodcumq; tẽpus. Nõ.n. indiget aliquo poſterius aduenienti, quod perficiat eius ſpeciẽ. Et hoc ideo, quia viſio completur in primo inſtanti tẽporis. Si autem requireret tempus ad eius complementum, non quodcũque tempus ad hoc ſufficeret, ſed oporteret eſſe tempus determinatum, ſicut accidit in cæteris, quæ fiunt in tempore, quorũ generatio certam temporis menſuram requirit. Sed viſio ſtatim in momento perficitur. Et idem eſt de delectatione. Eſt enim delectatio quoddam totum, ideſt completũ in primo inſtanti, quo incipit eſſe, ita ꝙ nõ poteſt accipi aliquod tempus, in quo fiat delectatio, quod requirat amplius tempus ad ſpeciem delectationis perficiendam, ſicut contingit in his, quorum generatio eſt in tempore. Poteſt enim accipi aliquod tempus generationis humanæ, quod requirit amplius tempus ad ſpeciem humanã perficiendam. Deinde cum dicit.

c ¶ Oſtendit propoſitum duabus rationibus. Quarũ prima talis eſt. Omnis motus, ſeu generatio pficitur in determinato tẽpore, in cuius parte nondum eſt motꝰ perfectus. Hoc autẽ non accidit circa delectationem. Ergo delectatio non eſt motus, neq; generatio. Circa hanc autem rationem primo ponit concluſionem cõcludens ex præmiſſo principio, in quo virtualiter tota ratio continetur, ꝙ delectatio non eſt motus. Secundo ibi.

d ¶ Ponit maiorẽ præmiſſę rationis, videlicet, ꝙ omnis motus eſt in tpe, & omnis motus eſt alicuiꝰ finis, ideſt hñs aliquẽ finẽ, ad quẽ ordinat, ad quẽ determinato tpe peruenit. Et hoc manifeſtat primo quidem circa generationem. Ars.n. ædificatiua perficit ſuã operationẽ, quãdo perficit id quod intendit .ſ. domum, qđ quidẽ facit in toto aliquo determinato tpe, in cuius partibus oẽs generationes ſunt impfectæ, & differunt ſpẽ a tota generatione cõpleta, & ẽt adinuicẽ. Cuius rõ eſt, quia generatio ſpeciẽ recipit ſm̃ formã, quæ eſt finis gñonis. Eſt autem aliud forma totius, & aliud ſunt formę ſingulariũ partium. Vñ & generationes dñt ſpẽ abinuicẽ. Si.n. aliquod templũ ædificetur ĩ aliquo determinato tpe, ĩ aliqua parte illius tẽporis cõponuntur lapides ad parietis conſtructionẽ. In alia vero parte tẽporis virgant columnæ .i. in modũ virgarum ſculpuntur. Sed in toto tpe conſtruit ipſum tẽplũ. Et hęc tria dñt ſpẽ .ſ. lapidũ cõpoſitio, columnarũ virgatio, & tẽpli ædificatio. Eſt tñ circa hoc cõſiderandũ, ꝙ ſicut forma totius tẽpli eſt pfecta, formæ aũt partiũ ſunt impfectæ, ita ẽt ipſa cõſtructio tẽpli eſt gñõ pfecta: nullo.n. exteriori indiget ad propoſitum ædificatoris explendũ, ſed gñõ fundamenti eſt imperfecta, & ſilr gñõ triſculpti .i. columnarum ſculptarũ in tres ordines diſpoſitarum ſupra fundamentum. Et vtrumq; horum eſt gñõ partis, quæ habet rationem imperfecti. Sic ergo patet, ꝙ prædictæ gñones totius & partium differunt ſpẽ, & ꝙ non eſt accipere, ꝙ ſpẽs motus perficiatur in quocumque tempore, ſed perficitur in toto tempore. Secundo ibi.

e ¶ Manifeſtum



e ¶ Manifeſtum facit idem in motu locali. Et dicit, ꝙ id quod dictum eſt de generatione, ſimiliter videtur eſſe verum in ambulatione, & in omnibus aliis motibus. Manifeſtum eſt enim ꝙ omnis latio, ideſt motus localis, eſt motus, vnde & quo, ideſt a termino, & ad terminum. Et ſic oportet, ꝙ ſpecie diuerſificetur ſecundum diuerſitatem terminorũ. Sunt autem diuerſæ ſpecies motus localis in animalibus volatus, qui cõuenit auibus, ambulatio, quæ conuenit greſſibilibus, ſaltatio, quæ conuenit locuſtis, & alia huiuſmodi, quę differũt ſecundũ diuerſas ſpecies principiorũ mouentium, non enim ſunt eiuſdem ſpeciei animæ diuerſorũ animalium, nec ſolum pdicto modo diuerſificantur ſpecies localium motuum, ſed etiam in vna ſpecierum dictarum, puta ambulatione diuerſæ ſpecies inueniuntur. Si enim accipiatur motus, quo quis perambulat ſtadium, & motus, quo quis p ambulat aliquã partem eius, nõ eſt vtrobique idem, vnde & quo, i. terminꝰ a quo, & terminus ad quẽ. Et ſimile eſt de motibus, quibus aliquis p ambulat hanc, & illã partẽ ſtadii, quia nõ ſunt idem termini. Non .n. eſt idem ſm̃ ſpeciẽ pertrãſire hãc lineam, & illã, quamuis omnes lineæ, inquantum huiuſmodi ſunt eiuſdẽ ſpeciei. Nam ſm̃ ꝙ in certo ſitu, ſeu loco conſtituuntur, accipiuntur vt ſpecie differentes, ſm̃ diuerſitatẽ locorum, quę attenditur ſm̃ diuerſum ordinẽ ad primum continẽs. Ille autem qui pertranſit lineam, nõ ſolum pertranſit lineã, ſed lineã in loco exiſtentem, quia in alio loco eſt vna linea ab alia. Et ita manifeſtũ eſt, quòd ſm̃ diuerſitatem terminorum, differt ſpecie totꝰ motus localis a ſingulis partibus, ita tamen, ꝙ totus motus habet pfectam ſpeciem, partes aũt habent ſpeciẽ imperfectã. Et quia ad manifeſtationẽ prædictorũ requireretur plene cognoſcere naturã motus, ſubiungit, ꝙ in aliis .i. in Lib. Phyſi. dictum eſt de motu per certitudinem .i. ſufficienter, ꝙ cõplere. Sed hoc ſufficit hic de motu dixiſſe, ꝙ motus nõ eſt pfectus in omni tẽpore, ſed multi ſunt motus imperfecti, & differentes in diuerſis partibus tẽporis, ex eo ꝙ vnde & quo .i. termini motus ſpecificant motũ. Sic ergo manifeſtata maiori propoſitione, ſubiungit minorem .i. ꝙ ſpecies delectationis eſt perfecta in quocumque tempore .i. hoc manifeſtum eſt ex ſupradictis. Vnde concludit manifeſtum eſſe ꝙ delectatio & generatio, ſiue mutatio ſunt alteræ adinuicem, & ꝙ delectatio eſt aliquid de numero totorum, & perfectorũ, quia ſcilicet in qualibet parte ipſius delectatio habet complemẽtum ſuæ ſpeciei. Secundam rationem ponit ibi.

f ¶ Quæ talis eſt, Non contingit moueri in nõ tempore, vt in Sexto Phiſicorum probatum eſt. Delectari autem contingit in nõ tempore. Sic enim dictum eſt, ꝙ delectari eſt aliquid totum, quia contingit etiam delectari in nunc, & ſtatim habet ſuum cõplementum. Ergo delectatio non eſt motus. Et eſt conſiderandum, ꝙ differẽtia ex qua procedit hæc ratio eſt cauſa differentiæ, ex qua prima ratio procedebat. Ideo enim ſpecies delectationis eſt perfecta, in quocumque tempore, nõ autem motus, quia delectatio eſt in inſtanti, motus autẽ omnis in tẽpore. Et hic deſignat ipſe modus loquendi Philoſophi cum dicit. Videbitur autem vtiq; hoc, & ex non contingere, &c. Deinde cum dicit. Tex. cõ. 29.

g ¶ Concludit ex præmiſſis principale intentũ. Et dicit manifeſtum eſſe ex pręmiſſis, ꝙ non bene dicunt dicentes delectationem eſſe motum, vel generationẽ. Ratio enim motus, & generationis nõ poteſt cuique attribui, ſed ſolum diuiſibilibus, quæ non ſunt tota .i. quæ non ſtatim habent ſuum complementum. Neq; enim poteſt dici, ꝙ generatio ſit viſionis, ita .ſ. ꝙ viſio ſucceſſiue cõpleatur. Sic etiam nõ poteſt dici de puncto & vnitate. Hæc enim non generantur, ſed conſequũtur generationem quorũdam. Similiter non poteſt his attribui motus. Vnde nec delectationi, quæ etiã eſt quoddam totum, ideſt in indiuiſibili perfectionem habens.

e Similiter aũt, & in ambulatione, & reliquis. Si.n. eſt latio motus vnde & quo, & hmõi differre, ſecũdũ ſpecies volatus, ambulatio, ſaltatio, & talia. Non ſolũ autem ſic, ſed in ipſa ambulatione, hęc.n. vnde & quo, nõ idẽ in ſtadio, & in parte, & in altera, & in altera parte, neq; pertranſire lineam hanc, & illã: non ſolũ autem lineam pertranſit, ſed in loco exiſtentem, in altero aũt hæc ab illa. Per certitudinem quidẽ igitur de motu in aliis dictũ eſt. Videtur autem non in omni tẽpore perfectus eſſe, ſed multi imperfecti, & differentes ſpecie. Si quidẽ quod vnde & quo ſpecificum. Delectationis autẽ in quocumque tempore perfecta ſpecies. Manifeſtum igitur, quòd & alterę erunt abinuicem, & totorum aliquid, & perfectorum delectatio.

f Videbitur autem vtique hoc, & ex nõ contingere moueri nõ in tempore, delectari autem. Quod in ipſo nunc totum aliquid.

g Ex his autẽ manifeſtũ, & q̃m non bene dicunt motũ, & generationem eſſe delectationem. Non.n. omnium hæc dicunt, ſed partibilium, & nõ totorũ. Neq;.n. viſionis ẽ generatio, neq; pũcti, neq; vnitatis, neq; horũ nihil motus, neq; vtiq; delectationis. Totum.n. quoddam.

*Similiter res ſeſe habet, & in ambulatione, & motionibus cæteris. Nam ſi latio motus ẽ, quo quidẽ ex hoc ad hoc itur, et huius differentiæ ſpecie uolatio, ambulatio, ſaltatio, & talia, motiones ſunt, quibus ex hoc ĩ hoc ſimiliter itur. Non ſolũ aũt in his res ita ſeſe habet, ſed in ipſa etiam ambulatione. Termini namque non ſunt iidem in ſtadio toto, atque in parte, & in alia, atque alia parte. Neque idem eſt pertranſire lineam hanc, & illam. Non ſolum.n. lineam, ſed etiã in loco collocatam pertranſit. Atque hæc & illa in diuerſis ſunt locis. Sed exacte quidem de motu aliis in locis eſt dictum. Videtur autẽ non in omni tẽpore eſſe perfectus. Sed multi ſunt imperfecti ſpecieque diuerſi, ſiquidem ipſi termini ſpeciei ſunt effectores. At uoluptatis ſpecies quouis in tempore eſt perfecta. Patet igitur uoluptatem, & motum diuerſa eſſe, et uoluptatem ex his eſſe, quæ tota ſunt, & perfecta.*

*Id & ex eo ita eſſe conſtat, quia moueri quidem in non tempore nihil poteſt, uoluptate autem affici poteſt. Quod enim in ipſo nunc eſt, totum eſt quoddam.*

*Ex his autem patet, non bene dici uoluptatem motum eſſe, uel generationem. Non enim omnium hæc dicuntur, ſed partibilium, & non totorum. neque enim uiſionis, neque puncti, neque unitatis eſt generatio, neque quicquam horum eſt motus, uel generatio. Quare neq; uoluptas. Eſt enim quoddam totum.*

## LECTIO VI.

Senſus autem omnis ad ſenſibile operantis pfecte, & bene diſpoſiti ad pulcherrimũ ſub ſenſu iacentium. Tale enim maxime eſſe videtur perfecta operatio.

## LECTIO VI.

*At uero ſenſus oĩs ad ſenſibile ẽ operatio quædã. Perfecta aũt eius, qui bene eſt diſpoſitus ad id quod ẽ pulcherrimũ eorum, quæ ipſi ſubiiciuntur: tale.n. maxime uidetur eẽ operatio ipſa perfecta.*

## LECTIO VI.

Poſtquàm Philoſophus oſtẽdit, ꝙ delectatio nõ eſt in genere motus, ſicut quidam poſuerunt. Hic oſtendit naturam, & pprietates delectationis. Et primo oſtẽdit quid ſit delectatio. Secundo agit de differentia delectationũ adinuicẽ, ibi. {Vñ videnẽ &c.} Circa primũ duo facit. Primo oñdit quid ſit delectatio. Secundo ex hoc determinat quaſdã delectationis pprietates, ibi. {Vſquequo aũt, &c.} Circa primũ duo facit. Primo oñdit, ꝙ delectatio eſt quædã operis pfectio. Secũdo manifeſtat quædã, quæ dixerat, ibi. {Secundũ vnũquodq; aũt, &c.} Circa primũ tria facit. Primo oñdit, quæ ſit pfecta operatio. Secũdo oñdit, ꝙ perfectio operis ſit delectatio, ibi. {Hoc aũt vtiq;, &c.} Tertio oñdit, qualiter delectatio operationẽ pficiat, ibi. {Perficit aũt operationem, &c.} Circa primũ duo facit. Primo oſtẽdit propoſitũ. Et dicit, ꝙ cuiuslibet ſenſus operatio eſt alicuius operãtis in reſpectu ad ſenſibile, quod eſt ſenſus obiectũ. Sic ergo in operatione ſenſus duo cõſiderantur .ſ. ipſe ſenſus, qui eſt operationis principiũ, & ſenſibile, quod eſt operationis obiectum. Ad hoc ergo, quòd Lectio. 7.

operatio ſenſus ſit perfecta, requiritur optima diſpoſitio ex parte vtriuſque, ſcilicet ſenſus, & obiecti. Et ideo ſubdit, ꝙ tunc ꝑfecte ſenſus operatur, quando eſt operatio ſenſus bene diſpoſita ad aliquid pulcherrimum, ideſt conuenientiſſimum eorum, quæ ſenſui ſubiacent. Hæc enim maxime videtur eſſe perfecta operatio, quę ſcilicet a ſenſu progreditur in comparatione ad tale obiectum. Secundo ibi.

b ¶ Facit mentionē de quadā dubitatione. Quia enim dixerat ſenſum eſſe operantem, et in Primo de anima dictum eſt ꝙ anima non operatur, ſed homo operatur per animam, ideo ſubiūgit, ꝙ nihil differt ad propoſitum, vtrū ipſe ſenſus operetur, vel homo ſiue animal, in quo ē ſenſus, quia quicquid horum dicatur manifeſtum eſt, ꝙ circa vnumquodque, optima operatio eſt operantis optime diſpoſiti per reſpectum ad id, quod eſt potiſſimum inter ea, quæ ſubiacent virtuti talis operantis. Ex his enim duob⁹ videtur maxime depēdere operationis perfectio, ſcilicet ex principio actiuo, & obiecto. Deinde cum dicit.

c ¶ Oſtendit ꝙ delectatio ſit operationis perfectio. Videmus enim ꝙ eadem operatio quam diximus eſſe perfectiſſimam, eſt etiam delectabiliſſima. Vbicūque enim inuenitur in aliquo cognoſcente operatio perfecta, ibi etiam inuenitur operatio dlectabilis. Eſt enim delectatio non ſolum ſecūdum tactum & guſtū, ſed etiam ſecundum omnem ſenſum. Nec ſolum ſecūdū ſenſum, ſed etiam ſecundum ſpeculationem intellectus, inquantum ſ. ſpeculatur aliquid verorum per certitudinem. Et inter huiuſmodi operationes ſēſus & intellectus, illa eſt delectabiliſſima, quæ eſt perfectiſſima. Perfectiſſima autem operatio eſt, quæ eſt ſenſus, vel intellectus bene diſpoſiti in cōparatione ad optimum eorum, quæ ſubiacent ſenſui, vel intellectui. Si ergo operatio perfecta eſt delectabilis; perfectiſſima autem delectabiliſſima, conſequens eſt, ꝙ operatio inquantum ē perfecta ſit delectabilis. Delectatio ergo eſt operationis perfectio. Deinde cum dicit.

d ¶ Oſtendit qualiter delectatio perficiat operationem. Et dicit, ꝙ non eodem modo delectatio perficit operationē, puta ſenſus, ſicut perficit eam obiectum, quod eſt ſenſibile, & principiū actiuum, quod eſt ſenſus, quæ omnia ſunt quædam bona, & bonitatem operationi tribuentia. Sicut etiam eius quòd eſt ſanari, non eodem modo eſt cauſa ſanitas, & medicus, ſed ſanitas quidem per modum formæ, medicus autem per modum agentis.

Tex.cō.66.

b Ipſum autem dicere operari vel in quo eſt nihil differat. Secundum vnumquodque optima eſt operatio optime diſpoſiti ad potiſſimum eorum, quæ ſub ipſam.

c Hæc aūt vtique perfectiſſima & delectabiliſſima erit. Secundū omnē.n.ſenſum eſt delectatio. Similiter aūt & ſm̄ intellectū & ſpeculationē: delectabiliſſima aūt pfectiſſima. Perfectiſſima autē, quæ bene habentis ad ſtudioſiſſimum eorum, quæ ſub ipſa.

d Perficit autem operationem delectatio. non ſecundū eundē aūt modum & delectatio perficit, & ſenſibile, & ſenſus ſtudioſa entia. Quemadmodū neq; ſanitas, & medicus ſimiliter cauſa eſt eius, quod eſt ſanari.

e Secundū vnumquemq; autē ſenſum, qm̄ fit delectatio manifeſtū. Aimus.n.viſiones, & auditiones eſſe delectabiles.

f Manifeſtū aūt, & qm̄ maxime cū ſenſus ſit potētiſſimus, & ad tale operet̄. Talibus aūt entib⁹, & ſenſibili, & ſenſato, ſemꝑ erit delectatio, exiſtente faciēte quidem, & patiente.

g Perficit autē operationē delectatio non habitus qui ineſt, ſed vt ſuperueniens quidā finis velut iuuenibus pulchritudo.

h Vſquequo autē ſenſibile, vel ītelligibile ſit quale oportet, puta vtiq;, & diſcernens, vel ſpeculans, erit in operatione delectatio. Similibus.n.entibus, & adinuicē ſm̄ eundē modū habentibus, & paſſiuo, & factiuo idem aptum natum eſt fieri.

*Atque nihil interſit ſiue ipſe, ſiue id, in quo eſt, ipſe operari dicatur. In omni quoque genere præſtabiliſſima eſt eius operatio quod optime diſpoſitum ad id, quod eſt præſtabiliſſimum eorum, quæ ipſi obiiciuntur.*

G *Hæc autem perfectiſſima eſt, & iucundiſſima. In omni namque ſenſu uoluptas eſt, & in mente ſimilimodo contemplationeue. Iucundiſſima autē eſt ea, quæ eſt perfectiſſima. Perfectiſſima autem eſt ea quæ eſt eius, qđ bene ſeſe habet ad id, quod eſt ſtudioſiſſimum eorū, quæ cadunt ſub ipsā.*

*Voluptas autem perficit operationem. Atque non eodem modo uoluptas perficit, ac ſenſibile & ſenſus, ſi ſunt ſtudioſa. Quemadmodum neque ſanitas medicuſue ſimiliter cauſæ ſunt ut quiſpiam ualeat.* H

***In unoquoque autem ſenſu uoluptatem fieri conſtat. Dicimus enim uiſiones, ac auditiones uoluptatem afferre.***

*Conſtat autem, & maxime tum cū ſenſus eſt præſtantiſſimus, & circa tale operatur. Atque cum talia ſunt ipſum ſenſibile, & id quod ſentit erit ſemper uoluptas, ſi eſt quod agat, & quod patiatur.*

I *Perficit autem operationem uoluptas non ut habitus, ſed ut pullulans quidam finis, perinde atque pulchritudo in his, qui uigent ætate.*

*Atque quouſque ipſum ſenſibile, uel intelligibile, & id quod diſcernit, uel contemplatur tale ſit, quale eſſe oportet, erit in operatione uoluptas. Nam cum ſunt ſimilia ipſum paſſiuū, atque actiuum, & inter ſeſe modum habent eundem, idem ſemper natura fieri ſolet.* K

F Similiter autem perficit operationem, per modum quidem formæ delectatio, quæ eſt ipſa perfectio eius. Per modum autē agētis perficit ipſam ſenſus bene diſpoſitus, ſicut mouens motum. Senſibile autem conueniens, ſicut mouens non motum. Et eadem ratio eſt circa intellectum. Deinde cum dicit.

e ¶ Manifeſtat quæ dixerat. Et primo dicit manifeſtum eſſe, ꝙ ſecundum vnumquemque ſenſuum ē delectatio, vt ſupra dictum eſt. Per hoc quod dicimus, & experimur viſiones eſſe delectabiles puta pulchrarum formarum, & etiam auditiones, puta ſuauium melodiarum. Secundo ibi.

f ¶ Manifeſtat aliud præmiſſorum dicens, manifeſtum eſſe per experimentum, ꝙ viſio & auditio, & quęlibet oꝑatio ſenſus, maxime eſt delectabilis, quando & ſenſus eſt potētiſſimus, ideſt optime vigens in ſua virtute, & quādo operatur reſpectu talis obiecti, ideſt maxime conuenientis. Et quādiu in tali diſpoſitione manet, & ipſum ſēſibile, & animal habens ſenſum tamdiu manet delectatio, ſicut & in aliis apparet. Et quamdiu permanet eadem diſpoſitio facientis & patientis, neceſſe eſt, ꝙ permaneat idē effectus. Tertio ibi.

g ¶ Manifeſtat qđ ſupra dictum eſt de modo, quo dlectatio perficit operationē. Dictū eſt enim ꝙ delectatio perficit operationem non efficiēter, ſed formaliter. Eſt autē duplex formalis perfectio. Vna quidem intrinſeca, quæ conſtituit eſſentiam rei. Alia autem quæ ſuperuenit rei ī ſua ſpecie cōſtituta. Dicit ergo primo, ꝙ delectatio ꝑficit operationem, non ſicut habitus, q ineſt ei.i. non ſicut forma intrinſeca eſſentiæ rei, ſed ſicut quidā finis, ideſt quædam perfectio ſuperueniens, ſicut pulchritudo venit iuuenibus, non quaſi exiſtens de eſſentia iuuentutis, ſed quaſi conſequens bonam diſpoſitionem cauſarum iuuentutis. Et ſimiliter delectatio cōſequitur bonam diſpoſitionem cauſarum operationis. Deinde cum dicit.

h ¶ Determinat rationes quarumdam proprietatum delectationis ex his, quæ determinata ſunt de eius quiditate. Et primo agit de duratione delectationis. Secundo de eius appetibilitate, ibi. {Appetere autem, &c.} Circa primum tria facit. Primo oſtendit quamdiu debeat durare delectatio. Et dicit, ꝙ tamdiu erit delectatio in operatione, quamdiu ex vna parte obiectum quod eſt ſenſibile, vel intelligibile eſt in debita diſpoſitione, & ex alia parte ipſum operans, quod eſt diſcernens per ſenſum, vel ſpeculans per intellectum. Et huius ratio eſt, quia quamdiu



quandiu in actiuo, & paſſiuo manet eadem diſpoſitio, & habitudo eadem adinuicem, tandiu manet idem effectus, vnde ſi bona diſpoſitio potentię cognoſcitiuæ, & obiecti eſt cauſa delectationis ea durante neceſſe eſt delectationē durare. Secūdo ibi.

i. ¶ Aſſignat rationem, quare delectatio nō poſſit eſſe continua, & dicit, quòd ideo nullus continue delectatur, quia laborat in operatione quam conſequitur delectatio, & ſic operatio nō efficitur delectabilis: hoc autem ideo eſt, quia omnia quæ habent corpora paſſibilia, non poſſunt continue operari, propter hoc, quòd eorū corpora immutātur a ſua diſpoſitione ꝑ motum, qui coniungitur operationi, cuilibet enim operationi rei habentis corpus, ipſum corpus aliqualiter deſeruit, vel immediate ſicut operatiōi ſenſitiuæ, q̄ ꝑ organum corporeū producitur, vel mediate ſicut operationi intellectiuę, quæ vtitur operationibus virtutum ſenſitiuarū quæ fiunt per organa corporea: ſic igitur ex quo nō poteſt eſſe cōtinua operatio, neque etiam delectatio poteſt eſſe continua, delectatio enim conſequitur operationem, vt dictū eſt. Tertio ibi.

k ¶ Aſſignat rationem quare noua magis delectant, & dicit, quòd quādo ſunt noua magis delectant, poſtea autem non ęqualiter delectant, & huius ratio eſt, quia a principio mens inclinatur ſtudioſe circa huiuſmodi propter deſiderium, & admirationem, & ita intenſe, ideſt vehementer circa huiuſmodi operatur, & ex hoc ſequitur delectatio vehemens, ſicut patet de illis, qui ſtudioſe aſpiciunt aliquid, quod prius nō viderunt propter admirationem, poſtea autem quando conſueti ſunt videre, non fit talis operatio, vt ſcilicet ita attente videant, vel quodlibet aliud operentur, ſicut prius, ſed negligenter operantur, & ideo etiam delectatio obſcuratur, ideſt minus ſentitur. Deinde cum dicit.

l ¶ Aſſignat rationem, quare delectatio ab omnibus appetatur. Et circa hoc duo facit. Primo manifeſtat propoſitum, & dicit, ꝙ ideo aliquis poteſt rationabiliter exiſtimare, quòd omnes appetunt delectationem, quia omnes naturaliter appetunt viuere, vita autem ſecundum ſuam vltimam perfectionem in quadam operatione conſiſtit, vt in Nono oſtenſum eſt, & inde eſt, quòd vnuſquiſque circa illa maxime oparatur, & his operationibus inſiſtit, quæ maxime diligit, ſicut muſicus maxime inſiſtit ad audiendum melodias, & ille, qui eſt amator ſapientiæ maxime inſiſtit ad hoc, quòd mente theoremata, ideſt conſiderationes ſpecu-

Et.7.10. iii.

A letur, vnde cum delectatio perficiat operationem, vt ſupra dictum eſt, conſequens eſt, quòd perficiat ipſum viuere, quod omnes appetunt, & ita rationabile eſt, quòd omnes appetant delectationem ex eo quòd perficit viuere, quod eſt omnibus eligibile. Secundo ibi.

i Qualiter igitur continue nullus delectatur, vel laborat (omnia enim habentia corpora nū poſſunt continue operari) non fit ergo neque delectatio, ſequitur enim operationem.

k Quædā autem delectant noua entia, poſterius autē non ſimiliter propter hoc, quia primum quidem enim per deſideria inclinata eſt mens, & intenſe circa eadem operatur, quemadmodum ſecūdum viſum aſpicientes, poſtea autē nō fit talis operatio, ſed neglecta, propter quod & delectatio obſcuratur.

l Appetere autem delectationem exiſtimabit quis vtiq; omnes, quoniam & viuere omnes appetunt, vita autem operatio quædam eſt, & vnuſquiſque circa hæc, & in his operatur, quæ & maxime diligit, puta muſicus quidem auditu circa melodias, amator autem diſciplinæ mente circa theoremata, ſic autem & reliquorum vnuſquiſq;, delectatio autem perficit operationes, & viuere autem quod appetunt: rationabiliter igitur, & delectationē appetūt, ꝑficit.n. vnicuiq; viuere eligibile ens.

m Vtrum autem propter delectationem viuere eligimus, vel propter viuere delectationem, dimittatur in præſenti, coniungi quidem enim hæc videntur, & ſeparationem non recipere, ſine operatione enim non fit delectatio.

*Quomodo igitur nemo continue uoluptatem capit, aūt defatigatur (omnia humana nequeunt continue operari) neque uoluptas igitur continue fit, ſequitur enim operationem.*

B *Nonnullæ autem res cum nouæ ſunt delectant, ſed poſtea non ſimiliter propter hæc ipſa, primo namque inuitatur mens, & circa illas operatur intenſe, quemadmodum operantur uiſu, qui inſpiciunt, deinde non fit talis ipſa operatio, ſed neglectior, qua propter, & uoluptas extenuatur, ac offuſcatur.*

C *Putauerit autem quiſpiam omnes ideo uoluptatem appetere, quia uiuere etiam omnes affectant, uita uero quædam eſt operatio, atque circa ea quilibet, & his operatur, quæ & maxime amat, ut muſicus quidem auditu circa cantus: auidus uero diſcendi, mente circa res contemplandas, eodem modo, & ſinguli cæterorum, uoluptas autem perficit operationes, & ipſum etiam uiuere quod appetunt, cum ratione igitur, & uoluptatem affectant, perficit enim ipſum uiuere uniuſcuiuſque, quod expectibile eſt.*

D *Quærere uero, utrum ob uoluptatem uiuere expetamus, an uoluptatem ob uitam, miſſum in præſentia faciamus, coniuncta enim hæc eſſe uidentur, & non ſuſcipere ſeparationē, Nam & ſine operatione uoluptas non fit, & omnem operationem perficit ipſa uoluptas.*

m ¶ Mouet quandā dubitationem ex dictis, dictum eſt enim, quòd omnes appetūt delectationem, & ſimiliter omnes appetunt viuere, quod in operatione perficitur: appetibilia autē habent ordinem adinuicem, ſicut & ſcibilia: poteſt ergo dubitatio eſſe, vtrum homines appetant vitā propter delectationē vel econuerſo delectationē propter vitam, & dicit, quòd dubitatio dimittēda eſt ad præſens, quia iſta duo ita coniungūtur adinuicem, quòd nullo modo ſeparantur, non enim fit delectatio ſine operatione, neque rurſus poteſt eſſe perfecta operatio ſine delectatione, vt dictum eſt ſupra, videtur autē principalius eſſe operatio, quàm delectatio, nā delectatio eſt quies appetitus in re delectante, qua quis per operationem potitur, non autem aliquis appetit quietē in aliquo, niſi inquātum eſtimat ſibi conueniens. Et ideo ipſa operatio, quæ delectat, ſicut quoddam conueniens videtur per prius appetibilis quàm delectatio.

## LECTIO VII.

VNde videntur, & ſpecie differre, altera enim ſpecie ſub alteris exiſtima- B

## *LECTIO VII.*

*VNde & ſpecie uoluptates differunt, nam ea quæ ſunt diuerſa ſpecie, a diuerſis*

## LECTIO VII.

POſtquam Philoſophus oſtēdit naturam delectationis, & proprietates ipſius, hic determinat differentiam delectationum adinuicem. Et circa hoc duo facit. Primo determīat de differētia delectationum, quæ ſumitur ex parte operationū. Secundo de differentia delectationum, quæ ſumitur ex parte ſubiecti, ibi. {Videtur autem &c.} Circa primum duo facit. Primo oſtendit, quomodo delectationes differant ſpecie, ſecundū differentiam operationum. Secundo, quomodo differant in bonitate & malitia, ibi. {Differentibus autem &c.} Circa primum duo facit. Primo oſtendit per rationem, quòd delectationes differunt ſpecie, ſecundum differentiam operationum. Secundo manifeſtat idem per ſigna, ibi. {Apparebit autem &c.} Dicit ergo primo, quòd cum delectatio ſit operationis perfectio, conſequens eſt, quòd ſicut operationes differunt ſpecie, ita etiam & delectationes differre videantur, ita exiſtimamus communiter, quaſi per ſe notum, quòd ea quæ ſunt diuerſa ſecundum ſpeciem perficiuntur perfectionibus ſpecie differentibus, quod quidem manifeſtum eſt circa perfectiones eſſentiales, quę conſtituunt ſpeciem.

Lectio.8.

F ſpeciem. Idem autem neceſſe eſt eſſe, & circa alias conſequentes perfectiones, dum modo ſint propriæ, quia conſequantur ex eſſentialibus principijs ſpeciei, & hoc videmus accidere tam circa naturalia, quàm circa artificialia: circa naturalia quidem, quia alia eſt perfectio animalium, quæ ſcilicet conſiſtit in perſpicacitate ſenſus, & alia arborum, quę cōſiſtit in earum fœcūditate: circa artificialia vero, quia alia eſt perfectio picturarū, vt ſcilicet ſint delectabilibus coloribus diſtinctæ, & alia eſt perfectio imaginum, vt ſcilicet bene repreſentent ea quorum ſunt imagines, ſimiliter etiam alia eſt perfectio domus, vt ſcilicet ſit firmum receptaculum, & alia vaſis, vt ſcilicet ſit bonę capacitatis, vñ oportet quòd operationes ſpecie differētes perficiantur a delectatiōibus ſpecie differentibus, manifeſtū eſt autem, quòd operationes mētis, ideſt intellectus differunt ſpecie ab operationibus ſenſus, & ſimiliter operationes ſenſuum abinuicem: diuerſificantur enim ſecundum obiecta, & ſecundum potentias, quæ ſunt operationum principia, vnde relinquitur, quòd delectationes quæ perficiunt operationes, differunt ſpecie. Deinde cum dicit.

b ¶ Manifeſtat idē per ſigna. Et primo per hoc, quòd operatio per propriam delectationem confortatur, ibi. {Adhuc autem &c.} Dicit ergo primo, quòd hæc ſcilicet differentia delectationum, ſecundū operationes apparet ex eo, quòd quælibet delectatio quadā affinitate appropriatur operationi, quam pficit, quia vnaqueq; operatio per propriā delectationem augetur, ſicut quidlibet natum eſt augeri per id, quod eſt ſibi ſimile & conforme, videmus enim quòd illi qui delectabiliter operantur quodcumque opꝰ rationis, magis poſſunt ſingula dijudicare, & per certitudinem exquirere ea circa quę delectabiliter negociantur, ſicut Geometræ, qui delectantur in cōſiderationibus geometriæ, magis poſſunt intelligere ſingula huiuſmodi conſiderationis, quia mens magis detinetur in eo, in quo delectatur, & eadem ratio eſt de omnibus alijs, ſicut de his, qui amant muſicalia, & delectantur in eis, & de his, qui delectantur in arte ædificatiua, & de omnibus alijs, quòd per hoc, quòd gaudent in tali opere magnum augmentum faciunt ad proprium opus, & ſic patet, quòd delectationes augent operationes: manifeſtū eſt autem, quòd ea quæ augent ſunt propria his, quæ augentur, vnde oportet, quòd diuerſa diuerſis augeantur: ſi igitur operationes quę augentur per delectationes ſpecie differunt, vt oſteſum eſt, conſequens eſt, quòd & ipſæ delectationes augentis ſpecie differant. Deinde cum dicit.

c ¶ Inducit aliud ſignum, quod ſumitur ex impedimento, qđ affertur operationibus per extraneas operationes. Et primo ex hoc oſtendit differentiam delectationum. Secundo comparat extraneas delectatiōes proprijs triſtitijs, ibi. {Fere enim alienæ.} Dicit ergo primo, quòd id quod dictum eſt de differētia delectationum, ſecūdum operationes, magis apparet ex eo, quòd operationes impediuntur per delectatiōes ab alijs operibus factas, ideo autem p hoc magis manifeſtatur propoſitū, quia hoc, quòd delectationes augent operationes, poſſet attribui communi rationi delectationis, non autem propriæ ſecūdum quam differunt delectationes adinuicē, ſed manifeſte apparet, quòd delectationes ſpecie differūt dum inuenitur, quòd propria delectatio auget operationem, & extranea impedit, videmus enim, quòd illi qui ſunt amatores ſonitus fiſtularum, non poſſunt attendere ſermonibus, qui eis dicuntur, quando audiunt aliquem fiſtulantem, ex eo ꝙ magis gaudent in operatione fiſtulatiuæ artis, quàm in præſenti operatione, ſcilicet in auditione ſermonum ſibi dictorū, & ſic patet, quòd delectatio quæ fit ſecū dum operationem fiſtulatiuæ artis, corrūpit operationes ſecū dum ſermonem, & ita videmus accidere in alijs cum occurrit alicui, quòd ſimul circa aliqua duo operetur: manifeſtū eſt enim quòd delectabilior operatio excludit aliam intantum, ꝙ ſi ſit magna differentia in exceſſu delectationis, homo totaliter omittit operari ſecundum operationem minus ſibi delectabilē, & inde eſt, quòd quando vehementer delectamur in aliquo quocumque, nihil aliud poſſumus operari, ſed quando aliqua placent nobis quiete, ideſt remiſſe, vel parum, poſſumus etiam quædam alia facere: ſicut patet de his, qui in theatris, ideſt in ſpectaculis ludorum delectantur, quia qui parum ibi delectantur in his, quæ vident, poſſunt intendere comeſtioni leguminum, quæ non eſt multum delectabilis, & hoc maxime faciunt homines, qui inſpiciūt aliquos non bene pugnantes in agone, ita quòd in ſpectatio talis pugnę non ſit ei delectabilis, quia ergo propria delectatio confirmat operationes ex quibus conſequitur, vt ſcilicet homo vehementius eis intendat & facit eas diuturniores, vt ſcilicet homo magis in eis perſeueret, & facit eas meliores, ideſt perfectius ſi nem attingentes, & cum hoc delectationes alienæ, ideſt quæ conſequuntur quaſdam alias operatiōes officiunt, ideſt nocēt manifeſte, conſequitur, quòd delectationes multum differūt adinuicē, quia quòd vna delectatio iuuat, alia impedit. Deinde cum dicit.

d ¶ Comparat alienas delectationes triſtitijs proprijs, vt ex hoc magis appareat delectationum differentia, & dicit, quòd fere eundem effectū habet circa aliquam operationem delectatio aliena ſ. quē cauſatur ex aliqua alia operatione, & triſtitia propria ſecundū quam, ſcilicet aliqs triſtatur de ipſa operatione, manifeſtum eſt enim quòd triſtitia, quæ eſt de aliqua operatione, corrumpit ipſam, ſicut ſi alicui ſcribere, vel ratiocinari ſit non delectabile, vel magis triſte, neque ſcribet, neque ratiocinabitur propter triſtitiā ſibi aduenietem ex tali operatione, ſic ergo circa operationes contrarium effectum habēt delectationes propriæ, & triſtitiæ propriæ, quaſi ſcilicet ex ipſis operationibus cauſantur, alienæ autem ſunt, quæ cauſantur ex alijs operationibus, & dictum eſt, quòd extraneæ delectationes faciunt aliquid propinquum triſtitiæ propriæ, ex vtraque enim parte corrumpitur operatio, non tamen ſimiliter, ſed magis per triſtitiam propriam, quę directe, & ſecundum ſe delectationi contrariatur, aliena vero delectatio contrariatur ſecundum aliud, ſcilicet ſecundum operationem.

mus perfici, ſic enim videntur, & naturalia, & quæ ab arte, puta animalia, & arbores, & picturę, & imagines, & domus, & vas: ſimiliter autem operatiōes differentes ſpecie a differentibus ſpecie perfici: differunt autem quæ mētis ab his quæ ſm̄ ſenſus, & hæ ipſe ſecundum ſpeciem, & perficiētes itaque delectatiōes.

*perfici putamus, ſic enim ſunt, & ea quæ a natura, & ea quæ ab arte conſiciuntur, vt animalia, arbores, pictura, ſtatua, domus, vas, & ſimilia. ſimiliter igitur, & operationes differentes ſpecie a differentibus ſpecie perficiuntur, operationes autem mentis ab operationibus ſenſus, & hæ rurſus inter ſeſe differunt ſpecie, igitur & voluptates, quæ ipſas perficiunt.*

G b Apparebit autem vtiq; hoc, & ex eo appropriari delectationum vnamquamque operationi quam perficit, coauget enim operationem propria delectatio, magis enim ſingula iudicant, & certius exquirunt cum delectatione operantes, puta Geometrici fiunt gaudentes, eo quod eſt geometrizare, & intelligunt ſingula magis: ſimiliter autem & amantes muſicam, & amantes ædificatiuam, & aliorum ſinguli augmentant ad ꝓprium opus gaudētes ipſo, coaugent autem delectationes, coaugentia autē propria, alteris aūt ſpecie, & propria altera ſpecie.

*Hoc autem & ex eo patebit, quia vnaqueq; voluptas eſt ei propria operationi quam perficit, propria enim voluptas auget operationem, qui namque cum voluptate operantur, ſingula magis diſcernunt, atque exactius cōprehendunt, veluti Geometræ fiunt, qui geometrica gaudent contemplatione, magiſque intelligunt ſingula, ſimiliter, & qui muſicam amant, & qui ædium extruendarum delectantur arte, cæterorūque ſinguli omnes in opere proficiunt proprio, hoc ipſo ſe oblectantes: uoluptates igitur augent operationes, at ea quæ augent propria ſunt, quæ vero diuerſis ſpecie propria ſunt, & ipſa diuerſa ſpecie ſunt.*

H c Adhuc autem magis hoc vtique apparebit ex eo quod eſt ab alteris delectationes impeditiuas operationibus eſſe, amantes enim fiſtulas non poſſunt ſermonibus attendere, ſi audiant fiſtulantem, magis gaudentes fiſtulatiua, quàm præſenti operatione: ſecundum fiſtulatiuam igitur delectatio eamque circa ſermonem operationem corrūpit, ſimul autem hoc, & in alijs accidit, cū ſimul circa duo operetur, delectabilior enim alteram expellit, & ſi multum differat ſecundum delectationem magis, vt neq; opereť ſm̄ alterā: propter qđ gaudentes quocūq; vehemēter nō operamur alterū, & alia facimus alijs quiete placentes, puta & in theatris legumina comedētes cū praui agonizantes ſint, tūc maxime ipſum operantur: quia aūt quidē propria delectatio cōfirmat operationes, & diuturniores, & meliores facit, alienę aūt officiūt, manifeſtum quòd multum diſtāt.

I *Præterea, magis hoc ex eo videbitur ita eſſe, quia uoluptates, quæ a diuerſis ſunt impediunt actiones, qui namque fiſtulis delectantur, nequeūt mētem ſermonibus adhibere, ſi quempiam audierint modulantem, magis modulandi gaudentes arte, quem operatione præſenti, uoluptas igitur ea, quæ a modulandi facultate prodit, operationem, quæ eſt circa ſermones corrumpit, hoc idem & in cæteris uſu uenit, cum circa duo ſimul quiſpiam operatur, operatio namque iucundior alteram excludit, & ſimul tum voluptate præcellat, magis extrudit, atque adeo, ut neque operetur per illam, quo circa cum uehementer aliqua re gaudemus non ualde aliud agimus, & alia facimus, cum parum nobis alia placent, ut & in ſpectaculis, qui bellaria ædunt, ii id maxime faciunt, cum uiles ſunt qui contendunt, cum igitur propria quidem uoluptas exactas operationes reddat, & diuturniores, ac meliores efficiat, alienæ uero extenuēt, atq; corrūpāt, cōſtat ipſas īter ſeſe uehemēter diſtare.*

K



A d Ferè enim alienę delectationes faciunt quod propriæ triſtitiæ, corrumpunt enim operationes ꝓprię triſtitię, puta ſi huic ſcribere indelectabile, & triſte, & ratiocinari, hic quidem non ſcribit, hic autem non ratiocinatur, triſti exiſtente operatione. accidit itaq; circa operationes contrarium a delectationibus, & triſtitiis propriis, propria autem ſunt, quæ in operatione ſecundum ſeipſam fiunt, alienæ autē delectationes dictæ ſunt, quoniam proximum, quod triſtitiæ faciunt, corrumpūt enim, tamen non ſimiliter.

B *Alienæ namque uoluptates id ferè quod proprii dolores efficiunt, etenim proprii dolores operationes ipſas corrumpunt, ut ſi huic ſcribere, illi rationem ſubducere iniucundum eſt, atque moleſtum, hic non ſcribit, ille rationē non ſubducit, quippe cum dolorem afferat operatio, circa igitur operationes contrarium a propriis voluptatibus accidit, & doloribus; atque uoluptates doloresue proprii ſunt, qui in operatione per ſeipſam fiunt, alienas uero uoluptates ſimile quid & facere diximus, quod ipſi dolore efficiunt, corrumpunt enim, & ſi non ſimiliter operationes.*

## LECTIO VIII.

C Differentibus autem operationibus epyichia & prauitate, & his quidē eligibilibus exiſtentibus, his autem fugiendis, his autem neutris, ſimiles habēt & delectationes, ſecundum enim vnāquāq; opationē ꝓpria delectatio eſt, q̄ quidē igiť ſtudioſæ ꝓpria, epyiches, quæ autem prauæ, praua.

## LECTIO VIII.

*Cum autem operationes probitate differant, atque improbitate, & aliæ quidem ſint expetendæ, aliæ uero fugiendæ, & aliæ neutræ, ſimiliter ſeſe habent, & uoluptates, nam unicuique operationi eſt propria quædam uoluptas, quæ igitur ſtudioſæ propria eſt, ea & proba, quæ uero prauæ, ea eſt improba.*

D b Etenim concupiſcentiæ bonorum laudabiles, turpium autem vituperabiles, magis autē proprię operationibus, quæ in ipſis delectationes concupiſcentiis, hæ quidem enim diſcretæ ſunt temporibus, & natura, hæ autē propinque operationibus, & indiſcretæ, ſic vt & habeat dubitationem, ſi idem eſt operatio delectationi, non tamen videtur quidem delectatio mens eſſe, neque ſenſus, (incōueniens enim) ſed propter non ſeparari videtur idem quibuſdam, quēadmodum igitur operationes aliæ, & delectationes.

E *Etenim, & cupiditates honeſtarū quidē laudabiles ſunt, turpiū uero uituperabiles, magis autem propriæ ſunt operationibus uoluptates, quæ ſunt in ipſis, quàm ipſæ cupiditates, nam hæ quidem ſeiunctæ ſunt, & temporibus, & natura, illæ uero propinquæ ſunt operationibus, atque adeo in diſtinctæ, ut contentio ſit, ſi idem ſit operatio, & uoluptas, non tamen ipſa uoluptas mentis eſſe uidetur operatio, neque ſenſus, eſt enim abſurdum, ſed quia non ſeparatur, idem quibuſdam uidetur, ut igitur operationes ſunt diuerſæ, ſic & uoluptates.*

## LECTIO VIII.

Poſtquàm Philoſophus oſtendit, quòd delectationes, ſecundum differentiam operationum differunt ſpecie, hic oſtendit, quòd ſecundum operationum differentiam differunt in bonitate, & malitia. Et primo quantum ad bonitatem moralem. Secundo quantum ad bonitatem naturalem, quæ attenditur ſecundum puritatem & impuritatem, ibi. {Differunt autem &c.} Circa primum duo facit. Primo proponit, quod intendit. Secundo probat propoſitum, ibi. {Etenim concupiſcentiam &c.} Dicit ergo primo, quòd cū operationes differunt ſecundum epyichiā, & prauitatem, ideſt ſecundum virtutem & malitiam, ita ſcilicet quòd quædam operationes ſūt eligibiles, ſicut operatiōes virtuoſæ, quędam autem fugiēdæ, ſicut operationes vitioſæ, quædam autē ſecundum ſuam ſpeciem, neutro modo ſe habent, ſed poſſunt ad vtrūque trahi, ita etiam ſe habet, & circa delectationes, quia cum vnicuique operationi ſit aliqua delectatio propria, vt ſupra habitū eſt, delectatio quæ ē propria virtuoſæ operationi, eſt virtuoſa, & illa quæ eſt propria prauę operationi, eſt mala. Deinde cum dicit.

b ¶ Probat propoſitum ratione ſumpta ex parte concupiſcētiarum, videmus em̄ quòd concupiſcētiæ quibus aliqua bona, ideſt honeſta concupiſcuntur, ſunt laudabiles, puta ſi aliquis cōcupiſcat iuſte, aut fortiter agere, concupiſcentiæ autem rerum turpium ſunt vituperabiles, puta ſi aliquis concupiſcat furari, aut mœchari, manifeſtum eſt autē, quòd magis ſunt propinquæ, & propriæ operationibus delectationes, quibus in ipſis operationibus delectamur, quàm concupiſcentiæ, quibus eas cōcupiſcimꝰ. concupiſcētiæ enim diſtinguūtur ab operationibus tempore, ante enim concupiſcimus aliquid operari, quàm illud operemur, diſtinguuntur etiam ſecundum naturam, quia operatio eſt actus perfecti, concupiſcentia autē imperfecti, & non dum habentis, ſed delectationes ſunt propinque operationibus, quia vtrumque eſt alicuius perfecti, ſunt etiā & indiſcretę ſecundum tempus, quia ſi nondum aliquis operatur in tali operatione non delectatur, eo quòd delectatio eſt rei prę ſentis, ſicut concupiſcentia rei futurę, & in tantum delectatio propinqua eſt operationi, quòd videtur eſſe dubitabile, vtrū operatio ſit idem delectationi, nec tamen dicendum eſt, quòd ſit ita: non enim poteſt eſſe delectatio, niſi in operatione ſenſus, vel intellectus, ea enim quę cognitione carent, delectari non poſſunt, nec tamen eſt idem quod operatio intellectus, neque idem quod operatio ſenſus, nam delectatio magis ad appetitiuam partem pertinet, eſt autem inconueniens ſi delectatio aliquibus videatur eſſe idem operationi, propter hoc, quòd ab operatione

rationetempore non ſeparatur, ſic ergo patet, quòd ſicut operationes ſunt alteræ, ſecundum virtutem, & maliciam, ita etiã & delectationes, ex quo patet inconuenienter enunciaſſe quoſdam de delectationibus, quòd ſint bonæ, & malæ. Deinde cum dicit.

c ¶ Oſtendit differentiam delectationum, ſecundum puritatem & impuritatem, manifeſtum eſt enim, quòd operationes ſenſuum ſecũdum puritatem differunt, purior eſt enim operatio viſus, quàm tactus, & ſimiliter operatio auditus, & olfatus, quàm operatio guſtus: dicitur autem aliqua operatio purior, quæ eſt immaterialior. Et ſecũdum hoc inter omnes ſenſitiuas operationes puriſſima eſt operatio viſus, quia eſt immaterialior veluti minus habẽs admixtum de diſpoſitionibus materiæ, & ex parte obiecti, qđ ſit ſenſibile in actu ꝑ lumen, quod deriuatur a corpore cœleſti, & ex parte medij, quod ſola ſpirituali tranſmutatione immutantur: & propter eaſdem cauſas operatio tactus eſt maxime materialis, quia eius obiecta sũt conditiones materię paſſibilis, & medium non eſt extrinſecum, ſed coniunctum, & eadem differentia puritatis attenditur inter delectationes ſenſuum adinuicem, sũt etiam operationes, & delectationes intellectus puriores operationibus, & delectationibus ſenſitiuis, vtpote magis immateriales. Deinde cum dicit.

d ¶ Oſtendit quæ ſit differẽtia delectationũ ex parte obiecti. Et primum quantũ ad animalia diuerſarum ſpecierum. Secundo quantum ad homines, quæ ſunt vnius ſpeciei, ibi. {Differunt aũt &c.} Dicit ergo primo, ꝙ cum delectatio conſequatur operationẽ, videtur, quòd vnicuique rei ſit propria delectatio, ſicut & propria operatio, quòd autem ſit propria operatio vniuſcuiuſque rei apparet ex hoc, quòd operationes ſequuntur formas rerum, ſecundum quas res ſpecie differunt, quòd autem ſingulorum ſit propria delectatio apparet, ſi quis velit in vnoquoque conſiderare, manifeſtum eſt enim, quòd alia eſt delectatio equi, & alia canis, & alia hominis, ſicut Heraclitus dicit, quòd aſinus magis eligit fœnum, quàm aurum, quia delectabilius eſt ſibi nutrimentum, quod exhibetur ei per fœnum, quàm aurum: ſic igitur patet, quòd eorum quæ differunt ſpecie ſunt delectationes ſpecie differentes, ſed eorum, quę non differunt ſpecie rationabile eſt, quòd ſit indifferens delectatio

c Differt autẽ viſus a tactu puritate, & auditus, & olfatus a guſtu, ſimiliter vtique, & delectationes ab his, quæ circa mentem, & vtræque abinuicem.

d Videtur autem eſſe vniuſcuiuſque delectatio propria, quẽadmodum & opus, quę enim ſecundum operationem, In vno quoque autem ſpeculanti hoc vtique apparebit, altera enim equi delectatio, & canis, & hominis, quemadmodum Heraclitus ait, Aſinum fœnum vtique eligere magis quàm aurum, delectabilius enim nutrimentum auro aſinis, quæ quidem igitur diuerſorum ſpecie differunt ſpecie, eas autem quæ eorũdem in differentes, rationabile eſſe.

e Differunt autem non parum in hominibus, eadem quidem enim hos delectant, hos autem contriſtant, ex his quidem triſtia, & odibilia ſunt, his autem delectabilia, & amicabilia, & in dulcibus autem hoc accidit, nõ enim eadem videntur, & febricitanti, & ſano, neque calidum eſſe debili, & bene habenti, ſimiliter aũt & ĩ alteris hoc accidit.

f Videtur autem & in omnibus talibꝰ eſſe quod videtur ſtudioſo, ſi autẽ hoc bene dicitur, quemadmodum videtur, & eſt vniuſcuiuſq; menſura virtus, & bonus ſecundum quòd talis, & delectationes erunt vtique, quę huic videntur, & delectabilia q̃bus iſte gaudet, quæ autem huic triſtia, ſi huic apparent delectabilia nihil admirabile, multæ.n. corruptiones, & nocumenta hominum fiunt, delectabilia autẽ non ſunt, ſed his, & ſic diſpoſitis: confeſſas quidem igitur turpes manifeſtũ, ꝙ nõ dicẽdũ delectationes eẽ, ꝑter q̃ corruptis.

*Differt autem uiſus tactu puritate, & auditus, ac odoratus a guſtu, ſimiliter igitur, & uoluptates differunt, & ab his item ea, quæ ſunt mentis, & hæ rurſus differẽtiã inter ſeſe ſuſcipiũt.*

*Videtur autem unicuique animalium, & propria quædam eſſe uoluptas, ſicut & opus, eſt enim ea quæ comitatur operationem, in ſingulis etiã intuenti id ita eſſe patebit, alia namque uoluptas eſt equi, alia canis, alia hominis, quemadmodum & Heraclitus dicit, aſinum ſtramina magis optare, quàm aurum, aſinis enim pabulum auro iucundius eſt, uoluptates igitur eæ, quæ ſunt diuerſorum ſpecie, differunt ſpecie, eas uero, quæ ſunt eorundem, conſentaneum rationi, diuerſas non eſſe.*

*In hominibus aũt nõ mediocriter diſcrepant, eadem enim alios dolore afficiunt, alios delectant, & aliis quidem moleſta ſunt, odioque habentur, aliis uero iucunda, ac amabilia, hoc & in dulcibus accidit, non enim eadem dulcia febricitanti, atque ſano uidentur, neque calidum idem infirmo, atque optimam habitudinem habenti uidetur: ſimiliter & in aliis accidit.*

*In omnibus autem talibus id eſſe tale conſtat, quod ſtudioſo uidetur, quod ſi hoc recte dicitur, quemadmodum & apparet, & eſt atque uirtus, & bonus hoc ipſo quo talis eſt, omnium eſt menſura, erunt & uoluptates profecto, quæ huic uidentur, & iucunda quibus gaudet ipſe, atque non mirum eſt, ſi ea quæ huic moleſta ſunt, alicui uideantur eſſe iucunda, multæ nãque corruptelæ deprauationeſque hominum fiunt, iucunda autem non ſunt, ſed his, & ita diſpoſitis: eas igitur, quæ ſunt ſine controuerſia turpes, conſtat non eſſe dicendum uoluptates eſſe, niſi corruptis.*

consequens naturam ſpeciei. Deinde cum dicit.

e ¶ Oſtendit differentiam delectationum in hominibus. Et primo oſtendit, quòd hominum ſunt diuerſæ delectationes. Secundo oſtendit, quòd in virtuoſo ſit verior delectatio, ibi. {Videtur autem &c.} Tertio oſtendit, quæ ſit potior delectatio inter delectationes virtuoſi, ibi. {Erat autem &c.} Dicit ergo primo, quòd quamuis rationabile videatur, quòd indifferentium ſpecie ſit indifferens delectatio, & ita ſit in alijs animalibus, tamen in hominibus, qui omnes ſunt eiuſdem ſpecie, multum differunt delectationes, ſicut & operationes, cuius ratio eſt, quia operationes, & delectationes aliorum animalium conſequuntur naturalem inclinationem, quæ eſt eadem in omnibus animalibus eiuſdem ſpeciei, ſed operationes & delectationes hominum proueniũt a ratione, quæ non determinat ad vnũ: & inde eſt, quòd quędam quoſdam homines delectãt, & quoſdam contriſtant, & quibuſdam ſunt triſtabilia, & odibilia, quibuſdam autem & delectabilia & amicabilia, quæ quidem ſic conſequuntur, quia vnuſquiſque delectatur ĩ eo, quod amat, & accidit hoc, quia quidam ſunt melius, vel peius diſpoſiti ſecundum rationem, & idem accidit circa guſtum dulcium, quia non videntur eadẽ dulcia febricitanti, qui habet guſtum infectum, & ſano qui habet guſtum bene diſpoſitum, quia nõ videtur idem eſſe calidum ei, qui habet debilem tactum, & ei qui bene ſe habet, & ita etiam eſt in alijs. Deinde cum dicit.

f ¶ Oſtendit, quòd delectatio virtuoſorum ſit potior inter delectationes humanas, & dicit, quòd in omnibus talibꝰ, quæ pertinent ad paſſiones, & operationes humanas, illud videtur eſſe verum, quod apparet ſtudioſo, qui habet rectum iudicium circa talia, ſicut ſanus circa dulcia, & ſi hoc bene dicitur, ſicut videtur, ita quòd virtus ſit menſura ſecundum quam iudicetur de omnibus rebus humanis, & bonus inquantum eſt virtuoſus, ſequitur, quòd illa ſint veræ delectationes, quæ videntur virtuoſo, & illa ſint vera delectabilia, quibus virtuoſus gaudet, ſi autem aliqua de quibus triſtatur virtuoſus appareant alijs delectabilia, non eſt admirandum, hoc enim accidit propter multas corruptiones, & multiplicia hominum nocumenta, ex quibus peruertitur ratio, & appetitus, & ſic illa, quę repudiat virtuoſus, non ſunt ſimpliciter delectabilia, ſed ſolum male diſpoſitis, ſic ergo manifeſtum



ſtum eſt, quòd delectationes quas omnes confitentur eſſe turpes, non dicendę ſunt delectationes niſi hominibus corruptis. Deinde cum dicit.

g ¶ Oſtendit, quòd aliqua eſt potior inter delectationes virtuoſi. Et dicit, quòd conſiderandum eſt inter delectationes virtuoſas qualis, vel q̃ ſit præcipua delectatio hominis, & hoc dicit eſſe manifeſtũ ex operationibus, ad quas conſequuntur delectationes, quia ſiue ſit vna operatio, ſiue plures, quæ ſunt propriæ hominis ꝑfecti, & beati, manifeſtum eſt, quòd delectationes conſequentes has operationes, ſunt principaliter delectationes hominis, reliquiæ vero ſecundario, & multipliciter ſub principalibus delectatiõibus ſunt, ſicut & in operationibus accidit.

g Earum autem quæ epyiches eſſe vidẽtur, qualem, vel quam, dicendum hominis eſſe, vel ex operationibus manifeſtum, his enim ſequuntur delectationes: ſiue igitur vna eſt, ſiue plures, quæ perfecti, & beati viri has perficientes delectationes, principaliter vtique dicentur hominis delectationes eſſe, reliquę aũt ſecũdo & ſubmultipliciter, quemadmodum operationes.

*Earum vero, quæ probæ uidentur eſſe, qualem aut quam, dicendum eſt hominis eſſe, an ex operationibus conſtat? has enim ipſæ voluptates ſequuntur, ſiue igitur vna ſit, ſiue plures operationes perfecti viri atque beati, eæ voluptates, quæ has perficiunt propriæ dicẽdæ ſunt hominis voluptates, cæteræ vero ſecundo & perparum, quemadmodum & operationes.*

## LECTIO IX.

Poſtquàm Philoſophus determinauit de delectatione, hic determinat de fœlicitate. Et primo cõtinuat ſe ad præcedẽtia. Secundo exequitur propoſitum, ibi. {Diximus autẽ &c.} Circa primum tria facit. Primo narrat ea, quę ſupra tractata ſunt, dictum eſt.n. ſupra de virtutibus ĩ Secundo libro, vſq; ad Octauum, de amicitijs in Octauo, & in Nono, & de delectatione ĩ prima parte huius Decimi Secundo dicit de quo reſtat dicẽdum, quia de fœlicitate, de qua oportet pertranſire, & breuiter dicere typo, ideſt figuraliter, ſicut & de cęteris moralibus ſupra dictum eſt, ideo autem de fœlicitate dicẽdum eſt, quia cõmuniter omnes ponunt eam finem omnium humanorum: finem autem oportet eſſe nõ ignotum, ad hoc quòd abſque errore operationes dirigantur ad finem. Tertio determinat modum tractandi de fœlicitate, & dicit, quòd oportet omnia ea reſumere, quæ ſupra in Primo dicta ſunt de ipſa, ſic enim erit breuior ſermo, ſi a principio de ipſa tractetur. Deinde cum dicit.

b ¶ Exequitur propoſitum. Et primo manifeſtat genus fœlicitatis, oſtendens quòd non eſt habitus, ſed operatio. Secundo oſtendit, quòd eſt operatio ſecundum virtutem, ibi. {Operationum autem &c.} Tertio inueſtigat cuius virtutis ſit operatio ibi. {Si autẽ eſt fœlicitas &c.} Dicit ergo primo, quòd ſupra in Primo dictum eſt, quòd fœlicitas non eſt habitus, ſequerentur enim duo inconuenientia, quorum vnum eſt, quòd cum habitus remaneant in dormiente, ſequeretur, ſi fœlicitas eſſet habitus, quòd ineſſet etiam dormienti per totam vitam ſuam, vel per maximam partem eius, & hoc eſt inconueniens, quia dormiens non habet perfecte operationes vitæ, niſi eas, quæ pertinent ad animam vegetabilem, quæ inuenitur in plantis, quibus fœlicitas attribui non poteſt, certum eſt enim, quòd ſenſus, & motus exteriores ceſſant in dormiente, interiores autem fantaſię ſunt inordinatæ, & imperfectę, & ſimiliter ſi qua ſit operatio intellectus in dormiente eſt imperfecta, ſolæ autẽ operationes nutritiuæ partis perfectæ ſunt, aliud autẽ inconueniens eſt, q̃a in infortunatis manent habitus virtutum, operationes autem virtutum impediuntur in eis propter infortunia, ſi igitur fœlicitas ſit habitus, ſequeretur quòd infortunati eſſent vere fœlices, hoc autẽ Stoici pro inconuenienti non habebãt, ponentes exteriora bona nullo modo eſſe bona hominis, & ideo per infortunia nihil poteſt homini de ſua fœlicitate diminui: hoc tamẽ eſt cõtra opinionem cõmunem, quæ infortuniũ repugnare fœlicitati exiſtimat, ſecundum ergo illos, quibus iſta inconuenientia non placent dicendum eſt, quòd fœlicitas nõ ſit habitus, ſed magis ſit inter operationes ponenda, ſicut in Primo dictum eſt. Lectio.10. Deinde cum dicit.

c ¶ Oſtendit, quòd fœlicitas ſit operatio ſecundum virtutem. Et circa hoc tria facit. Primo oſtendit fœlicitatem contineri ſub operatiõibus, quæ ſunt ſecundum ſe eligibiles. Secundo diuidit huiuſmodi operationes in operationes virtutis, & operationes ludi, ibi. {Tales autem eſſe &c.} Tertio oſtendit, ſub quibus harũ fœlicitas contineatur, ibi. {Refugium autem &c.} Circa primum duo facit. Primo proponit quandam operationum diuiſionem, & dicit, quòd operationum, quædam ſunt neceſſariæ ad aliud, & eligibiles, propter quædam alia, vtpote non appetibiles, niſi propter finem, quædam vero ſunt eligibiles ſecundum ſeipſas, quia & ſi nihil aliud ab eis proueniret, tamen in ſeipſis habent, vnde appetantur. Secundo ibi.

d ¶ Oſtendit, quòd fœlicitas contineatur ſub illis operationibus, quę ſunt eligibiles, ſecundum ſeipſas, non autem ſecundũ illas, quæ ſunt eligibiles propter aliud, de ratione enim fœlicitatis eſt, quòd ſit per ſe ſufficiens, & non indigeat aliquo alio, vt patet ex his, quæ dicta ſunt in Primo, illæ autem operationes Lectio.9. dicuntur ſecundum ſe eligibiles, ex quibus nihil aliud quæritur præter ipſam operationem, quaſi nullo alio indigentes, ad hoc quòd ſint eligibiles, illæ vero, quæ ſunt eligibiles propter aliud, indigent

## LECTIO IX.

Dictis autem his, quæ circa virtutes, & amicitias, & delectationes, reliquum de fœlicitate typo trãſire, quia finem ipſam ponimus humanorum, reſumentibus autẽ prædicta, cõpendioſior erit vtique ſermo.

b Diximus autem, quoniam omnino nõ eſt habitus, etenim dormienti per vitam exiſteret vtique, plantæ viuenti vitam, & infortunato maxime, ſi vtique hęc non placent, ſed magis in operationem quandam ponendum, quemadmodum in his, quæ prius dicta ſunt.

c Operationum autem, hę quidem ſunt neceſſariæ, & propter altera eligibiles, hæ autem ſecundum ſeipſas.

d Manifeſtum, quoniam fœlicitatem earum, quæ ſecundum ſe ipſas eligibilium aliquam ponẽdum, & non earũ, quæ propter aliud, nullo enim indigens fœlicitas, ſed per ſe ſufficiens: ſecundum ſeipſas autem ſunt eligibiles, de quibꝰ nihil quæritur pręter operationem.

## LECTIO IX.

*Dictis autem his, quæ ad ipſas uirtutes, ac amicitias uoluptateſque pertinent, de fœlicitate figura dicere reſtat, quippe cum finem humanarum rerum ipſam eſſe ponamus, ſi igitur ea quæ prius ſunt dicta repetierimus, orationem ſane fecerimus breuiorem.*

*Diximus itaque fœlicitatem habitũ nõ eẽ, ineſſet.n. dormiẽti, per uitã & plantarũ uita viuẽti, & in calamitatibus maximis conſtituto, quòd ſi hæc non placent, ſed ponendum eſt potius ipſam operationem eſſe quandam, ut prius eſt dictum.*

*Et operationum, aliæ ſunt neceſſariæ, & ob alia, aliæ per ſeipſas ſunt expetibiles.*

*Perſpicuũ eſt, fœlicitatem earum aliquam operationem eſſe, quæ ſunt per ſe, & non ob aliud expetendæ, fœlicitas enim nullius indiget rei, ſed eſt ex ſeſe ſufficiens, operationes autem eæ per ſe ſunt expetibiles, a quibus nihil præter operationem quæritur.*

indigent aliquibus ad hoc, quòd ſint eligibiles, & ſic patet, quòd fœlicitas eſt operatio, ſecundum ſe eligibilis. Deinde cũ dicit.

e ¶ Subdiuidit operationes, ſecundum ſe eligibiles, & dicit, ꝙ primo quidem tales eſſe videntur operationes, quæ ſunt ſecundum virtutem, quia hoc eſt per ſe eligibile homini, quòd eligat ea, quæ ſunt per ſe bona & honeſta, vnde & honeſtum a quibuſdam dicitur, quod ſua vi nos trahit, & ſua dignitate nos allicit. Secundo videntur eſſe per ſe eligibiles, etiam operatiões delectabiles, quæ ſunt in ludo, nõ enim videtur, quòd homines tales operationes, propter aliquam vtilitatem eligant, cum magis per tales operationes homines lędãtur, quàm iuuentur, videntur homines enim, propter ludos, negligere, & corpora, quæ laboribus & periculis exponunt, & poſſeſſiones, propter expenſas, quæ in ludis fiunt. Deinde cum dicit.

f ¶ Oſtendit ſub quibus harum contineatur fœlicitas. Et primo oſtendit, quare videatur quibuſdam fœlicitatem eſſe in operatione ludi. Secundo excludit rationem ad hoc inductã, ibi. { Nullũ autẽ &c. } Tertio determĩat veritatẽ, ibi. { Etenim inconueniens &c. } Dicit ergo primo, ꝙ multi eorum, qui apud homines reputantur fœlices, confugiunt ad tales conuerſationes, volẽtes ſcilicet in ludis conuerſari, & inde eſt, ꝙ tyranni approbãt in cõuerſatione ludi eutrapelos, qui ſcilicet ſciunt conuenienter ludere, vocat autem huiuſmodi potentes tyrannos, quia non videntur communi vtilitati intendere, ſed propriæ delectationi, qui in ludis cõuerſantur, ideo autem tyranni approbant eutrapelos, qa tales luſores exhibẽt ſe tyrannis delectabiles, in his quæ ipſi tyranni appetunt, ſcilicet in delectationib⁹ ludi, ad quas indigent talibus hominibus, ſic ergo fœlicitas in talibus conſiſtit, propter hoc quòd huiuſmodi vacant illi, qui ſunt in poteſtatibus conſtituti, quos homines reputant fœlices. Deinde cum dicit.

e Tales autẽ eſſe videntur, quæ ſecundum virtutem actiões, bona enim & ſtudioſa agere, eorũ quæ propter ſeipſa eligibilium, ſed, & ludorum delectabiles, nõ enim propter altera ipſos eligunt, lędũtur enim ab ipſis magis quàm iuuantur, negligentes corpora, & poſſeſsionem.

f Refugiunt autem ad tales cõuerſationes fœlicitantium multi, propter quod apud tyrannos approbantur in talibus cõuerſationibus eutrapeli, quę enim appetũt, in his tribuunt ſeipſos delectabiles, indigent autem talibus, videntur quidem igitur fœlicitantia hæc quidem eſſe propter eos, qui in potentatibus his vacare.

g Nullum forte ſignum, tales ſunt, non enim in potentem eſſe virtus, neque intellectus a quibus ſtudioſæ operationes, neq; ſi inguſtabiles iſti exiſtentes delectationis ſinceræ, & liberales ad corporales refugiunt, propter hoc has exiſtimandum eligibiliores eſſe, etenim pueri, quæ apud ipſos precioſa, optima exiſtimãt eſſe: ratiõabile vtique, quemadmodum pueris, & viris altera videntur præcioſa, ſic & prauis, & his qui videntur epyiches. quemadmodum igitur multotiens dictum eſt, & precioſa & delectabilia ſunt, quæ ſtudioſo talia entia, vnicuique autem, quæ ſecundum propriũ habitum, eligibiliſsima operatio, & ſtudioſo aũt ſecũdũ virtutem, nõ in ludo ergo fœlicitas.

h Etenim inconueniens, finem eſſe luſum, & negociari, & malum pati ſecundum vitam omnem ludendi gratia, omnia enim (vt eſt dicere) alterius gratia eligimus pręter fœlicitatem, finis enim hæc: ſtudere autem, & laborare ludi gratia inſipiens videtur, & valde puerile, ludere autem, vt ſtudeat ſecundum

F non ſequitur, quòd operationes eorum ſint virtuoſæ, quia virtus moralis & intellectualis, quæ ſunt principia bonarum operationum, non conſiſtit in hoc, quòd aliquis ſit potens, & ideo non oportet, quòd operationes ludi, quibus potentes vacant, ſint optimæ, & ſimiliter etiam quantum ad appetitum, qui per virtutẽ rectificatur, non oportet, quòd potens bene ſe habeat, & ideo potens interiori guſtu non percipiunt delectationem virtutis actiuę, vel ſpeculatiuæ, quæ eſt ſincera, ideſt abſque corruptione eius, qui delectatur & liberalis, quia eſt ſecũdum rationem, ſecundum quam homo eſt liber in operãdo, & propter hoc confugiunt ad delectatiões corporales, inter quas comprehenduntur delectationes ludicræ, non propter hoc eſt exiſtimandum, quòd huiuſmodi delectationes ſiue operationes ſint alijs eligibiliores, quia videmus, ꝙ etiam pueri, quia carent intellectu & virtute, reputãt quædã puerilia, in quibus conuerſantur, eſſe pcioſa & optima, quę tamen non ſunt magni ponderis, nec a viris perfectis aliquid reputantur: rationabile eſt igitur, quòd ſicut pueris, & viris perfectis, alia & alia videntur precioſa eſſe, ita etiam prauis & virtuoſis, oſtẽſum eſt autem ſupra multotiens, quòd illa ſunt vere præcioſa & delectabilia, quæ talia iudicantur a virtuoſo, qui eſt regula humanorum actuũ, ſicut autem vnicuiq; videtur eſſe maxime eligibilis operatio, quæ conuenit ſibi ſecundum propriũ habitum, ita etiam virtuoſo eſt maxime eligibilis, & præcioſa operatio, quæ eſt ſecundum virtutem, & ideo in tali operatione eſt ponenda fœlicitas, non autem in operatione ludi. Deinde cum dicit.

h ¶ Determinat veritatem, probans ꝙ in operatione ludi non ſit fœlicitas duabus rationibus, quarum prima ſumitur ex hoc, quòd fœlicitas eſt finis, quia ſcilicet ſi conſiſteret in ludo ſequeretur hoc inconueniens, quòd finis totius humanæ vitę eſſet ludus, ita ſcilicet, quòd homo negociaretur, & omnia alia laborioſa pateretur ſolum vt luderet, & hoc ideo ſequeretur, quia fere omnia alia eligimus alterius gratia, præter fœlicitatem quę eſt vltimus finis: quòd autem homo ſtudeat ſpeculationi, & laboret in actione propter ludum, videtur

*Tales vero videntur eſſe actus ij, qui a uirtute proficiſcuntur, honeſta namque ſtudioſaque agere ex his eſt, quæ per ſe expetuntur, & item ludorum, ij qui ſunt iucundi, non enim ob alia ipſos expetunt, damna namque potius ex ipſis, quàm commoda ſuſci-* G *piunt, & corpus & patrimonium negligentes.*

*Confugiunt autem ad talia oblectamenta, & plerique eorum, qui beati eſſe dicuntur, quapropter apud tyrannos in precio habentur ii, qui in talibus oblectamentis ſunt dextri, in his enim ſeipſos præbent iucundos, quæ illi affectant, indigent autem talibus, uidentur igitur hæc ad fœlicitatem pertinere, propterea quòd hiſce uacant* H *homines, ij qui ſunt in poteſtatibus conſtituti.*

*At nullum fortaſſe ſignum, tales ſunt homines, nam nec uirtus in poteſtatibus, nec intellectus conſiſtit a quibus operationes ſtudioſæ proficiſcuntur, nec ſi illi cum ſinceram liberalemque uoluptatem non deguſtarint, ad corporis confugiunt uoluptates, propterea putandum eſt has magis expetibiles eſſe, & pueri enim quæ apud ſeipſos in precio ſunt præſtabiliſſima* I *eſſe putant: conſentaneum igitur eſt rationi, ut pueris, & uiris diuerſa præcioſa eſſe uidentur, ſic & prauis, & ſtudioſis uideri, ut igitur ſæpe dictum eſt & præcioſa, & iucunda ſunt ea, quæ ſtudioſo uiro talia ſunt, unicuique autem ea eſt operatio maxime expetibilis, quæ ab habitu proprio prodit, & ſtudioſo igitur ea, quæ proficiſcitur a uirtute: fœlicitas ergo non in ludo iocoue conſiſtit.*

K *Etenim abſurdum foret, humanum finem iocum eſſe, & negocia multa moleſtiaſue per totam uitam cauſa iocandi ſuſcipere, cuncta enim fere præter fœlicitatem alterius expetimus gratia, hæc enim eſt finis, ſtudere autem, & laborare gratia ioci, ſtultum profecto nimiſque puerile habetur, & eſt, iocari uero ut ſtudeas, ſecundum ſententiam Anacharſidis, recte ſeſe habet,*

g ¶ Excludit prædictam rationem, & dicit, quòd ex huiuſmodi potentibus, non poteſt accipi ſufficiens ſignum, quòd fœlicitas in ludo conſiſtat, in his enim non inuenitur excellentia pre aliis hominibus, niſi ſecundum potentiam mundanam, ex qua



videtur eſſe ſtultum & valde puerile, ſed econuerſo, recte ſe videtur habere, ſecundum ſententiam Anacharſis, quòd aliquis ludat ad horam, & ad hoc, quòd poſtea diligentius ſtudeat, quia in ludo eſt quædam relaxatio & requies, homines autem cum non poſſunt continue laborare, indigent requie, vnde patet, ꝙ ludus ſiue requies nõ eſt finis, quia requies eſt propter operationẽ, vt ſcilicet homo poſtea vehementius operetur, & ſic patet, quòd fœlicitas non cõſiſtit in ludo. Secundam rationem ponit ibi.

i ¶ Ideo enim ponunt aliqui fœlicitatem in ludo propter delectationem, quæ in ludo eſt, habet autem fœlicitas delectationem quãdam, qa eſt operatio ſecundum virtutem, quæ cum gaudio exiſtit, non tamen cum gaudio ludi, quia cum fœlicitas ſit ſummum bonũ hominis, oportet quòd in optimis conſiſtat, meliora autem dicimus virtuoſa, quæ ſerio agũtur, quàm ridiculoſa, q̃ fiunt ludo, & hoc ſic patet, quia operatio, quæ eſt melioris particulę animæ, & quæ eſt propria hominis, eſt magis virtuoſa, patet autem, quòd operatio, quæ eſt melioris partis eſt melior, & per conſequens fœlicior, poteſt autem cõtingere, quòd corporalibus delectationibus poteſt potiri quicumque homo, etiam beſtialis, non minus quàm optimus quicumque vir, fœlicitatem autẽ nullus attribuit homini beſtiali, neque etiam parti animæ brutali, ſicut non attribuitur ei vita, quæ eſt propria hominis, & ſic patet, quòd in talibus cõuerſationib⁹, ſcilicet in delectationibus corporalibus, inter quas computantur delectationes ludi, non conſiſtit fœlicitas, ſed ſolum in operationibus, quæ ſunt ſecundum virtutem, ſicut etiam prius dictum eſt.

Anacharſim, recte habere videtur, requiei enim aſsimilatur ludus, impotentes autem continue laborare, requie indigent, nõ vtique finis requies, fit enim gratia operationis.

i Videtur autem fœlix vita ſecundum virtutem eſſe, hæc autem cum ſtudio, ſed non in ludo, melioraque dicimus ſtudioſa ridiculis, & cum ludo, & melioris ſemper particulæ, & hominis ſtudioſorem operationẽ, quæ autem melioris, melior, & fœlicior iam, potietur vtique corporalibus delectationibus, quicumque & beſtialis non minus optimo, fœlicitatem autem nullus beſtiali tribuit, ſi non & vitam, non enim in talibus conuerſationibus fœlicitas, ſed in his, quæ ſecundum virtutẽ operationib⁹, quẽadmodũ & prius dictum eſt.

## LECTIO X.

SI autem eſt fœlicitas ſecundum virtutẽ operatio, rationabile ſecũdum optimam, hæc autem erit optimi, ſiue igitur intellect⁹ hoc ſiue aliud aliquid, quod vtique ſecundum naturã videtur principari, & dominari, & intelligẽtiam habere de bonis, & diuinis, ſiue diuinũ ens & ipſum, ſiue eorum, quæ in nobis diuiniſsimũ, huius operatio ſecundum propriam virtutem, erit vtique perfecta fœlicitas.

b Quoniam autem eſt ſpeculatiua, dictum eſt, confeſſum autem hoc vtiq; videbitur eſſe, & his, quæ prius, & ipſi vero.

## LECTIO X.

POſtquam Philoſophus oſtendit, quòd fœlicitas eſt operatio ſecundum virtutem, hic incipit oſtendere cuius virtutis ſit operatio, & primo oſtendit hoc in generali. Secundo in ſpeciali, ibi. { Quoniã autẽ eſt &c. } Dicit ergo primo, quòd cum fœlicitas ſit operatio ſecundum virtutem, ſicut & in Primo oſtenſum eſt, rationabiliter ſequitur, quòd ſit operatio ſecundum virtutem optimam, oſtenſum eſt enim in Primo, quòd fœlicitas eſt optimum inter omnia bona humana, cum ſit omnium finis, & quia melioris potentiæ melior eſt operatio, vt ſupra dictum eſt, conſequens eſt, quòd operatio optima hominis ſit operatio eius, quod eſt in homine optimum, & hoc quidem ſecundum rei veritatem eſt intellectus, ſed

Lectio. 10. Lectio. 9.

A quia circa hoc diuerſimode ſunt aliqui opinati, nec eſt hunc locus talia diſcutiendi, ſub dubio ad præſens relinquit, vtrum optimum hominis ſit intellectus, vel aliquid aliud, ponit tamen ſigna quædã ex quibus poteſt cognoſci, quòd intellectus ſit optimum eorum, quę ſunt in homine, & primo quidem per comparationẽ ad ea, quæ infra intellectũ ſunt, quibus intellectus ꝓpter ſui excellentiã principatur, & dominatur, prĩcipatur quidem reſpectu iraſcibilis, & concupiſcibilis, quibus ratio ſiue intellectus pſidet, quaſi politico principatu, quia in aliquo reſiſtere poſſunt rationi, dominatur autẽ corporalibus membris, qui ad nutum obediunt imperio rationis abſque contradictione, & ideo ratio, vel intellectus præſidet corpori, quaſi ſeruo, deſpotico principatu, vt dicitur Primo politicę. Secundo vero ponit ſigna excellentię intellectus per comparationem ad ſuperiora, ſcilicet ad res diuinas, ad quas dupliciter cõparatur, Vno modo ſecundum habitudinem, quaſi ad obiecta, ſolus enim intellectus habet intelligentiam de rebus eſſentialiter bonis, quę ſunt res diuinæ, Alio modo cõparatur intellectus human⁹ ad res diuinas ſecundũ connaturalitatem ad ipſas, diuerſimode quidem ſecũdum diuerſorum ſententias, quidam enim poſuerũt intellectum humanũ eſſe aliquid ſempiternum, & ſeparatum, & ſecundum hoc ipſe intellectus eẽt quoddam diuinũ, dicimus enim res diuinas eſſe, quę ſunt ſempiternæ, & ſeparatæ, alij vero intellectum partẽ animæ poſuerunt, ſicut Ariſt. & ſecundum hoc intellectus non eſt ſimpliciter Lectio. 3.

*iocus enim requieti ſimilis eſt, atque cum continue nequeant homines laborare, indigent requiete, non eſt igitur ipſa requies finis, fit enim gratia operationis.*

B *At vero vita fœlix in virtute conſiſtit, hæc autem vita cum ſtudio eſt, & in ſerii, ſed non in ioco conſiſtit, atque ea, quæ ſtudioſa ſunt ſeriaue, præſtabiliora ridiculis, & his quæ ioco fiunt, & operationem ſemper melioris, & partis, & hominis ſtudioſam magis dicimus eſſe, melioris uero præſtabilior eſt, & ad fœlicitatem iã magis attinens, frui præterea quiuis, & mancipium voluptatibus corporis non minus, quàm optimus homo poteſt, at fœlicitatem nemo mancipio tri-* C *buet, niſi & vitã tribuerit ſtudioſam, fœlicitas enim non in talibus conſiſtit modis viuendi, ſed in operationibus, quæ a virtute proficiſcuntur, ut prius etiam diximus.*

## LECTIO X.

*QVòd ſi fœlicitas operatio eſt per uirtutem, conſentaneũ eſt rationi per eã eſſe, quæ eſt præſtabiliſſima, hæc autẽ eius fuerit quod eſt optimum: ſiue igitur mens ſit hoc, ſiue aliquid aliud, quod quidẽ* D *natura dominari uidetur, ac imperare, & animaduerſionem habere de honeſtis diuiniſque rebus, aut quia diuinum & ipſum eſt, aut quod eorum quæ ſunt in nobis eſt diuiniſſimum: huius operatio per virtutem propriam ipſa fœlicitas fuerit beatitudoq; pfecta.*

*Dictum eſt autem ipſam eſſe contẽplatiuam, atque conſentaneũ hoc & antea dictis, & ueritati uidebitur eſſe.*

E quoddam diuinum, ſed eſt diuiniſſimum inter omnia, quæ ſunt in nobis propter maiorem conuenientiam quam habet cũ ſubſtantijs ſeparatis, ſecundum quod eius operatio eſt ſine organo corporeo, quocumque autem modo ſe habeat, neceſſe eſt ſecũdum prędicta, quòd perfecta fœlicitas ſit operatio huiuſmodi optimi ſecundum virtutem propriam ſibi, non enim poteſt eſſe perfecta operatio, quod requiritur ad fœlicitatem, niſi potentiæ perfectæ per habitum, quod eſt ipſius virtus, ſecundum quam reddit operationem bonam. Deinde cum dicit.

b ¶ Oſtendit in ſpeciali cuius virtutis operatio ſit perfecta fœlicitas, & circa hoc duo facit. Primo oſtendit, quòd in operatione ſpeculatiuæ virtutis conſiſtit perfecta fœlicitas, Secundo cõparat fœlicitatem perfectam ad res exteriores, ibi. { Opus erit autem &c. } Circa primum duo facit. Primo oſtendit, quòd perfecta fœlicitas conſiſtit in operatione ſpeculationis. Secundo præfert hanc fœlicitatem fœlicitati, quæ cõſiſtit in actione, ibi. { Secundo autem qui &c. } Circa primum duo facit. Primo oſtẽdit, quòd Lectio. 13. Lectio. 12.

Lectio.11. Lectio 6. dit, quòd fœlicitas conſiſtit in operatione ſpeculatiua. Secundo oſtendit qualiter ſe habeat ad hominem, ibi. {Talis autem vtique &c.} Circa primum duo facit. Primo proponit, quod intendit, & dicit, quòd ex ſupra dictis in Sexto manifeſtum eſt, quòd ſpeculatiua operatio eſt intellectus ſecundum propriam virtutē eius, ſcilicet ſecundū ſapientiam principaliter, quæ comprehendit intellectum, & ſcientiam, & quòd in tali operatione cōſiſtat fœlicitas videtur eſſe cōſonum eis, quæ in Primo dicta ſunt de fœlicitate, & etiam ipſi veritati. Secundo ibi.

Lectio.10. c ¶ Probat propoſitum ſex rationibus. Prima ergo talis eſt, dictum eſt prius, ꝙ fœlicitas eſt optima operatio, optima autem operatio inter operationes humanas eſt ſpeculatio veritatis, & hoc patet ex duobus, ex quibus penſatur dignitas operationis: vno modo ex parte potētiæ, quę eſt operationis principium, & ſic patet hanc operationem eſſe optimam, ſicut, & intellectus eſt optimum eorum, quæ in nobis ſunt, vt prius oſtēſum eſt, alio modo ex parte obiecti, quod dat ſpeciem operationi, & ſecundum hoc etiam hęc operatio eſt optima, quia inter omnia cognoſcibilia optima ſunt intelligibilia, & pręcipue diuina, & ſic in eorum ſpeculatione conſiſtit perfecta humana fœlicitas. Secundam rationem ponit, ibi.

d ¶ Oſtenſum eſt. n. in Primo, quòd fœlicitas eſt maxime cōtinua, & permanens, inter omnes autem operationes humanas continuiſſima eſt ſpeculatio veritatis, manifeſtum eſt enim, quòd magis continue poteſt homo perſeuerare in ſpeculatione veritatis, quàm in quacumque alia operatione, cuius ratio eſt, quia neceſſe eſt diſcontinuari operationem noſtram, propter laborem quem non poſſumus continue ferre, labor autem, & fatigatio accidit in operationibus noſtris, propter paſſibilitatem corporis, quod alteratur & remouetur a naturali diſpoſitione ſua; vnde cum intellectus in ſua operatione minimum vtatur corpore, ſequitur quòd minimum eius operationi adueniat labor, & fatigatio, quæ nulla eſſent, ſi intellectus in ſpeculando non indigeret fantaſmatibus exiſtentibus in organis corporis, & ſic patet, ꝙ maxime inuenitur fœlicitas in ſpeculatione veritatis propter eius facilitatē. Tertiā rationē ponit ibi.

Lectio.13. e ¶ Et dicit, quòd ſicut in Primo dictum eſt, communiter exiſtimamus, quòd fœlicitati delectatio adiungatur, inter omnes autem operationes virtutis delectabiliſſima eſt contemplatio ſapientiæ, ſicut eſt manifeſtum, & conceſſum ab omnibus: habet enim Philoſophia in ſapientiæ cōtemplatione delectationes admirabiles, & quantum ad puritatem, & quantum ad firmitatē, puritas quidem talium delectationum attenditur ex hoc, quòd ſunt circa res immateriales, firmitas autem earum attenditur ſecundum hoc, quòd ſunt circa res immutabiles, qui enim delectatur circa res materiales, incurrit quādam impuritatem affectus, ex hoc quòd circa inferiora occupatur, qui autem circa res mutabiles delectatur non poteſt firmam delectationem habere, quia mutata re, aut corrupta, quæ delectationem afferebat, delectatio ceſſat, & quandoque in triſtitiam vertitur, dicit autem delectationes Philoſophiæ eſſe admirabiles propter inconſuetudinē talium delectationum apud multitudinem hominum, qui in rebus materialibus delectantur, ſpeculatio autem veritatis eſt duplex, vna quidem, q̄ cōſiſtit in inquiſitione veritatis, alia vero, quæ conſiſtit in contemplatione veritatis iam inuentæ, & cognitæ, & hoc perfectius eſt cum ſit terminus, & finis inquiſitionis, vnde & maior eſt delectatio in conſideratione veritatis iam cognitæ, q̄ in inquiſitione eius, & ideo dicit, quòd delectabilius cōuerſantur illi, qui iam ſciūt veritatem, habentes intellectum perfectū per intellectualē virtutem ipſius; vnde perfecta fœlicitas nō conſiſtit in quacumque ſpeculatione, ſed in ea, quę eſt ſecundum propriam virtutem ipſius: quartam rationem ponit, ibi.

f ¶ Oſtenſum eſt enim in Primo, quòd per ſe ſufficiētia, quę Græce dicitur autarchia requiritur ad fœlicitatem, huiuſmodi autem per ſe ſufficientia maxime inuenitur circa ſpeculatiuam operationem, ad quam homo non indiget niſi his, quæ ſunt neceſſaria omnibus ad communem vitam, indiget enim neceſſarijs vitæ, tam ſapiens, ſcilicet ſpeculatiuus, quàm etiam iuſtus, & reliqui habentes virtutes morales, quę perficiunt vitam actiuam, ſi autem alicui dentur ſufficienter neceſſaria vitæ, adhuc pluribus indiget virtuoſus, ſecundum virtutem moralem, indiget enim iuſtus ad ſuam operationem alijs, & primo quidem illis ad quos debet iuſte agere, quia iuſtitia ad alterum eſt, vt dictum eſt in Quinto. Secundo, autem indiget aliquibus, cum quibus operetur iuſtitiam, ad quod indiget homo frequenter multorum auxilio, & eadem ratio eſt de temperato, & forti, & de alijs virtuoſis moraliter, ſed non eſt ita de ſapiente ſpeculatiuo, qui poteſt ſpeculari veritatē, etiam ſi ſolus ſecundum ſeipſum exiſtat, quia contemplatio veritatis eſt operatio penitus intrinſeca ad exterius nō procedēs, & tanto aliquis magis poterit ſolus exiſtens ſpeculari veritatē, quanto fuerit magis perfectus in ſapiētia, quia talis plura cognoſcit, & minꝰ indiget ab alijs inſtrui, aut iuuari: nec hoc dicitur, quia contemplationem non iuuet ſocietas, quia vt in Octauo dictum eſt, duo ſimul venientes, intelligere & agere magis poſſunt, & ideo ſubdit, melius eſſe ſapienti, quòd habeat cooperatores circa conſiderationem veritatis, quia interdum vnus videt, quod alteri licet ſapientiori, non occurrit, & quamuis ſapiēs ab alijs iuuetur, tamen inter omnes ipſe per ſe magis ſibi ſufficit ad propriam operationem, & ſic patet, quòd maxime in operatione ſapientiæ inuenitur fœlicitas. Quintam rationem ponit ibi. Lectio.

g ¶ Oſtenſum eſt enim in Primo, quòd fœlicitas eſt ita per ſe appetibilis, quòd nullo modo appetitur propter aliud, hoc autem apparet in ſola ſpeculatione ſapientiæ, quòd propter ſeipſam diligatur, & non propter aliud, nihil enim homini accreſcit ex contemplatione veritatis, præter ipſam veritatis ſpeculationem,

c Optima etenim hęc oparìo; etenim intellectus eorum, quæ in nobis, & cognoſcibilium circa quæ intellectus.

d Eſt autem continuiſsima, ſpeculari etenim poſſumus continue, magis quàm operari quodcumque.

e Exiſtimamuſque oportere delectationem ad mixtam eſſe fœlicitati, delectabiliſsima autem eorum quæ ſecundum virtutē operationum, quæ ſecundum ſapientiam confeſſa eſt, videtur. n. philoſophia admirabiles delectationes habere puritate, & firmitate, rationabile autē ſcientibus, quàm quęrentibus delectabiliorem conuerſationem eſſe.

f Et quę dicitur autarchia circa ſpeculatiua maxime vtique erit, ad uiuere qdē. n. neceſſarijs, & ſapiens, & iuſtus; & reliqui q̄dem indigent, talibus autem ſufficienter largitis, iuſtus quidem indiget ad quos iuſte operetur, & cum quibus, ſimiliter autem, & temperatus, & fortis, & aliorum vnuſquiſque, ſapiēs autem ſecundū ſeipſum ens poteſt ſpeculari, & quanto vtique ſapientior fuerit magis, melius autem forte cooperatores habere, ſed tamen per ſe ſufficientiſsimus.

g Videbitur autem vtique ipſa ſola ꝑpter ſeipſam diligi, nihil enim ab ipſa fit ꝑter ſpeculari: ab operabilibꝰ aūt, vel plꝰ vel minus acquirimus præter actionē,

*Hæc enim operatio præſtabiliſſima eſt, quippe cū & mens ſit eorum quæ in nobis inſunt præſtantiſſimū, & ea circa quæ mens uerſatur, cognoſcibilium præſtabiliſſima ſint.*

*Eſt præterea continua maxime, nā contemplari magis cōtinue, quàm agere quoduis poſſumus.*

*Arbitramur præterea fœlicitati uoluptatem admixtam eſſe oportere, iocundiſſima autem operationum uirtutum eſt ea haud dubie, quæ per ſapientiam prodit, itaque philoſophia mirabiles tum puritate, tum firmitate uoluptates habet, atque conſentaneū eſt rationi ſcientibus, quàm quærentibus oblectamentū ipſum iocūdius eſſe.*

*Ipſa quoque ſufficientia maxime fuerit in contemplatione, nam & ſapiens, & iuſtus, & cæteri, rebus his indigent, quæ neceſſariæ ſunt ad uitam, ſed ſi ſatis his talia adſunt, iuſtus quidem eorum indiget, ad quos, & cum quibus egerit iuſte, & temperans itē, ac fortis, & ſinguli cæterorum, at ſapiens ſi ſolus etiam ſit, contemplari poteſt, & quo ſapientior eſt, eo magis poteſt, melius autem fortaſſe ſi habeat adiutores, attamen ſufficientiſſimus ipſe eſt.*

*Præterea propter ſeipſam amari ſola uidetur, nihil enim ab ipſa fit præter hoc comtemplatum inquam eſſe, at cum agimus præter ipſam actionē, aut plus aliq̄d, aut minus aſſequimur.*



culationem, ſed in exterioribus operabilibus ſemper homo acquirit aliquid præter ipſam operationem, aut plus, aut minus, puta honorem & gratiam apud alios, quę non acquirit ſapiens ex ſua contemplatione niſi per accidens, inquantum ſcilicet veritatem contemplatam alijs enunciat, quod iam pertinet ad exteriorem actionem, ſic ergo patet, quòd fœlicitas maxime cōſiſtat in operatione contemplationis.

LECTIO XI. LECTIO XI. *LECTIO XI.*

Poſitis quinque rationibus, ex quibꝰ oſtendebatur quòd fœlicitas conſiſtit in ſpeculatione veritatis, ſecundum conuenientiam ad ea q̄ ſupradicta ſunt, hic addit ſextam, quæ ꝑcedit ex quadam cōditione fœlicitatis, quam ſupra non poſuerat, fœlicitas enim conſiſtit in quadam vacatione: vacare. n. dicitur aliquis, quando non reſtat ei aliquid agendum, quod contingit cum aliq̄s iam ad finem peruenerit, & ideo ſubdit quòd non vacamus, vt vacemus, ideſt laboramus operando, quod eſt non vacare, vt perueniamus ad quieſcēdum in fine, quod eſt vacare, & hoc oſtendit per exēplum bellātium, qui ad hoc bella gerunt, vt ad pacem optatā perueniant: eſt tamē conſiderādum, quòd ſupra Philoſophꝰ dicit, quòd requies ſit gratia operationis, ſed ibi locutus fuit de requie, qua intermittit operatio ante conſequutionem finis propter impoſſibilitatē continuationis operandi, quæ q̄dem requies ordinatur ad operationem ſicut ad finem, vacatio autē eſt requies ī fine ad quam operatio ordinatur, & ſic fœlicitati, quæ eſt vltimus finis, maxime cōpetit vacatio, quę quidem non inuenitur in operationibus virtutum practicarū, quarū præcipuę ſunt illæ, quæ conſiſtunt in rebus politicis, vtpote ordinantes bonum commune, quod eſt diuiniſſimum, vel in rebus bellicis, quibus ipſum bonum commune defenditur contra hoſtes, & tamen his operibus non competit vacatio. Et primo quidem circa bellicas operationes hoc eſt pœnitus manifeſtum, quia nullus eligit bella gerere, aut præparare bella ſolum gratia bellandi, quod eſſet vacationem habere in rebus bellicis, quia ſi in bellis gerendis finem ſuum cōſtituerent, ſequeretur quòd eſſet violentus & occiſor, in tantū, quòd etiam de amicis faceret impugnatores ad hoc quòd poſſet pugnare, & occidere. Secundo manifeſtum eſt in actionibus politicis, quòd non eſt in eis vacatio, ſed præter ipſam conuerſationem ciuilem vult homo acquirere aliquid aliud, puta potentatus, & honores, vel quia in eis nō eſt vltimus finis, vt in primo oſtenſum eſt, magis eſt decens, quòd per ciuilem conuerſationem aliquis velit acquirere fœlicitatē ſibijpſi & cuilibet, ita quòd huiuſmodi fœlicitas quam intendit aliquis acquirere per politicam vitam, ſit altera ab ipſa vita politica, ſic enim per vitam politicā, quęrimus eam quaſi alteram exiſtentem ab ipſa, hęc eſt enim fœlicitas ſpeculatiua, ad quam tota vita politica videtur ordinata, dum per pacem, quæ per ordinationē vitæ politicæ ſtatuitur & cōſeruatur, datur hominibus facultas contemplandi veritatem. ſi igitur inter omnes actiōes virtutum moralium excellunt politicæ & bellicæ, tam pulchritudine, quia ſunt maxime honorabiles, quàm etiam magnitudine, quia ſunt circa maximum bonū, quod eſt bonum cōmune, cum huiuſmodi operationes nō habeant in ſeipſis vacationem, ſed agantur propter appetitū alterius finis, & non ſunt eligibiles propter ſeipſas, non erit in operationibus virtutum moraliū perfecta fęlicitas, ſed operatio intellectus, quę eſt ſpeculatiua, videtur a præmiſſis operationibus differre ſecundum rationē ſtudij, quia ſcilicet homo vacat huiuſmodi operationi, propter ſeipſam, ita quòd nullum alium finem pręter ipſam appetit, habet etiam huiuſmodi operatio propriā delectationem ex ipſa procedentem, quæ auget eam: ſic igitur patet, quòd ſecundum huiuſmodi operationem ſpeculatiuā intellectus, manifeſte apparet omnia exiſtere in homine quæcumque ſolent attribui beato, ſcilicet, ꝙ ſit per ſufficiēs, & ꝙ vacet, & ꝙ non laboret, & hoc dico quantū poſſibile eſt homini moralē vitā agenti, in qua vita non pn̄t tales perfecte exiſtere, ſic igitur in contēplatione intellectus conſiſtit perfecta fœlicitas hoīs, dūmodo adſit diuturnitas vitæ, quæ quidē requiritur ad bene eſſe fœlicitatis, ſcd̄m ꝙ oportet nihil eorū quæ pertinēt ad fœlicitatē eſſe imperfectū. Deinde cū dicit.

b ¶ Oñdit qualiter hmōi vita ſpeculatiua ſe habeat ad hoīem. Et primo oſtēdit propoſitū, Scd̄o excludit errorē, ibi. {Oportet autem non &c.} Dicit ergo primo, quòd talis vita, quæ vacat contem-

Lectio. 5.

Videturque fœlicitas in vacatione eſſe, non vacamus enim vt vacemus, & bellamus, vt pacem ducamus, practicarum quidem virtutū in politicis & bellicis operationes ſunt: quæ autem circa hæc actiones videntur non vacātes eſſe, bellicæ quidem, & penitus, nullus enim eligit bellare, eius quod eſt bellare gratia, neq; præparare bellū, videtur enim vtique omnino violentus occiſor quis eſſe, ſi amicos oppugnatores quidem faceret, vt pugnæ & occiſiones fierent: eſt autem, & quæ politici non vacās, & pręter ipſum ciuiliter cōuerſari acquirens potentatus & honores, vel magis, & fœlicitatem ipſi, & ciuibus alteram exiſtētem a politica, quam & quærimus, vt alteram exiſtentem, ſi vtique eas q̄dem, quę ſecundū virtutes actiones politicę & bellicæ pulchritudine, & magnitudine pręcellunt hæ non vacantes, & finē aliquem appetunt, & non propter ſeipſas ſunt eligibiles, intellectꝰ autem operatio ſtudio differre videtur ſpeculatiua exiſtens, & præter ipſam nullum appetere finem, habereque delectationem propriam, hæc autem coauget operationem, & per ſe ſufficiens vtique, & vacatiuum, & illaborioſum, vt humanum, & quæcūq; alia beato attribuuntur, ſm̄ hāc operationē apparēt entia, pfecta igitur fœlicitas hęc vtiq; erit hoīs accipiēs lōgitudinē vitæ perfectā, nihil. n. imperfectū eſt eorum, quæ fœlicitatis.

b Talis vtique melior erit vita ad humanā vitam, non ſecūdū,

*Idetur etiam in ocio fœlicitas ipſa conſiſtere, negocia namque ſuſcipimus, ut ociū habeamus, & bellum gerimus, ut in pace degamus, operationes igitur actiuarum uirtutum, ciuilibus, aut bellicis in rebus uerſantur, actiones autē quæ in his fiunt negocioſæ ſunt, atque bellicæ quidem & omnino, nemo namq; bellum expetit gerere gerendi gratia belli, neque bellum ob bellum parat: uidebitur enim crudelis quidam & ſanguinolentus pœnitus eſſe, ſi faciet amicos hoſtes, ut pugnæ cædeſq; fiāt, at & ipſius ciuilis negocioſa eſt, & præter ipſam adminiſtrationem poteſtates comparantis, atque honores, aut fœlicitatem ſibiipſi, & ciuibus, quæ quidē diuerſa eſt a ciuili & quā quærimꝰ, ut diuerſam. Si igitur ciuiles quidem, & bellicæ actiones cæteris actibus, q̄ a uirtutibus proficiſcuntur pulchritudine magnitudineque præcellunt, hæ uero negocioſæ ſunt, atque aliquem finē affectant, & non propter ſeipſas ſunt expetibiles, mentis autem operatio, & ſtudio antecellit cum cōtemplatiua ſit, & preter ſeipſam nullum affectare pœnitus finem, habereque uoluptatem propriam, quæ quidem operationem ipſam exauget, ſufficientia inſuper, ocium, defatigationis uacuitas, & humana, & quæcumque alia uiro tribuuntur beato per hanc operationem illi ineſſe uidentur, perfecta fœlicitas hominis fuerit hæc profecto ſumpta longitudine uitæ perfecta, nihil enim fœlicitatis eſt imperfectum.*

*Talis autē uita ſuperat hominis naturā, non enim hoc ipſo quo homo eſt*

contemplationi veritatis eſt melior quàm vita, quæ eſt ſecundũ hominem: cum enim homo ſit compoſitus ex anima & corpore, habens ſenſitiuam naturam & intellectiuam, vita homini cõmenſurata videtur conſiſtere in hoc, quòd homo ſecundum rationem ordinet affectiones & operationes ſenſitiuas, & corporales, ſed vacare ſoli operationi intellectus videtur eſſe propriũ ſuperiorum ſubſtantiarum, in quibus inuenitur ſola natura intellectiua, quam participant ſecũdum intellectum, & ideo manifeſtans quod dictũ eſt, ſubdit quòd homo ſic viuẽs, ſcilicet vacando contemplationi non viuit ſecũdum quòd homo, q eſt compoſitus ex diuerſis, ſed ſecundum quod aliquid diuinũ in ipſo exiſtit, prout ſcilicet ſecundum intellectum diuinam ſimilitudinem participat, & ideo quantum intellectus in ſua puritate cõſideratus differt a compoſito ex anima & corpore, tantum diſtat operatio ſpeculatiua ab operatione, quæ fit ſecundum virtutẽ moralẽ, quæ proprie eſt circa humana, ſicut ergo intellectus per comparationem ad homines eſt quoddã diuinum, ita & vita ſpeculatiua, quę eſt ſecundum intellectũ, comparatur ad vitã moralem, ſicut diuina ad humanam. Deinde cum dicit.

c ¶ Excludit quorũdam errorẽ, qui ſuadebant, quòd homo debeat intendere ad ſapiendum humana, & mortales ad ſapiẽdum mortalia, & fuit hoc dictum Symonidis poetæ, vt patet in principio metaphyſicæ, quod quidẽ Philoſoph[us] dicit eſſe falſum, quia homo debet intendere ad immortalitatem quantum poteſt, & ſecundum totũ poſſe ſuũ facere ad hoc, quòd viuat ſecundum intellectũ, qui eſt optimum eorũ, quæ ſunt in homine, qui quidem eſt immortalis, & diuinus, quamuis.n. hoc optimum ſit paruũ mole, quia eſt incorporeũ & ſimpliciſſimũ, & per conſequẽs caret magnitudine molis, tñ quãtitate virtutis & precioſitatis, multũ excedit oĩa, quæ in homine ſunt, virtute quidẽ excedit in ſuis operatiõibus, quibus ſuperioribus cõiungitur, & inferioribus principatur, & ſic quodãmodo oĩa complectitur: præcioſitate aũt quantũ ad dignitatẽ ſuæ naturę, quia intellectus eſt immaterialis, & ſimplex incorruptibilis, & impaſſibilis, vnũqđq; aũt.i. totus homo vr̃ eſſe hoc.ſ. intellectus, ſi ita eſt, immo qa ita eſt, q intellectus eſt principalius, & melius, qđ ſit in hoĩe, dictũ eſt.n. ſupra in Nono, q vnũqđq; potiſſime vr̃ eſſe id, qđ eſt principalius in eo, qa oĩa alia ſunt quaſi inſtrumẽta illius, & ſic dũ hõ viuit ẽm operationẽ intellectus, viuit ſecundũ

Lectio. 9.

quòd homo eſt ſic viuet, ſed ſecundum quòd diuinum aliquid in ipſo exiſtit: quanto autem differt hoc a cõpoſito, tãto & operatio ab ea, quæ ſecundum aliam virtutem: ſi itaque diuinum intellectus ad hominem & quę ſecũdum hanc diuina vita, ad humanam vitam.

G

c Oportet autem non ſecundũ ſuadentes humana ſapere hominem entẽ, neque mortalia mortalem, ſed inquantum contingit immortalem facere, & omnia facere ad viuere, ſecundum optimum eorum quæ in ipſo, ſi enim & mole paruum eſt potentia, & præcioſitate multum magis omnibus, ſuperexcellit: videbitur autem, & vnũquodque eſſe hoc, ſiquidem principale melius, inconueniens ergo fiet vtique ſi non ſuiipſius vitam eligat, ſed alicuius alterius, quod prius nunc dictum congruet: proprium.n. vnicuique natura optimum, delectabiliſſimũ eſt vnicuiq;, & homini vtique, quæ ſecundum intellectum vita, ſiquidem maxime hic homo, iſte ergo fœliciſſimus.

ita viuet, ſed quo eſt quid in ipſo diuinum: quantum igitur hoc ab ipſo compoſito differt, tantum & huius operatio diſtat ab ea quæ a virtute alia proficiſcitur; quòd ſi mens diuinum ad ipſum hominem eſt, & vita, quæ ab ea manat, diuina eſt, reſpectu ipſius vitæ humanæ.

*Oportet autem non quemadmodum monent quidam humana nos ſapere cum ſimus homines, aut mortalia cum ſimus mortales, ſed quo ad fieri poteſt immortales noſipſos facere, cunctaq; efficere, vt ea vita viuamus, quæ ab eo manat, quod eſt eorum, quæ in nobis inſunt præſtabiliſſimum, nam tam & ſi paruum eſt mole, ui tamen, & præcio multum omnibus antecellit.* H *Videbitur autem & unuſquiſque hoc eſſe ſiquidem præcipuum eſt & melius, abſurdum igitur eſſet ſi non ſuam, ſed alicuius alterius expeteret vitam, Id inſuper quod dictum eſt antea, nunc etiam accommodabitur, quod eſt enim natura unicuique propriũ id optimum vnicuique & iucundiſſimum eſt, & homini igitur ea uita, quæ ab ipſa proficiſcitur mẽte, ſiquidẽ maxime hoc eſt homo, hæc ergo & fœliciſſima uita.*

vitam maxime ſibi propriam, eſſet.n. inconueniens, ſi aliquis eligeret viuere non ſecundum vitam propriam ſuiipſius, ſed ẽm vitã alicuius alterius, vñ inconuenienter dicunt, qui ſuadent, q hõ non debeat vacare ſpeculationi intellectus, & cũ hoc dictum ſit prius in Nono, q illud quod eſt ẽm intellectũ, eſt propriũ homini, congruit etiam & nunc in propoſito, illud enim qđ eſt optimum ſecundum naturam in vnoquoq; eſt maxime propriũ ſibi: quòd autem eſt optimũ & propriũ, conſequẽs eſt quòd ſit delectabiliſſimũ, quia vnuſquiſque delectatur in bono ſibi conuenienti: ſic ergo patet, quòd ſi homo maxime eſt intellectus tamquam principaliſſimum in ipſo quòd vita quæ eſt ſecundum intellectum eſt delectabiliſſima homini, & maxime ſibi propria, nec hoc eſt contra id quod ſupra dictum eſt, quòd nõ eſt ſecundum homines, ſed ſupra hominem, nõ eſt enim ſecundum hominẽ quantum ad naturã compoſitam, eſt autẽ propriiſſime ſecundum hominem quãtum ad id, quod eſt principaliſſimum in homine, quod quidẽ perfectiſſime inuenitur in ſubſtantijs ſuperioribus: in homine autẽ imperfecte, & quaſi participatiue, & tamẽ iſtud paruum eſt maius omnibus alijs, quæ in homine ſunt, ſic ergo patet, quòd ille qui vacat ſpeculationi veritatis eſt maxime fœlix, quantum homo in hac vita fœlix eſſe poteſt.

## LECTIO XII.

I

Secundo autem, quæ ſecundum aliam virtutem.

b Secundum ipſam enim operationes humanæ, iuſta enim & fortia, & alia, quæ ſecundum virtutes adinuicem agimus in cõmutationibus, & neceſſitatibus & actionibus omnimodis, & in poſſeſſionibus, qđ decet vnicuique conſeruantes, hæc autem eſſe videtur omnia humana, quædã horũ aũt, & accidere a corpore videntẽ & multũ coappropriari paſſionib[us] moris virtus.

## LECTIO XII.

*Secundo autem eſt ea uita, quæ a uirtute alia manat.*

*Operationes enim quæ ab hac prodeunt humanæ ſunt, nam iuſta & fortia, & cætera, quæ a uirtutibus proficiſcuntur, inter noſipſos agimus in commertiis, & neceſſitatibus, atque actibus communibus, & item affectibus unicuique ſeruantes decorum, hæc autem omnia conſtat eſſe humana,* K *nonnulla autẽ, & a corpore prouenire uidentur, & multũ uirtus morũ cũ affectibus iũcta eſt, cõiũcta eſt etiã, & prudẽtia moris uirtuti, & hæc prudentiæ,*

## LECTIO XII.

Poſtquam Philoſophus oſtendit, q perfecta fœlicitas eſt prima, & principalis ſecundum ſpeculationem intellectus, hic inducit quandã aliã ſecundariam fœlicitatem, quæ conſiſtit in operatione virtutum moralium, & primo proponit qđ intendit dicens, q cũ ille qui vacat ſpeculationi veritatis ſit fœliciſſimus, ſecundario eſt fœlix ille, qui viuit ſecundũ aliã virtutẽ.ſ. ſecundum prudentiã, q dirigit oẽs morales virtutes, ſicut.n. fœlicitas ſpeculatiua attribuitur ſapię, q cõprehẽdit in ſe alios habitus ſpeculatiuos tamquã principalior exiſtens, ita etiã fœlicitas actiua, quæ eſt ſecundũ operationes moralium virtutum attribuitur prudentiæ, quæ eſt perfectiua omniũ moralium uirtutum, ut in Sexto oſtenſum eſt. Secundo ibi.

Lectio. 9.

b ¶ Oſtendit propoſitum quatuor rationibus, quarũ prima eſt, quia operationes, quę ſunt ſecundum alias virtutes actiuas, ſunt operationes humanæ, ſunt enim circa res humanas. Primo quidem circa res exteriores, quæ in vſum hominis ueniunt, opera enim iuſtitiæ & fortitudinis, & aliarum uirtutũ, quæ adinuicem agimus



agimus exiſtunt in commutationibus, prout ſecundum iuſtitiã homines inuicem ſua bona commutant, exiſtunt etiam in neceſſitatibus, prout ſcilicet vnus homo alteri ſubuenit in ſua neceſſitate, exiſtunt etiam in quibuſcumque actionibus, & paſſionibus humanis, circa quas ſecundum virtutes morales conſeruatur id, quod conuenit vnicuique, omnia autem prædicta videntur eſſe quędã humana. Secundo autẽ quędam ad virtutes pertinentia videntur pertinere ad corpus, & ad animæ paſſiones, quibus virtus moralis ſecundũ quandam affinitatẽ appropriatur, multę enim moralium virtutum ſunt circa paſſiones, ſicut ex prædictis patet: ſic ergo virtus moralis eſt circa humana bona, inquãtũ eſt circa bona exteriora, & circa bona corporis, & circa animæ paſſiones, morali autem virtuti coniungitur prudẽtia intellectualis virtus exiſtens, ẽm quãdam affinitatem, & econuerſo, quia principia prudentiæ accipiuntur ſecundum virtutes morales, quarum fines ſunt principia prudentiæ, rectitudo autem moralium virtutum accipitur ſecũdum prudentiam, qa facit rectam electionem eorum, quæ ſũt ad finem, vt patet ex his quæ in Sexto dicta ſunt, ea etiam ſcilicet virtus moralis, & prudentia ſimul copulantur cum paſſionibus, quia ſcilicet ſecundum vtrũque modificãtur paſſiones, paſſiones autem ſunt communes totius compoſiti ex anima & corpore, cũ pertineant ad partẽ ſenſitiuam, vnde patet, quòd tam virtus moralis, quàm prudentia ſunt circa cõpoſitum, virtutes autem compoſiti proprie loquendo ſunt humanæ, inquantũ homo eſt compoſitus ex anima & corpore, vnde & vita, quæ eſt ſecũdum has ſcilicet ſecundum prudentiam & virtutem moralem, eſt humana, quæ dicitur vita actiua & per conſequens fœlicitas, quæ in hac vita conſiſtit eſt humana, ſed vita, & fœlicitas ſpeculatiua, quæ eſt propria intellectus eſt ſeparata & diuina, & tantum dicere ad præſens de ipſa ſufficiat, quod autem magis per certitudinem explicetur, eſt aliquid maius quàm pertineat ad propoſitum, agitur enim de hoc in Tertio de anima, vbi oſtenditur, quòd intellectus eſt ſeparatus, ſic igitur patet, quòd fœlicitas ſpeculatiua eſt potior, quàm actiua, quanto aliquid ſeparatum & diuinum eſt potius quàm id, quod eſt compoſitum, & humanum. Secundam rationem ponit ibi.

Lectio. 10.

c ¶ Erdicit, quòd ſpeculatiua vita & fœlicitas videtur parum, vel ſaltem minus, quàm moralis indigere, quòd homini largiantur exteriora bona, verum eſt enim, quòd ambobus, id eſt tã ſpeculatiuæ, quàm morali opus eſt habere neceſſaria vitæ, puta cibũ & potum, & alia huiuſmodi, quamuis circa corpus magis laboret actiuus quàm ſpeculatiuus, quia exteriores actiones per corpus aguntur, tamen quantum ad hoc non eſt magna differentia, quin æqualiter neceſſarijs vtraque indigeat, ſed quantum ad operationes vtriuſq; magna eſt, quia virtuoſus multis indiget ad ſuas operationes, ſicut patet, quòd liberali opus eſt pecunijs ad agendum liberaliter, & ſimiliter iuſtus indiget pecunijs ad hoc, quòd reddat illa quæ debet, & ſi quis dicat, quòd actus liberalitatis eſt etiam velle dare, & act[us] iuſtitiæ velle reddere, quod poteſt eſſe etiã ſine pecunijs, conſiderandum eſt, quòd voluntates hominum non ſunt manifeſtæ ſine operationibus exterioribus, multi enim qui non ſunt iuſti, ſimulant ſe velle iuſte agere, ſed ad hoc quòd ſit manifeſtũ de aliquo an ſit fortis, indiget aliquo exteriori, & ſic debet aliquod opus exterius fortitudinis perficere, & ſimiliter temperatus indiget poteſtate vtendi delectatiõibus ad hoc, quòd manifeſtet tẽperantia, aliter enim niſi adſit facultas operandi, non poterit eſſe manifeſtus, neque ille virtuoſus, ſcilicet tẽperatus, vel fortis, neque aliquis alius, & ideo poteſt quæri quid ſit principalius in virtute morali, vtrũ electio interior, vel actiones exteriores, cũ vtrũq; ad virtutẽ exigatur, & quãuis electio ſit principalior in virtute morali, vt ſupra dictũ ẽ, tamen manifeſtũ eſt, quòd ad omnimodã perfectionem virtutis moralis requirit non ſolũ electio, ſed etiam operatio exterior, ad actiones autẽ exteriores opus eſt homini, quòd habeat multa, & tanto plura, quanto actiones debent eſſe maiores & meliores, ſed ille qui vacat ſpeculationi, nullo talium indiget ad ſuam operationem, quinimmo poteſt dici, quòd exteriora bona impediunt hominem a ſpeculatione propter ſolicitudinem, quæ ex eis ingeritur homini diſtrahens animum hominis, ne totaliter poſſit ſpeculationi vacare, ſed ſi homo ſpeculatiuus indigeat exterioribus rebus, hoc erit inquantum eſt homo indigens neceſſarijs, & inquantum conuiuit pluribus, quos interdum oportet iuuare, & inquantum homo contẽplatiuus eligit viuere, ſecundum virtutem moralem, & ſic indigebit talibus ad hoc, quòd humaniter conuerſetur: ſic igitur patet, quòd fœlicitas ſpeculatiua eſt potior quàm actiua, quæ eſt, ſecundum virtutem moralem. Tertiam rationem ponit ibi.

A

coniugata eſt enim prudentia moris virtuti, & hæc prudentię, ſiquidem prudentię quidẽ principia, ſecundũ morales ſunt virtutes, rectum autem moralium ſecundum prudentiam, concopulatę autem, & hæ paſſionibus circa compoſitum vtique erũt. compoſiti autem virtutes humanæ, & vita vtique, quæ ſecundum has fœlicitas, quæ autem intellectus ſeparata, tantum enim de ipſa dictum eſt, certius enim dicere maius ꝓpoſito eſt.

c Videbitur autem vtiq;, & exteriori largitione in parum, vel minus indigere morali, neceſſarijs quidẽ enim ambobus opus ex æquali ſit, & ſi magis laborat circa corpus politicus, & quæcumque talia, parum vtiq; quidem differt, ad operationes autem multum differt: liberali quidem enim opus erit pecuniis ad agere liberalia, & iuſto vtiq; ad redditiones: volũtates enim immanifeſtę: ſimulant enim & nõ iuſti iuſte agere velle, forti autẽ potentia ſiquidem perficit aliquid eorum, quæ ſecundum virtutem, & temperato poteſtate: qualiter enim manifeſtus erit, vel iſte, vel aliorum aliquis? quæritur autem quidem vtrum principalius virtutis electio vel actiones, vt in ambabus exiſtẽtis? perfectum vtique: manifeſtum, quòd in ambabus vtique erit, ad actiones autem multis opus eſt, & quanto vtique maiores ſunt, & meliores pluribus, ſpeculanti autem nullo talium ad operationem neceſſitas ſed vt conuenit dicere, & impedimenta ſunt ad ſpeculationem, ſecundum autem quòd homo eſt & pluribus conuiuit, eligit ſecundum virtutẽ agere, opus habebit igitur talibus ad humaniter conuerſari.

*ſi principia quidem prudentiæ a virtutibus ipſis emergant, rectum vero moris uirtutum a prudentia manat, cum autem hæ ſeſe ſic habeant, ut a ſe mutuo pendeant, ſintque coniunctæ affectibus, circa ipſum compoſitum fuerint, at compoſiti uirtutes humanæ ſunt; quare & ea vita, quæ ab ipſis* B *proficiſcitur, & fœlicitas humana eſt, mentis autem eſt ſeparata, atque tantum de ipſa ſit dictum, exacte namque dicere propoſito maius eſt.*

*Videbitur autem & externa affluentia perparum, aut minus indigere, quàm moralis, opus eſt enim utriſque neceſſariis rebus, atque ſit æque, quamquam circa corpus, & res tales, ciuilis homo magis elaborat, parua enim differentia fuerit,* C *in operationibus autem non mediocriter differunt, etenim liberali quidem ad liberalitatis operationes exercendas, & iuſto ad retributiones pecunijs opus erit, uoluntates enim non ſunt manifeſtæ, ſimulant autem, & qui non ſunt iuſti, agere iuſte uelle, forti autem opus eſt potentia, ſi agit aliquid eorum, quæ a uirtute proficiſcuntur, & poteſtate etiam temperanti: quo namque modo, aut hic, aut cæterorum quiſquam manifeſtus erit,* D *quæritur autem utrum magis proprium ſit uirtutis electio, an ipſi actus? quippe cum in utriſque uirtus conſiſtat, atque conſtat in utriſque perfectum ipſum conſiſtere, ad actus autem multis indiget, & quo maiores pulchrioreſque ſunt, eo pluribus indiget: at contemplanti nullis huiuſcemodi rebus ad operationem eſt opus, quin & impedimento fere ſunt ad contemplationem, ſed hoc ipſo quo homo eſt, atque cum pluribus uiuit expetit ea agere, quæ a uirtute proficiſcuntur:* E *indigebit igitur talibus ad ea agenda, quæ ad hominem ſpectant.*

d ¶ Et dicit, quòd hoc, quòd fœlicitas perfecta conſiſtat in quadam ſpeculatiua operatione ex hoc apparet, quòd Dijs, ideſt ſubſtantijs ſeparatis maxime videtur competere, quòd ſint fœlices, & beati, nec tamen poſſumus eis attribuere actiones moralium virtutum, ſi quis enim attribueret eis iuſtitiæ operationes, apparerent deridendi, vtpote commutationes facientes, vel etiã ſua bona apud alios deponentes, vel quęcumque alia opera facientes, & ſimiliter non poteſt eis attribui fortitudo, vt ſcilicet ſufferant terribilia, & pericula ꝑpter bonum commune, ſimiliter etiam non cõpetit eis liberalitas, prout eſt virtus humana, non enim eſt aſſignare eis, cui mortalium dẽt huiuſmodi dona, quę dant homines liberaliter, qa inconueniens eſt, ſi aliquis dicat eos, vti ad dandum denarijs, vel alijs huiuſmodi, ſi autem aliquis attribuat eis temperãtiã, huiuſmodi laus magis eẽt oneroſa Deo, quàm grata, non eñ eſt laudabile Deo, ꝙ nõ habeat prauas cõcupiſcentias, quia nõ eſt natus eas habere, ſic ergo pertranſeundo omnes actiones moralium virtutum apparet, quòd ſunt parua, & ĩdigna Dijs, ideſt ſubſtantijs ſuperioribus, ſed tamẽ opinantur, quòd viuant, & per conſequens, quòd operentur, non enim conuenit eis, ꝙ nihil operẽtur, ſicut dormiẽtes, ſicut dicitur de quodam Philoſopho, qa diu vixit dormiens, ſi igitur a vita diuina auferamus agere moralium virtutum, & prudentiæ, & adhuc multo magis auferamus a diuina vita facere, qđ eſt propriũ artis, nulla alia operatio Dei, quæ excellit in beatitudine eſt niſi ſpeculatiua, & ſpeculatione ſapientiæ ſuæ omnia fecit, ex quo patet, ꝙ inter operationes humanas illa, quę eſt ſimillima diuinę ſpeculationi eſt fœliciſſima. Quartam rationem ponit ibi.

d Perfecta autẽ fœlicitas, quoniam ſpeculatiua quædã eſt operatio, & hinc vtique apparebit, Deos enim maxime ſuſpicati ſumus beatos, & fœlices eſſe, actiones autem quales attribuere debitũ ipſis? vtrum iuſtas? vel ridiculi apparebunt, commutationes, & diſpoſitiones dantes, & quæcumque alia talia: ſed fortes? ſuſtinentes terribilia, & periclitantes quoniam bonum, vel liberales? cui autem dabunt? inconueniens autem, & ſi erit ipſis nummiſma, vel aliquid tale: ſi autem temperati, quid vtique erunt? vel oneroſa laus quoniam non habent prauas concupiſcentias, pertranſeuntibus autem omnia apparebunt vtique, quæ circa actiones parua, & indigna Deis, ſed tamẽ viuere omnes ſuſpicati ſunt ipſos, & operari ergo, non oportet enim dormire quemadmodũ Endymiona, viuenti vtique ab agere ablato, adhuc autem magis a facere quid relinquitur præter ſpeculationem, quare Dei operatio beatitudine differens, ſpeculatiua vtique erit? & humanarum vtique quæ huic cognatiſſima fœliciſſima.

*Atque fœlicitatem perfectam contemplatiuam quandam operationem eſſe hinc quoque fuerit manifeſtum, Deos enim maxime beatos eſſe putamus, atque fœlices: at quos nam actus tribuere illis oportet? iuſtos ne? an ridiculi uidebuntur, ſi commutent, & depoſita reddant, & huiuſmodi cætera agant? at fortes ne? propterea quòd formidoloſas res ſuſtinent periculaque ſubeunt honeſtatis ipſius cauſa? at liberales? at cui nam dabunt? abſurdum eſt inſuper ſi nummos etiam habeant, aut aliquod tale: at temperantes? ad quid nam fuerint? an laus eſt importuna, ſi prauas Dii cupiditates non habere dicantur? ita per omnia diſcurrent, cuncta quæ ſunt circa actus parua quædam, & non digna Diis immortalibus ſane uidentur, at uero uiuere ipſos uniuerſi putant, quare & operari, non enim oportet illos, ut Endymionem aiunt dormire, uiuenti igitur ei, cui actio, & multomagis affectio non tribuitur, quidnam aliud præter contemplationem reſtat? quare Dei operatio præcellens beatitudine contemplatiua ſine controuerſia fuerit, & humanarum igitur operationum ea homo eſt ſumme fœlix, quæ illi maxime eſt cognata.*

e Signum autem, & non participare reliqua animalia fœlicitate, tali operatiõe priuata perfecte. Dijs quidem enim omnis vita beata, hominibus autem inquantum ſimilitudo quædã talis operationis exiſtit, aliorum autẽ animaliũ nullũ fœlix eſt, quia nequaquam communicat ſpeculatione, inquantum vtiq; protendit ſpeculatio, & fœlicitas, & quib⁹ magis exiſtit ſpeculari, & fœlices eſſe non ſecundũ accidẽs, ſed ſecundũ ſpeculationem, hæc enim ſecundũ ſeipſam honorabilis, quare erit vtique fœlicitas ſpeculatio quædã.

*Signum eſt huius, & animalia cætera fœlicitatis expertia eſſe, tali penitus operatione priuata, nam Diis quidem tota eſt uita beata, talem habentibus operationem, hominibus autem quoad ipſos talis operationis quædam ineſt ſimilitudo, at animalium cæterorum nullum prorſus eſt fœlix, quippe cum nulla ex parte particeps ſit contemplationis, quouſque igitur contemplatio ſeſe extendit, eouſque ſeſe extendit, & fœlicitas ipſa, & quibus cõtemplatio magis ineſt, his, & fœlicitas magis ineſt, non per accidens quidem ſed per ipſam utique contemplationẽ, hæc.n. per ſeipſam eſt precioſa, quare fœlicitas contemplatio fuerit quædam.*

e ¶ Et dicit, quòd ſignũ huius, quòd ꝑfecta fœlicitas conſiſtat in cõtemplatione ſapientiæ eſt, quòd animalia irrationalia, quæ carent fœlicitate omnino ſunt priuata tali operatione, quia non habent intellectum, quo nos ſpeculamur veritatem, aliquo autem modo participant operationes virtutum moralium, ſicut leo actu fortitudinis, & liberalitatis, Cyconia actu pietatis ad parentes, & hoc rationabiliter, Dijs enim, ideſt ſubſtantijs ſeparatis, quia habent ſolam intellectualem vitam, tota eorum vita eſt bona, homines autem intantum ſunt beati, inquantum exiſtit in eis quædam ſimilitudo talis operationis, ſcilicet ſpeculatiuæ, ſed nullum aliorum animalium eſt fœlix, quia in nullo communicant ſpeculatione, & ſic patet, quòd quantum ſe extendit ſpeculatio, tantum ſe extendit fœlicitas, & quibus magis ſpeculari, magis cõpetit eſſe fœlices, & non ſecundum accidens, ſed ſecundũ ſpeculationem, quæ eſt ſecundum ſe honorabilis, vnde ſequitur, quòd fœlicitas principaliter ſit quædam ſpeculatio.

## LECTIO XIII.

Opus erit autem, & exteriori proſperitate homini enti, non enim ꝑ ſe ſufficiens natura ad ſpeculari, ſed oportet, & corpus ſanum eſſe, & cibum, & reliquum famulatum exiſtere.

*Eſt autem opus huic, & proſperitate externa, cum ſit homo, natura namque ipſa non eſt ad contemplandum ſufficiens, ſed corpus ſanum eſſe oportet, & alimenta reliquumque famulatum adeſſe.*

## LECTIO XIII.

Poſtquam Philoſophus oſtẽdit, quid ſit perfecta fœlicitas, hic oſtendit, quomodo ſe habeat ad exteriora. Et primo oſtẽdit, quomodo ſe habeat fœlix ad bona inferiora. Secundo, quomodo ſe habeat ad Deum, ibi. {Secundum intellectũ &c.} Circa primum duo facit. Primo oſtendit quantum indigeat fœlix exterioribus, & terrenis bonis. Secũdo confirmat per auctoritatem ſapientũ, ibi. {Et Solon autẽ &c.} Circa primum duo facit. Primo oſtendit, quòd fœlix indiget exteriorib⁹. Secundo oſtendit, ꝙ non indiget multis, & magnis, ibi. {Non tamẽ eſtimãdũ &c.} Dicit ergo primo, ꝙ fœlix cũ ſit hõ, opus habet exteriori proſperitate, humana enim natura non eſt ſufficiens ad ſpeculandũ ꝑp cõditionẽ corporis, quod ad ſui ſuſtentationẽ indiget exteriorib⁹ reb⁹, ſubſtãtia aũt intellectualis incorporea per ſe ſufficiens eſt ad ſpeculandũ, homini autẽ ad hoc ꝙ ſpeculetur, op⁹ ẽ primo habere corpus ſanũ, qa per infirmitatem debilitantur vires ſenſitiuæ, quibus homo vtitur in ſpeculando, diſtrahitur etiam intentio mentis ab attentione ſpeculationis, indiget etiam homo cibo, & nutritione corporis, & reliquo famulatu, ſcilicet ſibi miniſtrẽtur omnia alia, quę ſunt ſibi neceſſaria ad vitam humanam. Deinde cum dicit.



b ¶ Oſtendit, quòd homo non indiget multis exterioribus rebus ad fœlicitatẽ, & dicit, quòd etſi nõ cõtingat aliquem eſſe beatum beatitudine huius vitæ abſque exteriorib⁹ rebus neceſſarijs ad vitam humanam, non tamen eſt exiſtimandum, ꝙ ad hoc, quòd aliquis fiat fœlix, indigeat multis & magnis diuitijs, quod enim aliquis ſit ſibi per ſe ſufficiens, quòd requiritur ad fœlicitatem, non conſiſtit in ſuperabundantia diuitiarum, paucis enim indiget natura, ſuperabundantia autẽ facit minus per ſe ſufficientes, indiget .n. homo multorum auxilio, ſeu miniſterio ad cuſtodiendas, & gubernandas ſuperabundantes diuitias, ſimiliter etiam rectitudo iudicij tam rationis ſpeculatiuę, q̃ practicæ, & exterior actio virtuoſa poteſt eſſe abſq; diuitiarũ abundantia, & quia hoc manifeſtum erat quantum ad iudiciũ rationis, manifeſtat hoc cõſequẽter quãtum ad actionẽ virtutis, quę pluribus indigere videtur, vt ſupradictum eſt, & dicit, quòd poſſibile eſt quòd illi qui nõ ſũt principes terræ & maris, quaſi in diuitijs non ſuperabundantes, bene operari poſſint, ſi enim aliquis moderate habeat de bonis exterioribus, poterit operari ſecundum virtutem, quod manifeſto apparet experimento, homines enim idiotæ, ideſt populares & priuatam vitã agentes, vidẽtur agere virtuoſa non minus quàm potentes, nam potentes impediuntur a multis virtuoſis actibus, tum propter nimias occupationes, & ſolicitudines, tum etiam propter ſuperbiam, & abundantiam diuitiarum, ſufficit autem ad fœlicitatem, quòd homo tantum habeat de exterioribus bonis, quòd poſſit virtuoſa operari, quia ſi aliquis operetur ſecundum virtutem, eſſet vita eius fœlix, cum fœlicitas in operatione virtutis conſiſtat, ſicut prius dictum eſt. Deinde cum dicit

b Non tamen exiſtimãdũ multis & magnis indigere futurum fœlicem, ſi non contingit ſine exterioribus bonis beatum eſſe, non enim in ſuperabundantia ꝑ ſe ſufficiens, nec iudicium, neque actio, poſſibile autem, & non principes terræ, & maris agere bona, etenim a moderatis poterit vtique aliquis agere ſecundum virtutem, hoc autem eſt videre manifeſte: idiotæ eñ potentibus non minus videntur ſtudioſa agere, ſed & magis. ſufficiens autem tãta exiſtere, erit enim vita fœlix ſecundum virtutem operantis.

*Non tamen putandum eſt multis, ac magnis ei opus fore, qui futurus eſt fœlix, ſi fieri non poteſt, vt ſit beatus ſine bonis externis, neque enim ſufficientia, neque iudicium, neque actus in exuperatione conſiſtit, ſed fieri poteſt, vt & non principes terræ, ac maris agant honeſta, etenim a mediocribus facultatibus poteſt quiſpiam agere per uirtutem, atque id clare cernere licet, priuati namque nõ minus agere uidentur res bonas, quàm qui ſunt in poteſtatibus conſtituti, immo etiã magis, ſatis autem eſt tot facultates habere, erit enim eius vita fœlix, qui per ipſam operatur virtutem.*

c Et Solon autem fœlices fore enunciauit benedicens moderate his, quę extra ditatos, agentes autem optima exiſtimabat, & viuentes temperate, contingit enim moderata poſſidẽtes, agere quę oportet.

*Solon etiam bene fortaſſe de fœlicibus ſenſit, qui quidem eos eſſe fœlices dixit, qui mediocriter res habuerunt externas, & pulcherrimas res, vt putabat egere, modeſteque vixere, fieri enim poteſt, vt mediocria poſſidẽtes, agant ea quæ agere oportet.*

d Videtur autem & Anaxagoras non diuitem, neque potentẽ exiſtimare fœlicem dicens, quoniam non vtique admiratur, ſiquidem incõueniens appareat multis, iſti enim iudicant his, quæ extra, hæc ſentientes ſolũ.

*Videtur autem & Anaxagoras nõ locupletem, neque potentem fœlicem ipſum extimaſſe, cum dixiſſet ſe non mirari, ſi abſurdum quidem multitudini videatur, hæc enim ſentiens res ſolum externas his iudicare tantummodo ſolet.*

e Conſonare itaque rationibus videntur ſapientum opiniones, fidem quidem igitur, & talia habent quandam, verum autem in operabilibus ex operibus, & vita iudicatur, in his enim dominans, intendere autem prædicta oportet ad opera, & vitam inferentes, & cõſonantibus quidem operibus acceptandum, diſſonantibus autem ſermones ſuſpicandum.

*Conſentanee igitur noſtris ſententiis, & ſapientum opiniones ſunt, at enim habent quidem, & talia quandam fidem, veritas tamen in his, quæ in actionem ueniunt ex operibus iudicatur & uita, in his enim præcipue certitudo ueritatis conſiſtit, conſiderare enim oportet ea quæ antea dicta ſunt ad opera referentes, & uitam, etſi conſona ſunt operibus accipiẽda ſunt, ſin uero diſcrepant, uerba ſunt tantum putanda.*

f Secundum intellectum autẽ operans, & hunc curans, & diſpoſitus optime, & Dei amantiſſimus videtur eſſe, ſi enim quædã cura humanorũ Dijs ſit, quẽ

*At uero, qui mente operatur, & cã colit, diſponitur optime, is & amantiſſimus Diis immortalibus eſt, nam ſi Dii curam humanarum rerum, ut exiſtimatur, aliquam habent, rationi ſane*

c ¶ Confirmat quod dictum eſt per dicta ſapientium. Et primo proponit eorum dicta. Secundo oſtendit in propoſito eis eſſe credendum, ibi. {Conſonare itaque &c.} Circa primum duo facit. Primo introducit dictum Solonis, qui illos enunciauit eſſe fœlices, qui moderate ſunt ditati, quantum ad exteriora bona, huiuſmodi enim maxime inueniuntur agere virtuoſa, & viuere temperate, quia aliqui moderatas diuitias poſſidentes poſſunt agere, quæ oportet, a quo impediuntur tam illi, qui ſuperabundant in diuitijs propter nimiam ſolicitudinẽ, vel propter elationẽ, quàm etiam illi, qui in talibus deficiunt, quos oportet nimis ſolicitari circa victum quęrendum, deficit etiam eis in pluribus opportunitas bene operandi. Secundo ibi.

d Inducit ad idem ſententiam Anaxagoræ, cui videbatur, quòd aliquis, neque diues neque potens potuit eſſe fœlix, nec mirabatur, ſi hoc videatur inconueniẽs multis, quia multitudo hominum iudicat ſecundum exteriora bona, quę ſola cognoſcit, ignorat autem bona rationis, quæ ſunt vera hominis bona, ſecundum quæ aliquis eſt fœlix. Deinde cum dicit.

e ¶ Oſtendit, quòd dictis ſapientum in hac materia eſt acquieſcendum, cõcludens ex prædictis, ꝙ opiniones ſapientũ conſonãt rationibus, vnde habere videntur quandam fidem, ſed in operabilibus magis iudicatur verum circa dictum alicuius ex operibus, & ex modo viuendi ipſius, quàm etiam ex ratione, quia dominans, ideſt id qđ eſt principale circa operabilia, conſiſtit in his, ſcilicet operibus, & modo viuendi, non enim circa talia principaliter quæritur cognitio, ſed opus, vt in Secundo habitum eſt, & ideo ea quæ dicta ſunt, oportet conſiderare per comparationem ad opera, & vitam ſapientum, & ea quibus opera ſapientum conſonant ſunt acceptanda, puta, quòd non requirantur ad fœlicitatem ſuperabundantes diuitiæ, quas ſapientes non quærunt, ſi vero diſſonant opera, ſuſpicandum eſt quòd ſint ſermones veritatem non habentes, ſicut patet de ſententia Stoicorum, qui dicebant exteriora nullum bonum hominis eſſe, cuius contrarium in operationibus eorum apparet, appetunt enim ea, & quærunt tamquam bona. Deinde cum dicit. Lectio. 2.

f ¶ Oſtendit, quomodo fœlix ſe habeat ad ſuperiora, ſcilicet ad Deum, & dicit, quòd fœlix fœlicitate ſpeculatiua, quia operatur ſecundum intellectum contemplãdo veritatem, & curam ſuam apponit ad bona intellectus, videtur eſſe optime diſpoſitus in-

quantum excellit in eo, quod optimum hominis eſt, & etiam amantiſſimus Deo, ſuppoſito enim, ſicut rei veritas habet, quòd Deus habeat curam, & prouidentiam de rebus humanis rationabile eſt, quòd delectetur circa homines, de eo quod eſt optimum in eis, & quod eſt cognatiſſimum, ideſt ſimillimum deo, quod quidem eſt intellectus, vt ex præmiſſis patet, & per cõſequens rationabile eſt, quòd Deus maxime benefaciat his, q amant intellectum & honorant, ipſum bonũ intellectus omnibus alijs præferentes, quaſi ipſi Dij curent de his, qui recte & bene operantur, manifeſtum eſt autẽ, quòd omnia prædicta conueniunt ſapiẽti, ſapiens enim diligit & honorat intellectum, qui maxime amatur a Deo inter res humanas: ſapiens etiam bene & recte operatur, relinquitur ergo, quòd ipſe ſit Deo amãtiſſimus, ille autem eſt fœliciſſimus, qui maxime amatur a Deo, qui eſt fons omnium bonorum, relinquitur etiam ſecũdum hoc, quòd quia fœlicitas hominis dicitur eſſe per hoc, quòd amatur a Deo, quòd ſapiens eſt maxime fœlix, ex quo patet, ꝙ vltimam fœlicitatem humanam ponit Ariſtoteles in operatione ſapientiæ, de qua ſupra in Sexto determinauit, non autem in continuatione ad intelligentiam agentem, vt quidam fingunt: attendendum etiam, quòd in hac vita non ponit perfectam fœlicitatem, ſed talem, qualis poteſt competere humanæ, & mortali vitæ, vnde & ſupra ĩ Primo dixit, beatos autẽ, vt homines &c.

Lectio. 16.

admodũ videt & erit vtiq; gaudere rationabile ipſos optimo, & cognatiſsimo, hoc autem vtique erit intellectus, & diligentes maxime hoc, & honorantes beneficiare, vt de amicis ipſis curantibus, & recte, & bene operantes. quoniam autem hæc omnia ſapienti maxime exiſtũt, nõ immanifeſtum, deo amantiſsimus eſt ergo: eundem autem veriſimile & fœlicisſimum, quare & ſi ſic erit, ſapiens maxime fœlix.

*consentaneum fuerit ipſos eo gaudere, quod eſt optimum maximeque ſibi cognatum, hoc autem fuerit ipſa mens, & in eos, qui maxime hoc amant atq; honorant beneficia uiciſſim conferre, tamquam curam his quæ ſibi ſunt chara, ac diligentiam adhibentes, & recte beneque agentes, at cõſtat hæc omnia maxime ſapienti ineſſe, amiciſſimus igitur ſapiens ipſe Dijs immortalibus eſt, eundem autem conueniens eſt, & fœliciſſimum eſſe, quare ſapiẽs hoc quoq; modo maxime fuerit fœlix.*

F no, vel adhuc etiam aliquid ſuperaddendum. Secundo ibi. b ¶ Determinat veritatem, oſtendens ꝙ adhuc aliquid aliud requiritur. Et primo oſtendit, quòd requiritur aliquem fieri bonum, Secundo oſtendit, quòd ad hoc, ꝙ aliquis fiat bonus, requiritur cõſuetudo vitę bonæ, ibi. {Siquidem igitur eſſent &c.} Tertio oſtẽdit, quòd ad hanc conſuetudinem habẽdam requirĩt legis poſitio, ibi. {Ex iuuene aũt &c.} Dicit ergo primo, ꝙ finis ſcientiæ quæ eſt circa operabilia, non eſt cognoſcere, & ſpeculari ſingula, ſicut i ſciẽtijs ſpeculatiuis, ſed magis facere ipſa, & quia ſecundum virtutem ſumus boni, & operatores bonorum, non ſufficit ad ſcientiam quæ intendit bonum humanum, quòd aliquis cognoſcat virtutẽ, ſed tentandum eſt quòd aliquis habeat eam, ſcilicet ſecundum habitum, & vtatur ea ſ. ſecundum actum, vel ſi aliquis eſtimet ꝙ per alium modũ poſſit homo fieri bonus, quàm per virtutem, tentandum eſt illud habere. Deinde cum dicit.

c ¶ Oſtendit, quòd ad hoc quòd aliquis fiat bonus requiritur conſuetudo, & primo oſtendit, quòd ad hoc nõ ſufficit ſolus ſermo perſuaſiuus. Secundo oſtendit, ꝙ neceſſaria eſt conſuetudo, ibi. { Amabile autem &c. } Dicit ergo primo, quòd ſi ſermones perſuaſiui ꝑ ſe ſufficerent ad faciendũ homines ſtudioſos multæ & magnæ mercedes deberentur alicui ſecundũ Theognim, ideſt propter artem perſuadendi ad bonum, & eſſet omnino neceſſarium, quòd magnæ mercedes retribuerentur perſuaſoribus, ſed non ita eſt vniuerſaliter, videmus enim quòd ſermones perſuaſiui, poſſunt prouocare, & mouere ad bonum iuuenes liberales, qui ſcilicet non ſunt ſubiecti vitijs, & paſſionibus, & qui habent nobiles mores, inquantum ſunt apti ad operationes virtutũ, & qui vere amãt bonũ poſſunt fieri catacochimi, ideſt repleti virtute & honore: tales.n.q ſunt bene diſpoſiti ad virtutẽ, ex bonis ſuaſionibus prouocãtur ad ꝑfectionẽ virtutis, ſed multi hominũ nõ pñt ꝑ ſermones ꝓuocari ad bonitatẽ, qa nõ obediũt verecũdię, q timet turpitudinẽ, ſed magis coercẽtur timore pœnarũ, nõ.n. recedũt a prauis operibus propter eorũ turpitudinẽ, ſed propter pœnas quas timẽt, qa.n. viuũt ſecundũ paſſiones, & nõ ſecundũ rationẽ, ꝑ quas paſſiones proprie magis in eis accreſcũt, & fugiũt triſtitias cõtrarias ꝗſtis delectationibus, quæ ꝑ pœnas eis inferũtur, nõ aũt intelligũt id, qđ eſt vere bonũ, & delectabile, neq; etiã dulcedinẽ eius guſtu ꝑcipere pñt, taleſautẽ hoĩes nullo ſermone trãſmutari pñt; ad hoc.n. ꝙ aliqs ſermone trãſmuteẽ, requiriẽ ꝙ ꝓponatur homini aliqd, quod acceptet, ille autem, cui non ſapit bonum honeſtum, ſed inclinatur ad

G

## LECTIO XIIII.

VTrum igitur ſi de his, & virtutibus, adhuc autem de amicitia, & delectatione ſufficienter dictũ eſt in typis, finem habere exiſtimandum electionem?

b Vel quẽadmodũ dicitur, nõ eſt in operabilibus finis ſpeculari ſingula, & cognoſcere, ſed magis operari: ipſa nihil igitur? de virtute ſufficiens ſcire, ſed habere, & vti tentãdum, vel ſi aliqualiter aliter boni efficiamur.

c Siquidem ergo eſſent ſermones per ſe ſufficientes ad facere ſtudioſos, multę vtique mercedes, & magnę & iuſte fierent ſecundum Theognim, & oportebit vtique has tribuere, nunc autem videntur prouocare quidem, & mouere iuuenum liberales poſſe ſermones, & morem nobilem, & vt vere amantem bonum facere vtiq; catacochimum ex virtute, multos autem non poſſe ad bonitatem prouocare: non.n. nati ſunt verecũdiæ obedire, ſed timori, neq; recedere a prauis propter turpe, ſed

## LECTIO XIIII.

*ETenim ſi de his, atque uirtutibus, & inſuper de amicitia uoluptateue ſatis figura* H *diximus, eſt ne putandum noſtrum propoſitum iam finem habere?*

*An quemadmodum dicitur, nõ eſt in hoc rebus agendis finis, perſpexiſſe cognouiſſeque ſingulas, ſed potius agere? hæc de uirtute ſcire ſat eſt, ſed enitendum eſt ipſam habere, ac uti, uel ſi quo alio modo boni efficiamur.*

*Si igitur uerba ſufficerẽt ad facien-* I *dos homines bonos, multas iure mercedes, ſecundum Theognidem, atque magnas afferrent, & comparare ea oporteret, nũc uero iuuenes quidẽ liberos hortari, ac prouocare, moribuſq; ingenuis, uereque honeſtatis amatoribus idoneis ad obtemperandum, educatiõe bona iam factis perſuadere uerba poſſunt, uulgus autem ad probitatem incitare nequeunt, non.n. ſunt tales, ut ob pudorẽ obtẽperẽt, ſed ob metũ, nec ut a prauis ob turpitudinẽ abſtineant rebus, ſed ob pœnã: quia af-* K *fectibus uiuunt, perſequuntur quidem*

## LECTIO XIIII.

POſtquam Philoſophus determinauit de fine virtutis, conſiderato in ipſo homine virtuoſo, qui eſt delectatio, vel fœlicitas, hic determinat in alium finem, qui accipitur per comparationem ad bonum commune, oſtendens, quòd pręter prædictam doctrinam moralium, neceſſe eſt eſſe aliam legis poſitiuam, quę intendit ad bonum commune. & circa hoc tria facit. Primo oſtendit neceſſarium eſſe legis poſitionem, Secundo neceſſarium eſſe, quòd aliquis fiat legis poſitiuus, ibi. {In ſola autem &c.} Tertio oſtendit qualiter poſ-

Lectio. 15. ſit fieri legis poſitiuus, ibi. {Igitur poſt hoc &c.} Circa primum

Lectio. 16. duo facit. Primo mouet quæſtionẽ, vtrũ. ſ. ſi ſufficienter dictum eſt in typis, ideſt inquantum typice, & figuraliter dici debuit, de his. ſ. quæ pertinent ad fœlicitatem, & virtutibus, & de amicitia, & delectatione exiſtimandum ſit, quod electio verũ habeat finẽ, & complementum, qua ſcilicet eligimus tractare de bono huma



ad paſſiones, non acceptat quicquid proponatur ſermone inducente ad virtutem. Vnde non eſt poſſibile, vel ſaltem non eſt facile, ꝙ aliquis per ſermonem poſſit hominẽ tranſmutare ab his quæ per antiquam conſuetudinem compræhendit. Sicut etiam in ſpeculatiuis, nõ poſſet reduci ad veritatẽ ille, qui firmiter adhereret cõtrarijs principiorum, quibus in operabilibus proponantur fines, vt ſupra dictum eſt. Deinde cum dicit.

d ¶ Oſtendit, ꝙ requiritur conſuetudo ad hoc ꝙ aliquis fiat bonus. et dicit, ꝙ nõ debemus eſſe contenti ſolis ſermonibꝰ ad acquirendum virtutem, ſed multum debet eſſe carum nobis, ſi etiam habitis omnibus per quæ homines videtur fieri virtuoſi cõſequamur virtutem. Circa quæ triplex eſt opinio. Quidam enim dicunt, ꝙ homines fiunt boni per naturam, puta ex naturali complexione cum impreſſione corporum cæleſtiũ: quidam vero dicunt, ꝙ homines fiunt boni per exercitiũ, alii vero dicunt, ꝙ homines fiũt boni per doctrinam, & hęc quidẽ tria aliqualiter vera ſunt. Nam & naturalis diſpoſitio proficit ad virtutem ſecundũ

Lectio. 2. ꝙ in Sexto dictum ẽ, ꝙ quidam mox a natiuitate videntur fortes, vel temperati, ſecundum quãdam naturalẽ inclinationẽ. Sed huiuſmodi naturalis virtus eſt imperfecta, vt ibidem dictũ eſt. Et ad eius perfectionem exigitur, ꝙ ſuperueniat ꝑfectio ĩtellectꝰ, ſeu rationis. Et propter hoc exigitur doctrina, quæ ſufficeret, ſi in ſolo intellectu ſeu ratione virtus conſiſteret, ſecundum opinionem Socratis, q ponebat virtutem eſſe ſcientiam. Sed quia requiritur ad virtutem rectitudo appetitus, neceſſaria etiam eſt conſuetudo per quam appetitꝰ inclinetur ad bonum. Sed illud quod ad naturam pertinet, manifeſtum eſt, ꝙ nõ exiſtit in poteſtate noſtra. Sed prouenit hominibus ex aliqua diuina cauſa, puta ex impreſſione cæleſtium corporum, quantũ ad corporis humani diſpoſitionem, & ab ipſo Deo, qui ſolus eſt ſupra intellectum, quãtum ad hoc, ꝙ mens hominis moueatur ad bonum. Et ex hoc homines vere ſunt bene fortunati, ꝙ per diuinam cauſam inclinantur ad bonum, vt patet in capitulo de bona fortuna. Dictum eſt autem ſupra, ꝙ ſermo & doctrina nõ habet efficaciam in omnibus, ſed oportet ad hoc ꝙ habeat efficaciam in aliquo, ꝙ auditoris anima ex multis bonis conſuetudinibus ſit præparata ad gaudendum de bonis, & ad odiendũ mala, ſicut oportet etiam terrã eſſe bene cultam ad hoc ꝙ nutriat bene ſemen. Sic enim ſe habet ſermo auditus in anima, ſicut ſe

propter pœnas: paſſione enim viuentes ꝓprias delectationes ꝑſequuntur per quas ipſæ erũt, fugiũt autem oppoſitas triſtitias, boni aũt & vere delectabilis, neque intellectũ habent nõ guſtatiui exiſtẽtes. Tales aũt, quis vtique ſermo transformaret? non enim poſſibile, vel nõ facile, quę ex antiquo conſuetudinibus cõprehenſa, ſermone trãſmutare.

d Amabile aũt forte eſt. ſi omnibus exiſtentibus per quæ epyiches videmur fieri: accipiamus virtutem. Fieri aũt bonos exiſtimant, ij quidẽ natura, ij autẽ conſuetudine, ij aũt doctrina. Quod quidẽ igitur natura manifeſtũ, ꝙ nõ in nobis exiſtit: ſed ſm̃ aliquam diuinam cauſam vt vere bene fortunatis exiſtit, ſermo autem & doctrina nequando non in omnibus poteſt. Sed opus eſt præparatam eſſe cõſuetudinibꝰ auditoris animam ad bene gaudere, & odire: quemadmodum terram nutrientem ſemen. Non enim vtique audiet ſermonem commonentẽ, neq; intelliget, qui ſm̃ paſſionem viuit. Sic aũt habẽtẽ, qualiter poſſibile perſuaderi? Totaliter aũt nõ videtur ſermoni cedere paſſio, ſed violẽtię. Oportet vtique morem præexiſtere aliqualiter proprium virtutis diligentem bonum, & aſpernantem turpe.

e Ex iuuene aũt ductione recta ſortiri ad virtutem difficile nõ talibus nutritum legibus. Temperate enim viuere, & perſeueranter, non delectabile multis: ſpecialiterq; iuuenibus. Propter quod legibus oportet ordinatã eſſe nutritionem ipſorum, & ad inuentiones. Nõ erunt enim triſtia conſueta facta.

f Non ſufficiẽs autem forte iuuenes exiſtentes, nutritione, &

A

*proprias voluptates, et ea quæ illas efficiunt. Fugiũt aũt dolores oppoſitos. Honeſtatis autem voluptatiſque vere nullam prorſus habent animaduerſionem: quippe cũ eas non deguſtarint. Tales igitur, quæ nã uerba traducere moderarique poſſent? Fieri enim non poteſt: aut non facile ſit, ut ea uerbis* B *mutentur, ac extrudantur, quæ impreſſa ſunt moribus temporeque diuturno retenta.*

*Amabile autem eſt fortaſſe ſi cum omnia eſſent, quibus boni fieri uidemur, participes uirtutis efficiamur. Fieri uero bonos alij natura, alij conſuetudine, alii doctrina putant. Natura igitur ut conſtat, non in noſtra eſt poteſtate: ſed ineſt his hominibus per cauſam quandam diuinam: qui uere ſunt fortunati. Verba autem præce-* C *ptioneſue, non in omnibus uires habent, ſed opus eſt auditoris animum antea moribus eſſe cultum ad recte gaudendum, ac abhorrendum, perinde: atque terrã, quæ ſemina ſit nutritura, qui nãque uiuit cum perturbatione non audiet ea uerba, quæ dehortantur, ne que intelliget. Is uero, qui ita diſpoſitus eſt, qui fieri poteſt ut diſſuadẽti obtemperet? Omnino aũt non uerbis ipſa perturbatio, ſed ui cedit: mores igitur præcedant aliquo modo uirtuti fa-* D *miliares oportet amantes bonum, atque abhorrentes a turpi.*

*Difficile autẽ eſt, ut ab adoloſcentia recte quis ad uirtutem inſtituatur non ſub talibus legibus educatus. Modeſte nãque uiuere cõtinenterque pleriſque hominibus præſertim, & iuuenibus nõ eſt iucundum: quapropter educationem atque officia a legibus inſti-* E *tuta eſſe oportet; non enim dolorem afferrent ſi fuerint conſueta.*

*Fortaſſe autem nõ ſufficit dum ſunt adoloſcentes, rectam educationem, &*

men in terra. Ille enim qui viuit ſecundum paſſiones, non libẽter audiet ſermonem monentis, neque etiam intelliget ita ꝙ iudicet illud eſſe bonum ad quod inducitur. Vnde non poteſt ab aliquo perſuaderi. Et vt vniuerſaliter loquamur, paſſio quæ ꝑ conſuetudinem firmata in homine dominatur, non cedit ſoli ſermoni, ſed oportet adhibere violẽtiam, vt ſcilicet homo cõpellatẽ ad bonum. Et ſic patet, ꝙ ad hoc ꝙ ſermo monentis in aliquo efficaciam habeat, oportet præexiſtere conſuetudinẽ, per quam homo acquirat morẽ propriũ virtutis, vt ſcilicet diligat bonũ honeſtũ, & abominetur turpe. Deinde cũ dicit.

e ¶ Oſtendit, ꝙ ad bonam conſuetudinem requiritur legis poſitio. Et primo oſtendit, ꝙ per legem omnes fiunt boni. Secundo oſtẽdit, ꝙ hoc ſine lege congrue fieri non poteſt, ibi. {Si igitur, &c.} Circa primum duo facit. Primo oſtendit propoſitum. Secundo inducit ad hoc quoddam ſignum, ibi. {Propter quod, &c.} Circa primum duo facit. Primo oſtendit propoſitum quantum ad iuuenes. Secundo quãtũ ad alios, ibi. {Non ſufficiens, &c.} Dicit ergo primo, ꝙ difficile eſt ꝙ aliquis ab ipſa iuuẽtute manuducatur ad virtutem ſecundum bonas conſuetudines, niſi nutriatur ſub bonis legibus, per quas quædã neceſſitas indicatur homini ad bonum. Quod enim aliquis viuat temperate, abſtinendo ſcilicet a delectabilibus, & perſeueranter, vt ſcilicet non recedat a bono propter labores, & triſtitias, nõ eſt delectabile multis hominibꝰ & ſpecialiter iuuenibus, qui ſunt proni ad delectationes, vt ĩ

Septimo dictum eſt. Lectio. 14.

Et ideo oportet, ꝙ nutritiones puerorũ, & adinuentiones eorum ſint ordinatæ ꝑ bonas leges, ex quibꝰ quodammodo iuuenes compellantur conſueſcere ad bona, quæ quando iã in conſuetudinem venerunt, non erunt triſtia, ſed magis delectabilia. Deinde cum dicit.

f ¶ Oſtendit ꝙ etiam alii indigent legis latione. Et dicit, ꝙ non ſufficit, quòd homines ſolum dum ſunt iuuenes bene nutriantur ſecundum leges, & bona cura de his habeatur, ſed etiã plus quando aliquis factus eſt vir, oportet ꝙ adinueniat vias honeſtas ad operandum, & ꝙ in talibus conſueſcat. Et ad hoc indigemus legibus, & non ſolum a principio, quando ſcilicet aliqs incipit fieri vir, ſed etiam vniuerſaliter per totam vitam hominis. Multi enim ſunt, qui magis obediunt neceſſitati, ideſt coactioni, q̃ ſermoni. Et magis obediunt iacturæ, ideſt damno, qđ incurrunt pro pœnis, q̃ bono honeſto. Deinde cum dicit.

g ¶ Inducit

g ¶ Inducit quoddam ſignum ad propoſitũ. Et dicit, ꝙ quia ad bonam vitam hominis requiritur neceſſitas inducta per legem, inde eſt, quòd quidã legis poſitores extimant, quòd oportet homines aduocare ad virtutem, ita.ſ. vt virtuoſi, qui propria ſponte obediunt rebus honeſtis, per præcedentes conſuetudines prouocēt ad bonum: puta oſtendendo honeſtatem eius, quod proponitur. Sed his qui ſunt inobedientes, & mores degeneres habẽt, apponunt pœnas corporales, puta flagella & diuerſas punitiones, vituperãdo eos & in proprijs rebus damnificando. Illos autem, qui ſunt totaliter inſanabiles exterminant; ſicut cum ſuſpendunt latronẽ. Et hoc ideo, quia virtuoſus, qui ſuam vitam ordinat ad bonũ ſoli ſermoni obedit, quo bonum proponitur. Sed homo prauus, qui appetit delectationem: debet puniri per triſtitiam, ſeu dolorem: quemadmodũ ſubiugale, ideſt ſicut aſinus ducitur flagellis. Et inde eſt, quod ſicut dicunt oportet tales triſtitias adhibere, quæ maxime contrariantur amatis delectationibus, puta ſi aliquis inebriauit ſe, ꝙ detur ei aqua ad bibendum. Deinde cum dicit.

h ¶ Oſtendit, quod lex eſt neceſſaria, ad hoc quòd homo fiat bonus. Et hoc duab⁹ rationibus. Quarum prima eſt; quia oportet eum, qui eſt futurus bonus, bene nutriri & conſueſcere, & quòd poſtea viuat ſecundum adinuentiones rectarum viarum, ita quòd abſtineat a prauis, ſiue propria voluntate, ſiue etiam cõtra ſuam voluntatem coactus. Quod quidem non cõtingit, niſi vita hominis dirigatur per aliquem intellectũ, qui habeat, & rectũ ordinẽ ad hoc quòd ducat ad bonum, & habeat fortitudinem ideſt vim coactiuam, ad hoc quòd compellat nolentes. Quam quidem vim coactiuam non habet præceptum paternũ: neque cuiuſcunque alterius hominis perſuadentis: qui non ſit Rex, vel in aliquo alio principatu conſtitutus. Sed lex habet coactiuam poteſtatem, inquantum eſt promulgata a rege, vel principe. Et eſt ſer-F mo procedens ab aliqua prudentia, & intellectu dirigente ad bonum. Vnde patet, quòd lex neceſſaria eſt ad faciendum homines bonos. Secundam rationem ponit ibi.

i ¶ Et dicit, quòd homines, qui volunt contrariari moribus alicuius, habentur odio ab eo, cui contrariantur, & ſi recte hoc faciant. Eſtimatur enim, quòd faciant hoc ex aliquo malo zelo. Sed lex, quæ præcepit honeſta, nõ eſt oneroſa, ideſt grauis vel odioſa, quia communiter proponitur. Vnde relinquitur, quod lex eſt neceſſaria ad faciendũ homines bonos.

cura potiri recta, ſed oportet & virum factum adinuenire ipſa & aſſuefieri. Et circa hæc indigemus legibus, & totaliter vtique circa omnẽ vitam. Multi enim neceſſitati, magis q̃ ſermoni obediunt, & iacturæ quàm bono.

*curam eſſe adeptos, ſed cum oporteat uiros quoque factos ipſa agere, ac aſſueſcere, & in his, & omnino omni in uita legibus eſt opus. Multitudo enim neceſſitati, potius quàm rationi, & pœnis, quàm honeſtati paret.*

g Propter quod exiſtimãt legis poſitores oportere quidem aduocare ad virtutem, & prouocare boni gratia, vt obedientibus his, qui epyiches conſuetudinibus præcedentibus, inobediẽti bus aũt, & degenerioribus exiſtentibus, & pœnas, & punitiões apponere. Inſanabiles aũt totaliter exterminare. Epyichẽ quidem enim ad bonum viuentem ſermonibus obedire, prauũ aũt delectationem appetentem triſtitia puniri, quẽadmodum ſubiugale. Propter quod & aiunt, oportere tales fieri triſtitias, quæ maxime contrariãtur amatis delectationibus.

G *Iccirco ſunt qui legumlatores oportere cenſent ad uirtutem inuitare, ac prouocare honeſtatis gratia, propterea quòd ii, qui probi ſunt ob conſuetudinem præcipue obtemperabunt. Aduerſus autem inobedientes, & hebetiores ingenio, caſtigationes pœnaſq; inſtituere. At eos, qui curari ac emẽdari nequeunt, extrudere, atque exterminare. Probum enim hominem, & ad honeſtatem uiuentem rationi obtemperaturum inquiunt eſſe. Impro-* H *bum uero uoluptatem affectantem dolore afficiendum eſſe, perinde atque iumentum. Quapropter & eos dolores afferri oportere dicunt, qui maxime concupitis uoluptatibus aduerſantur.*

h Si igitur quemadmodum dictum eſt, futurum bonum oportet nutriri bene, & aſſuefieri, deinde ſic, & adinuentionibus ſtudioſis viuere, & neque nolentes neq; volentes agere praua. Hæc autem vtique fient viuentibus ſecundum quendam intellectũ, & ordinem rectum habentẽ fortitudinem. Paterna quidem igitur præceptio non habet forte, neque coactum, neque totaliter quæ vnius viri, nõ regis exiſtentis, vel alicuius talis. Lex autem coactiuam habet potentiã, ſermo ens ab aliqua prudentia, & intellectu.

*Quòd ſi eum, qui bonus futurus ſit bene educatum, ut dictum eſt, ac moribus bonis aſſuefactum eſſe oportet, deinde bonis in exercitiis uiuere, & neque inuitum, neque ſponte res agere prauas, hæc autem fuerint ſi mente aliqua rectoque ordine uires haben-* I *te uiuatur. Igitur patris quidẽ præceptio uires non habet, neq; neceſſitatẽ, neq; ullius omnino unius uiri, niſi ſit rex, aut aliquis talis. Lex aũt uim habet cogentẽ, quæ quidem eſt ſermo ab aliqua prudentia, atque mente profectus.*

i Et hominũ quidam odiunt cõtrariari moribus, & ſi recte hoc ipſũ operentur. Lex aũt non eſt oneroſa præcipiens epyiches.

*Et hominũ quidã eos odiſſe ſolent, qui appetitionibus aduerſantur, & ſi* K *recte idipſum faciunt. Lex autem non eſt eis moleſta probitatem iubens.*

LECTIO XV.

Poſtquàm Philoſophus oſtẽdit, quòd legis poſitio neceſſaria eſt, ad hoc quòd homines fiant boni, hic oſtẽdit, quòd neceſſarium ſit hominẽ eſſe legis poſitiuum. Et primo proponit, quod intendit. Secundo ꝓbat propoſitum, ibi. (Omnes quidem &c.) Dicit ergo primo, quòd quamuis ſicut prædictum eſt, neceſſaria ſit legis poſitio ad nutritiones, & operationes hominum, tamen in ſola ciuitate Lecedæmoniorum cum paucis alijs legiſlator videtur habuiſſe curam, vt legibus ordinaret nutritiones puerorum, & vias inuentas ad operandum. Sed in pluribus ciuitatibus talia ſunt neglecta, in quibus vnuſquiſque viuit: ſicut vult diſponens de filijs, & vxore ſecundũ ſuam voluntatem ad modum cyclopum.i. quarundam gẽtium barbararũ, quæ legib⁹ non vtuntur. Optimum igitur eſt, quòd habeatur recta cura de nutritionib⁹ puerorum, & virtuoſis actionibus ciuium ſecundum publicã auctoritatem, & quòd homo inſtruatur: vt poſſit hoc idonee operari. Sed cum homines negligunt hoc in communi, quia ſcilicet non exhibẽt ad hoc publicam curam: videtur eſſe cõueniẽs vnicuique priuatæ perſonæ, vt filijs, & amicis aliquod cõferat, ad hoc quòd ſint virtuoſi, vel ſi non poteſt conferre, quòd ſaltem eligat ea, per quæ poſſit fieri. Quod quidem maxime videtur poſſe fieri, ſecũdum prædicta, ſi aliquis

LECTIO XV.

In ſola autẽ Lacedæmoniorum ciuitate cum paucis legispoſitor curam videtur feciſſe, & nutritionis, & adinuentionum. In pluribus autem ciuitatum neglectũ eſt de talib⁹, & viuit vnuſquiſq;

LECTIO XV.

*In ſola autem Lacedæmoniorũ ciuitate cũ aliis paucis curã adhibuiſſe in educatione, atque officiis legiſlator uidetur. In pluribus autem ciuitatibus tales res ſunt neglectæ. Et ita unuſquiſque uiuit, ut ſibi placet ritu Cyclopũ*



aliquis fiat legis poſitiuus, ideſt ſi acquirat idoneitatem, qua poſ-A ſit condere rectas leges. Et ſic eſſe legis poſitiuum principaliter competit publicæ perſonæ. Secundario tamen competit etiam priuatæ. Deinde cum dicit.

b ¶ Probat propoſitũ per duas rationes. Dicit ergo primo manifeſtum eſſe, ꝙ communes curæ, ſcilicet quæ fiũt per publicas perſonas, quarum eſt leges condere, fiunt per leges. Sic enim videntur de aliquib⁹ curæ, inquantum ſuper his leges ſtatuũt. Bonę aũt curę ſunt q̃ fiunt ꝑ bonas leges. Nec differt ad propoſitum, vtrum hoc fiat per leges ſcriptas, vel non ſcriptas, vel per leges quibus vnus inſtruatur, aut plures. Sicut etiam patet in muſica, & exercitatiua, & in aliis eruditionibus, ꝙ non differt quantum ad præſens opus, vtrum documẽtum proferatur cum ſcripto, vel ſine ſcripto. Nam ſcriptura adhibetur ad conſeruationem memoriæ in futurum. Similiter etiam nõ differt, vtrũ in talibus documentum proponatur vni aut pluribus. Et ita videtur eiuſdẽ rationis eſſe, ꝙ aliquis paterfamilias inſtituat filium ſuum, vel paucos domeſticos ſermone ammonitorio ſiue ſcriptura, & ꝙ aliquis princeps ferat legẽ ſcriptã ad ordinãdũ totã multitudinẽ ciuitatis. Sicut.n. ſe habẽt leges publicæ, & mores ꝑ eos introducti in ciuitatib⁹, ſic ſe habent in domib⁹ paterni ſermones, & mores per eos inducti. Hæc autem ſola differentia eſt, ꝙ paternus ſermo non habet plenarie vim coactiuã, ſicut ſermo regis, vt ſupra dictũ eſt. Conſequẽter autem oſtendit, ꝙ quantum ad aliquid hoc magis competit priuatæ ꝑſonæ, q̃ publicæ ex cognatione, & beneficiis, ſ. propter quæ filii diligunt parentes, & de facili obediunt naturali amicitiæ, q̃ eſt filiorum ad patrẽ. Sic igitur licet ſermo regius magis poſſit ꝑ viam timoris, tamẽ ſermo paternus magis poteſt ꝑ viã amoris: quæ quidem via ẽ efficacior in his, qui nõ ſunt totaliter male diſpoſiti. Secundã rationem ponit ibi.

c ¶ Et dicit, ꝙ diſciplina, quæ eſt vtilis in communi, habet aliquam differentiam circa aliquod particulare, ſicut patet in arte medicinali, quia in vniuerſali febricitantibus vtilis eſt abſtinentia & quies, vt natura non grauetur per abundatiam cibi, & calor non excitetur per motum. Sed forte alicui homini febricitanti hoc non expedit, quia abſtinentia nimis debilitaret virtutem, & forte aliquis febricitans motu indiget ad hoc, ꝙ reſoluantur groſſi humores. Et idem etiã patet in agoniſtis, quia pugil non vtitur eodem modo pugnandi contra vnumquẽque. Et ſecundũ hoc certius videbitur procedi in operatione vniuſcuiuſq; artis actiuæ, ſi adhibeat propria cura circa vnum quodque. Sic enim vnuſquiſq; magis potietur eo, qđ ſibi conuenit. Sed tamẽ optime adhibebitur cura ad aliquid faciẽdum, ſi medicus, & exercitatiuus, & qlibet ali⁹ artifex operatiu⁹, cognoſcat vniuerſaliter puta quid communiter omnibus hominibus, vel quid cõferat omnibus talibus, puta colericis. Et hoc ideo quia ſcientię, & dicũtur eſſe & ſunt de cõmunibus. Optime ergo curare poterit, ꝙ ex ſcientia vniuerſali procedit ad curandum de aliquo particulari. Nõ tamen ſolum hoc modo medicus poteſt curare, ſed etiam quãtum ad curationẽ alicuius particularis hominis nihil prohibet, ꝙ bene curet eum, etiã ſi neſciat communia, dũ tamen propter experientiam cõſideret diligenter accidẽtia cuiuſcumque particularis hominis, ſicut & quidam videtur eſſe optimi medici ſuiipſorum propter hoc, ꝙ ſunt experti accidentia propria, non tamen ſufficiunt ad adiuuandum alios. Quàmuis autem aliquis ſine ſcietia vniuerſali poſſit bene operari circa aliquod particulare, nihilominus ille qui vult fieri artifex, debet tendere ad cognitionem vniuerſalẽ, vt aliquo modo illud cognoſcat, ſicut hoc etiam neceſſarium eſt ei, qui vult eſſe ſpeculatiuus, puta geometra, vel naturalis. Dictum eſt.n. ꝙ ſciẽtiæ ſunt circa hoc

vt vult cyclopice diſponens, & de pueris, & vxoribus. Optimum quidem igitur fieri cõmunem curam & rectam, & operari ipſum poſſe. Communiter autem negligentibus, vnicuiq; videbitur vtique conuenire ſuis filiis, & amicis ad virtutẽ conferre, vel eligere quidem. Maxime autem vtiq; hoc poſſe videbitur ex dictis legis poſitiuus factus.

*filios regens, atque uxorem. Præſtabiliſſimum igitur eſt diligentiam rectamue curam adhibere communem, idque ipſum facere poſſe. Quòd ſi negligitur, publice ad unumquemq; ꝑtinet filios ſuos, atque amicos ad uirtutem dirigere, uel ſaltem uelle dirige-* B *re. Atque maxime idipſum poſſe uidebitur ex his quæ diximus, idoneus ad leges ferendas factus.*

b Cõmunes quidẽ.n. curæ manifeſtum qm̃ per leges fiũt. Epyiches aũt quæ per ſtudioſas. Scriptas aũt, vel non ſcriptas nihil vtiq; videbitur differre, neq; ꝑ quas vnus, vel plures erudiẽtur. Queadmodũ nec in muſica, & exercitatiua, & aliis rudimẽtis. Quemadmodum.n. in ciuitatibus poteſtatem habent legalia, & mores, ſic & in domib⁹ paterni ſermones, & mores. Et adhuc magis ꝑꝑ cognationem, & beneficia. præexiſtũt.n. diligentes, & facile obedientes naturæ.

*Publicas igitur diligentias, atque curas per leges fieri conſtat, bonas autem per ſtudioſas. Nec intereſſe quicquam uidetur, ſcriptæ ſint, an non ſcriptæ: unus, an plures per illas inſtituantur, ut & in muſica exercitandique facultate, & eruditionibus cæteris hoc nihil refert. Nam ut in ciuitatibus leges ac mores, ſic & in domibus poſ-* C *ſunt paterni ſermones ac mores. Quin etiam magis ob cognationẽ beneficiaque collata. Sunt enim ipſi filii iampridem affectione deuincti, & facile obtemperantes natura.*

c Adhuc aũt & differũt, ſm̃ vnũquodq; diſciplinæ communiũ, quemadmodum in medicinali. Vniuerſaliter quidẽ.n. febricitanti cõfert abſtinẽtia & quies. alicui aũt forte nõ. Et pugil forte, nec omnibus eandẽ pugnam circumponit. Certius aũt agere videbitur vtiq; vnũquodq; propria cura facta. Magis.n. conueniente potitur vnuſquiſque. Sed curabit quidẽ optime, ſm̃ ꝙ medicus, & exercitatiuus, & omnis ali⁹ vniuerſalis ſciẽs, qd cõmuniter omnib⁹, vel talibus cõgruit. Cõis.n. ſcientię, & dñr, & ſunt. Non ſolũ, ſed & vnius alicuius, Et nihil forte prohibet bene curare, & non ſcientẽ entẽ, conſiderantem aũt diligenter accidẽtia in vnoquoq; ꝑꝑ experiẽtiã, quemadmodum & medici quidem videntur ſuiipſorum optimi eſſe, alteri nihil vtiq; potẽtes ſufficere. Nihil aũt minus forte volẽti artifici, & ſpeculatiuo fieri, ad vniuerſale eundum eſſe videbitur, vtiq; & illud cognoſcẽdum, vt cõtingit. Dictum eſt.n. quoniam circa hoc ſcientiæ, forte autẽ vtique, & volenti per curã melioris facere ſiue multos, ſiue paucos legis poſitiuũ tentãdũ fieri, ſi per leges boni fiamus

*Differunt inſuper & inſtituta priuata a publicis, perinde atque in medicina. Vniuerſaliter enim febricitanti confert medicina, & quies. At alicui forſitan non conducit. Magiſter quoque ludi non omnibus fortaſſe pugilibus eandem pugnam imponit. Singula autem magis exacte fieri uidebũ-* D *tur, adhibita cura diligentiaque priuata. Magis enim id adipiſcitur unuſquiſque quod congruum eſt. Atque optime quidem in ſingulis curam, ac diligentiam adhibuerit, & medicus, & ludi magiſter, & quiuis alius, qui hoc uniuerſale ſcit, omnibus inquam, aut talibus hoc eſſe accommodatum. Sciẽtiæ enim communis ipſius eſſe dicuntur, & ſunt, nihil tamen forſitan obſtat quin & is, qui ſcientiæ quidem eſt expers, exacte autem ea perſpexit experientia, quæ in unoquoque accidunt* E *rectam in uno aliquo diligẽtiam adhibeat, atque curam, quemadmodum & quidam optimi ſibiipſis eſſe medici uidentur, qui tamen nulli alii poſſunt opem afferre. Verum non minus forſitan oportere uidebitur eum, qui uult artifex, & contemplator euadere, ad uniuerſale pergere, atque illud ut fieri poteſt cognoſcere. Dictum eſt enĩ ſcientias circa hoc ipſum uerſari. Fortaſſe autem & is, qui uult ſua cura diligẽtiaue meliores facere, ſiue multos, ſiue paucos, enitatur oportet, ut adſe-*

hoc, ſcilicet circa vniuerſalia. Et ita etiam ſe habet in his, qui curam adhibent, vt faciant bonos. Poſſibile enim eſt, ꝙ ſine arte & ſcientia, qua cognoſcatur vniuerſale, aliquis poſſit hunc, vel illum hominem facere bonum propter experientiam, quam habet de ipſo. Tamen ſi aliquis velit per ſuam curam aliquos facere meliores ſiue multos, ſiue paucos, debet tentare vt perueniat ad ſcientiā vniuerſalem eorum, per quæ quis fit bonus. i. vt fiat legis poſitiuus vt ſciat artem, qua leges bene ponantur, cum ꝑ leges boni fiamus, vt ſupra habitū eſt. Quia ſ ꝙ aliquis poſſit bene diſponere quamcumque bonam habitudinē hominis inducendo ipſam, & oppoſitam remouendo ipſam, puta ſanitatem, & ægritudinem, virtutē, & malitiam, non eſt cuiuſcumque, ſed ſolū alicuius ſcientis communia, ſicut patet in arte medicinali, & in omnibus aliis rebus, quibus adhibetur cura & prudentia humana. In omnib⁹. n. oportet, ꝙ aliquis nō ſolum cognoſcat ſingularia, ſed etiam ꝙ habeat ſcientiam cōmunium, quia forte occurrēt aliqua, quæ cōprehenduntur ſub ſciētia communi, nō autem ſub cognitione ſingularium accidentium.

LECTIO XVI.

Poſtquàm Philoſophus oſtēdit, ꝙ neceſſarium eſt homini ꝙ fiat legis poſitiuus, hic inquirit, qualiter aliquis legis poſitiu⁹ fieri poſſit. Et primo dicit de quo eſt intētio, concludens ex p̄miſſis, ꝙ cum oſtenſum ſit expedire homini, ꝙ fiat legis poſitiuus, oportet poſt p̄dicta intendere, vnde aliqs fiet legis poſitiuus, vtrum ex cōſuetudine, vel ex doctrina, & qualiter, ꝑ hunc vel per illum modum. Secundo ibi.

b ¶ Exequitur propoſitū. Et primo oſtendit, ꝙ ea quibus priores vtebantur, non ſufficiebant ad hoc ꝙ aliquis fieret legis poſitiuus. Secundo concludit hoc ſibi tractandum eſſe, ibi. {Relinquentibus igitur, &c.} Circa primum duo facit. Primo oſtendit qualiter oporteat aliquem fieri legis poſitiuum. Secundo oſtendit hoc non obſeruari, ibi. {Vel non ſimile, &c.} Dicit ergo primo, ꝙ videtur eſſe conueniens, ꝙ inde, & taliter aliquis fiat legis poſitiuus, ſicut accidit in aliis operatiuis ſcientiis, quæ ſunt propter politicam. Nec eſt inconueniens, ſi dum intendo de legis poſitiua, loquor de politica, quia vt in Sexto dictum eſt, legis poſitiua eſt quædam pars politicæ prudentiæ. Eſt enim legis poſitiua quędam architectonica politica. Deinde cum dicit.

Lectio. 17.

c ¶ Oſtendit hoc non obſeruari, qđ videtur conueniens propter diuerſitatem eorum, qui ſe intromittunt de legis poſitiua, F Et primo proponit eorum diuerſitatem. Secundo oſtendit eorū inſufficientiam, ibi. {Videbuntur, &c.} Dicit ergo primo, ꝙ quāuis rationabile videretur, ꝙ ſimiliter eſſet in hoc, ſicut in aliis, tamen non videtur ſimile obſeruari circa politicā, & circa alias artes operatiuas, quæ dicuntur ſcientiæ quātum ad id quod habent cognitionis, potentię vero inquantum ſunt operatiōis principia. In aliis. n. artib⁹ operatiuis idē videntur eſſe, qui tradunt huiuſmodi artes, ſcilicet docendo eas, & qui operantur ſecundum ipſas, ſicut medici, & medicinam docent, & ſecundum medicinam operant. Et eadem ratio eſt de ſcriptoribus, & quibuſcumque aliis, ſecū dum artem operantibus. Sed circa politicam aliter eſſe videt. Quidam enim, ſcilicet ſophiſtæ profitentur ſe docere legis poſitiuam, cum tamen nullus eorum ſecundum eā agat. Sed quidam alii videntur ea vti, illi ſcilicet qui ciuiliter conuerſantur. Deinde cum dicit.

d ¶ Oſtendit inſufficientiam vtrorūq; Et primo ciuiliter cōuerſantium. Secundo ſophiſtarum, ibi. {Sophiſtarum autē, &c.} Circa primum tria facit. Primo proponit, quod intendit de d̄fectu ciuiliter cōuerſantium, quia ſcilicet opera ciuilia, q̃ exercent, magis videtur facere ex quadam potētia, ideſt ex quodam habitu per conſuetudinem acquiſito, & ex quadam experientia, q̃ ex mēte, .i. intellectu vel ſciētia. Secundo ibi.

e ¶ Probat propoſitum per duo ſigna. Quorum primum ē, ꝙ illi qui agunt ſecū dum ſcientiam poſſunt tradere ſcripto, vel verbo ratiōes eorum quę agunt. Sed illi qui ciuiliter conuerſantur, non videntur neque ſcripto, neque verbo aliqđ tradere circa politicam, quàmuis eſſet multo melius ſcribere, q̃ ſermones iudicatiuos, ſm quos. ſ. aliqui inſtruuntur per quaſdā leges poſitas qualiter debeāt iudicare, & cōcionatiuos ꝑ quos. ſ. aliquis inſtruuntur concionari, ſm rethoricā. Secundū ſignū eſt, quia illi qui operantur ſm ſcientiam poſſunt facere alios operatores inſtruendo eos. Huiuſmodi aūt homines, qui politice cōuerſantur non faciunt politicos, neque filios ſuos, neq; aliquos amicorum ſuorum. Et tamen rōnabile eſt, ꝙ facerent ſi poſſent. Nihil enim melius poſſent præſtare ſuis ciuitatibus, quod relinqueretur poſt eos, q̃ ſi facerent aliquos eſſe bonos politicos. Similiter etiam nihil eſſet magis eligibile quantum ad ipſos, q̃ habere potentiam faciendi alios eſſe politicos, neq; etiam amiciſſimis ſuis poſſent aliquid vtilius conferre. Tertio ibi.

f ¶ Excludit errorem. Poſſet enim aliquis ex præmiſſis exiſtimare, ꝙ experientia conuerſationis ciuilis non eſſet vtilis. Sed ipſe

vtique. Quamcūque. n. & ꝑpoſitam diſponere bene, non eſt cuiuſcumque ſed ſiquidem alicuius ſcientis, queādmodū in medicinali, & reliquis quorum eſt cura aliqua, & prudentia.

## LECTIO XVI.

Igitur poſt hæc intendē dum, vnde, vel qualiter legis poſitiuus fiet vtique quis.

b Vel quemadmodum aliis a politicis. Particula enim videbitur politicæ eſſe.

c Vel non ſimile in politica, & reliquis, & ſcientiis, & potētiis? In aliis quidem enim videntur idem & potentias tradentes, & operationes ab ipſis, puta medici ſcriptores. Politica autem repromittunt quidem docere ſophiſtæ. Agit autem ipſorum nullus, ſed ciuiliter conuerſantes.

d Qui videbuntur vtique potētia quadam hæc agere, & experientia magis quàm mente.

e Neq; n. ſcribentes neq; dicentes de talib⁹ vident, quāuis melius erat forte, q̃ ſermones iudicatiuos, & concionatiuos. Neq; rurſus politicos faciētes ſuos filios, vel aliquos alios amicorū. Rationabile aūt erat docer eos ſiquidē poterant. Neq; n. ciuitatibus melius, nil relinquerēt vtique, neq; ſibiipſis exiſtere eligerent vtique magis tali potentia, neque vtique amiciſſimis.

f Non tamē parū videtur experientia cōferre. Neq; n. vtiq; fierent ꝑ politicā cōſuetudinē magis politici. Propter qđ conſiderātibus de politica ſcire, op⁹ eſſe videtur, & experientia.

*rendas leges aptus euadat, ſi boni legibus fieri poſſumus. Non eſt enim cuiuſuis quemuis recte diſponere. Sed ſi alicuius eſt, ſcientis eſt, ut in medicina fit, & in cæteris facultatibus, quarum eſt aliqua cura, atque prudentia.*

G *LECTIO XVI.*

*Hæc cum ita ſint, conſiderare poſt hoc oportet, unde nam, & quomodo quiſpiā legumlator euaſerit.*

*An ab his qui remp. gerunt, quemadmodum & in cæteris facultatibus fieri ſolet? Nam pars ciuilis eſt ipſa ferendarum legum facultas.*

*An non ſimiliter in ciuili, & cæteris facultatibus fit, & ſcientiis?* H *Nam in cæteris quidem iidem tradunt facultates, & per ipſas operantur, ut medici, atque pictores. Res autem ciuilis docere quidem pollicentur ipſi ſophiſtæ, nemo autem ipſorum agit, ſed ii, qui rempublicam gerunt.*

*Qui quidem potentia quadam id agunt, & experientia potius quàm mente.*

*Neque enim ſcribunt de talibus, neque loquuntur. Quod tamen præclarius forſitan eſſet, quàm iudiciales* I *orationes, uel deliberatiuas componere. Neque filios ſuos, aut amicorum ullos idoneos ad gubernandum rempublicam efficiunt. Erat autem conſentaneum rationi ſi poſſent. Neq; enim melius quicquam ciuitatibus reliquiſſent, neque ſibiipſis, aut chariſſimis, aliud magis optaſſent, quàm talia poſſe.*

*Non tamen parum experientia cōferre uidetur. Non enim fierent per ciuilem conſuetudinem ad gubernandum rempublicā aptiores.* K *Quapropter his, qui de re ciuili cupiunt ſcire, experientia inſuper opus eſſe conſtat.*



ipſe dicit, ꝙ quamuis non ſufficiat, non tamen parum aliquid confert, ad hoc ꝙ homo fiat politicus. Alioquin non fierent alíqui magis politici per conſuetudinem politicæ vitæ. Et his qui deſiderant ſcire aliquid de politica, videtur eſſe neceſſaria experientia vitæ politicæ. Deinde cum dicit.

g ¶ Oſtendit defectum quem patiūtur ſophiſtę. Et circa hoc tria facit. Primo proponit quod intēdit. Et dicit, ꝙ ſophiſtæ, qui promittūt ſe docere politicam, videntur valde eſſe longe ab hoc ꝙ doceant. Videntur enim totaliter ignorare, & qualis ſcientia ſit politica, & circa qualia conſiſtat. Secundo ibi.

h ¶ Oſtendit propoſitum per ſigna. Et primo quantū ad hoc quod dixerat eos neſcire quale quid eſt. Si enim hoc ſcirent, non ponerent ꝙ politica eſſet eadem cū rhetorica. Rhetorica enim poteſt perſuadere tā circa laudes, & vituperia alicuius perſonæ, tam in conciliis, q̃ etiam in iudiciis, ſecūdum triplex genus cauſæ, demonſtratiuum deliberatiuum, & iudiciale. Sed ſecundum iſtos politica perſuaſiua eſt ſolum in iudiciis. Reputant enim illos eſſe bonos politicos, qui ſciunt inducere leges ad aliqđ iudicium. Secundum ſignum ponit quantum ad hoc, ꝙ dixerat eos neſcire circa qualia ſit politica. Si enim hoc ſcirent nō exiſtimarent ꝙ facile eſſet ponere leges, ſecundum legis poſitiuam quæ eſt principalis pars politicæ ꝑ hoc ſcilicet, ꝙ ad ponendum leges ſufficit ꝙ aliquis congreget diuerſas leges approbatas, & eligat optimas earum, & illas inſtituat. In quo quidem quātum ad duo peccant. Vno modo quantū ad hoc qđ ponunt, ꝙ congregare leges, & optimas earum eligere ſit ſufficiens, ad hoc ꝙ fiat legis poſitiuus, cum per legiſpoſitiuā aliquis non ſolum debeat iudicare de inuētis legibus, ſed etiam nouas adinuenire ad ſimilitudinem aliarum artium operatiuarū. Medicus enim non ſolum habet iudicium de remediis adinuentis ad ſanandum, ſed etiam noua remedia adinuenire poteſt. Alio modo, quem tangit primo prætermiſſo, quia hoc non eſt facile, ꝙ aliquis eligat optimas leges, ſicut electione non pertinente ad ſolum intellectum, & iudicio recto exiſtente quodam maximo, ſicut patet etiam in muſica. Illi enim qui ſunt experti circa ſingula, habent rectum iudicium de operibus, & intelligūt per quas vias, & qualiter huiuſmodi opera ꝑfici poſſunt, & qua-

A lia opera qualibus perſonis, vel negociis concordant. Sed rationabile eſt, ꝙ inexpertos lateat, vtrum bene vel male fiat opus, ſecundum ꝙ inueniunt traditum in ſcriptura. Latet enim eos applicatio eius, qđ in ſcriptura inueniunt ad opus. Leges autem inſtituendæ aſſimilantur operibus politicis. Inſtituuntur enim quaſi regulę politicorum operum. Vnde illi qui neſciunt qualia ſunt opera conuenientia, non poſſunt ſcire quales ſūt leges conuenientes. Sic igitur ex legibus cōgregatis non poteſt fieri aliquis legis poſitiu⁹ vel iudicare quales leges ſint optimæ, niſi habeat experientiā. Sicut etiam nō vidētur homines poſſe fieri bene medicantes, per ſola ſcripta remedia, quamuis illi qui tradunt in ſcriptis illa remedia, conentur ponere nō ſolum curas, ſed etiam modos ſanādi, qualiter oporteat diſtribuere remedia ad ſingulas habitudines hominum. Sed tamē omnia hæc vidētur eſſe vtilia ſolis expertis. Illis aūt qui neſciunt ſingularia propter inexperientiā videntur eſſe inutilia. Tertio ibi.

i ¶ Concludit ex p̄miſſis excluſionē cuiuſdam erroris, quo aliquis poſſit opinari, ꝙ congregatio legum ſcriptarum eſſet omnino inutilis. Et dicit, ꝙ ſicut dictum ē ſe habet circa remedia medicinalia conſcripta, ita etiam ſe habet in propoſito, ſcilicet quod congregare leges, & politias ideſt ordinationes ciuitatum diuerſarum vtile eſt illis, qui propter conſuetudinem poſſunt conſiderare & iudicare, quę opera aut leges bene, vel male ſe habeant, & qualia qualibus conueniant. Sed illi qui non habēt habitum per conſuetudinem acquiſitum, & volūt tales conſcriptiones pertranſire, non poſſunt de talibus bene iudicare niſi caſualiter. Fiunt tamen magis diſpoſiti ad intelligendū talia per hoc ꝙ tranſcurrunt leges, & politias conſcriptas. Deinde cum dicit.

k ¶ Promittit ſe dicturum qualiter aliquis fiat legis poſitiu⁹. Et primo oſtendit hoc ſibi imminere. Et dicit, ꝙ ex quo priores, ideſt ſapientes, qui ante ipſum fuerunt reliquerunt non bene pertractatum illud, quod pertinet ad legis poſitionem, melius eſt, quòd nos ipſi intendamus ad tractandum de legis poſitione, & vniuerſaliter de tota politia cuius pars eſt legis poſitiua, vt ſic perficiamus philoſophicam doctrinam ad politicam .i. ſcientiam operatiuam, quæ eſt circa humana, quam ſecundum hoc vltimo tradidiſſe videtur. Secundo ibi.

l ¶ Oſtendit

g Sophiſtarum autem repromittentes valde videntur longe eſſe a docere. Totaliter autem neque quale quid eſt, neque circa qualia ſciunt.

h Non. n. vtiq; eandē rethoricę neq; deteriorē ponerent. Neq; vtiq; exiſtimarent facile eſſe leges ponere cōgregāti approbatas legū. Eligere. n. optimas, quē admodū neq; electionē exiſtentem intellect⁹, & iudicare recte maximum, quemadmodū & in his quę ſecundū muſicā. Experti. n. circa ſingula iudicāt recte opera, & per quę vel qualiter ꝑficiuntur intelligunt, quæ oportet, & qualia qualib⁹ cōcordāt. Inexpertis aūt amabile latere, vel bene, vel male fiat opus, quēadmodū in ſcriptura. Leges aūt politicis operibus aſſimilātur. Qualiter igitur ex his legis poſitiu⁹ fiet vtiq; aliqs vel optimas iudicare? Non. n. videntur neq; medicatiui ex cōſcriptionibus fieri, quāuis tentent dicere non ſolū curationes, ſed vt ſanēt vtique, & vt oportet curare ſingulos diuidentes habitus, hæc aūt expertis quidē vtilia vidētur eſſe, neſcientibus autem inutilia.

i Forte igitur & legū, & politiarū cōgregationes potentibus quidem ſpeculari & iudicare, quæ bene, vel contrariū, vel qualia qualibus congruunt vtilia vtiq; erunt, his aūt qui ſine habitu talia pertranſeunt, iudicare quidem bene nō vtiq; exiſtit, ſi non ſm caſum, intelligibiliores autē ad hæc forte vtique fient.

k Relinquentibus igitur prioribus, imperſcrutabile quod de legis poſitione nos ipſos intēdere magis meli⁹ forte, & totaliter vtique de politia, vt ad potentiam, quæ circa humana philoſophia perficiatur.

*Sophiſtæ autem ii, qui facultatem hanc profitentur tradendi uiam ignorant. Neque enim quale quid eſt, neque circa quæ uerſetur omnino ſciunt.*

*Non enim ipſam, & oratoriam facultatem idem, neque inferiorem po-* B *nerent. Nec putarent eſſe facile leges ferre, congregatis his legibus, quæ ſunt probatæ. Fieri enim poſſe dicunt, ut optime deligatur proinde quaſi electio non eſſet ſagacitatis, & iudicare recte non eſſet maximum, ut in muſicis, qui namque ſunt in ſingulis experti recte opera iudicant, & quibus aut quomodo perficiuntur, & quæ ſunt his conſona comprehendunt inexpertis, autem ſatis eſt ſi non lateat ipſos bene an male factum ſit opus, ut in pictura.* C *Leges autem operibus ſimiles ciuilibus ſunt. Quonā igitur modo quiſpiā ex his legum fuerit lator, aut eas, quæ ſunt optime indicauerit? neque enim medici ex libris fiunt, & tamen dicere conātur non ſolum curationes, ſed etiā ægrotantes curari poſſe, & ut curare oportet habitu uniuſcuiuſq; diſtinctio. Hæc autem expertis quidem utilia, his uero, qui ſcientia carent, inutilia ſunt.*

D *Et legum igitur forſitan, & rerum publicarum congregationes his quidē qui proſpicere, atque diſcernere poſſunt, quidnam recte ſeſe habet, uel cōtra, aut quæ quibus accommodantur utiles eſſe poſſunt. Sed ii, qui ſine habitu talia tractant recte quidem iudicare non poſſunt, niſi fortuito. Magis autem ad ea comprehendenda fortaſſe fuerint apti.*

*Cum igitur noſtri maiores ea quæ ad facultatem ferendarum legum pertinent ſine perſcrutatione reliquerint,* E *nos ipſos illa fortaſſe præſtat cōſiderare, & omnino de Republica ꝑtractare oportet, ut quoad fieri poteſt ea philoſophia ꝑficiatur, quæ circa res humanas uerſatur.*

1 ¶ Oſtēdit quo ordine hoc executurus ſit. Et dicit, quòd primo tentabit pertranſeunter tangere ſi q̄d in parte bene dictum eſt circa politicam a progenitoribus, ideſt a prioribus ſapientibus. Quod faciet in ſecundo politicæ, deinde ex diuerſis politiis conſiderabit quales politiæ ſaluant ciuitates, ſcilicet politiæ rectę, quæ ſunt regnum, ariſtocratia, & politica, & quales corrumpunt, ſcilicet per uerſæ politiæ, quę ſunt tyrannis vnius ſcilicet, oligarchia, & democratia. Et iterum conſiderandum eſt qualia conſeruent, vel corrumpant ſingulas politias, & pp quas cauſas quædam ciuitates bene agunt ciuiliter, quædam aūt male, & hoc determinabit a tertio libro Politicæ vſque ad Septimum, vbi poſt prædicta conſiderata, incidit conſpicere, qualis ſit optima politia, & qualiter debeat eē ordinata, & quibus legibus, & conſuetudinibus vtatur. Sed ante omnia hæc, ponit q̄dam principia politicæ libro primo, a quibus dicit ſe incæpturum. Quòd quidē eſt continuatio ad librū politicæ, & terminatio ſummę totius Libri Aethicorum.

1 Primū quidē igitur ſi quid ſm̄ partē dictū eſt bene a progenitoribus tentemus pertranſire. Deinde ex congregatis politiis ſpeculari qualia ſaluant, & corrūpunt ciuitates, & qualia ſingulas politias, & pp quas cauſas hæ quidē bene, hæ autē contrarium ciuiliter agunt: cōſideratis .n. his, forte vtiq; magis conſpiciem⁹, & qualis politia optima, & qualiter vnaqueq; ordinata, & quibus legib⁹, & cōſuetudinib⁹ vtēs Dicam⁹ igit̄ incipiētes. G

F *Primum itaq; ſiquid recte ſit a maioribus dictum, id enitamur recenſere. Deinde ex congregatis rebus publicis conſiderare, quæ nam ciuitates, & rerum publicarum ſingulas euertunt, atque conſeruant. Et quas ob cauſas aliæ recte gubernantur, aliæ contra. His enim perſpectis, magis fortaße perceperimus quænam ſit reſpublica optima, & quomodo unaquæque diſpoſita quibuſue legibus utens, ac moribus bene fuerit conſtituta. Dicamus igitur hinc initio ſumpto,*

Expoſitionis D. Thomæ in moralia ad Nicomacum. Finis.

# REGISTRVM.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S.

Omnes ſunt Quaterniones, præter S, qui eſt Ternius.




ROMAE,

Apud hæredes Antonij Bladij, & Ioannem Oſmarinum Liliotum ſocios.

M D L X X.

# DIVI THOMAE AQVINATIS DOCTORIS ANGELICI

## IN OCTO LIBROS POLITICORVM ARISTOTELIS. EXPOSITIO.

### LECTIO PRIMA.

Sicut Philoſophus docet in Secundo Phyſicorum, Ars imitatur naturam. Cuius ratio eſt, quia ſicut ſe habent principia adinuicem, ita proportionabiliter ſe habent operationes & effectus. Principium autem eorum quæ ſecundum artem fiunt, eſt intellectus humanus, qui ſecundum ſimilitudinem quandam deriuatur ab intellectu diuino, qui eſt principium rerum naturalium. Vnde neceſſe eſt, ꝙ & operationes artis imitentur operatiōes naturæ, & ea quæ ſunt ſecundum artem, imitentur ea quæ ſunt in natura. Si enim aliquis inſtructor alicui⁹ artis opus artis efficeret, oporteret diſcipulū, qui ab eo artem ſuſcepiſſet, ad opus illius attendere, vt ad eius ſimilitudinem & ipſe operaretur. Et ideo intellectus humanus ad quem intelligibile lumē ab intellectu diuino deriuatur, neceſſe habet in his quæ facit, informari ex inſpectione eorum, q̄ ſunt naturaliter facta vt ſimiliter operetur. Et inde eſt ꝙ Philoſophus dicit, Quòd ſi ars faceret ea q̄ ſunt naturæ, ſimiliter operaretur ſicut & natura, & econuerſo, ſi natura faceret ea quæ ſunt artis, ſimiliter faceret ſicut ars facit, ſed natura quidem non perficit ea quę ſunt artis, ſed ſolum quædā principia pręparat, & exemplar operandi quodammodo artificibus præbet. Ars vero inſpicere quidem poteſt ea quæ ſunt naturæ, & eis vti ad opus proprium perficiendum, perficere vero ea non poteſt. Ex quo patet, ꝙ ratio humana eorum quæ ſunt ſecundum naturam, eſt cognoſcitiua tantum, eorum vero quæ ſunt ſecundum artem, eſt & cognoſcitiua & factiua: vnde oportet ꝙ ſcientiæ humanæ quæ ſunt de rebus naturalibus, ſint ſpeculatiuæ: quæ vero ſunt de rebus ab homine factis, ſint practicæ, ſiue operatiuę ſecundum imitationem naturę. Procedit autem natura in ſua operatione ex ſimplicibus ad compoſita, ita ꝙ in eis quæ per operationem naturæ fiunt, quod eſt maxime compoſitum, eſt perfectum & totum, & finis aliorum, ſicut apparet in omnibus totis reſpectu ſuarum partium. Vnde & ratio hominis operatiua ex ſimplicibus ad compoſita procedit, tamquam ex imperfectis ad perfecta. Cum autem ratio humana diſponere habeat non ſolum de his, quæ in vſum hominis veniūt, ſed etiam de ipſis hominibus, qui ratione reguntur, in vtriſque procedit ex ſimplicibus ad compoſitum. In illis quidem rebus, quæ in vſum hominis veniunt, ſicut cum ex lignis conſtituit nauem, & ex lignis & lapidibus domum. In ipſis autem hominibus, ſicut cum multos homines ordinat in vnam quandam communitatem, quarum quidem communitatum cum diuerſi ſint gradus & ordines, vltima eſt communitas ciuitatis ordinata ad per ſe ſufficientia vitæ humanæ. Vnde inter omnes communitates humanas ipſa eſt perfectiſſima. Et quia ea quę in vſum hominis veniunt, ordinantur ad hominem, ſicut ad finem, qui eſt principalior his quæ ſunt ad finem, ideo neceſſe eſt, ꝙ hoc B totum, quod eſt ciuitas, ſit principalius omnibus totis, quæ ratione humana cognoſci, & conſtitui poſſunt. Ex his igitur quæ dicta ſunt circa doctrinam Politicam, quam Ariſtoteles in hoc libro tradit, quattuor accipere poſſumus. Primo quidem neceſſitatem huius ſciētiæ: omnium enim quæ ratione cognoſci poſſunt, neceſſe eſt aliquam doctrinam tradi ad perfectionē humanæ ſapientiæ: quæ philoſophia vocatur. Cum igitur hoc totum, quod eſt ciuitas ſit cuidā rationis iudicio ſubiectum, neceſſe fuit ad complemētum philoſophiæ de ciuitate doctrinā tradere, quæ Politica nominatur, ideſt ciuilis ſcientia. Secūdo poſſumus accipere genus huius ſcientiæ. Cum enim ſcientiæ practicæ a ſpeculatiuis diſtinguantur in hoc, ꝙ ſpeculatiuę ordinantur ſolum ad ſcientiam veritatis, practicæ vero ad opus, neceſſe eſt hanc ſcientiam ſub practica philoſophia contineri, cum ciuitas ſit quoddam totum, cuius humana ratio nō ſolum eſt cognoſcitiua, ſed etiam operatiua. Rurſumque cum ratio quædam operetur per modum factionis, operatione in exteriorem materiam tranſeunte, quod proprie ad artes pertinet, quæ mechanicæ vocantur, vtpote fabrilis, & nauifactiua, & ſimiles. Quædam vero operetur per modum actionis, operatio- D ne manente in eo qui operatur, ſicut eſt conſiliari, eligere, velle, & huiuſmodi, quæ ad moralem ſcientiam pertinent. Manifeſtum eſt politicam ſcientiam, quæ de hominum conſiderat ordinatione, non contineri ſub factiuis ſcientiis, quæ ſunt artes mechanicæ, ſed ſub actiuis, quæ ſunt ſcientiæ morales. Tertio poſſumus accipere dignitatem & ordinem politicæ ad omnes alias ſcientias practicas. Eſt enim ciuitas principaliſſimum eorum, quæ humana ratione conſtitui poſſunt. Nam ad ipſam omnes communitates humanę referuntur. Rurſumque omnia tota, quæ per artes mechanicas conſtituuntur ex rebus in vſum hominum venientibus, ad homines ordinantur, ſicut ad finē. Si igitur principalior ſcientia eſt, quæ eſt de nobiliori & perfectiori, neceſſe eſt politicam inter omnes ſcientias practicas eſſe principaliorem, & architectonicam omnium aliarum, vtpote conſiderans vltimum & perfectum bonum in rebus humanis. E Et propter hoc Philoſophus dicit in fine Decimi Ethicorum, ꝙ ad politicam perficitur philoſophia, quæ eſt circa res humanas. Cap. vlt. Quarto ex prædictis accipere poſſumus modum & ordinem huiuſmodi ſcientiæ. Sicut enim ſcientię ſpeculatiuæ quæ de aliquo toto conſiderant ex conſideratione partium, principiorum notitiam de toto perficiunt, paſſiones & operationes totius manifeſtando, ſic & hæc ſcientia, principia & partes ciuitatis conſiderans, de ipſa notitiam tradit, partes & paſſiones & operationes eius manifeſtans, & quia practica eſt, manifeſtat inſuper quomodo ſingula perfici poſſunt, quod eſt neceſſarium in omni practica ſcientia.

## ARISTOTELIS STAGIRITAE PERIPATETICORVM PRINCIPIS, Politicorum ſeu de rebus Ciuilibus.

### LIBER PRIMVS.

ANTIQVA TRANSLATIO.

Quoniam omnem ciuitatem videmus communitatem quandam exiſtentem, & omnem cōmunitatem boni alicuius inſtitutā. Eius enim quod videtur boni gratia, oīa operātur oēs. Manifeſtum ꝙ omnis bonū aliquod cōiecturat. C

LEONARDI ARETINI TRANSLATIO.

*Quoniam videmus omnem ciuitatem eſſe ſocietatē quandam, & omnem ſocietatem boni alicuius gratia conſtitutam. Nā eius gratia quod bonum uidetur, omnia omnes agunt, patet quòd bonum aliquod omnes coniectant.*

His igitur prælibatis, ſciendum eſt, ꝙ Ariſtoteles in hoc libro præmittit quoddam procœmium, in quo manifeſtat intentionem huius ſcientiæ, deinde accedit ad propoſitum manifeſtandum, ibi. {Quoniam quibus aũt manifeſtũ ex partibus, &c.} Circa primum duo facit. Primo oſtendit dignitatem ciuitatis, de qua eſt politica ex eius fine. Secundo oſtendit comparationem ciuitatis ad alias communitates, ibi. {Quicumq; igitur quidem &c.} Circa primum duo intendit ꝓbare, quorum primũ eſt, ꝙ ciuitas ordinetur ad aliquod bonũ ſicut ad finem. Secundo, ꝙ bonũ ad quod ordinatur ciuitas, ſit principaliſſimum inter bona humana, ibi {Maxime autẽ principaliſſimum omniũ &c.} Circa primum ponit talem rationẽ. Omnis communitas ẽ inſtituta, gratia alicuius boni. Sed omnis ciuitas eſt cõmunitas quædam, vt manifeſte videmus. Ergo omnis ciuitas eſt inſtituta, gratia alicuius boni. Quia igitur minor manifeſta eſt, maiorem ſic probat. Omnes homines omnia quæ faciunt operãtur, gratia eius qđ videtur bonum, ſiue ſit vere bonum, ſiue non. Sed omnis communitas eſt inſtituta aliquo operante. Ergo omnes communitates coniectant aliquod bonum, ideſt intendũt aliquod bonum ſicut finem. Deinde cum dicit.

b ¶ Oſtendit ꝙ illud bonum, ad quod ordinatur ciuitas, eſt principaliſſimum inter bona humana, tali ratione. Si omnis cõmunitas ordinatur ad bonum, neceſſe eſt ꝙ illa communitas, quæ eſt maxime principalis, maxime ſit coniectatrix boni, qđ eſt inter omnia humana bona principaliſſimum. Oportet enim ꝙ proportio eorum quæ ſunt ad finem, ſit ſecundum proportionem finium. Quæ autem communitas ſit maxime principalis, manifeſtat per hoc quod addit. {Et omnes alias circumplectens.} Eſt enim communitas quoddam totum, in omnibus autem totis, talis ordo inuenitur, ꝙ illud totum quod in ſe includit aliud totum principalius, ſicut paries eſt quoddam totum, & quia includitur in hoc toto quod eſt domus, manifeſtum eſt ꝙ domus eſt principalius totum, & ſimiliter communitas quæ includit alias communitates, eſt principalior. Manifeſtum eſt autem, ꝙ ciuitas includit omnes alias communitates. Nam & domus & vici ſub ciuitate comprehenduntur, & ſic ipſa communitas politica, eſt communitas principaliſſima. Eſt ergo coniectatrix principaliſſimi boni inter omnia bona humana, intendit enim bonum commune, quod eſt melius & diuinius quàm bonũ vnius, vt dicitur in principio Ethicorũ. Deinde cũ dicit.

Lectio 2. Cap. 1.

c ¶ Comparat ciuitatem ad alias communitates, & circa hoc facit tria. Primo ponit quorumdam falſam opinionem. Secundo oſtendit quomodo poſitæ opinionis falſitas innoteſcere poſſit, ibi. {Hæc aũt vera non ſunt &c.} Tertio ſecundum aſſignatum modum ponit veram comparationem ciuitatis ad alias cõmunitates, ibi. {Neceſſe itaque primum combinare, &c.} Circa primum duo facit. Primo ponit falſam opinionem. Secundo inducit eorum rationem, ibi. {Multitudine enim & paucitate, &c.} Circa primum conſiderandum eſt, ꝙ duplex eſt cõmunitas omnibus manifeſta, ſcilicet ciuitatis & domus. Ciuitas

F autem duplici regimine regitur, ſcilicet politico & regali. Regale quidem eſt regimen, quando ille qui ciuitati præeſt, habet plenariam poteſtatem. Politicum autem regimen eſt, quando ille qui præeſt, habet poteſtatem coarctatam ſecundum aliquas leges ciuitatis. Et ſimiliter duplex eſt regimen domus, ſcilicet œconomicum & deſpoticum. Deſpotes quidem vocatur omnis habens ſeruos. Oeconomus autem vocatur procurator, vel diſpenſator alicuius familiæ. Vnde deſpoticum regimen eſt, quo aliquis dominus ſuis ſeruis præſidet, œconomicum autem regimen eſt, quo aliquis diſpenſat ea, quæ pertinent ad totam familiam, in qua continentur non ſolum ſerui, ſed etiam liberi multi. Poſuerunt ergo quidam, ſed non bene, quòd iſta regimina non differunt, ſed ſunt omnino idem. Deinde cum dicit.

d ¶ Ponit rationem eorum, quæ talis eſt. Quæcumque differunt ſolum multitudine & paucitate, nõ differũt ſpecie, quia differentia, quæ eſt ſecundum magis & minus, non diuerſificat ſpeciẽ. Sed prædicta regimina differunt ſolum multitudine & paucitate, qđ ſic manifeſtabant. Si enim communitas, quæ regitur ſit paucorum, ſicut in aliqua parua domo ille qui præeſt dicitur Paterfamilias, ad quem pertinet deſpoticus principatus. Si autẽ ſit adhuc plurium, ita quòd non ſolum contineat ſeruos, ſed etiam multitudinem liberorum, dicitur ille qui præeſt œconomus. Si autem ſit adhuc plurium, puta non ſolum eorum, qui ſunt vnius domus ſed vnius ciuitatis, tunc dicitur regimen politicum aut regale. Quod quidam dicebant tamquam nihil differret domus a ciuitate niſi magnitudine & paruitate, ita quòd magna domus ſit parua ciuitas, & econuerſo, quod ex ſequentibus patebit eſſe falſum. Similiter etiam politicum & regale regimen, ponebant differre ſolum multitudine & paucitate. Quando enim ipſe homo præeſt ſimpliciter & ſecundum omnia, dicitur regimen regale. Quando vero ſecundum rationem talis ſcientiæ in parte præſidet, ideſt ſecundum leges poſitas per diſciplinam politicam, eſt regimen politicum, quaſi ſecundum partẽ principetur, quantum ad ea, ſcilicet quæ eius poteſtati ſubſunt, & ſecundum partem ſit ſubiectus, quantum ad ea, in quibus ſubiicitur legi. Ex quibus omnibus concludebant, ꝙ omnia prædicta regimina, quorum quædam pertinent ad ciuitatem, quædam ad domum, non differant ſpecie. Deinde cum dicit.

K

e ¶ Oſtendit modum manifeſtandi falſitatem prædictæ opinionis, & dicit, quòd ea quę dicta ſunt non ſunt vera, & hoc erit manifeſtum ſecundum hanc doctrinam conſiderantibus, id eſt ſecundum artem conſiderandi talia quæ infra ponentur. Modus autem huius artis eſt talis. Quòd ſicut in aliis rebus ad cognitionem totius neceſſe eſt diuidere compoſitum vſque ad incompoſita, ideſt vſque ad indiuiſibilia, quæ ſunt minimæ partes totius, puta, ad cognoſcendum orationem, neceſſe eſt diuidere vſque ad literas. Et ad cognoſcendum corpus naturale mixtum, neceſſe eſt diuidere vſque ad elementa, ſic, ſi conſideremus ex quibus ciuitas componatur, magis poterimus

b Maxime autem principaliſsimum omnium, omniũ maxime principalis, & omnes alias circumplectens. Hæc autẽ eſt, quæ vocatur ciuitas, & communicatio Politica.

*Maxime uero principaliſſimũ omnium, quæ eſt principaliſſima, & cæteras omnes complectitur. Eſt autem hæc, illa quæ ciuitas appellatur & ciuilis ſocietas.*

c Quicumque igitur quidẽ exiſtimant, Politicũ, & Regale, & Oeconomicum, & Deſpoticum idem, non bene dicunt.

G *Quicumque uero putant gubernatoris ciuitatis & regis, patriſque familias, & domini, eandem eſſe rationẽ, non bene dicunt.*

d Multitudine enim & paucitate putant differre, ſed nõ ſpecie: horũ vnumquodque puta, ſiquidem paucorum Patremfamilias. Si autem plurium, Oeconomum. Si autẽ adhuc plurium Politicum aut Regale, tãquam nihil differẽtem magnã domũ & paruam ciuitatẽ. Et Politicũ & Regale, quandoquidem ipſe præeſt, regale. quãdo autem ſermones diſciplinæ talis ſecundum partẽ principans & ſubiectus, Politicum.

H *Multitudine enim & paucitate, ſed non ſpecie, illorum ſingulos putant differre, ueluti ſi paucorum quidem, dominum, ſi uero plurium, patrem familias, ſi etiam plurium, gubernatorem ciuitatis uel regem, quaſi nihil differat magna domus, & parua ciuitas, gubernatorque ciuitatis & rex, quando quidem idem præſidet & regit. Quando uero ſecundum rationẽ talis ſcientiæ in parte præſidet, & in parte ſubeſt, gubernator ciuitatis.*

e Hæc aũt non ſunt vera. Manifeſtum aũt erit, quod dicitur intendentibus ſecũdum ſubiectã methodum. Sicut enim in alijs compoſitum vſque ad incompoſita neceſſe diuidere, hæ enim minimæ partes totius, ſic & ciuitatem ex quibus cõponitur. Conſiderantes videbimus & de iis, quibus quidem differunt ab

I *Sed hæc uera non ſunt, quod manifeſtum erit ſecundum hanc doctrinam conſiderantibus. Vt enim in aliis compoſitum uſque ad incompoſita diuidere neceſſarium eſt, hæ namque ſunt minimæ totius particulæ, ita ciuitatem ex quibus componitur conſiderantes, & quid illa differant inter ſe, & ſiquid artificii recipiunt ſingula ipſorum, intuebimur.*



poterimus videre de premiſſis regiminibus quid vnumquodq; ſit ſecundum ſe, & quid differant adinuicem, & vtrum aliquid ſecundum vnumquodque eorum poſſit artificialiter conſiderari. In omnibus enim ita videmus, ꝙ ſiquis inſpiciat res ſecundum ꝙ oriuntur ex ſuo principio, optime poterit in eis contẽplari veritatem. Et hoc ſicut eſt verũ in aliis rebus, ita eſt verũ in his de quib[9] intendimus. In his aũt verbis philoſophi cõſiderandum eſt, ꝙ ad cognitionem compoſitorum, primo opus eſt via reſolutionis, vt ſcilicet diuidamus compoſitum vſq; ad indiuidua. Poſtmodum vero neceſſaria eſt via cõpoſitionis, vt ex principiis indiuiſibilibus iam notis diiudicemus de reb[9] q̃ ex principiis cauſãtur. Deinde cũ dicit.

f ¶ Secundum præmiſſum modum ponit veram comparationem aliarum communitatum ad ciuitatem, & circa hoc duo facit. Primo agit de aliis communitatib[9] quæ ordinãtur ad ciuitatem. Secundo de communitate ciuitatis, ibi. {Quæ autem ex plurib[9] pagis &c.} Circa primum tria facit. Primo proponit communitatẽ perſonæ ad perſonam. Secundo ponit communitatem domus q̃ complectitur diuerſas perſonarum communicationes, ibi. {Ex his duabus igitur &c.} Tertio ponit communitatem vici, quæ eſt ex pluribus multitudinibus, ibi. {Sed quæ ex pluribus domibus, &c.} Circa primum duo facit. Primo ponit duas communicationes perſonales. Secundo comparat eas adinuicem, ibi. {Natura quidem igitur, &c.} Duarum autem communicationum perſonalium, primo ponit eam quæ eſt maris & fœminę, & dicit, Quòd quia oportet nos diuidere ciuitatem vſque ad partes minimas, neceſſe eſt dicere, ꝙ prima combinatio eſt perſonarum, quæ ſine ſe inuicem eſſe non poſſunt, ſcilicet maris & fœminæ. Huiuſmodi enim combinatio eſt propter generationem, per quam producuntur & mares & fœminæ. Et ex hoc patet ꝙ ſine ſeinuicem eſſe non poſſunt. Sed qualiter iſta combinatio ſit prima, oſtendit per hoc quod ſubdit. {Quod non ex electione.} Vbi conſiderandum eſt, ꝙ in homine eſt aliquid quod eſt proprium eius, ſcilicet ratio, ſecundum quam ei competit ꝙ ex conſilio & electione agat. Inuenitur etiam aliquid in homine, quod eſt commune ei & aliis, & huius eſt generare. Hoc igitur non competit eis ex electione, ideſt ſecundum ꝙ habet rationem eligentem, ſed competit eis, ſecundum rationem communem ſibi & animalibus, & etiam plantis. Omnibus enim his ineſt naturalis appetitus, vt poſt ſe derelinquat alterum tale quale ipſum eſt, vt ſic per generationem conſeruetur in ſpecie, quod idem numero conſeruari non poteſt. Eſt quidem igitur huiuſmodi naturalis appetitus etiam in omnibus aliis rebus naturalibus corruptibilibus. Sed quia & viuentia, ſcilicet plantæ & alia, habent ſpecialem modum generandi, vt ſcilicet generent ex ſeipſis, ideo ſpecialiter de plantis & animalibus mentionem facit. Nam etiam in plantis inuenitur vis maſculina & fœminina, ſed coniuncta in eodem indiuiduo, licet in vno abundet plus vna, in alio altera, ita ſcilicet vt imaginemur plantam omni tempore eſſe talem, qualia ſunt mas & fœmina tempore coitus. Deinde cum dicit.

A g ¶ Ponit ſecundam communicationem perſonarum ſcilicet principantis & ſubiecti, & hæc etiam communicatio eſt a natura propter ſalutem. Natura enim non ſolum intendit generationem, ſed etiam ꝙ generata ſaluentur, & ꝙ hoc quidem contingat in hominibus per communicationem principantis & ſubiecti, oſtendit per hoc, ꝙ ille eſt naturaliter principãs & dominans, qui ſuo intellectu poteſt præuidere ea quę congruũt ſaluti, puta cauſando proficua & repellendo nociua: ille autẽ qui poteſt per fortitudinem corporis implere opere quod ſapiens mẽte præuiderit, eſt naturaliter ſubiectus & ſeruus. Ex quo manifeſte patet, ꝙ idem expedit vtrique ad ſalutem, ſcilicet ꝙ iſte principetur, & ille ſubiiciatur. Ille enim qui ꝓpter ſapientiam poteſt mente præuidere, interdum ſaluari non poſſet deficientibus viribus corporis, niſi haberet ſeruum qui exequeretur, nec ille qui abundat viribus corporis, poſſet ſaluari, niſi alterius prudentia regeretur. Deinde cum dicit.

h ¶ Comparat prædictas cõmunicationes adinuicem, & primo ſecundum veritatem. Secundo excludit errorem, ibi. {Inter barbaros autem &c.} Concludit ergo primo ex prædictis, ꝙ fœmina & ſeruus naturaliter diſtĩguuntur. Fœmina enim naturaliter eſt diſpoſita ad generandum ex alio, non eſt autem robuſta corpore quod requiritur in ſeruo. Et ſic prędictæ duæ communicationes abinuicem differunt. Cauſas autem præmiſſæ diſtinctionis aſſignat ex hoc, quòd natura non facit aliquod tale ſicut illi qui fabricant exære, ideſt ex metallo Delphicum gladium pro aliquo paupere: Apud Delphos enim fiebant quidam gladii, quorum munus ad plura miniſteria deputabatur, puta, ſi vnus gladius eſſet ad incidendum, ad limandum, & ad aliqua alia huiuſmodi. Et hoc fiebat propter pauperes, qui non poterant plura inſtrumenta habere. Natura autem ſic non facit vt vnum ordinet ad diuerſa officia, ſed vnum deputat ad vnum officium. Et propter hoc fœmina non deputatur a natura ad ſeruiendum, ſed ad generandum, ſic enim optime fient omnia, quando vnum inſtrumentum non deſeruit multis operibus, ſed vni tantum. Sed hoc eſt intelligendum quando accideret impedimentum in vtroque vel altero duorum operum, quibus idem inſtrumentum attribueretur, vtputa, ſi oporteret vtrumque opus frequenter ſimul exercere. Si autem per vices diuerſa opera exerceantur, nullum impedimentum ſequitur, ſi vnum inſtrumentum pluribus operibus accommodetur. Vnde & lingua congruit in duo opera naturæ, ſcilicet in guſtum & locutionem, vt dicitur in ſecundo de partibus animalium. Non enim hæc duo opera ſecundum idem tempus ſibiinuicem coincidunt. Deinde cum dicit. Cap. 16 & cap. vlt.

E

i ¶ Excludit errorem contrarium, & primo ponit errorem. Secundo oſtendit cauſam erroris, ibi. {Cauſa autem quia &c.} Dicit ergo primo, quòd apud barbaros fœmina & ſeruus habentur quaſi eiuſdem ordinis, vtuntur enim fœminis quaſi ſeruis. Poteſt autem hic eſſe dubium, qui dicantur barbari.

inuicem, & ſi quid artificiale contingit accipere circa vnumquodque dictorũ. Si quis enĩ ex principio res naſcentes viderit, quemadmodum & in alijs, & in iis optime vtique cõtẽplabitur.

*Siquis igitur ab initio rerum originem inſpicit, ut in aliis, ſic & in iſtis optime diſcerneret.*

f Neceſſe itaque primũ combinare ſine inuicem nõ poſsibiles eſſe, puta fœminã & maſculum generationis gratia, & hoc non ex electiõe, ſed ſicut in aliis animalibus & plantis, naturale appetere quale ipſum, tale derelinquere alterum.

B *Primum igitur neceſſe eſt combinare illos qui non poſſunt eſſe niſi ſimul, ceu marem & fœminam generationis cauſa. Et hoc non ex electione, ſed uelut in cæteris animalibus & plãtis, naturale eſt deſiderium tale alterum relinquendi.*

g Principans autem & ſubiectũ natura propter ſalutem. Quod quidem enim poteſt mente præuidere, principans natura & dominans natura. Quod autem poteſt hoc corpore facere, ſubiectũ & natura ſeruũ: ꝓpter quod Domino & ſeruo idem expedit.

C *Imperans uero natura & parens, propter conſeruationem. Nam quod poteſt mente proſpicere, natura imperat ac dominatur, quod autem poteſt corpore hoc facere, paret natura & ſeruit, quapropter domino & ſeruo idem confert.*

h Natura quidem igitur diſtinguuntur fœmina & ſeruus, nihil enĩ natura facit tale, quale æris figuratores Delficum gladium paupere, ſed vnum ad vnum, ſic enim vtiq; perficiet optime organorum vnumquodque, non multis operib[9], ſed vni ſeruiẽs.

*Natura igitur diſtincta ſunt fœmina & ſeruus; nihil enim natura facit tale quale ſtatuarii Delphicum gladiũ ob inopiam, ſed unum ad unum. Sic enim optime inſtrumenta proficient, ſi eorum ſingula non multis, ſed uni deſeruiant.*

i Inter Barbaros aũt fœmina & ſeruus, eundem habent ordinẽ.

D *Verum apud barbaros fœmina & ſeruus eodem gradu habentur.*

K Cauſa autẽ quia natura principans non habent, ſed fit communicatio ipſorum ſeruę & ſerui, propter quod dicunt Poetæ Barbaris quidem Græcos principari congrue, tãquam ſit idẽ natura Barbarum & ſeruum.

*Cauſa uero huius eſt, quoniã quod natura dominetur non habent, ſed fit eorum ſocietas ex ſeruo & ſerua, quãobrem aiunt poetæ, Græcos barbaris dominari oportere, quòd idem ſit natura barbarus & ſeruus.*

G

l Ex his quidem igitur duabus cõmunitatibus domus prima. Et recte Heſiodus dixit poetizãs, domum quidem primũ entem, mulierẽ & bouem aratorẽ, bos.n. pro miniſtro pauperib[9].

*Ex his igitur duabus ſocietatibus domus prima, recteque Heſiodus inquit, domum in primis, mulieremque, & bouem aratorem. Bos enim pro ſeruo pauperibus eſt,*

m In omnẽ quidem igitur diẽ, conſtituta cõmunitas ſecundũ naturã domus eſt, quos ſcilicet Charondas quidem vocat, Homoſitios. Epimenides autẽ Cretenſis, Homocapnos.

*Quotidiana igitur ſocietas ſecundũ naturam conſtituta, domus eſt, quos Charundas quidem Homoſitios. Epimenides uero Cretenſis Homocapnos appellat.*

H

n Ex pluribus autẽ domibus cõmunicatio prima, vſus non diurnalis gratia, vicus.

*Sed quæ ex pluribus domibus conſtituitur ſocietas prima, utilitatis gratia non quotidianæ, pagus eſt.*

o Maxime autẽ videtur ſecũdũ naturam vicus vicinia domus eſt, quos quidã vocant collactaneos pueros, & puerorũ pueros.

*Maxime uero ſecundum naturam uidetur pagus propagatio quædam eſſe domus, quos dicimus coaluiſſe, & natos eſſe natorum.*

p Propter quod & primũ rege regebãtur ciuitates, & nunc adhuc gentes, ex ſubiectis enim regi. Omnis enim domus regit a ſeniſsimo. Quare & viciniæ pp

I

*Quapropter primo ſub regibus ciuitates erant, nunc uero etiam gentes. Nam ex his qui ſuberant regno accreuerũt. Omnis aũt domus regitura ſeniore, itaq; et genera ĩde propagata pp*

1. Cor. 14. Dicunt enim quidam, omnem hominem barbarum eſſe ei qui linguam eius non intelligit. Vnde & Apoſtolus dicit. Si neſciero virtutem vocis, ero ei cui loquar barbarus, & qui loquitur mihi barbarus. Quibuſdam autem videtur illos barbaros dici, qui non habent literalem locutionem in ſuo vulgari idiomate. Vnde & Beda dicitur in linguam anglicam liberales artes tranſtuliſſe, ne Anglici barbari reputarentur. Quibuſdam autẽ videtur barbaros eſſe eos qui ab aliquibus cuiuslibet legibus nõ reguntur. Et quidem omnia aliqualiter ad veritatem accedunt, in nomine enim barbari extraneum aliquod intelligitur. Poteſt enim aliquis homo extraneus dici, vel ſimpliciter vel quo ad aliquem. Simpliciter quidem extraneus videtur ab humano genere, qui deficit ratione ſecundum quam homo dicitur, & ideo ſĩpliciter barbari nominantur illi, qui ratione deficiunt, vel propter regionem cęli quam intemperatã ſortiuntur, vt ex ipſa diſpoſitione regionis hebetes vt plurimum inueniantur, vel etiam propter aliquam malam conſuetudinem in aliquib[9] terris exiſtentem, ex qua prouenit, vt homines irrationales & quaſi brutales reddãtur. Manifeſtum eſt autem, ꝙ ex virtute rationis procedit, ꝙ homines rationabili iure regantur, & ꝙ in literis exerciteantur. Vnde barbaries conuenienter hoc ſigno declaratur, ꝙ homines vel non vtuntur legibus, vel irrationabilibus vtuntur: & ſimiliter, ꝙ apud aliquas gentes non ſint exercitia literarum, ſed quo ad aliquem dicitur eſſe extraneus, qui cum eo non communicat. Maxime autem homines nati ſunt ſibi communicare per ſermonem; & ſecundum hoc, illi qui ſuum inuicem ſermonem nõ intelligũt, barbari ad ſeipſos dici poſſunt. Philoſophus autem loquitur hic de his, qui ſunt ſimpliciter barbari. Deinde cum dicit.

k ¶ Aſſignat cauſam prædicti erroris. Et dicit, ꝙ cauſa eius eſt, quia apud Barbaros non eſt principatus ſecundum naturam. Dictum eſt enim ſupra, ꝙ principans ſecundum naturam eſt, qui poteſt mente præuidere; ſeruus autẽ qui poteſt opere exequi. Barbari autem vt plurimum inueniuntur corpore robuſti & mente deficientes. Et ideo apud eos non poteſt eſſe naturalis ordo principatus & ſubiectionis. Sed apud ipſos fit quædam cõmunicatio ſeruæ & ſerui, ideſt communiter vtuntur ſerua, ſcilicet muliere & ſeruo: & quia naturaliter non eſt principatus in barbaris, ſed in his qui mente abundant, propter hoc dicunt poetæ, ꝙ congruum eſt ꝙ Græci qui ſapientia prȩditi erant, principentur barbaris, ac ſi idem ſit naturaliter eſſe barbarum & eſſe ſeruum. Cum autem econuerſo eſt, ſequitur peruerſio &
Eccl. 10. inordinatio in mundo ſecundum illud Salomonis. Vidi ſeruos in equis, & principes ambulantes ſicut ſeruos ſuper terram. Deinde cum dicit.

l ¶ Determinat de communitate domus, quæ conſtituitur ex pluribus communicationibus perſonalibus. Et circa hoc tria facit. Primo oſtendit ex quibus conſiſtit iſta communitas. Secundo oſtendit ad quid ſit, ibi. {In omnem, &c.} Tertio oſtendit quomodo nominantur qui in hac cõmunitate ſunt, ibi. {Quos Charondas, &c.} Dicit ergo primo, ꝙ ex prædictis duabus com-

F munitatibus perſonalibus, quarum vna eſt ad generationem, alia ad ſalutem, conſtituitur prima domus. Oportet enim in domo eſſe virum & fœminam, & dominum & ſeruum. Ideo autẽ dicitur domus prima, quia eſt & alia communicatio perſonalis, quæ inuenitur in domo, ſcilicet patris & filii quæ ex prima cauſatur. Vnde primæ duę ſunt primordiales, & ad hoc inducit verbum Heſiodi poetæ qui dixit, ꝙ dom[9] habet hęc tria, dominum qui præeminet, & mulierem, & bouem ad arandũ. In paupere enim domo bos eſt loco miniſtri. Vtitur enim homo boue ad exequendũ aliquod op[9], ſicut & miniſtro. Deinde cum dicit.

m ¶ Oſtendit ad quid ordinetur communitas domus. Vbi conſiderandum eſt, ꝙ omnis humana cõmunicatio eſt ſecundum aliquos actus. Actuum autem humanorum quidã ſũt quotidiani, ſicut comedere, calefieri ad ignem, & alia huiuſmodi. Quidam autẽ non ſunt quotidiani, ſicut mercari, pugnare, & alia huiuſmodi. Naturale eſt autem hominib[9], vt in vtroque genere operum ſibi communicent ſe inuicem iuuantes. Et ideo dicit, ꝙ nihil aliud eſt domus, q̃ quædam communitas ſecundum naturã cõſtituta in omnem diem, ideſt ad actus qui occurrũt quotidie agendi. Et hoc manifeſtat conſequẽter per nomina. Quidam enim Charundas nomine, nominat eos qui communicant in domo homoſitios, quaſi vnius pulmenti, quia communicãt in cibo. Quidam autem alius nomine Epimenides natione Cretenſis, vocat eos Homocapnos, quaſi vnius fumi, quia ſedent ad eundem ignem. Deinde cum dicit.

n ¶ Ponit tertiam communitatem, ſcilicet vici. Et primo oſtẽdit ex quibus ſit iſta communitas & propter quid. Secundo oſtẽdit quòd ſit naturalis, ibi. {Maxime vero ſecundum naturam, &c.} Dicit ergo primo, ꝙ prima communicatio quæ eſt ex pluribus domibus, vocatur vicus, & dicitur prima ad differentiam ſecundæ quę eſt ciuitas, hæc autem communitas non eſt conſti-
K tuta in diem. ſicut dicit de domo, ſed eſt inſtituta gratia vſus nõ diurnalis. Illi enim qui ſunt conuicanei, non communicant ſibi in actibus quotidianis, in quibus communicant ſibi illi qui ſunt vnius domus, ſicut eſt comedere, ſedere ad ignem & huiuſmodi, ſed communicant ſibi in aliquibus exterioribus actibus non quotidianis. Deinde cum dicit.

o ¶ Oſtendit ꝙ cõmunitas vici ſit naturalis. Et primo oſtẽdit propoſitũ per rationẽ. Secũdo per quædã ſigna, ibi. {Propter ꝙ & primum &c.} Dicit ergo primo, ꝙ vicinia domorũ, quæ eſt vicus, maxime videt̃ eſſe ſm naturam. Nihil.n. eſt magis naturale quàm propagatio multorũ ex vno in animalibus, & hoc facit viciniã domorũ. Hos.n. qui habent domos vicinas, quidã vocant collactaneos, puerosq;, ideſt filios, & puerorũ pueros, ideſt nepotes, vt intelligamus quòd hmõi vicinia domorũ ex hoc primo proceſſit, ꝙ filij & nepotes multiplicati inſtituerũt diuerſas domos iuxta ſe habitantes. Vnde cũ multiplicatio prolis ſit naturalis, ſequitur ꝙ cõmunitas vici ſit naturalis. Deinde cũ dicit.

p ¶ Manifeſtat idem per ſigna. Et primo ſm ea quæ videmus in hominibus. Secundo ſecundum ea quæ dicebantur de diis, ibi.



cognationem. Et hoc eſt quod dicit Homer[9], leges ſtatuit vnuſquiſq; pueris & vxoribus, & diſperſum enim, & ſic antiquitus habitabant.

*conſanguinitatem, Et hoc eſt quòd inquit Homerus. Iura dant ſinguli natis & uxoribus, ſparſim namque & ſic antiquitus habitabant.*

q Et Deos autem propter hoc omnes dicunt regi, quia & ipſi, ii quidem adhuc & nunc, ii autẽ antiquitus regebantur. Sic autẽ & ſpecies ſibi ipſis aſſimilãt homines, ſic & vitas Deorum.

B

*Et Deos, ob hoc ipſum, putant cuncti regem habere. Quoniam & ipſi partim nunc, partim antiquitus ſub regibus degebant. Quemadmodum uero formas humanas diis attribuunt homines, ſic etiam & uitas.*

r Quæ autem ex pluribus vicis communitas, perfecta ciuitas iã omnis, habens terminum per ſe ſufficientiæ vt conſequens eſt dicere. Facta quidem igitur viuendi gratia, exiſtens autem gratia bene viuendi.

*Quæ autem ex pluribus pagis conficitur ſocietas, ciuitas eſt. Quæ quidem, ut ita dixerim, totius ſufficientiæ finem habet. Conſtituta quidem gratia uiuendi, exiſtens autem bene uiuẽdi gratia.*

ſ Propter qđ omnis ciuitas natura eſt, ſiquidem & primæ cõmunitates, finis enĩ ipſa illarũ, natura autẽ finis eſt. Quale.n. vnumquodque eſt generatione perfecta, hanc dicimus naturam eſſe vniuſcuiuſque, ſicut hominis, equi, domus, adhuc qđ cui[9] gratia & finis, optimũ. Per ſe ſufficientia autẽ finis, & optimũ.

C

*Quapropter omnis ciuitas natura eſt; ſiquidem & primæ ſocietates, nã hic illarum eſt finis. Natura uero finis eſt, quale enim unumquodque eſt generationis perfectæ, hanc uniuſcuiuſque naturam eſſe dicimus, ceu hominis, equi, domus, inſuper cuius gratia & finis, optimum, ſufficientia uero finis & optimum:*

t Ex iis igitur manifeſtũ quòd eorum quę natura ciuitas eſt, & quòd homo natura ciuile animal eſt, & qui vicini, iis propter numerum, & nõ propter fortunam, aut prauus eſt, aut melior quàm homo, quemadmodũ & qui ab Homero maledictus, inſocialis, illegatus, ſceleratus, ſimul enĩ natura talis affectator belli, veluti ſine iugo exiſtens, ſicut in volatilibus.

D

***Ex his igitur patet ciuitatem eſſe ex his, quæ natura ſunt, & quòd homo natura ciuile ſit animal.*** *Et qui abſque ciuitate eſt per naturam, non per fortunam, aut nequam eſt, aut potior quàm homo, ut ab Homero per contumeliam increpatur ſine tribu, ſine iure, ſine domo, nam ſimul talis eſt, & belli cupidus.*

ibi. {Et deos autem, &c.} Dicit ergo primo, quòd quia ex multi- A plicatione prolis conſtituta eſt vicinia. ex hoc proceſſit quòd à principio quælibet ciuitas regebatur a rege, & adhuc aliquæ gentes habent regem, & ſi ſingulæ ciuitates ſingulos reges non habeant, & hoc ideo quòd ciuitates & gentes conſtituuntur ex his qui ſunt ſubiecti regi. Quomodo autẽ ſignum hoc reſpondeat præmiſſis, oſtendit per hoc quod ſubditur. Quia omnis domus regitur ab aliquo antiquiſſimo, ſicut à patrefamilias regunt̃ filij. Et exinde contingit: quòd etiã tota vicinia quæ erat inſtituta ex conſanguineis, regebatur propter cognationẽ ab aliquo qui erat principalis in cognatione, ſicut ciuitas regitur a rege. Vnde Homerus dixit, quòd vnuſquiſq; vxori & pueris ſuis inſtituit leges, ſicut rex in ciuitate. Ideo autem hoc regimen à domibus & vicis proceſſit ad ciuitates, quia diuerſi vici ſunt, ſicut ciuitas diſperſa in diuerſas partes. & ideo antiquitus habitabãt homines diſperſi per vicos, non autem cõgregati in vnam ciuitatem. Sic ergo patet, quòd regimen regis ſuper ciuitatem vel gentem proceſſit à regimine antiquioris in domo vel vico. Deinde cum dicit.

q ¶ Ponit aliud ſignum per ea, quæ de Dijs dicebantur. Et dicit, quòd propter prȩmiſſa omnes gentiles dicebant, quòd eorũ dij regebantur ab aliquo rege, dicentes Iouem eſſe regẽ Deorum, & hoc ideo, q̃a homines adhuc aliqui regibus reguntur. Antiquitus autem fere omnes regebantur regibus, hoc autem fuit primum regimen, vt infra dicetur homines autem ſicut aſſimilant ſibi ſpecies Deorum, ideſt, formas eorum, æſtimantes Deos eſſe in figura quorundam hominum, ita & aſſimilat ſibi vitas Deorum, ideſt, conuerſationes: æſtimantes eos conuerſari ſecundum quod vident conuerſari
E homines. Hic Ariſtoteles nominat more Platonicorum ſubſtãtias ſeparatas à materia ab vno tantum ſummo Deo creatas, quibus gentiles erronee & formas & conuerſationes hominum attribuebant, vt hic philoſophus dicit.

r ¶ Poſtquam philoſophus determinauit de communitatibus ordinatis ad ciuitatem, hic determinat de ipſa communitate ciuitatis. Et diuiditur in partes tres. Primo oſtendit qualis ſit ciuitatis communitas. Secundo oſtendit, quòd eſt naturalis, ibi. {Propter qđ omnis ciuitas, &c.} Tertio agit de inſtitutione ciuitatis, ibi. {Ex his igitur manifeſtũ, &c.} Circa primum oſtẽdit conditionẽ ciuitatis quantum ad tria. Primo oſtendit ex quibus ſit ciuitas: Quia ſicut vicus conſtituitur ex pluribus domibus, ita ciuitas ex pluribus vicis. Secundo dicit, quòd ciuitas eſt communitas perfecta, quod ex hoc probat, quia cum omnis communicatio omnium hominum ordinetur ad aliquid, neceſſarium vitæ, illa erit perfecta communitas quæ ordinatur ad hoc quòd homo habeat ſufficienter quicquid eſt neceſſarium ad vitam, ta-

lis autem communitas eſt ciuitas. Eſt enim de ratione, ciuitatis quòd in ea inueniantur omnia quæ ſufficiunt ad vitam humanam, ſicut contingit eſſe. Et propter hoc componitur ex pluribus vicis, in quorum vno exercetur ars fabrilis, in alio ars textoria, & ſic de alijs, vnde manifeſtum eſt, quòd ciuitas eſt communitas perfecta. Tertio oſtendit ad quid ciuitas ordinata ſit: eſt.n. primitus facta gratia viuẽdi, vt ſcilicet homines ſufficienter inuenirent vnde viuere poſſent, ſed ex ei[9] eſſe prouenit, quòd homines non ſolum viuant, ſed quod bene viuant, inquantũ per leges ciuitatis ordinatur vita hominum ad virtutes. Deinde cum dicit.

ſ ¶ Oſtendit, quòd communitas ciuitatis ẽ naturalis. Et circa hoc tria facit. Primo oſtendit, quòd ciuitas eſt naturalis. Secundo, quòd homo eſt naturaliter animal ciuile, ibi. {Ex his igitur patet, &c.} Tertio oſtendit, quid ſit prius ſecũdum naturam, vtrum vnus homo aut domus vel ciuitas, ibi. {Et certe ſecundũ naturã, &c.} Circa primum ponit duas rationes, quarũ prima talis eſt. Finis rerum naturaliũ eſt natura ipſarum. Sed ciuitas eſt finis prædictarum communitatum, de quibus oſtenſum eſt quòd ſunt naturales, ergo ciuitas eſt naturalis. Quòd autẽ natura ſit finis rerum naturalium, probat, ibi. {Quale enim, &c.} tali ratione. Illud dicimus eſſe naturam vniuſcuiuſque rei, quod conuenit ei quando eſt ei[9] generatio perfecta, ſicut natura hominis eſt, quam habet poſt perfectionem generationis ipſius, & ſimiliter eſt de equo & de domo, vt tñ natura domus intelligatur forma ipſius, ſed diſpoſitio rei quam habet ꝑfecta ſua generatione, eſt finis omnium eorum quæ ſunt ante generationẽ ipſius ergo illud quod eſt finis naturaliũ principiorũ ex quibus aliquid generatur, eſt natura rei. Et ſic cũ ciuitas generet̃ ex præmiſſis cõmunitatibus quæ ſunt naturales, ipſa erit naturalis. Secundã rationẽ ponit, ibi. {Inſuper cuius gratia, &c.} Quæ talis eſt. Illud quod eſt optimum in vnoquoq;, eſt finis & cuius gratia aliquid fit; ſed habere ſufficientiã eſt optimum: ergo habet rationẽ finis. Et ſic cũ ciuitas ſit cõmunitas habens per ſe ſufficientiam vitæ, ipſa eſt finis præmiſſarum cõmunitatum. Vnde patet, quòd hæc ſecunda ratio inducitur vt probatio minoris prȩcedentis rationis. Deinde cum dicit.

t ¶ Oſtendit, ꝙ homo ſit naturaliter ciuile animal: & primo cõcludit hoc ex naturalitate ciuitatis. Scđo, ꝓbat hoc ꝑ operationẽ ꝓpriam ipſius, ibi. {Ex quo patet ſociale animal, &c.} Circa primũ duo facit. Primo oſtẽdit propoſitũ. Scđo excludit dubitationẽ, ibi. {Et qui abſq; ciuitate eſt, &c.} Cõcludit ergo primo ex ꝑmiſſis, ꝙ ciuitas eſt eorũ quæ ſunt ſm naturam. Et cum ciuitas nõ ſit niſi congregatio hominũ, ſequit̃, ꝙ hõ ſit animal naturalr̃ ciuile. Poſſet aũt hoc alicui venire in dubiũ ex hoc, ꝙ ea quę ſunt ſm naturam omnibus inſunt. Non autem omnes homines

inueniuntur eſſe habitatores ciuitatum. Et ideo ad hanc dubitationem excludendam conſequenter dicit, quòd aliqui ſunt non ciuiles propter fortunam, vtpote, quia ſunt expulſi de ciuitate, vel propter paupertatem neceſſe habent excolere agros, aut animalia cuſtodire. Et hoc patet quod non eſt contrarium ei quod dictum eſt, ꝙ homo ſit naturaliter ciuilis, qa & alia naturalia aliquando deficiunt propter fortunam, puta, cum alicui amputantur manus, vel cum priuatur oculo. Sed ſi aliquis homo habeat ꝙ non ſit ciuilis, pp naturam, aut nequam eſt, vtpote, cum hoc contingit ex corruptione naturæ humanę, aut eſt melior q̃ homo, inquãtum ſcilicet habet naturam perfectiorem aliis hominibus cõmuniter, ita quod per ſe ſibi poſſit ſufficere abſq; hominum ſocietate, ſicut fuit in Ioanne Baptiſta, & beato Antonio heremita. Adducit ad hoc dictum Homeri maledicentis quendam, qui nõ erat ciuilis propter prauitatem. Dicit.n. de ipſo ꝙ erat ſine tribu, quia non poterat cõtineri vinculo amicitiæ: et ſine iure, qa non poterat contineri ſub iugo legis: et ſceleratus, quia non poterat cõtineri ſub regula rationis. Qui autem eſt talis ſecundum naturam, ſimul cum hoc oportet ꝙ habeat ꝙ ſit cupidus belli, quaſi litigioſus & ſine iugo exiſtens. Sicut videmus ꝙ volatilia, quę non ſunt ſocialia, ſunt rapacia. Deinde cum dicit.

u ¶ Probat ex propria operatione hominis ꝙ ſit animal ciuile, magis etiam q̃ apis & q̃ quodcumque gregale animal tali ratione. Dicimus enim ꝙ natura nihil facit fruſtra, quia ſemper operatur ad finem determinatum. Vnde ſi natura attribuit alicui rei aliquid quod eſt de ſe ordinatum ad aliquem finem, ſequitur ꝙ ille finis detur illi rei a natura. Videmus enim ꝙ cum quædam alia animalia habeant vocem: ſolus homo ſupra alia animalia habet loquutionem. Nam & ſi quædam animalia loquutionem humanam proferant, non tamen proprie loquuntur: quia non intelligunt quid dicunt, ſed ex uſu quodam tales uoces proferunt. Eſt autem differentia inter ſermonem & ſimplicem uocem. Nam vox eſt ſignum triſtitiæ & delectationis: & per conſequens aliarum paſſionum: vt iræ & timoris: quę omnes ordinantur ad delectationem & triſtitiam: vt in ſecundo Ethicorum dicitur. Et ideo vox datur alijs animalibus: quorum natura vſque ad hoc peruenit, quòd ſentiant ſuas delectationes & triſtitias. & hoc ſibiinuicem ſignificent per aliquas naturales uoces. ſicut leo per rugitum: & canis per latratum: loco quorum nos habemus interiectiones. Sed loquutio humana ſignificat quid eſt utile & quid nociuum. Ex quo ſequitur quòd ſignificet iuſtum & iniuſtum. Conſiſtit enim iuſtitia & iniuſtitia ex hoc quòd aliqui adæquentur vel non adæquentur in rebus vtilibus & nociuis. Et ideo loquutio eſt propria hominibus, quia hoc eſt proprium

Cap. 3.

u Quòd autē ciuile animal homo, omni ape & omni gregali animali magis, palàm. Nihil.n. vt aiũt, fruſtra natura facit, ſermonem autem ſolus habet homo ſuper animalia. Vox quidē igitur delectabilis & triſtabilis eſt ſignũ, propter quod & aliis G exiſtit animalibus, vſque ad hoc enim natura eorum peruenit vt habeãt ſenſum triſtabilis & delectabilis, & hoc ſignificant inuicem. Sermo autem eſt in oſtendendo conferens & nociuum. Quare & iuſtum & iniuſtũ Hoc enim ad alia animalia habent, hominibus proprie ſolũ boni & mali, iuſti & iniuſti, & aliorũ ſēſum habere. Horũ aũt cõmunicatio facit domũ & ciuitatem.

H

x Et prius itaque ciuitas quàm domus & vnuſquiſque noſtrum eſt, totum enim prius neceſſariũ eſſe per ſe. Interempto enim toto, nec erit pes neque manus niſi æquiuoce, vel vt ſi quis dicat lapideã, corrupta enim erit talis. Omnia enim opere diffinita ſunt & virtute. Quare vero iam talia exiſtentia, non dicendum eadē eſſe, ſed æquiuoca. Quòd quidem igitur ciuitas natura prior quàm vnuſquiſque, manifeſtum. Si enim non per ſe ſufficiens vnuſquiſque ſegregatus. I Similiter aliis partibus ſe habebit ad totum. Non potens autē cõmunicare, aut nullo indigēs propter per ſe ſufficientiam, nulla pars eſt ciuitatis, quare aut beſtia, aut Deus.

*Ex quo patet ſociale animal eſſe hominem, magis quàm omnis apis, & quàm omne gregarium. Nihil enim, ut diximimus, fruſtra natura facit. Sermonem uero homo habet ſolus omnium animalium. Nam uox quidem moleſti atque iocundi ſignificatio eſt. Quapropter aliis quoque exiſtit animalibus, hucuſq; enim natura proceſſit in his, ut ſenſum habeant iocundi, & moleſti, & hoc inter ſe ſignificare poſſint. At ſermo ad hoc datus eſt nobis, ut oſtendamus utilitatem & damnum, atque ita iuſtum & iniuſtum. Hoc enim præter cætera animalia hominibus proprium eſt, ut boni & mali, ac iuſti & iniuſti, aliorum huiuſmodi ſenſum habeant ſoli. Horumque ſocietas facit domum & ciuitatem.*

*Et certe ſecundum naturam prius eſt ciuitas, quàm domus, & quàm ſinguli noſtrum. Nam totum prius eſſe quàm partem, neceſſarium eſt, perēpto enim toto, non erit pes, nec manus niſi æquiuoce, ueluti ſiquis dicat lapideam, nam corrupta quidem erit talis. Cuncta quidem opera diffinita ſunt & potentia. Itaque cum amplius non ſint talia, non eſt dicendum illa eſſe eadē, ſed æquiuoca. Eſſe igitur ciuitatem natura, & prius quàm ſinguli manifeſtũ eſt. Si enim non eſt ſufficiens unuſquiſque ſeparatus perinde ſe habet ac reliquæ partes ad totum. Qui autem in communi ſocietate nequit eſſe, quique nullius indiget propter ſufficientiam, nulla pars eſt ciuitatis. Quare aut beſtia, aut Deus.*

F eis in comparatione ad alia animalia quòd habeant cognitionem boni & mali, ita & iniuſti & aliorum huiuſmodi quæ ſermone ſignificari poſſunt. Cum ergo homini datus ſit ſermo a natura, & ſermo ordinetur ad hoc quòd homines ſibiinuicem communicent in vtili & nociuo: iuſto & iniuſto: & alijs huiuſmodi, ſequitur: ex quo natura nihil facit fruſtra: quòd naturaliter homines in his ſibi cõmunicent. Sed communicatio in iſtis facit domum & ciuitatem. Igitur homo eſt naturaliter animal domeſticum & ciuile. Deinde cũ dicit.

x ¶ Oſtendit ex præmiſſis: quòd ciuitas ſit prior ſecũdum naturam quàm domus: vel quàm vnꝰ homo ſingularis tali ratione. Neceſſe eſt totum eſſe prius parte, ordine ſcilicet naturæ & perfectionis. Sed hoc intelligendum eſt de parte materiæ, non de parte ſpeciei, vt oſtenditur in ſeptimo Metaphy. Et hoc ſic probat. quia deſtructo toto homine, non remanet pes neque manus niſi æquiuoce: eo modo quo manus lapidea poſſet dici manꝰ. Et hoc ideo: quia talis pars corrumpitur corrupto toto. Illud autem qđ eſt corruptum non retinet ſpeciem, a qua ſumitur ratio diffinitiua. Vnde patet quòd non remanet eadem ratio nominis: & ſic nomen æquiuoce prædicatur. Et quòd pars corrumpatur corrupto toto, oſtendit per hoc, ꝙ omnis pars diffinitur per ſuam operationem: & per virtutem qua operatur. Sicut diffinitio pedis eſt, quòd ſit membrum organicum habens virtutem ad ambulandum. Et ideo ex quo iam non habet talem virtutem & operationem, non eſt idem ſecundum ſpeciem, ſed æquiuoce dicitur pes. Et eadem ratio eſt de alijs huiuſmodi partibus quæ dicuntur partes materiæ: in quarum diffinitione ponitur totum: ſicut & in K diffinitione ſemicirculi ponitur circulus. Eſt enim ſemicirculus media pars circuli. Secus autem eſt de partibus ſpeciei quæ ponuntur in diffinitione totius, ſicut lineæ ponuntur in diffinitione trianguli. Sic igitur patet, quòd totum eſt prius naturaliter quàm partes materiæ, quamuis partes ſint priores ordine generationis. Sed ſinguli homines comparantur ad totam ciuitatem, ſicut partes hominis ad hominem. Quia ſicut manus aut pes non poteſt eſſe ſine homine, ita nec vnus homo eſt per ſe ſibi ſufficiens ad uiuendum ſeparatus a ciuitate. Si autem contingat quòd aliquis non poſsit communicare ſocietate ciuitatis propter ſuam prauitatem: eſt peior quàm homo & quaſi beſtia. Si uero nullo indigeat, & quaſi habens per ſe ſufficientiam, & propter hoc non ſit pars ciuitatis, eſt melior quàm homo. Eſt enim quaſi quidam deus. Relinquitur ergo ex præmiſſis, quòd ciuitas eſt prius ſecundum naturam quàm vnus homo. Deinde cum dicit.

Lectio 10, Tex.cō.35.





y ¶ Agit de inſtitutione ciuitatis, concludens ex præmiſſis, ꝙ in omnibus hominibus eſt quidam naturalis impetus ad communitatem ciuitatis, ſicut & ad virtutes. Sed tamen ſicut virtutes acquiruntur per exercitium humanum, vt dicitur in Secundo Ethicorum, ita ciuitates ſunt inſtitutæ humana induſtria. Ille autē qui primo inſtituit ciuitatem, fuit cauſa hominibus maximorum bonorum. Homo enim ē optimum animaliũ ſi pficiatur in eo virtus, ad quam habet inclinationem naturalem. Sed ſi ſit ſine lege & iuſtitia, homo eſt peſſimum omniũ animalium, quod ſic probat. Quia iniuſtitia tanto eſt ſeuerior, quanto plura habet arma, ideſt adiumenta ad male faciēdum, homini autem ſecundum ſuam naturam conuenit prudentia & virtus quæ de ſe ſunt ordinata ad bonum: ſed quando homo eſt malus, vtitur eis quaſi quibuſdam armis ad male faciendum, ſicut per aſtutiam cogitat diuerſas fraudes, & per abſtinentiam potens ſit ad tolerandũ famē & ſitim, vt magis in malitia perſeueret, & ſimiliter de aliis: & inde eſt ꝙ homo ſine virtute quãtum ad corruptionē iraſcibilis eſt maxime ſceleſtus & ſilueſtris, vtpote crudelis & ſine affectione. Et quantum ad corruptionem concupiſcibilis eſt peſſimus quãtum ad venerea, & quantum ad voracitatem ciborum. Sed homo reducitur ad iuſtitiam per ordinē ciuilem, quod patet ex hoc, ꝙ eodem nomine apud gręcos nominatur ordo ciuilis communitatis & iudicium iuſtitię, ſcilicet diki. Vnde manifeſtum eſt, ꝙ ille qui ciuitatem inſtituit, abſtulit hominibus, ꝙ eſſent peſſimi, & reduxit eos ad hoc ꝙ eſſent optimi ſecundum iuſtitiã & virtutes.

Lectio 1. Cap. 1.

y Natura quidem igitur impetus in omnibus ad talem cõmunitatem. Qui autem primus inſtituit maximorum bonorũ cauſa. Sicut enim perfectũ optimũ animalium homo eſt, ſic & ſeparatim a lege & iuſtitia peſſimũ omnium. Sæuiſſima enim iniuſtitia habens arma, homo autē B habens arma naſcitur, prudētia & virtute, quibus ad contraria eſt vti maxime, propter qđ ſceleſtiſſimum & ſilueſtriſſimum ſine virtute, & ad venerea & voracitatem peſſimum, iuſtitia autem ciuile. Diki enim ciuilis communitatis ordo eſt. Diki autem iuſti iudicium.

*Natura igitur omnibus ad huiuſmodi ſocietatem eſt appetitus. Qui autem primus inſtituit, maximorum bonorum cauſa fuit, ut enim perfectione ſuſcepta optimum cunctorum animalium eſt homo, ita ſi alienus fiat a lege & a iudiciis, peſſimum eſt omniũ animalium. Sæuiſſima eſt enim iniuſtitia tenens arma. Homo uero arma tenet per innatam prudentiam atque uirtutem, quibus plurimum ualet contrariũ uti. Itaque impiiſſimum & immaniſſimum eſt ſine uirtute, & ad libidinem cibationemque deterrimum. Iuſtitia uero ciuile quiddam eſt. Nam ius, ordinatio eſt ciuilis ſocietatis. Iudicatio autem, iuſti iudicium.*

## LECTIO II.

C Voniam autem manifeſtum ex quibus partibꝰ ciuitas conſtat, neceſſarium primum de œconomia dicere. Omnis enim componitur ciuitas ex domibus. Domus autem partes, ex quibus autē rurſum inſtituta domus eſt.

b Domus autē perfecta ex ſeruis & liberis. Quoniam autē ex minimis primum vnumquodq; quærendum, primæ autē & minimæ partes, domus, Dominus, D & ſeruus, & maritus & vxor, & pater & filii, de tribus iis conſiderandum vtiq; erit, quid vnũquodque, & quale oportet eſſe. Hæc autē ſunt deſpotica & Nuptialis. Innominata enim fœminæ & viri coniugatio, & tertiũ tecnofactiua: etenim hæc non ē nominata proprio nomine. Sũt autem tres, quas diximus.

c Eſt autem quædam pars, quę videtur iis quidem eſſe œconomia. His autē maxima pars ipſius, quomodo autem habet ſe, E conſiderãdum. Dico autem de vocata chriſmatica.

## LECTIO II.

*Voniam uero declaratum ē quibus ex partibus ſit conſtituta ciuitas, neceſſarium uidetur primum de re domeſtica dicere. Omnis enim ciuitas ex domibus cõſtat. Rei domeſticæ rurſus partes ſunt ex quibus domus eſt conſtituta.*

*Domus autem perficitur ex ſeruis, & liberis. Cum uero prima quæque ſint in minutiſſimis perquirenda. Primæ uero ac minutiſſimæ partes domus exiſtãt, dominus et ſeruus, maritus & uxor, pater & filii. De his utique tribus conſiderandum fuerit, quid unumquodque & quale eſſe oportet, hoc eſt, de domeſtica, de coniugali, de paterna diſciplina.*

*Eſt inſuper quædam pars quæ uidetur quibuſdam eſſe diſciplina rei familiaris, quibuſdam uero maxima eius pars. Loquor autem de illa parte quæ uerſatur circa acquirendum, quæ & ipſa quemadmodum ſe habeat, conſiderandum erit.*

## LECTIO II.

Poſito proœmio in quo oſtendit conditionem ciuitatis & partium eius, hic accedit ad tradendum ſcientiam politicam. Et primo ſecundum præaſſignatum modum determinat ea quæ pertinent ad primas partes ciuitatis. Secundo determinat ea quæ pertinent ad ipſam ciuitatem in ſecundo libro, qui incipit, ibi. {Quia conſiderare voluimus, & cætera.} Circa primum duo facit. Primo dicit de quo eſt intentio. Secundo exequitur propoſitum, ibi.

A {De his vtique, &c.} Circa primum duo facit. Primo dicit de quibus intendit determinare. Secundo quo ordine, ibi. {At primum de ſeruo & domino, &c.} Circa primum duo facit, Primo dicit ꝙ eſt determinandum de his quæ pertinent ad domum. Secundo enumerat ea quæ pertinent ad domum, ibi. {Domus autem perfecta, &c.} Dicit ergo primo, ꝙ manifeſtũ eſt per præmiſſa, ex quibus partibus ciuitas conſtat, & oportet ad cognoſcendum totum præcognoſcere partes, vt ſupra habitũ eſt. Neceſſe ē ergo vt primũ dicamus đ iconomia quæ eſt diſpenſatiua vel gubernatiua domus, quia omnis ciuitas componitur ex domibus ſicut ex partibus. Deinde cum dicit.

b ¶ Enumerat ea quæ pertinent ad domum. Et primo ea quæ pertinent ad ipſam ſicut partes. Secundo ea quæ pertinent ſicut neceſſaria partibus, ibi. {Eſt autem quędam pars, &c.} Dicit ergo primo, ꝙ partes domꝰ ſunt ex quibus domꝰ conſtituitur. Omnis autem domus, ideſt domeſtica familia ſi ſit perfecta, conſtat ex ſeruis & liberis. Dicit autē perfecta, quia in domo pauperis eſt bos pro miniſtro, vt ſupra dictũ eſt. Et quia vnumqđque, quod in multis cõſiderari poteſt, primo quærendum eſt in paucioribꝰ, & ſimplicioribus, vt facilior ſit doctrina: ideo dicendum eſt, ꝙ primæ & minimæ partes domꝰ ſunt hæ tres combinationes, ſcilicet domini & ſerui, mariti & vxoris, patris & filii, quæ quidem tertia ex ſecunda oritur, & ideo ſupra eam prætermiſit. Et ideo de iſtis tribus conſiderandũ eſt qđ vnumquodq; ſit. Et conſequenter ponit nomina harum combinationum & dicit. Quòd cõbinatio domini & ſerui vocať deſpotica, ideſt dominatiua. Combinatio autem viri & fœminæ non erat nominata ſuo tempore, ſed ipſe nominat eam coniugalem, quam nos matrimonium vocamus. Similiter & tertia combinatio patris & filii nõ habebat propriũ nomen, ſed ipſe uocat eam paternam. Deinde cum dicit.

e ¶ Ponit quartũ quod pertinet ad neceſſaria domus, & dicit. quòd eſt quædã alia pars œconomiæ quę vocatur pecunialis, q̃ quibuſdã videtur eſſe tota œconomia, quibuſdam vero maxima pars eius eſt, eo ꝙ diſpenſatio domus maxime conſiſtit in acquiſitione & conſeruatione pecuniæ. Et de hac etiã parte conſiderandum eſt quomodo ſe habeat. Deinde cum dicit.

d ¶ Dicit quo ordine de his ſit agendum, & dicit ꝙ primo dicendum eſt de domino & ſeruo, & hæc conſideratio ad duo erit vtilis. Primo quidē vt poſſimus cognoſcere ea quæ ſunt opportuna in talibus, ſcilicet ad exercendum dominium in ſeruos. Secundo valet ad ſcientiam, vt per hoc poſſimus accipere aliq͂d melius his, quæ antiqui ſunt opinati de dominio & ſeruitute. Deinde cū dicit.

e ¶ Determinat ea quæ propoſuit, & diuiditur ī partes duas. In prima determinat de combinatione domini & ſerui. In ſecunda de aliis duab⁹ cōbinationibus, ibi. Lectio. 10. {Quoniam autē tres partes œconomiæ, & cætera.} Prima diuiditur in duas. In prima determinat de cōbinatione domini & ſerui. Et quia ſeruus eſt quædā poſſeſſio, ideo in ſecunda parte determinat de alia parte œconomiæ, q̄ ē pecuniatiua vel poſſeſſiua, ibi. Lectio. 6. {Totaliter autem de vniuerſa poſſeſſione, &c.} Circa primum duo facit. Primo narrat opiniōes quorūdā d̄ dominio & ſeruitute. Secundo determinat veritatem de eis, ibi. {Qm̄ igitur poſſeſſio &c.} Circa primū ponit duas opiniones, quarum vna eſt, ꝙ deſpotica, ideſt dominatiua, eſt quædā ſcientia, qua aliquis ſcit dominari ſeruis, & ꝙ eſt idem cū iconomia qua aliqs ſcit gubernare domum, & cum politica & regnatiua, qua aliquis ſcit gubernare ciuitatē, ſicut in proœmio dictum eſt. Alia opinio eſt, ꝙ habere ſeruum ſit præter naturam, & ꝙ ſola lege ſit ordinatum quòd quidam ſunt ſerui, & q̄dam liberi, & ꝙ nulla differentia ſit inter eos ſecundum naturam. Vnde vlterius inducūt quòd eſt iniuſtum eſſe aliquos ſeruos. Ex quadam enim violentia prouenit ꝙ quidam alios ſibi ſubiecerit in ſeruos. Deinde cum dicit.

f ¶ Determinat veritatem de dominio & ſeruitute, & primo determinat rationem ſeruitutis. Secundo inquirit de opinionibus præmiſſis, ibi. Lectio 3. {Vtrum vero ſit aliquis naturalis, &c.} Circa primum duo facit. Primo præmittit quædam neceſſaria ad cognoſcendum rationem ſeruitutis. Secundo concludit ex præmiſſis diffinitionē ſerui, ibi. {Quæ quidē igitur ſit natura, &c.} Circa primū quattuor ponit, quorum primū eſt, ꝙ poſſeſſio ſit quædam pars domus, & ꝙ ars poſſeſſiua ſit quædam pars œconomiæ. Et hoc ideo, quia impoſſibile eſt viuere in domo ſine neceſſarijs ad vitam, quæ per poſſeſſiones habentur, & hoc probat per ſimilitudinem in artibus, videmus enim ꝙ vnicuique arti neceſſarium eſt habere conuenientia inſtrumenta, ſi debeat perficere opus ſuum, ſicut fabro neceſſe eſt habere martellum, ſi debeat facere cultellum. Et hoc modo gubernatori domus neceſſe eſt habere res poſſeſſas ad proprium opus ſicut quædam inſtrumenta. Secundo, ibi. {Organorum autem &c.} ponit vnam diuiſionem inſtrumentorum dicens, ꝙ inſtrumentorum quædam ſunt animata & quędam inanimata, ſicut gubernatori F nauis inanimatum inſtrumentum eſt gubernaculum, inſtrumentum autem eius animatum eſt prorarius, ideſt ille qui cuſtodit anteriorem partem nauis, quæ vocatur prora, & obedit gubernatori. Miniſter enim in artibus habet rationem inſtrumenti, quia ſicut inſtrumentum mouetur ab artifice, ita etiam inſtrumentum mouetur ad imperiū pręcipientis. Et ſicut eſt in operibus artis duplex inſtrumentum, ita etiam in domo ē inſtrumentum inanimatū ipſa res poſſeſſa, puta, lectus vel veſtis, quæ eſt inſtrumētum quoddam deſeruiens vitæ humanæ. Et multitudo talium inſtrumentorum eſt tota poſſeſſio domus. Cum autem ſeruus ſit quædam res poſſeſſa animata, ſequitur ꝙ ſit organū animatum deſeruiens vitæ domeſticę. Eſt autē huiuſmodi organum animatum, quod eſt miniſter in artibus, & ſeruus in domo ē inſtrumentum ſuper alia inſtrumenta, quia ſcilicet ipſe vtit̄ alijs inſtrumentis & mouet ea, & ad hoc indigem⁹ miniſtris & ſeruis. Principales enim artifices qui architectores dicuntur, non indigerent miniſtris, neq; domini domorum indigerent ſeruis, ſi vnumquodque inſtrumentum inanimatum poſſet ad imperiū domini, agnoſcens ipſum, perficere opus ſuum, puta, ꝙ pectines per ſe pectinarēt, & plectra per ſe cytharizarent, ſicut dicitur d̄ ſtatua quam fecit Dedalus, ꝙ per ingenium argēti viui, mouebat ſeipſam. Et ſimiliter quidam Poeta dicit, ꝙ in quodam templo Vulcani, qui dicebatur Deus ignis, tripodes quidam erant ſic præparati, ꝙ per artificium humanum, vel per artem necromanticam, per ſeipſos, quaſi ſpontanei K videbantur ſubinduere diuinum agonem, quaſi concertando ad ſeruiendum in miniſterio templi. Tertio, ibi. {Quæ igitur inſtrumenta dicuntur, &c.} Ponit ſecundam diuiſionem organorum: organa enim artium dicuntur organa factiua, ſed res poſſeſſa, quæ eſt organum domus, eſt organum actiuum. Et hanc diuiſionem duplici ratione probat. Primo quidem, quia organa factiua dicuntur, ex quibus fit aliquid præter ipſum vſum inſtrumenti. Et hoc videmus in ipſis inſtrumentis artis, ſicut ex pectine, quo vtuntur textores, fit aliquid alterum præter vſum ipſius ſcilicet pannus. Sed ex rebus poſſeſſis, quæ ſunt inſtrumenta domus, non fit aliquid aliud præter vſum ipſius, ſicut ex veſtitu & lecto, non fit niſi vſus eorum. Ergo iſta organa non ſunt factiua ſicut organa artium. Secundam rationem ponit. ibi. {Præterea, cum ſpecie differant, & cætera.} Quæ talis eſt. Diuerſorum diuerſa ſunt inſtrumenta. Sed actio & factio differunt ſpecie. nam factio eſt operatio, per quam aliquid fit in exteriori materia, ſicut ſecare & vrere: actio autem eſt operatio permanens in operante, & pertinens ad vitam ipſius, vt dicitur nono Metaphyſi. Tex.cō. Ambæ autem hæ operationes indigent inſtrumentis. Ergo inſtrumenta eorum differunt ſpecie.

Sed

d Primum autem de deſpotica & ſeruo dicam⁹, vt & quę ad neceſſariam opportunitatē videamus, & vt vtiq; ſiquid ad ſcire de ipſis poterimus accipere, melius nunc opinatis.

e Iis quidem enim videtur ſciētia quędam eſſe deſpotica, & eadē œconomica & deſpotica & politica, & regnatiua, ſicut diximus incipientes. ijs autem præter naturam deſpotizare. Lege enim, hunc quidem ſeruum eē, hunc autem liberum, natura autem nihil differre, ꝓpter quod neq; iuſtum, ſed violentum.

f Quoniā igitur poſſeſſio pars domus, & poſſeſſiua, pars œconomiæ. Sine enim neceſſariis īpoſſibile ē viuere. Quemadmodum autem determinatis artibus, neceſſarium vtique erit exiſtere conuenientia organa, ſi debeat perfici opus, ſic & œconomico. Organorum aūt hæc quidem inanimata, hæc autem animata, velut gubernatori. Gubernaculum quidem inanimatum, prorarius autem animatus, miniſter enim in organi ſpecie artibus, ſic & res poſſeſſa organum ad vitam eſſe, & poſſeſſio multitudo organorū eſt, & ſeruus res poſſeſſa animata, & ſicut organum ante organa omnis miniſter. Si enim poſſet vnumquodq; organorū iuſſum & præſentiens perficere ſuū opus, quemadmodum quę Dedali aiūt, aut Vulcani tripodas, quos ait Poeta ſpōtaneos, diuinū ſubinduere ago-

*At primum de ſeruo & domino dicamus, ut quæ neceſſaria ſunt, intueamur, & ſiquid de his melius comprehendere poſſimus, quàm ea quæ nunc exiſtimantur.*

G *Quibuſdam porro uidetur ſcientia quædam eſſe dominatio, eademque eſſe diſciplina domeſtica, & dominatio gubernatioque, ciuilis & regia, ut in principio diximus. Aliis autem præter naturam uidetur eſſe dominatio, quoniam natura nihil differāt, ſed lege dumtaxat inductum ſit, ut alii liberi ſint, alii ſerui. Quapropter iniuſtū, uiolentum enim.*

*Cum igitur poſſeſſio ſit pars domus certe & illa per quā acquirimus, pars* H *erit domeſticæ diſciplinæ. Nam ſine neceſſariis impoſſibile eſt, & uiuere, & bene uiuere. Vt uero in artibus neceſſarium eſt ſubeſſe propria inſtrumenta, ſi opus modo confici debeat, ſic etiam in re familiari. Inſtrumentorū uero quædam inanimata ſunt, quædā animata, uelut gubernatori, nauis quidem gubernaculum inanime eſt, qui uero proram regit, animatus: nam miniſter in artibus, locum inſtrumenti obtinet, ſic & res poſſeſſa, inſtrumē-* I *tum eſt ad uitam, res autem poſſeſſæ, multitudo inſtrumentorum, & ſeruus poſſeſſum quiddam animatum, & tanquam inſtrumentum ante inſtrumentum, omnis miniſter. Si enim poſſent inſtrumenta ad iuſſum uel nutum domini opus ſuum conficere, quemadmodū Dedali, aut Vulcani tripodes, quos inquit Poeta ſponte ſua diuinum prodiiſſe in certamen, ſic & pectines te-*



Sed vita ideſt, conuerſatio domeſtica non eſt factio, ſed actio, ergo ſeruus eſt miniſter & organum eorum quæ pertinēt ad actionem, nō autē eorum quæ pertinent ad factionem, Quarto ibi. {Id autem quod poſſidetur &c.} Oſtendit qualiter ſeruus ſe habet ad dominū, & dicit, quòd eadem eſt comparatio rei ad poſſeſſorem & partis ad totum, quantum ad hoc quòd pars nō dicitur ſolum pars totius, ſed etiam dicitur ſimpliciter eſſe totius, ſicut dicimus manum hominis, & non ſolum dicimus quòd ſit pars hominis: & ſimiliter res poſſeſſa, puta veſtis, non ſolum dicitur, ꝙ ſit poſſeſſio hominis, ſed quòd ſimpliciter eſt huiuſmodi hominis, vnde cum ſeruus ſit quædam poſſeſſio, ſeruus non ſolum eſt ſeruus domini, ſed eſt ſimpliciter illius, Ille autem qui eſt dominus, non eſt ſimpliciter ſerui, ſed ſolum eſt dominus eius. Deinde cum dicit.

g ¶ Concludit ex præmiſſis diffinitionem ſerui & dicit, ꝙ manifeſtū eſt ex prædictis quæ ſit natura ſerui, & poteſtas ei⁹, quod eſt officium ipſius, nam virtus ad actionem refertur, officium autem eſt congruus actus alicuius. Cum enim ſeruus ſit hoc ipſum quod eſt alterius, vt dictū eſt, quicumq; homo nō eſt naturaliter ſuiipſius ſed alterius, ipſe eſt naturaliter ſeruus, ille autem homo non eſt naturaliter ſuijpſius, ſed alterius qui non poteſt regi niſi ab alio, hoc autem cōuertitur ſcilicet, quòd quicumque eſt res poſſeſſa, vel ſeruus alterius, eſt homo alterius, de ratione autē rei poſſeſſę eſt, quòd ſit organum actiuum & ſeparatum, vnde poteſt talis diffinitio ſerui concludi, Seruus eſt organum animatū, actiuum, ſeparatum, alterius homo exiſtens: in qua quidem diffinitione, organū ponitur tamquam genus, & addūtur quinque differentiæ: per hoc enim quòd dicitur, animatū, diſtinguitur ab inſtrumētis inanimatis: per hoc autem quòd dicitur, actiuū, diſtinguitur a miniſtro artificis, qui eſt organū animatū factiuū, per hoc aūt ꝙ dicitur, alterius exiſtēs, diſtinguitur a libero qui q̄doq; miniſtratur in domo, non ſicut res poſſeſſa, ſed ſponte vel mercede conductus. Per hoc aūt ꝙ dicitur, ſeparatum, diſtinguitur a parte quæ eſt alterius non ſeparata, ſicut manus: per hoc ꝙ dicitur, homo exiſtens, diſtinguitur a brutis animalibus, quæ ſunt res poſſeſſæ ſeparatæ.

A

## LECTIO III.

Poſtquam Philoſophus oſtendit rationem & virtutē ſerui, hic procedit ad inueſtigandum de opinionib⁹ ſuprapoſitis, Et primo inquirit, vtrum ſeruitus ſit naturalis. Secundo, vtrū dominatiua ſit idem quod politica, ibi. {Patet autem ex his &c.} Circa primum tria facit. Primo mouet dubitationem. Secundo determinat eam, approbādo vnā partem, ibi. {Non difficile &c.} Tertio oſtendit quomodo etiā alia pars dubitationis, habet aliqualiter veritatem, ibi. {Quòd autem & contraria &c.} Dicit ergo primo, quòd poſt prædicta conſiderandum eſt, vtrū aliquis ſit naturaliter ſeruus vel non, & iterum, vtrum alicui magis ſit dignum & iuſtum quòd ſeruiat quàm quòd non ſeruiat, an non, ſed omnis ſeruitus, præter naturā ſit, quod quidē remittit ad duas præmiſſas quæſtiōes, ſi enim omnis ſeruitus eſt præter naturam, tunc nullus eſt naturaliter ſeruus, & iterum, non erit iuſtum, neque dignum quòd aliquis ſeruiat: quod enim eſt præter naturam, non eſt dignum neque iuſtū. Deinde cum dicit.

b ¶ Determinat propoſitam quæſtionē, oſtendens duo, ſcilicet quòd aliquis homo naturaliter ē ſeruus, & quòd alicui dignum & expediēs eſt ſeruire. Et circa hoc duo facit. Primo .n. proponit modū quo hæc oſtendenda ſunt d. ꝙ non eſt difficile, quòd aliquis contempletur prædictarum quæſtionum veritatem & rationem, & quòd etiam veritatē addiſcat ex his, quæ in rebus accidunt, ſecunda ibi. {Imperare enim &c.} Secundum duos præmiſſos modos oſtendit propoſitū. Et primo ex his quæ fiunt. Secundo ex ratione, ibi, {Nā quęcūque &c.} Circa primum quattuor proponit, quorum primū eſt, quòd principari & ſubijci nō ſolum eſt de numero eorum, quæ ex neceſſitate vel violentia proueniunt, ſed etiam eſt de numero eorum, quæ expediunt ad ſalutē hominum, & hoc pertinet ad ſecundam quæſtionem. Qd̄ enim expediēs eſt alicui, videtur eſſe dignum & iuſtum ei. Secūdum eſt quod in hominibus ex ipſa natiuitate videmus, quòd eſt quædam diſtinctio, ita quòd quidam ſunt apti ad hoc, vt ſubijciantur, quidam vero ad hoc, quòd principentur, & hoc per-

tinet

nem, ſic ſi pectines pectinarent per ſe, & plectra citharizarent, nihil vtique opus eſſet architectoribus inſtrumentorum, nec Dominis ſeruorum, quæ quidē dicuntur organa, factiua organa ſunt, res poſſeſſa autem actiuum. ex pectine quidem enim alterum aliquid fit præter vſum ipſius, ex veſtitu autem & lecto vſus ſolum. Adhuc quoniā differunt factio, ſpecie & actio, & indigent ambæ organis, neceſſe & hanc eandem habere differētiam: vita autem actio, non factio eſt, propter quod & ſeruus miniſter eorumque ad actionē, res poſſeſſa autem dicitur quēadmodum & pars, quæ quidem pars nō ſolum alterius eſt pars, ſed & ſimpliciter alterius: ſimiliter autē & res poſſeſſa, propter quod Deſpotes ſolum, illius autem non eſt, ſeruus autem non ſolum Deſpotis ſeru⁹ eſt, ſed eſt omnino illius.

g Quæ quidem igitur natura ſeruus, & quę virtus, ex ijs manifeſtum, qui enim non ſui ipſi⁹ natura, ſed alterius homo, iſte natura ſeruus, alterius autē eſt homo, qui cum res poſſeſſa ſit, ſeruus eſt, res poſſeſſa autem organum actiuum & ſeparatum.

*xerent, & plectra pulſarent, nec architecti ſane miniſtris, neque domini indigerent ſeruis. Quæ igitur inſtrumenta dicuntur, factiua ſunt, quod uero poſſidemus, actiuum eſt, a pectine quidē enim aliquid fit præter illius vſum, a veſte vero, atque lectica vſus ſolum. Præterea cum ſpecie diffe-* B *rant facere & agere, & indigeat utrūque inſtrumentis, neceſſarium eſt, & illa eandem habere differentiam, vita certe actio eſt, & non factio, quapropter ſeruus miniſter eſt ad actionem, id autem quod poſſidetur, dicitur quemadmodum, & pars ad totum, Pars enim nō ſolum alterius eſt pars, ſed etiam omnino alterius, quapropter dominus, ſerui eſt dominus ſolum, ſed illius non eſt, ſeruus autem non ſolum domini ſeruus, ſed* C *omnino illius.*

*Quæ igitur ſit natura ſerui, & quæ poteſtas, ex his patet, qui enim ſuiipſius non eſt ſecundum naturam, ſed alterius homo, hic natura eſt ſeruus, alterius autem eſt qui poſſidetur, homo exiſtens, res vero poſſeſſa, eſt inſtrumentum ad acquiren-* D *dum, actiuum & ſeparabile.*

## LECTIO III.

Vtrum autem eſt aliquis natura talis aut nō, & vtrū dignius & iuſtius alicui ſeruire quàm nō? Sed omnis ſeruitus pręter naturam eſt, poſt hoc conſiderandum.

b Non difficile autem & ratione cōtemplari & ex his quæ fiūt addiſcere. Principari enim & ſubijci, non ſolum neceſſariorum ſed etiam expedientium eſt, & ſtatim ex natiuitate quædam ſegregata ſunt, hæc quidem ad ſubici, hæc autē ad principari, & ſpecies multæ & ſubiectorū ſūt & principantiū. Et ſemper me-

## *LECTIO III.*

*Vtrum vero ſit aliquis natura talis vel non, & vtrum melius ac iuſtius ſit alicui ſeruire uel non? ſed omnis ſeruitus ſit præter naturam, conſiderandum poſtea erit.*

*Nec ſane difficile eſt ratione per-* E *ſpicere, & ex his quæ fiunt, cognoſcere, imperare enim, & parere non ſolum neceſſariorum eſt, uerum etiam utilium, ac ſtatim ex generatione quædam diſtincta ſunt, alia quidem ad imperandum, alia uero ad parendum, & ſpecies multæ & imperantium, & parentium, & ſemper melius imperium, meliorum parentium eſt, ceu*

tinet ad primam quæſtionem: quod enim ex natiuitate confeſtim ineſt alicui, videtur eſſe naturale. Tertiũ eſt, quòd ſunt multæ ſpecies eorum qui ſubijciuntur & eorum qui principãtur, aliter enim principatur vir fœminæ, aliter dominus ſeruo, aliter rex regno, & hoc etiam pertinet ad eandem quæſtionem, nam ea quę naturaliter inſunt rebus, ſecundũ eorum diuerſitatem diuerſificãtur. Quartum eſt, quòd ſemper eſt melior principatus qui eſt melior ſubiectorum, ſicut melior eſt principatus quo quis principatur homini, quàm quo qs principatur beſtię, & hoc probat tali ratione: omnis principatus & ſubiectio ad aliquod opus ordinatur: obedit.n. qui ſubijcitur principanti in aliquo opere, ſed opus quod fit a melioribus eſt melius, ergo & principatus melior, & hoc etiam quartum pertinet ad primam quæſtionem, nam quæ naturaliter inſunt, tanto ſunt meliora quãto ſunt meliorũ. Deinde cum dicit.

c ¶ Oſtendit propoſitum ex ratione. Et primo ponit rationẽ ad oſtendendum, ꝗ aliqui ſunt naturaliter ſerui, quibus expedit ſeruire. Secundo oſtendit, qui ſint tales, ibi. { Quicũq; igitur &c.} Circa primum ponit talẽ rationem, quęcumq; ſunt ex pluribus conſtituta, in his eſt aliquid principans & aliquid ſubiectũ naturaliter, & hoc expedit, ſed hominum multitudo eſt ex pluribus conſtituta, ergo naturale eſt & expediens, quòd vnus principetur, & alius ſubijciatur: huius autem rationis minor manifeſta eſt ex præmiſſis, in quibus oſtẽſum eſt, quòd homo eſt naturaliter animal politicum, & ita naturale eſt quòd ex multis hominibus conſtituatur vna multitudo, vnde ea prætermiſſa probat maiorem, & ſic in hac ratione tria facit. Primo ponit maiorem. Secundo probat eam, ibi. { Et hoc ex oĩum natura &c. } Tertio infert concluſionem, ibi. { Eodem modo &c.} Dicit ergo primo, quòd quæcumque ſunt conſtituta ex pluribus quòd ex eis fiat vnum commune, ſiue in plura ſint coniuncta ſicut membra corporis coniunguntur ad conſtitutionem totius, ſiue ſint diuiſa, ſicut ex multis militibus conſtituitur vnus exercitus, in omnibus his inuenitur eſſe principans & ſubiectũ, & hoc eſt naturale & expediens, vt per ſingula patebit exempla. Deinde cum dicit.

d ¶ Probat propoſitum quadrupliciter. Primo quidem in rebus inanimatis. Secundo in partibus hominis, ibi. { Animal aũt primum &c. } Tertio in genere animalium, ibi. { Rurſum in homine &c. } Quarto in differentia ſexuum, ibi. { Eſt autem maſculus &c.} Dicit ergo primo, quòd veritas præmiſſæ propo-

F ſitionis inuenitur in rebus inanimatis, non quia eſt eis propriũ, ſed ex eo quòd eſt commune toti naturæ, quia etiam in his quæ non participant vita, eſt aliquis principatus, puta harmoniæ, quod poteſt intelligi dupliciter, vno modo de harmonia ſonorum, quia ſemper in vocibus quæ conſonant, aliqua vox prædominatur, ſecundum quam tota harmonia dijudicatur, poteſt etiam intelligi de harmonia elementorum in corpore mixto, in quo ſemper unum elementorum eſt prædominans, ſed huiuſmodi pertrãſit, quia ſunt extrinſeca ab hac conſideratione. Deinde cum dicit.

e ¶ Oſtendit propoſitum in partibus hominis, & dicit quòd prima cõpoſitio animalis eſt ex anima & corpore, quæ quidẽ cõpoſitio dicitur prima non ſecũdum ordinem generationis, ſed ſecundum principalitatem, quia eſt ex partibus principaliſſimis, harum autem partium vna eſt naturaliter principans ſcilicet anima, alia vero ſubiecta. ſ. corpus: poſſet autem aliquis dicere, quòd hoc non eſt naturale, cum nõ inueniatur in omnibus, & ideo ad hoc excludendum ſubdit, quòd ad iudicãdum quid ſit naturale oportet cõſiderare ea quæ ſe habent ſecundum naturam, non autẽ ea quę ſunt corrupta, quia huiuſmodi deficiunt a natura, & ideo ad iudicãdum quę pars in homine naturaliter prĩcipetur, oportet conſiderare aliquem hominem qui ſit bene diſpoſitus & ſecũdũ animam, & ſecundũ corpus, in quo eſt manifeſtum, quòd anima corpori dominatur, ſed in hominibus peſtilentibus, & qui male ſe habẽt multoties corpus prĩcipatur animæ, quia præferunt commodũ corporis commodo animæ: & hoc ideo, quia ſunt male diſpoſiti & præter naturam. Oſtendit autem conſequenter, quòd principatus qui eſt in partibus animalis, habet quandam ſimilitudinẽ exterioris principatus: poſſum⁹ enim in animali quod eſt homo conſiderare duplicem principatum ad partes eius ſcilicet deſpoticum, quo dominus principatur ſeruis, & politicum, quo rector ciuitatis principatur liberis: inuenitur enim inter partes hominis, quòd anima dominatur corpori, ſed hoc eſt deſpotico principatu, in quo ſeruus in nullo poteſt reſiſtere domino, eo quòd ſeruus, id quod eſt, ſimpliciter eſt domini, vt ſupra dictum eſt, & hoc videmus in membris corporis, ſcilicet manibus & pedibus, quòd ſtatim ſine contradictione ad imperium animę applicantur ad opus, inuenimus etiam quòd intellectus, ſeu ratio dominatur appetitui, ſed principatu politico & regali qui eſt ad liberos, vnde poſſunt in aliquibus contradicere, & ſimiliter appetitus aliquando non ſequitur rationem: & huiuſmodi diuerſitatis

lior principatus, qui meliorum ſubiectorũ, puta hominis quàm beſtię: quod enim efficitur a melioribus, melius opus, vbi autẽ hic quidem principatur, hic quidem ſubijeitur etiam aliquod horum opus.

G c Quandocumq; enim ex pluribus conſtituta ſunt, & fiunt vnum aliquod commune, ſiue ex coniunctis, ſiue ex diuiſis, in oĩbus vr̃ principans & ſubiectũ.

d Et hoc ex omniũ natura ineſt animatis, etenim in non participantibus vita eſt quidem participatus, puta armonię, ſed hæc quidem forte magis extrinſecæ ſunt ſpeculationis.

H e Animal autem primum conſtat ex anima & corpore, quorũ hæc quidem principans eſt natura, hoc autẽ ſubiectum, oportet autem intendere ex ſecundum naturam habentibus, magis quàm natura & non in corruptis, propter quod & optime diſpoſitum & ſecũdum corpus, & ſecundum animam hominẽ conſiderandum, in quo hæc palam. Peſtilentium enim & praue ſe habentium videbitur principari multoties corp⁹ animæ, I propter praue & præter naturã habere, eſt quidem ſicut dicim⁹ primum in animali contemplari & deſpoticum principatum & politicum: anima quidẽ corpori enim dominatur deſpotico principatu: intellectus enim appetitui politico & regali, in quibus manifeſtum eſt quòd ſecundum naturam & expediens corpori regi ab anima, & paſſibili parti ab intellectu & parte rationẽ habẽte, ex quo autẽ aut K econtrario nociuum omnibus.

*hominis quàm beſtiæ, nam quod a melioribus perficitur, melius eſt opus, vbi vero aliud imperat, aliud paret, eſt aliquod horum opus.*

*Nam quæcumque ex pluribus conſtant, & vnum quid commune fiunt, ſiue ex continuis, ſiue ex diſcretis, in omnibus apparet, & quod imperat, & quod paret.*

*Et hoc ex tota natura ineſt animatis, & in his, quæ expertia ſunt vitæ, eſt quoddam imperium inſtar harmoniæ, ſed hæc forſan aliena ſunt ab iſta conſideratione.*

*Animal vero conſtat primum ex anima & corpore, quorum alterum imperat ſecundum naturam, alterum paret. Oportet autem conſiderare naturam non in corruptis, ſed in his quæ magis ſe habent ſecundum naturam: quo circa is, qui & animo, & corpore optime diſpoſitus ſit, inſpiciendus eſt, in quo certe id manifeſtum eſt, nam prauorum quidem, aut praue diſpoſitorum ſæpe inueniretur corpus imperare animo, ex eo quia peruerſe, ac præter naturam ſe habent: eſt igitur, ut dicimus, primum in animali proſpicere imperium dominicum & ciuile, nam animus quidem in corpus dominicum habet imperium, mẽs vero in appetitum ciuilem & regium, in quibus clarum eſt ſecundum naturam & vtilitatem imperari ab animo corpori, & ab ea parte, quæ habet rationem ei parti, quæ ſubiacet perturbationi, æqualitatem vero, ac viciſſitudinem omnibus nocere.*



uerſitatis ratio eſt, quia corpus non poteſt moueri niſi ab anima, & ideo totaliter ſubijcitur ei, ſed appetitus poteſt moueri nõ ſolum a ratione ſed etiam a ſenſu, & ideo non totaliter ſubijcitur rationi, in vtroque autem regimine manifeſtum eſt, quòd ſubiectio eſt ſecundum naturam & expediens, eſt enim naturale & expediens corpori, quòd regatur ab anima, & ſimiliter eſt naturale & expediens parti paſſibili, ideſt appetitui qui ſubijcitur paſſionibus vt regatur ab intellectu vel ratione, & vtrobique eſſe nociuum, ſi id quod debet ſubijci ſe haberet ex ęquo, vel econtrario ei quod debet prĩcipari, corpus enim corrumperetur niſi ſubijceretur animæ, & appetitus eſſet inordinatus niſi ſubijceretur rationi. Deinde cum dicit.

f ¶ Probat idem in genere animaliũ. d. quòd ſimiliter ſe habet ĩ homine & aliis animalibus, quòd naturale & expediens eſt vt homo alijs dominetur: videmus. n. quòd animalia manſueta quibus homo dominatur, digniora ſunt ſecundum naturam ſilueſtribus in quantum participãt aliqualiter regimine rationis, ſed & omnibus animalibus expedit, quòd ab homine regantur, quia ſic in multis caſibus adipiſcũtur ſalutem corporalem quam per ſe conſequi nõ poſſent, ſicut patet, cum eis copioſa pabula & remedia ſanitatis ab hominibus exhibentur. Deinde cũ dicit.

g ¶ Probat idem in differentia ſexuum, & dicit, quòd eodem modo etiam ſe habet maſculinum ad fœmininum, quòd naturaliter maſculinum eſt melius, & fœmininum deterius, & maſculus principans, fœmina autem ſubiecta, eſt autem attendendum quòd prima duo exẽpla ſunt de toto integrali, alia duo de toto vniuerſali, quod eſt genus vel ſpecies, & ſic patet quòd prædicta propoſitio in vtriſque locum habet. Deinde cum dicit.

h ¶ Concludit propoſitum ſcilicet quod eodem modo ſe habet in hominibus ſicut in præmiſſis, ſcilicet quòd naturale & expediens eſt quòd quidam principentur, & quidam ſubijciantur. Deinde cum dicit.

i ¶ Oſtendit qui ſunt qui naturaliter principantur & ſubijciũtur. Et primo quales ſunt ſecundum animam. Secundo quales ſecundum corpus, ibi. { Vult q̃dem &c.} Circa primum duo facit. Primo oſtendit quales ſunt ſecundum animam qui naturaliter principantur & ſubijciuntur. Secundo ponit comparationem inter homines, qui naturaliter ſunt ſerui, & bruta animalia, quæ etiam naturaliter ſeruiunt, ibi. { Et cõmunicans &c.} Dicit ergo primo, quòd cum anima naturaliter dominetur corpori & homo beſtijs, quicumque tantum diſtant ab alijs, ſicut anima a corpore & homo a beſtia propter eminentiam rationis in quibuſdam & defectum in alijs, iſti ſunt naturaliter domini

A aliorum, ſecundum quòd etiam Salomon dicit, quòd qui ſtultus eſt, ſeruiet ſapienti. Diſponuntur autem hoc modo, ſcilicet quòd ad eos ſe habeant aliqui, ſicut homo ad beſtias, vel anima ad corpus, (Prouer. 11.) illi quorum opus principale eſt vſus corporis, & ꝗ hoc eſt optimum quod ab eis haberi poteſt: ſunt enim validi ad exequenda opera corporalia, impotentes autem ad opera rationis, & iſti ſunt naturaliter ſerui, quibus melius eſt quòd regantur a ſapiẽtibus, ſiue conueniens eſt quòd credatur rationibus ſupradictis, q̃a in hoc ſortiuntur regimen rationis, & ꝗ iſti ſint naturaliter ſerui patet per hoc, quia ille eſt naturaliter ſeruus, qui habet aptitudinem naturalem vt ſit alterius: in quantum ſcilicet nõ poteſt regi propria ratione, per quam homo eſt dominus ſui, ſed ſolum ratione alterius: propter quod naturaliter alterius eſt quaſi ſeruus. Deinde cum dicit.

k ¶ Comparat ſecũdum conuenientiam & differentiam hominem naturaliter ſeruũ ad animal brutum, & dicit quòd ille qui eſt ſeruus naturaliter, communicat ratione ſolũ quãtum ad hoc, quòd recipit ſenſum rationis, ſicut edoctus ab alio, ſed non quantum ad hoc, quòd habeat ſenſum rationis per ſeipſum, ſed alia animalia ſeruiũt homini non quaſi recipientia aliquem ſenſum rationis ab homine, inquantum ſcilicet memoria eorũ, quæ ſunt bene vel male paſſa ab homine, timore vel amore incitantur ad ſeruiendum, & ſic quantum ad modum ſeruiẽdi eſt differentia, inquantum naturaliter ſeru⁹ ſeruit ratione, brutum autem animal paſſione, timoris ſcilicet vel amoris acquiſita per memoriam bene vel male patiendi ab homine, ſed E opportunitas, ideſt vtilitas quæ ex vtriuſque ſeruitio prouenit, modicum variatur: ab eadem enim præbetur nobis auxilium & a ſeruis, & a domeſticis animalibus, ſcilicet ad neceſſaria corpori: non enim naturaliter ſeruus cum deficiat ratione, poteſt auxiliari per conſilium, vel ad aliquod opus rationis, in corporalibus autem pluribus modis poteſt ſeruire ſeruus quàm animal brutum, propter rationem. Deinde cum dicit.

l ¶ Oſtendit quales ſint ſerui ſecundum corpus. Et primo proponit quod intendit. Secundo probat propoſitum, ibi. { Nam id quidem &c.} Dicit ergo primo, quòd natura vult, ideſt habet quendam impetum ſiue inclinationem ad hoc vt faciat differentiam inter corpora liberorum & ſeruorum, ita ſcilicet quòd corpora ſeruorum ſint fortia ad exercendum vſum neceſſarium qui eis competit, ſcilicet ad fodiendum in agro, & alia ſimilia miniſteria exercenda, ſed corpora liberorum debent eſſe recta, ideſt bene diſpoſita ſecundum naturam & inutilia ad tales operationes ſeruiles, quod exigit complexio delicata, ſed tamen deben

f Iterum in homine & in aliis animalibus ſimiliter ſe habet, mãſueta quidem enim ſylueſtribus digniora ſecundum naturã, his autem omnibus melius regi ab homine, adipiſcuntur enim ſalutem ſic.

g Adhuc autem & maſculinum B & fœmininum, natura hoc quidem melius, hoc autẽ deterius, & hoc autem principans, & hæc autem principata.

h Eodem autem modo neceſſarium eſſe & in hominibus.

i Quicumque quidem igitur tantum diſtant quantum anima a corpore, & homo a beſtia diſponuntur autem hoc modo. Quorumcumque eſt opus corporis vſus, & hoc eſt ab ipſis C optimum, iſti quidem ſunt natura ſerui, quibus melius eſt regi hoc principatu, ſiquidem & dictis creditur, nã.n. ſeruus qui poteſt alterius eſſe, propter qđ & alterius eſt,

k Et communicans ratione tãtum quantum ad ſenſum recipere, ſed non habere: alia enim animalia non ratione ſentiẽtia, ſed paſſionibus ſeruiunt, opportunitas variatur modicum, ad D neceſſaria enim corpori auxiliũ fit ab ambobus, & a ſeruis, & a domeſticis animalibus.

l Vult quidem igitur natura & corpora differentia facere, quæ liberorum & ſeruorum, hæc quidẽ fortia ad neceſſarium vſum, hæc autem recta & inutilia ad tales operationes, ſed vtilia ad

*Rurſus in homine & aliis animalibus eodem modo, manſueta quidem meliora ſunt quàm fera, his autem uniuerſis melius eſt ut homini pareãt, nam ſalutem ita recipiunt.*

*Præterea autem maſculus & fœmina alterum melius ſecundum naturam, alterum deterius, & hoc imperans, illud parens.*

*Eodemque modo neceſſe eſt in cũctis hominibus eſſe.*

*Quicumque igitur diſtant tantum quantum animus a corpore, & homo a beſtia, per hunc modum ſe habent, quorumcumque eſt opus in corporis uſu, & hoc eſt in eis potiſſimum, hi ſunt natura ſerui, quibus melius eſt ut imperetur, quemadmodum in præmiſſis, eſt enim natura ſeruus qui poteſt alterius eſſe, qua propter & alterius eſt.*

*Et qui tantum particeps eſt rationis ut ſentiat quidem, at non habeat, nam cætera quidem animalia rationẽ quidem non ſentiunt, ſed paſſionibus inſeruiunt, uſus etiam uariat parumper, neceſſariorum enim corpori auxilium fit ab utriſque, a ſeruis uidelicet, ac manſuetis animalibus.*

*Vult ergo natura, & differentia facit corpora liberorum & ſeruorum, alia quidem robuſta ad neceſſarios uſus, alia uero recta & inutilia ad tales operationes, uerum utilia ad ciuilem uitam, hæc autem diuiſa eſt in*

eſſet

eſſe vtilia ad ciuilem vitam, in qua liberi homines conuerſantur, iſte autem qui habet membra vtilia ad ciuilem vitam, habet diſpoſitionem diuiſam in bellicam opportunitatem & pacificam, vt ſcilicet tempore belli habeat membra apta ad pugnandum, & ad alia militaria opera, tempore vero pacis ad exercendum alia ciuilia opera: & quamuis natura habeat inclinationē ad prędictam differentiam corporum cauſandam, tamen quandoque deficit in hoc, ſicut etiam in omnibus alijs quæ generātur & corrumpūtur, cōſequitur naturā effectū ſuum vt in pluribus, deficit vero in paucioribus: quando ergo in hoc natura deficit, accidit multoties contrarium ei quod dictum eſt, vt ſcilicet illi qui habēt animas liberorum, habeant corpora ſeruorum vel econuerſo: eſt autem conſiderandum, quòd Philoſophus hic inducit concludens ex præmiſſis, in quibus agebat de diſpoſitione animæ, quia cum corpus ſit naturaliter ꝓpter animam, natura intendit formare tale corpus quale ſit cōueniens animæ, & ideo intēdit his qui habent animas liberorum dare corpora liberorum, & ſimiliter de ſeruis, & hoc quidem quantum ad interiores diſpoſitiones ſemper cōſonat. non enim poteſt eſſe quòd aliquis habeat animam bene diſpoſitam, ſi organa imaginationis & aliarū virium naturaliū & ſenſitiuarum ſint male diſpoſita, ſed in figura & quātitate exteriori, & alijs diſpoſitionibus exterioribus, poteſt inueniri diſſonantia, vt hic dicitur. Deinde cum dicit.

m ¶ Probat, quod dixerat. Et primo quantum ad corpus. Secundo quātum ad animam, ibi. {Si aūt in corpore &c.} Dicit ergo primo, quòd naturam inclinari ad hoc, quòd faciat diuerſa corpora ſeruorum & liberorum ex hoc eſt manifeſtum, ſi inter aliquos inueniatur tanta differentia ſolummodo ex parte corporis, vt videatur tantum alios extollere, ac ſi eſſent quædam imagines deorum, ſicut ſolemus communiter dicere, quando videmus aliquos elegantis formæ, quòd videntur eſſe ſicut angeli, tunc omnes dicerent, quòd illi qui deficiunt a tanta elegantia formæ corporalis, ſunt digni vt ſeruiant eis qui ſuperexcellunt, ſecundum illud, Species Priami digna eſt imperio, & cum hoc ſit manifeſtum in maxima differentia, idem etiam eſt ſciendum quantum ad intentionem naturæ, ſi non fuerit tanta differentia. Deinde cum dicit.

n ¶ Probat idem ex parte animæ & dicit, quòd ſi hoc eſt verum ex parte corporis, quòd illi qui deficiunt ſunt digni ſeruire excellentibus, tanto iuſtius eſt hoc determinari ex parte animę, quanto anima nobilior eſt corpore, ſed tamen excellentia pulchritudinis animæ, non ita de facili poteſt cognoſci, ſicut pulchritudo corporis, & ideo magis vulgariter iudicatur, quòd aliqui ſint digni ad dominandum ex parte corporis quàm ex parte animæ, vltimo autem concludit epilogando duas concluſiones intētas in hoc capitulo, ſcilicet ꝙ quidam ſunt naturaliter ſerui, & quidam naturaliter liberi, & quòd his qui ſunt naturaliter ſerui expedit ſeruire, & iuſtum eſt quòd ſeruiant.

ciuilem vitam, iſte autem etiam ſit diuiſus ad bellicam opportunitatem & pacificam; accidit autem multoties & contrariū; hos quidem corpora habere liberorum, hos autem animas.

F *belli opportunitates & pacis, accidit vero ſæpe & contra, hos quidem corpora habere liberorum, illos vero animos.*

m Quoniam & hoc manifeſtū, quòd ſi tantum fiunt differētes corpore ſolum quantum deorū imagines, ſubdeficiētes oēs dicēt vtiq; dignos eē his ſeruire.

G *Nam id quidem patet, quòd ſi tantum præcellant corpore quantum deorum imagines, reliqui omnes digni apparerent illis ſeruire.*

n Si autē in corpore hoc verū, multo iuſtius in anima diffiniri, ſed non ſimiliter facile videre animæ & corporis, quod quidē igitur ſunt natura quidam, hi quidem liberi, ij autē ſerui manifeſtum, quibus & expedit ſeruire & iuſtum eſt.

*Id ſi verum eſt in corporibus, multo iuſtius in animo idem putare, ſed non vt corporis, ita & animi pulchritudinem diſcernere facile, quod igitur ſint ſecundum naturam alij liberi, alij ſerui, patet, quibus & ſeruire prodeſt ac iuſtum eſt.*

H

## LECTIO IIII.

LECTIO IIII.

Poſtquam Philoſophus oſtēdit, ꝙ illi qui naturaliter ſunt ſerui quibus expedit ſeruire & iuſtum eſt, hic oſtendit, quòd etiam contraria opinio eſt ſecundum aliquam partem vera: Et circa hoc duo facit: Primo ponit modum ſeruitutis, ſecū dum quem negatur a quibuſdam ſeruitus eſſe naturalis & iuſta. Secundo ſuper hoc dubitationē mouet & ſoluit, ibi. {Hoc itaq; iuſtum &c.} Dicit ergo primo; ꝙ nō difficile eſt videre, ꝙ illi qui dicūt contrarium his quæ determinata ſunt, aſſerendo ſcilicet nullam ſeruitutem eſſe naturalem & iuſtā, ſecundum modum aliquem recte dicunt: dupliciter enim dicitur ſeruire & ſeruus, vnus quidem modus eſt ſecundum aptitudinem naturalem, vt ſupra dictum eſt. aliꝰ eſt ſecundum quem eſt aliquis ſeruus vel ſeruiens ſecūdum legem inter homines poſitam: poſita eſt enim quædam promulgatio legis, vt illi qui ſunt victi ī bello, dicantur eſſe ſerui eorum, qui contra eos præualuerūt; & hoc iure quaſi omnes gentes vtuntur: vnde & ius gentium nominatur. Deinde cum dicit.

b ¶ Mouet dubitationē de iſta ſeruitute legali. Et circa hoc tria facit. Primo ponit diuerſas opiniones. Secundo aſſignat rationes diuerſitatis, ibi. {Cauſa aūt &c.} Tertio ſoluit dubitationem, ibi. {Omnino retinentes &c.} Dicit ergo primo, quòd multi qui intromiſerunt ſe de legibus ſcribendis, ſcripſerunt ꝙ iuſtum prædictæ legis eſt de numero iniquorum, & inducit quēdam qui vocabatur Orator, cui durum videbatur, ſi ille qui eſt paſſus violentiam ſit ſeruus, & ſubiectus ei qui potuit violentiam inferre, & non eſt melior, niſi quia eſt potentior: vnde quibuſdam ſic videtur, quòd ſcilicet ſit iniuſtum, alijs autem videtur alio modo, & iſta diuerſitas non ſolum eſt inter populares, ſed etiam inter ſapientes. Deinde cum dicit.

c ¶ Aſſignat cauſam prædictæ diuerſitatis. Et primo proponit quiddam quod eſt manifeſtum. Secūdo de quo ſit dubitatio, ibi. {Sed

## LECTIO IIII.

Vòd autem, & qui contraria dicunt ſecundū modum aliquē dicūt, recte non difficile videre, dupliciter enim dicitur ſeruire & ſeruus: eſt enim aliquis ſecundum legem ſeruus & ſeruiens, lex .n. promulgatio quędā eſt, in qua in bello ſuperata præualentium eſſe dicunt.

*Vòd autem & contradicentes quodammodo recte dicunt, non difficile fuerit intueri, dupliciter enim dicitur ſeruire & ſeruus eſt enim aliquis ſecundum leges ſeruus & ſeruiens, nam lex conſenſio quædam eſt, per quam bello capta illorum fieri dicuntur qui ceperunt.*

I

b Hoc itaque iuſtum multi eorum, qui in legibus quemadmodum Rhetora ſcribunt iniquorum, tamquam durum, ſi vim inferre potentis, & ſecundū potentiam melioris, erit ſeruum & ſubiectum quod violentiam paſſum eſt, & ijs quidem ſic vr̄, ijs aūt illo mō etiā ſapientum.

*Hoc autem ius multi eorum, qui circa leges verſantur accuſant, tamquam Oratorem qui contra leges decreuerit, quaſi ſit graue, ſi eius qui vim afferre poteſt, & potentia præcellit, ſeruus fiat, & ſubditus qui vim patitur, & quibuſdam hoc modo videtur, quibuſdam illo, etiam ſapientum.*

c Cauſa autem huius dubitationis, & quod facit verba variari, quia modo aliquo virtus

K *Cauſa vero ambiguitatis & variationis huiuſmodi eſt, quia quodammodo uirtus fræta potentia, uim poteſt*



{Sed de iuſto &c.} Dicit ergo primo, quòd cauſa pręmiſſæ dubitationis, vnde variantur verba ſapientum eſt ex hoc, quòd virtus quæ eſt per aliquem modum, ideſt ſiue per ſapientiam, ſiue per conſtantiam, ſiue per fortitudinem corporalem, ſiue quocumque alio modo, ſi ſortiatur ſucceſſum, ideſt niſi contrarium eueniat per infortunium, poteſt maxime compati ſecum, quòd violentiā inferat, & ſic manifeſtum eſt, quòd ille q. ſuperat ſemper eſt in exceſſu alicuius boni, niſi per infortunium aliter accidat, & ex hoc videtur, ꝙ violentia numquam ſit ſine qualicumque virtute eius qui violentiam infert, & hoc eſt per ſe manifeſtū. Deinde cum dicit.

d ¶ Oſtēdit quid remaneat ſub dubitatione, & dicit quòd de hoc ſolum remanet dubitatio, vtrum ſit iuſtum quòd propter excellentiā qualiſcūque virtutis aliqui debeant principari qui ſuperāt, & ideo circa hoc ſunt diuerſæ opiniones, quidā enim dicunt, quòd hoc iuſtum prædictæ legis eſt per beniuolentiā, ideſt ī fauoré victorum itroductū, vt propter hoc homines ad fortiter pugnandū incitarētur: quibuſdam autem videtur quòd hoc ipsū quandam rationem iuſtitię habet, quòd ille qui apparet melior in hoc quòd vincit, principetur ſecūdum quòd Salomon dicit in Prouerb. Manus fortium dominabitur, quæ autem remiſſa eſt, tributis ſeruiet: & hoc quidem ideo dicunt, quia ſi huiuſmodi rationes operationum remoueantur de medio, in primo aſpectu apparet, quòd illæ rationes quæ dicunt, quòd non oportet principari & dominari illū qui eſt melior, ſecundum virtutem quæ victorum extitit, non habeat aliquid quod ſit efficax ad mouendum rationem, neque etiam habent aliquam probabilitatem, ſed ea quæ communiter hominibus videntur. Deinde cum dicit.

e ¶ Soluit prædictam dubitationem. Et primo oſtendit quando ſit iuſtum ſeruire. Et ſecundo quomodo ſit expediens, ibi. {Quod igitur hęc &c.} Circa primum duo facit. Primo ponit ſolutionem. Secundo manifeſtat eam, ibi. {Principium.n. &c.} Dicit ergo primo quòd vt totaliter & complete veritatem huiuſmodi dubitationis determinemus, dicendum eſt, quòd quidam attendentes ad quoddam iuſtum, ideſt ad iuſtum ſecundum quid, quale poteſt eſſe in rebus humanis, quod quidem iuſtum lex tradit, ponunt ſeruitutem quæ ex bello prouenit eſſe iuſtā; non autem dicunt quòd omnino, ideſt ſimpliciter ſit iuſta, approbat igitur ſecundam opinionem, & exponit eam, oſtendens quòd non loquebantur de iuſto ſimpliciter, ſed de iuſto ſecundum quid, quale eſt iuſtum legis humanæ: dicitur enim iuſtum ſimpliciter, quod eſt iuſtum ſecundum ſuam naturam, iuſtum autem ſecundum quid, quod refertur ad commoditatem humanam, quam lex intendit, quia propter vtilitatem hominum omnes leges poſitę ſunt, quia igitur hoc non eſt iuſtum ſecundum naturam, quòd quicumque ab hoſtibus vincuntur ſint ſerui, cū plerumque contingat ſapientes ab inſipientibus ſuperari, dicit hoc non eſſe ſimpliciter iuſtum, eſt tamen ad commodum humanæ vitę: eſt enim hoc vtile & illis qui vincuntur, quia propter hoc a victoribus conſeruantur, vt ſaltem ſubiecti viuant, vnde & ſerui a ſeruando dicuntur, & etiam illis qui vincunt: quia per hoc homines incitantur ad fortius pugnandum, & quòd ſint aliqui fortes pugnatores expedit conuerſationi humanæ ad prohibendum multorum malitias: ſi autem potuiſſet lex humana determinare efficaciter qui eſſent meliores mente, illos proculdubio ſequens naturam dominos ordinaſſet, ſed quia hoc fieri non poterat, accepit lex aliud ſignū præeminentiæ, ſcilicet ipſam victoriam, quæ prouenit ex aliqua excellentia virtutis, & ideo ſtatuit victores eē dominos eorum qui vincunt: & ideo hoc iuſtū dicitur eſſe ſecundum quid vt poſſibile fuit legem poni, non tamen eſt iuſtum ſimpliciter, & tamen ſeruandum eſt hoc etiā homini virtuoſo ſecundum mentem, quia cum bonum cōmune ſit meliꝰ q̄ bonum proprium vniꝰ, non eſt infringendū quòd conuenit bono publico, quamuis nō conueniat alicui priuatæ perſonæ. Deinde cum dicit.

f ¶ Manifeſtat ſolutionem pręmiſſam. Et primo per rationes. Secundo per ea quæ communiter dicuntur, ibi. {Propter quod non &c.} Circa primū ponit duas rōnes. Prima eſt illud qđ ꝓuenit ex principio iniuſto non eſt ſimpliciter iuſtum: ſed principiū bellorū cōtingit eſſe iniuſtum, puta cum aliquis non habet iuſtam cauſam aſſumendi bellū, ergo ſeruitus quæ ſequitur ex tali bello nō eſt ſimpliciter iuſta. Secundā rationē ponit, ibi. {Et indignū &c.} quæ talis eſt, contingit per bellū aliquē ſuperari, cui indignū eſt ſeruire, ſed nullus pōt dicere ꝙ ille quē indignū eſt ſeruire iuſte ſit ſeruꝰ, ergo nō pōt dici, ꝙ ſeruitus quæ eſt ex bello ſimpliciter ſit iuſta: minoré aūt probat, q̇a ſi aliquis diceret iuſte ſeruū eſſe eum quem indignum eſt ſeruire, accideret qn̄q, eos qui ſunt de nobiliſſimo genere eſſe ſeruos ſi caperentur in bello, & ſi contingeret eos vendi, ſequeretur vlterius ꝙ filij eorū eſſent ſerui ex ſeruis nati, quod videtur eſſe inconueniens. Deinde cum dicit.

g ¶ Probat propoſitū per ea quę cōmuniter dicuntur. Et primo per ea quę cōmuniter dicuntur de ſeruitute. Secundo per ea quę cōmuniter dicuntur de libertate, ibi. {Eodemq; modo &c.} Circa primū duo facit. Primo proponit dictū cōe. Secūdo oñdit qualiter intelligat, ibi. {Et quidē cum hoc. &c.} Dicit ergo primo, ꝙ propter prædictū inconueniens vitandū non volūt homines dicere ꝙ nobiles homines, quando capiuntur in bello fiant ſerui, ſed ſolum barbari cum capiuntur fiunt ſerui. Deinde cum dicit.

h ¶ Oſtendit quomodo intelligatur, & dicit, quòd illi qui hoc dicunt, videntur dicere ſolum de naturali ſeruitute quæ eſt in barbaris propter defectum mentis, non autem eſt in nobilibus viris captis in bello, quia ſicut ſupra dictū eſt, neceſſe eſt ab ipſo principio

ſortita ſucceſſum, violentiā pati poteſt maxime, & eſt ſemper ſuperans in exceſſu boni alicuius, vt videatur non ſine virtute eſſe violentia.

A *maxime afferre, & ſemper id quod ſuperat, eſt in excellentia alicuius boni, ex quo fit, ut uis non abſque virtute eſſe videatur.*

d Sed de iuſto ſolum eſſe dubitationem, propter hoc enim ijs quidem beniuolentiā iuſtum eſſe videtur, his autē ipſum hoc iuſtum, meliorem principari, quoniam ſepoſitis ſeorſum his rationibus, neque forte nihil habent, neque probabile alteræ rationes, vt non oporteat melius ſecundum virtutem principari & dominari.

B *Sed circa iuſtum ſolum, eſſe ambiguitatem, propter hoc enim aliis quidem beniuolentia videtur eſſe iuſtum, aliis hoc ipſum videtur iuſtum, potentiorem dominari, diſcordantibus inuicem huiuſmodi ſermonibus, cum alteri nec ualidum quicquam, neque perſuaſiuum contineant, quòd non oporteat meliorem ſecundum virtutē præeſſe ac dominari.*

e Totaliter autem attendentes quidem, vt poſſibile ad iuſtum quoddam, lex enim iuſtū quoddam, eam quæ ſecundum bellum ſeruitutem ponunt iuſtam, omnino aut non aiunt.

C *Omnino retinentes quidam, vt aiūt, aliquid iuſti, nam lex iuſtum quid eſt, ſeruitutem quæ ex bello prouenit iuſtam poſuere, & ſimpliciter non aiūt.*

f Principium enim cōtingit nō iuſtum eſſe bellorum, & indignum ſeruire nequaquam vtiq; dicit aliquis ſeruum eſſe, ſi autē non, accidet eos qui videntur eſſe optimi generis ſeruos eſſe, & ex ſeruis ſi cōtingat vēdi captos.

*Nam fieri poteſt vt belli principium nequaquam ſit iuſtum, & indignum ſeruire nemo diceret eſſe ſeruum, alioqui continget eos qui nobiliſſimi videntur, ſeruos eſſe, atque ex ſeruis ſi contingat eos capi atque nundari.*

g Propter quod non volunt ipſos dicere ſeruos, ſed barbaros.

*Itaque iſtos non uolunt ſeruos dicere, ſed barbaros.*

h Et quidem cum hoc dicunt, nihil aliud quærunt quàm quod natura ſeruum, quod quidem a principio diximus: neceſſe enim eſt dicere aliquos eſſe, hos quidem a principio ſeruos, hos autem nequaquam.

D *Atqui cum iſta dicunt, nihil quærunt aliud quàm natura ſeruos, ut ab initio diximus, neceſſe eſt enim dicere alios ubique eſſe ſeruos, alios necubi.*

E

i Eo autem modo & de ingenuitate, ipſos quidem enim nō ſolum apud ipſos ingenuos, ſed etiam vbique putant, barbaros autem domi ſolum, tamquam ſit aliquod, hoc quidem ſimpliciter ingenuum & liberum, hoc autem non ſimpliciter, quemadmodum Theodecti Helena inquit. Ex ambab⁹ diuinis progenitricibus natam, quis vtique dignificabit addicere ſeruam?

*Eodemque modo de nobilitate, non ſolum enim apud ſeipſos nobiles, ſed ubique exiſtimant, barbaros uero domi ſolum nobiles, quaſi exiſtat alia ſimpliciter nobilitas, alia non ſimpliciter, ut Theodecti Helena inqui, Ex dijs ab utraque ſtirpe prognatam, quiſquam appellabit ſeruam?*

G

k Cum autem hoc dicant, nihil aliud quàm virtus & malitia determinant ſeruum & liberum, & nobiles, & ignobiles, dignificant enim, quemadmodum ex homine hominem, & ex beſtiis fieri beſtiam, ſic & ex bonis bonum, natura autem vult quidem hoc facere multoties, non tamen poteſt.

*Sed cum hoc aiunt, nullo alio quàm uirtute & uitio diffiniunt ſeruum & liberum, nobileſque & ignobiles, putant enim ut ex hominibus hominem & ex beſtiis beſtiam, ſic ex bonis bonum generare, ſed natura quidem hoc uult, attamen plerumque non poteſt.*

H

l Quod quidem igitur habet quandam rationem dubitatio, & non ſint ii quidem natura ſerui, ij autem liberi, palam, & quod in quibuſdam determinatum, quòd tale, quorum quidā huic expedit ſeruire, huic autem dominari, & iuſtum eſt, & oportet hunc quidem ſubijci, hunc autem principari, quo nati ſunt principatu, principari: quare & deſpotizare, male aūt inutiliter eſt ambobus, idē.n. expedit parti & toti, & corpori, & animæ, ſeruus autem pars quædam Domini, velut animatum aliqd corporis, ſeparata autem pars corporis, propter quod & expediens aliquid eſt, & amicitia ſeruo & Domino adinuicem, ijs qui natura tales dignificantur, ijs autem qui non ſecūdum hūc modum, ſed ſecundum legem & violentiam paſsis, contrariū.

*Quòd igitur hæc dubitatio habet rationem quandam, & quòd ſunt alii natura ſerui, alii liberi, manifeſtum eſt, & quòd in quibuſdam determinatum eſt, eſſe tale aliquid, quibus prodeſt & iuſtum eſt alium ſeruire, alium eſſe liberum, & conuenit alium imperare, alium parere eo imperio, quod innatum eſt, quare & dominari: male autem, utriſque inutiliter ſit, nam idem prodeſt toti & parti, & animæ & corpori, at ſeruus, pars quædam eſt domini, quaſi animatum quiddam corporis, ſed ſeparata pars, quapropter aliquid eſt quod ſimul proſit, & amicitia eſt ſeruo & domino inuicem ſecundum naturam ita diſpoſitis, illis uero qui ſecundum legem & per uiolentiam, contrarium.*

I

K

principio natiuitatis eſſe quoſdam naturaliter ſeruos, & quoſdam non. Deinde cum dicit.

i ¶ Ponit ea quæ dicunt homines de libertate. Et primo ponit dictum. Secundo oſtendit, quomodo ſit intelligendum, ibi. { Cum autē hoc dicant &c.} Dicit ergo primo, quòd ſecundum eundem modum loquuntur homines de ingenuitate, ideſt de libertate, nam ingenuus eſt, qui neque eſt ſeruus, neque libertus, dicunt enim quòd homines nobiles ſunt ingenui non ſolum cū ſunt apud ſeipſos, ideſt cum ſūt in propria domo & poteſtate, ſed etiam vbique terrarum, ſed barbari qui ſunt naturaliter ſerui propter defectum rationis, ſolum domi ſunt liberi propter defectum & carētiam dominantium, tamquā aliqui ſint ſimpliciter liberi vel ingenui ſcilicet qui ſunt bene diſpoſiti ſecundū mentem, alij autem ſecundum quid, ſicut barbari, & inducit ad confirmationē præmiſſorum verba Theodecti. Helena inquit: ex dijs ab vtraque ſtirpe prognatam quiſquam appellabit ſeruam? ſecundum errorem Gentilium, qui magnos principes, deos vocabant. Deinde cum dicit.

k ¶ Oſtendit qualiter id quod dictum eſt ſit intelligēdum, & dicit, quòd illi qui hoc dicunt, nihil aliud dicere videntur, quàm quòd libertas & ſeruitus, nobilitas & ignobilitas determinantur virtute mentis, ita quòd illi qui ſunt virtuoſi mente, ſint liberi & nobiles, qui autem ſunt vitioſi, ſunt ſerui & ignobiles, ſecundum quòd Dominus dicit in libro Regum. Qui contemnunt me erunt ignobiles, & hoc ideo, quia homines reputant dignum, quòd ſicut ex homine generatur homo, & ex beſtijs beſtia, ita ex bonis viris generetur bonus vir, & inde proceſſit honor nobilitatis, dum filij bonorum honorati ſunt tamquam ſimiles patribus in bonitate, & verum eſt quòd natura habet inclinationem ad hoc faciendum, prouenit enim ex bona corporis complexione & natura, quòd aliqui inclinantur magis vel minus ad opera virtutum vel vitiorum, ſicut aliqui naturaliter ſunt iracundi, & aliqui manſueti, & hæc quidem ſcilicet natura corporalis a patre deriuatur ad poſteros vt in pluribus, ſicut & aliæ diſpoſitiones corporales, puta pulchritudo, fortitudo, & alia huiuſmodi, ſed propter aliquod impedimentum, quandoque deficit, & ideo ex bonis parentibus naſcuntur multoties boni filij, ſed propter aliquod impedimentum non poteſt natura ſemper hoc facere, & ideo quandoque ex parentibus bene diſpoſitis ad virtutem oriuntur filij male diſpoſiti, ſicut ex parentibus pulchris turpes filij, & ex

1. Reg. 2.

F magnis parui: contingit autem quòd filij diuerſificantur a parentibus in bonitate vel malitia, non ſolum propter diſpoſitionem naturalem corporis, ſed etiam propter rationem, quæ non ex neceſſitate ſequitur naturalem inclinationem: vnde contingit, quòd homines qui ſunt ſimiles parentibus in diſpoſitione naturali, propter aliam inſtructionem & conſuetudinem, ſunt in moribus diſſimiles: ſi igitur bonorum parentum filij ſint boni, erunt nobiles & ſecundum opinionem & ſecundum veritatem, ſi autem ſunt mali, erunt nobiles ſecundū opinionem, ignobiles autem ſecundum rei veritatem, econtrario autem eſt de filijs malorum. Deinde cum dicit.

l ¶ Oſtendit, quomodo ſeruire aliquibus ſit expediens vel non, concludens epilogando ex præmiſſis, quòd dubitatio, quæ ſupra mota eſt, habet quandam rationē, ita quòd quædam libertatis & ſeruitutis diſtinctio nō eſt ſecundum naturam, ſed ſecundum legem, ſed in quibuſdam diſtinguitur per naturam, & in talibus expedit, huic quod ſeruiat, & illi quòd dominetur, & hoc etiam iuſtum eſt. Et hoc probat, quia opportunum eſt, quòd vnuſquiſque ſubijciatur vel principetur, ſecundum quòd habet aptitudinem naturalem, vnde & his qui habent aptitudinem naturalem ad hoc, expedit quòd dominent ſeruis, ſed ſi male dominentur, & contra aptitudinē naturalem, inutile eſt ambobus, quod probat per hoc, quia videmus quòd idem expedit parti & toti ſcilicet vt pars contineatur in toto, & ſimiliter corpori & animę, vt ſcilicet corpus regatur ab anima: quòd autem ſeruus comparetur ad dominum ſicut corpus ad animam ſupra dictum eſt, ſed quòd etiam comparetur ad ipſum, ſicut quædam pars eius, ac ſi eſſet quoddam organum animatum, quod eſſet quædam pars corporis ſeparata, hoc enim diſtinguit ſeruum a parte vt dictum eſt, & ideo patet ex præmiſſis, quòd ſeruo & domino, qui ſunt digni eſſe tales ſecundum naturam, expedit adinuicem quòd vnus ſit dominus, & alius ſeruus, & ideo poteſt eſſe amicitia inter eos, quia communicatio duorum in eo quòd expedit vtrique, eſt ratio amicitiæ: ſed illi qui non ſic ſe habent adinuicem ſecundum naturam, ſed ſolum ſecundum legem & violentiam, contrario modo ſe habent, quia non habent amicitiam adinuicem, nec expedit eis, quòd vnus ſit dn̄s & alius ſeruus.

LECTIO



# LECTIO V.

Poſtquam Philoſophus inquiſiuit de veritate opinionis ponentis ſeruitutem non eſſe naturalem, hic accedit ad inquirendum de alia opinione ponente, quod dominatiua eſt eadē politicæ, & quòd eſt ſcientia quædam. Et primo excludit primum modum. Secū do ſecundum ibi. { Deſpotes quidem igitur &c.} Circa primum duo facit. Primo oſtēdit quòd deſpotica, ideſt dominatiua non eſt idem, quòd politica. Secundo, quòd œconomica non eſt idē quòd politica, ibi. { Et Oeconomica qdē &c.} Dicit ergo prīo, quod ex prædictis poteſt eſſe manifeſtū, falſam eſſe opinionem quorundam qui dicebant, quod deſpotica, ideſt dominatiua & politica, & quilibet principatus ſunt vnum adinuicē, quia politica eſt principatus eorum, qui ſunt liberi ſecundum naturam. Deſpotica autem eſt principatus ſeruorum: dictū eſt autē ſupra, quòd ſecundum diuerſitatem ſubiectorum & principantium eſt diuerſitas prīcipatiua, ita quòd meliorū ſubiectorū eſt melior principatus, non eſt ergo idem principatus, deſpotica & politica, ſed politica eſt præeminentior. Deinde cum dicit.

b ¶ Oſtendit differentiam politicæ ad œconomicam, ſub qua deſpotica continetur, cum deſpotica ſit principatus ſeruorū. Oeconomica vero omnium qui habitant in domo, quorum quidam ſunt ſerui & quidam liberi, differt ergo œconomica a politica in hoc, quòd œconomica eſt quædam monarchia, ideſt principatus vnius, omnis enim domus regitur ab vno qui eſt paterfamilias, ſed politica eſt princi patus liberorum & ęqualium: vnde commutantur perſonæ principantes & ſubiectæ propter ęqualitatem, & conſtituuntur etiam plures principatus vel in vno, vel in diuerſis officijs: videtur autem hæc differentia non eſſe conueniens. Primo quidem, quia non omnis œconomica videtur eſſe monarchia, ſed ſolum cum pater domū regit, cum vero vir & vxor dominantur eſt ariſtocratia, cum vero fratres in domo eſt chimocratia vel politica, vt dicitur in Octauo Ethi. Secundo etiam quia monarchia eſt vna politicarū, vt in Tertio dicetur. Dicendum autem ad primum, quòd Philoſophus loquitur hic de domus principatu ſecundum optimum ſuum ſtatum qui perſeuerare poteſt, quòd autem fratres principentur in domo, hoc non eſt ad ſemper, ſed quouſque hereditatem diuidant, & vnuſquiſque domum ſuam regat. Principatus autem vxoris in domo non eſt ſimpliciter: ſed ſecundum qd: cum & ipſa ſit ſubiecta viro, & ſi aliter accidat eſt inordinatio & corruptio domus. Ad ſecundum dicendum, quòd hic loquitur de principatu politicę, ſecundum quòd politicum diſtingui

A tur a regali, vt ſupra habitum eſt. Deinde cum dicit.

c ¶ Improbat prædictam opinionem quantum ad hoc, quòd ponebat deſpoticam eſſe ſcientiam. Et primo oſtendit, quòd nō eſt ſcientia. Secundo, quòd habet quandam ſcientiam adiunctā, ibi. { Scientia autē &c.} Dicit ergo primo, quòd deſpotes non dicitur ſecundū ſcientiā, quia ſcilicet ſciat dominari, ſed ex eo quòd eſt ſic diſpoſitus ſecundum naturā vel legē quòd dominetur. Et ſimiliter dicendum eſt de ſeruo & libero, ſed deſpotica eſt qua aliquis denominatē deſpotes, ergo deſpotica non eſt ſcientia. Deinde cum dicit.

d ¶ Oſtendit quòd deſpotica habet ſciētiam adiunctam. Et circa hoc duo facit. Primo proponit qđ intendit, dicēs, quòd eſt quædam ſcientia deſpotica, ideſt dominatiua, & quædā ſeruilis. Scđo ibi { Seruilis qualē q dē &c.} Manifeſtat de vtraque, & primo de ſeruili. Secundo de deſpotica, ibi. { Deſpotica aūt ſciētia &c.} Dicit ergo primo, quod ſeruilis ſcientia eſt qualem quidam in ciuitate Siracuſanorū docuit, qui accepto præcio docuit pueros quædam ancillaria miniſteria, ideſt docuit eos facere q̄dam miniſteria, quæ ancillæ facere conſueuerunt vel alij ſerui, & hæc ſciētia ad plus ſe extendit quàm ad præparanda pulmenta, & alia huiuſmodi miniſteria facienda, quorum tamen miniſteriorum differētia attenditur ſecundū duo, ſcilicet ſecundum dignitatem & neceſſitatem: quædā enim ſunt honorabiliora, tamen minus neceſſaria, ſicut miniſterium de delicatis cibarijs præparandis, quędam autem ſunt miniſteria magis neceſſaria, ſed minus honorabilia, ſicut miniſterium de pane faciendo, vnde & prouerbium inoleuit, quòd nō omnes ſerui ſunt ęquales, ſed ſeruus præfertur ſeruo, ſicut dominus domino, quia igitur talia miniſteria ſunt ſeruorum, manifeſtum eſt, quòd omnes tales ſcientiæ ſunt ſeruiles, vnde ad harum differentiam dicuntur aliquæ artes liberales, quæ deputantur ad actus liberorum. Deinde cum dicit.

e ¶ Manifeſtat quæ ſit deſpotica ſcientia, & circa hoc tria facit. Primo manifeſtat propoſitum. Secundo oſtendit conditionem deſpoticæ ſcientiæ, ibi. { Eſt autem hæc ſcientia &c.} Tertio agit de quadam ſcientia affini, ibi. { Acquiſitiua autē altera &c.} Dicit ergo primo, quòd deſpotica ſcientia dicitur per quam aliquis ſcit bene vti ſeruis, non autem illa per quam aliquis acquirit ſeruos, & hoc probat per hoc, quòd aliquis dicitur deſpotes, ideſt dominus, non in poſſidendo, ideſt in acquirendo ſeruos, ſed magis in hoc quòd vtitur ipſis. Deinde cum dicit.

f ¶ Oſtendit conditionē huius ſcientiæ, & dicit, quòd hæc ſcientia non eſt magnæ ęſtimationis, aut venerationis, & hoc probat primo per rationem, quia ſcilicet dominatiua ſcientia in hoc

## LECTIO V.

Manifeſtum autē & ex ijs, quoniam non idē eſt deſpotica & politica, nec omnis ad inuicem principatus, ſicut quidam aiunt, hic quidem enim liberorum natura, hic autem ſeruorum.

b Et Oeconomica quidem monarchia: ab vno enim regiē omnis domus, politica autē liberorum & ęqualium principatus.

c Deſpotes quidem igitur non dicitur ſecūdum ſcientiam, ſed eo quòd talis ſit, ſimiliter autē & ſeruus & liber.

d Scientia autem vtique erit, & Deſpotica, & ſeruilis. Seruilis quidē, qualē quidem, qui in Syracuſis erudiuit, ibi enim accipiens quis precium, docuit ancillaria miniſteria pueros, erit autem vtique & ad plus horum diſciplina, velut pulmentaria & alia talia genera miniſtratiōis, ſunt enim alia alijs, hæc quidē honorabiliora opera, hæc autē neceſſariora, & ſecundum prouerbium, ſeruus ante ſeruum, vt domin⁹ ante Dominū, tales quidē igitur oēs ſeruiles ſciētię ſūt.

e Deſpotica autem ſcientia eſt, quę eſt vſiua ſeruorum. Deſpotes enim, non in poſsidendo ſeruos, ſed in vtendo ſeruis.

f Eſt autē hæc ſcientia nihil magnum habens, neque venerandum, quæ enim oportet ſeruum ſcire facere, illum oportet hæc

## LECTIO V.

*Patet autem ex his, quòd non idem eſt dominatio & gubernatio Reipublicæ, nec omnes inter ſe principatus, vt quidam aiunt, nam aliud liberorum ſecundum naturam, aliud ſeruorum eſt.*

B

*Et in re familiari imperium eſt vnius, nam ab vno regitur omnis domus, in Rep. autem liberorum & æqualium eſt gubernatio.*

*Dominus ergo non dicitur ſecundum ſcientiam, ſed quia eſt talis, eodemq; modo & ſeruus & liber.*

*Scientia vero eſt liberalis & ſeruilis, ſeruilis, qualem Siracuſis ille docebat, nam ibi quidam mercede pueros docebat ſeruitutem, ceu coquinariam, & alium huius generis famulatum: ſunt autem miniſteria aliorum quidem honeſtiora, aliorum vero neceſſaria magis, & vt eſt in prouerbio, ſeruus præ ſeruo, dominus præ domino: hæ igitur omnes ſcientiæ ſeruiles ſunt.*

C D

*Domini autem ſcientia eſt, per quam utitur ſeruis, nam dominus eſt non in poſſidendo ſeruos, ſed in utendo.*

*Continet autem hæc ſcientia nō magnum aliquid, neque glorioſum, quæ enim ſeruum ſcire facere oportet, illum oportet ſcire iubere: itaque qui-*

E

hoc conſiſtit, vt homo ſciat vti ſeruis præcipiendo eis, & hoc non eſt magnum; eadem enim ſunt quæ ſcire oportet ſeruum ad faciendum, & dominum ad pręcipiendum, vnde patet quòd non eſt magni momenti talis ſcientia. Secundo manifeſtat idem per conſuetudinem humanam, quia enim hæc ſcientia non reputatur alicuius momenti, ideo quicumque poſſunt ſe expedire, vt non patiantur hoc malum, ideſt vt non impediantur circa curam ſeruorũ, ipſi expediunt ſe, & vacant vel vitæ politicæ, ſeu ciuili, vel vitæ philoſophicæ: curam autem ſeruorum committunt alicui procuratori. Deinde cum dicit.

g ¶ Quia dixerat, ꝙ deſpotica ſciẽtia nõ conſiſtit in acquirendo ſeruos, ſubdit, ꝙ quædam alia ſcientia eſt acquiſitiua ſeruorum, quæ differt a ſeruili, & a dominatiua: & hæc eſt multiplex. Exemplificat autem de duabus, per quarum vnam acquirit homo homines ĩ ſeruos, & hæc eſt ſcientia peragendi iuſta bella, in quibus qui capiuntur, iure ſerui efficiuntur, ſi autẽ bellum eſſet iniuſtũ, non eſſet iuſta acquiſitio ſeruorum, vnde non eſſet ſecũdũ ſciẽtiam: alia autem ſciẽtia eſt, per quam homo acquirit beſtias ĩ ſeruos, & iſta eſt ſciẽtia venandi: vltimo autem epilogãdo cõcludit, quòd de domino & ſeruo intantum determinatũ ſit.

præcipere. propter quod quibuſcumque poteſtas, quòd non ipſi malum patiantur: procurator accipit hunc honorem, ipſi autem ciuiliter viuunt, aut philoſophantur.

g Acquiſitiua autem, altera ab vtriſque ijs, velut quæ iuſti bellica, q̃dã exiſtẽs, aut venatiua, de ſeruo quidem igitur & Dño, determinatum ſit hoc modo.

*buſcumque eſt facultas a laboribus ceſſandi: vicarius quidem hunc honorem ſuſcipit, ipſi vero aut Reipublicæ adminiſtrandæ, aut ſtudiis philoſophiæ intendunt.*

G *Acquirendi uero diſciplina, alia eſt ab vtraque iſtarum, ceu bellica quædam iuſta, aut venatica: de ſeruo igitur & domino in hunc modum determinatum ſit.*

## LECTIO VI.

Totaliter autẽ de omni poſſeſsione & pecuniaria contemplabimur, ſecundum ſubinductum modũ, quoniam quidem & ſeruus poſſeſsionis pars quædam erat. H

b Primum quidem igitur dubitabit aliquis, vtrum pecuniatiua eadem ſit Oeconomicæ, aut pars quædam, aut ſubminiſtratiua: & ſi ſubminiſtratiua, vtrũ vt pectini factiua textili, aut ſicut æraria ſtatuificæ, non enim ſimiliter ſeruiunt, ſed hæc quidem organa exhibet, hæc autem materiam, dico autem materiã quod ſupponitur, ex quo aliq̃d perficitur opus, puta textori q̃dem lana, ſtatuifico autem æs. I

c Quòd quidem igitur non eadem Oeconomica pecuniatiuæ palam, huius quidem enim eſt acquirere, huius autem vti, q̃d enim erit, quod vtitur ijs, quę ſecundum domum, præter Oeconomicam?

d Vtrum autem pars ipſius ſit quædam, aut altera ſpecies, habet dubitationem.

## *LECTIO VI.*

*Totaliter autem de vniuerſa poſſeſſione & quæſtu intuebimur, ſecundum antecedentem modum, quando & ſeruus poſſeſſionis erat pars.*

*Primum igitur dubitaret vtique aliquis, vtrum illa diſciplina, quæ ad acquirendum ſpectat, idem ſit quod res familiaris, vel pars aliqua eius, vel miniſtra: & ſi miniſtra, utrum quæmadmodum pectinaria textoriæ: aut quemadmodum æraria ſtatuariæ, non enim eodem modo ſubminiſtrant, ſed altera quidem organa præbet altera materiam, dico autem materiam, ceu id quod ſubiacet, ex quo aliquod perficitur opus, ceu textori lana, ſtatuario æs.*

*Quòd quidem igitur non ſit eadem rei familiaris diſciplina, illi quæ pertinet ad acquirendum, manifeſtum eſt, nam huius quidem parare eſt, illius uero uti; quæ enim utitur his, quæ ſunt in domo, niſi rei familiaris diſciplina?*

*Sed utrum ſit eius pars, uel alia ſpecies, dubitationem habet.*

## LECTIO VI.

Oſtquam Philoſophus determinauit de domino & ſeruo, qui eſt poſſeſſio quædam, hic determinat conſequenter de omni poſſeſſione, Et diuiditur in partes duas. In prima determinat de ea quantũ ad ſcientiam. In ſecunda quantum ad vſum, ibi. { Quoniam autem quę ad ſcientiam &c. } Circa primum duo facit. Primo dicit de quo eſt intentio. Secundo mouet dubitationem, ibi. { Primũ quidẽ igitur dubitabit &c. } Dicit ergo primo, ꝙ quia dictum eſt de ſeruo, quòd ſeruus eſt quædam poſſeſſio, oportet conſiderare eo modo, quo tractauimus de ſeruo, vniuerſaliter de omni poſſeſſione, & de arte, quæ eſt de pecunijs. Deinde cum dicit.

b ¶ Mouet quaſdam dubitationes. Primo mouet eas. Secundo incipit eas ſoluere, ibi. { Quòd quidem igitur &c. Prima autem dubitatio diuiditur in duas, quarum prima eſt, vtrum ars pecuniatiua, ideſt acquirendi pecunias ſit omnino eadem œconomicæ, vel ſit potius pars quædam ipſius, aut non ſit eadem, neque pars, ſed potius ſubminiſtratiua: manifeſtum eſt enim, quòd pecuniatiua aliquo modo ad œconomicam pertinet, vnde oportet quòd aliquo iſtorum modorum ſe habeat ad eam, non autem idem eſt, quòd aliqua ars ſit pars alterius, & quòd ſit ſubminiſtratiua ei, nam ars dicitur eſſe pars alterius artis, quæ F conſiderat partem eius, quam conſiderat alia ars, ſicut ars quæ facit cultellum, eſt ars fabrilis, quia cultellus eſt quædam ſpecies operum ex ferro factorum. Ars autem ſubminiſtratiua dicitur, quæ facit aliquid in miniſterium alterius artis, ſicut ars quę fundit ferrum, ſubminiſtrat arti fabrili, & quia pecunia eſt in miniſterium domus, ideo magis videtur eſſe ſubminiſtratiua quàm pars, & ideo mouet ſecundam dubitationem, inuenitur enim, ꝙ vna ars miniſtrat alij dupliciter: vno modo præparando ei organum quo operatur, ſicut ars quæ facit pectinem cũ quo texitur, miniſtrat arti textili proprium inſtrumentum, alio modo, quia exhibet ei materiam qua operatur, ſicut ars quæ pręparat æs deſeruit arti, quę facit ſtatuam ex ære, & illa quæ præparat lanam deſeruit textori, eſt ergo dubitatio, vtrũ ars acquirendi pecuniam deſeruiat œconomicę, ſicut pręparans materiam, vel ſicut pręparans inſtrumentum. Deinde cum dicit.

c ¶ Incipit ſoluere prædictas dubitationes. Et primo oſtendit, quòd pecuniatiua non eſt eadem œconomicæ. Secundo inquirit, vtrum ſit pars eius, aut ſubminiſtratiua, vel potius ſit aliq̃d extraneum ab eã, ibi. { Vtrum autem pars ipſius &c. } Primo ergo ſoluit primam dubitationem, oſtendens quòd pecuniatiua nõ ſit omnino eadem œconomicæ, quia ad pecuniatiuã pertinet acquirere pecunias, ad œconomicam autem pertinet vti eis, nulla enim alia ars eſt, ad quã pertineat vti eis quæ ſunt vtilia domui, niſi œconomicæ, manifeſtum eſt autem etiam in alijs, K quòd ars quæ neceſſaria eſt, alia ab ea quę facit vel acquirit, ſicut ars gubernatoria, eſt alia a nauifactiua, ergo œconomica eſt alia a pecuniatiua, ex quo etiam manifeſtum eſt, quòd pecuniatiua magis eſt miniſtratiua quàm pars: ſemper enim ars factiua deſeruit arti vtenti, ſicut quæ facit frænum militare. Ex quo etiam manifeſtum fit, quòd pecuniatiua magis ſubminiſtrat per modum præparantis inſtrumenta, quàm per modum præparantis materiam. Pecunia enim & omnes diuitię ſunt quædam inſtrumenta œconomicæ, vt infra dicetur. Deinde cum dicit.

d ¶ Inquirit, vtrum pecuniatiua ſit pars œconomicæ vel aliquid extraneum ab ipſa, & diuiditur in partes duas. In prima mouet dubitationem. In ſecunda proſequitur eam, ibi. { Si enim eſt pecuniatiui &c. } Dicit ergo primo, quòd cum pecuniatiua non ſit eadem œconomicæ, quæ vniuerſaliter vtitur diuitijs & poſſeſſionibus, dubitari poteſt, vtrum pecuniatiua ſit quędam pars ipſius œconomicæ, aut ſit altera ſpecies ab œconomica. Deinde cum dicit.

e ¶ Proſe-



e ¶ Proſequitur prædictam dubitationem. Et primo oſtendit differentiam pecuniatiuæ ad aliam poſſeſſiuam. Secundo determinat propoſitam quæſtionem, ibi. { Palam autem & quòd dubitant &c. } Circa primum tria facit. Primo mouet dubitationem de differentia pecuniatiuæ ad alias poſſeſſiuas. Secundo determinat de alia poſſeſſiua, ibi. { Inſuper ſpecies multæ ciborum &c. } Tertio determinat de pecuniatiua, ibi. { Eſt aliud genus &c. } Dicit ergo primo, quòd cum ad pecuniatiuã pertineat conſiderare, vnde pecuniæ acquirantur, multa autem alia poſſidentur pręter pecuniam, ſicut terræ naſcentia, & alia huiuſmodi, quæſtio eſt de agricultura, per quam aliquæ diuitiæ acquirũtur, vtrum ſit quædam pars pecuniatiuæ, vel aliud genus artis, & quia agricultura ordinatur ad acquirendum cibum, eadẽ quæſtio poteſt moueri de arte, quæ ordinatur ad acquirendum vniuerſaliter, Deinde cũ dicit.

f ¶ Soluit propoſitam quæſtionem. Et primo diuidit acquiſitionem ciborum in multas partes. Secundo oſtendit qualis ſit ibi. { Talis quidem igiť acquiſitio &c. } Circa primum duo facit. Primo oſtendit diuerſitatem ciborum in animalibus. Secundo in hominibus, ibi. { Similiter autem & hominum &c. } Dicit ergo primo, quòd multæ ſunt ciborum ſpecies, & ex hoc diuerſificantur modi viuẽdi, tam in animalibus, quàm in hominibus, cum enim nõ ſit poſſibile viuere ſine cibo, neceſſe eſt quòd ſecundum differentiam ciborum differat modus viuẽdi in animalibus: videmus enim quòd quædã beſtiæ viuunt congregata in multitudine, & quædam viuunt diſperſa & ſeparata ſecundum ꝙ expedit ad cibum ipſorum: quædã enim ipſorum ſunt comedentia animalia, quędam vero comedunt fructus, quædam vero comedunt indifferenter omnia, vnde non diſtinxit vitas eorũ, ſed cibos quos eligunt naturaliter, & ſecundum quòd vi- A uunt in deſidia vel in pugna, nam ea quæ comedunt alia animalia, oportet eſſe pugnatiua, & quòd diſperſa viuant, aliter enim non poſſent cibum inuenire, ſed animalia quæ comedunt cibũ, qui de facili poteſt inueniri, viuunt ſimul. Et quia in quolibet dictorum generum diuerſa ſunt delectabilia diuerſis animalibus, non enim omnia animalia comedentia carnes delectantur in eiſdem carnibus, & ſimiliter nec omnia animalia comedentia fructus, delectãtur in eiſdem fructibus, inde contingit quòd etiã animalium quæ comedunt carnes, ſunt diuerſi modi viuendi, & ſimiliter eorũ quæ comedunt fructus. Deinde cum dicit.

g ¶ Oſtendit diuerſitatem ciborum in hominibus, & dicit quòd etiam ſecundũ diuerſitatem ciborũ in multis differunt vitæ hominum: tripliciter enim acquirunt aliqui nutrimẽtum, quidam acquirunt cibum, & neque laborant, neque deprędantur, & iſti ſũt ocioſiſſimi, & iſti ſũt, ſcilicet paſtores, quia cibus qui fit a domeſticis animalibus, puta ab ouibus, abſque labore fit hominibus viuentibus in ocio, ſed habent ſolum laborem hunc, quòd cum fuerit neceſſariũ pecoribus propter paſcua tranſire de loco ad locum, tunc & ipſi coguntur ſæpe tam quam ſi colerent quẽdam agrum, qui viueret & moueretur, alij vero ſumunt nutrimentum ex præda, vel quam acquirunt ab hominibus ſicut latrones, vel quam acquirunt ex aquis ſtagnorum, paludum, fluuiorũ, & in alijs, ſicut piſcatores, vel ex agris & ſiluis, ſicut venatores auiũ & beſtiarum. Tertium genus viuendi eſt, quod pluribus hominum conuenit, quòd viuunt ex his quæ naſcuntur in terra, & ex domeſticis fructibus, & iſti habent cibum elaboratum. hę igitur vt plurimum ſunt vitæ hominum, præter eos enim qui habent cibum elaboratum & qui viuũt de negociatiõe, de qua infra agetur, ſunt quatuor vitę ſimplices, ſcilicet paſcualis, furatiua, piſcatiua

e Si enim eſt pecuniatiui videre, vnde pecuniæ & acquiſitio erit, poſſeſsio autem, multas complectitur partes, & diuitię itaque primum agricultura, vtrũ pars quędam pecuniatiuæ, aut alterum quoddam genus, & vniuerſaliter quæ circa cibum cura & acquiſitio.

f Inſuper ſpecies multæ ciborũ, ꝓp quod & multæ vitæ, & animalium & hominũ ſunt, non.n. poſsibile eſt viuere ſine cibo, quare ciborũ differẽtiæ, vitas fecerũt differẽtes animaliũ: beſtiarũ.n. hæc quidẽ gręgalia, hęc autẽ diſperſa, vtro modo expedit ad cibum ipſis. propter hoc qui quidem eſſe animaliphaga, hæc autem fructiphaga, hæc aũt omniphaga ipſorũ eſſe, itaq; ad deſidias & electionem horum, natura vitas ipſorum determinauit: quoniã autẽ non idẽ vnicuiq; delectabile ſecundũ naturã, ſed altera alteris, & ipſorum animaliphagorũ & fructiphagorũ vitæ ad inuicem differunt.

g Similiter aũt & hominũ, multis.n. differũt horũ vitæ, qui quidẽ.n. ocioſiſsimi, paſcuales ſũt, qui.n. a domeſticis animalibꝰ, cibus ſine labore fit vacãtibus, cũ aũt fuerit neceſſariũ tranſmigrare pecoribꝰ propter paſcua, & ipſi cogũtur coaſſequi, tamquàm agriculturã viuentẽ colẽtes: alij aũt ex præda viuunt, & prędas alij alias, puta, ij quidẽ a latrocinio, ij aũt a piſcatione, quicumque circa ſtagna, & paludes, & fluuios, & mare tale habitant, ij aut ex auibus, aut beſtijs ſylueſtribus: plurimum autẽ genus hominũ extra viuit, & domeſticis fructibus. vitæ quidẽ igitur fere tot, quicumq; quidẽ ſpõte natã habẽt elaborationẽ, & nõ per cõmutationẽ & negociationẽ ferũt alimẽtũ, paſcualis, furatiua, & piſcatiua, & venatiua, alij autẽ & miſcẽtes ex ijs, delectabiliter viuũt, conſupplentes defectiſsimã vitã quæ fuerit deficiens, ad per ſe ſufficientem eſſe, puta hi q̃dẽ paſcualẽ ſimul & furatiuã, ij aũt agriculturã & venatiuã, ſimiliter autẽ etiã circa alias, quocumq; opportunitas cõpellat hoc modo degunt.

*Nam ſi eſt diligentis patris familias uidere quomodo pecuniæ & poſſeſſio adſint. Poſſeſſio autem & pecuniæ multas complectuntur partes, itaque primum dubitatio eſt, agricultura, utrum pars aliqua ſit illius diligentiæ, an aliud quoddam genus & totaliter circa alimentum cura & acquiſitio.* B

*Atqui ſpecies alimentandi multæ ſunt, nam & uitæ plures ſunt animalium & hominum, non enim fieri poteſt ut uiuatur ſine alimento: itaque diuerſitates alimentorum diuerſas faciunt animalium uitas, nam ferarum quidem aliæ grægales ſunt, aliæ ſoliuagæ, ut hoc uel illo modo illis conducit ad uictum, quoniam aliæ uiuis animalibus, aliæ fructibus, aliæ cunctis* C *paſcuntur: quare ad facultatem uictus atque delectum earum, uitas natura diſtinxit: cum uero non idem cuique dulce ſit ſecundum naturam, ſed aliis alia, & illarum quæ animalia, & illarum quæ fructus comedunt, uitæ inter ſe differunt.*

*Hoc idem eſt in hominibus, differunt enim eorum uitæ, nam pigerrimi qui ſunt, paſtoralem uitam ſequuntur, quoniam a manſuetis anima-* D *libus ſine labore educatio prouenit ocioſis, cumque ſit neceſſe mutare locum animalibus, & ipſi coguntur unà ſequi, quaſi agriculturam quandam uiuam colentes: alii uero ex præda uiuunt, & præda quidem alia alii, ceu alii uenantes, alii piſcantes, ut qui paludes, & ſtagna, & flumina, & mare accolunt, alii ab auibus, & feris, ſed maxima pars hominum a terra uiuit, & a fructibus non ſilueſtribus. uitæ igitur fere tot ſunt, quot ſe-* E *cundum propriam & innatam habent operationem, non per commutationem & commertia ſibi præparant alimentum, paſtoralis, agricultura, prædatoria, piſcatoria, uenatoria: ſunt & qui iſta miſcentes iucunde uiuant, ſupplentes deficientem uitam, qua deficiens eſt, ut ſufficientia adſit, ceu paſtoralem ſimul quidam & prædatoriam, alii agriculturam & uenationem, eodem modo & circa alias, ut indigentia compellit, in hunc modum degunt.*

piſcariua & venatiua, vt ex dictis patet, ſed cum vita hominum ſit deficientiſſima, eo quòd multis indiget, quidam ad hoc quòd per ſe ſibi ſufficiant, exercent ſimul & miſcent prædictas vitas, & ita delectabiliter viuunt, ſupplentes ſibi ex vna quod deeſt ſibi ex altera, ſicut quidam exercentes ſimul vitam paſcualem & furatiuam, quidam ſimul agriculturam & venatiuam, & ſimiliter alias vitas ſecundum quòd vnicuique eſt opportunum. Deinde cum dicit.

h ¶ Oſtendit qualis ſit prædicta poſſeſſiua, quę eſt acquiſitiua cibi. Et primo oſtēdit quòd eſt naturalis. Secundo quòd eſt pars œconomicæ, ibi. { Vna quidem igitur acquirendi ſpecies &c. } Tertio quòd non eſt infinita, ibi. { Et vidētur veræ diuitiæ &c. } Circa primum ponit talem rationē, ſicut natura prouidet animalibus ſtatim ī prima eorum generatione, ita & poſtquam eorum generatio fuerit perfecta. Prouidet autem eis de nutrimento in prima eorum generatione, & hoc patet in diuerſis animalibus, ſunt .n. quędam animalia nō generātia animal p̄fectū, ſed faciūt oua, ſicut aues, vel vermes quoſdā loco ouorū, ſicut patet in formicis & in apibus, & ī alijs huiuſmodi, & huiuſmodi animalia ſimul pariunt cū proprijs fœtibus tantum de nutrimento, quātum ſufficere poſſit, quouſque animal generatum perueniat ad perfectum, ſicut patet in ouo, cuiꝰ rubeum cedit in nutrimentum pulli, qui generaꞇ ex albo oui, & hoc quandiu pullus eſt intra teſtam, ſimile eſt in vermibus, quędam autem animalia ſunt, quæ generant animal perfectum, ſicut equi, & alia huiuſmodi, & in talibus, animalia q̄ pariunt, habent vſq; ad aliquod tempus cibum in ſeipſis ad nutrimētum genitorū, qui quidem cibus vocatur lac, & ſic patet, quòd in prima generatiōe, natura prouidet animalibus de cibo, vnde manifeſtū eſt, quòd poſtquam iam animalia ſunt perfecta, natura prouidit eis de cibo, ita quòd plantæ ſunt propter alia animalia, vt ex eis nutriantur, alia vero animalia ſunt propter homines, domeſtica quidem & propter cibum, & propter alias vtilitates, ſylueſtria vero & ſi non omnia, tamen plurima eorum cedunt in cibum hominis, vel aliquo alio modo in auxilium eius, inquantum homo ex eis acquirit veſtitum, ſcilicet de pellibus eorum, F vel etiam alia inſtrumenta, vt puta de cornibus, oſſibus, aut dentibus, & ſic manifeſtum eſt, quòd homo indiget ad ſuam vitam alijs animalibus & plantis: ſed natura, neque dimittit aliquid imperfectum, neque facit aliquid fruſtra. ergo manifeſtum eſt, quòd natura fecit animalia & plantas ad ſuſtentationem

h Talis quidē igitur acquiſitio, ab ipſa videtur natura data omnibus, ſicut ſecundum primam generationem, mox ſic & ſecūdū perfectā: etenim ſecundū eā quæ a principio generationem, hæc quidem animaliū coepariunt tantum alimentū, vt ſufficiēs ſit quouſq; vtiq; poſsit ipſum ſibi ipſi acquirere quod generatū eſt, velut quæcūq; viuificāt, aut ouificāt: quæcūq; autē animalificāt, pro genitis habēt cibum in ſe ipſis ad tēpus, vocatam lactis naturā: quare ſimiliter palā, quoniā & genitis exiſtimandū, plātas animaliū gratia eſſe, & alia aīalia hominū gr̄a, domeſtica quidem, & propter vſum & propter cibū: ſylueſtriū autē, quàmuis nō alia oīa, tamē plurima cibi & alterius auxilij gr̄a, vt & veſtis & alia organa fiāt ex ipſis. Si igiꞇ natura nihil, neq; imperfectū facit, neq; fruſtra, neceſſariū, hominū gratia, ipſa oīa feciſſe naturā: propter quod & bellica natura acquiſitiua, aliqualiter erit, prædatiua.n. pars ipſius, qua oportet vti & ad beſtias, & ad homines quicumq; nati ſubici nō volūt, tamquàm natura iuſtum ſit hoc prędatiuū bellum & primum.

i Vna quidem igitur ſpecies ſecundum poſſeſsiuæ naturā, Oeconomicæ pars eſt, quam oportet, aut exiſtere, aut acquirere ipſam vt exiſtat, quare eſt theſaurizatio rerum ad vitam neceſſariarū, & vtilium in communionem ciuitatis, aut domus.

k Et vidētur veræ diuitiæ ex ijs eſſe, poſſeſsionis enim talis p̄ ſe ſufficientia ad bonā vitā, non infinita, ſicut Solon inquit poetizans, diuitiarū nullus terminus præfinitus viris ponitur. Poniꞇ eñ quēadmodū & alijs artibꝰ, nullū n. organū infinitū, nullius eſt artis, neque multitudine, neque magnitudine, diuitiæ autē

*Talis igitur acquiſitio ab ipſa uidetur natura hominibus data, vt ſtatim poſt genituram, ſic etiam ad perfectionem deductis, nam ab ipſo generationis initio, quædam animalium ſimul exprimunt tantum alimenti, vt ſufficiat donec poteri; ſibiipſi acquirere quod generatum eſt, vt quæcumque* G *ex putredine, uel ex ouis generantur: quæ uero pariunt uiuentia, alimentum habent in ſeipſis ad natorum educationem, uſque ad tempus quoddam, quam lactis naturam dicimus, quare ſimiliter eſt de perfectis quoque exiſtimandum, plantaſque animalium eſſe gratia, & cætera animalia hominum cauſa, manſueta quidem propter utilitatem & cibum, fera uero & ſi non omnia, at plurima illorum propter cibum, & alia adiumenta,* H *ut ueſtis, ac cætera inſtrumenta ex illis fiant. Si igitur natura nihil, neque imperfectum facit, neque fruſtra, neceſſarium eſt illa omnium hominum gratia feciſſe naturam: quapropter & bellica, ſecundum naturam quodammodo acquiſitiua erit, nam & uenatoria pars illius eſt, qua uti oportet contra beſtias, & contra eos homines, qui ad parendum nati ſunt, nec uolunt parere, ut natura id bellum iuſtum exiſtat.*

I

*Vna igitur acquirendi ſpecies ſecundum naturam, pars eſt rei familiaris, quam oportet ſubeſſe iam, aut illam parare, quo ea ſubſint, quarum eſt comparatio rerum in uita neceſſariarum, & utilium ad ſocietatem ciuitatis & domus.*

*Et uidentur ueræ quidem diuitiæ ex his conſtare, nam ſufficientia huius* K *poſſeſſionis, ad uitam bonorum non infinita eſt, ut Solon carminibus inquit. Diuitiarum nullus eſt finis conſtitutus hominibus, at certe cōſtitutus eſt, ut in alijs artibus: nullum .n. inſtrumentū cuiuſquam artis infinitum eſt, neq; multitudine, neque magnitudine, diuitiæ autē ſunt multitudo inſtrumentorum*

hominum, ſed quando aliqs acquirit id, quod natura propter ipſum fecit, eſt naturalis acquiſitio, ergo poſſeſſiua qua huiuſmodi acquiruntur, quæ pertinent ad neceſſitatem vitę eſt naturalis, & pars eius eſt prædatiua, qua oportet vti ad beſtias, quæ naturaliter ſunt ſubiectę hominibus, & ad homines barbaros, qui ſunt naturaliter ſerui, vt ſupra dictum eſt, ac ſi hoc ſit bellum iuſtum ſecundum naturam. dixit autem prędatiuam eſſe partē huiuſmodi poſſeſſiuę, quia alia pars eſt agricultura, quæ acquirit nutrimentum ex plantis. Deinde cum dicit.

i ¶ Concludit ex præmiſſis, quòd quædam naturalis ſpecies poſſeſſiuæ, de qua iam dictum eſt, pars eſt quędam œconomicæ, ſecundum quòd pars dicitur eſſe, quæ eſt ſubminiſtratiua: ſubminiſtrat enim non ſolum œconomicæ, ſed etiam politicæ, & hoc ideo, quia oportet ad actum politici & œconomici, vt acquirantur illę res quæ theſaurizantur ad neceſſitatem vitæ, & vtilitatem communitatis, tam domus quàm ciuitatis, quia neque domus, neque ciuitas poteſt gubernari ſine neceſſarijs vitæ. Deinde cum dicit.

k ¶ Oſtendit, quòd prædicta poſſeſſiua, non eſt infinita, & dicit quòd veræ diuitiæ ſunt ex huiuſmodi rebus, quibus ſubueniꞇ neceſſitati naturæ, ideo autem iſtæ ſunt veræ diuitiæ, quia poſſunt tollere indigentiam, & facere ſufficientiam habenti eas, vt ſcilicet homo ſit ſibi ſufficiēs ad bene viuendum: ſunt autem quædam aliæ diuitiæ, quarum poſſeſſio eſt infinita, vt infra dicetur, de quibus Solon, q. fuit vnus de ſeptem ſapientibus, dicit in ſuo Poemate, quòd nullus terminus diuitiarum poteſt præfiniri hominibus: vnde tales nō ſūt veræ diuitiæ, quia non replent hominis appetitum, quòd aūt diuitiæ, quæ conſiſtunt ex rebus neceſſarijs ad vitam ſint finitæ, probat tali ratione. Nullius actus inſtrumentum eſt infinitum in multitudine, neque magnitudine, ars enim fabrilis non



non habet infinitos martellos, neque etiam vnum aliquem martellum infinitum, ſed prædictę diuitiæ ſunt quædam organa œconomici & politici, quia eis vtuntur ad gubernationem domus vel ciuitatis, vt dictum eſt. ergo huiuſmodi diuitiæ non ſunt infinitæ, ſed eſt eis aliquis terminus, & vltimo epilogando concludit, quòd eſt quædam naturalis poſſeſſiua, quæ eſt neceſſaria & œconomicis & politicis, & propter quam cauſam manifeſtum eſt ex dictis.

organorū multitudo ſunt Oeconomico & politico, quod quidē igitur eſt quædā poſſeſsiua ſecūdū naturā Oeconomicis & politicis, & p̄p quā cauſam, palam.

*rei familiaris, & Reipublicæ: quod igitur ſit aliqua acquiſitio ſecundum naturam patribus familias, & gubernatoribus Reipublicæ, & propter quā cauſam patet.*

## LECTIO VII.

Poſtquam Philoſophus determinauit de vna parte poſſeſſiuæ, quæ eſt acquiſitiua cibi & aliorum neceſſariorum vitę, hic determinat de alia poſſeſſione, quæ appellatur pecuniatiua. Et circa hoc duo facit. Primo proponit conditionem ipſius. Secundo determinat de ea, ibi. { Sumamus autem de ipſa principium &c. } Circa primū tria determinat de hac ſecūda parte poſſeſſiuæ. Primo enim determinat nomen eius dicens, quòd vocatur pecuniatiua, quia ſcilicet inſiſtit circa acquiſitionem pecuniarum. Secūdo dicit de ea, quòd quia acquiſitio pecuniarū eſt infinita propter iſtā partem poſſeſſiuæ, videtur hominibꝰ, quòd nullus ſit terminus diuitiarum & poſſeſſionis: multi enim reputant, quòd hæc pars poſſeſſiuę ſit vna & eadem cum præmiſſa propter vicinitatem, quam habet cum ipſa. Tertio proponit comparationē huius poſſeſſiuæ ad prēmiſſam, & dicit, quòd neque eſt eadē cum prædicta, neq; tamen longe diſtat ab ea. Quòd autē nō ſit eadem manifeſtat per hoc, quòd prædicta pars poſſeſſiuæ, quæ eſt acquiſitiua cibi, & aliorum neceſſariorum vitæ eſt naturalis, ſed hęc, quæ eſt acquiſitiua pecuniæ nō eſt naturalis. Denarij .n. nō ſūt adinuēti a natura, ſed p̄ quādā experientiā & artē ſunt ītroducti, ideo autem dixit, quòd non longe diſtant, quia per denariū etiā neceſſaria vitæ haberi poſſunt & econuerſo. Deinde cum dicit.

b ¶ Incipit determinare naturā pecuniatiuæ, & q̄a pecunia eſt inuēta propter cōmutationes faciēdas, ideo circa hoc tria facit. Primo oñdit qūo cōmutatio ſe habeat ad res cōmutatas. Secūdo determinat de cōmutatiōe naturali, ibi. { Eſt.n. p̄mutatiua &c. } A Tertio determinat de commutatione pecuniaria, ibi. { Ex hac tamen &c. } Dicit ergo primo, quòd ad conſiderādum de pecuniatiua, debemus hinc accipere principium: eſt enim vniuſcuiuſq; rei dūplex vſus, & conueniunt in hoc, quòd vterque eſt ſecundum ſe & non per accidens, differunt autem in hoc, quòd vnus eorum eſt proprius vſus rei, alius autem non eſt proprius ſed communis, ſicut duplex eſt vſus calciamenti, vnus quidem proprius, ſcilicet calceatio, alius cōis. ſ. cōmutatio: ad hunc .n. vſum non factum eſt calciamentum, vt homo cōmutet ipſum, ſed tamen homo ſic poteſt vti calcimento vt commutet ipſum vel pro pane, vel pro cibo, ſed quamuis commutatio nō ſit proprius vſus calciamenti, eſt tamen vſus eius per ſe & nō ſecundum accidens, quia ille, qui cōmutat ipſum, vtitur eo ſecundum valorem ſuum, & ſicut dictum eſt de calciamento, ita intelligendum eſt de omnibus alijs rebus, quæ ab homine poſſideri poſſunt. Deinde cum dicit.

## LECTIO VII.

ES T aūt genus aliud poſſeſsiuæ quam maxime l B vocāt, & iuſtū eſt, ipsū vocari pecuniatiuā: propter qd̄ nullus vr̄ eſſe terminus diuitiarū & poſſeſsionis, quā vt vnā & eandē dictæ multi putāt p̄p vicinitatē: eſt autē neq; eadē dictæ, neq; longe poſita, eſt aūt hoc quidē natura, hoc aūt nō natura ipſarum, ſed per experientiam quādam & artem fit magis.

b Sumamus aūt de ipſa principiū hinc: vniuſcuiuſq; n. rei duplex vſus eſt, ambo aūt ſm̄ ſe, ſed C nō ſimiliter ſecūdū ſe, ſed hic q̄dē proprius, hic aūt nō proprius rei, puta calciamēti calciatio & cōmutatio, ambo .n. calciamēti vſus, etenim cōmutās, cū eo, qui indiget calciamento pro numiſmate, aut cibo, vtitur calciamēto ſecūdū quod calciamētū, ſed nō ſecūdū propriū vſum: nō .n. commutationis gratia factum eſt, eodem autem modo ſe habet, & de alijs poſſeſsis rebus.

D

c Eſt .n. permutatiua oīum quæ incipit, primo quidē ab eo qd̄ ſecundum naturā, eo quod hic quidem plura, hic autē pauciora ſufficiētiū habēt homines: quare & palam, quòd non eſt ſecundum naturam pecuniatiuæ campſoria, quantum enim ſufficiens ipſis, neceſſarium erat fieri commutationem.

d In prima quidē igiꞇ cōmunitate (hæc q̄dē eſt domꝰ) manifeſtū, ꝙ nullū opus ipſius, ſed iā E ampliori cōmunitate exiſtēte, ij q̄dē .n. ipſorū cōmutabāt omnibus, ij autē ſegregati, multis rurſum & alijs, quorum ſecundū

## LECTIO VII.

*EST aliud genus acquirendi, quod maxime vocāt, & merito vocari debet pecuniarū, in quo nullus finis eſſe videtur diuitiarum & poſſeſſionis, quod eſſe vnum & idem cum illo, de quo ſupra diximus, plerique crediderunt propter vicinitatem, ſed neque eſt idem, neque ualde remotum: eſt enim alterum illorum ſecundum naturam, alterum non ſecundum naturam, ſed magis ſecundum peritiam & artem.*

*De quo dicere ſic exordiamur. cuiuſque rei, quæ poſſidetur, duplex eſt vſus, vterque uero ſecundum ipſam rem, ſed non ſimiliter, uerum alter proprius, alter non proprius, ceu calcei quidem eſt calceatio & uenditio, uterque enim uſus calcei eſt, nam qui calceum indigenti uendit, pro pecunia uel cibo, utitur calceo quo calceus eſt, ſed nō ſecundum proprium uſum, non enim commutationis gratia factus eſt calceus, eodem modo ſe habet in aliis rebus quas poſſidemus.*

*Eſt enim permutatio in omnibus cæpta quidem ab initio, ex eo quod eſt ſecundum naturam, quod alii plura quàm opus ſit, alii pauciora habeant, ex quo manifeſtum eſt, pecuniariam non eſſe ſecundum naturam eius, quæ pertinet ad acquirendum: quoad .n. ipſius ſufficeret, neceſſarium erat permutationem feciſſe.*

*In prima igitur ſocietate, id eſt in domo, manifeſtum eſt nihil opus eſſe illius, ſed iam maiori exiſtente ſocietate, alii enim illorum communiter habebant omnia, alii ſeparatim, multa rurſus & alia, quorū ſecūdū indigētiā neceſſe erat permutationē facere.*

c ¶ Determinat de commutatione naturali, & circa hoc tria facit. Primo oſtendit quorum ſit iſta commutatio. Secūdo, quomodo eſt introducta ibi. { In prima igitur ſocietate &c. } Tertio quomodo ſe habet ad naturam, ibi. { Talis igitur commutatiua &c. } Dicit ergo primo, quòd permutatio poteſt fieri de omnibus rebus, & prima quidem cōmutatio incæpit a rebus quę natura miniſtrat ad neceſſitatem humanæ vitæ, eo quòd de his quidam homines plura habebant, quidam pauciora, ſicut quidam habebāt plus de vino, alij plꝰ de pane: vnde oportuit, quòd commutarent, & intantum fiebat cōmutatio, quouſque vnuſquiſq; habebat, quod ſibi ſufficiebat. vñ manifeſtū eſt, ꝙ cū denarij nō ſint a natura, ſicut dictū eſt, nummularia, quæ eſt permutatio denariorum, non eſt a natura. Deinde cum dicit.

d ¶ Oñdit qūo eſt introducta talis permutatio, & dicit, ꝙ in prima cōmunitate, q̄ eſt cōmunitas vnius domus, nō erat opus aliqua tali cōmutatiōe, eo ꝙ oīa neceſſaria vitæ erāt patrifamilias, qui oīa prouidebat, ſed qñ iā facta eſt amplior cōmunitas, ſcilicet vici & ciuitatis, propter hoc, quòd aliqui hominum communicabant cum omnibus, inter quos non poterat fieri

commutatio, alij vero erant ſeparati, & in multis alijs rebus, ideo neceſſarium fuit illarum rerum, quæ diuiſæ erant, fieri cõmutationes, vt ſcilicet dum vnus acciperet ab alio, quod alter habebat, ipſe retribueret ei, quod ipſe habebat, quod adhuc ſeruatur apud multas barbaras nationes, apud quas non eſt vſus denariorum, quæ nihil plus cõmunicant niſi ea quæ ſunt eis opportuna ad vitam, ſicut dando & accipiendo vinum & triticum & alia huiuſmodi. Deinde cum dicit.

e ¶ Concludit ex præmiſſis, quòd talis commutatiua nõ eſt præter naturã, quia eſt de rebus quas miniſtrat natura, neq; eſt ſpecies pecuniatiuę, quia non fit per denarios, & quòd nõ ſit præter naturã probat per hoc, quòd eſt in ſupplementum ꝑ ſe ſufficientiæ, ideſt vt homo per huiuſmodi commutationẽ habeat ea quæ ſunt neceſſaria ſufficiẽter ad ſuſtentationẽ humanæ vitę. Deinde cum dicit.

f ¶ Determinat de commutatione pecuniaria, & circa hoc duo facit. Primo oſtẽdit, quomodo hæc cõmutatio eſt per rationem inuenta, cum non ſit a natura. Secundo oſtendit, quòd ſit infinita ibi. {Et infinitę vtique diuitię &c.} Circa primum tria facit. Primo determinat de prima inuentione pecuniarię commutationis. Secundo de quadam cõmutatione pecuniaria ſuperueniente, ibi. {Facto igitũ iam numiſmate &c.} Tertio determĩat de pecuniatiua, quæ eſt circa huiuſmodi cõmutatiões, ibi. {Propter qđ videtur &c.} Dicit ergo primo, ꝙ ex prima commutatione, quæ erat ipſarum rerum neceſſariarum adinuicem, proceſſit quædã alia commutatio ſecundum rationem inuẽta, cum enim auxiliũ hominum adinuicẽ per commutationes eſſet factum magis peregrinum, quia ſcilicet homines non ſolum ad propinquos, ſed etiam ad remotos cæperunt vti commutatione, adducendo ad ſe ea, quibus indigebãt & mittendo illis ea, in quibus ipſi abundabant: propter iſtam neceſſitatem inuentus eſt vſus denariorum, eo quòd non poterant de facili portari ea, quæ ſunt neceſſaria ſecundum naturam ad remotas terras, puta vinum, aut triticum, aut aliquid huiuſmodi: & ideo ad huiuſmodi commutationes in remotis faciendas ordinauerunt, quòd aliquid ſibijnuicem darẽt & acciperent, quod de facili & expedite portari poſſet, & tamen de ſe haberent aliquam vtilitatem, & huiuſmodi ſunt metalla, puta æs, ferrum, & argentum, & alia huiuſmodi: hæc enim ſunt ſecundum ſe vtilia, F inquantum ex eis fiunt vaſa vel aliqua inſtrumenta, & tamen de facili portari poterant ad remotum locum, quia modicum de iſtis propter eorum raritatem, valebat multum de alijs rebus, ſicut etiam modo homines, qui debent longum iter peragere, pro ſuis expenſis loco denariorum æreorum, portant argenteos vel aureos propter prædictam neceſſitatem commutationis ad loca remota. Primo fuit determinatum metallum ſolo pondere & magnitudine, ſicut apud quaſdam gentes habẽtur formæ argẽti nõ monetati, ſed poſtea vt homines liberarentur a neceſſitate menſurandi vel ponderandi, impreſſerunt aliquem characterem, quod ponitur in ſignum, quòd metallum ſit tantæ quantitatis, ſicut etiam in aliquibus locis imponuntur quædam ſigna publica ad menſuram vini vel frumenti, ſic ergo patet, quòd primo denarij ſunt inuenti pro cõmutatione rerum neceſſariarum. Deinde cum dicit.

indigentias, neceſſarium fieri retributiones, quemadmodũ adhuc faciunt multæ barbararum nationum, ſecundum commutationem: ipſæ.n. opportuna ad ipſas commutant, ad plus autẽ nihil, puta vinum ad triticũ dantes & accipientes, & aliorum vnumquodque talium. G

*quemadmodum adhuc faciunt barbarorum nationes multæ, alia pro aliis dantes recipienteſque, inutilia enim ſibi pro vtilibus tradunt, vltra vero nihil, ceu vinum pro tritico, & cæteris talibus.*

e Talis igitur cõmutatiua quidem, neq; præter naturam, neq; pecuniatiuæ eſt ſpecies vlla, in ſuppletionem.n. eius quæ ſecundũ naturã ꝑ ſe ſufficiẽtiæ erat.

*Huiuſmodi ergo permutatio, neq; præter naturam eſt, neque ad amplificationem patrimonii pertinet, cum ſit in ſupplementum indigentiæ ſecundum naturam.*

f Ex hac tamen facta eſt illa ſecundũ rationẽ in agendo: peregrino.n. facto auxilio per adduci quibus indigebant, ex neceſsitate, numiſmatis acquiſitus eſt H vſus, non enim facile portabile vnicuique ſecundum naturã neceſſariorũ, propter quod ad cõmutationes tale aliqd cõpoſuerunt ad ſemetipſos dare & accipere quod vtiliũ per ſe ens, habebat vtilitatẽ valde expeditã ad viuere, puta ferrum, & argentũ, & ſi quid tale alterũ, primo quidẽ ſimpliciter determinãtibus magnitudine & pondere, poſtremo autẽ & characterem imprimentibus vt abſoluat a menſuratione ipſos, character enim poſitus eſt quantitatis ſignum. I

*Ex hac tamen illa proceſſit ſecundum rationem, nam cum a remotioribus quæreretur auxilium, in portando illa, quibus indigebant, & exportando illa, quibus abundabant, neceſſario nummi introductus eſt vſus, non enim faciliter deferri poßunt ſingula ſingulis ad uitam neceßaria, itaque ad permutationes faciendas tale aliquid compoſuerunt inter ſe dare & accipere, quod utilium quippiam exiſtens, vſum haberet commutandi facilem ad uitam, ceu ferrum, & argentum, & ſi quid aliud tale, primo ſimpliciter diffinitum quantitate & pondere, poſtmodum uero etiam ſigno impreßum, quo a menſura liberi eſſent, nam ſignum poſitum eſt ad quantitatem demonſtrandam.*

g Facto igitur iã numiſmate ex neceſſaria cõmutatione, altera ſpecies pecuniatiuę facta eſt, cãpſoria. Primo quidem igitur ſimpliciter forte factum, deinde per experientiam iam artificialius, vnde & quomodo numiſmatũ plurimum faciet lucrum.

*Reperto igitur nummo ex neceßaria permutatione, alia ſpecies acquirendi emerſit, nummularia. Primo forſan ſimpliciter, poſtea per experientiam artificioſior, unde & quomodo permutando plurimum faciat lucrum.*

h Propter quod videtur pecuniatiua maxime circa numiſma eſſe, & opus ipſius poſſe conſiderare vnde erit multitudo pecuniarum, factiua enim diuitiarum & pecuniarum. K

*Quapropter uidetur nummularia maxime circa quæſtum pecuniarum uerſari, & illius eſſe opus, poße diſcernere unde proueniat multitudo pecuniarum, nummorum enim & diuitiarum effectiua eſt.*

g ¶ Determinat de alia commutatione ſuperueniente, & dicit, quòd poſtquam iam facti ſunt denarij ex prædicta commutatione, quæ eſt ex neceſſitate facta propter res neceſſarias, ex remotis locis habendas, ſubintroducta eſt ſpecies cõmutationis pecuniarię, ſecundum quam denarij pro denarijs cõmutantur, & hæc vocatur nũmularia, qua ſcilicet vtuntur campſores denariorum, & hoc quidem primo factum eſt ſimpliciter, & quaſi a caſu, puta, quòd ex aliquibus terris in alias aliqui denarios tranſferentes, carius eos expẽderint, quàm acceperint: vnde poſtea per experientiã factum eſt artificiale, vt homo, ſcilicet conſideraret de quo loco denarij ſint tranſmutati, & quomodo poſſint facere maximum lucrum, & hoc pertinet ad artem nummulariam. Deinde cum dicit.

h ¶ Determinat de pecuniatiua, & circa hoc duo facit. Primo concludit ex præmiſſis, quæ ſit materia & actus huius artis. Secundo determinat quandam dubitationem, ibi. {Etenim diuitias &c.} Concludit ergo ex præmiſſis, quòd ex quo incæperunt denarij ad denarios commutari propter lucrum quodã artificiali modo, ars quæ eſt circa denarios vocatur pecuniatiua, & actus eius eſt, quòd poſſit conſiderare vnde poſſit prouenire homini multitudo pecuniarum. Ad hoc enim eſt ordinata ſicut ad finem, vt faciat multitudinem pecuniarum & diuitiarum. Deinde cum dicit.

¶ Determi-



nat quandam dubitationem circa præmiſſa, quia enim dixerat, quòd pecuniatiua eſt factiua diuitiarum & pecuniarum, poſſet aliquis dubitare, vtrum ſint omnino idem pecuniæ & diuitiæ. Circa hoc ergo tria facit. Primo ponit quorumdam opinionem. Secundo inducit rationes in contrarium, ibi. {Alterum rurſus deliramentũ &c.} Tertio cõcludit determinationem veritatis, ibi. {Propter quod quęrunt &c.} Dicit ergo primo, ꝙ multoties homines opinantur, quòd diuitię nihil aliud ſint quàm multitudo pecuniarum, eo quòd pecuniatiua & campſoria, cuius finis eſt multiplicare diuitias, tota conſiſtit circa pecunias, ſicut circa propriã materiã. Deinde cum dicit.

k ¶ Ponit opinionem contrariam dicens, quòd aliquando videtur fatuitas quędam dicere, quòd nihil eorum quę sũt ſecundum naturam, ſint diuitiæ, puta triticum & vinum, & alia huiuſmodi, & ꝙ totæ diuitiæ ſint denarij introducti per legem, & ad hoc introducit duas rationes, quarum prima eſt, quia non ſunt veræ diuitiæ illę, quæ variata hominum diſpoſitione, nullam dignitatem, neque vtilitatem habent ad neceſſitatem vitæ, ſed tranſmutata diſpoſitione hominum qui vtuntur diuitijs, denarij nulli⁹ ſunt precij, nec aliquid afferunt ad neceſſitatem vitæ, puta ſi placeat regi vel communitati, vt non valeant. Ergo ſtultum eſt dicere, quòd diuitiæ totaliter nihil ſint, niſi multitudo pecuniarum. Secũdam rationẽ ponit ibi. {Et numiſmate diues &c.} quæ talis eſt. Inconueniens eſt dicere, ꝙ ille qui eſt diues, indigeat cibo vel pereat fame, ſed multoties poteſt contingere, ꝙ homo abũdãs in denarijs, egeat cibo, & moriatur fame, ſicut dicitũ fabuloſe de quodã, Mida nomine, ꝙ ei ꝑꝑ hoc, ꝙ habebat inſatiabile deſideriũ pecunię, petijt a Deo & impetrauit, quòd omnia quæ ſibi exhiberetur fierent aurea, & ſic peribat fame, habens multitudinem auri, omnibus cibis ſibi appoſitis conuerſis in aurum. ergo denarij non ſunt veræ diuitię. Deinde cum dicit.

l ¶ Concludit determinationem veritatis, & dicit, quòd illi, qui recte ſapiunt propter prædictas rationes, dicunt aliud eſſe diuitias & pecuniam, ſiue pecuniatiuam, ſunt enim quædam diuitiæ ſecundum naturam, ſcilicet de rebus neceſſarijs ad vitam, ſicut ſupra dictum eſt, & talis acquiſitio diuitiarum proprie pertinet ad œconomicam, ſed illa pecuniatiua, quæ eſt campſoria, multiplicat pecunias non omnibus modis, ſed ſolum per denariorum permutationem, vnde tota conſiſtit circa denarios, quia denarius ẽ principium & finis talis commutatiõis, dum denarius pro denario datur. Patet ergo ſecundum hoc, quòd ditiores ſunt, qui abundant in rebus neceſſarijs ad vitã, vere loquẽdo, q̃ illi qui abundant in denarijs.

i Etenim diuitias multoties ponunt numiſmatis multitudinẽ. propter circa hæc eſſe pecuniatiuam & campſoriam.

*Nam & diuitias plerumque ponunt eſſe multitudinem pecuniæ, ex eo uidelicet, quòd circa illam intendunt pecuniaria, & quæſtuaria.*

k Alterum autẽ rurſum deliramentũ eſſe videtur numiſma & lex omnino, natura autẽ nihil, quoniam tranſpoſitis vtẽtibus, nullo dignũ, neq; vtile ad aliqd neceſſariorum, & numiſmate diues, multoties indigebit neceſſario cibo, quãuis inconueniẽs tales eſſe diuitias, quibus abundãs fame perit, quemadmodum & Midã illũ fabuloſe dicunt, propter inſatiabilitatem deſiderij, omnibus ſibi exhibitis aureis. B

*Contra uero interdum futile quiddam uidentur nummus & lex omnino, & ne quicquam ſecundum naturam, quoniam mutatis his qui vtuntur, nullius precii, aut vtilitatis eſt ad aliquod neceßariorum, & locuplex nũmis penuriam patitur neceſſarii alimenti, atqui, abſurdum eſt tales eße diuitias affirmare, quarum abundans quis fame perire poſſit, ut de Mida fabulis traditur, cui propter inſatiabilitatem deſiderii, quicquid apponebatur fiebat aurum.*

l Propter quod quærunt alterum aliqd, diuitias & pecuniatiuam recte quærentes, eſt enim altera pecuniatiua & diuitiæ q̃ ſecundum naturam, & hæc quidẽ œconomica. Campſoria autem factiua pecuniarum, non omnino, ſed per pecuniarum permutationem, & videtur circa numiſma hæc eſſe, numiſma enim elementum & finis commutationis eſt. C

*Quamobrem quærũt diuitias alias, & aliam acquirendi rationem, & recte quidem: eſt enim alia acquirendi ratio & diuitiæ ſecundum naturam, & hæc quidem rei familiaris diſciplina, illa uero pecuniaria pecuniarum effectiua, non ſimpliciter, ſed per ipſarũ pecuniarum commutationem, & uidetur circa nummum iſta uerſari, nã nummus primum eſt & ultimum in commutatione.*

## LECTIO VIII.

Et infinitæ vtique diuitiæ, quæ ab hac pecuniatiua, ſicut enim medicinalis ad ſanare infinitũ eſt, & quælibet artium finis in infinitum, quám maxime enim illũ volunt facere, eorum autẽ quæ ad finem, non in infinitum, terminus enim quod finis omnib⁹, ſic & huic pecuniatiuæ, non eſt finis terminus, finis autem tales diuitiæ & pecuniarum poſſeſſio: œconomicæ autem non pecuniatiuæ eſt terminus, non.n. hoc œconomicæ opus. D E

## *LECTIO VIII.*

*Et infinitæ ſunt huiuſmodi diuitiæ, quæ ab hac ratione rei augendæ proficiſcuntur, ut enim medicina ſanitatis in infinitũ eſt, & unaqueque ars, finis in infinitum, nam quàm maxime uolunt illum efficere, eorum uero quæ ſunt ad finem non in infinitum, finis enim extremum omnibus, ſic & huius rationis augendæ rei nõ eſt finis terminus, finis autem tales diuitiæ, & pecuniarum poßeſſio, ſed rei familiaris non augendæ rei eſt finis, non enim hoc rei familiaris eſt opus.*

b Propter qđ, ſic quidẽ videtur oĩum diuitiarũ neceſſariũ eſſe terminũ, in his autẽ quæ fiũt, video accidens contrariũ, oẽs.n. in infinitũ augent pro rebus ad vſum habentes numiſma.

*Quapropter in hac quidem uidetur neceßarium, ut ſit finis omnium diuitiarum, ſed contra uideo fieri, omnes enim in infinitum augent, qui pecuniis ſtudent.*

## LECTIO VIII.

Poſtquam oſtendit Philoſophus quõ pecuniatiua cõmutatio eſt introducta ꝑ legem, hic oſtendit, quomodo ſit infinita talis acquiſitiua pecunię, & circa hoc duo facit. Primo oſtẽdit propoſitum. Secũdo aſſignat cauſam præmiſſorum, ibi. {Cauſa autem huius diſpoſitionis &c.} Circa primum duo facit. Primo oſtendit propoſitum. Secundo ſoluit ex hoc quãdam dubitationem, ibi. {Propter quod ſic quidem &c.} Dicit ergo primo, quòd diuitiæ, quæ acquirũtur ab hac pecuniatiua, ſcilicet campſoria, quæ tota eſt circa denarios eſt infinita, & hoc probat tali ratione. Deſiderium finis in vnaquaque arte eſt in infinitũ: deſiderium autem eius, quod eſt ad finem, nõ eſt in infinitũ, ſed habet terminum ſecundũ regulã & mẽſurã finis, ſicut ars medicinalis intendit ad ſanandum in infinitũ, cum inducit ſanitatẽ quantumcumque poteſt, ſed medicinam non dat quantumcumque poteſt, ſed ſecundum menſuram, quę eſt vtilis ad ſanandum, & ita eſt in alijs artibus, & ratio huius eſt, quia finis eſt ſecundum ſe appetibilis, quod autẽ ſ̃m ſe ẽ tale, ſi magis fuerit, erit magis tale, ſicut ſi albũ diſgregat viſum, magis albũ, magis diſgregat: ſed pecuniæ ſe habent ad pecuniatiuã campſoriã, ſicut finis, hæc enim intẽdit acquirere pecunias. Ad œconomicã aũt nõ ſe habet ſicut finis, ſed ſicut ordinatum ad finẽ, qui eſt gubernatio domus, ergo pecuniatiua quærit pecunias abſque termino, œconomica autem cum aliquo termino. Deinde cum dicit.

b ¶ Soluit dubitationẽ quandã ex præmiſſis. Et circa hoc duo facit. Primo mouet eam. Secundo ſoluit, ibi. {Cauſa autem &c.}

Dicit ergo primo, quòd propter prædictam rationem videtur, quòd neceſſarium ſit eſſe aliquem terminum diuitiarum in œconomica, ſed ſi quis conſideret in his, quę accidunt, videtur eſſe contrarium, omnes enim œconomici augent denarios in infinitum, volentes habere denarios pro rebus, quæ ſunt ad vſum vitæ. Deĩde cũ dicit.

c ¶ Soluit præmiſſam dubitationem & dicit, quòd cauſa prædictę diuerſitatis. videtur eſſe propinquitas vtriuſque pecuniatiuæ illius, ſcilicet quæ deſeruit œconomicæ, quę quærit pecunias pro cõmutatione rerum neceſſariarum, & nummulariæ, quæ quærit denarios propter ſeipſos, vtriuſque enim pecuniatiuæ eſt idẽ actus, ſcilicet acquiſitio pecuniarũ, ſed non eodem modo, ſed ĩ pecuniatiua œconomica hoc ordinatur ad alium finẽ, ſcilicet ad gubernationem domus, in pecuniatiua autem, ſcilicet nummularia ipſa augmentatio pecuniæ eſt finis, & ideo propter propinquitatem nummulariæ ad œconomicam, videtur quibuſdam œconomus quòd ſit eorũ officium illud quod pertinet ad nummularios, vt ſcilicet inſtent ad conſeruandum & multiplicandum denarios in infinitũ. Deinde cũ dicit.

d ¶ Aſſignat cauſã eius quod dixerat, ꝙ diſpenſatores domorum interdum perſeuerant ad augẽdum pecunias in infinitũ, & quia ex cauſa, qua aſſignat ſequũtur quædam abuſiones, ideo hæc pars diuiditur in tres, ſecundum tres abuſiones quas ponit. Secunda pars incipit, ibi. { Et altera ſpecies &c. } tertia ibi. { Et ſi pro non pecuniatiua &c. } Dicit ergo primo, ꝙ cauſa huius diſpoſitionis, quòd ſcilicet diſpenſatores domorũ quærunt augere pecuniã in infinitum eſt, quia homines ſtudent ad viuendum qualitercumque, non autem ad viuendum bene, quod eſt viuere ſecundum virtutem. Si enim intenderent viuere ſecundum virtutem, eſſent contenti his, quæ ſufficiunt ad ſuſtentationem naturæ, ſed quia præter-

F miſſo hoc ſtudio, ſtudent ad viuendum vnuſquiſque ſecundum ſuam voluntatem, ideo vnuſquiſque intendit acquirere ea per quę poſſit ſuam voluntatem implere, & quia concupiſcentia hominum tendit in infinitum, ideo in infinitum deſiderant ea per quæ poſſint ſatisfacere ſuæ concupiſcentiæ, quidam etiam ſunt, qui habent ſtudium vt bene viuant, ſed ei, quod eſt bene viuere addũt id, quod pertinet ad delectationes corporales: dicunt enim non eſſe bonam vitam, niſi cum in talibus delectationibus homo viuat, & ideo quærunt ea per quæ poſſunt impleri delectationes corporales, & quia hoc videtur hominibus poſſe euenire per multitudinem diuitiarũ, ideo omnis cura eorum eſſe videtur ad acquirendum multas pecunias: & eſt conſiderandum, quòd aſſignat cauſam eorum, quæ pertinent ad diſpenſatorem domus ex intentione humanæ vitę, quia diſpenſator domus habet pro fine bonam vitã eorum quæ ſunt in domo, ſic igitur prima abuſio eſt, quòd homines ꝑpter hoc, quòd non habent rectum ſtudium bonę vitę, intendunt ad acquirendum pecunias in infinitum. Deinde cum dicit.

e ¶ Ponit ſecundam abuſionem, quia enim diſpẽſatores domorum ſtudent circa acquiſitionem pecuniarum, propter hoc inducitur in curã domus altera ſpecies pecuniatiuæ, ſcilicet nummularia, præter eam, quæ eſt propria œconomicę, ſcilicet acquiſitio rerum neceſſariarũ ad vitam, ſed quia in exceſſu intendũt frui delectationibus corporalibus, propter hoc quærunt ea, quæ poſſunt facere huiuſmodi exceſſum, ſcilicet multitudinem diuitiarum: Et ſic eſt ſecunda abuſio, quòd pecuniatiua non naturalis, neque neceſſaria aſſumũtur ad œconomicam. Tertio ponit tertiã abuſionem, ibi. { Et ſi pro nõ pecuniatiua &c. } Et dicit, ꝙ quia homines nõ poſſunt interdum per artẽ pecuniatiuã acquirere ſufficienter ea ꝑ quæ ſatisfaciant exceſſui delectationum

c Cauſa autẽ propinquitas ipſorum, variat. n. vſus eiuſdẽ exiſtens vtriq; pecuniatiuæ, & eiuſdẽ enim vſus eſt acquiſitio, ſed non ſecundum idem, ſed huius quidem alius finis, huius autem augmentatio finis, quare videtur quibuſdam, hoc eſſe œconomicæ opus, & perſeuerant, vel ſaluare oportere exiſtimantes, vel augere numiſmatis ſubſtantiã in infinitum.

*Cauſa vero huius eſt illarum propinquitas, variatur enim vſus eiuſdem rei cum ſit vtriuſque acquiſitionis: ipſius enim vſus acquiſitio, ſed non ſecundum idem, at huius quidem, alius finis, illius vero amplificatio, Itaque videtur quibuſdam hoc eſſe rei familiaris opus, & perſeuerant exiſtimantes oportere, aut conſeruare, aut augere pecuniam in infinitum.*

G

d Cauſa autẽ huius diſpoſitionis ſtudere circa viuere, ſed nõ circa bene viuere, infinitum igitur illa concupiſcentia exiſtẽte, & factiua infinita deſiderãt, quicumq; autẽ ipſius bene viuere adijciũt, quod ad fruitiões corporales quærunt, itaque quoniã & hoc in poſſeſſiõe videtur exiſtere, omnis eorum vita, circa acquiſitionem pecuniarum eſt.

*Cauſa vero huius diſpoſitionis, ſtudium uiuendi, ſed non bene uiuendi, cum ergo cupiditas in infinitum extendatur, illa quoque, quæ efficiunt infinita, cupiunt, ſed qui bene uiuere ſtudent, ad fruitionem corporis diuitias quærunt, unde cum hoc quoque in acquiſitione conſiſtere uideatur, omnis eorum cura circa acquirendum eſt.*

H

e Et altera ſpecies pecuniatiuę, propter hoc venit. in exceſſu. n. non exiſtẽte fruitione, fruitiui exceſſus factiuã quærũt, & ſi nõ pro pecuniatiua poſſint acquirere, per aliã cauſam hoc attentant, vnaquaque priorũ vtentes non ſecũdũ naturã, fortitudinis enim nõ pecunias facere eſt, ſed audaciã, neq; militaris & medicinalis, ſed huius quidem victoriã, huius autẽ ſanitatẽ, hi autẽ omnes faciũt pecuniatiuas tãquam hic finis exiſtat, ad finem autem omnia opportunum occurrere, de non neceſſaria quidẽ igitur pecuniatiua, & quæ, & ꝑpter quam cauſam in indigentia ſumus ipſius, dictum eſt, & de neceſſaria, quoniam altera quidẽ ab ipſa, œconomica autẽ ſecundũ naturam, quæ circa cibum, nõ ſicut ipſa infinita, ſed habẽs terminũ, palam autem & quod dubitabant a principio, vtrum œconomici & Politici eſt pecuniatiua aut nõ, ſed oportet hoc quidẽ exiſtere; ſicut. n. & hoĩes nõ facit Politica, ſed ſumẽs a natura, vtiť ipſis, ſic & cibũ naturã oportet tradere, terrã, aut mare, aut aliud aliqd ex his autem quõ oportere iſta diſponere cõuenit œconomo, non enĩ ẽ textilis lanas facere, ſed vti ipſis, & cognoſcere etiã, quale vtile & idoneum, vel prauum & ineptũ.

*Et altera augendi ſpecies hinc proceſſit, cum enim fruitio modum excedat, illam adhibent, quæ huiuſmodi exceſſum adimplere poſſit, Et ſi per has acquirendi ſpecies nequeant parare, per aliam cauſam efficere conantur, unaquaque freti potentia non ſecundum naturam, fortitudinis enim non eſt pecunias parare, ſed fiduciã*

I *animi, neque rei militaris, aut medicinæ, ſed huius quidem victoriam, illius uero ſanitatem, at illi cuncta ad pecuniam conuertunt, quaſi hic ſit finis, ad finem uero cuncta oporteat tendere, de illa igitur acquirendi ſpecie quæ neceſſaria non eſt, & quæ nam ea ſit, & propter quam cauſam illa indigemus, diximus, & de illa, quæ neceſſaria eſt, quòd altera ab illa, & diſciplina rei familiaris ſecundum naturam circa alimentum, nec*

K *infinita, ſicut illa, ſed finem habens, ex hoc patet id de quo ab initio dubitabatur, utrum gubernatoris domus & ciuitatis ſit acquirere, uel nõ, ſed oporteat prius eſſe acquiſitum: ſicut enim homines nõ facit Reſp. ſed factos a natura ſuſcipiens, utitur illis, ſic & alimẽtum oportet naturam præbere, aut a terra, aut a mari, aut alio quopiam: ſed quemadmodum hæc adminiſtranda ſint, ad gubernationem pertinet domus, neque enim textoris eſt lanas facere, ſed factis uti, & diſcernere qualis ſit bona & apta, & mala & inepta.*



A delectationum corporalium, attentant acquirere pecunias per alias cauſas, & abutuntur qualibet potentia, ideſt virtute, vel arte, vel officio non ſecundum ſuam naturam, ſicut fortitudo eſt quædam virtus, & eius opus proprium non eſt congregare pecunias, ſed facere hominem audacem ad aggrediendum & ſuſtinendum, vnde ſi aliquis fortitudine vtatur ad congregandũ diuitias, vtitur ea nõ ſecundum naturam, ſimiliter etiam militaris ars eſt propter victoriam, & medicinalis propter ſanitatem, neutra tamẽ eſt propter pecuniã, ſed quidam & militarem artem & medicinalem cõuertunt ad acquirendum pecuniam, & ita faciunt vtramque eſſe pecuniatiuam, ideſt acquiſitiuam pecuniæ, ordinantes huiuſmodi artes ad pecuniam, ſicut ad finẽ ad quẽ oportet ordinari omnia alia, & ideo dicitur in Eccl. Pecuniæ obediunt omnia. Cõcludit ergo epilogando ex præmiſſis, qđ dictum eſt de non neceſſaria pecuniatiua, quæ ſcilicet acquirit pecuniam in infinitum, ſicut finem quæ ſit cauſa, & ꝑpter quam cauſam homines indigent ipſa, ſcilicet propter concupiſcentiam in infinitum: dictum eſt etiã de neceſſaria pecuniatiua, quæ ſcilicet eſt altera a præmiſſa. Acquirit enim pecunias vſque ad aliquem terminum propter aliũ finem, ſcilicet propter habenda neceſſaria vitæ, ſed propriè œconomica eſt circa ea, quæ ſunt ſecundum naturam, ſicut illa, quę pertinẽt ad cibum, & hæc nõ eſt infinita ſicut prima pecuniatiua, ſed habet aliquem terminum, vel poteſt intelligi, quòd ipſa pecuniatiua quæ eſt neceſſaria, eſt altera a non neceſſaria, ſed eſt œconomica & aliam non imitatur. { Palam autem & quod dubitabant &c. } Mouerat ſuperius quæſtionem, vtrum pecuniatiua ſit pars vel ſubſeruiens œconomicę, & diſtinxit pecuniatiuam ab alia poſſeſſiua, nunc ſoluit motam ſuperius quæſtionem. Et circa hoc duo facit. Primo oſtendit, quòd pecuniatiua ſubſeruit œconomicæ. Secundo oſtendit, quomodo pecuniatiua quædam eſt laudabilis, & quędam vituperabilis, ibi. { Duplici autem exiſtente ipſa &c. } Circa primum tria facit. Primo ſoluit ſuperius motam quæſtionem. Secundo mouet aliã dubitationem, ibi. { Etenim dubitabit aliquis &c. } Tertio manifeſtat quoddam, quod dixerat, ibi. { Maxime autem &c. } Dicit ergo primo, quòd iam ex præmiſſis poteſt eſſe manifeſtum illud, quod quærebatur a principio, vtrum pecuniatiua pertineat ad œconomicum & politicũ aut non, ſed ſit omnino extranea, & veritas eſt, quòd non eſt eadem pecuniatiua œconomicæ, vt ſupra dictum eſt, ſed tamen ei ſubſeruit, quia pecunias oportet exiſtere ad hoc, quòd domus gubernetur, & hoc probat, per hoc, ꝙ in domo & ciuitate oportet eſſe homines, & ea quæ ſunt neceſſaria hominibus, homines autem non facit politica, ſed accipit eos a natura generatos, & ſic vtitur ipſis: ſimiliter ergo politica vel œconomica non facit cibum, ſed natura tradit ipſum vel ex

c. 10.

terra ſicut fructus, vel ex mari ſicut piſces, aut ex aliqua alia re, facere igitur vel acquirere huiuſmodi cibum non eſt proprium opus & immediatum politicæ vel œconomicæ, ſed proprium opus eius eſt diſpenſare iſta in domo, ſicut oportet, ſicut videmus, quòd textoris non eſt facere lanam, ſed vti ipſa, & cognoſcere qualis lana ſit idonea ad ſuũ opus, qualis etiam ſit praua & inepta: ſic igitur œconomicæ deſeruit & natura, quæ generat homines & cibos, & iterum pecuniatiua, quæ acquirit, ſicut etiã arti textoriæ deſeruit & natura quæ producit lanam, & mercatiua quæ acquirit eam. Deinde cum dicit.

f ¶ Mouet quandã quæſtionem, & eſt iſta quæſtio. Cum illi qui ſunt in domo indigeant ſanitate, ſicut indigent his, q̃ ſunt neceſſaria ad vitam, vt cibo & veſtitu, quare ars medicinalis non eſt pars œconomicę, ſicut pecuniatiua? Et reſpondẽdum, quòd ad diſpẽſatorem domus & ad principẽ ciuitatis pertinet quodammodo conſiderare de ſanitate, ſcilicet vtendo cõſilio medicorum ad ſanitatem ſubiectorum, alio autem modo non pertinet ad eos, ſed ad medicos, conſiderãdo ſcilicet ex quibus rebus ſanitas conſeruetur vel reſtituatur, ſimiliter etiam ad diſpenſatorem domus quodam modo pertinet conſiderare de pecunia, ſcilicet vtendo ea iam acquiſita, & vtendo etiam miniſterio eorum, qui acquirunt, ſed cõſiderare ex quibus rebꝰ pecunia poſſit acquiri & quomodo, hoc non pertinet ad œconomicum, ſed ad artem ſubſeruientem, ſcilicet ad pecuniatiuam. Deinde cum dicit.

g ¶ Manifeſtat qđ ſupra dixerat. ſ. ꝙ natura tradat ea q̃ ſunt neceſſaria, & dicit ꝙ ſicut dictũ eſt prius, ea q̄bus vtiť œconomica

E vel politica, maxime oportet p̃exiſtere a natura, a qua etiã accipiũt ſubſeruiẽtes artes, & hoc ꝓbat ꝑ hoc ꝙ naturę opus eſt dare cibũ ei qđ generať ſm naturã, videmꝰ. n. ꝙ illud ex quo ſit aliqd, quãtũ ad id qđ eſt reſiduũ gñationi, eſt cibus rei gñatę, ſicut patet ꝙ aĩal gñatur ex ſanguine mẽſtruo, & id qđ eſt reſiduũ ex hac materia natura cõuertit in lac & præparat cibũ generato, & ideo qa hõ cõſtituť eſt ex rebꝰ q̃ ſunt ſm naturam, aliæ res quæ ſunt ſecundũ naturã ſunt ei cibus, & ideo omnibus hominibus eſt naturalis pecuniatiua. i. acquiſitiua ciborũ, vel denariorũ ꝓ cibo ex rebus naturalibus. ſ. ex fructibus & animalibus, quòd autem aliquis acquirat pecuniam non ex rebus naturalibus, ſed ab ipſis denarijs, hoc non eſt ſecundum naturã. Deinde cum dicit.

h ¶ Poſitis duabus pecuniatiuis oñdit, q̃ earũ ſit laudabilis, & q̃ vituperabilis, & dicit, ꝙ duæ ſunt pecuniatiuæ, quarũ vna vocatur cãpſoria, quæ, ſcilicet acquirit pecuniã ex pecunijs & propter ipſas pecunias, alia autẽ pecuniatiua eſt œconomica, quæ ſcilicet acquirit pecunias ex rebus naturalibus, puta ex fructibus & animalibus, vt dictum eſt, iſta quidem ſecunda, eſt neceſſaria ad vitam hominum, vnde & laudatur, alia vero ſcilicet

f Etenim dubitabit vtique aliquis propter quid pecuniatiua quidem pars œconomiæ, Medicinalis autem non pars? quamuis oportet ſanari eos qui in domo, ſicut & viuere aut aliud aliquid neceſſariorum, quoniam autem eſt quidem & œconomici, & principis etiam de ſanitate videre, eſt aut vt non, ſed Medici, ſic & de pecunijs eſt quidẽ vt œconomici, eſt autem vt nõ, ſed ſubſeruientis.

*Nam dubitaret vtique aliquis, cur ea diligentia quæ ad acquirendum pertinet: pars rei familiaris ſit, medicina vero non ſit eius pars? Atqui ſanam eſſe familiam eius oportet, quemadmodum & victum habere, aut aliud quiddam neceſſariorum, ſed cum ſit vt patrisfamilias & gubernatoris,*

B *de ſalute prouidere, ſit etiam vt non, ſed medici, ita etiam de pecuniis eſt, vt patrisfamilias, eſt etiam ut non, ſed ut lucro inſeruientis.*

g Maxime autem, quemadmodũ dictũ eſt prius, oportet naturæ hoc exiſtere, naturæ. n. opus eſt cibũ genito exhibere. Omni enim ex quo fit cibus qđ relinquitur eſt: propter quod ſecũdũ naturam eſt pecuniatiua omnibus ex fructibus & animalibus.

*Maxime uero, ut prius dictum eſt, a natura oportet hæc exiſtere, naturæ enim opus eſt alimentum genito præbere. Cuique autem ex quo generatur alimentum eſt afferendum, itaque ſecundum naturam eſt parandi*

C *ſtudium omnibus ex fructibus & animalibus.*

h Duplici autẽ exñte ipſa quẽadmodum diximus, & hac quidem campſoria, hac autem œconomica, & hac quidem neceſſaria & laudata, hac autem translatiua vituperata iuſte, non. n. ſecundum naturã ſed ab inuicẽ eſt, rationabiliſſime odio habetur oboloſtatica, eò quòd ab ipſo numiſmate fit acquiſitio & non ſuper quo quidem acquiſiuimus, translationis enim gratia factum eſt vſura: tocos autẽ ſe ipſum facit amplius, vnde & nomen iſtud accepit, ſimilia. n. parta generantibus ipſa ſunt, tocos ãt fit numiſma ex numiſmate: quare & maxime præter naturã iſta pecuniarũ acqſitio eſt.

*Cum uero & hæc ſit duplex, ut diximus, & altera pecuniaria, & altera diſciplina rei familiaris, & hæc quidem neceſſaria & laudabilis, illa uero tranſlata, & merito improbanda, quia non ſecundum naturam, ſed ab hominibꝰ acquirit, rationabiliſſime habetur odio numularia, quoniam a nummo ipſo facit acquiſitionem, & non quod inductus eſt, commutatio-*

D *nis enim cauſa nummus inductus fuit. Fœnus autem ſeipſum maius facit, unde & nomen uenit, quoniam illa quæ pariuntur ſimilia ſunt gignentibus, in fœnore autem nummus nummum parit, itaque maxime præter naturam eſt hic acquirendi modus.*

nummularia transfertur ab eo, quod eſt neceſſarium naturæ ad id quod requirit concupiſcentia, vt ſupra dictum eſt: & ideo iuſte vituperatur, non enim iſta pecuniatiua eſt ſecundum naturam, quia neque ex rebus naturalibus eſt, neque ad ſupplendam neceſſitatem naturæ ordinatur, ſed ex denariorum adinuicem commutatione, inquantum ſcilicet homo denarios per denarios lucratur, & cũ iſta pecuniatiua, quæ eſt nummularia iuſte vituperetur, Quędam alia acquiſitiua pecuniæ eſt, quæ rationabiliſſime vituperatur & odio habetur, quę dicitur fœnus, per quod denarius ſeipſum adauget, & ideo ſic vocatur: videmus enim, quòd ea quæ pariuntur ſecundum naturam ſũt ſimilia generãtibus, vnde fit quidam partus cum denarius ex denario creſcit, & ideo etiam iſta acquiſitio pecuniarum eſt maxime præter naturam, quia ſecundum naturam eſt, vt denarij acquirantur ex rebus naturalibus, nõ autẽ ex denarijs, ſic ergo vna pecuniatiua eſt laudabilis, & duæ vituperabiles, vt dictum eſt.

## LECTIO IX.

QVoniam autem, quæ ad ſcientiam determinauimus ſufficiẽter, quæ ad vſum oportet pertranſire, omnia enim talia contemplationẽ liberam habent, experientiam autem neceſſariam.

b Sunt autem pecuniatiuæ partes vtiles, circa poſſeſſibilia expertum eſſe, qualia precioſiſſima, & vbi, & quõ, puta equorũ poſſeſſio, qualis quædã aut bouum, aut ouiũ, ſimiliter autem & cæterorum animaliũ: oportet enim expertum eſſe ad inuicem, horum quæ precioſiſſima, & qualia, in quibus locis, alia .n. in alijs abundãt regionibus, deinde de terræ cultura, & huius iam nudæ & plãtatæ, & de Apũ cultura, & aliorum animalium natatilium & volatilium a quibuſcumque conuenit ſortiri auxiliũ. Proprijſſimæ quidẽ igitur pecuniatiuæ hę partes, & primę.

c Trãslatiuæ autẽ maximũ quidem mercatura, & huius partes tres, naucleria, portigia, paraſtaſis: differunt autẽ horum altera ab alteris, eo ꝙ hæc quidẽ certiora ſunt, hæc autẽ ampliorẽ acquirunt excreſcentiã, ſecũdum autem tociſmos, tertiũ autem miniſtratiua. huius autẽ hęc quidem banauſarum artiũ, hæc autem inartificialium, & corpori ſoli vtilium. Quarta autem ſpecies pecuniatiuæ, intermedia huius & primæ, habet enim & eius quæ ſecundum naturam aliquam partẽ, & trãslatiuæ quæcumque a terra, & ex a terra genitis infructuoſis quidem, vtilibus autẽ, puta ſiluæ inciſiua, & oĩs metallica, hæc aũt multa iã cõplectiť gña, multæ .n. ſpecies ex terra metallorum ſunt.

## *LECTIO IX.*

*QVoniam vero illa, quæ ad cognitionem pertinebant, determinauimus ſufficienter; illa quæ ad vſum pertinent diſcutienda ſunt, cuncta enim hæc conſiderationem habent liberalem; experientiam uero neceſſariam.*

G

*Sunt autem circa acquirendum partes utiles rerum ipſarum, quæ acquirendæ ſunt, peritiam habere, quæ optima ſint, & ubi, & quomodo, ceu quales equi comparandi ſint, quales boues & pecudes, eodem modo in aliis animalibus, oportet enim peritum eſſe, quæ iſtorum potiſſima, & ubi, & qualia, nam alia alibi potiora gignuntur, deinde agriculturæ, eiuſq; ſpecierum, ut nudi ſoli, & conſiti, &* H *apium, & aliorum animalium, ex quibus ſit utilitas prouentura, maxime propriæ igitur acquiſitionis iſtæ ſunt partes & primæ.*

*Eius uero, quæ per translationem dicitur, potiſſima pars eſt mercatura, & huius partes tres, nauigatio, deuectio, negociatio, differunt autem hæc inter ſe, cum alia ſecuriora ſint, alia fructuoſiora. Secunda pars eſt fœneratio, tertia mercenaria, &* I *huius alia uilium artium, alia ſine arte ſolo corpore miniſtrãte, eſt & quarta acquirendi ſpecies, media inter hanc & primam, habet enim partem eius, quæ eſt ſecundum naturam, & partem eius, quæ per translationem dicitur, & eſt in his omnibus, quæ a terra, & ab his, quæ terræ ſunt, non a fructibus, ſed ab utilibus, ceu ſilua cædua & metallica, hæc rurſus multas complectitur partes, nam multæ ſunt metallorum ſpecies.*

K

## LECTIO IX.

POſtquam Philoſophus docuit cognoſcere pecuniatiuæ originem & eius proprietates & partes, hic conſequenter determinat ea, q̃ pertinent ad vſum ipſius. Et primo dicit de quo eſt intentio. Secundo exequitur propoſitum, ibi. {Sũt aũt pecuniatiuæ partes vtiles &c.} Dicit ergo primo, quòd quia ſufficienter determinauimus de pecuniatiua, in eo quod pertinet ad cognoſcendum naturam ipſius, oportet breuiter ponere ea, quæ pertinẽt ad vſum eius, qualiter ſcilicet, ſit ea vtendum, omnia enim huiuſmodi, quæ pertinent ad operationes humanas, habent liberam, ideſt expeditam contemplationem, quia facile eſt ea conſiderare in vniuerſali, ſed tamen neceſſe eſt, ꝙ habeatur experientia circa ipſa, ad hoc quòd homo poſſit perfectum vſum eorum habere. Deinde cum dicit.

b ¶ Determinat ea, quæ pertinent ad vſum pecuniatiuæ, Et circa hoc duo facit. Primo diſtinguit partes ipſius. Secundo ponit quædam documenta vtilia pecuniatiuæ, ibi. {Quoniam autem a quibuſdam &c.} Circa primum duo facit. Primo aſſignat partes pecuniatiuæ, quæ eſt neceſſaria ad vitam humanam. Secundo partes pecuniatiuæ non neceſſariæ, ibi. {Tranſlatiuæ maximũ quidem mercatura &c.} Dixit autem ſupra, neceſſariam eſſe pecuniatiuam, per quam homo acquirit pecuniam ex rebus quas natura miniſtrat ad neceſſitatem vitæ, huiuſmodi autem ponit F duas partes, quarum prima eſt ſecundũ quam homo ex emptione & venditione talium rerum poteſt pecuniam acquirere, & circa hanc partem dicit, quòd pecuniatiuæ ſunt iſtæ partes vtiles .i. vtilia quædam documenta, vt homo ſit expertus circa bona huiuſmodi, quæ ab hominibus poſſidentur, quæ eorum ſint maximi præcij, & vbi maximo pręcio vendantur, & quomodo, puta quo tempore, vel ſecundum alias conditiones, & exponit de quorum bonorũ poſſeſſione dicat: eſt enim quædam poſſeſſio equorum, & bouum, & ouium, & aliorum animalium. Oportet autẽ eum, qui ex his vult lucrari pecuniam, eſſe expertum, quæ eorum ſint maxime cara, & in quibus locis, quia alia iſtorum in alijs regionibus abundãt, vt ſcilicet emat in loco, vbi abundant, & vendat in loco, vbi ſunt cara. Secunda autem pars huiuſmodi poſſeſſiuæ eſt, vt homo acquirat copiam harum rerum venalium, quod quidem eſt per culturam terræ, ſiue nudæ, hoc eſt abſque arboribus, ſicut ſunt campi, in quibus ſeminatur triticum, ſiue plantatæ, ſicut ſunt vineæ, & horti & olíueta. Per huiuſmodi enim culturam acquirit homo abundantiam tritici, & vini, & aliorũ hmõi, & oportet etiam eſſe hominem expertum de cultura apum & aliorum animaliũ tam natatiliũ, ſcilicet piſciũ, quàm etiam volatilium, ſcilicet auium, a quibuſcumque enim cõtingit acquirere auxiliũ ad vitam humanam, quia per eorum abũdantiam poteſt fieri acquiſitio pecuniarum; ſic ergo patet, ꝙ iſtę ſunt primæ & proprijſſimæ partes pecuniatiuæ, & dicuntur primæ & proprijſſimæ, quia ſic acquiritur pecunia ex rebus naturalibus, propter quas inuenta eſt primo pecunia. Deinde cum dicit.

c ¶ Diſtinguit partes pecuniatiuæ translatiuæ. Dixit autem ſupra, pecuniatiuam translatiuam eſſe per quam acquiritur pecunia non ex rebus neceſſarijs ad vitam, ſed ex quibuſdam alijs rebus; & dicitur translatiua, quia pecunia translata eſt de rebus naturalibus ad huiuſmodi. Circa primum tria facit. Primo diſtinguit partes huiuſmodi pecuniatiuæ. Secundo excuſat ſe de diligentiori conſideratione harum partium, ibi. {De vnaquaque horum &c.} Tertio manifeſtat quædam, quæ dixerat, ibi. {Sunt aũt maxime &c.} Circa primum ponit quatuor partes pecuniatiuæ, quarum prima & maxima eſt mercatiua: mercatores enim maxime pecunias acquirũt: & hãc primã partem ſecũdo diſtinguit in tres partes, quarũ prima eſt nauigatio, quæ ſcilicet, mercationes exercet per mare. Alia autẽ dicitur deuectio, ideſt oneraria, quæ ſcilicet,



ſcilicet exercet mercationes in terra per deportationem onerũ in curribus vel iumentis. Tertia autem vocatur negociatio, puta cum aliquis non defert merces nec per mare nec per terram, ſed aſſiſtit mercatoribus per communicationem pecuniæ vel rerum, & iſtę partes differunt adinuicem, quia quædam eorum ſunt certiores, ſicut mercationes terræ, quædam autem faciunt magis excreſcere lucrum ſicut mercationes maris, quæ tamen ſunt magis periculoſæ. Secunda autem pars principalis huius translatiuæ pecuniatiuæ eſt fœneratio, quæ ſcilicet per vſuras pecuniam acquirit. Tertia autem pars eſt mercenaria, ſicut eorum qui labores ſuos locant pro mercede pecuniarũ, in hac eſt quædã differentia, quia quędã mercenaria fit per artes viles, ſicut eſt ars coquorum & huiuſmodi miniſteriorũ. Quædam autem fit per labores non artificiales, & qui ſunt vtiles ſoli corpori, & in quibus etiam ſolũ corpus eſt vtile, ſicut illi qui mercede conducuntur ad fodiendum in agro, vel ad aliquid aliud huiuſmodi. Quarta autẽ pars eſt media inter translatiuam & primam, quæ eſt neceſſaria habẽs aliquid de vtraque illa, quæ ſcilicet acquirit lucrum per inciſionem lapidum vel metallorum de terra, habet enim hoc commune cum prima pecuniatiua, quia eſt a terra & ab his, quæ generantur ex terra, ſicut agricultura circa ea eſt, quæ generantur ex terra. Cum translatiua autem cõuenit in hoc, ꝙ huiuſmodi metalla non faciunt aliquẽ fructum pertinẽtem ad neceſſitatem vitæ, ſicut faciunt campi, & animalia: ſunt tamen huiuſmodi vtilia ad alia, puta ad ędificandas domos vel ad aliqua inſtrumenta conſtruenda. Et iſta quarta pars complectitur ſub ſe diuerſa genera ſẽm diuerſas ſpecies metallorũ, quæ ſunt aurum, argentum, ferrum, & hmõi. Deinde cum dicit.

d De vnaquaq; horum autem vniuerſaliter quidem dictum eſt nunc, particulariter autẽ diligentius dicere vtile quidem ad operatiões, graue aũt imorari.

e Sunt aũt maxime artificiales quidem operationum, vbi minimum fortunæ, maxime autem banauticæ, in quibus corpora maculantur maxime. Maxime autem ſeruiles vbi corporis plurimi vſus. Ignobiliſſimæ aũt vbi minimum requiritur virtutis.

f Quoniã autẽ a quibuſdã ſcripta ſunt de his, puta a Charete Pario, et Apollodoro Lẽnio de terræ cultura & nudæ & plãtatę.

g Similiter autem & ab alijs de alijs, hæc quidem ex his cõſiderentur cuicumque eſt cura. Adhuc autem & dicta ſparſim per quæ adepti ſunt quidã pecunijs intendentes oportet colligere. Omnia enim hæc proficua ſunt honorantibus pecuniatiuam.

h Puta, & quòd Talis Mileſij hæc enim eſt conſideratio quædam pecuniatiua, ſed illi quidẽ propter ſapientiam adaptant, contingit autem vniuerſale aliquid exiſtẽs. Exprobrãtibus .n. ipſi propter paupertatem tamquam inutili philoſophia exiſtente. Aiunt ipſum cõſideraſſe oliuarum vbertatem futurã ex Aſtrologia, adhuc quoq; hyeme exiſtente abundantem pecunijs paucis arabones dediſſe oliuarũ cultoribus, his qui in Mileto & Chio omnibus modico pretio dato, tanquã nullo adijciente. Quando autem tempus venit, multis quęrentibus ſimul & ſubito præcium taxans quomodo voluit, cum multas pecu-

A

*De ſingulis horum in genere dictũ eſt nunc, in ſpecie uero de his dicere utile quidem foret ad opera conficienda, ſed graue nimis, in his edocendis perſiſtere.*

*Sunt enim operationes illæ artificioſiſſimæ, in quibus minimum eſt fortunæ.* B *Illæ ſordidiſſimæ in quibus maxime inquinatur corpus. Illæ ſeruiliſſimæ, in quibus corporis eſt opus plurimum. Illæ ignobiliſſimæ in quibus minimum requiritur uirtutis.*

*Cum uero ſit a quibuſdam de his ſcriptum, ut a Charete Pario, & ab Appollodoro Lemnio de cultu agrorum, tam nudorum, quam conſitorũ.*

*Et ſimiliter ab aliis de aliis, ea quidem conſideret, cui cura eſt,* C *præcepta etiam quædam a frugi patribus familias dicta colligere oportet, hæc enim omnia utilia ſunt his, qui augere patrimonium curant.*

*Quale eſt illud Thaletis Mileſii, id enim conſideratio quædam eſt ad acquirendum, ſed illi quidem attributum propter ſapientiam: eſt autem uniuerſale quiddam, cui cum obiiceretur philoſophiæ ſtudium propter inopiam* D *quaſi inutile & infructuoſum, proſpexiſſe illum ferunt per aſtrologiam, oliuarum ubertatem futuram. Cumque coegiſſet pauxillum pecuniarum, hyeme adhuc uigente, emptionẽ olei feciſſe in Mileto & in Chio pro paruo admodum prætio, utpote nemine plus offerente, arraſque dediſſe. Cum itaque poſtea tempus ueniſſet, multis ſubito quærentibus uendidiſſe oleum, quanti ipſe uoluit, ac magnam uim pecuniarum inde ſuperlucratum, oſtendiſſe amicis, per facile eſſe philoſo-*

E

d ¶ Excuſat ſe a perfecta horũ determinatione, & dicit quod dictum eſt nunc vtiliter de iſtis partibus: eſſet autẽ vtile ad operationes eorum qui volunt pecuniam acquirere, ꝙ diligentius determinaretur particulariter de ſingulis, ſed tñ graue eſt diu morari circa talia tendentibus ad maiora. Deinde cum dicit.

e ¶ Exponit quædam quæ dixerat de operationibus vilibus & inartificialibus, & dicit ꝙ illę operationes ſunt maxime artificiales, in quibus minimum operatur fortuna, hoc enim a fortuna fieri dicimus quod fit præter præuiſionẽ rationis, in qua ars conſiſtit. Vnde operationes illæ, quorum euentus multum ſubiacent fortunæ, parum ſunt artificiales, ſicut eorum qui piſcantur hamo, & aliorũ huiuſmodi, & econtrario operationes quarum effectus parum ſubiacent fortunę, ſunt maxime artificiales ſicut fabrorum & aliorum artificum. Illæ autem operationes ſunt maxime abiectæ & viles, quibus corpora maxime maculãtur, ſicut ſunt coquorum & eorum qui purgant plateas & aliorũ huiuſmodi. Illæ autem operationes ſunt maxime ſeruiles, vbi maior pars vſus eſt ex parte corporis & parum ex parte ratiõis, ſicut eorum qui deferunt onera & curſorum & huiuſmodi. Illæ autem ſunt ignobiliſſimæ inter oẽs, ad quas requiriť minimum de virtute vľ animi vel corporis, ſicut in aliquibus prędictarum apparet. Deinde cum dicit.

f ¶ Proponit documenta vtilia ad partes pmiſſas pecuniatiuæ. Et primo docet huiuſmodi documenta conſiderare ex ſcripturis. Secundo ex exemplis, ibi. {Similiter autẽ & ab aliis, &c.} Dicit ergo primo ꝙ quia quidam ſapientes de præmiſſis ſcripſerunt, ſicut quidam Charetes nomine, Parius origine, & Appollodorus Lẽnius ſcripſerunt de cultura terræ tam nudæ q̃ plantatæ, velut & apud latinos Palladius, & ab aliis ſcriptum eſt de aliis præmiſſarum partium. Quicumq; habet curam plenius præmiſſa cognoſcere, conſideret ex eorũ libris. Deinde cum dicit.

g ¶ Proponit documentum de exemplis conſiderandis, & primo proponit qđ intendit. Secundo ſubiungit exempla, ibi. {Puta & qđ Thalis, &c.} Dicit ergo primo, ꝙ non ſolũ oportet cõſiderare libros eorum, qui artes de prędictis partibus cõſtruxerunt, ſed etiã ſi quæ dicuntur exempla diſperſa in diuerſis narrationibus per quæ aliqui acquiſiuerunt magnam pecuniam, oportet huiuſmodi cõſiderare, hęc .n. erũt vtilia his q intedũt acquirere pecunias. Deinde cũ dicit.

h ¶ Subiungit duo exempla, quorum ſecundum incipit, ibi. {In Sicilia &c.} Circa primum duo facit, primo proponit exẽplum. Secundo oſtendit ad quid eſt vtile, ibi. {Eſt autem, &c.} Sciendum eſt ergo circa primum, ꝙ Thales Mileſius fuit vnus dẽ ſeptem ſapientibus qui primus incœpit ſtudere in philoſophia naturali, aliis ſex ſapientibus circa res humanas occupatis, cuius factum habet quandam conſiderationem vtilem ad acquirendũ pecunias, quamuis aſcribatur non ad cupiditatem pecuniæ, ſed ad ſapientiam, poteſt tamen ex eius facto ſumi quoddã vniuerſale documentum acquirendi pecunias. Cum enim exprobraretur ſibi ab aliquibus ꝙ pauper eſſet, & ꝙ ſic ſua philoſophia eſſet ſibi inutilis, conſiderauit per aſtrologiam, cuius erat perit⁹, ꝙ in futuro anno, futura eſſet vbertas oliuarum præter conſuetudinem, nam in præcedenti anno etiam fuerat oliuarũ vbertas

Laert. in Thal.

Vt plurimum autem oliuæ deficiunt poſt vbertatem. Cum igitur adhuc in hyeme eſſet abundantia oliuarum, dedit cultorib⁹ oliuarum in duabus ciuitatibus, ſcilicet Mileto & in Chio paucas pecunias pro arra fructus futuri anni, qui parum credebâtur excreſcere. Quando ergo venit tempus oliuarum, multis ſimul & ſubito quærentib⁹ emere oliuas, taxauit præcium, ſicut voluit & ſic colligens multas pecunias, oſtēdit, ꝙ philoſophis facile eſt ditari ſi volunt, ſed non eſt ſtudium eorum ad hoc, & per hunc modum Thales oſtendit ſuam ſapiētiam. Deinde cum dicit.

i ¶ Oſtendit ad qd eſt vtile pecuniatiuæ huiuſmodi exemplū & dicit, ꝙ hoc eſt valde vtile ad acquirendum pecunias, ſiquis poſſit præparare ſingularem venditionē, vt ſcilicet ipſe ſolus vendat res aliquas in ciuitate. Deinde cū dicit.

K ¶ Ponit ſecundū exemplum, & primo narrat factum. Secūdo oſtendit, ꝙ redit in idem cum primo. Dicit ergo primo, ꝙ cum quidam in Sicilia haberet pecuniā apud ſe reconditam, emit ſimul omne ferrum de mineris in q. bus fundebatur. Vnde cū veniſſent mercatores, ipſe ſolus vēdebat, non tamen faciebat magnū exceſſum præcii vt expeditius venderet, tamen lucratus eſt de quinquaginta talentis cētum. Dionyſius autē tyrrannus Siracuſanorum, ſentiens hūc valde ditatum, mandauit ei ꝙ vlteri⁹ nō habitaret in Siracuſis, permittens tamē ei portare ſuas ſecum pecunias. Quod enī aliqui ciues multum ditentur, reputant ſibi tyranni eſſe inconueniens, vt infra dicetur. Deinde cum dicit.

l ¶ Oſtendit quòd illud in idem redit cum primo, quia & iſti Siculo & Thalethi philoſopho idem viſum fuit, vt ſcilicet exerceret monopolium, & eſt etiā vtile ꝙ politici conſiderēt quia multis ciuitatibus neceſſe eſt acquirere pecunias ſicut & domibus, & adhuc magis, quanto ciuitas pluribus indiget. Et ideo quidam qui ſtudent circa regimina ciuitatum, ad hoc principaliter videntur intendere, vt multiplicent pecuniam in ærario publico.

nias collegiſſet, demonſtrauit, quia facile ē ditari philoſophis ſi uolūt, ſed non eſt hoc circa qđ ſtudēt. Thales quidē igitur hoc modo oſtēſionē feciſſe ſapiētię.

i Eſt autem quēadmodum diximus vniuerſale quod tale pecuniatiuū, ſiquis potuerit Monopoliā preparare ſibi, propter quod & ciuitatum quædam hoc modo faciunt diuitias cū egeāt pecuniis. Monopoliam enim venalium faciunt.

K In Sicilia autē quidam repoſito apud ſe numiſmate, ſimul emit omne ferrū de ferri mineris. Poſt hoc autem vt venerunt de nundinis mercatores, vendebat ſolus, non multum faciens exceſſū precij, ſed tamen in quinquaginta talentis, ſup aſſumpſit centū. Hoc igitur Dionyſius ſentiens pecunias quidem iuſſit aſportare, non tamen amplius manere in Syracuſis, tāquā diuitias inuenientē, ſui ipſius rebus inconuenientes.

l Quod vero viſum fuit Thali, & huic, idem eſt. Vtriq; enim ſibi ipſis ſtuderunt fieri Monopoliam. Vtile autē notificare hoc politicis. Multis .n. ciuitatibus opus ē pecuniæ acquiſitione & talibus diuitiis quemadmodū domibus. magis aūt: propter qđ & quidā ciuiliter conuerſantiū, ciuiliter cōuerſant per hoc ſolū.

F *phis ditari, ſi uellent, ſed hoc non eſſe illis curæ. Thales igitur in hunc modum dicitur ſapientiam ſuam oſtendiſſe.*

*Eſt autem ut diximus uniuerſalis hic quærendi modus, ſiquis poſſit ſibi* G *ſoli uenditionem comparare. Quapropter ciuitates quædam hunc faciunt quæſtum, cum indigent pecuniis, uenditionem enim ſibi ſolis reſeruant.*

*In Sicilia, quidam cum apud eum pecunia repoſita eſſet, ferri quicquid erat ex ferrariis emit, poſtea uero mercatoribus illuc accedentibus, uendebat ſolus, non magnum exceſſum præ* H *cii faciens, ſed tamen ita ut pro quinquaginta talentis, centum conficeret. Hoc itaque ſentiens Dionyſius, pecunias quidem illi non abſtulit, ſed amplius Siracuſis morari uetuit, ut qui redditus reperiſſet ſuis rationibus inutiles.*

*Iſte uidit aliquid tale quale Thales uiderat, uterque enim ſibi ſoli uenditionem parauit, hoc eſt utile uidere etiam in rep. Nam ciuitates pecuniis* I *indigent, & huiuſmodi quæſtibus quē admodum domus, ſed magis. Quamobrem in repu. quidam huic ſoli parti intendunt.*

## LECTIO X.

Poſtquàm philoſophus determinauit de coniugatione domini & ſerui, addito etiam vniuerſali tractatu de poſſeſſione, hic determinat de aliis duabus coniugationibus domeſticis, quas ſupra poſuerat, ſcilicet viri ad vxorem & patris ad filium, & diuiditur in partes duas. In prima determinat quędam de huiuſmodi coniugationibus. In ſecunda excuſat ſe a diligentiori horum conſideratione, ibi. {De viri autē & mulieris &c.} Circa primum duo facit. Primo determinat de prædictis coniugationibus, comparans eas aliis principatibus. Secundo mouet quandam quæſtionem communem de omnibus, ibi. {Primo igitur quidem, &c.} Circa primum tria facit. Primo ponit comparationem prædictarum coniugationū ad alios principatus. Secundo cōparationem prędictā manifeſtat, ibi. {In Politicis quidem igitur officiis, &c.} Tertio oſtendit ꝙ ſollicitudo œconomiæ maxime circa huiuſmodi coniugationes verſatur, ibi. {Manifeſtum igitur, &c.} Dicit ergo primo, ꝙ cū prius dictum ſit, ꝙ tres ſint partes œconomicæ, ideſt gubernatiuæ domus ſecundum tres coniugationes pdictas: de vna earum iam dictum ē, ſcilicet de deſpotica, quæ pertinet ad dominum & ſeruum, vnde reſtat dicere de ſecunda, quæ eſt paterna pertinēs ad patrem & filium, & de tertia quæ eſt nuptialis, pertinens ad virū & vxorem, de quib⁹ tria dicit. Primo quidem ꝙ in vtraque harum coniugationum eſt quædam prælatio ſiue quidam principatus. Vir enim principatur mulieri & pater filiis, non quidē ſicut ſeruis, ſed ſicut liberis, in quo differunt hi duo principatus a principatu deſpotico. Secundū eſt, ꝙ hi duo principat⁹ non ſunt vniuſmodi ſed vir principatē mulieri politico principatu, ideſt ſicut aliquis qui eligitur in rectorem, ciuitati præeſt, ſed pater præeſt filiis regali principatu: & hoc ideo, quia pater habet plenariam poteſtatem ſuper filios, ſicut & rex in regno: ſed vir non habet plenariam poteſtatem ſuper vxorem quantum ad omnia, ſed ſecundum ꝙ exigit lex matrimonii, ſicut & rector ciuitatis habet poteſtatem ſuper ciues ſecundum

## LECTIO X.

Voniam aūt tres partes œconomicæ erāt, vna quidē deſpotica đ qua dictū prius, vna aūt paterna, tertia aūt nuptialis. Etenim mulieri præeſt & natis, tamquā liberis quidem ambobus. Non eodem aūt modo principat⁹, ſed mulieri quidē Politice, natis aūt regaliter. Maſculus .n. natura, femella principalior, niſi aliqualiter conſtet prēter naturā, & ſenius & pfectū, iuniore & impfecto.

## LECTIO X.

*Voniam uero tres erant partes rei domeſticæ. Vna dominico, de qua ſupra diximus, alia paterna, tertia coniugalis,* K *nam & uxori præeſt & filiis, tamquā liberis quidem ambobus, ſed non eodē modo, ſed uxori quidem ciuiliter, filiis autem regie. Maſculus enim quàm fœmina principalior eſt, niſi alicubi contra naturam conſtiterit, & antiquius & perfectum, iuniore & imperfecto.*



ſecundum ſtatuta. Tertio autem manifeſtat hos duos principatus eſſe ſecundum naturam, quia ſemper quod eſt principalius in natura, principatur, vt ſupra habitum eſt. Sed maſculus eſt naturaliter principalior fœmina, niſi aliquid accidat præter naturam, ſicut in hominibus effœminatis, & ſimiliter pater eſt naturaliter pricipalior filio, ſicut antiquius iuniore, & perfectū imperfecto, ergo naturaliter maſcul⁹ prīcipatur fœminę & pater filiis. Deinde cū dicit.

b ¶ Manifeſtat cōparationes pdictas, & primo nuptialis principatus ad politicum. Secundo paterni ad regalem, ibi. {Puerorum aūt principatus, &c.} Oſtendit ergo primo comparationem quātum ad differentiam, quia in ciuilibus principatibus tranſmutantur perſonæ principātes & ſubiectæ, qui enim ſunt in officio principatus vno anno, ſubditi ſunt alio, & hoc ideo, quia talem principatum competit eſſe inter eos qui ſunt æquales ſecūdum naturam & in nullo differūt naturaliter, ſed tātum tempore quo vnus principatur & alii ſubiiciuntur. Induſtria vero humana adinuenit quandam differentiam & quātum ad figuram, quæ conſiſtit in exterioribus inſigniis & quātum ad ſermones, qa aliter nominantur q̃ prius, & aliter eos homines alloquuntur, & ſimiliter quantum ad honores, quia ſcilicet ciues, quaſdam reuerentias exhibēt ei qui eſt in principatu, quas ante nō exhibebant, ſicut Amaſis Poeta dixit de lotore pedum, ille enī qui eſt lotor pedum, ſi circumponerentur ſibi huiuſmodi inſignia & aliad uo dona ſibi exhiberentur, nō videretur a principe ciuitatis differre, ſic ergo patet, ꝙ politicus principatus permutatur de perſona in perſonā, ſed hoc non contingit in principatu maris ad fœminam: non enim qui eſt mas poſtea fit fœmina, aut econuerſo, ſed ſemper manet eodem modo. Deinde cum dicit.

c ¶ Comparat principatum paternum ad regalem ſecundum ſimilitudinem, & dicit ꝙ principatus patris reſpectu filiorum eſt regalis. In hoc enim principatu duo attenduntur, ſcilicet ꝙ pater qui generat principatur ſecundum amorem, naturaliter enim amat filios, & iterum principatur ſecundum ſenectutem, quaſi habens quandam naturalem prærogatiuam ætatis ſupra filios, & quantum ad hoc eſt ſpecies, ideſt ſimilitudo principatus regalis, & inde eſt ꝙ Homerus appellauit Iouem, ideſt ſummū Deum, patrem virorum & deorum, ideſt regem omnium & hominum, & ſuperiorum ſubſtantiarum, quas Deos vocabat. Oportet enim ꝙ rex, qui perpetuo principatur & plenariam habet in omnibus poteſtatem, differat a ſubditis ſecundum naturam in quadam magnitudine bonitatis, & tamen ꝙ ſit genere idem eis, ad minus ſecundum ſpeciem humanam, melius autem erit, & ſi etiam vnitate gentis, & hæc etiam eſt comparatio ſenioris ad iuniorem, & generantis ad genitum, ꝙ ſcilicet habet naturalem prærogatiuā perfectionis: ideo autem oportet regē naturaliter differre ab aliis, niſi enim eſſet naturali quadam bonitate melior, non eſſet iuſtum, ꝙ ſemp dominaretur plenaria poteſtate ſibi æqualibus, vt infra in Tertio diceē. Sic igitur naturalis differētia ſeparat principatum regalem a politico, qui eſt ad æquale ſecundum naturam, amor autem ſeparat principatum regalē a tyrannico, qui nō principatur propter amorem quem habet ad ſubditos, ſed propter commodum ꝓprium. Deinde cum dicit.

d ¶ Concludit, ꝙ principalis intentio œconomici eſt circa iſtas duas coniugationes principalior q̃ circa alia. Magis .n. intendit circa homines q̃ circa poſſeſſionem inanimatorum, ſicut tritici & vini & aliorum huiuſmodi, & magis debet intendere ad virtutem, per quam homines bene viuunt, q̃ ad virtutē poſſeſſionis, per quā poſſeſſio bene procuratur & multiplicatē, quod ſignatur nomine diuitiarum, & ſimiliter etiam magis ſtudet ad virtutem liberorum q̃ ſeruorū, & huiuſmodi rō poteſt aſſignari, qa principalis intentio cuiuſlibet eſt de fine. Res autem inanimatæ quærūtur propter homines, ſicut ꝓpter finē, & ſerui propter liberos, vt eis miniſtrent. Deinde cum dicit.

e ¶ Quia fecerat mētionem de virtute liberorum & ſeruorum, mouet de hoc quæſtionem, & circa hoc tria facit. Primo mouet quæſtionem, ſecundo ſoluit eam, ibi. {Manifeſtum igitur, &c.} Tertio ex ſolutione mouet iterū aliā quæſtionem, ibi. {Dubitabit autem vtique aliquis, &c.} Circa primum duo facit. Primo mouet quæſtionem circa dominum, & ſeruum. Secundo circa alios principatus, ibi. {Ferè autem idē &c.} Dicit ergo primo, ꝙ de ſeruis poteſt eſſe quædam dubitatio, manifeſtum eſt enim, ꝙ ſeruus debet habere quandam virtutem organicam & miniſtratiuam, per quā ſcilicet ſciat & poſſit exequi mandatum domini & ei ſeruire, ſicut ſupra dictum ē, ꝙ ſunt quædam ſeruiles ſcientiæ. Sed dubitatio eſt, vtrum præter huiuſmodi virtutes ſit aliqua alia dignior virtus conueniēs ſeruo, ſicut ſunt virtutes morales, vt temperantia, fortitudo, iuſtitia, & alia huiuſmodi, vel nulla virtus cōpetat ſeruo niſi quæ pertinet ad corporalia ſeruitia, & dicit ꝙ ex vtraq; parte videē eſſe

b In politicis quidē igitur principatibus, plurimis tranſmutaē principans & ſubiectū. Ex æquali .n. vult eſſe ſecundū naturā, & differre nihil, attamē cū hic quidem dominetur, hic autē ſubijciatur, quærunt differentiā eſſe & figuris, & ſermonib⁹, & honoribus, quēadmodū Amaſis dixit de pedū lotore ſermonē. Maſculus autē ad fœmellā ſemper hoc modo ſe habet.

c Puerorum autem principatus regalis, Quod .n. genuit, & ſecūdum amorem principans, & ſecundum ſenectutē eſt, quod quidē eſt regalis ſpecies principatus, propter qđ bene Homerus Iouē appellauit dicens, Pater virorumq; Deorūq;, regē horum omnium, patrem dicens. Natura .n. regē quidē oportet differre, genere autē eſſe eundē, quod quidē paſſum eſt ſenius ad iuuenem, & qui genuit ad natum.

d Manifeſtum igitur, quoniam amplior ſollicitudo œconomiæ circa homines, q̃ circa inanimatorum poſſeſſionem & circa virtutem, q̃ horū circa eā quæ poſſeſſionis, quā vocamus diuitias, & liberorū magis q̃ ſeruorum.

e Primo igitur quidē de ſeruis, dubitabit vtique aliquis, vtrum eſt virtus aliqua ſerui præter organicas & miniſtratiuas, alia honorabilior iis, puta temperātia, & fortitudo, & iuſtitia, & aliorū talium habituū, aut nō eſt neq; vna, præter corporalia ſeruitia. Habet .n. dubitationē vtrobiq;, ſi .n. eſt, quid differat a liberis, & ſi non eſt, exiſtentibus hominibus & ratione communicantibus, inconueniens.

A *In ciuilibus igitur officiis plerumque commutatur is qui præeſt, & is qui ſubeſt, nam æquales eſſe uolunt ſecundum naturam, nec quicquam differre, attamen cum hic quidem præeſt, ille uero ſubeſt, requiritur differētia figuris, & ſermonibus, & honori-* B *bus, ut Amaſis inquit de pedum lotore. Enimuero maſculus ad fœminam ſemper ita ſe habet.*

*Filiorum autem imperium, eſt regium, quod enim genuit, quodque per amicitiam præeſt, & per ætatem, id ipſum eſt idem quòd ſpecies quædam regii imperii. Ideo bene Homerus de Ioue inquit. Hominum pater atque deorum, ſic appellans horum omnium* C *regem. Natura enim excellere regem oportet, genere autem eſſe eundem, quod accidit ſeniori ad iuniorem, & parenti ad natum.*

*Manifeſtum autem, quòd plus ſtudii domeſticæ diſciplinæ eſt circa homines, quàm circa poſſeſſiones inanimatorum, & circa horum uirtutes, quàm circa uirtutes poſſeſſionis, quas diuitias appellamus, & circa liberos magis, quàm circa ſeruos.*

D *Dubitatur autem, utrum præter miniſteria & corporalia opera, ſit aliqua uirtus ſerui excellentior, puta modeſtia, fortitudo, & iuſtitia, & alii huiuſmodi habitus, uel non ſit alia præter corporalia miniſteria. Ambiguitatem ſane id habet, nam ſiue ſit aliqua, excellentiores erunt ſerui quàm liberi, ſiue non eſt aliqua, cum ſint homines rationis participes, abſurdum uidebitur.*

E

eſſe dubitatio: quia ſi competit ſeruis habere huiuſmodi virtutes ſicut & liberis: in nullo videbuntur differre a liberis, immo excellentiores videbuntur, qui & ſeruorum & liberorum virtutibus polleant. Ex alia parte inconueniens videtur, ſi cum ſint homines ratione communicantes non habeant virtutes, quibus homines viuunt, ſecundum rationem. Deinde cum dicit.

f ¶ Mouet eandem quæſtionem in aliis principatibus, & dicit ꝙ idem quod quęritur de ſeruo, poteſt etiam quæri de muliere & puero, vtrum ſcilicet, oportet eſſe mulierem temperatam & fortẽ & iuſtã: & ſimiliter puerũ uel non. & hæc etiã quæſtio poteſt moueri vniuerſaliter in omni principatu, vtrũ ſcilicet ſit eadem virtus principantis & ſubiecti, vel non, & obiicit ad vtramq; partem, quia ſi oportet & principantem & ſubiectũ participare bonitate virtutis, nulla ratio erit, ꝙ vnus debeat ſubiici & alius principari ſemper, ideſt per totam vitam ſuam, ſecus autẽ eſſet ſi ſucceſſiue ſubiicerentur & principarentur, ſicut accidit in politico principatu, nec poteſt dici ꝙ virtus principantis & ſubiecti differant ſecundũ magis & minus, magis enim & minus non variant ſpeciem, ſed principari & ſubiici differunt ſpecie. Vnde non videtur ſufficere ad differentiam principantis & ſubiecti, ꝙ vnus habeat plus de virtute q̃ alius. Ex alia parte ſi dicatur, ꝙ oportet vnum habere virtutem, non autem alium, ſequitur etiam inconueniens, quia ſi ille qui principatur non erit ſobrius & iuſtus, non poterit bene principari. Si vero ſubiectus non habeat has virtutes, non poterit bene ſubiici, quia propter intemperãtiam vel timorem frequenter omittet facere ea quæ oportet, & ſic non bene ſubiiceret. Deinde cum dicit.

g ¶ Soluit propoſitam dubitationem, & primo proponit ſolutionem in generali, ſecundo in ſpeciali, ibi. {Palam autem hoc, &c.} Concludit autem primo ex rationibus inductis ad vnam partem ꝙ neceſſe eſt ꝙ tam principans q̃ ſubiectus participent virtute, aliter enim neque vnus bene principaretur, neque alius bene ſubiiceretur, ſed eſt quędam differentia virtutis vtriuſque, & hoc manifeſtat per ea quæ ſubiiciuntur aliis naturaliter, & ponit exemplum in partibus animæ, cuius vna pars naturaliter ſubiicitur, ſcilicet pars irrationalis, vt iraſcibilis & concupiſcibilis. Ponimus autem vtriuſque partis eſſe aliquam

F virtutem ſed differentem, nam virtus rationalis partis eſt prudentia, ſed virtus irrationalis partis eſt temperantia & fortitudo, & aliæ huiuſmodi virtutes. Vnde manifeſtum eſt ꝙ eodem modo ſe habet etiam in aliis quę principantur & ſubiiciuntur ſecundum naturã, & quia natura diuerſificatur in diuerſis, ideo ſecundum naturam ſunt diuerſa, quæ principantur & ſubiiciũtur. Alio enim modo homo liber principatur ſuo ſeruo, & maſculus fœminæ, & vir puero, vt etiam ſupra habitum eſt. Omnibus autem his inſunt partes animæ quæ dictæ ſunt. Vnde & virtutes earum omnibus præmiſſis inſunt, ſed differenter. Et hoc primo manifeſtat quantũ ad partem rationalem, ad quam pertinet conſiliari. Seruus enim in quantum eſt ſeruus, non habet conſilium de ſuis actibus. Cuius ratio eſt, quia cõſiliamur de his quæ ſunt in poteſtate noſtra, ſeruus autem nõ habet actus ſuos ĩ poteſtate ſua, ſed ſunt actus eius in poteſtate domini. Vnde ſeruus non habet liberã poteſtatem conſiliandi, ſed fœmina cum ſit libera, habet poteſtatem conſiliandi, ſed conſilium eius ẽ inualidum. Cuius ratio eſt, quia propter molliciem naturæ ratio eius infirmiter inhæret conſiliatis, ſed cito ab eis remouetur propter paſſiones aliquas, puta cõcupiſcẽtiæ, vel irę, vel timoris, vel alicuius huiuſmodi: pueri autẽ habent conſiliũ ſed imperfectum, cuius ratio eſt, quia non habẽt perfectum vſum rationis vt poſſint ſingula diſcutere q̃ ſunt in conſiliis attendenda, & ſic diuerſimode ſe habent ad id quod eſt rationis. Similiter etiam conſiderãdum eſt & circa morales virtutes, omnes enĩ participant ipſas, ſed nõ eodem modo, ſed vnuſquiſque eas participat quantum eſt neceſſarium ad proprium opus. Vnde ille qui principatur ſiue ciuitati, ſiue ſeruis, ſiue mulieri, ſiue filiis, oportet ꝙ habeat perfectam virtutem moralem, quia opus eius eſt ſimpliciter opus architectoris, ideſt principalis artificis. Sicut enim principalis artifex dirigit & imperat miniſtris artis qui manu operantur, ita princeps dirigit ſuos ſubiectos, & ideo habet officium rationis, quæ ſe habet ſimiliter vt principalis artifex ad inferiores partes animæ, & ita oportet ꝙ ille qui principatur habeat rationem perfectam, ſed vnuſquiſque aliorum q̃ ſubiiciuntur, tantum habet de ratione & de virtute, quantum ille qui principatur immittit ipſis, ideſt tantum oportet quod habeant

f Ferè autẽ idem eſt, ꝙ quæſtio de muliere & puero, vtrũ & horũ ſunt virtutes, & oportet mulierem eſſe tẽperatã & fortẽ, & iuſtã, & puer eſt intẽperatus & tẽperatus, aut nõ. Vniuerſaliter itaq; hoc eſt conſiderandum de ſubiecto natura & principãte, vtrũ eadẽ virtus aut altera. Siquidẽ.n. oportet ambos participare calocagathia, ꝑp quid hũc quidẽ principari oportebit vtique, hunc aũt ſubijci ſecundũ ſemel: neq; .n. per magis & minus poſſibile eſt differre, ſubijci quidem.n. & principari ſpecie differũt. Magis aũt & minus nihil. Si aũt hunc quidẽ oportet, hũc aũt non, mirabile. Si .n. principans non erit ſobrius & iuſtus, qũo principabitur bene? ſi vero ſubiectus, qũo ſubiicietur bene? Intẽperatus n. & formidoloſus nihil faciet eorũ quæ oportet.

g Manifeſtũ igitur, quia neceſſe quidẽ participare vtroſq; virtute, hmõi aũt eſſe differentię, quẽadmodũ natura & ſubiectorũ, & hoc ſtatim exẽplificatur circa animam. In hac.n. eſt natura, hoc quidẽ principans, hoc autẽ principatũ, quorũ alterum dicamus eſſe virtutem, puta ratione abundantis, & irrationalis. Manifeſtũ igitur, ꝙ eodem modo ſe habet & in aliis. Quare natura quæ plura principantia & ſubiecta, alio.n. modo liberum ſeruo principatur & maſcul⁹ fœminæ, & vir puero. Et omnibus inſunt quidẽ partes animæ, ſed inſunt differenter. Seruus quidẽ.n. oĩo non habet, quod cõſiliatiuũ, fœmina habet quidẽ ſed inualidũ, puer aũt habet quidẽ ſed imperfectũ, ſimiliter igitur neceſſariũ haberẽ, & circa morales virtutes exiſtimandũ oportere quidem participare omnes ſed non eodem modo, ſed quãtũ vnicuiq; ad ſui ipſius opus, ꝑp quod principẽ qdẽ perfectã habere oportet moralẽ virtutem, opus.n.eſt ſimpliciter Architectonis; ratio aũt Architectõ, aliorũ aũt vnuſquiſq; quantũ immittit ipſis. Itaque manifeſtũ, qm̃ eſt moralis virtus & dictorũ omniũ, & non eadẽ tẽperantia mulieris & viri neq; fortitudo & iuſtitia, quemadmodũ putauit Socrates, ſed hęc quidẽ principatiua fortitudo, hæc aũt ſubminiſtratiua. Similiter aũt ſe hẽt & circa alias.

*Eadem eſt fere quæſtio de muliere & puero, utrum & horum ſint uirtutes, & oporteat mulierem eſſe modeſtam & fortem & iuſtam, & an puer ſit intemperans & modeſtus, uel non. Et uniuerſaliter id quærendum eſt de natura imperantis & parentis, utrum eadem uirtus, an alia. Si enim* G *oportet utroſque participes eſſe uirtutis, cur tandem alter imperare debet, alter parere? Non enim ſecundum magis & minus poſſunt differre, nam imperare & parere ſpecie differunt, & non ſecundum magis & minus. Sin uero alium oportet, alium non, admirabile eſt, nam ſi imperans non erit temperatus & iuſtus, quomodo bene imperabit? Sin is cui imperatur, quomodo bene parebit? Intemperatus enim & timidus nihil faciet, ut oportet.* H

*Conſtat igitur, oportere utroſque habere uirtutem, ſed in ipſa uirtute eſſe differentiam, quemadmodum in his quæ natura obediunt. Id aperte in animo inſpicitur: eſt enim in animo quod natura imperat, & quod paret, quorum diuerſam cenſemus eſſe uirtutem, & ut rationem habentis & irrationalis. Patet eodem modo ſe habere in aliis. Itaque pleraque ſunt* I *natura imperantia & parentia, alio enim modo liber præeſt ſeruo, & maſculus fœminæ, & uir puero, & omnibus inſunt partes animæ, ſed differunt. Seruus enim omnino non habet deliberandi arbitrium, mulier uero habet quidem, ſed inualidum, puer autem habet, ſed imperfectum. Eodem modo ſe habere neceſſe eſt circa morales uirtutes, putandum eſt autem omnes participes eſſe oportere, ſed non eodem modo, ſed quantum* K *cuique opus eſt. Ex quo fit, ut is qui imperat, perfectam uirtutem habere debeat moralem, nam eius opus eſt ſimpliciter præcipientis, ac præſidentis, ratio autem præcipit atque præſidet, aliorum uero unuſquiſque quantum ſibi competit. Quare patet, uirtutem moralem eſſe omnium ſupradictorum, nec eadem modeſtia mulieris & uiri, neque fortitudo, neque iuſtitia, ut Socrates putabat, ſed illa quidem iubens fortitudo, hæc uero obediens, eodem modo & in aliis.*



beant ꝙ ſufficiant ſequi directionẽ principantis implendo mãdata ipſius: & ſic patet quòd omnium prædictorũ eſt aliqua moralis virtus, ſcilicet vt temperantia, fortitudo & iuſtitia: non tamen eadem eſt viri & mulieris & aliorum ſubiectorum ſicut putauit Socrates, ſed fortitudo viri eſt ad principandum, vt ſcilicet propter nullũ timorem prætermittat ordinare quid faciendũ ſit, ſed in muliere & in quolibet ſubdito oportet ꝙ ſit fortitudo ſubminiſtratiua, vt.ſ. propter timorẽ non prætermittat facere proprium miniſterium, ſic etiam differt fortitudo in duce exercitus & in milite, & ſicut dictum eſt de fortitudine, ita dicendum eſt de omnibus aliis virtutibus quæ in principante quidem ſunt principatiuæ, in ſubiectis autem miniſtratiuæ, & ꝑ hoc patet quòd non differunt ſolum ſecundum magis & mĩnus horum virtutes, ſed aliqualiter ſecundum rationem. Deinde cum dicit.

h ¶ Manifeſtat qđ dixerat magis in particulari, & dicit quòd hoc quod dictũ eſt, magis erit manifeſtũ his qui volunt conſiderare magis in particulari, quia illi qui đ actibus humanis volunt dicere ĩ vniuerſali tantum, decipiũt ſeipſos, quia non poſſunt plene peruenire ad veritatem, ſicut ſi aliquis eſſet contentus vt ſciret ꝙ virtus eſt per quam anima bene ſe habet, aut ꝑ quam homo iuſte operatur, vel aliquid aliud talium, & nihil plus vellet ſcire de virtute, deciperet ſeipſum, imperfectam & inutilem habens ſcientiam de virtute. Multo enim melius dicũt illi qui enumerant virtutes in ſpeciali, ſicut Gorgias fecit, q̃ illi qui dicũt ſolum in generali, cuius ratio eſt, qa actus ſunt circa ſingularia, vnde ea quæ ad actus pertinent, in particulari ſunt conſideranda, & ideo ſicut quidã poeta dixit de muliere quiddã particulariter ad eius virtutẽ pertinens, ita etiã eſt exiſtimãdum in omnibus. Ad mulieris.n. ornatũ vel honeſtatẽ pertinet ꝙ ſit taciturna, hoc enim ex verecundia prouenit quæ mulieribus debetur, ſed hoc ad ornatum viri non pertinet, ſed magis ꝙ ſicut decet loquatur. Vnde & Apoſtolus monet ꝙ mulieres in eccleſiis taceant, & ſi quid dicere volunt, domi viros ſuos interrogent: ſed quia puer eſt imperfectus, virtus eius non eſt ad ſeipſum, ideſt vt ſecundum ſuum ſenſum regatur, ſed vt diſponatur ſecundum ꝙ eſt conueniens ad finem debitum, & ad obediẽdum ductori ſcilicet pedagogo. Vnde in Eccleſiaſtico ſapiens di- (Cor. 14.) (Eccl. 30.)

A cit. Non des filio tuo poteſtatem in iuuentute, & ne deſpicias cogitatus illius: ſimiliter etiam virtus ſerui eſt in ordine ad dominum. Dictum eſt enim ſupra, ꝙ ſeruus ẽ vtilis ad neceſſaria vitæ, vnde indiget quidem virtute, ſed parua, & tanta, vt non deficiat ab his quæ debet operari propter intemperantiam concupiſcentiæ vel propter timiditatem. (Lectio 2.)

LECTIO XI.

Soluta precedẽti dubitatiõe, hic mouet quandam aliã dubitationem quæ ex ꝓmiſſa ſolutione orit̃, & circa hoc tria facit. Primo mouet dubitationem: ſecundo ſoluit eam, ibi. {Aut differt ab his plurimum &c.} Tertio inducit quoddam correlariũ ex ſolutione poſita, ibi. {Manifeſtum igit̃ &c.} Eſt ergo dubitatio de hoc quod ſupra dictum eſt. Si .n. verum eſt, ꝙ oportet ſeruum habere quandam virtutem, ne ꝑp intemperantiam aut timorem deficiat ab operibus, pari ratione videbitur ꝙ artifices ad hoc ꝙ ſint boni artifices, oporteat habere aliquam virtutem, cũ multoties contingat, ꝙ propter intemperantiam vel alia vitia defectum faciant in ſuis operib⁹, vtputa negligẽter agentes dum aliis intendunt. Deinde cũ dicit. (In præcedẽti lect.)

b ¶ Soluit propoſitam dubitationem & dicit, ꝙ magna differentia eſt inter ſeruũ & artificem, & hoc ꝓbat per duas rationes, quarum prima eſt, quia ſeruus in aliquo eſt particeps vitæ, i. cõuerſationis humanę inquãtum eſt ſeruus. Dictum eſt enĩ ſupra, ꝙ ſeruus eſt inſtrumentum in his q̃ pertinẽt ad actionẽ, ideſt ad conuerſationem hominum, & ideo cũ virtutes morales perficiant hominem in cõuerſatione humana, oportet ꝙ ſeruus ad hoc ꝙ ſit bonus, participet aliqd de virtute morali, ſed artifex remotius ſe habet a conuerſatione humana, non enim operatio artificis inquantum huiuſmodi, eſt circa agibilia conuerſationis humanæ, ſed circa aliqua artificiata, quæ dicuntur factibilia, vnde aliquis dicitur bonus artifex, vtputa bonus faber ex hoc, ꝙ ſciat & poteſt facere bonos cultellos, etiam ſi male vtatur vel negligenter ſua arte, ſed tamen intantũ immittit de virtute in ſua operatione, inquantum exhibet de ſeruitute ad conuerſationem humanam, ſicut videmus, ꝙ aliqui artifices, ideſt mercennarii, vtputa coqui, habent quandam determinatam ſeruitutem, dum deputãtur ad quædam ſpecialia miniſteria & ſeruiunt, (Lectio 2.)

h Palã autẽ hoc, & particulariter magis conſiderantibus. Vniuerſaliter.n. dicẽtes decipiũt ſeipſos, quia habere bene animã, virtute aut recte operari aut aliquid taliũ. Multò enĩ melius dicunt enumerãtes virtutes, ſicut Gorgias, quàm ſi qui ſic determinãt. Propter quod opotet ſicut Poeta dixit de muliere; ſic putare de omnibus habere, mulieri ornatũ ſilentiũ preſtat, ſed viro non iam hoc. Quoniã autẽ puer imꝑfectus, palã ꝙ huius quidẽ virt⁹, nõ ipſius ad ſeipſũ, ſed ad finem & ductorẽ: ſimiliter autẽ & ſerui ad dominũ: poſuimus autẽ ad neceſſaria vtilẽ eſſe ſeruũ, quare palã ꝙ & virtute indiget parua & tanta, vt neque propter intẽperantiã, neq; propter timiditatem deficiat ab operibus.

## LECTIO XI.

Dubitabit autẽ vtiq; aliquis de nũc dicto. ſi verũ, ergo & artifices oportebit habere virtutẽ. multotiens .n. propter intemperantiã deficiunt ab operibus.

b Aut differt ab his plurimum. Seruus quidẽ n. particeps vitę, hic tamen remotius & tantũ immittit virtutis, quãtũ & ſeruitutis. Banauſus.n. artifex determinatã quandã habet ſeruitutem, & ſeruus quidem eorum, quæ natura. Coriarius autẽ nullus, neq; aliorum artificum.

B

*Patet autem id magis particulariter conſiderantibus, nam qui uniuerſaliter dicunt, quòd bene ſe habere animum uirtus eſt, & recte agere, aut aliquid tale, ſeipſos decipiunt. Multo enim melius dicunt qui enumerant uirtutes, quemadmodũ Gorgias, quàm qui ita diffiniunt. Quapropter opor-* C *tet, ſicut poeta de muliere dixit, ita cenſere in omnibus. Mulieri decus affert taciturnitas, ſed non item uiro, Cum uero puer ſit imperfectus, patet quòd & huius uirtus non ipſius ad ſeipſum eſt, ſed ad perfectum & ducem, ſimiliter & ſerui ad dominum. Poſuimus autem ſeruum eſſe utilem ad neceſſaria, itaque patet ipſum uirtute indigere parua, & tanta, ut neque propter intemperantiam, neque propter timiditatem in operibus defi-* D *ciat.*

## *LECTIO XI.*

*Dubitabit uero aliquis, ſi uerum eſt quod nunc diximus, utrum artifices oportet habere uirtutem, nam ſæpe propter intemperantiam deficiunt in operibus.*

*An hoc longe differt? nam ſeruus quidem adhæret nobis communione* E *uitæ, ille autem remotior eſt, & tantum ſibi competit uirtutis, quantum ſeruitutis. Vilis enim artifex determinatam quandam habet ſeruitutem, & ſeruus eſt ſecundum naturam, ſed nemo ſutor, aut alius opifex.*

uiunt, & ſecundum hoc indigent virtute morali, ad hoc ꝙ ſint boni in miniſterio. Secundam rationem ponit, ibi. { Et ſeruus eſt ſecundum naturam,&c.} Quia ſeruus eſt de his, quæ ſunt a natura, probatum eſt enim ſupra, ꝙ aliqui ſunt naturaliter ſerui, ſed nullus eſt coriarius vel vllius artis artifex a natura, ſed oẽs artes ſunt adinuẽtæ per rationẽ. Virtus autem ad ea ſe habet, quæ ſunt nobis a natura. Habemus enim naturalem quãdam inclinationẽ ad virtutem, vt dictum
Lect. 1. eſt in ſecundo Ethicorum; vnde patet; ꝙ ad hoc, ꝙ aliquis ſit bonus ſeruus, indiget virtute morali; non autem ad hoc ꝙ ſit bonus artifex. Deinde cum dicit.

c ¶ Infert quoddã corollariũ ex dictis. Dictum eſt enim, ꝙ ſeruus indiget virtute: oportet autem, ꝙ homo qui habet inclinationem ad virtutem, conſequatur virtutem ſtudio alicui⁹ gubernantis, ſicut ciues debent fieri virtuoſi per legislatorẽ, vt dicitur in ſecundo
Lectio. 1. Ethicorũ. Vnde manifeſtum eſt, ꝙ huiuſmodi virtutis, quã ſeruus debet habere ad hoc ꝙ ſit bonus, dominus eius debet ei eſſe cauſa inſtruendo eum qualiter agere debeat, & puniendo ſi male facit, & remunerando ſi bene: ſed non eſt dicẽdum ꝙ ad dominum pertineat, ꝙ habeat dominalem quandã ſciẽtiam, quę doceat opera ſeruilia ipſum ſeruum, puta ꝙ doceat ipſum coquinare vel aliqua huiuſmodi facere, ſed debet eũ docere, quomodo ſit tẽperatus, & humilis & patiens & alia huiuſmodi. Vnde non dicunt bene qui dicunt, ꝙ non eſt ratione vtendum ad ſeruos ſed ſolo præcepto. Magis.n. debemus ſeruos monere ad virtutem q̃ filios pueros, quia nondum ſunt ita capaces monitionis, & de his quidem ſic determinatum ſit. Deinde cum dicit.

d ¶ Excuſat ſe a diligentiori determinatione de duabus aliis coniugationibus, & circa hoc tria facit. Primo exponit excuſationem, ſecundo aſſignat rationem dictorum, ibi. { Quoniam

c Manifeſtũ igitur, ꝙ talis virtutis cauſam eẽ oportet ſeruo dominũ, ſed non doctrinatiuã habentẽ, operũ deſpoticã. Propter quod dicunt non bene, ratione ſeruos priuantes & dicentes præcepto vtendum ſolum: monendum enim magis ſeruos, q̃ pueros: ſed de ijs quidẽ determinatum ſit iſto modo.

G

d De mulieris aũt & viri, & natorũ & patris, ea quæ circa vnũquẽque ipſorũ virtute, & ea quę ad ſe ipſos homelia, quid quod bene, & non bene, & qũo oportet quod quidẽ bene, perſequi, quod autẽ male, fugere. In iis, quæ circa politicas neceſſarium peruenire.

e Quoniam .n. domus quidem omnis pars ciuitatis, hæc aũt domus, eã quæ partis ad eã quæ totius, oportet videre virtutẽ, neceſſariũ ad politicã recipientes erudire & pueros & mulieres. Sed quidẽ aliquid refert ad ciuitatẽ eſſe ſtudioſam, pueros eſſe ſtudioſos, & mulieres ſtudioſas neceſſariũ autẽ refert. Mulieres quidem enim dimidia pars liberorum, ex pueris autem diſpenſatores fiunt politicæ.

H

f Quare, quoniã de iis quidem determinatũ eſt, de reliquis aũt in aliis dicendum. Dimittentes tamquã finem habẽtes eos qui nunc ſermones, aliud principiũ facientes dicamus, & primo cõſideremus de pronunciatis de optima Politica.

I

*Patet ergo, quòd huius quidem uirtutis cauſam eſſe oportet dominum ſeruo, non eum qui doctrinam habet in operibus dominicam. Quapropter non bene dicunt qui ſeruos ſpoliant ratione, dicentes præcepto uti dumtaxat, admonendi ſunt enim ſerui magis quàm pueri. Et de his in hunc modum determinatum ſit.*

*De uiri autem & mulieris, filiorumque & patris uirtute, & conuerſatione adinuicem, quid recte uel contra, & quomodo oportet hoc quidem facere, ab illo autem abſtinere, in his quæ de rep. neceſſe eſt intueri.*

*Nam cum omnis domus ſit ciuitatis pars, illi autem domus, partis autem uirtus ad totum reſpicere debeat, neceſſarium eſt reſpicientes ad remp. filios uxoreſque inſtituere. Siquidem refert ad rectam inſtitutionem reip. pueros & mulieres eſſe bene inſtitutos. Enimuero referat neceſſarium eſt, nam mulieres media pars ſunt hominum liberorum, ex pueris autem ſumuntur, qui rempub. gubernant.*

*Quare, cum de ſeruis determinatum ſit, de reliquis autem in aliis ſit dicendum, omiſſis propoſitis, tamquam finem habentibus, alio ſumpto principio diſſeramus, ac primum illa diſcutiamus, quæ tradita ſunt de optimo ciuitatis ſtatu.*

F enim domus,&c.} Tertio continuat prędicta dicẽdis, ibi. { Quare quoniam de his, &c.} Dicit ergo primo, ꝙ in his quæ dicenda ſunt de ciuitatibus, neceſſarium eſt tractare de virtute mulieris & viri, & patris & filiorum, & collocutione vel cõuerſatione eorum adinuicem, quid in hoc ſit bene, & quomodo illud quod eſt bonum, ſit ꝓcurandum, & illud quod ſit malum, ſit vitandum, & ita ad pſens antequam de politicis dicamus, determinari hic non poſſunt. Deinde cum dicit.

e ¶ Aſſignat duas rationes, quare prædicta oporteat determinari circa politias, quarum prima eſt, q̃a diſpoſitionem partis oportet conſiderare in comparatione ad totum, ſicut diſpoſitionem fundamenti in comparatione ad domum, ſed domus eſt pars ciuitatis, ad quam primo pertinent iſtæ duæ coniugationes, ſcilicet patris & filii, viri & vxoris, vnde ſecundum comparationẽ ad politiam oportet conſiderare qualiter ſint erudiẽdi pueri & vxores. Secundam rationem ponit, ibi. { Sed quidẽ aliquid refert &c.} Ea enim quorũ diſpoſitio facit differentiam circa bonitatem ciuitatis ſunt cõſideranda in politiis. Sed huiuſmodi ſunt inſtructiones puerorum & mulierũ quomodo vtriq; ſint boni, quia mulieres sũt media pars hominũ liberorum qui ſunt in ciuitate, ex pueris autem creſcunt viri, quos oportet eſſe diſpenſatores ciuitatis, ergo in politiis determinandum eſt de inſtructione filiorum & vxorum. Deinde cum dicit.

f ¶ Continuat dicta dicendis, & dicit ꝙ quia determinatum eſt de præmiſſis, de reliquis autem dicendum eſt in aliis, ideſt ſequentibus, quæ ad politias pertinent, debemus ad præſens dimittere iſtos ſermones pertinentes ad diſpenſationem domus, tamquam iam conſumationem habentes, & faciemus aliud principium, conſiderando ea quæ dicta ſunt ab aliis de optima politia. Et ſic terminatur Primus liber.



# ARISTOTELIS POLITICORVM

## LIBER SECVNDVS.

Cum Sancti Thomæ Aquinatis præclariſsimis commentariis.

## LECTIO PRIMA.

POſtquàm Philoſophus determinauit in Primo libro de his quæ pertinent ad domum quę ſunt elementa quædam ciuitatis, hic incipit determinare de ipſa ciuitate ſecundum modum quem in fine Primi tetigit, & etiam in fine decimi Ethicorum. Primo enim ponit ea quæ ab aliis dicta sũt de politica communicatione. Secundo incipit determinare de ea ſecundum propriam ſententiam in Tertio libro, ibi. { Et qui de Politica conſiderat,&c.} Circa primum duo facit. Primo dicit de quo eſt intentio. Secundo ꝓſequitur ſuam intentionem, ibi. { Principium autẽ &c.} Circa primum duo facit. Primo proponit ſuã intentionem. Secundo excuſat eam, ibi. { Adhuc autem, &c.} Dicit ergo primo, ꝙ intentio noſtra principalis eſt conſiderare de communicatione politica, vt ſciam⁹ quis modus politicæ cõuerſationis ſit optimus, quemadmodũ omnia ea ſecundum quæ poſſunt homines viuere maxime ad votum, ad hoc cõſequendum oportet conſiderare politias, ideſt ordinationes ciuitatis quas alii tradiderunt, ſiue ſint illæ quibus quædam ciuitatum vtuntur, quæ laudantur de hoc ꝙ bene reguntur legibus, ſiue etiam ſint ab aliquibus Philoſophis & ſapientibus traditæ, quę videntur bene ſe habere. Et hoc iõ oportet conſiderare, vt appareat quid ſit rectum & vtile, in conuerſatione & regimine ciuitatis. Ex collatione enim multorũ, magis poteſt apparere quid ſit melius & vtilius. Notandum eſt autem, ꝙ ad optimam politiam pertinere dicit, vt homines viuant quàm maxime ad votum, ideſt ſecundum hominum volũtatem, quia voluntas hominis principaliter eſt de fine humanæ vitæ, ad quem ordinatur tota politica conuerſatio. Vnde ſecũdum ꝙ homines diuerſimode exiſtimant de fine vitę humanæ, ſecundum hoc diuerſimode homines exiſtimant de conuerſatione ciuitatis. Qui enim finem humanæ vitæ ponunt delectationes, vel potentiam aut honores, exiſtimant illam ciuitatem eſſe optime diſpoſitam, in qua homines poſſunt viuere delitioſe, vel acquirere multas pecunias, aut conſequi magnos honores, vel multis dominari. Qui vero finem pręſentis vitæ ponũt in bono quod eſt præmium virtutis, exiſtimant illam ciuitatẽ eſſe optime diſpoſitam, in qua homines maxime pacifice & ſecundum virtutem viuunt. Vnde ſimpliciter verum eſt, ꝙ optima diſpoſitio ciuitatis eſt ſecundum quorumlibet opinionem, prout in ciuitate poteſt viuere homo ad votum. Item notandũ eſt, ꝙ dicit ſe conſideraturum de politiis communitatum, quę bene dicuntur regi, & de ordinationibus ciuitatum a ſapientibus traditis, qui videntur bene ſe habere, quia ad inueniendum veritatem, non multum prodeſt conſideratio eorum, quę ſunt

## LECTIO I.

QVia conſiderare voluimus dẽ cõmunione politica, quæ ſit optima omniũ, iis qui poſſunt viuere q̃ maxime ad votum, oportet & alias conſiderare politias, quib⁹ vtuntur quædã ciuitatũ earũ, q̃ bene regi legibus dicuntur. & ſi quæ aliæ exiſtunt a quibuſdã dictę & viſæ bene ſe habere, & vt recte habens appareat & vtile.

C

b Adhuc autẽ quærere ꝑter ipſas alterũ non videatur eſſe, omnino ſophizare volentiũ, ſed ꝓꝑ non bene ſe habere, has nũc exiſtentes; propter hoc, hanc videamur inſerere methodum.

c Principium aũt primo faciendum, quod quidẽ natum eſt eſſe principiũ ſpeculationis. Neceſſe .n. aut omnes omnibus cõmunicare ciues, aut nullo, aut quibuſdam quidẽ, quibuſdã aũt non.

D

d Nullo quidẽ igitur cõmunicare, manifeſtũ ꝙ impoſſibile.

## LECTIO I.

*QVoniam propoſuimus conſiderationem facere de ciuili ſocietate, quæ ſit optima omnium, potentibus uiuere maxime ad uotum, oportet alias quoque conſiderare Reſp. quibus utũtur ciuitates aliquæ earum, quæ bene legibus inſtitutæ uidentur, & ſi aliquæ ſint aliæ ab aliquibus ſcriptæ, quæ bene ſe habere uideantur, ut recta inſtitutio utilitaſque appareat.*

*Nec putetur eſſe ad oſtentationem & ſuperfluitatem quærere aliud quippiam præter illas, ſed quia illæ non bene habent, ideo hunc laborem a nobis eſſe ſuſceptum.*

*Incipiendum eſt autem ab eo, quod eſt ſecundum naturam huius conſiderationis principium. Neceſſarium quidem eſt, aut omnia eſſe communia inter ciues, aut nulla, aut quædam.*

*Enimuero nulla eſſe communia, impoſſibile conſtat eſſe, cum ciuitas*

B manifeſte falſa, ſed eorum quæ probabiliter dicuntur. Deinde cum dicit.

b ¶ Excuſat propriam intentionem, & dicit, ꝙ non oportet alĩcui videri, ꝙ hoc ipſum quod eſt quærere aliquid aliud in ordinationibus ciuitatum, præter ea quæ ab aliis dicta ſunt, procedat ex hoc, ꝙ ipſe intendat ſuam ſapientiam oſtẽtare, ſed iõ interſerit hanc artẽ, quia ea quæ ab aliis dicta ſunt, in multis videntur non bene ſe habere. Deinde cũ dicit.

c ¶ Proſequitur ſuã intentionem, proſequẽdo ea quę ab aliis dicta ſunt de ordinatione ciuitatis, & primo ponit diuerſas ordinatiões ciuitatum traditas a diuerſis. Secundo, oſtẽdit qui fuerunt & quales, q̃ de huiuſmodi ſe intromiſerunt, ibi. { Eorum autẽ qui de Repub. aliquid &c.} Prima autem pars diuiditur in duas, ſecundum diuerſitatẽ quã in præmiſſis tetigit. In prima enim ponit ordinationes ciuitatis q̃ ſunt ab aliquibus ſapientibus traditæ. In ſecunda ponit eas quæ ĩ quibuſdam ciuitatibus ordinate viuentibus obſeruantur, ibi. { De ea autem quæ Lacedemoniorum Repub. &c.} Prima diuiditur in tres. Primo ponit ordinationem ciuitatis quam tradidit Socrates, vel Plato diſcipulus eius, qui in ſuis libris Socratem loquẽtem introducit. In ſecunda ponit ordinationem ciuitatis traditam a quodam, q̃ Phaleas dicebatur, ibi. { Propter quod Phaleas, &c.} In tertia ponit ordinationem Hyppodami, ibi. { Hyppodamus autẽ &c.} Lectio 8.
Circa primum duo facit. Primo pertractat quandam quæſtionẽ de quadam ordinatione, quam Plato dixit eſſe vtiliſſimam ciuitati. Lectio 10.
Secundo proſequitur de ordinatione ipſius quantum ad
E alia, ibi. { Fere autem, &c.} Circa primum duo facit. Primo mouet quæſtionẽ. Secundo proſequitur eam, ibi. { Continet porro &c.} Lectio. 6.
Circa primum tria facit. Primo mouet quandam quæſtionem trimembrem. Secundo excludit vnum membrum ipſius, ibi. { Nullo quidem igitur &c.} Tertio quærit de aliis duobus, ibi. { Sed vtrum quibuſcumque, &c.} Dicit ergo primo, ꝙ principium huius conſiderationis faciendũ eſt ab eo, quod primo conſiderandum occurrit ſecũdum naturam ciuitatis. Cum enim ciuitas ſit communitas quædam, neceſſe eſt primo conſiderare, vtrum omnes ciues debeant communicare in omnibus, aut in nullo, aut in quibuſdam, & in quibuſdam non. Deinde cum dicit.

d ¶ Excludit vnum trium membrorum. Impoſſibile eſt enim dicere, ꝙ ciues in nullo communicent, quod probat dupliciter. Primo quidem, quia ciuitas eſt quædam communicatio. Vnde contra rationem ciuitatis eſſet, ꝙ ciues in nullo cõmunicarent. Secundo, quia manifeſtum eſt, ꝙ omnes ciues neceſſe eſt communicare,

municare, ſaltem in loco, quia vnus eſt locus vnius ciuitatis. Cõciues autem dicuntur, qui ſunt ſocii in vna ciuitate, vnde oportet ꝙ communicent in loco. Deinde cum dicit.

e ¶ Relinquit duo alia membra ſub dubitatione ſcilicet, vtrũ melius ſit ꝙ ciuitas quæ debet bene conuerſari communicet in quibuſcumq; contingit aliquos cõmunicare, vel in quibuſdam eorũ cõmunicet, & in quibuſdã non. Quædã .n. ſunt in quibus nullo modo contingit communicare, ſicut in omnibus perſonalibus, puta in mẽbris corporis. Sed in filiis & vxoribus & poſſeſſionibus cõtingit ciues communicare adinuicẽ, ſicut traditur in politica Platonis: ibi enim dixit Socrates, ꝙ oportet ad optimam ciuitatẽ ꝙ ſint cõmunes poſſeſſiones omnium ciuium & communes vxores, ita ſcilicet, ꝙ indifferenter omnes accedant ad omnes, & per conſequens ſequitur, ꝙ filii ſint cõmunes propter incertitudinem filiorum, & hoc tangit in principio Thimei. Quærendum eſt ergo, vtrũ melius ſit habere cõuerſationem politicã ſicut nunc, aut ſecundũ legẽ quã Socrates in ſua politica ſcripſit. Deinde cum dicit.

f ¶ Inquirit de prædicta quæſtione, & primo oſtendit incõuenientiam prędictę poſitionis de cõmunitate vxorũ & poſſeſſionum. Secundo oſtendit eius inſufficientiam, ibi. {Cauſa autem deuiationis Socratis &c.} Circa primũ tria facit. Primo improbat legem Socratis quantum ad communitatem vxorum & filiorum. Secundo quantum ad communitatem poſſeſſionum, ibi. {Habitum autem iis, &c.} Tertio communiter quãtum ad vtramq;, ibi. {Adhuc aũt & tales difficultates &c.} Circa primum duo facit. Primo proponit ea ſecundum quę poteſt apparere poſitio Socratis de communitate vxorum inconueniens. Secũdo proſequitur illa, ibi.

Lectio. 5.

Lect. 4.

Lect. 3.

{Dico autem vnam eſſe, &c.} Circa primum ponit quatuor, quorum primum eſt, ꝙ iſta ordinatio de communitate mulierum habet multas alias difficultates, præterea inconuenientia, quæ ſtatim tangentur. Secundum eſt, ꝙ cauſa propter quam Socrates dixit, hoc oportere lege ordinari, non videtur eſſe rationabilis. Tertium eſt, ꝙ per iſtam legem non poſſet perueniri ad finem & vtilitatem ciuitatis, quam Socrates exiſtimabat.

F Quartum eſt, ꝙ inſufficienter tradidit, cum enim cõmunia non poſſint ſingulis applicari, niſi ſecundum certum modum diſtribuendi, ipſe tamen faciens mulieres communes, non docebat modum quo eſſent ſingulis diuidẽdæ ad vſum. Deinde cũ dicit.

g ¶ Proſequitur tria eorum quæ dixerat, nam quartum de inſufficientia eſt per ſe manifeſtum. Primo enim oſtẽdit cauſam huius ordinationis a Socrate aſſignatam eſſe irrationabilem. Secundo oſtendit, ꝙ per hanc legem ciuitas non poſſet conſequi finem, quem Socrates intẽdebat, ibi. {At vero neq; ſi &c.} Tertio oſtẽdit, ꝙ hęc lex habet multas difficultates, ibi. {Adhuc autem & tales, &c.} Circa primum duo facit. Primo proponit cauſã legis quã Socrates aſſignabat. Secũdo improbat eã, ibi. {Quamuis manifeſtum ſit &c.} Dicit ergo primo, quòd Socrates ſupponebat hoc quaſi principiũ, ꝙ optimum eſſet ciuitati, quòd eſſet vna quantumcumq; poſſet: propter hoc enim volebat omnia eſſe communia, etiam filios & vxores, vt ciues eſſẽt maxime ad inuicem vniti. Deinde cum dicit.

h ¶ Improbat prædictam cauſam trib[us] rationibus, circa quarum primã dicit, manifeſtum eſſe, ꝙ tantum poſſet procedere vnitas ciuitatis magis q̃ deberet, ꝙ non remaneret ciuitas. Dictum enim eſt ſupra, ꝙ ciuitas eſt naturaliter quædã multitudo, multitudo autem opponitur vnitati. Vnde ſi ciuitas fuerit magis vna q̃ deberet, iam nõ eſſet ciuitas, ſed ex ciuitate fieret domus, & iterum, ſi hæc dom[us] vniretur plus q̃ deberet ex domo, non remaneret niſi vnus homo. Nullus enim dubitat quin vna dom[us] eſt magis vnum q̃ ciuitas, & magis vnus homo, eſt vnũ, q̃ domus. Vnde ſi etiã aliquis poſſet facere, ꝙ in tota ciuitate eſſet tanta vnitas, ſicut in vna domo, non deberet hoc facere, quia ſic deſtrueretur ciuitas. Sed quia poſſet aliquis dicere, ꝙ Socrates non intelligebat de vnitate quæ excludit multitudinem perſonarum, ſed de vnitate quæ excludit diſſimilitudinem, ideo ſubiungit, ꝙ ciuitas nõ ſolum debet eſſe ex pluribus hominib[us], ſed etiam oportet eſſe ex differentibus ſpecie, ideſt ex hominibus diuerſarum conditionum. Non enim fit ciuitas ex hominibus qui ſunt totaliter ſimiles ſecundum conditiones. Et hoc manifeſtat

Lect. 1.

Lect. 3.

Lect. 1.

Ciuitas enĩ cõmunicatio quædã eſt: & primũ neceſſe loco cõmunicare. Locus quidẽ enim vnus, quòd vnius ciuitatis.

e Sed vtrum quibuſcunq; contingat cõmunicare & melius eſt cõmunicare futurã habitari ciuitatẽ bene, aut quibuſdã qdẽ, quibuſdã autẽ non, melius. Cõtingit enim & pueris & mulieribus & poſſeſsionibus cõmunicare ciues adinuicẽ, queadmodũ in politica Platonis. Ibi enĩ Socrates ait, oportere communes pueros, & mulieres eſſe, & poſſeſsiones. Hoc itaq;, vtrũ vt nũc ſit melius habere, aut ſecundũ in politia ſcriptam legem.

f Habet itaq; difficultates alias multas omniũ eſſe mulieres cõmunes, & cauſa propter quam, inquit oportere lege ſtatui hoc modo, Socrates non videtur accidens ex rationibus. Adhuc autem ad finem, quem ait oportere exiſtere ciuitati, vt quidem dictum eſt nũc impoſsibile, quo modo autem diuidere, nihil determinatum eſt.

g Dico autem vnam eſſe ciuitatem tanquam optimum ens, q̃ maxime omnem. Accipit enim hanc ſuppoſitionem Socrates.

h Quàmuis manifeſtum ſit, ꝙ procedens & facta vna magis, neque ciuitas erit. Multitudo enim quædam ſecundum naturam eſt ciuitas, factaq; vna magis, domus quidem ex ciuitate, homo autem ex domo erit, magis .n. vnam domum ciuitate dicemus vtiq; & vnũ domo. Quare, ſi potens quis eſſet hoc operari, non faciendum. Interimet enim ciuitatem. Non ſolum autem plurium hominum ciuitas, ſed & ex ſpecie differẽtibus: nõ enim fit ciuitas ex ſimilibus. Alterum enim compugnatio & ciuitas, hoc quidem enim quantitate vtile, quamuis ſit idem ſpecie, auxilij enim gratia compugnatio apta nata eſt, queadmodum vtique ſi pondus amplius

*ſit communio quædam. Ac primo neceſſe eſt locum eſſe communem, nam locus quidem, paritas eſt vnius ciuitatis, ciues autem ſocij vnius ciuitatis.*

*Sed vtrum melius fuerit in bene inſtituenda rep. quæcumque recipere communionem poſſunt, ea omnia eſſe* G *communia, an quædam communia eſſe, quædam non eſſe. Nam fieri poteſt vt filij & vxores & res, quæ poſſidentur communes eſſent, quemadmodum in Platonis rep. Ibi enim Socrates inquit, oportere communes eſſe filios, & mulieres, & facultates. Id vero, utrum præſtat ita fieri, ut nunc fit, uel ſecundum legem illam in republica ſcriptam.*

*Continet porro & alias turbatio-* H *nes permultas iſta mulierum communio, & id, propter quod cenſuit legem hanc eſſe ferendam, non uidetur conſequi ex rationibus. Præterea, ad finem quem inquit oportere ciuitati exiſtere, ut nunc quidem dictum eſt, impoſſibile: quomodo autem tranſigere oporteat, nihil ab eo determinatum eſt.*

*Quòd una uidelicet, ſit ciuitas tota, tanquam id ſit maxime optimum, ſuſcipit enim hanc ſuppoſitionem Socrates.*

I *Atqui conſtat, quòd ea procedente ut una fiat magis, ciuitas non erit. Eſt enim ciuitas multitudo quædam ſecundum naturam, quæ dum fit una magis, domus erit ex ciuitate, & homo ex domo. Vnam enim magis domum cenſemus eſſe quàm ciuitatem, & hominem unum, quàm domum. quare etiam ſi poſſet quiſpiam hoc facere, tamen non eſſet faciendum, quia perimit ciuitatem. Nec ſolum ex multitudine hominum conſtat ciuitas,* K *uerum etiam ex eorum multitudine, qui ſpecie differunt. Non fit enim ciuitas ex ſimilibus, aliud enim ad bellum confæderatio quàm ciuitas, illa enim quantitate prodeſt, & ſi eadem ſit ſpecie, cum auxilij gratia fiat, ceu ſi pondus magis attrahat. Differret autem & eo modo ciui-*



manifeſtat tripliciter. Primo quidem, quia aliud eſt ciuitas, & aliud eſt multitudo congregata ad ſimul pugnandũ. Quia multitudo congregata ad ſimul pugnandum, eſt vtilis ex ſola quantitate numerali, etiam ſi omnes ſint eiuſdem conditionis, quia talis multitudo eſt adunata propter adiutorium, ſicut contingit in illis, qui volunt trahere aliquod pondus, ꝙ maior multitudo hominum trahit maius pondus, ita etiam maior multitudo militũ ſimilium magis auxiliatur ad victoriam. Secundo per hoc, ꝙ ciuitas in hoc ꝙ ex diſſimilib[us] conſtituitur, differt ab illa gente in qua multitudo non diuiditur per habitationem diuerſarum ciuitatum aut vicorũ, ſed vnuſquiſque ſeparatim habitat per ſeipſum, ſicut accidit apud Archades. Eſt autem Archadia quędam prouincia in Gręcia, in qua vnuſquiſque per ſe habitat, & ſic ſunt quodammodo omnes æquales & ſimiles. Tertio oſtendit idem per hoc, ꝙ ea ex quibus oportet vnum aliquid perfectum fieri, differunt ſpecie, vnde omne totum perfectum in rebus naturalibus inuenitur eẽ cõſtitutũ ex partibus diuerſis ſecundum ſpeciem, vt homo ex carnibus, oſſibus, & neruis. Totum vero quod cõponitur ex partibus eiuſdem ſpeciei, eſt imperfectum in genere naturæ, ſicut aer & aqua, & alia inanimata corpora. Vnde manifeſtum eſt, quòd cum ciuitas ſit quoddam totum perfectũ, oportet ꝙ conſiſtat ex partibus diſſimilibus ſecundum ſpeciem. Et ideo dictum ẽ in Quinto Ethicorum, ꝙ ciuitas conſeruatur per æquale contrapaſſum, ideſt per hoc ꝙ alicui proportionaliter retribuitur ęquale ei qđ fecit, quia hoc neceſſe eſt ꝙ ſit in liberis & æqualibus. Si enim nõ retribueretur alicui ſecundum quod fecit, eſſet quædã ſeruitus, vt ibidem dictũ eſt. Hæc autem retributio quæ hic contrapaſſum dicitur in his qui ſunt æquales ſecundum quantitatem, fit ſecundum æqualitatem quantitatis, vt quantum aliquis dedit, tantũ recipiat, quãtum fecit, tantum patiatur. In his autem qui non ſunt æquales ſecundum quantitatem, ſed ſecundum proportionem, ſeruetur etiam æqualitas proportionis, vtpote, quanto ille qui fecit iniuriam eſt minor, in eadem proportione plus puniatur. Maioris enim culpę eſt ꝙ aliquis percutiat digniorem perſonam q̃ inferiorem. Sic igitur patet, ꝙ cum de ratione ciuitatis ſit ꝙ ciuitas ex diſſimilibus conſtituatur, non eſt contra vnum, ꝙ Socrates putauit, ꝙ oporteat ciuitatem eſſe maxime vnam, quia ſi tolla-

A tur diſſimilitudo ciuium, iam non erit ciuitas. Quæ quidẽ diſſimilitudo maxime videtur tolli factis communibus poſſeſſionib[us] & mulieribus & filiis. Secundam rationem ponit, ibi. {Similiter autem non poſſibile, &c.} Quæ etiam inducitur ad oſtendẽdum ꝙ oportet eſſe aliquam differentiam inter ciues. Oportet enim ꝙ quidam eorũ principentur, & quidã ſubiiciantur. Nõ enim eſt poſſibile, ꝙ omnes ſimul principentur, ſed ſi hoc fiat oportet ꝙ hoc ſit viciſſim, ita ꝙ vnuſquiſque in ſuo anno principetur, aut quocumque alio tẽpore determinato, puta menſe vel die, vel etiam ſecundum quemcumque alium ordinem, puta ꝙ forte principes eligant, & ſecundũ hunc modum viciſſitudinarii principat[us] accidit, ꝙ oẽs diuerſis tẽporib[us] principentur, ſicut ſi in ciuitate aliqua, nõ ſemper iidem homines eſſent coriarii vel fabri, ſed viciſsim ſequeretur ꝙ oẽs ciues fierent coriarii & fabri. Subiungit autem ꝙ melius eſt ꝙ ita diſponatur ciuitas politica, ſi poſſibile ſit ꝙ iidem ſemper principentur. Hoc .n. dicit eſſe poſſibile, quãdo in aliqua ciuitate inueniũtur aliqui viri multũ aliis excellẽtiores, per quos optimum erit vt ſemper ciuitas regaẽ, ſed quãdo hoc non eſt poſſibile, eo ꝙ omnes ciues ferè ſunt æquales ſecundum naturalem induſtriã & virtutem, tũc iuſtum eſt ꝙ omnes participent principatu, ſiue principari ſit quoddã bonum, ſiue malum, quia & communibus bonis, & cõmunibus onerib[us] iuſtum eſt vt æqualiter participent qui ſunt æquales in ciuitate. Iuſtum igitur eſſet, ſi eſſet poſſibile ꝙ omnes ſimul principarẽtur: ſed quia hoc non eſt poſſibile, ad huius iuſti imitationem obſeruaẽ, ꝙ illi qui ſunt æquales in parte ſibi inuicẽ cedant, tamq̃ a principio ſint ſimiles, quia dum quidã eorum principantur & quidã ſubiiciuntur, quodãmodo facti ſunt diſſimiles & diuerſi per gradũ dignitatis. Et ita etiã quædã diuerſitas ẽ inter eos q ſimul principantur, dũ diuerſi in ciuitate diuerſos principatus vel officia gerunt. Et ſic patet, ꝙ ad ciuitatẽ requiritur principantiũ & ſubiectorũ diuerſitas vel ſimpliciter, vel ſecundum aliquod tẽpus. Sic igitur manifeſtũ eſt ex prædictis, ꝙ ciuitas nõ eſt ſic nata eſſe vna, ſicut quidã dicunt, vt oẽs ſint ſimiles. Et illud quod dicitur eſſe maximũ bonũ in ciuitatibus, ſ. maxima vnitas, deſtruit ciuitatẽ. Vnde non põt eſſe bonũ ciuitatis, quia vnaquæq; res ſaluaẽ per id, quod eſt ſibi bonũ. Tertiã rationẽ ponit, ibi. {Eſt autem & per alium modum manifeſtũ, &c.} Et procedit iſta ratio alio mõ a præmiſſis,

trahet, differet autẽ tali, & ciuitas a gente, cũ nõ p uicos fuerĩt ſegregati multitudine, ſed velut Archades. Ex quibus autẽ oportet vnum fieri; ſpecie differunt, propter quod æquale contrapaſſũ, ſaluat ciuitates, quẽadmodũ in Ethicis dictum eſt prius, quoniã & in liberis & æqualibus ne B ceſſe hoc eſſe. Similiter autẽ nõ poſſibile ẽ omnes prĩcipari, ſed aut ſecundũ annũ, aut ſecundũ aliqualẽ aliũ ordinẽ aut tẽpus, & accidit vtiq; ſecundum hunc modum vt omnes principẽtur, quẽadmodum vtiq; ſi tranſmutarentur coriarii & fabri, & non ſemper idẽ coriarii eſſent: quoniam aũt melius ſic habere, quę circa cõmunitatem politicã, palam, qũo eoſdem ſemper meli[us] principari, ſi poſſibile. In quib[us] C aũt non poſſibile pp ſecundũ naturam ęquales eſſe oẽs, ſimul autem & iuſtũ ſiue bonũ, ſiue prauum principari oẽs ipſo participare, hoc aũt imitatur. ſ. in parte ęquales cedere hoc, tãquã ſimiles ſint a principio, ii quidẽ .n. principantur, ii aũt ſubiiciũtur tãquam vtique alii facti, & eodem vtiq; modo principãtiũ. Alii alios principãtur principatus. Manifeſtũ igitur ex his, ꝙ D non aptum natũ eſt vnam ſic eẽ ciuitatem, vt dicunt quidã, & dictum vt maximum bonum in ciuitatib[us], qđ ciuitates interimit. quàmuis vniuſcuiuſq; bonũ ſaluet vnumquodq;. Eſt autem & per alium modũ manifeſtũ, quoniam valde quærere vnire ciuitatẽ non ẽ melius, domus quidẽ .n. magis per ſe ſufficiẽs vno, ciuitas aũt domo, & vult iã tunc eẽ ciuitas cũ per ſe ſufficientẽ accidit eſſe cõmunitatem multitudinis, ſiquidẽ igitur magis eligibile, qđ magis p ſe ſufficiẽs & mi- E nus vnũ, eo ꝙ magis eligibili[us] ſ.

*tas a gente: quando per pagos diuiſa non ſit multitudo, ſed quemadmodum Archades. Ex quibus autem unum fieri oportet, ſpecie differunt. Quapropter par repenſum ciuitatem conſeruat, ut in Ethicis dictum eſt prius, quoniam inter liberos & æquales neceſſarium eſt hoc eſſe. Nam omnes* B *ſimul magiſtratum gerere impoſſibile eſt, ſed aut per annum, aut per aliã præfinitionẽ et tempus, atque iſto modo fit ut omnes gerant magiſtratum, ceu ſi mutarentur ſutores & fabri, nec ſemper iidem ſutores ac fabri eſſent. Cum uero melius ſit ita ſe habere ea circa ſocietatem ciuilem, manifeſtum eſt, melius fore ſi iidem ſemper magiſtratum gererent, modo id fieri poſſet, ſed in quibus hoc fieri nequit, propterea quòd omnes natura ſunt pares, ſimul & iuſtum eſt, ſiue bonus* C *ſiue prauus ſit gerere magiſtratum, ut omnes huius muneris participes fiãt & in eo imitari uiciſſim æquales, cedendo inuicem alios aliis, nam alii regunt, alii reguntur in parte, tamquã ſi ipſi alii fiant. Eodem modo illorum qui regunt, alii alios gerunt magiſtratus. Patet igitur ex his, quòd non recipitur ſic unam eſſe ciuitatem ceu dicunt quidam, & quod maximum fore commodum ciuitatibus dicebatur, id interimit ciuitates. Atqui ſingulorũ* D *bonum ſingula conſeruat. Patet etiã alio modo, quòd quærere nimium unire ciuitatem, non eſt melius, domus enim magis ſufficiens eſt quàm unus, ciuitas autem quàm domus, & uult iã eam quidem eſſe ciuitatem cum habet ſufficientiam multorum ſocietas. Si igitur magis expetendum eſt quod magis ſufficientiam habet, certe & minus unum, eo quod eſt magis expetibilius.*

nam prima ratio ſumebatur ex partibus diſſimilibus, ex quibus neceſſe eſt conſtitui ciuitatem, hęc vero ratio ſumitur ex fine ciuitatis qui eſt ſufficientia vitæ. Et hoc eſt quod dicit, quòd per alium modum poteſt manifeſtari, quòd non eſt melius quod homo quærat valde vnire ciuitatem. Per hoc enim tollitur ſufficiētia vitæ. Manifeſtum eſt enim, quòd vna domus vel familia tota magis eſt ſufficiēs ad vitam quàm vnus homo, & ciuitas eſt magis ſufficiēs quàm domus. Tunc enim iam debet eſſe ciuitas cum cōmunitas multitudinis eſt per ſe ſufficiens ad vitam. Si igitur id quod eſt minus vnum, eſt magis per ſe ſufficiens, vt domus homine, & ciuitas domo: manifeſte ſequitur quòd eligibilius eſt in ciuitate, quòd ſit minus vna quantum ad diſtinctionem ciuiū, quàm quòd ſit magis vna. Tanto enim erit ſibi ſufficientior, quāto plures diuerſitates hominum in ea inueniuntur. Vnde patet falſum eſſe, quod Socrates dixit, optimum eſſe in ciuitate quod ſit maxime vna.

## LECTIO II.

At vero neq; ſi hoc optimū eſt, ſcilicet vnam quàm maxime eſſe cōmunitatē, nec hoc oſtēdi videtur per ſermonē, ſi omnes ſimul dicant meum & non meū. Hoc enim exiſtimat Socrates, ſignū G eſſe eius, quòd ciuitatem perfecte eſſe vnam, quod .n. omnes, duplex, ſiquidem igitur vt vnuſquiſq; forſitan vtiq; erit magis, qđ vult facere Socrates. Vnuſquiſq; enim filium ſuiipſius dicet eundem & mulierem vtiq; eandem, & de ſubſtantia, & circa vnumquodque vtiq; contingentium ſimiliter. Nunc autem non ſic dicent communibus vtētes vxoribus & pueris, ſed omnes quidem non vt vnuſquiſque H autem ipſorum: ſimiliter aūt & ſubſtantiam quidē, non vt vnuſquiſq; aūt ipſorum. Quodquidem igitur paralogiſmus quidē eſt dicere omnes, manifeſtū, qđ enim omnes & vtraque & imparia & paria propter duplicitatē & in orationibus litigioſos faciūt ſyllogiſmos, propter quod eſt omnes idem dicere, ſic quidem bonum, ſed non poſſibile, ſic autem nihil conſentaneum. Adhuc autem aliud habet nocu I mentum quod dicitur. Minime .n. cura ſortitur, quod plurimorum eſt commune. De propriis .n. maxime curant, de cōmunibus autē minus quàm quātum vnicuique attinet, apud alios .n. tamquam altero curante, negliguntur magis, ſicut in miniſterialibus ſeruitiis, multi ſeruientes quandoq; deterius ſeruiunt paucioribus. Fiunt aūt vnicuique ciuiū mille filii, & iſti non vt vniuſcuiuſq;, ſed cōtingentis cō K tingens filiꝰ eſt filius: quare oēs filiꝰ negligent. Adhuc ſic vnuſquiſq; meus dicet bene operātē

## *LECTIO II.*

*Enimuero nec ſi optimum ſit unam quàm maxime eſſe ciuitatem, tamen id demōſtrari uidetur ex ſermone, ſi omnes dicant ſuum, & non ſuum. Hoc autem Socrates putat ſignum eſſe ciuita-* G *tis perfectæ unitæ. At enim uerbum omnes duplex eſt: ſi igitur tanquam ſinguli, forſan eſſet magis quod efficere uult Socrates, ſinguli enim eundem filium ſuum dicerent & mulierē eandem, & de facultatibus & de quibuſuis aliis eodem modo. Nunc autem non ita dicunt qui communibus utuntur mulieribus & filiis, ſed omnes quidem, at non ut ſinguli ipſorum, eodemque modo de facultatibus omnes quidem, ſed non ut ſinguli eo-* H *rum. Quod igitur aberratio quædam ſit in uerbo, omnes: manifeſtum eſt, nam & utraque & imparia & paria dicit propter duplicitatem, & in ſermonibus poſitum, litigioſos facit ſillogiſmos: quare hoc ipſum omnes dicere, uno quidem ore bonum eſt, ſed nequaquam poſſibile, alio autem modo nihil conſentaneum. Habet præterea quod dicitur nocumētum aliud. Quod enim multorum commune eſt, in eo minime adhibetur diligentia, nā de propriis maxime curant homines,* I *de communibus autem minus quàm quantum ſingulis competit, tamquam enim alio curante, ab aliis negliguntur, quemadmodum in ſeruilibus miniſteriis famulantes, multi interdum deterius inſeruiunt quàm pauci. Fiunt autem unicuique ciuium mille filii, & ii non ut ſingulorum, ſed cuiuſuis, quiuis ſimiliter eſt filius, quare omnes ſimiliter negligent. Præterea iſto modo ſinguli ſuum dicent bene agentem, aut male, quo-* K *tuſcumque continget numero, puta meus eſt aut illius, hoc modo dicens, de ſingulis, ex mille, uel ex quot ciuitas ſit, & hoc dubitans, nam incertū eſt cui contigerit genuiſſe filium, &*

LECTIO II.

Poſtquàm reprobauit cauſam quā Socrates aſſignabat: legis ferendę de communitate mulierum & filiorum: oſtendēs non eſſe optimum in ciuitate quod maxime vna, hic incipit oſtendere quòd ciuitas non conſequitur maximam vnitatem per legē pręmiſſam, & ponit ad hoc quatuor rationes, circa quarum primam dicit, ꝙ dato, quòd hoc eſſet optimum ciuitatis vt eſſet maxime vna, non tamen hic videtur oſtendi quòd ciuitas ſit maxime vna ꝑ hoc quòd omnes ſimul dicāt, hoc eſt meū. Si enim omnia ſint communia, nullus poſſet dicere, hoc eſt meum, & hoc putabat Socrates eſſe ſingulum huius quod eſt ciuitatem eſſe ꝑfecte vnam. Videbat enim quòd ex hoc oriuntur diſſidia in ciuitate, quòd vnus curat proprium bonum, & alius bonum ſuum, & ſic ſtudia hominum ad diuerſa feruntur, quia non eſt idem de quo vnuſquiſque dicet, hoc eſt meum. Sed ſi omnes dicerent de vna & eadem re, hoc eſt meum, omniū ſtudia ferrentur in vnū & ſic, ſicut putabat Socrates, ciuitas eēt maxime vna: ſed hęc nō eſt cauſa, quia cum tu dicis, omnes dicerēt hoc eſt meum: hæc ꝓpoſitio eſt duplex, eo ꝙ ly omnes poſſit teneri diſtributiue vel collectiue. Si diſtributiue, eſſet ſenſus, ꝙ vnuſquiſque per ſe ipſum poſſet dicere de tali re, hoc eſt meum, & tunc forte eſſet verū F quod Socrates dixit: quia vnuſquiſque vnum & eundem diligeret tanquam filium proprium, & ſimiliter mulierem tanquam ſuam propriam. Et ita eſt etiam de ſubſtantia, ideſt de poſſeſſione. Sed illi qui vtuntur communibus vxoribus & pueris, non dicent omnes iſto ſenſu, hoc eſt meum, ſed omnes quidem dicent collectiue tanquam poſſidentes vnam rē communem, ita tamen quòd nullus per ſeipſum dicet, hoc eſt meum, & idem eſt, etiam ſi poſſeſſio ſit communis, nullius enim ſecundum ſeipſum erit propria. Sic igitur patet, quòd quidam ſophiſticus ſyllogiſmus eſt ſecundum quem procedebat Socrates dicens, quod dicere omnes: hoc eſt meum, eſt ſignum perfectæ vnitatis, quia illę dictiones, omnes, & vterq; propter ſuam duplicitatem, etiam in orationibus, ideſt in diſputationibus faciūt ſyllogiſmos litigioſos, ideſt, ſophiſticos puta ſi aliquis dicat propoſitis tribus ex vna parte, & tribus ex alia, vtraque iſtorum ſunt paria, hoc enim eſt verum, ſi collectiue accipiatur, quia ſimul iuncta ſūt paria. Si vero diſtributiue accipiatur, ſunt imparia. Vnde dicendum eſt, quòd in vno ſenſu dicere, omnes de eodem, quòd ſit ſuum, eſſet bonum, ſcilicet ſecūdum quod ly omnes tenetur diſtributiue: ſed non eſt poſſibile: implicat enim contradictionem, ex hoc enim ipſo quòd eſt proprium huius, non eſt alterius. Si autem nō accipiatur ſic: ſed collectiue, non erit conſentaneum, ideſt, congruum ciuitati. Secundam rationem ponit: ibi. {Adhuc autem aliud habet nocumentum.} Per quā oſtendit, quòd dictū Socratis non ſolum non eſt vtile ciuitati, ſed etiam infert maximum nocumentū. Videmus .n. ꝙ de eo qđ eſt cōe multorum valde parum curatur quia oēs maxime curāt de ꝓpriis. Sed de cōibus minus etiā curāt hoēs, q̄ quantū pertinet ad vnūquenq;, ita ꝙ ab omnibꝰ ſimul minus curatꝰ, q̄ curaretur ſi eſſet vnius ſolius. Dum .n. vnus credit, ꝙ alius faciat, oēs negligūt, ſicut accidit in ſeruitiis miniſtrorū, ꝙ multi ſeruiētes quādoque peius ſeruiūt, dum vnus expectat, ꝙ alius faciat. Secundū aūt legē Socratis ſequitꝰ, ꝙ vnuſquiſq; ciuis haberet mille filios vel plures, & ſic minus curabit de ſingulis, q̄ ſi haberet vnū ſolū. Et ſi addamꝰ, ꝙ iſti mille filii nō ſunt ꝓprii vniuſcuiuſq; ciuiū, ſed incertꝰ eſt filius incerti pr̄is, multo minꝰ curabūt. Vn̄ ſequitꝰ, ꝙ oēs ciues ſimiliter negligēt curā puerorū, & hoc erit maximū dānū in ciuitate. Tertiā rōnē ponit ibi.



ciuium, aut male quomodocumque contingat ſecundū numerū exiſtens, puta meus, aut huius filius, hoc modo dicens ſecundū vnūquemq; mille, aut quodcūq; ciuitas eſt, & hoc dubitans: īmanifeſtū enim cui accidit genuiſſe filiū, & ſaluatum eē genitum. B Equidē vtrum ſit melius, meum dicere vnūquēq;, idem quidem appellantes duorū miliū aut decem milliū, aut magis, vt nunc in ciuitatibus meum dicunt: ij quidem .n. filiū ſuum, hic autem fratrem ſuum appellat eundem, hic autem nepotē, aut ſecundū aliam quandā cognationē, aut a ſanguine, aut ſecundū familiaritatē & curam ipſius primum, aut eorū qui ipſius: adhuc autē alterū fratruelē, aut contribulē C melius .n. propriū nepotum eſſe quàm ꝑ modū iſtum filiū. Quinimmo, ſed neq; diffringere poſſibile non quoſdā ſuſpicari, ſiue ipſorum fratres, & pueros & patres & matres. Secundū ſimilitudines .n. quæ fiūt pueris ad generantes neceſſariū accipere de inuicē credulitates. Quod quidem aiunt quidā accidere terrę periodos deſcribentiū, eſſe .n. q̄buſdā de ſuperiori Libya cōes D vxores, natos tn̄ pueros, diuidi per ſimilitudinē. Sunt autē quædam, etiā femellæ & aliorū animaliū, puta equæ & boues, quæ valde natæ ſunt ſimiles reddere natos parētibus: quēadmodū q̄ in Pharſalo, uocata Iuſta equa.

*ſaluum eſſe genitum. Atqui utrum præſtat ſic dicere ſuum, ita uocantes unumquemque duorum millium, & decem millium, uel magis ut nunc in ciuitatibus ſuum uocant, hic quidem filium ſuum, ille fratruelem eundem, ille nepotem, aut per aliam quandam coniunctionem, & ex conſanguinita-* B *te uel affinitate ſui primum uel ſuorū, & præterea alterum ſodalem, alterū contribulem, præſtat enim eſſe proprium nepotem quam illo modo filiū. Quinimmo nec uitari quidem poteſt, quin agnoſcantur a quibuſdam fratres & filii, & patres & matres. Nam per ſimilitudines natorum ad parentes neceſſarium eſt, ut fidem recipiāt de ſeſe inuicem quod tradunt ſcriptores quibuſdam populis ſuperioris Libiæ euenire. Habere enim mulieres* C *communes, filios tamen partiri inter ſe ſecundum ſimilitudines natorum. Sunt enim mulieres quædam & animalia, ceu equi, & boues, quorum ea natura eſt, ut ſimillimos genitoribus edant fœtus, ut equa illa apud Pharſaliam Iuſta nuncupata.*

ibi. {Adhuc ſic unus quiſque meus, &c.} Dicens, quòd iſto modo, id eſt ſecundum poſitionem Socratis, vnuſquiſque ciuium dicet de vnoquoque ciuium bene operante, vel male, quotcumq; contingat eos eſſe, dicet inquam, hic eſt meus, aliquod ſecundum naturam exiſtens, puta hic meus filius vel illius. Et hoc modo dicet de vnoquoq; mille vel quot contingat eſſe in ciuitate, & hoc dicet non quaſi pro certo ſciat hunc eſſe ſuum filium vel illius, ſed cum dubitatione, q̄a ſi mulieres ſint communes, multis accedētibus ad vnam, non poteſt eſſe manifeſtū, ex quo patre contingat eſſe genitum filiū quia multi ſunt, qui non generant, & etiā incertum eſt cuius filium contingat eſſe ſeruatum in vita multis morientibus. Erit ergo conſiderandum vtrum melius ſit, ꝙ per modum iſtum aliquis appellet aliquē ſuum filium vel nepotem quemlibet de numero duorum millium, vel decem millium, aut magis, ꝙ aliquis appellet aliquem iuuenem ſuū proprium, ſicut modo in ciuitatibus faciunt. Videmus enī, quòd vnum & eundē iuuenem quidam ciuium vocant filium ſuum, quidam nepotem, vel ſecundum quandam aliam propinquitatem, ſiue cōſideretur propinquitas propter conſanguinitatem, ſiue propter aliquam familiaritatem, ſiue quia aliquis a principio habuit curam ipſius, puta quia fuit tutor eiꝰ vel inſtructor, aut ēt eorum, quæ ad ipſū pertinent, & cū vnū dicat filium vel nepotem, alium dicet eſſe fratruelem vel contribulem. Dicuntur autem fratrueles, qui ſunt ex duobus fratribus nati. Contribules autem qui ſūt ex vna tribu, puta ex vna ſocietate in ciuitate. Sic igitur patet, quòd non ſolum ſecundum legem Socratis multi ciues dicent de vno & eodem, hic eſt meus, ſed etiā ſecundum conſuetudinem quæ nunc in ciuitatibus obſeruatur. Sed in hoc videtur eſſe præeminentia ſecundum legem Socratis, ꝙ multi dicent hunc eſſe ſuum filium. Ex alia vero parte eſt præeminentia ex hoc, ꝙ diuerſi dicent vnum & eundem eſſe ſuum, non tamquàm communem, ſed tamquàm proprium, vel nepotem, vel filium, vel fratrem, vel aliquid huiuſmodi. Multo autem melius & efficacius eſt ad amicitiam & curam impendendam ꝙ aliquis eſtimet eſſe aliquem proprium nepotem, q̄ cum æſtimet eum filium communem per modum quo Socrates ponit, quia ſicut dictum eſt, propria magis homines amant & procurant q̄ communia, Vnde patet ꝙ lex Socratis magis affert A ciuitati detrimentum quàm vtilitatem. Quartam rationem ponit, ibi. {Quinimo ſed neque diffringere, &c.} Et dicit, ꝙ quāuis Socrates putaret per cōmunitatem filiorum & mulierū hoc euitare, vt nullus dicat eſſe ſuum proprium filium, vel fratrem, ſed communiter hoc opinentur, tamen non poteſt hoc effugere, quin aliqui ſuſpicentur de aliquibus, ꝙ ſint fratres eorum vel filii, vel patres, vel matres, & hoc ꝓpter ſimilitudinem q̄ frequenter inuenitur inter filios, & patres vel matres. Vnde quidam eorum qui deſcribunt periodū terræ, & quomodo circularitas mundi eſt habitata, narrant ꝙ in ſuperiori Lybia quidam habent communes vxores, ſed diuidunt filios ſecundum ſimilitudines, ita ꝙ vnuſquiſq; virorum accipit ſibi pro filio illum qui ſibi ſimilatur. Et hoc etiam videmus contingere in fœminis aliorum animaliū, ſicut equæ & vaccæ, quæ naturaliter habent ꝙ faciant filios ſimiles patribꝰ. Sicut dicitur de quadam equa, quæ in terra Pharſaliæ ob hoc vocabatur Iuſta, quia filios reddebat ſimiles patribus. Vnde manifeſtum eſt quòd Socrates per legem quam dicit eſſe ferendam de communitate vxorum & filiorū, non poteſt hoc conſequi, vt non ſint priuati affectus inter homines.

## LECTIO III.

Dhuc autē & tales difficultates nō facile deuitare, hāc cōſtruentibꝰ cōmunitatē puta vulnerationes E & homicidia inuoluntaria, hæc aūt volūtaria, & pugnas & maledictiones, quorū nullū cōueniēs eſt fieri ad pr̄es & matres, & eos

## *LECTIO III.*

*T præterea hmōi moleſtias nō facile erit uitari ab his qui eā ſtatuunt cōmunitatem, pu-* E *ta plagas & neces, partim uoluntarias, partim inuoluntarias, & rixas, & iurgia, quæ nefas eſt committere aduerſus parentes, & propinquos, magis quam aduerſus extraneos,*

LECTIO III.

Poſtquàm Philoſophus oſtēdit ꝙ cauſa, quam Socrates aſſignabat ſuę legis non erat rationabilis, ſcilicet ꝙ optimum eſſet ciuitati eſſe maxime vnam, & iterum ꝙ maxima vnitas non prouenit ex communitate mulierum & filiorum, hic tertio vult oſtendere multas difficultates & inconuenientia quæ cōſequentur ex tali lege, & proponit ſex rationes, circa quarum primam dicit, ꝙ illis qui conſtituunt hanc communitatem mulierum & filiorum, nō eſt facile ꝙ deuitent has difficultates & inconuenientia quæ dicentur. Primo enim non poteſt contingere quin in ciuitate cōtingant vulnerationes & homicidia. Quandoque quidem inuoluntaria, puta cum caſu fiunt. Quandoq; autem voluntaria, puta cum fiunt ex odio vel ira. Et iterum rixæ & maledictiones ſiue opprobria, quæ omnia multo magis inconueniens eſt ꝙ fiāt parentibus vel aliquibus propinquis ſm̄ cognationem, q̄ extraneis & remotis: quanto enim naturaliter aliquis magis inclinatur ad amorē alterius, tanto magis incōueniens eſt ꝙ ei inferat nocumentū. Et huiuſmodi nocumenta vel iniuriæ multo magis

ſicut ad illos de quibus neſcietur pro certo, quòd ſint filii eorum quibus inferunt tales iniurias, quàm apud illos de quibus pro certo ſcitur. Poteſt etiam cum hoc reputari quòd ſit facta aliqua diſſolutio propinquitatis, ſicut contingit quandoque quòd propinquitas tollitur vel propter longinquam generationem, vel quando etiam cõſanguinei abdicãtur propter aliquam offenſam. Sed illi qui neſciunt propinquitatem, nullam poſsũt putare ſolutionem propinquitatis eẽ factam. Vnde patet, ꝙ huiuſmodi mala, quę in ciuitatibus proueniunt, erunt magis inconuenientia ſi ponatur cõmunitas mulierum & filiorum, quia ſcilicet continget, quòd frequenter fiant ad propinquos. Secundam rationem ponit, ibi. {Inconueniens autem, &c.} Et ſumitur hęc ratio ex inconuenientibus, q̃ ſequentur ex concupiſcentia libidinum, ſicut prima ſumebatur ex inconuenientibus, quæ ſequentur ex ira vel odio. Conſiderandum eſt ergo, quòd apud omnes reputatum fuit inconueniens, & inhoneſtum, quòd filii coirent cum matribus, aut patres cum filiabus, & hoc oportebat accidere, ſi ponerentur communes filii, quia contingeret, ꝙ fili⁹ cognoſceret matrem ſuam ſicut & aliquã aliam mulierẽ, & ſimiliter contingeret, quòd pater cognoſceret carnaliter filiam ſuam, ſicut & aliquam aliam. Socrates ergo præſentiens hoc inconueniens, voluit ipſum vitare tali ſtatuto, vt per principes ciuitatis impediretur coitus filii cum matre, cum oportebat eſſe certũ ad minus apud principes ciuitatis, qui filium ſuſciperẽt nutriendum, & ſimiliter vt impediretur per eoſdem principes coitus patris ad filiam, quãdo aliqua coniectura poſſet haberi, quòd hæc eſſet filia illius. Sed hoc ſtatutum Socratis philoſophus impugnat dupliciter. Primo quidem, quia hoc ſtatutũ videtur eſſe inſufficiens. Prohibebat enim filio ſolum coitum matris, non autem prohibebat ei amorem libidinoſum, quia nõ indicabat ei, ꝙ hæc eſſet mater eius, neque etiam prohibebat ei alios vſus libidinoſos, puta amplexus & oſcula, quæ indecentiſſimum eſt eſſe inter propinquos, quia etiam amorem libidinoſum inter eos eſſe eſt inconueniens. Secũdo improbat iſtud ſtatutum propter cauſam, quam aſſignat. Dicebat enim, ꝙ interdicendus erat coitus matris filio, propter nullam aliam cauſam, niſi ad vitandum delectationem valde vehementẽ, quæ ex amore naturali matris & filii proueniret, qui ſupra adderetur libi-

qui non longe, quæ plus accidere neceſſariũ ignorantib⁹, quàm ſcientibus, & factorũ ſcientibus quidẽ contingit putatas fieri ſolutiones, aliis aũt neque vnã. Inconueniens aũt & cõmunes facientes filios, coire ſolũ auferre ab amantibus, amare aũt non ꝓhibere, neq; vſus alios, quos patri ad filiũ eſſe omnium eſt indecentiſſimũ, & fratri ad fratrem, quin & amare ſolum. Inconueniens aũt & coitum auferre ꝓꝑ aliam cauſam quidẽ neq; vnã, vt valde vehementi delectatiõe facta, quia autẽ hic quidẽ pater aut filius, ii aũt fratres adinuicẽ nihil putare differre. Videt̃ aũt magis terræ cultoribus eſſe vtile, communes eſſe vxores & pueros quàm cuſtodibus. Minus .n. erit amicitia cõmunibus exiſtẽtibus pueris & vxoribus. Oportet aũt tales eẽ ſubiectos ad obedire, & ad non inſoleſcere. Totaliter aũt accidere, neceſſe ꝓꝑ talem legem contrariũ eorũ, quorum cõuenit recte poſitas leges cauſas fieri, & ꝓꝑ quam cauſam Socrates ſic arbitratus eſt, oportere ordinare quæ circa pueros & vxores. Amicitiã quidem .n. putam⁹ maximũ eſſe bonorũ ciuitatibus: ſic .n. vtique minime ſeditiones faciunt, & vnã eſſe ciuitatẽ collaudat maxime Socrates, quod & videtur, & ille eẽ inquit, amicitiæ opus, quẽadmodum in amatiuis ſermonib⁹ ſcimus dicentẽ Ariſtophanem, ꝙ amãtibus ꝓꝑ nimis diligere, deſiderantibus, natura vnũ factos eſſe, & ambos fieri vnũ ex duobus exiſtentibus. Hic quidẽ igit̃ neceſſe ambos corruptos eſſe, aut vnum. In ciuitate autẽ amicitiã neceſſariam remiſſam fieri propter communionem talem, & minime dicere meum, aut filium patrem, aut patrem filiũ.

dinoſo amori. Vehementiam autem delectationis in coitu ideo vitari volebat, ne homines nimis allicerentur ad intemperantiam. Dicit ergo Ariſtoteles, quod inconueniens eſt dicere, ꝙ propter iſtam ſolam cauſam debeat aliquis abſtinere a coitu matris, & non ex hoc ſolo, quòd mater eius eſt. Et eadem ratio eſt de aliis propinquis: ex ipſa enim ſanguinis propinquitate debent ſibi cognati quãdam reuerentiam honeſtatis, quę tollitur per laſciuiam coitus. Tertiam rationẽ ponit, ibi. {Videtur autem magis terræ cultoribus, &c.} Et dicit quòd iſta lex Socratis de communitate vxorum & filiorum, magis eſt vtilis agricolis & aliis infimæ conditionis hominibus, quàm cuſtodib⁹ ciuitatis, ideſt principibus ciuitatis, & aliis magnis viris, qui agunt curam de reb⁹ communibus ciuitatis, quia filii agricolarum exaltabuntur, & filii magnorum deiicientur, ſi omnes redigantur in commune. Et ex hoc ſequitur, quòd minus erit amicitia ĩter magnos & plebeios: conſeruatur enim amicitia inter eos inquantũ agricolæ, & alii huiuſmodi ſunt principibus ſubiecti, quia vt dicitur in nono Ethicorum. Illud quod eſt proportionabile vnicuique, ſaluat amicitiam, ſubiectio autẽ conſeruatur in hoc, quòd inferiores principibus obediant, & non inſoleſcant; qđ quidem accidet ſi æquparantur maioribus in filiis & mulierib⁹. Vnde patet, ꝙ hæc lex Socratis impedit amicitiam ciuitatis, quæ debet eſſe inter principes & ſubiectos. Quartam rationem ponit, ibi. {Totaliter autem accidere, &c.} Et dicit, ꝙ ex tali lege omnino accidit contrariũ eorum, ad quæ intendunt illi qui ponunt rectas leges, & iterum contrarium ei, propter qđ Socrates putauit, ꝙ debeat ordinari lex de pueris & vxoribus. Omnes .n. cõiter putamus, ꝙ amicitia ſit maximũ bonum in ciuitatibus, quia ſi ſit amicitia inter ciues, minime facient ſeditiones, & ad hoc intendunt oẽs legislatores, vt ciuitas ſit ſine ſeditionibus. Vnde omnes, qui ponunt rectas leges, ad hoc tendunt, vt ſit amicitia inter oẽs ciues. Socrates etiam dixit, ꝙ optimũ in ciuitate erat, ꝙ eſſet vna: vnitas autem hominũ adinuicẽ eſt effectus amicitiæ, & ſicut cõmuniter videtur omnibus & etiã ſicut Socrates dixit. Vnde etiã Ariſtophanes dixit in ſermonib⁹ quos de amore fecit, quòd ſeinuicem amantes deſiderant, ꝙ eſſent facti vnum per naturã, & quia hoc non poteſt eſſe, deſiderant ꝙ fiant vnum quantum poſſibile eſt. In hoc igitur caſu in quo Ariſtophanes loquitur

*ſed frequentius illa euenire neceſſe ẽ ubi ignorant, quàm ubi ſciunt: & ea ſi contingant a ſcientibus expiari debito modo poſſunt: ab ingnorantibus uero non poſſunt. Illud etiam abſurdũ quòd filios communes fecerunt, coire ſolum amantes uetuerunt: amare uero non uetuerunt: nec alios uſus quos eſſe patri ad filios; & fratri ad fratrẽ omnium deformiſſimum eſt: cum & amare ſolum abſurdum etiam non aliã ob cauſam coitionem illorum uetuiſſe: niſi quia nimia uoluptas inde ſit prouentura: ſed quia pater ſit, aut filius aut fratres, ob eã rem nihil putare referre. Videtur autem magis prodeſſe ut agricolis cõmunes ſint mulieres & filij quàm cuſtodibus: minus enim erit amicitia ſi communes ſint nati & mulieres. Enim uero tales ſint quibus imperatur, oportet quo ipſi pareant imperio: nec res nouas in ciuitate moliantur. Penitus autem contra eueniat neceſſarium eſt ex huiuſmodi lege, quàm quorum cauſa optimas leges eſſe oportet, & cuius gratia Socrates cenſet ita inſtituendum & de natis & de mulieribus. Amicitiam enim putamus maximum eſſe bonum ciuitatibus, nam ſic minime ſeditionibus agitabuntur, & unam eſſe ciuitatem laudat maxime Socrates, quod & uidetur, & ipſe inquit eſſe amicitiæ opus, ut in amatoriis ſermonibus ſcimus dicẽtem Ariſtophanem. Propter eximiã amãtium cupiditatem applicari ſimul, & ex duobus fieri unum. Hic ergo neceſſariũ eſt ambos corruptos eſſe, uel unũ. At in ciuitatibus neceſſe eſt amicitiam infirmam, fluxamque fieri, propter huius communitatẽ, & minime dicere ſuum, aut filiũ patrem, aut patrẽ filiũ. Vt.n. parũ mellis multa in aqua diffuſum inſenſibilem facit mixtionem ſic accidit communitatem iſtam nequaquam neceſſariam in tali Rep. a nominibus extimantibus uel patrem, ut filii uel filium ut patris, uel fratres inuicẽ exilem profecto beneuolẽtiã efficere.*



loquitur ſequeretur, quòd vel ambo ſe amantes corrumperentur dum ex eis aliquid vnum fieret, vel alter eorum corrumperetur, quaſi in alterum conuerſus. Sed in ciuitate propter talem communionem mulierum & filiorum, ſequetur quòd amicitia diminuatur, & minimum habebit de pondere ad amorem, quòd vel pater dicat de aliquo, iſte eſt meus filius, cum ſimul dicat hoc de multis aliis in ciuitate exiſtẽtibus, aut filius dicat de patre, hic eſt meus pater, cum etiam ipſe hoc de multis aliis dicat. Videmus enim, quòd ſi aliquis aliqđ modicum dulce immittat in multam aquam, fit inſenſibilis mixtio, ſicut cum parum de melle imponitur in multa aqua, nihil ſentitur de dulcedine mellis. Vnde familiaritas, quæ ex iſtis nominibus prouenit in ciuitate, qua vnus dicit, hic eſt meus pater, vel filius, aut frater, parum curabitur, ſi quilibet antiquior de quolibet iuniore dicat eũ eſſe ſuum filium, & ecõuerſo, quilibet iunior dicat quemlibet antiquiorem eſſe ſuũ patrem, & omnes coetanei dicant ſe eſſe fratres. Et huius ratio eſt, quia duo ſunt quæ maxime faciunt homines ſollicite curare de aliis, & maxime diligere eos, quorum vnum eſt, quòd ſit proprium & ſingulare eorum. Vnde homines magis curant de rebus propriis, q̃ de cõmunibus ſicut ſupra habitum eſt. Aliud eſt ſpecialis amor, quem quis habet ad aliquem, qui quidem amor magis fit ad eum, quem aliquis ſingulariter diligit, q̃ ad eum quem ſimul cũ multis aliis diligit, ſicut videmus quòd etiam parentes magis diligunt filios vnigenitos, quàm ſi multos habeant, quaſi amor diminuatur per communicationem ad multos. Sic igitur patet, quòd ſi ſit talis ordinatio ciuitatis, qualem Socrates lege ordinauit, diminueretur amicitia ciuium adinuicem, quod eſt contra intentionem legislatorum. Quintam rationem ponit, ibi. {At vero & de eo quod eſt transferri natos, &c.} Et dicit, quòd ſecundum ordinationem Socratis oportebat, quòd fieret transmutatio filiorum, vt illi ſcilicet, qui eſſent nati a quibuſdam matribus, aliis darentur ad nutriendum, ita quòd nullus cognoſceret proprium filium; quomodo autem hoc fieri poſſet, vt ſcilicet transferrentur filii agricultorum & artificum ad nobiles, qui cuſtodiunt ciuitatem, aut econuerſo, non de facili apparet, talis enim translatio magnam turbationem ciuibus afferret, & ex alia parte non poſſet omnino tolli opinio de propriis filiis, quia illi qui darent & transferrent pueros, oporteret quòd ſcirent a quibus acciperent, & quibus darent. Vnde lex Socratis non conſequeretur intentum, & cum hoc induceret magnam turbationem. Sextam rationem ponit, ibi. {Adhuc autem & antiqua, &c.} Et dicit, quòd propter huiuſmodi translationem puerorum maxime in talibus accideret ea, quæ ſuperius dicta ſunt, ſcilicet vulnerationes, libidinoſi amores, & homicidia inter propinquos. Videmus enim, quòd nunc pueri qui dantur ad cuſtodiam & nutritionem aliorũ, non tanta affectione nominãt ſuos propinquos, ſicut ſi apud eos nutriantur, & per conſequens nõ multum verentur in ſuos propinquos aliquod prędictorũ cõmittere: multo igitur magis ſi non cognoſcerent ſuos eſſe proprios propinquos, nihil talium vererẽtur facere. Vltimo autẽ epilogando cõcludit, quòd hoc modo determinatũ eſt de communione filiorum & vxorũ, quam Socrates ĩducere volebat.

Sicut .n. modicũ dulce in multã aquã mixtũ inſenſibilẽ facit miſtionẽ, ſic accidit & familiaritatem adinuicem eam quæ ex nominibus his curare, minime neceſſarium exiſtens in politia tali, aut patrem, vt filii, aut filium vt patris, aut vt fratres inuicem. Duo .n. ſunt quæ maxime faciũt ſollicite curare homines & diligere propriũ & dilectũ, quorum neutrũ poſſibile ẽ exiſtere his q̃ ſic ciuiliter conuerſant̃. At vero & de eo qđ eſt transferri natos pueros, hos quidẽ ex cultoribus & artificib⁹ ad cuſtodes, hos aũt ex his ad illos, multã habet turbationẽ, quo erit mõ, & cognoſcere neceſſariũ dantes & tranſferentes quib⁹ quos dãt. Adhuc aũt & antiqua dicta magis ĩ his neceſſarium accidere, puta vulnerationes, amores, homicidia, non adhuc appellant fratres & pueros, & patres; & matres, qui in alios ciues dati cuſtodes, & rurſum, qui apud alios ciues, vt vereant̃ talium aliquid operari ꝓꝑ cognationẽ. De ea qdẽ igit̃ q̃ circa pueros & vxores cõione determinatũ ſit hoc modo.

*Duo enim ſunt, quæ faciunt homines curam habere, & amare, proprium ſcilicet & affectio, quorum neutrum ſit, neceſſe eſt in hmõi repub. Inſuper translatio illa natorum ex agricolis & artificibus in cuſtodes, & ex his in illos, magnam continet difficultatem, quemadmodum tandem fiet, & cognoſcant neceſſe eſt dantes & transferentes, quibus quos dedant. Præterea & ſuperius dicta magis in his neceſſarium eſt euenire, puta rixas, & plagas, & amores, & cædes, nã non amplius appellant cuſtodes, fratres & filios, & patres & matres, qui aliis ciuibus deduntur, & rurſus, qui ex cuſtodibus aliis ciuibus ut tale caueant aliquid perpetrare propter conſanguinitatem. De communitate igitur natorum & mulierum, determinatum ſit in hunc modum.*

## LECTIO IIII.

Poſtquàm Philoſophus improbauit legem Socratis quantum ad communitatem mulierũ & puerorum, hic improbat eam quantum ad cõmunitatem poſſeſſionũ, & circa hoc duo facit. Primo proponit quod intendit. Secundo oſtendit ꝓpoſitum, ibi. {Alteris quidẽ igitur, &c.} Circa primũ tria facit. Primo continuat ſe ad pręcedentia, dicens, ꝙ conſequens ad præmiſſa eſt conſiderare de poſſeſſiõe, vtrum oporteat ordinare, ꝙ illi qui debẽt conuerſari ſecũdum optimã conuerſationem ciuilem, habeãt poſſeſſiones communes vel non communes. Secundo, ibi. {Hoc autem vtique quis cõſiderabit ſeorſum, &c.} oſtendit, ꝙ iſta quæſtio ſeorſum eſt conſideranda a p̃miſſa, quæ erat de cõmunitate vxorum, & dicit, ꝙ conſiderandum eſt ſeorſum, etiam ſi nihil eſſet ſtatutum de communitate filiorum & vxorum, vtrum ſcilicet dato, ꝙ filii & vxores nõ ſint communes, ſed ſeorſum quilibet habeat propriam vxorem & filios, ſecundum modum qui nunc obſeruatur melius ſit, ꝙ poſſeſſiones & vſus earum ſint communes omnibus ciuibus, quàm ꝙ vnuſquiſque habeat propriam poſſeſſionem, ſicut nunc eſt. Tertio, ibi. {Dico autem quæ circa &c.} Diſtinguit modos quibus poſſibile eſt ciues communicare in bonis poſſeſſis. Et ponit tres modos, quorũ primus eſt, quòd vnuſquiſque habeat ſeorſum proprium campum. Sed omnes fructus camporum deferãtur ad commune, & diſtribuantur in omnes, quod obſeruabatur apud quaſdam nationes. Secundus modus eſt, ꝙ econuerſo, terra ſit communis, & communiter colatur. Sed fructus agrorũ diuidantur inter ciues ad proprium vſum cuiuslibet. Et hic modus apud quoſdam barbaros obſeruabatur. Tertius modus eſt, vt & campi & fructus ſint communes, quod Socrates lege ſtatuẽdum eſſe dicebat. Deinde cum dicit.

## LECTIO IIII.

Habitum autẽ iis, eſt cõſiderare de poſſeſſiũe, quomodo oportet cõſtituere futuris conuerſari ſecũdum optimam politiam, vtrum cõmunẽ aut non cõmunẽ oporteat eſſe poſſeſſionẽ. Hoc autem vtiq; quis conſiderabit, & ſeorſum extra legis ſtatuta de pueris & vxoribus, dico aũt quæ circa poſſeſſionẽ: vtrũ & ſi ſint illa ſeorſum ſm̃ modum, ſecũdũ quẽ nunc ſe habent oẽs communes

## LECTIO IIII.

*His conſequens eſt, de rebus quæ poſſidentur conſiderare, quomodo ſit conſtituendum illis, qui in optima rep. uerſari debeant, utrum communes eſſe debeant uel non communes, hoc ſeorſum ſcrutandum eſt, nec ſimul cum his, quæ de natis & muli r.bus conſtituuntur. Dico autem circa res, utrum & ſi ſint nati mulieresque ſeparatim, quẽadmodum nunc ſint omnibus, præſtet tamen res eſſe cõmunes & uſus: puta,*

eſſe poſſeſſiones melius & vſus, puta cãpos quidẽ ſeorſum, fructus autẽ in commune ferentes expendere. Quod quidem quæ dam faciunt nationum, aut contrario modo, terrã quidem cõmunem eſſe & colere communiter, fructus autem diuidi ad proprios vſus. Dicuntur autem quidam & hoc modo communicare barbarorum, vt & campos & fructus communes.

b Alteris quidem igitur exiſtẽtibus cultoribus, alius vtiq; erit modus & facilior, ipſis autem ſibi laborantibus quæ circa poſſeſſiones, plures vtique exhibebant difficultates, etenim in fructibus & operib⁹ nõ factis æqualibus, ſed inæqualib⁹ neceſſariũ H accuſationes fieri ad fruentes, ſi accipientes quidem multa, pauca autem laborantes, ab iis, qui minus quidem accipiunt, plus autem laborant. Omnino autẽ conuiuere & communicare humanis omnibus difficile, & maxime talibus. oſtendunt cõperegrinantium communitates: fere enim plurimi diſſidentes, ex iis quę in potibus & ex paruis ꝓ pulſantes inuicem. Adhuc autẽ famulantium, iis maxime offendimur quibus plurimum indi- I gemus adminiſtrationes ancillares: cõmunes quidem igitur eſſe poſſeſſiones, has & alias tales habet difficultates.

c Eodem autẽ modo quo nũc ſe habet ſuper ornatum conſuetudinibus, & ordine legũ rectarum non modicũ vtique differret, habebit enim qđ ex ambobus bonum. Dico autem quod ex ambobus, quod ex communes eſſe poſſeſſiones, & quod ex K proprias: oportet. n. aliquo mõ quidẽ eſſe cõmunes, omnino autem proprias. Curæ quidẽ. n. diuiſæ, litigia adinuicẽ nõ faciẽt,

*fundos proprios eſſe, fructus uero in commune conferre, quod apud quaſdam ſu gentes, uel contra, ſolum quidem commune eſſe, & communiter coli, fructus autem partiri in proprios uſus, quod etiam facere dicuntur quidam barbarorũ, uel & fundos & fru-* G *ctus eſſe communes.*

*Si ergo ali forent agricolæ alius eſſet modus & facilior, ſed cum ipſi ſibi laborent, magnas ea res afferet difficultates: nam ſi in fruendo & laborando non ſint pares, neceſſe eſt incuſationes exiſtant cõtra fruentes quidem & conſumentes multa, parum* H *uero laborantes ab his, qui minus conſumunt & multum laborant. Omnino autem conuictus omnis & communitas hominum, difficilis eſt, & maxime in his rebus. Probant autem eorum, qui unà peregrinantur ſocietates, quorum plerique ferè diſſident inter ſe, de paruis uilibuſque rebus offenſi. Nos quoque miniſtris illis plurimum iraſcimur, quibus maxime utimur ad circularem famulatum. Communes igitur habere res, has & huiuſmodi continet difficultates.*

*Eo autem modo quo nunc fit, ſi inſuper moribus & moderatione legum rectarum boneſtetur, non parum præſtabit: habebit. n. utriuſque commoda: dico autẽ utriuſq;, uidelicet eius, quòd cõnes ſint res, & eius quòd propriæ. Oportet. n. omnino ut res ſint propriæ,* K *ſed quodãmodo communes. Curæ. n. diuiſæ, incuſationes non parient, immo proficient utpote ad propriũ unoquoq; ſedulo incumbentè. At uero per uirtutẽ erunt ad uſum, ut eſt in prouerbio.*

b ¶ Oſtendit, quid ſit verum circa propoſitam quęſtionem, & primo improbat legem Socratis de communitate poſſeſſionum, oſtendens quę mala ex ea ſequerentur. Secundo oſtendit, quæ bona per eam tollerentur, ibi. {Eodẽ autẽ modo &c.} Circa primum ponit tres rationes, quarum prima eſt, quia ſi poſſeſſiones eſſent cõmunes omnium ciuium, oporteret alterum duorum eſſe, ſcilicet quòd vel agri colerentur per aliquos extraneos, vł per aliquos ex ciuibus. Et ſi quidem per alios colerentur, haberet aliquam difficultatem, quia difficile eẽt aduocare tot extraneos agricolas, tamen hic modus eſſet facilior, quàm ſi aliqui ex ciuibus laborarent, hoc enim exhiberet multas difficultates. Non enim eſſet poſſibile, quòd omnes ciues colerent agros, oporteret enĩ maiores maiorib⁹ negociis intendere, minores autem agriculturæ, & tamen oporteret quòd maiores, qui minus laborarẽt circa agriculturã pl⁹ acciperent de fructibus, & ſic non æqualiter ſecundum proportionem correſpõderet perceptio fructuum operibus, ſiue laboribus agriculturæ, & propter hoc ex neceſſitate orirentur accuſationes & litigia, dum minores qui plus laborãt, murmurarent de maioribus, quòd parum laborantes multum acciperent, ipſi autem econtrario minus acciperent plus laborãtes. Et ſic patet, quòd ex hac lege nõ ſequeretur vnitas ciuitatis vt Socrates volebat, ſed potius diſſidium. Secundam rationem ponit, ibi. {Omnino autem conuiuere, & cætera.} Et dicit, ꝙ valde difficile eſt, ſecundum quòd multi homines ſimul ducant vitam, quòd cõmunicent in quibuſdam humanis bonis, & præcipue in diuitiis. Videmus enim quòd illi qui in aliquibus diuitiis communicant, multas habent diſſenſiones adinuicem, vt patet in his qui ſimul peregrinantur: frequenter enim adinuicem diſſentiũt ex his, quæ expendunt in cibis & potibus computum faciendo, & aliquando pro modico ſeinuicem propulſant, & offendunt verbo vel facto. Vnde patet, ꝙ ſi omnes ciues haberent communes omnes poſſeſſiones, plurima litigia inter eos exiſterent. Tertiam rationem ponit, ibi. {Adhuc autem famulantium &c.} Et dicit, quòd homines maxime offenduntur ſuis famulis, quibus multum indigent ad aliqua ſeruilia miniſteria, & hoc propter communitatem conuerſationis vitę, qui enim non frequẽter ſimul conuerſantur, non frequenter habent turbationes ad- F inuicem. Ex quo patet, quòd communicatio inter homines exiſtens, eſt frequenter cauſa diſcordiæ. Vltimo autem concludit, quòd præmiſſæ difficultates & aliæ ſimiles ſequerentur ex communitate poſſeſſionum in ciuitate. Deinde cum dicit.

c ¶ Oſtendit, quæ bona per prædictam legem tollerentur, & ponit tres rationes, circa quarum primã dicit, quòd ſi ita ordinetur in ciuitatibus, ſicut nunc ſe habet, quòd ſcilicet poſſeſſiones ſint ciuibus diuiſæ, & hoc ordinetur pulchris conſuetudinibus, & iuſtis legibus, habebit magnam differẽtiam in exceſſu bonitatis, & vtilitatis, reſpectu eius quod Socrates dicebat. Vtrobique enim inuenitur aliquid boni, ſcilicet & in hoc, ꝙ ponuntur poſſeſſiones propriæ, & in hoc, ꝙ ponũtur cõmunes. Sed ſi poſſeſſiones ſunt ꝓpriæ, & ordinentur per rectas leges & cõſuetudines, quòd ciues ſibi inuicem cõmunicent de ſuis bonis, habebit talis modus viuendi bonum, quod eſt ex vtroq;, ſcilicet & ex communitate poſſeſſionũ & diſtinctione earum: oportet enim poſſeſſiones ſimpliciter quidẽ eſſe proprias quãtum ad proprietatem dominii. Sed ſecundũ aliquem modum communes. Ex hoc enim ꝙ ſunt propriæ poſſeſſiones, ſequitur ꝙ procurationes poſſeſſionum ſunt diuiſæ, dum vnuſquiſque curat de poſſeſſiõe ſua. Et ex hoc ſequuntur duo bona, quorum vnum eſt, ꝙ dũ vnuſquiſque intromittit ſe de ſuo proprio, & non de eo quod eſt alterius, non fiunt litigia inter homines, quæ ſolent fieri quando multi habent vnã rem procurare, dum vni videtur ſic, & alii aliter faciẽdũ. Aliud bonũ eſt, ꝙ vnuſquiſque magis augebit poſſeſſionẽ ſuam inſiſtens ei ſollicitius tã quam proprię, & hoc modo erunt poſſeſſiones diuiſæ, ſed propter virtutem ciuium, qui erunt inuicem liberales & benefici, erunt communes ſecundum vſum, ſicut dicitur in Prouerbio, quòd ea quæ ſunt amicorum, ſunt communia. Et ne cui videatur impoſſibile, ſubiungit ꝙ in quibuſdam ciuitatibus bene diſpoſitis eſt hoc ſtatutum, ꝙ quædam ſint ipſo facto communia quantum ad vſum, quædam autem fiant communia per voluntatem ab ipſis dominis, dum ſcilicet vnuſquiſque habens propriam poſſeſſionem, quædam de bonis ſuis facit prouenire in vtilitatem ſuorum amicorum, & quibuſdam de bonis ſuis vtuntur amici ſui per ſeipſos, tamquã rebus communibus. Sicut erat in ciuitate Lacedæmonia, in qua



magis aũt addent vt ad propriũ vnicuiq; inſiſtentes, ꝓpter virtutem autẽ erit ad vti, ſecundũ ꝓuerbiũ, cõmunia quæ amicorũ. Eſt aũt nũc hoc modo in quibuſdam ciuitatibus ſic ſubſcriptũ, tamquã non exiſtens impoſſibile, & maxime in bene diſpoſitis. Hæc quidẽ ſunt, hæc aũt fiẽt vti B que. propriam. n. vnuſquiſq; poſſeſſionẽ habẽs, hæc quidẽ vtilia facit amicis, iis aũt vtitur tamquã communibus, velut etiã in Lacedæmonia ſeruis vtuntur iis qui adinuicẽ, vt eſt dicere, propriis. Adhuc aũt equis & canibus, ſi indigeant pro viaticis in agris per regionẽ. Manifeſtũ igitur quod melius eſſe quidẽ proprias poſſeſſiones, vſu aũt facere cõmunes, qũo autem fiant tales, legislatoris hoc opus ꝓpriũ eſt. Adhuc aũt, & ad delectatio C nem inenarrabilem, quantũ differt, putare aliquid propriũ, nequaquam. n. vane eamq; quę ad ſeipſum habet amicitiã vnuſquiſque, ſed eſt hoc naturale. Philauton aũt eſſe vituperatur & iuſte, non eſt aũt hoc amare ſeipſum, ſed magis quã oportet ſe ipſum amare, quemadmodũ & amatorem pecuniarũ, qm̃ amãt quidẽ omnes, vt dicatur, vnũquodq; taliũ. At vero & largiri & auxi D liari amicis, aut extraneis aut alteris, delectabiliſſimũ, quod ſit in poſſeſſione propria exiſtẽte, hæc itaque accidunt vniuerſis, vnum facientibus ciuitatem.

d Et ad hoc interimunt opera duarum virtutũ manifeſte, temperantiæ quidẽ circa mulieres, opus. n. bonum ab aliena exiſtẽte abſtinere ꝓp temperantiã, liberalitatis aũt circa poſſeſſiões, nec. n. manifeſtus erit liberalis E exiſtens, nec operabitur actũ liberalem nec vnũ: in vſu. n. poſſeſſionum liberalitatis opus eſt. Bonæ faciei quidẽ igitur talis legis latio & philantropos vtiq; eſſe videbitur: audiens. n. gaudẽs ſuſcipit, putans fore amicitiã quãdam mirabilẽ omnibus ad oẽs, aliterq; cum accuſat aliquis nũc exiſtentia in politiis mala, tamquam facta propter non cõmunem eſſe ſubſtantiã. Dico aũt diſceptationes ad inuicem, circa

*Amicorum communia: eſt autem etiã nunc quibuſdam in ciuitatibus in hunc modum ſubſcriptum, ne putetur impoßibile, & præcipue in his, quæ bene gubernantur aliqua ſunt, aliqua eſſe poſſunt. Propria enim ſua quibuſque poſſidens, partim utilia facit amicis, partim utitur communibus,* B *ut in Lacedæmone, ſeruis utuntur uiciſſim, tamquam forent uniuſcuiuſque, & præterea equis, & canibus, & uehiculis. Patet igitur eſſe melius, ut propriæ ſint res, ſed uſu facere illas communes. Quemadmodum autem hoc fiat, legislatoris erit prouiſio. Eſt ſane inenarrabile quantum interſit ad uoluptatem, conſiderare aliquid eſſe proprium ſui. Non enim fruſtra quiſque ad ſeipſum amicitiam habet, eſt uero id naturale. Sed cum amatio ſui reprehenditur,* C *non illud reprehẽditur, quia ſe amet, ſed quia magis quàm oportet ſe amat, quemadmodum & amatio pecuniarũ, nam amant omnes, ut ita dixerim, talia. Atqui & largiri, & opem ferre amicis, & hoſpitibus, & familiaribus, dulciſſimum eſt, quod fit, ſi propriæ ſint facultates. Hæc autem non contingunt illis, qui nimis unam efficiunt ciuitatem.*

*Et præterea duarum uirtutum opera manifeſte tollunt, temperantiæ erga mulieres alienas, a quibus laudabile eſt ſe abſtinere, & liberalitatis circa res poſſeſſas, neque enim diſcerni poterit liberalis, neque liberalem* E *operationem faciet ullam. Nam in uſu earum rerum, quæ ipſi poſſidemus, liberalitatis eſt opus. Illiuſmodi itaque legis poſitio, faciem habet apparentem, & humana uideri poteſt quam auditor libenter recipit, putans fore mirabilem quandam amicitiam omnibus erga omnes, præſertim cum quis incommoda accuſat rerumpublicarũ nũc prouenientia, ex eo quia non ſint communes omnium facultates, ceu litigia ex contractibus, falſorum teſtium accuſationes,*

in qua vnus poterat vti ſeruo alterius ad ſuum miniſterium, ac ſi eſſet proprius ſeruus. Similiter poterant vti equis & canibus & vehiculis aliorum tamquam ſuis, ſi indigerent ire ad agros in eadem tamen regione. Vnde manifeſtum eſt, ꝙ multo melius eſt, ꝙ ſint propriæ poſſeſſiones ſecundum dominium. Sed quòd fiant communes aliquo modo quantum ad vſum. Quomodo autem vſus rerum ꝓpriarum poſſit fieri communis, hoc pertinet ad prouidentiã boni legislatoris. Secundam rationem ponit, ibi. {Adhuc autem & ad delectationem &c.} Et dicit, ꝙ non poteſt de facili enarrari quantum ſit delectabile reputare aliquid eſſe ſibi proprium. Venit enim hęc delectatio ex hoc ꝙ homo amat ſeipſum, propter hoc. n. vult ſibi bona. Nec hoc eſt vanum, ꝙ aliquis habet amicitiã ad ſeipſum, ſed naturale eſt. Quandoque tamen iuſte vituperatur aliquis ex hoc, ꝙ eſt amator ſui ipſius. Sed quando hoc in vituperiũ dicitur, nõ eſt hoc ſimpliciter amare ſeipsũ ſed magis q̃ oportet, ſicut & amatores pecuniarum vituperantur, quas tamen omnes aliquo mõ amãt, quia amatores pecuniarum vituperãtur inquantũ amant eas magis q̃ oportet, hãc autem delectationẽ, quæ eſt de rebus propriis habendis, aufert lex Socratis. Tertiã rationem ponit, ibi. {At vero & largiri, &c.} Et dicit, ꝙ valde delectabile eſt, ꝙ homo donat vel auxilium ferat vel amicis vel extraneis vel quibuſcumque aliis, quod quidem fit per hoc, ꝙ homo habet propriam poſſeſſionẽm, vnde etiam hoc bonum tollit lex Socratis, auferens proprietatem poſſeſſionum. Vltimo autem concludit, ꝙ iſta incõuenientia accidũt his, qui volunt nimis vnire ciuitatem, introducendo communitatem poſſeſſionũ & vxorum & filiorũ. Deinde cum dicit.

d ¶ Obiicit ſimul contra vtramque poſitionem, ſcilicet de communitate vxorũ & poſſeſſionum, & inducit etiam ad hoc tres rationes, quarũ prima eſt, quòd illi A qui volunt ſic nimis vnire ciuitatem, manifeſte interimunt opera duarum virtutum, ſcilicet temperantiæ inquantum eſt circa mulieres. Opus enim temperantiæ eſt abſtinere a muliere aliena, quod non habebit locum ſi omnes mulieres ſint communes. Similiter introducens communitatem poſſeſſionum, aufert actum liberalitatis. Non enim poterit eſſe manifeſtum de aliquo an ſit liberalis, nec aliquis poterit actum liberalitatis exercẽ, ex quo non habet proprias poſſeſſiones, in quarum vſu conſiſtit opus liberalitatis. Prouidus homo propria expendit, & dat. Quòd autem aliquis det communia non eſt multum liberalitatis. Secundam rationem ponit, ibi. {Bonæ faciei quidẽ igitur, & cætera.} Et dicit, quòd lex Socratis prædicta videtur bona in ſuperficie. Et videtur, quòd ſit amabilis ab hominibus, & hoc propter duo. Primo propter bonum, quod aliquis ſuſpicatur futurum ex tali lege. Quando enim aliquis audit, quòd inter ciues ſint omnia communia, ſuſcipitur hoc cum gaudio, reputans amicitiam admirabilem futurã per hoc omnium ad omnes. Secundo propter mala, quæ putat tolli per hanc legem. Accuſat enim aliquis mala, quæ nunc fiunt in ciuitatibus, ſicut diſceptationes hominum ad inuicem circa contractus & iudicia de teſtimoniis falſis, & hoc quòd pauperes adulantur diuitibus, tamquam omnia iſta fiant propter hoc, quòd poſſeſſiones nõ ſunt communes. Sed ſi aliquis recte conſideret, nihil horum fit propter hoc, quòd poſſeſſiones nõ ſunt communes, ſed propter malitiam hominum. Videmus enim, quòd illi qui poſſident aliqua in communi, multo magis diſſident adinuicem, quàm illi qui habent ſeparatas poſſeſſiones. Sed quia pauci ſunt illi, qui habent poſſeſſiones communes reſpectu illorum, qui habent diuiſas, propter hoc pauciora litigia veniunt ex communitate poſſeſſionum,

ꝑtamen ſi omnes haberent communes, multo plura litigia eſſēt. Tertiam rationem ponit, ibi. { Adhuc autem iuſtum &c. } Et dicit, ꝙ homo non ſolum debet conſiderare quot malis priuentur illi, qui habent communes poſſeſſiones & vxores, ſed etiā quot bonis priuentur. Debet enim legislator ſuſtinere aliqua mala, ne priuentur maiora bona: tot autem bona priuantur per hāc legem Socratis, ꝙ videtur eſſe impoſſibilis talis conuerſatio vitæ, vt patet per inconuenientia ſupra poſita.

## LECTIO V.

POſtquàm Philoſophus impugnauit legem Socratis, oſtendens eam eſſe inconuenientem, hic impugnat eam oſtendēs eſſe inſufficientem, & circa hoc duo facit. Primo oſtēdit, quòd non habuit ſufficiēs motiuum. Secundo oſtendit, ꝙ id quod ponebatur inſufficiēs erat, ibi. { Quinimo ſed neq; modꝰ, &c. } Circa primum duo facit. Primo oſtendit motiuum eſſe inſufficiens, propter falſam ſuppoſitionem. Secūdo propter defectum experientiæ, quæ requiritur in legibꝰ cōdendis, ibi { Oportet autem non &c. } Dicit ergo primo, ꝙ cā quare Socrates deuiauit a veritate circa legem de communitate poſſeſſionum filiorum & vxorū, oportet putare fuiſſe, quia ſupponebat quādam ſuppoſitionē non rectam, ſcilicet ꝙ ſummum bonum ciuitatum eſſet, ꝙ ipſa eēt maxime vna. Hęc autem ſuppoſitio ideo non eſt recta, quia ad ciuitatē & domū, ſicut ſupra dictum ē, requiritur aliqua vnitas, ſed non omnimoda. Vnde intantum poteſt procedere vnitas ciuitatis, quòd iā non erit ciuitas, puta ſi omnes ſint vnius artis, & cohabitantes in vna domo. Intantum autem poteſt ꝓcedere vnitas, ꝙ erit in propinquo ad hoc ꝙ non ſit ciuitas. Vnde ſequitur, ꝙ ſit peior, quia vnumquodque tanto deterius ē, quanto magis appropinquat ad ſuum nō eſſe, ſicut ſi tollatur aliqua diſtinctio officiorum, quæ ſunt neceſ-

F ſaria ad bene eſſe ciuitatis, & ponit exemplum, ſicut ſi aliquis faciat concētum vniuocum, ideſt omnes cantantes in vna voce, iam non erit ſimphonia & conſonantia vocum, cui ſimilatur ciuitas ex diuerſis conſiſtens. Similiter ſiquis faceret verſum pedē vnum, ideſt carmen vno pede tantum numero conſtare, quia tunc carmen non eſſet, quod ex multis numero pedibus cōficitur. Et ita poteſt in tantū procedere vnitas, ꝙ tollatur ciuitas, ſed ſicut ſupra dictum eſt, oportet in ciuitate eſſe quidem diuerſorum multitudinem, ſed ꝙ ciuitas fiat vna & communis propter quandam diſciplinam legum recte poſitarum. Sed ſi aliquis, qui erat inducturus diſciplinā ad vniendum ciuitatem putet per hāc legem de communitate filiorum & vxorum fieri ciuitatem bonam, inconueniens eſt, ſi ęſtimet ꝙ per tales communitates poſſit rectificare ciuitatem, & non magis per bonas conſuetudines & leges, & per ſapiētiam circa talia, ſicut dictū eſt ſupra, ꝙ Lacedæmones poſſeſſiones proprias faciebāt cōmunes quantum ad vſum, & in Creta ēt fecit legislator eē aliqua cōmunia, vt fierent quædam conuiuia publica ciuibus, ſecundum aliqua tēpora ad hoc inſtituta vt inter eos maior familiaritas eſſet. Deinde cum dicit.

b ¶ Oſtendit inſufficientiam motiui ꝓpter defectum experientię, & dicit, ꝙ ad hoc ꝙ leges bene ponantur, oportet hoc non ignorare, quia debet aliquis multo tempore conſiderare & multis ānis, vt manifeſtum ſit per experiētiam, ſi tales leges vel ſtatuta bene ſe habeant. Aeſtimādum eſt enim, ꝙ in longitudine præcedētium temporum fere omnia inuenta ſunt circa conuerſationē humanam, quæ excogitari poſſunt, ſed quædam eorum non ſūt inducta, ideſt non eſt vſque ad hoc in eis proceſſum, ꝙ lege ſtatuerentur, quia ſtatim eorum inconuenientia apparebat. Quædam vero ſunt quidem ſtatuta, ſed receſſerunt ab vſu dū cognouerūt homines ꝙ non erant vtilia. Et hoc

contractū & falſorū teſtimoniorum indicia, & diuitū adulationes, quorū nihil fit ꝑꝑ incōmunicationem, ſed ꝑꝑ malitiā, qm̄ & omnia poſſidentes & cōmunicantes, multo magis diſſidentes videmus, q̄ ſeparatim ſubſtantias habentes. Sed videmus paucos ex cōmunibus diſſidētes ad multos cōparantes, poſſidentes ſegregatim poſſeſſiones. Adhuc autem iuſtū non ſolū dicere quātis priuantur malis cōmunicantes, ſed & quātis bonis: videtur aūt eſſe omnino īpoſſibilis vita.

*diuitum adulationes, quorum nihil fit propter proprietatem, ſed propter improbitatem, cum etiam res in communi habentes, multo magis inter ſe litigare uideamus, quàm eos, qui ſeparatim poſſident. Inſuper æquum erat referre non ſolum quantis malis priuabantur, ſi communitatem rerum* G *habebunt, ſed etiam quantis bonis: uidetur autem omnino impoſſibilis eſſe illa uita.*

## LECTIO V.

CAuſa aūt deuiationis Socrati, oportet putarē ſuppoſitionē non entem rectā. Oportet quidē.n. eſſe modo aliquo vnā, & domū, & ciuitatē, ſed non omnino: eſt quidē.n. vt non erit ꝓcedens ciuitas, eſt aūt vt erit quidē: prope aūt exiſtens vt non ſit ciuitas, erit deterior ciuitas. Quemadmodū vtiq; ſiquis ſymphoniā facit homophoniā, aut rhythmon baſin vnā, ſed oportet multitudinē exiſtentē, quēadmodū dictū eſt prius, ꝑꝑ diſciplinā cōmunem, & vnā facere, & futurā diſciplinā inducere, & putantē per hanc fore ciuitatē ſtudioſam inconueniens talibus exiſtimare dirigere. ſed non cōſuetudinibus, & philoſophia, & legibus, ad modū quem circa poſſeſſiones in Lacedemonia, & Creta pro conuiuiis legislator communicauit.

b Oportet aūt non hoc ipſum ignorare, quia oportet attēdere multo tempore & multis annis, in quibus non vtiq; lateat ſi hæc bene ſe habuerīt: omnia.n. ferè inuenta ſunt quidē, ſed hæc quidem non conducta ſunt, iis aūt non vtuntur cognoſcentes, maxime autem fiet vtiq; manifeſtum, ſiquis operibus videat talem politiam conſtructā: non.n. poterit, nō partiens ipſam & ſegregans facere ciuitatē, hæc quidem in conuiuia, hæc autem in confraternitates & tribus, itaque & nihil aliud accidet eſſe lege ſtatutum præter nō agros colere municipes, quod & nūc Lacedæmonii facere conantur.

## LECTIO V.

H *CAuſam uero Socrati huius erroris, putandum eſt fuiſſe ſuppoſitionem non rectam. Oportet enim quodammodo unam eſſe ciuitatem, & domum, ſed non penitus. Eſt enim quo, ſi procedat, non erit ciuitas, eſt etiam quo erit quidē prope ut non ſit ciuitas, deterior ciuitas, uelut ſiquis concentum faciat uniuocum, & uerſum pedem unum. Sed oportet cum ſit multitudo, ut prius diximus, per diſciplinam, communem & unam efficere. Et qui diſciplinam ſit adhibiturus, uolens per illam ſtudioſam facere ciuitatem, abſurdum eſt, ſi per talia quædam inſti-* I *tuendam putet, ac non per mores, & per philoſophiam, & per leges, ueluti ſeruorum iumentorumque poſſeſſionem in Lacedæmone, & comeſſationum in Creta legislator communem induxit.*

*Neque illud ſane ignorandum eſt, quia oportet ad longum tempus, ac diuturnas conſuetudines inſpicere, in quibus haud quaquam poterit latere* K *an recte ſe habeant. Ferme enim omnia inuenta ſunt quidem, ſed alia non inducta, alia ab expertis repudiata. Maxime autem id apparet, ſiquis per opera inſpiciat rempub. ſic inſtitutā. Non aliter enim poterit feciſſe ciuitatem, niſi ſeparet illa atque diſtinguat, partim in cōmeſſationes, partim in genera, partim in tribus. Itaque nihil aliud contingit lege prouiſum eſſe, niſi ut cuſtodes agros non colant, quod nunc Lacedæmonii facere cæptant.*



maxime manifeſtum fit, ſiquis per experientiam ordinis A inſpiciat talem ordinem ciuitatis inſtitutum, qualē Socrates dixit, impoſſibile enim eſt, quòd fiat ciuitas niſi per aliquam partitionem & ſegregationem, puta quòd de bonis communibus fiat diſtributio per diuerſa conuiuia, vel per diuerſa genera, aut per diuerſas tribus, ideſt ſocietates, ciuitatis aut regionis qa igitur neceſſe eſt omnino, quòd fiat diſtributio bonorum communium quantū ad rem, nihil aliud affertur per ſtatutum talis legis de communitate poſſeſſionum, niſi quòd municipes. i. qui continue morantur in ciuitate: nō habeant curam de agris colendis, quaſi non habentes agros proprios, ſed etiam ſi nō fiant agri communes, hoc ipſum fieri poteſt, ſicut Lacedæmonij facere conantur, vt ſcilicet per alios agri colantur, quàmuis ſint proprij. Deinde cum dicit.

c ¶ Oſtendit inconuenientiam legis Socraticæ quantum ad id, quod ponebat, & circa hoc duo facit. Primo oſtendit inſufficientiam prædictæ legis quantum ad ea de quibus eſt. Secundo quantum ad quædam communia, ibi. { Sed ſiue neceſſaria &c. } Circa primum inducit tres rationes, quarū prima eſt per quam oſtendit inſufficientiam prædictę legis quātum ad hoc, quòd non poterat ſecundum eam ſufficiēter diſtingui multitudo ciuitatis, & dicit, quòd non ſolum lex Socratis facere videbatur, niſi quòd municipes agros non colerent tamquam nō proprios exiſtentes, ſed neque etiam Socrates dixit quis modus eſſet totius conuerſationis politicę inſtituendæ ſecundum ſuam legem communicantibus, ideſt habentibus omnia communia, neque etiam poſſibile eſt a quouis alio dicere hac lege ſeruata: neceſſe enim eſt, quòd multitudo ciuitatis ſit multitudo hominum diuerſorum ſecundum diuerſos ſtatus. De quorum diuerſitate qualiter eſſe poſſit, nihil eſt determinatum a Socrate. neceſſe enim eſt dicere, quòd agricolis ſint poſſeſſiones communes ſimul cum alijs ciuibus, & filij & vxores, aut quòd habeant ſeorſum proprios filios & poſſeſſiones & vxores præter alios ciues, hoc autem ſecundo modo contingit aſſignare diuerſitatem eorum ab alijs ciuibus, tum propter differentiam eorum in poſſeſſionibus, tum etiam propter parentum originem: ſed ſi eodem modo ſint communia omnia prædicta omnibus alijs, nulla differentia inuenietur, ſecundum quam poſſint diuerſificari agricolæ a cuſtodibus, neque etiam poterit aſſignari, quid plus conſequantur illi, qui portant pondus principatus in regendo ciuitatem, & ſic inutiliter laborabunt, nunc autem habent hoc emolumentum, quòd attribuuntur eis plures poſſeſſiones, & filij eorum nobilitantur. ſimiliter etiam non poterit aſſignari, qd paſſi ſufferunt principatum, ideſt propter quam eorum conditionem pręcedentem ad principatum aſſumantur, nunc enim cō-

ſueuerunt ad principatus aſſumi, qui ſunt nobiliores origine, vel excellentiores diuites: excellentia autem ſecundum virtutem non ſemper eſt ita manifeſta, quòd ſecundum eam ſolam ſufficienter poſſint inueniri homines, qui aſſumantur ad principatus. Poſſet autem aliquis dicere, quòd illi qui ſeruarent legem Socratis, ſuſciperent tale aliquid obſeruādum, quale obſeruāt Cretenſes, qui agriculturam & alia huiuſmodi artificia dimittūt exercenda ꝑ ſeruos, quibus ſolū interdicunt gymnaſia, ideſt exercitia corporalia, & vſum armorum, vt ſecūdum hoc non oporteat diſtinguere inter agricolas & alios municipes, quia exercentes agriculturam & artifices ſecundum hoc non erant ciues ſed ſerui, ſed ſi in ciuitate, quam Socrates intēdit inſtituere, erūt huiuſmodi ordinata ſicut in alijs ciuitatibus, vt ſcilicet quidā ciuium ſint agricolæ & artifices, non videbitur eſſe vna communitas, quia in vna ciuitate neceſſarium erat eſſe quaſi duas ciuitates ſibi contrarias, ex vna enim parte erunt cuſtodes, q cuſtodiunt ciuitatē, nihil aliud operātes, & ex alia parte erunt agricolæ & artifices operantes, quos oportet eſſe cōtrarios adinuicem, ex hoc ipſo quòd quibuſdam laborantibus, alij non laborant, & tamen plura de fructibus recipiunt, ſicut etiam ſupra dictum eſt, ſi vero poſſeſſiones nō ſunt communes, nō erit ex hoc litigiū, quia quilibet procurabit, quòd colantur agri ſui vel per aliū, vel per ſeipſum, & dū minores ſeruiēt maioribus, ab eis aliquod lucrum recipientes, erit vna communicatio inter eos. Secundam rationem ponit, ibi. { Accuſationes autem, & diſceptationes &c } Et dicit, quòd in ciuitate habente omnia communia, ſicut Socrates dixit, inuenientur mutuæ accuſationes, & diſceptationes, & omnia alia mala, quæ Socrates dicit nunc eſſe in ciuitatibus. Diſceptabunt enim ciues adinuicem de hoc quòd E non ęqualiter laborant, nec æqualiter fructum recipiunt, & de multis etiam alijs, quàmuis Socrates putauerit, quòd iſta mala in ciuitate in qua eſſent omnia communia, non eſſent. Et propter hoc dicebat, quòd propter huiuſmodi diſciplinam non indigeret ciuitas multis legibus, ſed ſolum quibuſdam paucis, ſcilicet circa habitationem municipij, & circa forum iudiciorum, vel etiam circa forum rerum venalium, & circa alia huiuſmodi, ſine quorum ordinatione ciuitas eſſe non poteſt, ita tamen, quòd huiuſmodi diſciplinam legum attribuebat ſolum cuſtodibus ciuitatis, non autem agricolis, qui extra ciuitatem & municipium morabantur, & ſic patet, quòd lex Socratis erat inſufficiens, qa non poterat a ciuitate extirpare mala quæ tollere conabatur. Tertiam rationem ponit, ibi. { Adhuc autem dominos &c. } Et dicit, quòd Socrates committebat ſecundum ſuam legem totam diſpoſitionem poſſeſſionum agricolis, quibus dicebat eſſe committendum,

c Quinimmo ſed neq; modus totius politiæ quis erit cōmunicantibus, neq; dixit Socrates, neque facile dicere, equidē multitudo ferè ciuitatis diuerſorū ciuium multitudo, de quibus nihil determinatum eſt prius, & agricolis communes eſſe oportet poſſeſsiones, aut ſecundum vnūquéque proprias, adhuc autem vxores & pueros proprios aut cōmunes: ſiquidē.n. eodem modo cōia omnia omnibus, qd differēt illi ab illis municipibꝰ, aut quid plus ſuſtinentibus principatum, niſi aliquid ſapiant tale, quale Cretēſes: illi.n. alia hæc ſeruis dimittentes, ſolum negāt gymnaſia & armorum poſſeſsionem, ſi autē quemadmodum in alijs ciuitatibus, & apud illos erunt talia. quis modus erit cōmunitatis? in vna enim ciuitate, duas ciuitates eſſe neceſſarium, & has ſubcontrarias inuicem, faciunt enim hos quidē municipes velut cuſtodes, agricolas autem & artifices & alios ciues, accuſationes autē & diſceptationes, & quæcūque alia ciuitatibus exiſtere inqt mala, oīa exiſtēt & his, quamuis dicat Socrates, quòd non multis indigebūt legalibus ꝑꝑ diſciplinam, puta legibus circa municipia, & circa forū, & alijs talibus, attribuēs ſolū diſciplinā municipibus, adhuc autē Dominos facit rerū poſſeſſarū agricolas, oblationē ferentes, ſed multo magis veriſimile ē graues eē & aſtutijs plenos, q̄ a quibuſdā obſequia & humiliationes & ſeruitutes.

*Modus uero totius Reipublicæ quis futurus ſit in communione degētibus, neque Socrates ipſe inquit, neque dictu facile eſt, atqui multitudo ciuitatis diuerſorum ciuium eſt multitudo, de quibus nihil determinatum eſt, an & agricolis communes eſſe facultates oporteat, uel proprias ſingulorum.* B *Præterea: vtrum mulieres & pueros proprios vel communes, ſi enim eodem modo communia ſunt omnia omnium: quid differrent iſti ab illis cuſtodibus, vel quid plus accedet ſuſtinentibus eorum imperium, uel quam ob cauſam imperium ſuſtinebunt, niſi forte prætexunt aliquid tale, quale Cretenſes, qui cætera omnia ſeruis permittentes, gymnaſia ſolum illis vetuerunt, & armorum poſſeſſionem, quòd ſi vt in aliis ciuitatibus, ita apud illos talia erunt. quis modus erit communitatis? neceſſe eſt enim duas ci-* C *uitates in una eſſe ciuitate, & eas inter ſe contrarias, facit enim alios quidem cuſtodes quaſi in præſidio conſtitutos, alios agricolas & artifices, & cæteros ciues: litigia vero & iudicia, & quæcumque alia mala ciuitatibus prouenire inquit, omnia prouenient etiam iſtis, quamquam dicat Socrates fore, ut non multum legibus indigeant, propter diſciplinam, ueluti circa res urbanas & circa forum, & aliis huiuſmodi legibus, tribuens ſolum diſciplinam cuſtodibus: inſuper domi-* D *nos facit ſuarum rerum agricolas, ac tollere permittit, at multo magis putandum eſt fore illos graues & inſolentes, quàm illas, quæ apud quoſdam ſunt ilotas, peneſteas, & periæcos.*

mittendum, quòd fructus agrorum offerrent quibuſcunque circa alia vacantibus, & ex hoc putabat, quòd agricolæ propter hanc poteſtatem efficerentur obſequioſi & humiliter ſeruiẽtes alijs ciuibus: ſed totum contrarium accideret: multo enim magis eſt veriſimile, quòd ex quo haberent omnia in ſua poteſtate, quòd eſſent graues alijs ciuibus, & adinuenirent aſtutias ad defraudandum eos, quàm quòd humiliter eis ſeruirent, & ſic patet, quòd lex Socratis de communitate mulierum & poſſeſſionum inſufficiẽs erat, quia non poterat implere, quod conabatur. Deinde cum dicit.

d ¶ Oſtendit inſufficientiam legis Socratis quantum ad alia conſequentia. Et primo in generali. Secũdo in ſpeciali, ibi. {At vero ſi vxores quidem faciet communes &c.} Dicit ergo primo, quòd ſiue iſta, quæ Socrates poſuit de communitate mulierum & poſſeſſionum ſit neceſſaria ciuitati, ſiue non, tamen de conſequentibus nihil determinauit, ſcilicet qualis debeat eſſe ordinatio politicæ conuerſationis, & qualis diſciplina, & quales leges ꝓpriæ eorum, qui ſic habent omnia communia, non enim de facili eſt inuenire aliquas tales, neque etiã oportet eos parũ differre ab alijs, qui prædictam ciuitatem ſeruare poſſunt, vnde quibuſdam ſpecialibus legibus & ſpeciali diſciplina eſsẽt imbuendi. Deinde cũ dicit.

e ¶ Oſtendit inſufficientiam in ſpeciali. Et primo quantũ ad mulieres. Secũdo quantum ad principes, ibi. {Inſecurum autem &c.} Tertio quantum ad communem ciuitatis fœlicitatem, ibi. {Adhuc autem & fœlicitatem auferens a municipibus &c.} Quantum ad mulieres autẽ duo tangit. Primo, quòd non poteſt ſufficienter ordinari de mulieribus ſi ſint communes cuſtodibus & agricolis, ſiue poſſeſſiones ſint propriæ & diſtinctæ vtriſque, ſiue ſint communes, quia ſi ſint communes, oportet, quòd agricolæ diſpenſent ea quæ ſunt in agris, non poterũt ſimul vti mulieribus in ciuitate exiſtentibus, & agros colere: ſed ſi facultates ſint propriȩ, mulieres communes, non poterunt intendere rei domeſticæ, ſicut viri poterunt intendere agriculturȩ, ſi econtra facultates ſint communes, & vxores propriæ agricolarum: ſimul enim poterunt & agros colere & vxoribus ſecũ habitantibus operam dare. Secundo circa mulieres dicit, quòd Socrates dicebat, quòd mulieres debebant eadem tractare cum viris, vt ſcilicet colerent agros & pugnarent, & alia huiuſmodi

F facerent ſicut viri, & accipiebat ſimilitudinem a beſtijs, in quibus fœminæ ſimilia operantur maſculis, ſed Ariſt. iſtud dicit eſſe inconueniens, nec eſſe ſimile: quia beſtiæ nihil participant de vita œconomica, in qua quidem vita mulieres habent quędam propria opera, quibus oportet eas intendere, & abſtinere ſemper ab operibus ciuilibus. Deinde cum dicit.

d Sed ſiue neceſſaria ſimiliter, ſiue non, nunc nihil determinatum eſt, & de habitis quæ eorũ politia, & diſciplina, & leges quales: eſt autem neque inuenire facile, neque differens modicum, quales quoſdam eſſe hos, ad ſaluandum municipum communitatem.

*Enimuero ſiue neceſſaria ſunt hæc ſimiliter, ſiue non, nihil nunc quidem determinatum eſt, neque de conſequentibus, quæ ſit eorum adminiſtratio, & diſciplina, & leges quædam, eſt autem neque facile reperire, neque parum referens quales hos eſſe* G *oporteat ad conſeruandam cuſtodum communionem.*

e At vero ſi vxores qdẽ faciet communes, poſſeſsiones autem proprias, quis diſpenſabit, quã uis ſint communes poſſeſsiones & agricolarum vxores, quemadmodum quæ in agris viri ipſarum? Inconueniẽs autem & ex beſtijs fieri parabolam, quia oportet eadem tractare mulieres, viris quibus Oeconomiæ nihil attinet.

*Atqui ſi mulieres faciet communes facultates vero proprias, quis curam habebit rei domeſticæ vt agriculturæ viri, ſi ſint communes facultates & agricolarum mulieres? abſurdum etiam ex beſtiis facere ſimilitudinem, quòd conueniat eadem exercere mulieres, quæ uiri, ad quos rei domeſticæ cura nequaquam pertinet.*

H

f Inſecurum autẽ & principes, quomodo inſtituit Socrates, ſemper enim facit eoſdem principes, hæc autem ſeditionis cauſa, & apud nullam dignitatem poſsidentes, ſi aliunde vtique apud animoſos, & bellicoſos viros. Quòd autẽ neceſſariũ ipſi facere eoſdem principes manifeſtum, non enim quandoque quidem alijs, quandoq; autem alijs mixtũ, animabus a deo aurum, ſed ſemper eiſdem, ait autem ijs quidem mox genitis miſceri aurum, his autem argẽtũ, æs autẽ & ferrum, artificibus futuris & agricolis.

*Periculoſa eſt inſuper magiſtratuum conſtitutio, quam ſic facit Socrates, ut ſemper ſint iidem: at hoc ſeditionis eſt cauſa etiam apud illos, qui nullam poſſident dignitatem: quid ergo apud bellicoſos & animoſos viros? Quod autem ſibi neceſſarium ſit eoſdem ſemper magiſtratus facere, patet, non enim aliorum modo: & modo aliorum miſcetur animis diuinum illud aurum: ſed ſemper eiſdem: in-* I *quit autem quibuſdam ſtatim a genitura aurum miſceri, quibuſdam argentum, æs uero, & ferrum illis, qui artifices futuri ſunt: aut agricolæ.*

g Adhuc autem & fœlicitatem auferens a municipibus, totam inquit oportere fœlicem facere ciuitatem legiſlatorem, impoſſibile autem fœlicitare totam, non pluribus, aut non omnibus partibus, aut quibuſdam habentibus fœlicitatem: non enim eorum fœlicitare, quorum & par, hoc quidem enim contingit toti in eſſe, partium autem neutri

*Præterea cuſtodibus fœlicitatem auferens, totam inquit ciuitatem facere beatam oportet legiſlatorem, at impoßibile eſt totam eſſe beatam, niſi aut plurimi, aut omnes partes, aut quædam habeant fœlicitatem, non e-* K *nim eorumdem eſt fœlicitas, quorum & par, nam par contingit ineſſe toti, & ſi nulli partium inſit, ſed ineſſe fœlicitatem impoſſibile, quod ſi cuſtodes non erunt fœlices, qui tandem alii?*

f ¶ Oſtendit inſufficientiam quãtum ad principes, & dicit, ꝙ non eſt ſecurum ciuitati, quòd hoc modo inſtituantur principes ciuitatis ſicut Socrates inſtituebat; ordinauit enim, quòd ſemper manerent ijdem principes, quod quidem ſemper fuit cauſa ſeditionis, etiã apud homines non magni valoris, & multo magis apud homines animoſos & bellicoſos, qui non poſſunt de facili pati, ꝙ ipſi ſemper ſubijciantur, & alij principentur, & ſubiungit cauſam quare Socrates inſtituebat, ꝙ ſemp ꝑ eſſent ijdem principes: dicebat enim, ꝙ ſicut in quibuſdam mineris terrarum inuenitur aurum, in quibuſdam argentum, in quibuſdam vero ferrum, aut ęs, ita in animabus quorundam hominum, qui abundant in ſapientia & virtute eſt aurum, quos iuſtum eſt principari, in quibuſdã vero argentum, qui ſunt ſecundi gradus, in quibuſdam vero qui non ſunt perfecti ad ſapientiã & virtutẽ, inuenitur quaſi ęs aut ferrum: & tales ſecundum ipſum debent fieri agricolæ & artifices: manifeſtũ eſt autẽ, quòd iſtud non commutatur, ita quòd quãdoque iſtis hominibus ſit inditum aurum, & quandoque non, ſed ſemper eiſdem, vnde ſequitur, quòd alijs ijdem principentur. Deinde cum dicit.

g ¶ Oſtendit inſufficiẽtiã quãtũ ad cõmunẽ ciuitatis fœlicitatem, dicebat enĩ Socrates, quòd legiſlator debet ad hoc attendere, quòd faciat totam ciuitatem fœlicem, & quantum ad opera virtutis, & quantum ad exteriora bona, cum tamen Socrates per ſuam legem auferret a ſingulis ciuibus fœlicitatem: quia volebat, quòd non haberent aliquid proprium, nec in poſſeſſionibus, nec in mulieribus, nec in filijs, quæ quidem pertinent ad fœlicitatem tamquam organice deſeruientia, vt dicitur in primo Ethicorum. Cap. 4. Hoc autem eſt impoſſibile, quòd tota ciuitas ſit fœlix, niſi vel omnes, vel plures partes ciuitatis fœlicitatem habeant: non enim eſt fœlicitas ciuitatis ſicut numerus par, & alia ſimilia. Partes enim numeri paris quandoque ſunt impares, ſicut partes ſenarij ſunt duo trinarij. Et præterea ſi cuſtodes ciuitatis non ſunt fœlices,



quia alij erunt fœlices, ad hoc ꝙ in eis fœlicitas ciuitatis fraudari poſſit, non enim poteſt dici, ꝙ agricolæ & mercennarij ſint fęlices, q ſunt infimi in ciuitate, non enim fœlicitas, quæ eſt optimũ ciuitatis põt ſaluari in infima eius parte, vltimo aũt epilogãdo concludit, ꝙ conuerſatio politica ciuitatis, de qua Socrates dixit, habet prædictas dubitationes, & quaſdam alias, non minores prædictis.

A exiſtimauit, ꝙ oportebat mulieres bellare, & alia ſimilia facere viris. Quarto dicit, ꝙ alias quidẽ partes ſuæ politicæ impleuit multis ſermonibus extraneis, qui non pertinebant ad materiam politicæ, interponẽs multa de naturalibus & de alijs ſcientijs. Deinde cum dicit.

fœlicitari autem impoſsibile, at vero, ſi municipes nõ fęlices qui alteri? non enim vtiq; artifices & multitudo banauſorum: politia quidem igitur, de qua Socrates dicit, has dubitationes habet, & his non minores alteras.

*non enim artifices quidem, neque uulgus, illa igitur Reſp. de qua Socrates locutus eſt, has continet difficultates, & alias his non minores.*

LECTIO VI.

POſtquam Philoſophus improbauit poſitionem Socratis de communitate mulierum & puerorum & poſſeſſionum, qđ non ponebat quaſi principale in ſua politica, hic inquirit de aliis conſequentibus legibꝰ. Et primo narrat eas. Secundo diſputat contra eas, ibi {Superfluũ quidẽ igitur &c.} Circa primũ duo facit. Primo dicit, de quo eſt intẽtio. Secundo proſequitur intentum, ibi. {Diuidit aũt &c.} Dicit ergo primo, quòd ſicut hẽt multas dubitationes lex de cõmunitate mulierũ & poſſeſſionũ, ita etiam & aliȩ eius cõſequẽtes leges, & ideo melius eſt, ꝙ de tota eiꝰ politica aliqua pauca hic dicantur, quia de paucis in ſua politia determinauit Socrates, ſcilicet de cõmunitate vxorũ & filiorũ & poſſeſſionis, qũo debeant ſe habere, & ſuper hoc determinauit ordinẽ politicȩ conuerſationis. Deinde cum dicit.

b ¶ Recitat ea, quæ Socrates dixit de ordine politiæ, nam de cõmunitate ſatis ſupra dictũ eſt. Et primo quantum ad partes ciuitatis. Secũdo quantum ad diſciplinam ciuiũ, ibi. {Et de diſciplina qualẽ quãdã &c.} Circa primũ quatuor dicit, quorũ primũ eſt, ꝙ Socrates totã multitudinẽ habitãtiũ ciuitatẽ diuidebat in duas partes, quarum vna erat agricolarũ & aliorũ artificum, alia vero erat virorũ bellatorũ, addebat aũt & tertiã partẽ, ſcilicet cõſilium & principes ciuitatis. Secũdo dicit, quòd Socrates omiſit dicere de agricolis & artificibus, vtrũ debeant aliquẽ principatum habere, & vtrũ etiã debeant aliquo modo pugnare vel non. Tertio dicit, ꝙ Socrates

LECTIO VI. B

FErè autẽ ſimiliter, & q̃ circa leges ſe habẽt, poſterius ſcriptas, ꝑꝑ qđ & de ea, quæ hic politia, cõſiderare modica, melius etenim in politia de paucis omnino determinauit Socrates, de vxorũ, & puerorũ cõmunione, quomodo habere oportet & de poſſeſsione, & politiæ ordinem.

*LECTIO VI.*

*FErmè autem ſimiliter circa leges quoque ſe habet poſtea ſcriptas, quapropter & de illa Reipublicæ parte hic cogitare parum melius erit: etenim in Republica de paucis admodum determinauit Socrates, ut de mulierum & natorum communitate, & de rebus poſſeſſis, ac de inſtitutione Reipublicæ.*

b Diuiditur autem in duas partes multitudo habitantiũ, hæc quidem in agricolas, hæc autẽ in partem, quæ ad bellũ, Tertiũ autem ex ijs conſilians & principale ciuitatis: de agricolis autẽ & artificibus, vtrum nullo aut aliquo participant participatu, & vtrum arma oportet poſſidere & hos & cõpugnare, aut nõ, de ijs nihil determinauit Socrates, ſed vxores quidẽ exiſtimat oportere ſimul bellare, & diſciplina participare eadem municipibus, alia autem exterioribus repleuit ſermonibus.

C *Diuiſit enim in duas partes multitudinem habitantium, in agricolas, & propulſatores belli. Tertiam ex his fecit eos, qui conſultant ac deliberant, & in quibus ſumma Reipublicæ conſiſtit auctoritas. Agricolæ vero & artifices, utrum nullius magiſtratus, an alicuius participes ſint, & utrum arma poſſidere debeant, & vnà pugnare, nihil determinauit, ſed mulieres cenſet unà pugnare debere, ac diſciplinam habere eandem, quam cuſto-* D *des, Cætera uero extraneis peregit ſermonibus.*

c Et de diſciplina, qualem quãdam oportet fieri municipibus, legum autem plurima quidem pars leges exiſtunt entes, pauca autem de politia dixit, & hanc volens communionẽ facere ciuitatibus, ſecundum modicũ, circunducit iterum ad alteram Politiam: præter mulierum enĩ communionem, & poſſeſsionis alia eadem tradit ambabus Politijs etenim diſciplinã eandẽ, & quòd ab operibus neceſſarijs abſtinentes viuere & de cõuiuis ſimiliter, verũtamẽ in hac inqt, oportere eſſe cõuiuia mulierũ, & hãc mille arma poſsidentiũ, hanc autem quinque milium.

*Et de diſciplina cuſtodum, qualem eße illam oporteret. Legum autem maxima quidem pars, leges exiſtunt publicæ. Pauca vero de Rep. dixit, quam dum pergit communionem facere, paulatim circũagit in aliam Remp. Præter communitatem enim mulierũ & rerum poßeſſarum, cætera eadem* E *utriſque attribuit, nam & diſciplinam eandem, & abſtinentes uiuere ab operibus neceßarijs, & de commeſſationibus eodem modo, præterquam quòd hic exiſtimat mulierum quoque comeßationes eſſe debere, & hanc, mille habentium arma, illam uero quinque milium.*

d Superfluum quidẽ igitur habent omnes Socratis ſermones,

*Superfluum ergo quiddam, & comptum, & nouum, & dubitatiuum,*

c ¶ Narrat, quid Socrates dixit de diſciplina ciuitatis, & circa hoc tria facit. Primo dicit in communi, quod Socrates dixit de diſciplina ciuitatis, quòd oportet aliquam diſciplinam habere cuſtodes ciuitatis. Secundo ibi. {Legum autem &c.} ponit ea in quibus cõueniebat cũ alijs politijs, & dicit, quòd magna pars legum, quas Socrates ponebat, ſunt leges quæ modo in ciuitatibus obſeruantur, cum.n. ipſe dixerit de politia, ideſt conuerſatione ciuitatis, & induxerit quandam maiorem communitatem in ciuitate quàm ſit conſuetum, paulatim inſtituẽdo leges deueniebat ad alterã politiam, quæ nunc obſeruatur, quia præter communionẽ mulierum & poſſeſſionis, quæ erat propria ſuæ politię, omnia alia tradidit, quæ poſſint eſſe communia ambabus politijs, ſcilicet, & illi quæ obſeruat hanc communitatem, & illi; quæ non obſeruat, eandẽ enim diſciplinam dixit eſſe vtrorumque, puta, ꝙ homines viuerent de neceſſarijs operibus cum quadã moderantia & abſtinentia, & ꝙ facerent quędam conuiuia in ciuitate ad maiorem ciuium familiaritatẽ, quæ etiam apud alias ciuitates obſeruabantur, quàmuis oportuiſſet, quòd inſtituerent multo differentem diſciplinã, vt ſupra dictum eſt. Tertio cum dicit. {Præter mulierũ. n. communionem &c.} narrat quædã ꝓpria, quæ Socrates ponebat, quorum vnum erat, ꝙ fierent etiã conuiuia mulierum, & non ſolum virorũ, aliud autẽ erat, ꝙ determinabat numerũ bellatorũ, ſ. ꝙ in ciuitate eſſet ad minus mille arma portãtes, & ad plus quinq; milia. Deinde cũ dicit.

d ¶ Obijcit contra prædicta, alia quæ Socrates inducebat. Et primo obijcit contra diſciplinam legum. Secundo contra ordinem

Lectio. 7. nem partium ciuitatis, ibi. { Coordinatio autem tota &c. } Circa primum duo facit. Primo proponit quod intendit. Secundo manifeſtat propoſitum, ibi. { Quin nūc dictā multitudinē &c. } Dicit ergo primo, quòd ſermones Socratis habent aliquid ſuperfluum, inquantum replet ſuam politiam extraneis ſermonibus: & leue, inquantum erāt inſufficientes rationes, & ſine experientia prolatę: & nouum, inquantum erat contra communem conſuetudinem, & erat quęſtionibus plenū per multas difficultates conſequentes, & quòd in omnibus bene diceret, difficile eſt aſſerere. Deinde cum dicit,

e ¶ Manifeſtat quod dixerat. Et primo improbat dicta Socratis quantum ad menſuram, quam ciuitati imponebat. Secundo quantū ad diſtinctionem, ibi. { Qui quidē igitur dicūt &c. }

Lectio. 7. Circa primum duo facit. Primo improbat dictum eius quātum ad numerū bellatorū. Secundo quātum ad quantitatem poſſeſſionis, quam taxabat, ibi. { Multitudinem autem poſſeſſionis &c. } Dicit ergo primo, quòd ſi qs conſideret prædictā multitudinem bellatorum, quam Socrates inſtituebat in ciuitate, manifeſte apparet, quòd ciuitas talis indigebit maxima latitudine cāporum, ſicut eſt circa Babyloniam, ad hoc vt nutriantur inde quinque millia bellatorum, qui nihil aliud operētur, & præter eos multo maior alia turba & mulierū & famulorum: & ſecūdum hoc oportet, q̄ ille qui talem ciuitatem inſtituit, habeat multitudinem camporum ad votum, qđ tamen non eſt impoſſibile: ſed tamen hoc conſiderandum, q̄ ille qui vult legem in ciuitate ſtatuere, nō debet ſtatuere legem ſecundum illud qđ cogitat, quod ſit poſſibile, ſed reſpiciendo ad ea quæ ei exiſtūt, & præcipue quidem ad duo, ſcilicet ad regionem, vt non conſtituat maiorem ciuitatem, quàm regio illa paſcere poſſit, & iterum ad homines, vt conueniant leges hominibus ſecundum eorum conditiones. Tertio autem eſt apponendum, vt ponat leges reſpiciendo ad loca vicina & hoc quidem primo eſt neceſſarium ſi ciuitas debet habere vitam non ſolitariam, ſed politicam, ideſt communem cum multis alijs ciuitatibus cum quibus ſocietatem habeat nō ſolum in pace, ſed etiam in bello, quia talem ciuitatem non ſolum neceſſarium eſt vti talibus armis ad bellum, & in tanto numero ſecundum quòd vtile eſt ad propriam regionem, ſed etiam

F in exterioribus locis, in quibus conuerſantur vel hoſtes vel amici. Secundo autem ſi quis non approbet vitam bellicoſam, neq; vt propriam alicuius hominis, neque vt communem totius ciuitatis, nihilominus tamen quantum ad hoc oportet ciues eſſe armatos & bellicoſos, vt ſint terribiles inimicis, non ſolum cum venerint in regionē, ſed etiam quando diſcedunt. Deinde cū dicit.

f ¶ Improbat poſitionem Socratis quātum ad menſurā poſſeſſionum quam in ciuitate ſtatuebat. Et circa hoc duo facit. Primo improbat mēſurationem poſſeſſionum a Socrate poſitā ſecundum ſe. Secundo quantum ad hoc quòd prætermiſit mēſuram generationis, ibi. { Inconueniens autē &c. } Circa primum ponit duas ratiōes. Dicit ergo primo, quòd oportet cōſiderare ne forte alio modo poſſit planius determinari quantitas poſſeſſionū, quas ciuitas debet communiter habere, quam Socrates determinauerat. Dicit enim Socrates quòd tanta debet eſſe poſſeſſio ciuitatis, vt ex ea poſſint ciues viuere temperate, ſed planius diceretur ſi quis diceret, quòd tanta debet eſſe poſſeſſio ciuitatis, vt ex ea viuatur bene: hæc enim determinatio eſt magis vtilis, eo quòd plura in ſe comprehendit bene viuere quàm tēperate viuere. Secundam rationem ponit ibi. { Adhuc autē eſt tēperate quidē &c. } Et dicit quòd contingit aliquem temperate viuere qui tamen miſere viuit, ideſt cū magna penuria. Et ſic patet quòd prædicta determinatio Socratis non ſufficit, ſed melior determinatio eſt vt dicatur, quòd tanta debet eſſe poſſeſſio, vt viuatur tēperate & liberaliter. Si enim alterum eorum ſeparatim dicatur, ſequetur inconueniēs, ex vna enim parte ſi dicatur quòd debeant viuere liberaliter, ſequetur quòd homo in ſuperfluis delitijs viuat. Ex alia vero parte ſi dicatur quòd debet viuere temperate, ſequetur q̄ poſſit homo viuere cum penuria & labore: ideo ad excludendum vtrumque inconueniens, oportet dicere temperate & liberaliter: & hæc determinatio ſufficit, quia ſolæ hæ duę virtutes faciunt hominem bene ſe habere circa vſum ſubſtantiæ, ideſt poſſeſſionis, & hoc patet in alijs virtutibus, non enim poteſt dici quòd aliquis vtatur ſua poſſeſſione manſuete aut fortiter. Mā ſuetudo enim eſt circa iras, & fortitudo circa timores & audacias, & ſic in nullo reſpiciunt vſum poſſeſſionum, ſed temperātia quæ

& leue, & nouum, & quæſtionibus plenum, bene autem omnia forte difficile.

e Quin nunc dictam multitudinem oportet nō latere, quia regione Babylonica, vel aliqua infinita opus erit, tot multitudinē G ex qua ocioſi quinquemilia nutriantur, & præter hos mulierū, & famulorum alia turba multo maior, oportet quidē igitur ſupponi ad votū, nihil tamē impoſſibile: dicitur autē q̄ oportet legislatorē ad duo reſpicientē ponere leges, ad regionē & homines, adhuc autem bene ſe habet apponere & ad vicinorū loca: primū quidē ſi oportet ciuitatē viuere vitam politicam, non monaſticā, non.n. ſolum neceſſariū H eſt, ipſam talibus vti ad bellū armis, quæ vtilia ſecūdū propriā regionē ſunt, ſed ad exteriora loca: ſi qs aūt nō talē acceptat vitā, neq; propriā, neq; cōmunem ciuitatis, tñ nihil min⁹ oportet terribiles eē inimicis, nō ſolū venientibus in regionem, ſed & diſcedentibus.

Multitudinē autem poſſeſſionis videre oportet, ne forte melius altero modo determinatur I plane magis, tantam enim inq̄t eſſe oportere, vt viuatur temperate, quēadmodum ſi quis dicat vt viuatur bene, hoc enim vtile magis. Adhuc autē eſt temperate quidem, miſere autē viuere, ſed melior determinatio, temperate, & liberaliter, ſeparatim enim vtrumque, hunc quidem delitiari aſſequetur: hunc autē laborioſe viuere, quoniam ſoli ij habitus ſunt virtutis, circa habitudines ſubſtantiæ, puta ſubſtantia, manſuete, aut fortiter K vti non eſt, temperate autem & liberaliter eſt, quare & vſus hos neceſſarium eſſe circa ipſam.

*omnes Socratis habent ſermones, ſed cuncta recte, forſan difficile.*

*Nam etiam multitudo illa de qua nunc dicebatur, latere non oportet, cum tanta ſit, quia Babylonia, aut alia quædam infinita regione indigebit, ex qua ocioſorum quinque millia cum mulierum ac miniſtrantium multiplici turba alantur: ſuppoſitiones quidem ſunt pro arbitrio faciendæ, non tamen impoſſibiles. Dicitur autē debere legislatorem ad duo reſpicere in ferenda lege, ad regionem & homines, addendum eſt, & ad uicina loca, ſi oportet ciuiliter uiuere ciuitatem: non ſolum enim neceſſarium eſt ipſam talibus vti ad bellum armis, quæ vtilia ſint in ſua regione, verum etiā, quæ in aliena. Quod ſi quis huiuſmodi non recipit vitam, neque priuatim, neque publice, nihilominus tamen oportet terribilem eſſe hoſtibus, non venientibus ſolum in regionem, verum etiam abeuntibus.*

*De modo quoque rerum poſſidendarum videndum eſt, ne forſan melius ſit aliter diffinire & clarius, tantas inquit poſſidere oportet, vt modeſte uiuatur, perinde ac ſi dicat, ut bene uiuatur: uerum hoc eſt nimis generale, & eſt temperate uiuere, erumnoſe tamen: at melius eſt dicere modeſte & liberaliter, ſeparatim enim vtrumque, alterum enim luxuriæ accommodabitur, alterum difficultati, cum ſolæ huiuſmodi uirtutes habitus ſint circa uſum facultatum noſtrarum, puta patrimonio manſuete uel fortiter uti non dicimur, at modeſte & liberaliter dicimur, quare neceſſarium eſt circa illud iſtas uerſari uirtutes.*



tia quæ eſt circa concupiſcentias ciborum, & venereorum, propter quas multi conſū munt ſuam ſubſtātiam, & liberalitas quæ eſt circa donationes & acceptiones, manifeſte reſpiciunt vſum poſſeſſionis, vnde poteſt dici, quòd aliquis vtatur ſua poſſeſſione temperate & liberaliter, vnde cum per vtrumque iſtorum videatur eſſe inconueniens circa vſum poſſeſſionum, neceſſariū eſt circa ipſas eſſe ſtudioſos, ſcilicet tēperantiæ & liberalitatis. Deinde cū dicit.

g ¶ Improbat poſitionem Socratis ex hoc, quòd determinans quantitatē poſſeſſionum non determinabat quantitatē generationis. Et circa hoc ſex facit. Primo quidem proponit eſſe inconueniēs id quod Socrates dicebat, & dicit, quòd inconueniens eſt q̄ aliquis velit poſſeſſiones ciuitatis adequare, ideſt ad certā quātitatem reducere, & cum hoc non inſtituat aliquid ad determinandum multitudinem ciuium, ſed p̄mittat generationē ciuium in infinitum fieri: ſicut Socrates faciebat. Secūdo ibi. { Tanquam ſufficienter &c. } Ponit rationē quę mouebat Socratem: contingit.n. in ciuitate multas mulieres eſſe ſteriles: & ita licet alijs mulieribus generantib⁹ multos filios, tamen ſemper conſeruabitē eadem multitudo ciuitatis, ſicut nunc videmus in ciuitatibus euenire. Et propter hoc Socrati non videbatur neceſſarium quòd circa generationem filiorū aliquid taxaretur. Tertio quidem, ibi. { Oportet autem &c. } Oſtendit Ariſtoteles hanc rationem eſſe inſufficientem, quia nunc in ciuitatibus propter hoc quòd poſſeſſiones ſunt diuiſę, vnoquoq; habente p̄priam poſſeſſionem, nulla dubitatio poteſt p̄uenire ad quantamcumque multitudinem proueniat generatio filiorum, q̄a vnuſquiſque filijs ſuis ſtudet aliquo modo prouidere, ſed tunc cum poſſeſſiones non eſſent diuiſæ inter ciues ſecundum ordinationem Socratis, ſequatur quòd illi qui eſſent ignobiliores nihil perciperent de fructibus poſſeſſionum ſiue multiplicarentur ſiue diminuerentur, dum enim potentes ciuitatis primo ſibi & ſuis filijs neceſſaria ſumerent, ſi eorum multitudo excreſceret. Quarto ibi. { *Magis autē ſuſpicatur &c.* } *Proponit* quòd oportet determinare multitudinem circa generationem filiorum, & dicit quòd aliquis poteſt exiſtimare, quòd magis oportet determinari generationem filiorum, quàm etiam multitudinem ſubſtantiæ, ita ſcilicet quòd non generentur plures ciues ab aliquo

A numero determinato, cui ſufficiant ciuitatis poſſeſſiones. Quinto, ibi. { Vt non numero quodam &c. } Oſtendit quid debeat obſeruari in tali determinatione, & dicit quòd oportet determinare multitudinem filiorum generandorum, reſpiciendo ad caſus fortuitos, puta ad mortes eorum qui naſcuntur, & ad ſterilitatem mulierum quę non concipiunt, vt ſcilicet tantum permittatur ex alia parte ſuperexcreſcere generatorū numerus, vt huiuſmodi defectus fortuiti ſuppleātur. Sexto, ibi. { Prætermittere, autē &c. } Oſtendit, quomodo oportet determinari multitudinem genatatorum, & dicit quòd hoc ideo neceſſarium eſt, quia ſi p̄mittatur quòd in infinitum homines generēt abſque aliquo determinato numero, ſicut communiter fit in ciuitatibus, ex neceſſitate ſequitur, quòd ex hoc proueniat cauſa paupertatis ciuibus, multi.n. filij pauperes erunt habentes id ſolum quod eorum pater diues habebat, ex paupertate autem ciuiū ſequitur quòd ſint ſeditioſi & maligni, q̄a dum non habent neceſſaria vitæ, ſtudent ea acquirere fraudibus & rapinis. Deinde cum dicit.

h ¶ Improbat diſciplinam legum Socratis quantum ad diſtinctionem, quam in ciuitate faciebat, & circa hoc quatuor facit. Primo oſtendit, quomodo circa diſtinctionem diſcordabat ab alijs legiſlatoribus. Et dicit, quòd quidam legiſlator Corinthius, Phedō nomine, duo dixit eſſe obſeruanda in ciuitate: quorum vnū eſt, vt domus antiquorum ciuium permanerent æquales adinuicem ī diuitijs & dignitate, etiam ſi a principio inæquales ſortes habuiſſent, quomodo autem reduci poſſint ad æqualitatem, infra dicetur, aliud eſt, vt multitudo ciuium ſemper ęqualis remaneat, ſed in legibus Socratis contrarium inuenitur, quia neque ordinat quomodo æqualitas multitudinis ciuium conſeruetur, neque etiam ſtatuit quòd ſint æquales diuitiæ ciuium, ſed permittit quòd quidam habeant maiores diuitias alijs, vt poſtea dicetur, ſed de hoc quid melius ſit, vtrum ſcilicet quòd omnes ciues habeant diuitias æquales vel non, poſtea determinabitur. Secūdo ibi. { Derelictus eſt aūt legibus &c. } improbat legem Socratis quantum ad diſtinctionem principū. Et dicit, quòd per leges Socratis non fuit determinatum quomodo deberent diſtingui principes a ſubditis, cum tamen ipſe diceret, quòd oporteret aliquam diſtinctionem eſſe inter eos, vt ſicut Cap. 8.

g Inconueniens aūt, & poſſeſſiones adæquantē circa multitudinē ciuiū non cōſtituere, ſed ſinere puerorū procreationē infinitā, tanquàm ſufficiēter vtiq; reſpondentē ad eandē multitudinē, propter ſterilitates quantiſcumq; generatis, quia videt hoc etiam nunc accidere circa ciuitates oportet autē hoc nō ſi B militer certe habere circa ciuitates tūc, & nūc. Nunc quidē.n. nullus dubitat, eo q̄ partitæ ſūt ſubſtantiæ ad quātamcūq; multitudinē, tunc autē in diuiſis exiſtentibus, neceſſe deiectos nihil habere, ſiue pauciores ſint ſecūdū multitudinē, ſiue plures: magis autē ſuſpicabitur quis vtiq; oportere determinatā eſſe puerorū procurationē, quàm ſubſtantiā, vt non numero quodam plures generentur, hanc autem C multitudinē ponere aſpicientē ad fortunas, ſi accidat mori quoſdā generatorū, & ad aliorū ſterilitatē, finē autē quemadmodū in alijs ciuitatibus, paupertatis neceſſariam cauſam fieri ciuibus, penuria autem ſeditionē efficit, & malignitatem.

h Phedon quidem igitur Corinthius, exiſtens legislator antiquorū, domus æquales opinatus eſt oportere permanere, & D multitudinē ciuiū, & ſi primo inæquales habuiſſent ſortes omnes, ſecūdū magnitudinē, in legibus aūt ijs contrariū eſt. Sed de his quidē quomodo vtiq; extimamus melius habere, dicendū poſterius. Derelictus eſt aūt legibus ijs, & quæ circa Principes, quomodo erunt differētes à ſubiectis: ait.n. oportere quemadmodū ex altero lanæ filatum fit, quàm lini, ſic & Principes habere oportet ad ſubiectos. quo E niā aūt omnē ſubſtātiā ſinit fieri maiorē vſq; quincuplū, pro-

*Abſurdum quoque eſt cum facultates adæquauerit, de ciuium multitudine nihil determinare, ſed indefinitā relinquere multitudinem filiorum, quaſi ſufficienter adæquatam propter ſterilitates quotcumque contingant, quod uidetur nunc quoque euenire in ciuitatibus, ſed opus eſt vt aliam certitudinem tunc habeat, quàm nunc, nam nunc quidem nemo dubitat ex eo quia in ſingulos diuiſæ ſunt facultates in quantamcumque multitudinem, tūc vero cum ſint indiuiſæ, neceſſarium eſt diſpares nihil habere, ſiue pauciores ſint multitudine, ſiue plures, magis autem putaret quis oportere determinatum eſſe modum procreandorum filiorum, quàm facultatum, vt non plures quàm determinatum ſit procreari oporteat, & numerus diffiniendus eſt, reſpectu habito ad fortunas, ſi contingat decedere aliquos, & ad defectum procreandi cæterorum. Prætermittere autem id, ut in pleriſque ciuitatibus, neceſſe eſt egeſtatis ſit cauſa ciuibus, egeſtas vero ſeditiones, & delicta parit.*

*Itaque Phedon Corinthius, unus ex uetuſtis legumlatoribus, familias cenſuit æquales permanere debere, & ciuium multitudinem, quamuis ſortitiones habebant prius omnes iniquas ſecundum magnitudinem, at in his legibus contrarium eſt, uerum de his quemadmodum ſtatuēdum putemus, poſtea erit dicendum. Omiſſum eſt etiam in illis legibus quēadmodum differant præſides a ſubiectis, inquit enim, oportere quemadmodum ex alio lanæ filum ducitur, quàm lini, ſic & eos, qui præſunt ſe habere debere ad eos, qui ſubſunt. Cum uero totam ſubſtantiam augeri dixerit uſque ad quincuplum, quare hoc utique non erit in regione uſque ad aliquid, uidendum*

pter qd hoc nō vtiq; erit in terra, vſq; aliquid, & domiciliorū autē diuiſionē oportet cōſiderare, ne forte nō expediat ad Oeconomiam, duo enim domicilia, cuilibet diſtribuebat, diuidens ſeorſum, difficile autem domos duas habitare.

G

## LECTIO VII.

COordinatio autē tota, vult quidē neq; democratia, neq; oligarchia, media autē harū, quā vocāt Politiam, ex vtentibus enim armis eſt.

b Siquidē igitur cōmuniſſimā hanc cōſtituit ciuitatibus aliarū politiarū, benedixit forte, ſi aūt vt optima, poſt primā Politiā, nō bene: forſitā.n.eam, quę Laconorū aliquis vtique laudabit magis, vel etiam aliā aliquā magis Ariſtocraticam.

H

c Qui quidē igitur dicūt, ꝙ oportet optimam Politiā ex omnibus eſſe ciuibus mixtā, ꝑꝑ qđ & Lacedemoniorū laudāt, eſſe enim ipſam, ij quidē ex Oligarchia & Monarchia, & Democratia aiunt, dicētes, Regnū quidē Monarchiā, ſeniorū aūt Principatū, Oligarchiā, Democratice aūt principari ſecundū plebeiorū principatū, ꝑꝑ ex populo eſſe Ephoros, alij aūt ephoriam quidē eſſe tyrānidē. Democratice autē principari ſecundum conuiuia, & aliam vitam quotidianam.

I

*eſt etiam ne ædificiorum diuiſio non proſit ad rem familiarem, duas enim cuique domos attribuit, at difficile eſt duas habitare domos.*

## *LECTIO VII.*

*TOta vero conſtitutio vult eſſe neque plebis gubernatio, neque paucorum potentium, ſed horum mediam, quam vocant Remp. Eſt enim ex his, qui arma ferunt.*

*Si igitur vt communiſſimam omnium hanc ciuitatibus cōſtituit Remp. recte forſan dixit, ſin ut optimam Rempublicam non recte, forſan enim Lacedemoniorum Rempublicā, quis magis probabit, uel aliam quandam magis optimatum.*

*Sunt qui dicant optimam Remp. ex omni genere gubernationum admixtam eſſe debere, atque ob id Lacedemoniorum laudant Remp. conſtare quidem illam ex paucorum potentia. Item, ex vno principe, & populari ſtatu, ponentes regem illorum pro vnius gubernatione. Senatum uero, pro paucorum potentia. Ephoros autem, pro ſtatu populari, quoniam Ephori ipſi ex plebe ſumuntur, alij Ephoratum quidem tyrannidem putant, ſed populariter regi per comeſſationes, & alium quotidianum uictū.*

ſicut ex alia materia fit filum lanæ quàm filum lini, ita ex alia conditione oporteret aliquos aſſumi in principatum, & remanere aliquos in ſubiectione: non enim poterat eos diſtinguere per originem generis, ex quo ponebat pueros & vxores communes. Tertio ibi. { Quoniam autem omnem ſubſtantiā &c.} improbat poſitionē Socratis quātum ad diſtinctionem poſſeſſionum, & dicit, ꝙ Socrates ꝑmittebat, quòd in rebus mobilibus diuitiæ vnius multiplicarentur ſupra diuitias alterius in quincuplum, & pari ratione poterat ꝑmittere idem in poſſeſſione terræ, vt nō faceret omnes agros communes. Quarto ibi.{ Et domicili orū autē diuiſioné &c.} improbat diſtinctionem Socratis quantum ad domos. Et dicit, quòd oportet cōſiderare, ne forte diſtinctio domorum, quam introducebat Socrates, non ſit vtilis œconomicæ. Dicebat enim, quòd quilibet ciuis debebat habere duo domicilia, forte propter ſeparationem filiorum, ſed hoc eſt difficile, quòd aliquis habeat tantā familiam, quòd poſſit inhabitare duas domos, & etiam dam noſum œconomicæ, vt vnus homo faciat duas expēſas in duabus familijs.

### LECTIO VII.

POſtquam Ariſtoteles improbauit poſitionē Socratis quātum ad diſciplinas legum, hic improbat eam quantum ad ordinem ciuitatis. Et primo quantum ad populum. Secundo quantum ad principes, ibi.{ Qui quidē igitur &c.} Ad euidētiam autem eorum, quæ hic dicuntur, conſiderandum eſt, quòd ſex ſunt ſpecies ordinationis ciuitatum, vt in Tertio dicetur. Omnis enim ciuitas, aut regitur ab vno, aut a paucis, aut a multis. Si ab vno, aut ille vnus eſt rex, aut tyrannus. K Rex quidem, ſi ſit virtuoſus tenens communem vtilitatem ſubditorum. Tyrannus autem, ſi ſit malus omnia retorquēs ad ſuum commodum, vtilitate ſubditorum contempta. Si vero regatur ciuitas a paucis, aut illi eligentur propter virtutem, qui bonum multitudinis procurent, & tale regimen dicitur poteſtas optimatum. Aut eligentur aliqui pauci propter potentiam aut diuitias, & non propter virtutem, qui omnia, quæ ſunt multitudinis ad ſuam propriam vtilitatem retorquebunt, & tale regimen dicitur principatus paucorū. Si vero ciuitas regitur a multis, ſimiliter ſiquidem regatur a multis virtuoſis, tale regimen vocabitur communi nomine Politia. Non autem contingit multos inueniri virtuoſos in ciuitate, niſi forte ſecundum bellicam virtutem, & ideo hoc regimen eſt, quando viri bellatores in ciuitate dominantur. Si uero tota multitudo populi dominari vellit, vocatur plebeius ſtatus. Dicit ergo primo, quòd ſecundum legem Socratis, tota coordinatio multitudinis, ſcilicet ciuitatis, neque eſt plebeius ſtatus, neque principatus paucorum, ſed eſt F media horum, quam communi nomine nominant aliqui Politiam, & conſiſtit ex his, qui vtuntur armis. Cum enim Socrates multitudinem ciuitatis diuideret in duas partes, quarum vna erat pugnatorum, alia artificum & agricolarum, Agricolas autem oportet in agris manere. Relinquitur, quòd quaſi tota multitudo habitantium ciuitatem, eſſet virorum bellatorum. Deinde cum dicit.

b ¶ Et dicit, quòd ſi ipſe inſtituit talē ordinationem tamquā communiſſimam inter alias politias, forte bene dixit. Nam Ologarchia eſt ſolū magnorum. Democratio vero eſt ſolū infimorum, hæc vero Politia eſt ex his, qui ſunt medij inter vtroſque, vnde communior eſt, vtpote cum vtriſque participans, ſed ſi ipſe inſtituit talem ordinationem quaſi optimam poſt primam, non bene dixit. Primam autem ordinationē dicit regnum, vel quia eſt prima a tempore, (a principio enī omnes ciuitates regibus regebantur) vel quia eſt optima, dummodo rex ſit bon9. Poſt hanc autem primam politiam non poteſt dici, quòd politia virorum bellātium ſit optima, multo enim melior eſt principatus virtuoſorum, per quem modum regebātur Lacedemonij, vel ſi qui alij ciues optimatum poteſtate reguntur. Deinde cum dicit.

c Improbat ordinē quem Socrates in ciuitate ſtatuebat quātum ad principes. Et circa hoc duo facit. Primo ponit poſitionem eius. Secundo improbat eam, ibi. { Quas aut omnino &c.} Circa primum duo facit. Primo proponit, quòd expedit in ciuitatibus commiſceri prędicta regimina. Secundo oſtendit qualiter Socrates commiſcebat, ibi.{In legibus autem ijs &c.} Dicit ergo primo, quòd quidam dicunt ꝙ optimum regimen ciuitatis eſt, quod eſt quaſi commixtum ex omnibus prædictis regiminibus. Et huius ratio eſt, quia vnum regimen temperatur ex admixtione alterius, & minus datur ſeditionis materia, ſi omnes habeant partem in principatu ciuitatis, puta ſi in aliquo dominetur populus, in aliquo potentes, in aliquo rex, & ſecundum hoc maxime laudabitur ordinatio ciuitatis Lacedemoniorum, de qua tamen erant duę opiniones. Quidam enim dicebant eam componi ex tribus ciuilitatibus, paucorum poteſtate, vno principe, & populari ſtatu, habebant enim in ciuitate regem, quod pertinebat ad Monarchiam, habebant etiam ſeniores quoſdā ex maioribus ciuitatis aſſumptos, quod pertinebat ad Oligarchiam, habebant etiam quoſdā principes, qui eligebantur ex populo, & vocabantur Ephori, ideſt ꝓuiſores, & hoc pertinebat ad democratiam, aliorum autem opinio fuit, quòd principatus Ephororum pertineret ad tyrannidē, quia pro uoluntate dominabātur, ſed erant in ciuitate alij principatus, qui diſponebant de conuiuijs communibus, & de alijs pertinentibus ad quotidianam vitam ciuitatis, puta de victualibus,



d In legibus autē ijs, eſt dictū quod oportunum, compoui optimam politiam ex Democratia & Tyrannide.

e Quas aut omnino, non vtiq; aliquis ponet politias, aut peſſimas omnibus. melius igitur dicunt, qui plures commiſcent, ex pluribus enim compoſita politia melior. B

f Deinde, neque ijs videtur monarchicum nullum, ſed oligarchica & democratica magis autem determinare vult ad Oligarchiam.

g Palam autem ex principantium inſtitutione, quod quidē enim ex electis ſortiales, commune eſt amborum, quod autē abundantioribus neceſſariū ſit conuocare, & ferre Principes, C aut facere aliquid aliud Politicorum, hos autem dimittere, hoc Oligarchicum.

h Et tentare plures ex abundātibus eſſe principes, & maximos, & maximis honorabilitatibus. Oligarchiam autem facit & cōſilij electionē. Eligunt quidē.n.oēs neceſſario, ſed ex prima honorabilitate, deinde rurſum æquales ex ſecunda, deinde ex tertijs. Veruntamē non omnibus erat neceſſariū his qui ex tertijs, aut quartis. Ex quarto D autem quartorum, neceſſarium ſolis primis & ſecundis. Deinde ex his ex qualibet honorabilitate, ait oportere oſtendere æqualē numerū. Erunt autem plures qui ex maximis honorabilitatibus & meliores ꝑpter quoſdam popularium non eligere, quia non neceſſarium.

i Quomodo quidem igitur ex Democratia & Monarchia oportet conſtare talē politiā, ex his manifeſtum, & ex poſterius dicendis, cum inciderit de tali politia conſideratio.

k Habet autē & circa electionē principum, ſcilicet quòd ex ele-

*Sed in his legibus dictum eſt, optimā Remp. ex plebeio ſtatu conſtare debere, ac ex tyrannide.*

*Quas aut non reponat quis omnino inter ſpecies Rerump. aut deterrimas omnium eſſe fateatur, melius ergo dicunt qui plures commiſcent, nam quæ ex pluribus conſtat Reſp. melior eſt.*

*Deinde nihil videtur habere ex vnius gubernatione, ſed ex paucorum potentia, ac populari ſtatu, verum ad paucorum potentiam inclinare magis.*

*Quod patet ex magiſtratuum creatione, nam quòd ex delectis ſortitio fiat, commune eſt vtrique, ſed quòd neceſſe ſit ditiores concionem habere, & magiſtratus creare, vel aliud quidpiam huius publicorum negociorum facere, alios vero præteriri, id paucorum potentiæ eſt.*

*Inſuper conari, vt plures ex diuitibus ad dignitates ſumantur, & ad maximas quidem, ex maximo cenſu, paucorum potentia eſt, & ſenatus aſſumptio, aſſumuntur enim cuncti ex neceſſitate, ſed ex primo cenſu, poſtea totidem ex ſecundo, poſtea ex tertio: verum non omnes neceſſe erat ex tertio vel quarto aſſumi: ex quarto autem quartorum ſolis neceſſe eſt primis & ſecundis, poſtea ex his æqualem ex ſingulis cenſibus, numerum eſſe ſumendum inquit. erunt itaque plures & potentiores qui ex maximo cenſu ſumuntur. Propterea quia ex plebe quidam non ſumuntur, quia neceſſe non eſt.*

E *Quòd igitur non ex gubernatione plebis ac unius principatu conſtabit huiuſmodi Reſp. ex his patet. Patebit etiam poſtea, cum de ea ſpecie Reip. tractabimus.*

*Habet etiam circa magiſtratuum creationem, delectorum delectum pe*

ſibus & alijs rebus venalibus, & id dicebant pertinere ad democratiam. Deinde cum dicit.

d ¶ Oſtendit quomodo Socrates commiſcebat ſuam politiam, & dicit quòd in legibus Socratis dictum eſt, quòd optima politia debet cōponi ex tyrannide & plebeio ſtatu, forte ꝑꝑ hoc, vt potētia populi refrenaretꝰ ꝑ potētiam tyranni, & iterum potētia tyranni refrenaretur per potentiā populi. Deinde cū dicit.

e ¶ Improbat quantū ad hoc Socratis dictum. Et primo oſtēdit hanc ordinationē ſecūdū ſe indecētē eſſe. Secundo oſtēdit, ꝙ ea quæ ſtatuebat, nō erant conuenientia huic cōmixtioni, ibi.{ Deīde neque ijs &c.} Dicit ergo primo, quòd prædictę duę politiæ ſcilicet tyrannis & plebeius, vel non ſunt dicendæ politiæ, quia non ſequuntur ordinem rationis, ſed impetum voluntatis, vel ſunt dicendæ peſſimę inter omnes: vnde inconueniens eſt, quòd ex peſſimis politijs componatur optima politia: multo igitur melius faciunt illi qui ex pluribus politijs commiſcent ordinationem ciuitatis, quanto enim eſt ex pluribus commixta, tanto melior eſt, quia plures habent partē ī dominio ciuitatis. Deīde cū dicit.

f ¶ Improbat dictū Socratis quantū ad hoc, quòd ea quæ inſtituebat, non conueniebant commixtioni prædictæ. Et circa hoc duo facit. Primo oſtendit, quòd ea quæ ſtatuebat Socrates, non conueniebāt prædictæ cōmixtioni. Secundo quòd erant ſecundū ſe periculoſa, ibi.{Habet autem & circa &c.} Circa primum tria facit. Primo proponit qđ intendit. Secūdo manifeſtat propoſitum, ibi.{ Palā autē &c.} Tertio oſtendit, quomodo prædicta commixtio fieri poſſet, ibi.{ Qūo quidē igitur.} Dicit ergo primo, quòd cum Socrates vellet cōmiſcere politiā ex plebeio ſtatu & tyrannide, quæ eſt monarchia quædā, ſiquis conſideret ea quę ipſe ſtatuit, nihil eſt ibi pertinēs ad principatū vnius: ſed oīa ſunt pertinētia ad oligarchiā, ideſt potētes, & democratiā, ideſt ad populum, ſed magis declinat ſua ordinatio ad paucorum poteſtatem. Deinde cum dicit.

g ¶ Oſtendit propoſitum. Et primo circa electionem principū. Secundo circa electionē conſiliorū, ibi. { Et tentare plures &c. }

A Dicit ergo primo, quòd hoc quod dictum eſt, manifeſtum eſt ex inſtitutione principum, quàm Socrates determinat: dicit enim quòd debebant aliqui eligi ex quibus per ſortem aſſumerentur principes, & hoc cōe erat & plebeio ſtatui & potentiæ paucorū, quia iſti electi erāt & de populo & de maioribus, ſed quædā alia inſtituebat ꝑtinētia ad potentiā paucorū .ſ. ꝙ ad diuites ciuitatis pertineret conuocare multitudinē, & ꝙ ipſi deferrent principes electos ad populum, & oīa huiuſmodi quę ꝑtinebant ad communitatem ciuitatis volebat fieri per diuiſiones, & in his alios admittebat: ſimiliter etiam potentia paucorum erat, ꝙ volebat plures principes fieri ex diuitibus, & in maioribus officijs conſtitutos. Deinde cum dicit.

h ¶ Dicit quomodo in electione conſiliariorū declinabat ad poteſtatem paucorū, & dicit, quòd ſecundum Socratem ciues diſtinguebantur per quattuor gradus, & ex oībus gradibus aliqui erāt qui eligebāt conſiliarios, ſed oēs qui erāt de primo cēſu, ex neceſſitate cogebātur ad eligendū, illi vero qui erant ex ſecundo, nō oēs eligebāt, ſed aliqui æquales numero primis, & tamē iſti etiā ex neceſſitate cogebātur eligere. Deīde ex tertio gradu eligebātur aliqui ęquales, & ſimiliter ex quartis, ſed tamen non erat neceſſariū, quòd omnes qui eligebantur ex tertijs vel quartis eligerēt, ſed ex quartu gradu q erat quartorum, nullus poterat eligere conſiliarios, niſi illi qui erāt de primo & ſecundo gradu, & ita dicebat Socrates, quòd æqualis numerus proueniebat de quolibet gradu ciuitatis: ſed hoc non eſt neceſſarium, quinimo ſemper erūt plures & meliores ex maximis cēſibus, eo quòd populares non omnes eligent, cum nō habeāt neceſſitatē eligendi. Deinde cum dicit.

i ¶ Dicit, ꝙ ex his q̄ dicta ſunt, poteſt eſſe manifeſtū qualiter oporteat inſtitui Remp. ex gubernatiōe plebis ac vnius principatū, & iterū ex his quæ dicenē poſterius, qñ incidet conſideratio de Rep. ſic commixta. Deinde cum dicit.

k ¶ Oſtendit, quòd electio principum quam Socrates inſtituebat, eſt periculoſa. Et dicit, quòd periculoſum eſt ciuitati, quam Socrates inſtituebat circa electionem principum, vt ſcilicet ex aliquibus

aliquibus electis, alij electi eligerentur. Illi enim primi electi ex quibus eliguntur principes, ſunt pauci reſpectu totius multitudinis ciuitatis, & ideo facilius erit eos peruertere quàm totam multitudinem, vnde ſi ſint aliqui qui velint ſemper inſtitui in principatu, etiam ſi ſint mediocres in multitudine, ſemper ad horum voluntatem eligent principes, q̄a mutuo ſe eligent, & mutuo ſibi ſuccedẽt in principatibus: vlti mo epilogando concludit, quòd ea quę ſunt in legibus circa Remp. Socratis habent hunc prædictũ modum.

ctis eligibiles periculoſum, ſi enim aliq̄ inſtituti velint & mediocres multitudine, ſemper ad horum eliguntur voluntatem: quæ quidem igitur circa politiam, quæ in legibus hunc habent modum.

*riculoſum, nam ſi aliqui conſpirare velint etiam mediocri numero, ſemper ſecundum horum voluntatem fiet aſſumptio. In legibus igitur illa Reſp. ita ſe habet.*

## LECTIO VIII.

Poſtquam Philoſophus diſputauit de politia Socratis ſiue Platonis, hic proſequitur de politia cuiuſdã qui Phaleas dicebatur. Et circa hoc tria facit. Primo narrat eius ordinationem. Secundo approbat eam quantũ ad id quod bene dicebat, ibi. {Quia quidem igitur &c.} Tertio improbat eam quãtum ad id in quo deficiebat, ibi. {Sed eſt æqualitatẽ &c.} Circa primum duo facit. Primo comparat iſtam politiam & ſequentes ad præcedentem ordinationẽ Socratis vel Platonis. Secundo enarrat huius politiæ ordinationem, ibi. {Videtur enim quibuſdã &c.} Dicit ergo primo, quòd præter prædictas politias Socratis vel Platonis ſunt etiam quædam aliæ politiæ, id eſt ordinationes ciuitatũ, quarum quædã ſunt ab idiotis & illiteratis inuentę, quædam vero ſunt adinuentæ a Philoſophis & a quibuſdam hominibus qui fuerunt prudentes & experti in ciuili conuerſatione, & earum quædam ſunt conſtitutæ tantum a ſuis actoribus, ita tamẽ, quòd in nulla ciuitate obſeruantur, quædam vero ſunt ſecundum quas aliqui ciuiliter conuerſantur. Omnes autem huiuſmodi politię ꝓpinquius ſe habent adinuicem, & ad id quod eſt conueniens ciuitati, quàm ambæ prædictæ politię Socratis vel Platonis, quarum prima ſupra poſita eſt de communitate mulierum, filiorum & poſſeſſionum: alia vero poſterius de legibus ab eo ſcriptis, nullus enim alius legislator adinuenit, neque communitatem filiorum & vxorum, quod pertinet ad primam politiam Socratis, neque ordinauit aliquid circa conuiuia mulierum, quod pertinet ad ſecundam, vt ex prædictis patet, ſed incipiunt ordinare ciuitatem ab his quæ ſunt magis neceſſaria. Deinde cum dicit.

b ¶ Narrat politiã quam Phaleas ordinauit. Et circa hoc quatuor facit. Primo oſtẽdit ad quid plurimi legislatores intenderent. Et dicit, quòd quibuſdam legislatoribus viſum eſt maxime neceſſarium eſſe, quòd bene ordinetur de ſubſtantijs, id eſt de poſſeſſionibus ciuiũ, quia ex his præcipue oriuntur omnes ſeditiones ciuitatum, quas principaliter legislatores remouere intendunt. Deinde cum dicit.

c ¶ Oſtendit quid circa hoc Phaleas ordinauit. Et dicit ꝙ ipſe primus circa hoc aliq̄d ſtatuit. Voluit enim ꝙ oẽs poſſeſſiones ciuium eſſent æquales, quod quidẽ dicebat non eſſe difficile fieri in ciuitatibus, quando a principio inhabitari incipiebant, quia poterant poſſeſſiones ex ęquo diuidi inter ciues, ſed in ciuitatibus inhabitatis quarum ciues habent inæquales poſſeſſiones, hoc difficilius erat: tamẽ cito poſſet reduci ad hãc regulam per dotes, ita ſcilicet, quòd diuites contrahentes cum pauperibus darent dotes & non acciperent, & pauperes non darent quouſq; omniũ poſſeſſiones adæquarentur. Secũdo ibi. {Plato autem &c.} Oſtendit quomodo diuerſimode circa hoc Plato ordinauit: dixit enim, ꝙ nulli ciuiũ debebat dari poteſtas, vt haberet diuitias pluſquam in quincuplũ ſupra eũ qui minimum haberet, ſed hoc eſt intelligendũ quantum ad diuitias rerum mobilium, q̄a res immobiles cõmunes faciebat. Tertio ibi. {Oportet autẽ &c.} Oſtẽdit in quo oẽs huiuſmodi deficiebãt, latebat enim eos quoniam ex hoc quòd ſtatuebant aliquid circa multitudinem diuitiarũ, oportebat etiam, quòd aliquid ordinarent circa multitudinem filiorum, puta, quòd aliquis poſt certum numerum, generationi operam non daret, vel quòd poſtquam pueri erant nati in aliquo numero, quòd ſuperexcreſcentes viri mitterentur ad alias ciuitates conſtituendas, vel quocumque alio modo.

F

## LECTIO VIII.

G

Vnt autem quædam politiæ & aliæ, hæ quidem idiotarum, hæ autẽ philoſophorum & ciuilium, omnes autem conſtitutarum, & ſecundum quas politice viuunt, nunc propinqui ſunt, ijs ambabus, nullus enim neque eam, quæ circa pueros communitatem & vxores alius adinuenit, neque circa conuiuia mulierum, ſed a neceſſarijs inchoant magis.

H

b Videtur enim quibuſdam q̄d circa ſubſtantias eſſe neceſſariũ maximum ordinari bene, de ijs enim fieri aiunt ſeditiones oẽs.

c Propter quod Phaleas Chalcedonius hanc intulit primus: ait enim oportere æquales eſſe poſſeſſiones ciuium, hoc autem eas quæ habitari incipiebant ciuitates quidem confeſtim non difficile exiſtimabat facere, eas autẽ

I

quæ iam habitabantur laborioſius quidem, tamen celerrime vtique regulari ꝑ dotes diuites dare quidem, accipere autẽ nõ, pauperes autem nõ dare quidẽ, accipere autem. Plato autem leges ſcribens vſq; ad aliquid quidem putabat oportere, plus autem quàm quintuplum eſſe minime poſſeſſionis nulli ciuiũ poteſtatem eſſe poſſidere, quemadmodum dictũ eſt & prius. Oportet autem neq; hoc latere ſic leges ferẽtes, q̄d latet nũc, q̄m ſubſtãtiæ ſtatuẽtes multitudinẽ, cõuenit & multitudinẽ filiorũ ordinare: ſi.n. excedat ſubſtãtiæ multitudinẽ puerorũ numerus, neceſſe legẽ ſolui, & ſine ſolutione prauum multos ex diuitibus fieri pauperes: opus enim non inſoleſcentes eſſe tales.

K

## *LECTIO VIII.*

*Vnt vero & aliæ quædam Reſp. tum idiotarum, tum philoſophorũ & in adminiſtratione ipſarum verſantium, omnes autem hæ propinquiores ſunt illis, ſecundum quas nunc regunt quàm iſtæ duæ. Nullus enim neque de communitate filiorum, neque de mulieribus talem aliquam introduxit nouitatem, neque etiam de fœminarum comeſſationibus, ſed a neceſſariis magis inchoauit.*

*Videtur quibuſdam maximum, ut de patrimonijs recte conſtituatur, nã hinc ſeditiones oriri cunctas aſſerunt.*

*Quamobrem Phaleas carthaginẽſis ante omnia de hac parte conſtituit. Inquit enim patrimonia ciuium æqualia eſſe debere, hoc autem per facile factu eſſe, ſi ſtatim ab ipſa conditione ciuitatis prouideretur, poſtquam uero condita foret, difficilius quidem, attamen ſatis mature adæquari poſſe, ſi diuites dotes dent, nec accipiant: Pauperes autem contra accipiant dotes, & non tradant, Plato autem in legibus ſuis uſque ad aliquid cenſuit eſſe permittendum, nam ſupra quincuplum eius quod foret minimum, nemini licere ciuium poſſidere, ut prius diximus, ſed oportet ne id quidem latere legislatorem, quod certe nunc latet, quod qui patrimonio modum imponit, debet etiam filiorum numero modum imponere, nam ſi excedat multitudo filiorum patrimonij facultatem, neceſſarium erit legem abrogare, & ſine illa abrogatione improba lex erit, quoniam ex diuitibus pauperes facit. Opus eſt ergo ne tales ſeditioſi efficiantur.*



modo. Quia ſi numerus filiorũ q. naſcunt̃ excedat multitudinẽ diuitiarum, quę alicui homini taxantur, neceſſe eſt, quòd lex de æqualitate poſſeſſionum diſſoluatur, puta ſi duorum ciuium habentium æquales poſſeſſiones, vnus generet quatuor filios, alius vero vnum tantum, ex neceſſitate ſequetur, quòd filij eorum non habeant æquales poſſeſſiones, & propter hoc, ꝙ ſoluatur lex. Sequetur etiam aliud malum, ſcilicet, quòd multi qui naſcuntur ex diuitibus fiãt pauperes, dum ſubſtantia vnius diuitis in multos filios diuiditur, & hoc eſt malum, quia opus eſt ad pacem ciuitatis, vt filij diuitum qui inſoleſcere poſſunt, non ſint pauperes, quia efficerẽtur latrones, ſed ſi non taxetur alicui quantitas poſſeſſionis, hoc nõ ſequetur, quia ſecundum quòd augetur ei numerus filiorum, ſtudebit aliquis in diuitijs creſcere: ſic igit̃ vel nihil ſtatuẽdum eſt circa menſuram poſſeſſionum, vel ſimul cum hoc ordinãdum eſt aliquid circa numerum filiorum. Deinde cum dicit.

d ¶ Approbat prædictam ordinationẽ quantum ad hoc, ꝙ ordinabat aliq̄d circa menſuram ſubſtantiarum, ne videatur propter prædicta inconuenientia ea reprobaſſe. Approbat autem hoc duplici ratione. Primo quidẽ per auctoritatem antiquorum legislatorum, & dicit, quòd quidam antiquorum legislatorum videntur cognouiſſe, quòd regulare ſubſtantias ciuium, habet magnã virtutem ad ciuilem communitatem bene conſeruandam: vnde etiam Solon qui fuit vnus de ſeptem ſapiẽtib[9], & ſtatuit leges Athenienſium, poſuit pro lege, ꝙ etiam apud alios obſeruatur, vt non poſſet quis acquirere de terra ad poſſidendum quantum voluerit, ſed vſque ad aliquem certum terminum: ſimiliter etiam leges quædam ſunt in aliquibus ciuitatibus, quæ prohibent, ne homines vendant ſuas poſſeſſiones, ſicut in ciuitate Locrorũ quæ eſt in Calabria, lex fuit antiquitus, vt nullus venderet poſſeſſionem niſi monſtraret, ꝙ accidiſſet ei aliquod graue infortunium, puta, quòd eſſet captus ab hoſtibus, vel aliud aliquid huiuſmodi paſſus, ſimiliter etiam leges aliquæ ſunt ordinantes, quòd antiquę ſortes ciuium conſeruentur illeſæ, & hæc omnia pertinent ad hoc, ꝙ ſubſtantiæ ciuium regulentur. Secundo ibi. {Quod ſublatum &c.} Oſtendit idem per inconuenientia quæ ſequuntur, & dicit, quòd quia hoc fuit permiſſum in quadam ciuitate, conſecutum eſt quòd eorum Reſp. eſſet multum popularis, quia cum indifferenter cuilibet liceret poſſeſſiones emere, factum eſt quòd multi popularium ſunt exaltati & maiores depreſſi, & ita ſequebatur, quòd non eligerentur homines ad principatus ex aliquibus determinatis dignitatibus ciuium propter confuſionem ſuperuenientẽ in conditionibus ciuium. Deinde cum dicit.

e ¶ Improbat prædictam ordinationem, & primo quantum ad hoc, quòd aliqua prætermiſit. Secundo quantum ad hoc, quòd ſubſtantias non cõuenienter regulauit ibi. {Similiter autẽ &c.} Lectio. ſeq. Tertio, quantum ad hoc, quòd de artificibus inconuenienter aſſignauit ibi. {Videtur autem &c.} Circa primum tria facit. Primo oſtendit, ꝙ prætermiſit ea, quæ pertinent ad diſciplinam ciuium. Secundo, quòd prætermiſit ea, quæ pertinent ad pacem ciuitatis, ibi. {Adhuc diſſidẽt &c.} Tertio ex hoc, quòd prætermiſit ea, quæ pertinent ad ciuilem conuerſationem ibi. {Adhuc multa &c.} Circa primum ponit duas ratiões, quarum prima eſt, quòd contingit eſſe æqualitatem ſubſtantiæ inter ciues, & tamen poteſt eſſe vel valde multa, ita quòd ciues ex ea delitioſe viuãt, & ſic ciuium mores corrumpantur: vel valde modica, vt viuant ciues valde tenaciter, ita quòd vnus alteri ſubuenire non poſſit: & vtrũque eorum eſt nociuum ad bonam diſciplinam ciuium: vnde manifeſtum eſt, quòd non eſt ſufficiens legislator ex hoc, quòd ſolum facit ſubſtantias ciuium æquales, ſed oportet, quòd ipſe determinet aliq̄d medium, ita ſcilicet, ꝙ ſit tanta quãtitas poſſeſſionum, vt neque ſuperflue poſſint delitijs intendere, neq; etiam nimis parce viuere compellantur. Secundam rationem ponit ibi. {Adhuc autem ſiquis &c.} Et circa hoc duo facit. Primo ponit rationem & dicit, quòd etiam ſi aliquis omnibus ciuibus ordinet moderatam poſſeſſionem, adhuc iſtud non ſufficit ad bonã vitã ciuiũ: magis.n. oportet regulare interiores concupiſcentias animæ, vt.ſ. nõ immoderata cõcupiſcãt, q̄ exteriores ſubſtãtias, vt.ſ. nõ immoderata habeãt, ſed ꝙ cõcupiſcentiæ hominũ regulentur, hoc non contingit niſi per hoc, quòd homines ſint ſufficienter inſtructi per debitas leges, quas Phaleas non poſuit, vñ inſufficienter tradidit ea, quæ pertinent ad diſciplinam ciuium. Secũdo ibi. {Sed forſan &c.} Excludit reſponſionem Phaleæ, quĩ forte ad hãc rõnẽ reſpõderet, ꝙ vtrũq; oportet eẽ in ciuitate.ſ. & æqualitatẽ poſſeſſiõis & æqualitatẽ diſciplinæ, vt.ſ. oẽs ciues æquali diſciplina informẽtur, ſed contra hoc Ariſt. dicit, ꝙ oportuiſſet eum dicere, quæ eſt iſta diſciplina, qua oportet oẽs ciues informare? Non enim ſufficit dicere, ꝙ ſit vna & eadẽ oĩum, ſed oportet eam eſſe talem, per quam ciues informẽtur, vt quidã eorum non velint excedere alios vel in diuitijs, vel in honoribus, vel ſimul in vtriſque: vnde cum talem diſciplinam Phaleas prætermiſerit, inſufficiens legislator fuit. Deinde cum dicit.

A

d Quia quidẽ igitur habet quãdã poni ad politicã communitatẽ ſubſtantiæ regularitas, etiam antiquorum quidã vidẽtur cognouiſſe, velut & Solon lege ſtatuit, & apud alios eſt lex, quæ prohibet poſſidere terram quãtamcumq; voluerit quis, ſimiliter autem & ſubſtantiam vendere, leges prohibent, ſicut in Locris, lex eſt non vendere, niſi manifeſtum infortunium oſtendatur accidiſſe: adhuc autem antiquas ſortes conſeruare, hoc autem ſolutum & circa Leucadẽ demoticã valde fecit politiã eorum, non enim adhuc cõtingebat a determinatis dignitatibus ad principatus procedere.

B

e Sed eſt æqualitatem quidem eſſe ſubſtantiæ, hanc autem vel valde multam eſſe vt delitioſe viuatur, aut valde modicam, vt viuatur tenaciter. Palam igitur quòd non ſufficiens ſubſtantias æquales facere erit legislator ſecundum medium coniecturandi, adhuc autem ſiquis mediocrem ordinauerit ſubſtantiam omnibus, nihil prodeſt: Magis enim oportet concupiſcentias regulare quàm ſubſtantias, hoc autem non eſt, non eruditis ſufficienter a legibus. Sed forte vtique dicet Phaleas, quod hoc ipſe dicit, putat enim duorum horum æqualitatẽ oportere exiſtere ciuitatibus, poſſeſſionis & diſciplinæ: ſecundum diſciplinam quidem, quæ erit, oportet dicere & vnam eſſe, & eandem nihil vtile, eſt enim eandem quidem eſſe & vnam, ſed hanc eſſe talem ex qua erunt electiui ſupergrediendi, aut pecunijs, aut honore, aut ſimul vtriſque.

C

*Quòd igitur valet aliquid in Republica patrimoniorum exæquatio, & veterum aliqui videntur cognouiſſe, vt Solon conſtituit, & apud alios lege cauetur, vt non quantum quiſque velit, ſed quantum lex permittit, agri poſſideant. Eadem quoque ratione patrimonia ſua alienare leges vetant, vt eſt apud Locros lege cautum, ne quis patrimonium alienare poſſit, niſi euidentem calamitatem oſtenderit ſuperueniſſe. Præterea, vt antiquæ hereditates conſeruentur, quod ſublatum apud Leucada, valde popularem eorum ciuitatem efficit. Non enim amplius euenit ex taxatione cenſus ad magiſtratus aſſumi.*

*Sed ad æqualitatem quidem patrimoniorum conſtitui, verum hæc aut ita magna eſſe, vt delitiari liceat, aut ita exigua, vt tenuiter victum agant. Patet igitur non ſufficere patrimonia exæquata fuiſſe a legislatore, ſed medium cõiectandum eſſe. Præterea, ſiquis mediocria ſtatuat omnibus patrimonia, nulla vtilitas eſt. Magis enim cupiditates adæquandæ ſunt quàm patrimonia, hoc autem fieri non poteſt niſi ſufficienter diſciplina ciuibus adhibita per leges: ſed forſan reſponderet Phaleas hocipſum ſe dicere. Cenſet enim horum duorum æqualitatem ciuitatibus ineſſe debere, patrimonij ſcilicet ac diſciplinæ, ſed quæ tandem hæc diſciplina ſit, exprimendum fuit, & vnam eandemque eſſe nihil prodeſt, nam fieri poteſt, vt ſit una eademque diſciplina, uerum eiuſcemodi, per quam cupidi fiant pecuniarum, aut honoris, aut utriuſque.*

D

E

f ¶ Oſtendit, quòd prętermiſit ea quæ pertinent ad pacem ciuitatis. Et circa hoc ponit tres rationes, quarum prima eſt, quòd ciues diſſident non ſolum propter inæqualitatem poſſeſſionis, ſed etiam propter inæqualitatem honorum, ſed diuerſimode tamen: nam multitudo popularium de honoribus non curat, ſed ſolum de diuitijs, & ideo diſſident propter inæqualitates diuitiarum, ſed homines gratioſi qui alios excellunt in operibus virtutum, diſſident de honoribus, ſi æquales eis reddantur, & non maiores quàm alijs, & ideo indiget legiſlator ordinare aliquid circa honores, vt ſcilicet aliquis honor determinetur, qui non detur niſi bonis. Et alius honor ſit, quo etiam malus, ideſt deficiens a virtute vti poſſit, & ſic ſeruabitur pax in ciuitate. Cũ igitur hoc Phaleas prętermiſerit; inſufficienter tradidit ea quę pertinent ad pacem ciuitatis. Secundam rationem ponit ibi. {Non ſolum autem &c.} Quæ talis eſt. Homines quidem non ſolum iniuriantur alijs propter neceſſaria cõquirẽda, quod eſt primum, cuius remediũ eſſe putabat Phaleas, quòd ſubſtantiæ ciuium eſſent æquales, & ſic omnes neceſſaria habent, & ſic vnus homo non ſpoliat alium propter vitandum frigus aut famem, ſed etiam quidam proximo iniuriantur, vt fruantur ſuis delectationibus, & vt nõ concupiſcãt aliquid, quod ſtatim non habeant, quia ſi ſint aliqui qui habeant maiorem concupiſcẽtiam rerum temporalium neceſſarijs, ideſt qui plura cõcupiſcãt quàm ſint eis neceſſaria, propter huiuſmodi medelam, ideſt vt ſatisfaciant ſuæ concupiſcentię, iniuriabuntur auferẽtes bona aliorum vi vel dolo, nec ſolum propter hanc cauſam homines iniuriantur, ſed etiã propter hoc, quòd aliqui volunt ita gaudere delectabilibus, quòd nullas triſtitias patiantur, & ideo iniuriantur hominibus, per quos timent ſibi poſſe inferri triſtitias opprimendo eos. Oportet igitur ad pacem ciuitatis, quòd legiſlator excogitet remedia contra iſtas tres cauſas iniuriandi. Illis enim qui iniuriantur propter neceſſaria acquirenda, pro remedio ſufficit modica poſſeſſio, & operatio propria, per quam ſibi victus aliquis acquirat. Paucis enim natura contenta eſt, ſed illis qui iniuriantur propter concupiſcentias delectationum, remedium eſt temperantia, quæ moderatur in homine delectationum c

f Adhuc diſsident non ſolũ propter inęqualitatem poſſeſsionis, ſed etiam propter honorum inęqualitatẽ. Econtrario autẽ circa vtrumq;, multi quidem cum enim ꝓpter inęquale circa poſſeſsiones; gratioſi autem de honoribus ſi æquales, vnde & indigent honore, hic quidẽ malus, hic autẽ bonus, nõ ſolum autẽ homines propter neceſſaria iniuriãtur, quorũ remediũ eſſe putat æqualitatẽ ſubſtantiæ, vt nõ ſpolient propter rigere, aut eſurire, ſed vt gaudeant & non concupiſcant, ſi. n. maiorem habeãt concupiſcentiam neceſſariorũ propter huius medicinam iniuriabuntur, non igitur propter hanc ſolum, ſed & ſi deſiderent vt gaudeãt ſine triſtitijs: delectationibus: quod igitur remediũ horum trium, ijs quidem ſubſtãtia modica & operatio, ijs autẽ temperantia, tertium autem ſi aliqui poſſunt per ipſa gaudere, non vtique quærent niſi a philoſophia remedium, aliæ enim hominibus indigent vt gaudeant ſine triſtitijs, delectatiõibus. Iniuriantur autem maxime propter excellentias, ſed non propter neceſſaria, puta Tyrannides exercent, non vt nõ rigeant, propter quod & honores magni ſi interficiat quis, non furem ſed Tyrannum, itaque ad modicas iniurias auxiliatiuus ſolum modus Phaleæ.

*Inſuper, ſeditiones oriuntur non ſolum ob patrimoniorum, uerum etiam ob honorum inæqualitates, & hoc diuerſum in alterutro, nam multitudo quidem grauiter fert inæqualitatem patrimoniorum, præſtantes autem uiri honorum æqualitatem, unde illud* G *natum eſt: Honori incumbit tam ignauus quàm bonus, non ſolum uero homines propter neceſſaria iniuriantur, quorum remedia putant adæquationem patrimoniorum, ne ſpolient alios propter frigus, aut propter famem, uerum etiam ut gaudeant, neque concupiſcant, nam ſi maiorem habeant neceſſariorum cupiditatem; ob huius medelam iniurias inferunt, non ergo ob hanc ſolum, uerum etiam ſi concupiſcant, ut moleſtia careant, & uolu-* H *ptate fruantur. Quod igitur horum trium remedium eſt, his quidem exiguum patrimonium & opificium, illis autem temperantia. Tertium uero, ſiquis uelit per illa delectari, non aliunde quàm a philoſophia quærat remedium, nam cæteræ quidem hominibus ægent. Cum iniurias inferunt plurimum propter ſuperflua, non propter neceſſaria, puta tyrannidem inuadunt, non ut frigus repellant,* I *Qua propter, honos maximus habetur, non ei qui furem occiderit, ſed ei qui tyrannum, itaque Phaleas parijs duntaxat iniurijs hac ſua Reipublicæ conſtitutione ſuccurrit.*

g Adhuc multa opus eſt conſtitui, ex quibus ad ſe ipſos conuerſentur bene, oportet autem ad vicinos & ad extraneos omnes, neceſſarium igitur politiã conſtitui ad bellicum robur, de qua ipſe nihil dixit.

*Præterea multa ſtatuere pergit, per quæ ad ſeipſos recte inſtituti erũt, ſed oportebat quoque ad finitimos, & peregrinos omnes, neceſſe eſt ergo conſtitutam eſſe Rempublicam ad bellicum robur, de quo ille nil dixit.* K

F cupiſcentias, ſed contra tertium ſcilicet, contra eos qui iniuriantur vt non triſtentur, remedium adhibet philoſophia, quantum ad eos, qui poſſunt huiuſmodi delectationibus frui, quæ ſunt ſine triſtitia, quę etiam facit hominem non triſtari in infortunijs, ſed in alijs duobus poteſt homini auxilium ferri per homines, vnde cum iſta duo ſecunda remedia Phaleas prætermiſerit, ſolum cõtra primum remediũ ferens, videtur inſufficienter ordinaſſe. Tertiam rationẽ ponit ibi. {Iniuriantur autem &c.} Et dicit, quòd homines maxime iniuriantur propter excellentias diuitiarum & honorũ acquirendas, non autem propter neceſſaria conquirenda, ſicut patet de illis qui exercent tyrannidẽ, non quidem propter hoc vt non patiãtur frigus aut famen, ſed propter prædictas excellentias: & ideo quia iſti maxime iniuriãtur in ciuitate, ꝓpter hoc, præmium datur magnorum honorũ in ciuitatibus his, qui interficiũt tyrannos, nõ autem his qui interficiũt alios fures, & tamen contra iniurias tyrannorũ nullum remedium appoſuit Phaleas: vnde patet, quòd modus ordinationis eius præbet auxilium ſolum contra modicas iniurias, non autem contra magnas. Deinde cum dicit.

g ¶ Oſtendit, quòd ordinatio Phaleę inſufficiens erat quantũ ad ciuium conuerſationem, quia oportet ĩ ciuitate multa conſtitui, ex quibus ciues bene conuerſantur adinuicẽ, Oportet etiã aliqua conſtitui, per quæ bene cõuerſentur ad vicinos, & ad quoſcũq; extraneos, & quia inter vicinos & extraneos quidam etiam ſunt hoſtes, cum quibus eſt bellandum, ideo neceſſe eſt etiã ponere in ciuitate aliquam ordinationẽ in comparatione ad bellicam fortitudinẽ, quæ oĩa prædictus legiſlator prętermiſit, vnde manifeſtum eſt, quòd inſufficienter ciuitatem ordinauit.

## LECTIO IX.

Similiter autẽ & de poſſeſsione, oportet aũt nõ ſolum ad politicos vſus

## *LECTIO IX.*

*Eodem modo de facultatibus, tãtas in eſſe oportet, ut nõ ſolũ ad ciuiũ uſũ, uerũ etiã ad*

## LECTIO IX.

Poſtquam Philoſophus improbauit politiam Phaleæ quantum ad ea quæ prætermiſit, quantũ ad diſciplinã ciuium, pacẽ ciuitatis, & cõmunẽ conuerſationẽ, hic improbat eam quantum ad hoc, quòd inſufficienter de ſubſtantijs ordinauit. Et circa hoc ponit quattuor rationes, circa quarum primam dicit, quòd etiam de poſſeſſione non ſufficienter determinauit, quamuis enim poſuerit quandam poſſeſſionis regulam inter ciues adinuicem, vt ſcilicet omnium poſſeſſiones eſſent æquales, non tamen determinauit quanta deberet eſſe poſſeſſio totius ciuitatis, cuius menſuram oportet accipere, non ſolum in comparatione ad ſufficientiam ciuilium vſuũ, qui pertinent ad victum & veſtitum ciuium & alia huiuſmodi, ſed etiam per comparationẽ ad pericula, quæ poſſunt ab exterioribus imminere, & ideo duo ſunt cõſideranda circa quantitatem poſſeſſionis ciuitatis, quorum vnum eſt, quòd non ſit tam magna, quòd vicini potentiores alliciantur ad eam concupiſcendam, ita quòd ciues non poſſint ſuſtinere eorum moleſtias, aliud eſt, quòd non ſit tam parua vt non ſufficiat ad preparationem belli, per quod ciues reſiſtant ſibi æqualibus & ſimilibus. Oportet ergo ſcire, quòd multitudo poſſeſſionis prodeſt ciuitati, quia per hoc erũt ciues ſufficientes, nõ ſolum ad expenſas vitæ ciuilis, ſed etiã ad exercitia bellica, ſed tamẽ optimus terminus eſſe videtur multitudinis ſubſtãtiæ vt non ſit tanta, vt propter abundantiam ciues de leui ꝑſumant inferre bellũ ſuis potentioribus, ſed ita vt poſſint ſecure inferre bellum his qui non habent tantam ſubſtantiam, per quam eis poſſint reſiſtere: vel poteſt aliter intelligi, vt talis terminus poſſeſſioni ciuium ſtatuatur, vt potẽtiores nõ de facili moueantur bellum ciuitati inferre, allecti ex abundãtia poſſeſſionis eorũ, ſed ita ſe habeant ad eos, ſicut ad illos qui non habent tot diuitias propter quas diripiendas debeãt potentiores diſcrimen belli ſubire, & huic conſonat exemplum quod ſubdit. Cum enim quidam princeps Autophardates nomine, vellet obſidere quandam ciuitatem, quæ Acarnea dicebatur, quidam ſapiens Eubolus nomine veluti bonus cõſiliarius induxit eũ, conſideraret in quan-



ſufficientem exiſtere, ſed & ad extrinſeca pericula, ꝑꝑ qđ quidẽ neq; tantã oportet multitudinẽ exiſtere, quàm proximi & meliores concupiſcant, habentes autẽ ſufferre nõ poſſunt moleſtantes, neq; ſic modicã vt nõ poſsint bellum ſufferre inæqualium & ſimilium. Ille quidẽ igi-B tur nihil determinauit. Oportet autem hoc non latere quòd confert multitudo ſubſtantiæ. Forte igitur optimus terminus vt non prolẽ habeat melioribus ꝓpter abundãtiã bellũ inferre, ſed ſic vt vtiq; eſt non habentibus tantam ſubſtãtiã, velut Eubulus Autophraudati volenti Acarneam obſidere, pręcepit ipſum conſiderantẽ in quãto tẽpore capiet locum, ratiocinari temporis huius expenſam, debere enim mi-C nus hoc ſumentes derelinquere iam Acarneam: hoc autem cũ dixiſſet fecit Autophraudatum cõſentientẽ factũ, ceſſare ab obſidione. eſt quidem igitur aliqđ expedientiũ ſubſtantias eſſe æquales ciuibus, ad non ſeditiones fieri ad inuicẽ, attamen magnũ nihil vt eſt dicere, etenim gratioſi vtiq; indignabũtur, vt non æqualium exiſtentes digni, propter quod & vidẽtur frequẽ-D ter moleſti, & ſeditiones mouẽtes. Adhuc autem malitia hominũ inreplebilis, & primum quidẽ ſufficiens duo oboli ſolũ; cũ autem iam hoc fuerit patrium, ſemper indigerẽt pluribus quouſque in infinitum veniant. Infinita enim concupiſcentiæ natura, ad cuius vtiq; repletionẽ multi viuũt: talium igitur principiũ magis q̃ ſubſtantias regulari. Epijches quidẽ natura tales conſtituere, vt non velint auare agere, prauos autem vt nõ poſsint. E Hoc autem, ſi minores ſint & nõ iuſta patiantur, non bene autẽ neq; æqualitatẽ ſubſtãtiæ dixit. Cura terræ enim poſſeſsionẽ adęquat ſolum, ſunt autem & ſeruorum, & pecorum diuitiæ, & numiſmatis, & pręparatio multa eorum quæ ſupellectilia vocantur: aut igitur omnium horum æqualitatem quærendum, aut ordinem quẽdam moderatum, aut omnia dimittenda?

*pericula externa ſufficiant, quare nec ita magnas eſſe decet, vt finitimi concupiſcant, quibus reſiſti non poſſit, nec rurſus ita paruas, vt cum paribus & ſimilibus bellum nequeant ſuſtinere. Ille igitur nihil determinauit. Oportet autem neque id latere, quantas facultates habere conducat, forte recta* B *determinatio fuerit, tantas eſſe debere ut lucrum ſuperantibus bello afferre non poſſint, ſed ita ſint, quaſi nihil ſuperacquirant: quare Eubulus conſiderare iuſſit Autophardatem cũ Atharnea obſidere uellet, cogitaret quanto tempore circa expugnationem eius loci diſtineretur, ac exiſtimare huius tẽporis iacturam, uelle enim pro minori precio, iam tunc Atharnea relinquere: quæ cum dixiſſet, Autophardatem in ſententiam traxit, & obſidionem prætermittere fecit. Habet* C *igitur vtilitatem exæquatio patrimoniorum inter ciues, ne inde ſeditiones ortantur, uerum, ut ita dixerim, non admodum magnam, nam & præſtantiores conqueri poſſent, quaſi ipſi plus habere debeant, ex quo fit ut ipſi ſæpe inſurgant, ac ſeditiones concitent. Præterea improbitas hominum inſatiabilis eſt, & primo quidem ſufficere dicunt pauca atque minima, mox uero, ubi illa ſunt conſecuti, plura appetunt ſemper, quouſque in infini-* D *tum procedant. Infinita eſt enim cupiditatis natura, ad cuius expletionem plurimi uiuunt. Horum igitur principium eſt magis quàm patrimoniorum exæquatio, ciuitatem ſic inſtituere, ut boni quidem uiri, plus quàm ſibi competat, habere non quærant. Improbi autem ſi quærant, habere non poſſint, hoc autem fiet ſi inferiores ſint, nec iniuriam patiantur, nec uero in hac ipſa exæquatione patrimoniorum recte eſt ab eo diſpoſitum, cum fundos & agros exæquet ſolum,* E *ſed ſunt ſeruorum quoque, armentorumque, & pecuniarum diuitiæ, & apparatus ingens earum rerum, quas ſuppellectilem uocitamus. An igitur horum omnium exæquatio quærẽda eſt, uel moderatio quædam mediocris, uel cuncta omittenda?*

A to tempore poſſet capere ciuitatem, & cum hoc etiam computaret tanti temporis expenſas, & ſi inueniret, quòd minus lucraretur capiendo ciuitatem quàm expenderet obſidendo, derelinqueret ipſam, cui conſilio princeps ille conſentiens, ceſſauit ab obſidione, non autem ceſſaſſet ſi maiores diuitias habuiſſet, vnde prædictus poſſeſſionis terminus, videtur eſſe vtilis ciuitati, quem cum Phaleas prætermiſerit, videtur inſufficienter de poſſeſſione ciuitatis ordinaſſe. Secundam rationem ponit ibi. Eſt quidem igitur &c. } Et dicit, quòd in aliquo expedit ciuitati, quòd ſubſtantię ciuium ſint æquales ad hoc, quòd nõ fiant ſeditiones adinuicẽ inter ciues, ſed vt ita liceat dicere, hoc non eſt aliquid magnum, quia per hoc ceſſant ſeditiões inter paruos ciues: remanet autem materia ſeditionis maioribus ciuitatis. Illi. n. qui ſunt in ciuitate gratioſi, vtpote nobiles & virtuoſi exiſtẽtes, indignabuntur, ſi ęqualia recipiant, cum ſint digni maioribus: ſicut enim contra iuſtitiam eſſe videtur vt æquales inæqualia habeant, ita iniuſtitia eſt, vt inæquales æqualia habeant. Et ex hac cauſa frequenter maiores ſunt alijs moleſti & ſeditiones mouẽt. Per iuſtitiam enim conſeruatur pax ciuitatis, tranſgreſſio vero iuſtitię eſt ſeditionis cauſa, ſic igitur inſufficienter de poſſeſſionibus ſtatuit Phaleas. Tertiam rationẽ ponit ibi. {Adhuc autem malitia &c.} Et dicit, quòd ſi volũtas hominum quantum ad malitiã repleri nõ põt. Primo. n. homini, qui nihil habet videtur ſufficiẽs, quòd habeat duos obolos, quos cum acquiſiuerit, vel ex hereditate paterna acceperit, ſemper videtur, quòd indigeat pluribus, & hoc vſque in infinitum. Et hoc ideo eſt, quia natura concupiſcentię eſt infinita, non enim quęrit ſola neceſſaria vitæ, ſed omnia quæ poſſunt homini eſſe delectabilia, quæ ſunt infinita. Vnde cum plurimi hominum ad hoc contendant, vt ſuam concupiſcentiam

repleant, ſequitur ꝙ eorum deſiderium repleri non poſſit vſque in infinitum: ex hoc autem, quòd aliqui deſiderant ea quæ ſunt aliorum, oriũtur in ciuitatibus ſeditiones. Oportet igitur, quòd legiſlator magis regulet principium horum, ſcilicet concupiſcentiam quàm etiam poſſeſſiones, ſed hoc aliter fit quantum ad bonos, & aliter quantum ad malos. Oportet enim, quòd legiſlator illos qui ſunt naturaliter virtuoſi, ita inſtituat, quòd nõ velint agere auare, i. tollere aliena, quod quidem facere poteſt aſſuefaciendo eos ad amorem iuſtitiæ, ſed homines prauos ſic debet tractare, vt nõ poſſint aliena tollere etiam ſi velint: & ad hoc duo ſunt neceſſaria, quorum vnũ eſt, vt praui in ciuitate ſint minores, idelt quòd dimittantur in infimo ſtatu, vt alijs nocere non poſſint. aliud aũt eſt vt eis iniuriæ nõ irrogentur, ex quibus hoĩes prouocãtur, vt alijs noceãt. Cum igitur hmõi diſciplinã Phaleas prætermiſerit, inſufficiẽs in ſua legiſlatiõe fuiſſe vr. Quartã rõnem ponit ibi. { Nõ bene autẽ &c. } Et dicit, ꝙ Phaleas non ſufficiẽter dixit de æqualitate ſubſtãtiæ, quia adæquauit ſubſtãtias ciuiũ ſolũ quãtũ ad bona immobilia. ſ. quãtũ ad poſſeſſionẽ terræ: ſunt aũt q̃dã aliæ diuitiæ, puta ſeruorũ, animaliũ, denariorũ, & aliorũ q̃ præparant ad vſum vitæ, q̃ ſuppellectilia dicũt, de quorũ æqualitate nihil dixit, oportet aũt, ꝙ oĩum tã mobiliũ, q̃ immobiliũ æqualitas ſtatuat, aut ſecũdũ aliquẽ aliũ modũ ordinet de eis, aut ꝙ oĩa p̃termittãtur, eadẽ. n. rõ eſt de mobilibus & immobilibus, q a ex vtriſq; ſeditiones oriuntur. Deinde cum dicit.

b ¶ Improbat ordinationẽ Phaleæ quãtum ad artifices, & dicit, quòd propter legem quam Phaleas circa artifices tulit, ſequebatur, quòd ciuitas modica conſtitueretur: volebat enim, ꝙ omnes artifices in communi operarentur, & eorum opera diſtribuerentur ciuibus ſecundum eorum neceſſitates, & ſecũdũ hoc artifices eſſent quaſi ſerui communitatis, & nõ facerẽt aliqđ ſupplementũ ad multitudinẽ ciuitatis, vnde relinquebatur, ꝙ ciuitas eſſet parua, cũ videamus nũc non modicam partem ciuitatis ex artificibus eſſe. Oportet tamen eſſe in ciuitate aliquos publicos operarios, qui operentur opera communia ciuitatis, ſicut ſeruatur in ciuitate Epidamnij, & ſicut quidam legiſlator nomine Diophantus, aliquando ſtatuit Athenis: vltimo autem epilogãdo concludit, quòd ex præmiſſis poteſt aliquis conſiderare circa politiam Phaleæ quid bene, vel non bene dixerit.

b Videtur autem ex legiſlatione conſtruens ciuitatem modicam, ſiquidem artifices omnes publici erunt, & non ſupplemẽtum aliquod exhibebunt ciuitatis, ſed ſiquidem oportet publicos eſſe cõtraria operãtes. Oportet ſicut in Epidamnio & ſicut Diophãtus aliquando cõſtituit G in Athenis & hunc habere modũ. De Phalei quidẽ igĩ politia ferè ex his vti ꝗ; quis ſpeculabĩ ſi quid bene dixit, aut nõ bene.

F *Videtur autem ex ipſarum legum poſitione ciuitatem exiguam conſtituere, ſiquidem artifices omnes publici erunt, nec multitudinem augebunt ciuitatis, ſed certe publicos eſſe eos qui publica faciunt opera oportet, quemadmodum Epidamnij, & quemadmodũ Diophantus quandoque Athenis conſtituit. De Phaleæ igitur Republica ferè ex his deprehendi poteſt, ſiquid ab eo ſit bene dictum, vel non bene.*

## LECTIO X.

Hippodamus autem Euriphontis Mileſius qui & ciuitatum diuiſionẽ inuenit, & ſuburbia incidit, factus circa aliam vitam magis ſu-H perfluus ꝑpter honoris amorẽ ſic, vt videatur quibuſdã viuere curioſius capillorum multitudine & comæ. Adhuc autem veſtitus, vilis quidem, ſed calidi, nõ in hyeme ſolum, ſed & circa ęſtiua tẽpora. Ratiocinatus aũt & circa totam naturã eſſe volens, primus non politice viuentium conatus eſt aliquod de politia dicere optima.

## *LECTIO X.*

*Hippodamus autem Euryphontis Mileſius, qui & ciuitatum diuiſionẽ inuenit, & pyreum abſcidit, cum eſſet in cætera quoque vita moroſior, propter gloriæ cupitatem, vſque adeo, vt quibuſdam videretur ſuperfluus capillorum prolixitate, & ornatu ſumptuoſo. Præterea veſtitu vili quidem, ſed admodum farcto, non in hyeme ſolum, verum etiam in æſtate, ſtudioſus autem de omni natura eſſe volens, primus omnium, qui non in Republica uerſati eſſent, aggreſſus eſt aliquid dicere de optimo ciuitatis ſtatu.*

b Conſtruxit autem ciuitatem multitudine, etiam quidem decem miliũ virorũ in tres aũt partes diuiſam. Fecit enim vnã quidẽ partẽ artifices, vnam autem agricolas, tertiã autem propugnans & arma habens.

I *Conſtituit autem ciuitatem multitudine decemmilium in tres diuiſam partes. Faciebat enim unam partem artifices, alteram agricolas, tertiam propulſatores belli, atque arma tenentes.*

c Diuidebat autem in tres partes regionẽ, hanc quidem ſacrã, hanc aũt publicã, hanc aũt propriã. Vñ quidẽ deputata faciãt ad Deos ſacra, a quibus aũt propugnãtes viuãt, cõmunem, agricolarum autem propriam.

*Diuiſit quoque regionem in tres partes, ut eſſet pars una ſacra, alia publica, tertia priuata, unde cultus dijs fieret, ſacra: unde uero propulſatores belli alerentur, publica: quæ uero agricolarum foret, priuata.*

K

d Putauit autẽ & ſpecies legũ eſſe tres ſolum. De quibus autẽ

*Legum quoque tres eſſe ſpecies ſolum putabat, de quibus uero iudicia*

Poſtquam Philoſophus proſecutus eſt de politia Phaleæ, hic incipit agere de politia Hippodami, & circa hoc tria facit. Primo exponit conditionem legiſlatoris. Secundo narrat politiam ipſius, quam ipſe inſtituit, ibi. { Conſtruxit autem &c. } Tertio improbat eam quantũ ad aliqua ibi. { Dubitabit autem vtique &c. } Circa primum tria facit. Primo dicit quid in arte politica Hippodamus adinuenit, & dicit, ꝙ adinuenit diſtinctionem ciuitatis quantum ad diuerſos ordines ciuium, & iterũ diuiſit ſuburbia, adinuenit enim quomodo territorium ciuitatis per diuerſa ſuburbia diſtingui deberet. Fuit autem Euryphontis filius, Mileſius autem natione. Secundo exponit cõuerſationem ipſius, & dicit, quòd quia erat honoris cupidus, quædam ſuperflua obſeruabat in ꝓpria vita priuata, q̃ eſt alia a ciuili, videbatur enim eſſe curioſus in multitudine capillorum & comæ, & iterum in vtilitate veſtitus, volebat tamen habere calida veſtimenta non ſolum in hieme, ſed etiam in ęſtate. Tertio exponit ſtudium ipſius, voluit enim ratiocinari de tota natura rerum, & primus inter philoſophos, qui non agunt ciuilem vitam ſed cõtemplatiuam, conatus eſt determinare, quæ ſit optima politia. Deinde cũ dicit.

b ¶ Enarrat ordinẽ politiæ ipſius. Et primo quãtũ ad diuiſiones quas adinuenit. Secũdo quãtũ ad iudicia, ibi. { Putauit autẽ &c. } Tertio quantũ ad ciuium diſciplinã ibi. { Adhuc aũt legẽ &c. } Circa primũ duo facit. Primo oſtẽdit quõ diuiſit ciuiũ multitudinẽ. Secũdo quõ diuiſit ciuitatis poſſeſſiões ibi. { Diuidebat aũt &c. } Dicit ergo primo, ꝙ Hippodamus determinabat optimã quãtitatẽ multitudinis in ciuitate, vt ſit. x. miliũ virorũ, & hãc multitudinẽ diuidebat in tres partes, quarũ vna erat artificũ, alia agricolarũ, tertia pugnatorum. Deinde cum dicit.

c ¶ Oñdit quõ diuidebat poſſeſſionẽ ciuitatis, & dicit, ꝙ totã regionẽ. i. territoriũ ciuitatis diuidebat in tres partes, quarũ vnam volebat eſſe ſacrã, de qua. ſ. fierẽt ea, quæ homines reputant fieri propter cultũ diuinũ, aliã volebat eſſe publicã vel communem, de qua viuerẽt bellatores, tertiam volebat eſſe propriam, quæ diſtribueretur inter agricolas. Deinde cum dicit.

d ¶ Narrat ordinẽ politiæ ipſius quantum ad iudicia, & circa hoc

Lectio. ſeq.



hoc tria facit. Primo dicit, quòd putauit leges iudiciorum eſſe ſolummodo tres, ſecundum tria, de quibus homines in iudicijs diſceptant, quæ ſunt iniuria, damnum, & mors, vt iniuria referatur ad ea, quæ fiunt in vituperium hominis, nocumentum autẽ ad ea, quæ fiunt in damnum rerum, ſub morte autem comprehendantur omnia, quę fiunt in nocumẽtum perſonæ. Secundo ibi. { Ponebat quoque &c. } Dicit, quòd Hippodamus inſtituit quandam principalem curiã ad quã reducerentur, quaſi per appellationẽ omnes cauſæ quæ nõ viderentur eſſe bene iudicatæ: & volebat ꝙ hoc iudicium committeretur quibuſdã ſenibus ad hoc electis, qui & diſcretione & virtute eſſent probati. Tertio ibi. { Iudicia enim ĩ prætorijs &c. } Ponit modum quem in iudicãdo volebat obſeruari, cum enim eſſet aliqua ſententia ferenda a multis iudicibus, putabat nõ oportere, quòd iudices cõferrẽt adinuicem de ſententia ferẽda, ſed quòd vnuſquiſq; ſolitarius cogitaret de ſententia ferenda, & illud quod cogitaret, deferret ſcriptum in pugillari, ita ſcilicet, quòd ſi ſibi videretur quòd aliquis accuſatus, eſſet condemnandus, ſimpliciter cõdemnationem ibi deſcriberet, ſi vero ſibi videretur quòd eſſet ſimpliciter abſoluendus, deferret pugillare vacuum. Si autẽ ſibi videretur quòd quantum ad aliquid eſſet condemnãdus, & quantum ad aliquid abſoluendus, hoc etiam determinaret per ſcripturam: & ſic ex omnibus ſcripturis eligeretur qđ pluribus videretur, non autem putabat bonum eſſe hoc, qđ nunc eſt lege ſtatutũ, vt iudices adinuicem conferant antequam vnuſquiſque ſententiam proferat: cum enim ſint iurati dicere quod eis videtur, ꝑ hmõi diſceptationes, q̃ ĩ tali loco & circa talia fiũt, cogũtur quodãmodo peierare, dũ aliqs nõ audet dicere qđ ſibi videt̃, multis cõtradicentibus. Deinde cũ dicit.

e ¶ Narrat ordinationem eius circa diſciplinam ciuium. Et ponit eius quattuor leges, quarum prima eſt, quòd illi qui inuenirent aliquid ordinandum in ciuitate, quod eſſet ciuitati expediens, obtinerent aliquẽ honorẽ. Secundã legem ponit, ibi. { Et A pueris eorũ &c. } Vt. ſ. filij eorũ qui moriũtur in bello pro ciuitate, nutrirẽtur de ærario publico, qđ quidẽ nondũ erat ſtatutũ in ciuitatibus, nũc autẽ iſta lex obſeruatur Athenis, & in quibuſdã alijs ciuitatibus. Tertiã legẽ ponit, ibi. { Principes autem populo &c. } Et hæc eſt de electiõe principũ, vt ſcilicet totus populus principes eligat. Dicebat autem eſſe populũ, tres prædictas partes ciuitatis, ſcilicet agricolas, artifices, & bellatores. Quartam legem ponit de officio magiſtratuum, ibi. { Electos autem &c. } Vt ſcilicet illi qui eligũtur in magiſtratus, habeãt curã de rebus cõmunibus ciuitatis, & de peregrinis, & de orphanis & alijs impotentibus perſonis. Et vltimo concludit, quòd plurima & digne recitanda de his, quæ Hippodamus ordinauit, ſunt ea quæ dicta ſunt.

diſceptationes fiunt, tria hæc eſſe numero, iniuriam, nocumẽtum, mortem. Lege aũt ſtatuit p̃toriũ vnũ principale, ad qđ omnes reduci oportet cauſas quæ non bene iudicatæ eſſe vidẽtur, hoc aũt conſtruxit ex quibuſdã ſenibus electis. Iudicia enim in B prætorijs, non ſententiæ collationem putabat fieri oportere, ſed ferre vnũquẽque pugillarem in quo ſcribatur, ſi condẽnetur ſimpliciter, ſi autẽ abſoluatur, ſimpliciter vacuus. Si autẽ hoc quidẽ, hoc autẽ non, hoc determinare: nunc. n. non putabit lege ſtatutũ eẽ bene, cogere enim deierare hic vel hic diſceptãtes.

*fierent, totidem eſſe numero, iniuriam, damnum, cædem. Ponebat quoque vnum iudicium principale, ad quod omnia male iudicata reducerentur, idque conſtituebat ex ſenibus quibuſdam delectis. Sententias vero in iudiciis non calculis ferendas eſſe cenſebat, ſed vnumquemque iudicem tabellam afferre, in qua ſcriberet, ſi condemnaret ſimpliciter, ſententiam: ſin abſolueret ſimpliciter, vacuum, ſin partim condemnaret, partim abſolueret, idipſum diffiniret, nam vt nunc quidem fit, non recte prouiſum a lege exiſtimabat, quia coguntur homines alterutrum iudicantes, peierare.*

e Adhuc autem legem poſuit de inuenientibus aliquid ciuitati expediens quatenus adipiſcãtur honorem. Et pueris eorum qui in bello moriuntur, de publico fieri cibum, tamquam nõdum hoc apud alios lege, ſtatutum. Eſt autẽ & in Athenis iſta lex nunc & in alteris ciuitatum. Principes autem a populo eligi omnes, populum autem faciebat tres partes ciuitatis. Electos autem curare de communibus & peregrinis, & orphanis. Plurima quidem igitur, & D quæ maxime verbo digna Hippodami ordinationis, hæc ſunt.

C *Ferebat quoque legem de his, qui vtile quidpiam ciuitati repperiſſent, ut honoribus afficerentur. Filios autem eorum qui pro patria bellando occubuiſſent, ex publico alendos eſſe, quaſi id non prius fuerit lege prouiſum, nam eſt nunc Athenis ea lex & in aliis quibuſdam ciuitatibus, magiſtratuum vero omnium electiones populo attribuit, populum autem faciebant tria illa genera ciuium, qui uero delecti eſſent, eos Rerumpublicarũ curam habere debere, item hoſpitalium & pupillorum: plurima igitur ac maxime digna memoratu in Hippodami conſtitutione iſta ſunt.*

## LECTIO XI.

Dubitabit autem vtique aliquis, primũ quidem circa diuiſiõis multitudinis ciuiũ, artifices. n. & agricolę, & arma habentes, cõmunicãt politia omnes. Agricolæ quidẽ non habentes arma, artifices autẽ neq; terrã, neq; arma: quare E fiunt fere ſerui arma poſsidentiũ, participare quidem igitur omnibus honoribus, impoſsibile, neceſſe enim ex arma habentibus inſtitui & duces exercit⁹, & ciuiũ rectores, & principaliſſimos principatus arma dicere, nõ participãtes aũt politia, quomodo poſsibile eſt amicabiliter ſe habere ad politiam?

## *LECTIO XI.*

*Sed primo dubitabit aliquis de partitione ciuium, nam & artifices, & agricolæ & qui arma tenent, omnes in Reipublicæ communione uerſantur: uerum agricolæ quidem arma non habent, artifices autem neque arma, neque agros, itaque fiunt quodammodo ſerui eorum, qui habent arma. Participes eſſe igitur omnium honorum impoſſibile eſt, cum ſit quidem neceſſarium ex his, qui habent arma conſtitui belli duces, & cuſtodes ciuium, & principaliſſimos, ut ita dixerim, magiſtratus, quód ſi participes nõ ſint Reipublicæ, quomodo bono animo eſſe poterunt in Republica?*

LECTIO XI.

Poſita politia Hippodami, hic improbat ipſam. Et primo quantũ ad diuiſionẽ quam inſtituit. Secundo quantũ ad ea, q̃ de iudicio dixit ibi. { Non bene autẽ nec de iudicio &c. } Tertio quantum ad ea, quæ inſtituit de diſciplina ciuiũ ibi. { De eo autem &c. } Circa primũ duo facit. Primo improbat diuiſionẽ inſtitutam ab Hippodamo quãtũ ad partes ciuitatis. Secundo quantũ ad poſſeſſiões, ibi. { Adhuc autẽ cõmunẽ &c. } Circa primũ tria facit. Primo improbat diuiſionẽ partiũ ciuitatis quantũ ad artifices. Secundo quãtũ ad bellatores, ibi. { Sed oportet &c. } Tertio quantũ ad agricolas, ibi. { Adhuc agricolę &c. } Dicit ergo primo: quòd prima dubitatio ĩ politia Hippodami, accidit circa diuiſionem multitudinis ciuium. Voluit enim, quòd tam artifices quàm agricolæ & quàm viri armati, omnes communicarent in ordine ciuitatis, ita tamen, quòd agricolę non haberẽt arma, ſed haberẽt terrã: artifices aũt neq; haberẽt terrã, neque arma, ex qua ordinatiõe ſequitur, ꝙ artifices ferè ſunt ſerui eorum qui poſſident arma, quia nullam propriam poſſeſſionem habentes: quod videtur ad eorum vtilitatem pertinere: inſiſtunt operibus in miniſterium ciuitatis, & pręcipue bellatorum,

Lectio. ſeq.

quos oportet maiorem partem in honoribus ciuitatis obtinere, non enim eſt poſſibile quòd artifices habeant partem in omnibus honoribus, quia duces exercitus, & rectores ciuium, & alij maiores principatus, indecens eſt, quòd inſtituantur ex artificibus, ſed ſolum ex viris bellatoribus, qui ſunt ad hoc magis idonei, non eſt autem poſſibile, quòd ex quo non habent partem in regimine ciuitatis, quòd ipſi ament talem ordinationem ciuitatis: vnde relinquitur ſeditionis materia, non igitur conuenienter ordinauit de artificibus. Deīde cū dicit.

b ¶ Improbat prędictam ordinationē quantū ad viros bellatores. Oportet.n. eos eſſe meliores. i. potētiores ambabus alijs partibus, ſcilicet & agricolis, & artificibus. Et hoc ideo ꝙa ad viros bellatores ꝑtinet, vt poteſtatem ciuitatis defendant, non ſolum cōtra impugnationē hoſtiū, ſed etiam contra ſeditiones ciuiū, quos non poſſent reprimere niſi potentiores eſſent, quod quidem nō eſt facile, niſi ſint multi: ſi autem viri bellatores excedant & multitudine, & virtute, & dignitate, nulla neceſſitas fuit, quòd artifices & agricolæ partem haberēt in regimine ciuitatis, & quòd ad eos ꝑtineret inſtitutio prīcipum, quia ſemper hoc fiet ad arbitriū virorum bellatorū. Superflue igitur alijs committitur, vnde patet, quòd non conuenienter diuiſit viros bellatores ab alijs. Deinde cū dicit.

c ¶ Improbat prædictam diſtinctionē quantum ad agricolas, de quibus nō eſt manifeſtum ſecundū prædictā ordinationem, quomodo ſint vtiles ciuitati, de artificibus enim manifeſtum eſt, quòd ſunt in ciuitate neceſſarij propter variam ſuppellectilem præparādam, & vita ciuium poterit bene procedere, per ea quæ præparantur ab arte, ſicut accidit in alijs ciuitatibus, vel pōt intelligi, ꝙ ipſi artifices poſſunt procedere. i. nutriri de ſua arte, vñ nō indigēt agricolis, vt ab eis ſuſtentētur, ſed viri bellatores quaſi ab alijs diſtinguātur, nō poſſunt de ſuo officio ſuſtētari: vñ indigent vt ab alijs ſuſtētētur, ſi igitur agricolę inſtituerētur ad hoc, ꝙ acquirerēt cibū viris bellatoribus, rōnabiliter ponerētur eſſe pars ciuitatis, Oportet.n. ꝙ pars totius coadiuuet ad bonū aliarū partiū, ſed ſ᷑m ꝑdictā operationē habebūt proprias poſſeſſiones & eas colēt, & ita alijs in nullo vtiles erunt, ſed ſibijpſis tantū, non ergo ponuntur agricolę conuenienter pars ciuitatis. Deinde cum dicit.

d ¶ Improbat diuiſionē poſſeſſionū. Ponebat.n. Hippodamus

b Sed oportet & meliores eſſe ad arma poſſidentes ambabus partibus, hoc autem non facile non multos exiſtentes: ſi autem hoc erit, quid oportet alios participare politia, & diuerſos eſſe conſtitutionis principium?

G c Adhuc agricolæ quàm vtiles ciuitati, artifices quidem enim neceſſarium eſſe, omnis enim indiget ciuitas artificibus, & poſſunt procedere quēadmodū in alijs ciuitatibus ab arte. Agricolæ enim, acquirentes quidem arma poſſidētibus cibum, rationabiliter vtiq; eſſent aliqua pars ciuitatis, nunc autē propriā habent, & hanc propriam colent.

H d Adhuc autē communē a qua propugnantes habebūt cibum, ſi quidem ipſi colent, non vtiq; erit pugnans alterū & agros colentes, vult aūt legislator alterum eſſe. Si aūt alteri quidē erūt ab ijs qui propria colunt bellantibus. Quarta igitur pars erit, hui⁹ ciuitatis nullo participās, ſed aliena a politia. At vero ſiqs eoſdē ponat eos qui propriā & qui communē colant, tunc multitudo deficiens erit fructuū, ex quibus vnuſquiſq; miniſtrabat duas domos, & cuius gratia nō ſtatim ex terra & eiſdē ſortib⁹ ſibijpſis cibum ſumeret, & viris ꝑlij exhibebūt: hæc itaq; oīa multam habent turbationem.

e Non bene aūt, nec de iudicio habet lex iudicare, ſignificans diuidētes cauſa ſimpliciter ſcripta & fieri iudicē diſquiſitorē, hoc autē in diſquiſitione quidē & pluribus contingit. Colloquūtur enim ad inuicē de iudicio, in prætorijs aūt non eſſe, ſed cōtrarium huius legislatorū multi ſtatuunt, vt iudices non colloquantur ad inuicē

F vnam partē poſſeſſionū ciuitatis cōmunē, ex quā viri bellatores nutrirentur. Eſt ergo conſiderandū, quis colet iſtā terrā cōmunē. Oportet autē, ꝙ aliquo triū modorū colatur, quorū primus eſt, vt ipſimet bellatores colāt terrā cōmunē, & ſic quidē erūt pugnātes & agricolæ, ſed Legislator voluit eos diſtinguere, inutilis ergo fuit diſtinctio. Secundus modus, vt ꝙdā alij inter pugnatores & agricolas colentes poſſeſſiones proprias, colant terram communem: ex quo ſequitur ꝙ erit quædā quarta pars ciuitatis in nullo participans regimine ciuitatis, ſed oīno ab hoc aliena, non enim admittebant ad electionē principū, niſi tres partes prædictas. Tertius modus eſſe poteſt, vt ipſi agricolæ, qui colunt poſſeſſiones proprias, colant & communes, ſed tūc ſequetur, ꝙ nō ſit copia fructuū terræ in ciuitate, non enim erit facile ꝙ vnus agricola ſufficienter excolat tot terras, vñ fructus neceſſarios duabus familijs adminiſtret, ſi etiā iſte tertius modus ponatur, videtur fuiſſe ſuperflua poſſeſſionum diuiſio in tres partes, potuiſſet.n. fieri vt a principio tota terra daretur agricolis, vt ſcilicet, vnuſquiſque agricola ex terra, ꝙ ei veniret in ſortem, ſumeret cibum ſuæ familiæ, & aliquibus viris bellatoribus, ea igitur quæ Hippodamus dixit circa huiuſmodi diuiſiones, inducunt magnā turbationem. Deinde cum dicit.

e ¶ Improbat prædictam politiam quantum ad iudicium, ſcilicet quātum ad hoc, quòd ſtatuit iudicia in prætorijs fieri, nō per ſententię collationem. Et circa hoc duo facit. Primo improbat ſtatutum. Secundo rationem ſtatuti ibi. { Adhuc nullus &c. } Circa primum ponit duas rationes, circa quarū primam dicit, quòd lex quam ipſe poſuit de iudicio non bene ſe habet, per quam reputauit, quòd aliqui iudicarent diuidentes ſe abinuicem, ita ꝙ quilibet per ſeipſum conſcriberet id, quod ſibi de cauſa videret, & ſecundū hoc volebat, ꝙ iudex per ſeipſum diſquireret quid eſſet iudicandū, ſed ī tali diſquiſitione ſingulari, cōtingebat etiā a pluribus ſimul diſquiri, quia iudices poterant ſibijnuicem colloqui de iudicio ferendo in domibus proprijs, ita tamen, quòd in prætorijs, ideſt in loco publico iudiciorum non colloquerentur adinuicem ad conferendum de ſententia, & hoc erat magis periculoſum, quia facilius poterat contingere, quòd vnus iudex peruerteret alium ad ferendum ſententiam aliter quàm ſibi videretur, priuatim cum eo conferens, quàm in prætorio

*Enimuero potentiores eſſe oportet illos, qui arma tenent, ambabus partibus, id autem non facile eſt, niſi multitudine exuperent, quòd ſi hoc erit, quid opus eſt alios participes eſſe Reipublicæ, & ſufragia magiſtratuum habere?*

G *Præterea agricolæ quid vtilitatis afferunt ciuitatibus? Artifices enim eſſe neceſſarium eſt, nam omnis ciuitas artificibus indiget, & poſſunt proficere ex artibus quemadmodum in alijs ciuitatibus, ſed agricolæ, ſi habentibus arma victum parant, merito forent pars aliqua ciuitatis, at hi priuatim habent agros, priuatimque colunt.*

H *Præterea, publicos agros, ex quibus propulſatores belli victum habere oportet, ſi ipſi ijdem colant, non eſſe aliud agricola, aliud propulſator belli, quod legislator eſſe uult. Sin alii quidam ab agricolis & propulſatoribus, quartum erit membrum ciuitatis nullius particeps, ſed alienum a Republica: quod ſiquis dicat eoſdem agricolas, & ſuos colere, & publicos agros, primo fructuum multitudo non ſufficeret, ex quibus ſinguli binis domibus habeant miniſtrare, deinde* I *quamobrem non ſtatim ex eiſdē agris pro ſe, quæ alimenta ſumant, & propulſatoribus exhibeant, hæc ſanè omnia magnam continent turbationem.*

*Nec de iudicio quoque rectè ſe habet lex, qua iudicandum putat, cum diſtinctiōe litem ſimpliciter ſcriptam, ita ut ex iudice fiat arbiter, hoc enim in compromiſſo in plures facto recipitur. Conferunt enim inter ſe de ſenten*K*tia ferenda, ſed in iudiciis non recipitur, immo legumlatores plerique contra ſtatuunt, ne iudices inter ſe colloquantur, deinde, quo non erit litigioſa*



prætorio publico omnibus audientibus, vnde eſſe contrarium huius multi legumlatores ſtatuerunt, vt ſcilicet iudices non colloquantur adinuicem in priuato videlicet, ſed ſolum in prætorijs adinuicem conferrent, videtur igitur, quòd prædicta lex periculoſa fuerit, & aliorum legibus contraria. Secundam rationem potuit, ibi. { Deinde quomodo non erit &c } Et dicit, ꝙ nō poterit iudicium abſq; turbatione heri per modum prædictum, poteſt enim cōtingere, quòd iudici non videbitur ſeorſum conſiderandum, vt reus tantum condemnetur quantum actor, qui litigat petit, ſed forte actor petit, quòd reus condemnetur. 20. minas, iudex autem iudicabit, quòd condemnetur ad .x. minas, aut forte vnus iudicum cōdemnabit eum ad plus, alius autem ad minus, puta vnus ad quinque, alius ad quatuor, & per hunc modum oportet, ꝙ iudices idem patiantur, ideſt vt conferant adinuicem poſt ſententias ſcriptas, ſicut ſi ſententias ſingulariter non conſcripſiſſent, quia forte quidam iudicum condemnabunt reū quantum ad omnia, quæ petit actor, quidam autē non. Quis ergo modus erit diſputandi de ſentētijs diuerſis iudicū, niſi ſcilicet conferendo? & ſic prædicta lex nō poterit vitare quod intendebat, ſcilicet collationem iudicū, vnde patet quòd ſuperflua fuit. Deinde cum dicit.

f ¶ Improbat cauſam ſtatuti, quæ erat vitatio periurij, & dicit, quòd ſi fiat collatio iudicum de condemnatiōe alicuius, nullus cogit propter hoc, quòd periurium committatur ab eo, qui iudicare debet, etiam ſi accuſatio actoris ſit iuſte ſcripta, & iudex eam nō admittat, non enim iudicabit iudex, ꝙ reus nihil debeat, ſed forte iudicabit quòd 20. minas debeat, cū actor plus petit, ſed magis reus, qui condemnatur peierare videtur, qui non putat etiam ſe debere viginti minas, & ita propter talem cauſam non oportebat hanc legem poni.

quantur ad inuicē Deinde quomodo nō erit plenum turbatione iudicium, cum debere iudex quidem exiſtimauerit non tantum quantū litigans quidem viginti minas, iudex autem iudicat decem minas, aut hic quidē plus, hic autem minus, alius autem quinque, hic aūt quatuor: & hoc itaq; modo palā, ꝙa patientur, ij quidē oīa cōdemnabūt, ij aūt nō. Quis igiť modus erit diſputationis ſententiarum?

f Adhuc nullus deierare cogit ſimpliciter ab iudicātem, aut ſi quidem accuſatio ſcripta eſt iuſte. Non.n. nihil debere abiudicans iudicat, ſed viginti minas, ſecundum illud deiurat cōdemnatus, non computans debere viginti minas.

### LECTIO XII.

C DE eo aūt ꝙ inueniētib⁹ cū aliquod ciuitati vtile oporteat fieri quendam honorem non eſt ſecurum legem ferre, ſed boni aſpectus audire ſolum, habet enim calumnias & motus ſi eueniat politiæ: incidit autem in aliud problema & conſiderationem alteram. Dubitāt enim quidā, vtrū nociuū aut expediens ciuitatibus amouere patrias leges, ſi ſit aliqua alia melior, ꝑpter quod D quidē non facile dicto velociter conſentire ſiquidē non expedit amouere: cōtingit aūt inducere quaſdā legū ſolutiones aut politiæ aut commune bonum.

b Quoniam autē fecimus memoriam modicum amplius de ipſo dilatare, melius.n. habet, quēadmodū diximus dubitationē, & videbitur vtiq; melius eſſe amouere, in alijs .n. ſciētijs hoc E contulit, puta medicinali mota extra paterna & gymnaſtica & totaliter artes oēs & virtutes. Quare, quoniam vnam harū po

### LECTIO XII.

POſtquam improbauit politiam Hippodami quantū ad diuiſionem & iudicia, hic improbat eam, quantum ad diſciplinam, quam ordinauit, quantum ad hoc, ſcilicet quod ſtatuit, quòd qui inuenirent aliquid vtile ciuitati honorem conſequerentur. Et circa hoc duo facit. Primo improbat ſtatutum. Secundo mouet quaſdam quæſtiones, ibi. { Quoniam autem fecimus memoriam &c. } Dicit ergo primo, quòd non eſt ſecurum ciuitati, quòd prædicta lex ſtatuatur, ſed ſolum in primo aſpectu, cum auditur, apparet bona, ſi enim eueniat, quòd talis lex ſtatuatur, habebit multas calumnias, dum aliqui arbitrabuntur eſſe vtile illud adinuētum, & aliqui non, habebit etiam tranſmutationes politiarū, vna enim lege tranſmutata, quandoque totus ſtatus ciuitatis mutatur, ſed iſtud ſtatutum facit nos incidere in aliam quæſtionem & in aliam conſiderationem, eſt enim dubium apud quoſdam, vtrum ſit expediens vel nociuum ciuitati, vt remoueat patrias leges, ſi aliqua melior adinueniatur, & ideo huic dicto non facile eſt, quòd homo velociter conſentiat, vt ſcilicet inuētores nouorum honorentur, & hoc ſi non expedit ciuitatibus, quòd leges primæ amoueantur, continget autem per hoc ſtatutū, quòd quidam dū prouocantur ad nouorū inuentionem, vt adipiſcantur honorem, inducant diſſolutionem legum & totius politiæ ſub ſpecie cōmunis boni, quod ꝙdem eſt valde periculoſum, non ergo illud ſtatutum eſt conueniens. Deinde cum dicit.

b ¶ Mouet quaſdā dubitationes. Et primo, vtrum oporteat leges mutare. Secundo, ſi ſunt mutādæ, a quibus & quomodo, ibi. { Adhuc autem ſi mutandæ &c. } Circa primū duo facit. Primo inducit rationes ad oſtēdendum, ꝙ oportet mutare. Secundo inducit ad cōtrariū, ibi. { Alio autē modo. } Circa primū ponit quatuor rationes, circa quarum primā dicit, ꝙ ꝙa fecimus modicā mentionem de mutatione legum, melius eſt, quòd parum ampli⁹ ſuper hoc nos dilatemus, quia vt dictum eſt, hoc hēt dubitationē, & quibuſdā vr̄, ꝙ melius ſit leges antiquas amouere ſi aliqua melior inueniať, videm⁹.n. ꝙ hoc multū profuit ī alijs ſciētijs, ꝙ. ſ. aliqua sūt mutata de his, quę a pr̄ibus obſeruabantur, ſcilicet in medicina. Nam poſteriores medici multa adinuenerunt mutantes ea, quæ primi obſeruabant. Et idem etiam eſt in gymnaſtica, ideſt in exercitatiua. Dicebantur enim gymnaſia, quædam loca in quibus homines nudi ſe exercebant, a gymnos, quod eſt nudum. Et ita etiam videmus in omnibus alijs artibus & operatorijs potentijs,

A *ſententia, cum iudex non putat tantum deberi quantum petitur, nam ſi petitor viginti minas poſtulabat, iudicum autem vnus decem iudicet, alter quinque, alter quatuor, & hoc modo diuident, & alij in totum condemnent, alij in nihilum, quis erit modus ſententiarum concor*B*dandarum?*

*Præterea, nemo peierare cogit ſimpliciter condemnantem vel abſoluentem, ſi ſimpliciter petatur, non enim cum abſoluit, nihil deberi iudicat, ſed viginti minas non debere, at ille periurat, qui cum putat viginti minas non deberi, tamen condemnat.*

### *LECTIO XII.*

*DE eo autem, quòd inuenientibus aliquod commodum ciuitati honores tribuendi ſunt non eſt tutum lege cauere, ſed apparentiam ſolum probabilem habet, continet enim calumnias & motum forſan Reipublicæ. Sed incidit hæc in aliam quæſtionem & conſiderationem aliam, Vtrum damnoſum ſit vel vtile ciuitatibus leges patrias mutare, ſi ſit alia melior, quapropter non eſt facile dicto ſtatim aſſentiri, ſiquidem non conducit mutare, fieri autem poteſt vt inducatur, aut legum, aut Reipublicæ diſſolutio, tamquam commune bonum.*

*Sed cum in hanc mentionem incidimus, etiam pauca de eo perſtringenda ſunt. Habet enim, vt diximus, dubitationem, & melius uideri poteſt ut mutationem recipiant, nam in alis quidē ſcientiis hoc prodeſt, ceu ſi medicina ab īſtitutis patriis mutetur, & gymnaſtica, & aliæ artes, atq; facultates, quarū cū una ponenda ſit, ciuilis diſciplina, patet in ea quoq; eandem rōnē*

potentijs, de quarum numero eſt politica, quæ eſt regitiua ciuitatis. ergo etiam in regimine ciuitatis oportet mutare ea, quæ a patribus ſunt obſeruata, dummodo meliora occurrant. Secundam rationem ponit, ibi. { Signum autem vtique &c. } Et dicit, quòd ſignum huius, quòd leges ſint mutandæ, poteſt aliquis accipere ab ipſis operibus, ideſt ab his, quæ contingūt, videmus enim, quòd antiquæ leges fuerunt valde ſimplices & barbaricæ, ideſt irrationabiles, & extraneę, ſicut hoc, quòd ab antiquo erat lex apud Græcos, quòd emebant vxores adinuicem, portantes ad talem emptionem ferrum, quia forte alia metalla non erant in vſu. Et ſimiliter videmus, quòd ſiquæ leges adhuc remanent de antiquis, ſunt omnia ſtulta, ſicut apud Cumas erat talis lex circa homicidia, ꝙ ſi aliquis de cognatis occiſoris inducatur teſtis aduerſus eum, cenſeretur reus homicidij, & hoc eſt omnino irrationabile, homines autem in legibus ponendis nō debent quærere, quid fuerit a patribus obſeruatum, ſed quid ſit bonum obſeruandum, & ita cōueniēs eſt antiquas leges mutari, ſi occurrant meliores. Tertiam rationem ponit ibi. { Veriſimile quia prius &c. } Ad cuius intellectum conſiderādū eſt, quòd Ariſt. opinatus fuit mundum ab æterno fuiſſe, vt patet ī Octauo Phyſicorū, et in primo de Cœlo, & tamen manifeſtū eſt per antiquas hiſtorias, ꝙ ab aliquo certo tempore incœperunt regiones habitari, qđ videtur contrariari æternitati mūdi, ſed ad hoc ſoluēdum inducebat Ariſtoteles, quòd multoties factæ ſunt deſolatiōes generales terrarum per aliqua diluuia, vel per quaſcumque corruptiones, quibus ceſſantibus incœperunt de nouo regiones habitari, quod quidem potuit contingere dupliciter, vno modo, ita quòd homines generarentur ex terra. Poſuerunt enim quidam, quòd ex terra aliquo modo proportionata naturaliter generaretur homo, ſicut & murem certum eſt generari ex terra, ſed hoc non videtur conueniens, quia natura ex determinatis principijs & per determinata media procedit in ſuos effectus, vnde animalia perfecta numquam poſſunt generari niſi ex ſemine, vnde non credimus, quòd ex terra poſſit homo fieri naturaliter, ſed ſolum virtute diuina. Alio modo potuit contingere, quòd in generali corruptione aliqui homines conſeruarentur vel in montibus, vel per aliquem alium modum, ſicut nos ponimus, quòd Noe fuit conſeruatus in Arca, tempore diluuij generalis, & Deucalion fuit conſeruatus in montibus in diluuio, quod accidit tempore Ogygis regis in terra Græ-

Lectio. 39.
Tex.cō.82.

F corum, ſed quocumque horum modorum contingerit, videtur, quòd primi homines fuerint imprudentes & ignari, ideſt non excellentes, ſicut fabuloſe dicitur de illis, qui dicuntur fuiſſe producti de terra, tempore Deucalionis, vnde inconueniens videtur, quòd aliquis permaneat in legibus & ſtatutis ipſorum.

nendum etiā politicā palā, quia & circa hūc neceſſariū ſimiliter habere. Signū aūt vtique fieri dicet aliquis in ipſis operibus: antiquas. n. leges valde ſimplices eſſe & Barbaricas, ferrū. n. portabāt tūc græci & vxores emebāt adinuicē. Quæcūq; aūt reliqua antiquorū ſunt, alicubi legaliū ſtulta oīo ſūt, puta ī cume circa homicidia lex ē, ſi multitudo q̄dā teſtiū aſtiterit ꝓſequēs homicidā, q̄ ſuorū eēt cognatorū reū eſſe homicidij fugiētē. Quærūt aūt totaliter, non quod patriū. ſed quod bonum oēs. Veriſimile quia pri⁹, ſiue terrigenæ erāt, ſiue ex corruptiōe quadā ſaluati ſunt, ſimiliter eſſe & contingētes & inſenſatos, quēadmodū & dicitur de terrigenis. Quare inconueniens manere in horū dogmatibus. Adhuc aūt neq; ſcriptas ſi īmobiles melius: ſicut. n. & circa alias artes & circa politicū ordinē impoſſibile diligenter oīa ſcripta eſſe, vniuerſaliter eīn̄ neceſſariū ſcribere, act⁹ autē de particularibus ſunt, ex ijs quidē igit̄ vr̄ quia amouēdę & quædam & quādoque legum ſunt.

c Alio aūt modo conſiderantibus reuerentiæ vtiq; videbitur eſſe multæ. Cum n. fuerit quod quidē melius modicū, aſſueſcere aūt facile ſoluere legē prauum. Manifeſtū ꝙ ſinendū q̄dā peccata & legiſlatoribus & principibus, nō. n. tm̄ proderit qui mutauerit, quantū nocebit principibus rebellare aſſueſcens.

d Mendax quoq; exemplum qđ ab artibus, non enim ſimile mouere artem & legē. lex. n. robur nullū habet ad ꝑſuaderi præter conſuetudinē, hoc autem nō fit

*eſſe tenendam. Probari autem hoc dicet aliquis & in ipſis rebus, antiquas enim leges nimium rudes eſſe, & barbaras, armati ſiquidem incedebant Græci, & vxores emebant inuicem, & quotcumque vetuſta iura alicubi extant, penitus rudia ſunt, ceu apud* G *Cumas de cæde lex eſt, ſi accuſator multos teſtes inducat ex agnatis proprijs, reum eſſe cædis, contra quem probatur. Quærunt autem non patriū, ſed bonum omnes, putandumque eſt priſcos illos homines, ſiue ex terra geniti fuerunt, ſiue ex corruptione aliqua ſeruati, ſimul fuiſſe ignaros & imprudentes, quod de terra natis dicitur, vt abſurdum ſit in eorum opinionibus perſiſtere velle. Præterea neque leges ſcriptæ meliores ſunt, ſi ſint im-* H *mutabiles, vt enim in aliis artibus, ſic etiam circa ciuilem conſtitutionem, impoſſibile eſt ſingula ad minimum vſque ſcriptis comprehendere, neceſſe eſt enim ut generaliter ſcribantur, at illa quæ aguntur particularia ſunt, ex his ergo uidetur & quaſdam leges, & quandoque eſſe mutandas.*

*Alio autem modo conſiderantibus cauendum uidetur eſſe maxime, cum* I *enim utilitatis quidem acceſſio parua ſit, aſſueſcere uero faciliter leges mutare, improbandum. Conſtat uero errata quædam eſſe toleranda, & legiſlatorum, & magiſtratuum, non enim tantum proderit, qui corrigere perget, quantum nocebit aſſuefactio ſuperioribus non parendi.*

*Mendax & de artibus exemplum, neque enim ſimile eſt mutare artem, atq; legē, nā lex nullā uim habet, ut ipſi pareatur niſi ex more, mos autem* K *non fit niſi temporis longitudine. Qua*

Quartam rationem ponit, ibi. { Adhuc autē neque ſcriptus &c. } Poſſet enim aliquis dicere, quòd cōſuetudines antiquorum inſenſatorū opportunum fuit mutare, ſed leges quę ſūt ſcriptæ a viris ſapientibus nō debent mutari, ſed ad hoc excludendum ipſe obijciēdo dicit, quòd nō eſt melius, ſi etiam leges ſcriptę ꝑmaneāt immobiles, videmus enim, quòd impoſſibile eſt omnia diligenter & perfecte eſſe ſcripta circa ordinationem ciuitatis, etiam a quibuſcumque ſapientibus viris, ſicut etiam eſt hoc impoſſibile circa alias artes, quia ſapientes ſcribunt legem in vniuerſali, & non poſſunt conſiderare omnia particularia, actus vero ſunt circa particularia: vnde non potuerūt omnia perfecte ſcribere, quæ pertinent ad directionem actuū, & ſic melius eſt, quòd immutentur quando aliquid melius inuenitur. Sic ergo per huiuſmodi rationes videtur, quòd quædam leges aliquando ſunt mutandæ. Deinde cum dicit.

c ¶ Procedit ad contrarium. Et primo oſtendit veritatem quæſtionis. Secundo ſoluit quandam inductarum rationum, ibi. { Mendax quoque &c. } Dicit ergo primo, quòd ſi aliquis ſecundum aliū modum conſideret, videbitur eſſe multum verendum, mutare antiquas leges, etiam pro melioribus: poteſt enim cōtingere, quòd ſit modicum melius illud, quod adinuenietur, cōſueſcere autem ad diſſoluendum leges eſt valde prauum, Vnde manifeſtum eſt, quòd ſuſtinendi ſunt quidam modici defectus & errores, qui contingunt principibus & ſapientibus in legibus ferendis, quia ille qui vult mutare propter aliquid melius, non tantum proficiet mutando, quantum nocebit, dum conſueſcunt ciues ad non obſeruandum ſtatuta præcepta principum. Deinde cum dicit.

d ¶ Soluit vnam inductarum rationum in contrarium. Et dicit, quòd illud exemplū, quod ſumebatur de artibus, in quibus profuit multa mutaſſe, inducit nos ad mēdaciū, qđ nō eſt ſimile de mutatione artis & legis, q̄a ea q̄ ſunt, habēt efficaciā ex rōne, ſed lex nullū habet robur ad hoc ꝙ perſuadeat̄ ſubditis, ꝙ ſit bona, niſi per conſuetudinem, quæ quidem non fit niſi per multum tempus. Vnde qui facile mutat leges, quantum eſt de ſe



de ſe debilitat legis virtutem. Ad alias autem rationes patet ſolutio, quia non concludunt, ꝙ leges ſint de facili mutandę, ſed ꝙ aliquæ leges, ſcilicet malæ, ſint aliquando mutandæ, quod verum eſt. Deinde cum dicit.

e ¶ Mouet aliam quæſtionem & dicit, ꝙ ſi leges ſint aliquando mutandę, quærendum eſt, vtrum omnes ſint mutandę & vtrum in qualibet politia vel non, & vtrū ſint mutandæ a quocumque, vel ab aliquibus determinatis. Multum enim differt quid circa hoc verius ſit, & ideo hæc conſideratio dimittit̄ ad pręſens, & reſeruatur in poſterum.

## LECTIO XIII.

POſtquàm Philoſophus poſuit politias inſtitutas a ſapiētibus, nūc agit de politiis, quæ in ciuitatibus obſeruabantur. Et primo de politia Lacedæmoniorum. Secundo de politia Cretenſiū, ibi. { Cretenſiū quidem, &c. } Tertio đ politia Carthaginenſiū, ibi. { Politizare autem videntes & Carchedoni, &c. } Harum enim ciuitatum politiæ commendabantur. Circa primum duo facit. Primo ponit modū cōſiderationis neceſſariæ circa has politias. Secundo agit de politia Lacedęmoniorum, ibi. { Quod quidem igitur, &c. } Dicit ergo primo, quòd duę conſiderationes incidunt circa politias Lacedæmoniorū & alias politias, quarum vna eſt vt conſideretur, vtrum illud, quod in eis lege ē ſtatutum, ſit conueniēs ordini virtutis. Hoc enim eſt finis omnis legis. Vnde ſi lex nō ſit proportionata ad virtutem, non erit lex. Alia conſideratio eſt, vtrum in politia ſit aliquid ordinatum, quod ſit conueniens ſecundū ſuppoſitionem & modū, contrariæ politiæ ei, quæ præponitur, puta ſi aliquis intendat inſtituere politiā ſtatus popularis, & ponat leges conuenientes politiæ potentioris, quæ eſt contraria, ſic etiam & in ſcientiis aliquid reprobatur, aut quia non conuenit veritati, aut quia non conuenit poſitioni. Deinde cū dicit.

b ¶ Agit de politia Lacedæmoniorum. Et primo quantum ad ea, quæ habentur a ciuibus. Secundo quantum ad ordinem ipſorum ciuium, ibi. { At vero & quæ &c. } Circa primum tria facit. Primo proſequitur ea, quę pertinent ad ſeruos. Secundo

Lect. 15
Lect. 16.
Lect. ſeq.

nisi per tēporis multitudinē. Ita que facile mutare exiſtentibus legibus, ad alteras leges nouas facere eſt debilem legis virtutē.

e Adhuc aūt, ſi mutandæ, vtrū oēs & in omni politia, at nō, & vtrū quocūque aut quibus, hæc. n. habent magnam differentiā, propter ꝙ nunc quidem dimittamus hanc conſiderationem, aliorū enim eſt temporū.

## LECTIO XIII.

DE ea aūt quæ Lacedęmoniorū politia ferè aūt & de alijs politijs, duæ ſunt cōſideratiōes. Vna quidē, ſiq̄d bene vel nō bene ad virtutis ordinē lege ſtatutū eſt. Altera aūt, ſiquid ad modum & ad ſuppoſitionem contrariæ propoſitæ ipſis politię.

b Quòd quidē igitur oportet future bene politice viuere neceſſariorū exiſtere ſcholā cōfeſſum eſt. Quo aūt mō exiſtere, non facile accipere. Theſſalorū. n. inopes moleſti fuerūt multotiēs Theſſalis. Similiter aūt Laconibus ſerui, quaſi enim inſidiātes in infortunijs ꝑſeuerāt, circa Cretenſes aūt nihil vnquā tale accidit. Cauſa aūt forte vicinas ciuitates quamuis pugnātes adinuicē, neq; vnā eſſe cōpugnantē diſtantibus ꝑꝑ nō expedire, etiā ipſis poſſidētibus prædia circa domos: Laconibus aūt vicini inimici oēs erant Argij, & Meſſenij, & Archades, qm̄ & Theſſalis a principio diſcedebāt ꝓpter bellare. Adhuc cū Achaicis vicinis, & Perebijs, & Magneſibus, videtur aūt & ſi nihil alterū, ſed qđ curæ q̄dē operoſum eſſe, quo oporteat ad ipſos colloqui modo. Remiſsi quidē iniuriantur & æqualibus dignificāt ſe ipſos dominis, & male ferendo viuētes, inſidiāt & odiūt, Palam igitur quod non ex inuenientibus optimū modum quibus hoc accidit circa ſeruitutē.

A ea, quæ pertinent ad mulieres, ibi. { Adhuc autem, &c. } Tertio ea, quæ pertinent ad poſſeſſiones, ibi. { Poſt ea enim quæ &c. } Hæc enim tria a ciuibus habentur. Dicit ergo primo, ꝙ omnes confitentur hoc, quòd opportunum eſt ciuitati, quæ debet bene viuere politice, ꝙ in ea exiſtat inſtitutio neceſſariorum, ideſt

*re, faciliter mutare leges ex præſentibus in alias nouas, infirmam facere eſt uim legis.*

*Præterea, ſi mutandæ ſunt leges, utrum omnes & in omni Repub. ue non, & utrum a quocumque, aut qui*B *buſdam. In his enim magna eſt differentia, quapropter nunc quidem omittamus conſiderationem hanc, nā aliorum eſt temporum.*

## *LECTIO XIII.*

*DE Lacedæmoniorum autem Repub. & Cretenſium, fermè autem & de aliis, duo ſunt conſideranda. Vnum, ſiquid recte, uel non recte, ad optimam con-* C *ſtitutionem in illis ſit ordinatū. Aliud, ſiquid ad ſuppoſitionem & modum ſubcontrariæ ſibi propoſitæ Reipub.*

*Quòd igitur neceſſarium eſt in bene conſtituenda Rep. neceſſariorum adeſſe facultatem, omnes fatentur, ſed quemadmodum id futurum ſit, non facile eſt comprehendere, nam & Peneſtiæ Theſſalorum, multoties in ipſos Theſſalos inſurrexerunt. Et Ilotes Lacedæmoniorum in caſibus eorum aduerſis numquam inſidiari deſtiterunt,* D *uerum apud Cretenſes nihil adhuc tale accidit. Cauſa forſan eſt, quia uicinæ ciuitates, quâmuis inuicem bellum gerant, tamen earum nulla rebelles recipit, quoniam id non conducit, quando & ipſæ Periœcos habent. At Lacedæmoniorum, finitimi: omnes inimici erant, Argiui, Meſſeni, & Arcades, nam & Theſſalis ab initio rebellarunt, dum cum finitimis Achæis, & cum Perrhæbis, & Magneſiis gererent bellum. Videtur autē & ſi nihil aliud,* E *attamen hoc ipſum eſſe perdifficile, quemadmodum cum eis ſit conuerſandum, nam ſi remiſſe erga illos te geras, ſuperbiunt illi quidem, ac ſe pares dominantibus extimant, ſin aſpere tractentur, inſidiantur atque odio habēt. Patet igitur nō reperire optimum modum eos quibus iſta contingunt, circa ſubiectos.*

ſeruorum, vel quorūcumque, qui ſunt neceſſarii adminiſtrandum, vt ſcilicet ipſi recta diſciplina potiātur, ſed quomodo fiat non poteſt de facili accipi. Quod autem hoc ſit neceſſarium, manifeſtat conſequēter per inconuenientia, quæ ex eis ſequūtur, quando non ſunt bene diſciplinati. Multoties enim contigit, ꝙ pauperes in Theſſalia moleſti fuerunt diuitibus, & ſimiliter Lacedæmoniis ſerui eorum frequenter fuerunt infeſti: inſidiabātur. n. eis quando aliqua infortunia eis contingebant, ita vt nō poſſent eos reprimere, & in talibus infortuniis eos moleſtabāt. Sed Cretenſibus nihil tale accidit, & forte huius cauſa eſt, q̄a quàmuis ciuitates, q̄ ſunt vicinę pugnent adinuicem, nulla tamen eſt ciuitas, quæ pugnet cōtra aliquos ciues diſtantes, eo ꝙ non expediat eis, ꝑꝑ hoc ꝙ prædia poſſident prope ciuitatē, & domos ſuas, & ſic, ſi longinquum bellū ſuſciperent, non poſſent ſuorum prædiorum curam habere, & quia Cretenſes nō habebant vicinos, q. contra eos pugnarēt, puta in inſula maris exiſtentes, non frequenter imminebāt eis infortunia, in quibus ſerui vel inopes poſſent eis inſidiari, ſed Lacedæmoniis omnes vicini inſidiabantur. Erant enim totaliter dediti rebus militaribus, vt Vegetius dicit in lib. de re militari, ſicut & Athenienſes philoſophiæ. Inimicabantur enim Argiui, & Meſſeni, & etiam Arcades, & a principio etiam diſcordabant a Theſſalis, habuerunt etiam bella cum Acheis vicinis eorum, & Pereis, & Magneſiis, & ideo multoties infortunia eis īminebant, quibus eorum ſerui inſidiabantur. Sic igitur patet, ꝙ neceſſariū eſt, vt ſerui & alii neceſſarii diſciplinentur, ſed ꝙ hoc non ſit facile, oſtendit conſequenter, & dicit, ꝙ ſi nihil alterū eſſet, iſtud videtur operoſum eſſe quantum ad curam, quam oportet habere de ſeruis, quomodo oporteat ad eos colloqui, vel qualitercūque conuerſari, quia ex vna parte, ſi homo benigne ſe habeat ad eos,

eos, inſoleſcunt & efficiuntur iniurioſi, & reputant ſe æquales dominis ſuis. Ex alia vero parte ſi ipſi viuant, ſemper mala ſuſtinendo a dominis ſuis, odiunt eos & inſidiantur eis, vnde difficile eſt videre qualiter ſint tractandi. Oportet enim medio modo ſe ad eos habere, vt non iniuſte affligantur, nec tamen eis nimia familiaritas oſtēdatur.

c Adhuc aūt ad mulieres remiſſio & ad electionē politiæ votiua, & ad fælicitatem ciuitatis: quēadmodū .n. domus pars vir & mulier, palā q̄a & ciuitatē ꝓpe ei q̄d eſt in duo diuidi oportet putare, vt ad virorū multitudinē & mulierū, itaque in quibuſcūque politijs praue habet quod circa mulieres, medium ciuitatis oportet putare eſſe inordinatum lege.

G *Præterea, lenitas in mulieres, & ad propoſitum Reipublicæ nocet, & ad directionem ciuitatis, ut enim domus partes, ſunt uir & uxor ita & ciuitatem bifariam diuidi cenſendum eſt, in uirorum multitudinem, ac mulierum. Quocirca in quacumque Repu. male prouiſum eſt circa mulieres, in ea putandum eſt medietatem ciuitatis eſſe neglectam.*

d Quod quidem ibi accidit, totam.n. ciuitatem legislator eſſe volens perſeueratiuam ſecundum viros quidem talis eſt. In mulieribus autem neglexit Viuunt.n. voluptuoſe ad omnem intemperantiam & delitioſe.

*Quod ibi contingit, uolens enim legislator totam ciuitatem eſſe duram, ac laborum patientem. In uiris quidem id feciße conſtat, in mulieribus autem non feciße, uiuunt enim molliter, ac in omnem licentiam diſſolute.*

H e Itaque neceſſarium in tali politia honorari diuitias. Aliterq; & ſi exiſtant a mulieribus continētes, quēadmodum multa militarium & bellicorum generū, vel etiam ſiquidem alteri honorauerunt eum qui ad maſculos coitum, videtur.n. qui fabuloſe loquutus eſt primus non irrationabiliter coniunxiſſe Martē ad Venerem, aut.n. ad eam quæ maſculorū collocutionē, aut ad eā quę mulierū videntur inhiantes oēs tales, ꝓpter quod apud Lacones extitit, & multa diſpēſabantur a mulieribus in principatu ipſorum, quāuis quid differt mulieres principari, aut principes ſub mulieribus regi? Idem.n. accidit: vtili enim exiſtente audacia ad nihil circularium, niſi ad bellum maxime nociuę etiam ad hoc quæ Laconū erāt, oſtēderūt aūt ī eo qui Thebeorū cōgreſſu, vtiles quidē .n. nihil erant, quēadmodū in alijs ciuitatibus. Tumultū autē exhibebant pluſquam inimici. K

*Itaque neceßarium in tali Republ. diuitias haberi in precio. Præſertim cum uiri ſint mulieribus obnoxii, quod accidit omnibus fermè militaribus, bellicoſiſque gentibus, præterquam Celtis, aut ſi qui alii coitum maſculorum palam receperunt. Videtur autem qui primus fabulatus eſt, non irrationabiliter Venerem Marti coniunxiße, quoniam omnes huiuſcemodi homines proni ſunt ad uenerea, illiſque obnoxii, itaque apud Lacedæmonios hoc fuit. Multaque in eorum principatu a mulieribus adminiſtrabantur. At enim quid refert, utrum mulieres ipſæ gubernent, an eos qui gubernant, a mulieribus gubernari? Ita enim accidit. Cumque inſolentia ad nullum obſequium utilis ſit, niſi forte ad bellum, maxime nociuæ etiam ad hoc ipſum Laconum mulieres erant. Patefecerunt hoc in Thebanorum aduentu, non enim magis utiles præſtiterunt ſe, quàm aliarum ciuitatum mulieres, & turbam inferebant magis quam hoſtes.*

Ex iſtis ergo concludit, ꝙ Lacedæmonii, quibus hoc accidit, vt a ſeruis ſuis moleſtarent, nō ſunt ex illis, qui optimū modum inuenerunt circa gubernationem ſeruorum. Deinde cum dicit.

c ¶ Agit de politia Lacedęmoniorū quātum ad mulieres. Et circa hoc quatuor facit. Primo oſtendit, neceſſarium eſſe, ꝙ mulieres in ciuitate bene diſciplinentur. Secundo oſtendit q̄d circa hoc Lacedæmonii obſeruarent, ibi. {Quod quidem ibi, &c.} Tertio oſtendit, quæ inconuenientia ex hac obſeruātia ſequerentur, ibi. {Itaque neceſſariū, &c.} Quarto oſtendit, q̄ fuerit cauſa huius obſeruantiæ, ibi {A principio quidem igitur &c.} Dicit ergo primo, ꝙ remiſſio legū circa mulieres, vt ſcilicet abſque conuenienti diſciplina in ciuitate viuant, ad duo eſt nociua. Primo quidē ad electionem politiæ, quia ꝑ earum inordinationem totam politiam contingit immutari, vt dicetur. Secundo ad fælicitatem ciuitatis, quia propter earum inordinationē multa inconuenientia poſſunt in ciuitate ſequi, & hoc manifeſtat per hoc, ꝙ ſicut partes domꝰ ſunt vir & mulier, vt in Primo dictū eſt, ita oportet quaſi totam ciuitatem, quæ ex domibus conſtituitur, in duo diuidi, conſiderata multitudine virorum & mulierum. Vnde ſequitur, ꝙ in quibuſcumque ciuitatibus male ſe habet ordinatio mulierum, reputandum eſt, ꝙ medietas ciuitatis non ſit bene ordinata ſecundum leges. Deinde cum dicit.

d ¶ Oſtendit, quid circa hoc obſeruaretur apud Lacedæmonios, ibi enim accidebat prędicta inordinatio mulierum, cum enim de intentione Legislatoris eſſet, ꝙ tota ciuitas eſſet potēs ſuſtinere & abſtinere a delitiis, hoc quidem bene obſeruabatur quantum ad viros, ſed mulieribus hoc inſtituere legislator neglexit. Viuunt enim ibi mulieres voluptuoſe ſecundum omne genus intemperantiæ, & etiam delitioſe. Deinde cum dicit.

e ¶ Oſtendit quæ inconuenientia ſequebantur, & ponit quatuor, quorum primum eſt, ꝙ neceſſarium eſt in tali politia, in qua mulieres ſic delitioſe viuunt, ꝙ viri multum appræcient diuitias, & concupiſcant eas, vt ex his ſatisfacere poſſint delitiis F mulierum, quæ ſine magnis ſumptibus eſſe non poſſunt. Hoc autem multum facit ad hoc, ꝙ mores corrumpantur in ciuitate quòd multum curent de diuitiis. Ex hoc enim ſequitur, ꝙ omnia in ciuitate ſint venalia, quod corrumpit ſtatum ciuitatis. Secundum inconueniens ponit, ibi. {Aliterque & ſi exiſtentes, &c.} Et dicit, ꝙ ſi cogatur multitudo ciuium, vt nimis abſtineat a mulieribus, ſequitur ꝙ labantur ad turpe vitium, ſcilicet ad coitum maſculorū, ſicut accidit multis militātibus & bellicoſis viris, & quibuſcumque ſimilibꝰ. Qui enim primo fabuloſe induxit, quòd Mars fuit maritus Veneris, non irrationabiliter eſt locutus, q̄a viri bellicoſi, qui ſūt martiales, luxurioſi ſunt, & inhiant vel ad coitum maſculorum, vel mulierum. Dicitur enim in libro de Problematibus, ꝙ equitantes cōtinue, luxurioſi magis ſiunt, quia propter caliditatē & motum, hoc patiuntur, quod accidit in coitu, hoc etiam quod frequenter vacant a negociis, eos luxurioſos facit. Et hoc etiā accidit Lacedæmoniis, propter hoc ꝙ ad nimiam continentiam mulierum legiſlator eos induxit. Tertiū inconueniens ponit, ibi. {Et multa diſpenſabūtur, &c.} Et dicit, ꝙ mulieres in Lacedæmonia, ꝓpter hoc ꝙ delitioſe viuebant, præſumptuoſæ reddebantur, & volebant ſe de omnibus intromittere, ita ꝙ etiam in principibꝰ ciuitatis, multa diſpenſabantur ꝑ mulieres, & tamen nihil differt, vtrum ipſæ mulieres principentur, vel ipſi principes ſub mulieribus regantur, quòd eis ſubiecti ſunt propter inſolentiam mulierum. Idem enim accidit vtroque modo, vt ſcilicet ciuitas male regatur, quia mulieres deficiunt ratione. Quartum inconueniens ponit, ibi. {Vtili enim exiſtente audacia ad nihil, &c.} Mulieres enim Lacedæmoniorum propter delitias inſolentes & audaces reddebantur. Audacia autem in ciuitate ad nihil circum adiacentium negociorum vtilis eſſe poteſt, niſi ad bellum, & tamen ad hoc etiam audacia illarum mulierum erat nocua, quod quidem manifeſtatum fuit in bello, quod habuerunt cum Thebanis, in quo mulieres ad nihil vtiles erant, nolentes facere miniſteria, quæ in aliis ciuitatibus mulieres faciunt. Sed viris pugnantibus, maiorem tumultum inferebant, quàm etiam inimici, volentes forte de omnibus ſe intromittere. Vnde ex his patet remiſſionem mulierum nocuam fuiſſe. Deinde cum dicit.

f ¶ Oſtendit



A f ¶ Oſtendit cauſam prædictæ obſeruantię, Et dicit, ꝙ rationabiliter Lacedæmoniis accidit a principio remiſſio diſciplinæ circa mulieres, quia propter militiam, cui totaliter dedita erat ciuitas, multo tempore peregrinabantur extra domum, pugnātes contra Argos & Arcades & Meſſenios. Et ideo mulieres, quę remanebāt domi abſque viris, ad libitum viuentes nullam diſciplinam a viris habentes, & ex hac etiā cauſa contigit, ꝙ viri facti ſunt virtuoſi in multis. Vacantes enim rebus bellicis ſe exhibebant prōptos ad obediendū legiſlatori propter conſuetudinem militaris vitæ, quæ multas in ſe continet partes virtutis. Requirit enim talis vita maximam obedientiam & abſtinentiam a delitiis, & perſeuerantiam in laboribus, & rebus doloroſis. Poſtmodum Licurgꝰ legiſlator Lacedæmoniorum conatus fuit mulieres reducere ad rectā diſciplinam legum. Sed mulieres omnino reſtiterunt propter prauam cōſuetudinem, & ideo oportuit ꝙ legiſlator diſiſteret ab incepto. Hę ſunt igitur cauſæ eorum, quæ fiebant apud Lacedæmones & poteſtatis mulierum, quę apud eos erat, & quāuis ex rationabili cā hoc acciderit abſque eorū culpa, & ſic ſint excuſandi, tamē nos non cōſideramus modo, quibus oporteat dare veniam, vel nō dare. Non enim intendimus eos laudare vel vituperare, ſed oſtendere, quid recte ſe habeat, vel non recte. Manifeſtum eſt enim, ꝙ ea quæ non bene ſe habebant circa mulieres, apud eos non ſolum erant indecentia ſecūdum ſe politiæ eorum, ſed etiam ī animis ciuiū aliquid addebant ad amorem pecuniæ, vt dictum eſt. Deinde cum dicit.

f A principio quidem igitur videtur accidiſſe Laconibus rōnabiliter mulierū remiſſio, extra domum enim propter militias peregrinabantur multo tempore, pugnātes ad Argos bellum, & rurſum ad Archades & Meſſenios, vocātes autē ſe exhibebāt legislatori ꝑparatos factos ꝓꝑ militarē vitam, multas.n. habet partes virtutis. Mulieres autē aiunt quidem conatū fuiſſe Lycurgum ducere ad leges, vt aūt reſiſtebant diſcedere rurſum. Cauſæ quidem igitur ſunt hęc factorum quia palā, quia & huius peccati, ſed nos hoc non cōſideramus cui oporteat veniā habere aut nō habere, ſed de eo q̄d recte aut non recte. Quæ aūt circa mulieres habentia non bene ſicut dictū eſt & prius, non ſolum indecentiā quandā facere politię ipſius ſecundū ſe, ſed addere aliq̄d ad amorē pecuniæ. C

*Ab initio igitur rationabiliter contigiße Lacedæmoniis uidetur in mulieres indulgentia, cum per militiam multum domo abeßent. Argiuis primo, mox Arcadibus & Meßeniis bellum inferentes. Irrefragantes enim ſeipſos legislatori præſtabant, aßuefacti, propter militarem uitam. Multas.n. B continet utilitatis partes. Mulieres autem, fertur Licurgus deducere conatus ad leges, at ubi repugnabant, abſtinuiße. Cauſæ igitur factorum hæ ſunt, itaque & huius admiſſi. Sed nos non id conſideremus, cui uenia danda ſit, uel non danda, ſed rectum ne ſit, uel non rectum, quæ porro circa mulieres non bene ſe habent, uidentur, ut diximus ante, non ſolum ipſa per ſe indecentiam quandam facere in Repub. ſed impellere quoque ad cupiditatem pecuniæ.*

g Poſt ea.n. quæ nūc dicta ſunt, eos qui circa irregularitatē poſſeſſionis increpabit vtique aliquis, ijs quidem.n. ipſorum accidit poſſidere multā valde ſubſtantiā, ijs autē omnino modicam, propter quod quidem ad paucos venit regio.

*Poſt illa enim, quæ nunc dicta ſunt inæqualitatem rerum poſſeſſarum quis reprehendat? nam eorum quibuſdam hoc euenit, ut magnam nimium opulentiam haberent, aliis uero, ut penitus exiguam. Quapropter ad paucos deuenerunt agri.*

D h Hoc aūt etiam per leges ordinatum eſt praue, emere quidem enim aut vendere exiſtentem fecit non bonū, recte faciens, dare aūt & derelinquere poteſtatē dedit volentibus, quāuis idē accidere neceſſarium illo mō & iſto. Sunt aūt mulierū ferè oēs omnis regionis quinq; partiū, duæ hæredibus multis factis, & ꝓpter dotes dare magnas, quāuis melius nullam, aut modicā aut mēſuratā inſtitutā eſſe. Nūc aūt licet dare hæreditariā cuicūque voluerit, & ſi morit̄ non diſponēs quē vtiq; derelinquat hęredē. Iſte cuicūq; uoluerit dat. E

*Hoc autem ex eo accidit, quia male fuerat lege prouiſum, emere quidē aut uendere, quod habeas, fecit non honeſtum, recte id quidem, ſed donare, ac teſtamento relinquere conceſſit. Atque idem accidat neceße eſt, per hunc modum, & illum. Sunt enim mulierum ferè ex quinque partibus totius regionis duæ, multis hæredibus inſtitutis, & traditione dotium magnarum. Atqui melius erat, aut nullam, aut paruam, aut mediocrem eſſe conſtitutam. Nunc autem licet donare ex teſtamento cuicumque etiā ſi nullo inſtituto herede deceſſerit.*

i Igitur cum poſſit regio mille equites mittere & quingentos, & viros ad arma triginta milia,

*Ex quo factum eſt, ut regio ſufficiens mille & quingentos equites alere, peditum uero xxx. millia, ne mille*

g ¶ Agit de politia Lacedęmoniorū quātum ad poſſeſſiones. Et primo improbat politiam ipſorum circa poſſeſſiones, oſtendens eam eſſe nocuā ciuitati. Secūdo oſtēdens eam eſſe contrariam legiſlatoris intētioni, ibi. {Contraria autem &c.} Circa primum tria facit. Primo proponit, ꝙ apud eos erat irregularitas poſſeſſionum. Secundo oſtendit vnde prouenerit, ibi. {Hoc autem etiam &c.} Tertio oſtendit nocumentum, quod ex hoc eſt ſecutum, ibi. {Igitur cum poſſit regio, &c.} Dicit ergo primo, ꝙ poſt prædicta, quæ reprobanda ſunt in hac politia circa ſeruos & mulieres, poteſt etiam eos aliquis A increpare, quia circa irregularitatem poſſeſſionis delinquebāt. Accidebat enim apud ipſos, ꝙ aliqui habebant valde magnas poſſeſſiones. Alii vero habebant valde modicas, ita ꝙ quaſi tota regio ad dominium paucorum peruenerat. Deinde cū dicit.

h ¶ Oſtendit, vnde hæc irregularitas proceſſerit, & dicit, quòd hoc proceſſit ex praua ordinatione legis. Statuit enim legiſlator apud eos, ꝙ ciuis nō eſſet dominus vēdendi & emendi, vt ſcilicet, poſſet poſſeſſionem ſuam vendere, aut emere alienā quacumq; ex cauſa. Et hoc quidem bonū fecit ad regulandas poſſeſſiones, non tamen recte, quia non ſufficienter. Dedit enim poteſtatem ciuibus, vt quibuſcumque vellent, darēt inter viuos, vel etiam derelinquerent in Teſtamento bona ſua, ex quo etiam accidebat irregularitas poſſeſſionū, ſicut ex emptione & venditione, ita ꝙ ſi totum eorum territorium diuideretur in quinq; partes, duæ illarum partium iam peruenerant ad mulieres. Tum, quia multæ earum erant inſtitutæ hæredes a viris morientibus, tum etiam quia quando nubebant, accipiebant magnas dotes, cum tamē multo melius ſit, ꝙ vel nulla dos detur, vel modica, vel moderata. Sed apud Lacedæmonios licebat cuilibet in Teſtamento dimittere hæredem bonorum ſuorū quemcumque voluerit, & ſi in ſua morte non velit dimittere hæredem, poteſt diſtribuere bona ſua cuicumque voluerit. Deinde cum dicit.

i ¶ Oſtendit, quod nocumentum ſit inde ſecutum, & dicit, ꝙ cum tanta ſit eorū regio, ideſt territorium, ꝙ poſſet nutrire mille quingentos equites, & ſuper hoc xxx. millia bellatorū peditum, ad tantam paucitatem deuenerant, poſſeſſionibus deuenētibus ad paucos, ꝙ non erant niſi mille bellatores in ciuitate. Et ſic per opera eorum manifeſtum eſt, ꝙ ꝓdicta inſtitutio mala erat, quia ciuitas illa ex hoc deperiit, cum nullam grauem hoſtilem plagam ſuſtinuerit. Dicitur autem, ꝙ in antiquis temporibus extendebant politiam ſuam quantum poterant, vt haberent multitudinem bellatorum, ita ꝙ aliquando (vt dicitur) Lacedæmones habuerunt in exercitu ſuo .x. millia armatorum. Sed ſiue iſta ſint vera, ſiue non, tamen oportunum eſt, ꝙ per regulatas poſſeſſiones ciuitas

viris

viris repleatur, quod aliter fieri non poteſt. Quia ſi poſſeſſiones ad paucos deuoluantur, alii propter paupertatem deſererẽt ciuitatem. Deinde cum dicit.
K ❡ Oſtendit, ꝙ prædicta irregularitas poſſeſſionum erat contraria intentioni legiſlatoris, qui propoſuerat quandam legem circa filiorum generationem, cõtrariam prædictæ inſtitutioni, ex qua ꝓcedebat irregularitas poſſeſſionum. Intendens .n. legiſlator, ad hoc ꝙ eſſent plures ciues in ciuitate, prouocauit eos, ad hoc ꝙ generarent multos filios quibuſdã immunitatibus: erat enim ſtatutum lege apud eos, ꝙ ille qui genuiſſet tres filios, eſſet ſine cuſtodia, quia ſcilicet non tenebatur ire ad cuſtodiam ciuitatis, qui autem genuerat quatuor filios erat immunis ab omnibus vectigalibus & tributis, & tamen manifeſtum eſt, ꝙ ſi obſeruetur prędicta regularitas in diuiſiõe poſſeſſionum, neceſſe erit, ſi generentur plures filii, quòd ſint multi pauperes in ciuitate, quod eſt nocuum ciuitati, vt ſupra dictum eſt.

neq; mille multitudine erãt, factum eſt aũt per opera ipſorũ. Manifeſtũ, qa praue ipſis habebãt, quæ circa inſtitutionẽ hãc, nullam enim plagam pertulit ciuitas, ſed perijt propter hominum paucitatem, dicunt autem, quòd ſub prioribus regibꝰ
G deiciebant politiam vt non fieri tunc hominum paucitas bellantibus multo tempore, & aiũt fuiſſe aliqñ Spartiatas, & decẽ milia, attamẽ ſiue ſint vera iſta, ſiue non, melius per poſſeſsionẽ regulatã replere viris ciuitatẽ.
k Contraria aũt, & quę circa filiorũ procurationẽ lex ad hanc directionẽ. Volens.n. legislator vt plures ſint Spartiatæ, prouocat ciues ꝙ plures faciant pue-
H ros. Eſt aũt ipſis lex, eum qui genuerit tres filios Aphuron eſſe, eũ aũt q quatuor ſine vectigali oĩum, quãuis manifeſtũ ꝙ multis factis, regione aũt ſic diuiſa, neceſſariũ multos fieri paupes.

*quidem totos habeat. Probauit autem res ipſa praue apud illos in hac parte fuiſſe prouiſum. Quoniam uno modo plaga ſuſcepta, ciuitas ea corruit, nec ultra pertulit ob hominum paucitatem. Aiunt etiam per tempora priorum regum, nouos homines permul-*
G *tos ciuitate donatos, ob numerum ciuium, qui bello diminuti fuerant, ad augendum, & aiunt fuiſſe quandoque Sparciatas decem millia, attamen ſiue ſint iſta uera, ſiue non ſint, melius eſt per adæquationem poſſeſſionum replere hominibus ciuitatem.*

*Contraria etiam quodammodo eſt huic prouiſioni lex illa circa prolem. Volens enim legislator quàm plurimos fore Sparciatas, inducit ciues ad*
H *multitudinem procreandam. Eſt enim illis lex, qui tres genuerit filios, eum eſſe immunem a cuſtodia, qui uero quatuor, immunem eſſe ab omnibus. Atqui patet, quòd ſi multi gignantur, regione ſic diſtributa, neceſſarium eſt multos fieri pauperes.*

## LECTIO XIIII

Poſtquàm Philoſophus proſecutus ẽ de politia Lacedæmoniorum, quãtum ad ea quæ habentur a ciuibus, ſcilicet ſeruos, mulieres, & poſſeſſiones, hic proſequitur de eadem politia quantum ad ipſos ciues, & primo q̃tum ad principes. Secundo, quantum ad populum, ibi. {Non bene autem &c.} Tertio quantum ad bellatores viros, ibi. {De regno autẽ &c.} Erãt autem tres principatus apud Lacedæmones, vt etiam ſupra tactũ eſt, ſcilicet Ephori, ideſt prouiſores, & de his primo tractat. Et iterum ſeniores quidam, & de his tractat ſecundo, ibi. {Adhuc autem & electionem, &c.} Erat ẽt Rex in ciuitate, & de hoc tractat tertio, ibi {De regno aũt &c.} Circa primũ improbat principatũ Ephororum quantum ad quinque. Primo quidẽ, quantum ad conditionem perſonarum, quę in hoc principatu conſtituebãtur. Et dicit, ꝙ ea quæ erant circa hunc principatũ praue ſe habebant, hic enim principatus habebat dominium & poteſtatem ſuper ea quæ erant maxima in ciuitate, puta circa
F indicenda bella, vel faciendam pacem, & circa electiones militum, & alia ſimilia. Et tamen ad iſtum principatum omnes eligebantur ex populo, ita ꝙ quandoque accidebat, ꝙ homines valde pauperes aſſumebantur ad talem principatum, qui propter penuriam venales erant, & facile poterant corrumpi muneribꝰ, quod quidem prius multoties oſtẽderãt. Sed nuꝑ oſtenderũt in quodam negocio, quod habebant cum Andriis, corrupti.n. fuerunt ab eis argento, ita ꝙ quantum in ipſis fuit, totam ciuitatem periculo expoſuerunt. Secũdo ibi. {Et propter principatum eẽ valde magnũ, &c.} Improbat prædictum principatum quãtum ad magnam poteſtatem quam habebat. Et dicit, ꝙ qa iſte principatus erat valde magnus & quaſi æqualis tyrannidi, ita attenuabat poteſtatem regiam, quòd eum cogebat, vt permitteret, ꝙ populus ſeipſum regeret, parum obediens legi. Et ſic corrũpebatur tota politia ipſorum, quia ex optimate degenerabat in popularem ſtatum, & tamen iſte principatus quantum ad aliquid erat vtilis, quia continebat ciuitatem in pace, quieſcebat enim populus a ſeditione, propter hoc, ꝙ habebat partẽ in magno principatu. Et hæc vtilitas ſequebatur ꝑ experimentum in ipſis rebus, ſiue hoc fuerit ex intentione legiſlatoris, ſiue fortuito acciderit. Oportet enim, ad hoc ꝙ politia cõſeruetur, quòd omnes partes ciuitatis velint eam eſſe, & ꝙ cuilibet parti ciuitatis, ſufficiat ꝙ permaneat in ſuo ſtatu, & hoc ibi contingebat, nam reges acceptabant, propter honorem quem ibi habebant. Præſtantes autem, ideſt virtuoſi viri acceptabant, propter ſenatum. Iſte.n. principatus erat virtutis præmium, ita ꝙ nullus ad eũ aſſumebatur niſi virtuoſus. Populus autem acceptabat propter principatum Ephororũ, qui cõmunicabatur omnibus. Tertio ibi. {Sed eligibilem oportebat &c.} Improbat prędictum principatum quantum ad electionem. Erat enim commendabile, ꝙ ad illum principatum aſſumerentur ex omnibus per electionem; ſed modus eligendi erat valde puerilis, quia forte per ſortes, vel alio inconuenienti modo eligebant, ita ꝙ iſte deueniebat quandoque ad inopes, ſicut

LECTIO XIIII.

T vero & q̃ circa Ephoriam, praue ſe habent, principatus enim dominus quidã maximorũ ipſius
I eſt, fiunt aũt ex populo oẽs, vt & multotiens incidãt homines valde pauperes in locum principũ, qui pp penuriã venales erãt: oſtenderanţ autẽ multotiens & prius, & nũc aũt in Andriis, corrupti.n. argento quidã, quantũ in ipſis totam ciuitatem perdiderũt, & propter principatum eſſe valde magnum & ęquityrannicum, regere populum ſeipſos cogebãt reges, vt & ſic ſimul læ
K datur politia: Democratia autem ex Ariſtocratia accidebat, continet quidẽ igitur politiam principatus hic, quieſcet enim populus, eo quòd participet maximo principatu, itaq; ſiue propter legislatorẽ, ſiue ꝓpter fortunam hoc euenerit, vtiliter habet rebus. Oportet.n. politiam ſaluandã oẽs velle partes ciuitatis eſſe, & permanere has. Re-

*LECTIO XIIII.*

*T enim & quæ circa Ephoros conſtituta ſunt, praue ſe habent, hic enim magiſtratus maximarum apud illos rerum*
I *poteſtatem habet. Sumuntur autem ad eum ex plebe omnes, ut multoties contingat homines ualde pauperes in hac poteſtate conſtitui, qui propter egeſtatem uenales ſint. Oſtenderunt id & ſæpe prius, & nunc in Andriis. Corrupti enim pecunia quidam, quantum in ſe fuit Rempub. euerterunt. Et propter eius magiſtratus nimiam poteſtatem, ac tyrannidi parem, reges ipſos populares fieri compulerũt, ut in hac quoque parte reſp. læderetur. Popularis enim ſtatus ex opti-*
K *mate reſultauit. Continet tamen Rempub. magiſtratus iſte, acquieſcit enim plebs, ex eo quia maximi magiſtratus capax eſt. Ita, ſiue per legislatorem, ſiue per fortunam euenit hoc, utiliter ſe habere. Oportet enim rempub. quæ duratura ſit, uelle, ut omnes ciuitatis partes conſtent, atque in ſtatu ſuo permaneant. Reges ergo*



ſicut dictum eſt. Quarto, ibi. {Adhuc autem & iudiciorũ &c.} Improbat prædictum principatum quãtum ad arbitrium, quod habebat. Et dicit, quod hoc erat improbabile, ꝙ quicumque eſſent Ephori, habebant in ſua poteſtate arbitrium iudicandi de rebus magnis. Melius enim erat, ꝙ non iudicarent ſecundũ proprium arbitrium, ſed ſecundũ aliquas ſcripturas & leges. Quinto, ibi. {Eſt aũt &c.} Improbat prædictũ principatum quantũ ad eorum conuerſationem. Et dicit, ꝙ eorum diſciplina in cibis & veſtibus & potibus, & aliis huiuſmodi non conſonabat voluntati ciuitatis, quia in quibuſdã erãt valde remiſſa, puta forte in veſtibus vł in ocio. In aliis autẽ puta forte in cibis & venereis, imponebatur eis dura lex, forte propter hoc, vt non emolleſcerent, ita ꝙ non poterant eam ſuſtinere, ſed occulte tranſgrediebantur legem ſibi poſitã fruentes corporalibus delectationibus. Et ſic eorum conuerſatio erat contra intentionem ciuitatis. Deinde cum dicit.
b ❡ Improbat politiam prædictã quãtum ad principatum ſeniorum. Et primo quantum ad poteſtatem ipſorum. Secundo quantum ad electionem eorum, ibi. {Inſuꝑ creatio, &c.} Dicit ergo primo, ꝙ apud Lacedæmones non bene ſe habẽt ea quę pertinẽt ad principatum ſeniorũ, manebant enim perpetuo in principatu. Si enim huiuſmodi ſeniores poſſent inueniri, qui eſsẽt virtuoſi, & ſufficienter inſtructi ad virilem bonitatem, poſſet forte aliquis dicere, ꝙ expediens eſſet ciuitati ꝙ perpetuo manerẽt in principatu, quamuis, etiam ſi eſſent ꝑfecte virtuoſi, formidabile eẽt ciuitati, ꝙ aliqui eſſent habẽtes dominium & poteſtatem ſuper magna iudicia ciuitatis, & hoc per totam vitam ſuã, quia ſicut virtus corporis ſenectute debilitatur, ita etiam plerumque virtus mentis, quia poſtquam ſeneſcunt homines, nõ habent nec illud robur animi, nec illam viuacitatem ingenii, quam habebãt in iuuentute propter de-
A bilitatem virtutum ſenſitiuarum deſeruientium parti intellectiuæ. Multo plus igitur formidandum eſt aliquos principari per totam vitam, ſi ſunt iſto modo inſtructi ad bonum, ſicut erant apud Lacedæmones, ita ꝙ etiam legiſlator non confidebat de eis omnino, ſicut de bonis viris, quia non omnia committit eis. Frequenter autem tales volunt videri liberales in plebem, vt captent ſibi fauorẽ populi, & ſic abſque vtilitate ciuitatis diſpergunt bona cõmunia. Vnde meliꝰ eſt, ꝙ habeant quandam correctionem, talem ſcilicet, vt ſi deficientes inueniantur, poſſint amoueri, nũc autem ſunt abſque tali correctione. Habebant tamen aliquam correctionem, quia principatus Ephororum poterat corrigere oẽs principatus, impediẽdo ſcilicet ne ſententiæ eorum procederent, ſed videtur male facere, & hęc erat maxima dignitas Ephororum. Sed nos intelligimus de alia correctione, vt ſcilicet poſſint amoueri, quod Ephori facere non poterant. Deinde cum dicit.
c ❡ Improbat prædictum principatum quantum ad electionem ipſorum, & hoc duplici ratione, circa quarum primam dicit, ꝙ electio ſeniorum, quæ fiebat apud eos, erat valde puerilis. Erat enim apud eos ordinatum, vt illi qui digni viderentur tali principatu, peterent ipſum, qđ nõ recte ſe habet, a ſecundum hoc nullus aſſumeret ad principatum niſi volens. Oportet autem aliquem, qui dignus eſt principatu, aſſumi ad principatum, ſiue velit, ſiue non velit, qa vtilitas communis ẽ præferenda propriæ voluntati ipſius. Secũdam rationem ponit, ibi. {Quòd autẽ legiſlator &c.} Et dicit, ꝙ per hanc ordinationem circa electionem ſenum, legiſlator videtur facere ciues amatores honoris, ſicut & circa aliquam partem politię ideſt circa electionẽ Ephororum, vel etiã circa quæcũque alia, quæ faciebant ciues honoris amatores. Et ꝙ hoc facerent in electione ſenũm, patet. Nullus enim peteret principatũ, niſi principari

ges quidẽ igiť propter ipſius honorẽ ſic habẽt. Boni aũt ꝓpter ſenatũ: primum.n. principatus iſte virtutis eſt, populus aũt propter Euphoriã: conſtituiť.n. ex oĩbus. Sed eligibilẽ oportebat principatũ eſſe hũc ex oĩbus quidẽ, non aũt iſto mõ quo nunc, puerilis.n. eſt valde. Adhuc aũt
B & iudiciorũ magnorũ ſunt domini exiſtentes quicũq;, pp qđ quidẽ non propria ſentẽtia melius iudicare, ſed ſecundum literas & leges. Eſt autem & diæta Ephororum non conſona volũtati ciuitatis, hæc quidem.n. remiſſa valde, in alijs autem magis excedit ad durum vt nõ poſſint perſeuerare, ſed latenter legem tranſgredientes fruantur corporalibus delectationibus.
b Habent autem & quę circa ſe-
C niorum principatum, non bene ipſis. Placidis enim exiſtentibꝰ & eruditis ſufficiẽter ad Andragathiã.i. ad virilẽ bonitatẽ forſitan vtiq; dicet aliquis expedire ciuitati, quãuis ꝑ vitã dños eſſe iudiciorũ magnorũ, formidabile ſit. Eſt.n. quẽadmodũ & corporis & mẽtis ſenectus, mõ aũt iſto eruditis vt & legislator ipſe diffidat vt nõ bonis viri nõ ſecurũ. videtur aũt & velle videri dã-
D tiui & inutiliter tribuẽtes multa cõiũ q participes fuerũt principatus iſtius, ꝓpter ꝙ melius ẽ ipſos nõ ſine correctiõe eſſe, nũc aũt ſunt: videbiť aũt vtiq; Ephororũ principatus oẽs corrigere principatꝰ. Hoc aũt Ephorię magnũ valde donũ, & mõ non hoc dñis oportere dare correctiões.
c Adhuc autẽ & electionẽ quã faciunt ſeniorũ ſm̃ iudicium, ẽ puerilis, & ipſum petere qui prĩcipatu digníficabiť nõ recte ha-
E bet. Oportet.n. & volẽtẽ, & non volẽtẽ principari q dignus ẽ prĩcipatu. Nũc aũt qđ & circa aliã politiam legislator videtur faciens, amatores enim honoris conſtituens ciues hic vſus eſt ad electionem ſenum. Nullus enim vtiq; principari quæret nõ amator honoris exiſtens, quãuis iniuſtitiarũ volũtariarũ plurima quidem accidant fere propter amorem honoris, & amorem pecuniarum hominibus.

*propter honorem ſuum ita ſe habebũt. Præſtantes autem uiri propter ſenatum, nam ea dignitas uirtutis eſt præmium. Plebs autem propter Ephoriã, nam cõſtituitur ex omnibus. Sed oportebat hunc magiſtratum ſumi quidem ex omnibus, non tamen per hunc modum, per quem nunc fit. Eſt enim ni-*
B *mium puerile, præterea & iudicandi de magnis rebus poteſtatem habent homines contingentes, itaque melius foret non ſecundum propriam mentẽ eos iudicare, ſed ſecundum literas, & leges. Eſt autem Ephororum uita nequaquam conueniens propoſito ciuitatis, nam Ephori quidem molliter uiuunt. In cæteris autem tanta aſperitas eſt uitæ, ut nequeant homines illã perferre, ſed clam tranſgredientes legem uoluptatibus fruantur.*

*Senatorum quoque poteſtas non re-*
C *cte apud illos conſtituta eſt. Nam quòd ſint uiri boni ac ſufficienter ad uirtutem eruditi, dicet forſan aliquis ciuitati conducere. Enimuero, quòd per omnem uitam magnis de rebus decernendi poteſtatem habeant, periculoſum eſt. Eſt enim ut corporis, ſic etiam & mentis ſenectus. Per hunc autem modum eruditis, ut & legislator ipſe diffidat, tamquam non bonis uiris, nequaquam tutum. Videntur autem hi, qui in hac poteſtate conſtituti ſunt, largiendi, gratificandique*
D *per multam facultatem habere, quapropter melius erat eos rationi reddendæ ſubiectos eſſe, nunc autẽ non ſunt. Videtur autem Ephororum magiſtratus omnes alios magiſtratus corrigere in hoc autem nimium certe illis permiſſum, & non per hunc modum dicimus rationem reddere oportere.*

*Inſuper creatio ipſa ſenatorum, quam per ſuffragia faciunt, perleuis eſt, ac ipſum petere qui eligendus ſit, non recte ſe habet: oportet enim & uo-*
E *lentem, & non uolentem ad magiſtratum aßumere, ſi dignus ſit eo magiſtratu. Nunc autem idem facere in hoc uidetur legislator, quod & in alia Repu. Ambitioſos enim faciens ciues, illis utitur ad ſenatorum delectum. Nemo enim magiſtratum petet, niſi honoris ſit affectator, atqui pleraque eorum quæ homines iniuſte faciunt, per ambitionem & auaritiam committuntur.*

d De regno aūt ſiquidem meliꝰ exiſtere ciuitatibus, aut non melius, aliud ſit ſermo; ſed & ſi melius, nō ſicut nunc, ſed per ipſius vitā vnumquēq; iudicare Regū. Quòd autē legislator neq; ipſe putat poſſe facere optimos, manifeſtū: diffidit enim vt non exiſtentibꝰ ſufficienter bonis viris, G ꝑꝑ qđ quidē emittebant ſimul legatos inimicos & ſalutē putabāt ciuitati eſſe diffidere reges.

e Non bene autē neq; circa cōuiuia vocata lege ſtatutū eſt ab eo qui inſtituit primū. Oportebat enim de cōmuni magis eſſe. quēadmodū in Creta: apud Lacedæmonas autē oportet ferre etiā ualde pauperibus quibuſdā exiſtentibus, & hoc conſumpto non potentiū expendere: quare H accidit cōtrariū legislatoris voluntati, vult quidem.n. Democraticum eſſe præparationē conuiuiorū. Fit autem minime Democraticum ſic lege ſtatutum, participare quidem enim nō facile valde pauperibus. Determinatio autē politiæ iſta eſt ipſis patria, non potentem hoc tributum ferre non participare ipſa.

f Eā aūt quæ circa nauigij principes legē & alteri quidē increpuerunt recte increpantes, ſedi- I tionis.n. fit cauſa, ſub regibꝰ.n. exiſtētibus militaribꝰ ſempiternis nauarchia ferè alterū regnū.

g Et hoc autem ſuppoſitionem legislatoris increpabit utiq; aliquis, quod quidem & Plato in legibus increpuit, ad partem.n. virtutis omnis ordinatio legū eſt, ſcilicet, bellicam: hæc enim utilis ad dominari. igitur ſaluabantur quidem bellantes, peribant autem principantes propter neſcire vacare, neque ad K virtutem exercitari nulla exercitatione, altera principaliori quàm bellica: hoc autem peccatum non modicum, putāt enim fieri bona, quæ circa res bellicas per uirtutem, magis quàm per malitiam, & hoc quidem bene. Quòd tamen hæc meliora virtu te ſuſpicantur non bene.

*De regia uero poteſtate, utrum melius ſit eam in ciuitatibus exiſtere, nec ne: alia foret diſputatio: attamen melius, non ut nunc quidem: ſed pro uita cuiuſque regis iudicare. Quòd autem ne ipſe quidem legislator credit ſe facere bonos & honeſtos, manifeſtum eſt: diffidit enim quaſi non ſint ad ſufficientiam boni uiri. Itaq; legatos ſimul mittebant inimicos: ac ſalutem ciuitatis eſſe putabant ſeditiones regum.*

*Non bene etiam circa comeſſationes: quæ illi Phidicia nominant: conſtitutum eſt ab initio: oportebat enim magis ex publico eſſe conuentum, quemadmodum in Creta, ſed apud Lacedæmonios unuſquiſq; conferre habet, & ſi ſint quidam longe pauperrimi, qui huius ſumptum nequeant conferre. Ex quo fit, ut legislatori contra eueniat, quàm ipſe uoluerit. Voluit enim ciuitatem popularem facere per comeſſationes, ſed contra accidit, cum non ſit facile pauperibus comeſſationum eſſe participes. More enim maiorum ſic apud eos diffinitur, ut qui comeſſationū particeps eſſe nequeat, is ad Reip. gubernationem non admittatur.*

*Lege uero, quæ eſt circa præfectos claſſis, & alii quidem improbarunt. Recte quidem, eſt enim ſeditionis cauſa, nam cum reges ſint belli duces, præfectura illa perpetua, ferè alterum eſt imperium.*

*Et ſic ſuppoſitioni legislatoris ſuccenſeri poteſt, quod & Plato in legibus ſuis cenſuit. Ad partem enim uirtutis tota ordinatio illarum legum contendit, ſcilicet bellicam. Hæc autem utilis ad uictoriam conſequendam, itaque ſalui erant bellum gerentes, peribant uero rerum potiti, quoniam nec ocium agere, nec quicquā aliud excercere ſciebant præſtabilius, quàm rem militarem. Illud quoque erratum nō ſane minus, quòd putauit bona illa, quæ ab bellum pertinent, ex uirtute magis, quàm ex uitio fieri, & in hoc quidem recte, ſed quòd hæc potiora quàm uirtutem ipſam putant, in hoc non recte.*

principari volens, quod eſt amare honorem. Si ergo nullus haberet principatum niſi petens, ſequeretur ꝙ ſoli amantes honorem principarentur, & ita omnes prouocarentur ad amandū honorem, & hoc eſt valde periculoſum ciuitati, quia maior pars iniuſtitiarum, quæ in ciuitate accidunt ex voluntate hominū, ſicut ſunt violentiæ, rapinę, & huiuſmodi fiunt propter amorē honoris & pecuniæ. Vnde patet, ꝙ talis ordinatio eſt periculoſa ciuitati. Deinde cum dicit,

d ¶ Improbat prædictam politiam quā tum ad principatum regium, & dicit, ꝙ vtrum expediat ciuitati habere regē vel non, tractabitur inferius, ſcilicet ī Tertio, ſed ſuppoſito, ꝙ melius ſit habere regem, non eſt hoc melius, ſicut erat apud Lacedæmones, qui non ꝑ totam vitam regnabant, ſed melius eſt ꝙ vnuſquiſq; habeat iudicium regium per totam vitam ſuam, quia rex eſt vtilis ciuitati, vt ſua poteſtate efficaciter conſeruet ſtatum ciuitatis. Quod fieri non poteſt niſi per vitam regnauerit, quia & ipſe timebit alios offendere, & alii minus eum timebunt. Secus autē eſt de ſenioribus, qui ad conſilia vel ad iudicia quædam eligebantur. Cauſa autem quarē legiſlator apud Lacedæmones inſtituit non eſſe reges ꝑpetuos, eſt iſta, quia reputauit ꝙ non poſſet facere ciues aliquos perfecte bonos. Vnde diffidit de ciuibus quaſi de non perfecte bonis exiſtentibus, & propter hoc quādo mittebant aliquos legatos ſeu nuncios, eligebant aliquos inimicos, vł diſſentientes, vt vnus alium impediret, ſi vellet facere contra bonum ciuitatis. Et ſimiliter putabant eſſe ſalutem ciuitatis, ſi regi diſſentirent, q ſibiinuicem ſuccederent, quia vnus emēdabat, quod alius maleſeciſſet. Deinde cum dicit.

e ¶ Improbat prædictam politiam quā tum ad ea, quæ pertinent ad populum, ſcilicet quantum ad cōuiuia publica quæ erant in ciuitate, & dicit, quòd lex non bene ordinauerat de huiuſmodi conuiuijs, quia melius eſſet, quòd huiuſmodi congregatio conuiuij fieret de expenſis communibus ciuitatis, ſicut fiebat apud Cretenſes, quàm quòd fieret de his, quæ a ſingulis afferrentur, ſicut fiebat apud Lacedæmones, F apud quos etiā & ualde pauperes oportebat aliquid ferre ad huiuſmodi ſumptus, & hoc erat deſtructio pauperum, qui non poterant expendere. Vnde circa hoc accidebat contrarium intentioni legislatoris qui inſtituit huiuſmodi conuiuia, quaſi aliquid in fauorem populi, ut ſcilicet populus aliquam recreationem haberet in huiuſmodi conuiuijs, ſed ſecundum hanc legem conuiuiorum ſequebatur, quòd eſſent huiuſmodi conuiuia in magnum detrimentum populi, quia ſecundum hoc populares non de facili poterant principari: erat enim lex apud eos, quòd qui nō ponerent aliquid ad huiuſmodi ſumptus, non haberent partem in politia ipſorum, quia nec poterāt fieri principes, nec habebant uocem in electione principum. Deinde cum dicit.

f ¶ Improbat prædictam politiam quā tum ad viros bellatores, & primo quantū ad bellatores belli naualis. Secundo communiter quantū ad omnes. ibi. {Et hoc autem ſuppoſitioné, &c.} Tertio quātum ad ipſorum ſtipēdia. ibi. {Praue autem habet, &c.} Dicit ergo primo, quòd quidam alij recte increpauerunt legem Lacedæmoniorum, quæ erat circa principes nauigij, eo quòd erat cauſa ſeditionis. Cum enim haberent reges quaſi ſempiternos, qui præerāt terreſtri militiæ, principatus nauigiorū fiebat quaſi alterum regnum, & ita habebāt quaſi duos reges, qđ poterat eſſe materia diſſēſionis. Deinde cum dicit.

g ¶ Improbat prædictam politiam cōmuniter quātum ad omnes viros bellatores, & dicit, quòd aliquis recte poteſt increpare ſuppoſitionem legislatoris, id eſt illud quod ſupponebat tamquam finem, ad quem totam politiam ordinabat, & hoc etiam Plato in ſuis legibus increpabat, quòd omnes leges eorum ordinabātur ad unam partem uirtutis, ſcilicet ad bellicam, propter hoc, quòd erat utilis ad dominandum alijs. Et ideo, quia bene ſe habebant in his, quæ pertinent ad bellum, male autem in his, quæ pertinent ad ſtatus politici gubernationem, ſequebatur, quòd in bellis conſeruabantur, ſed quando iam adepti erant principatū, imminuebant eis multa pericula, quia



h Praue autē habet & circa cōmunes pecunias Spartiatis, neq; enim in cōmuni ciuitatis eſt nihil, bella magna coactis ꝓliari, inferūtq; male: eo.n. quòd Spartiatarum eſt plurima terra, non requirūt ab inuicē illationes: accidit autē contrarium legislatori q̃ expediebat. Ciuitatem qui B dē enim fecit ſine pecuniis, idiotas autem amatores pecuniarū. De Lacedæmoniorum quidē igitur politia in tantum dictum ſit hæc enim ſunt, quæ maxime vtique quis increpabit.

## LECTIO XV.

CRetenſiū quidē autē politia proxima quidē ē huic, habet autē modica quidē nō deteriꝰ, plurimū au C tē minus, plane etenim videtur.

b Et dicitur quidē in plurimis imitari Creticā politiā, quę Lacedæmoniorū, plurima aūt antiquorū minus dearticulata ſunt iunioribus, aiunt.n. Lycurgum cū procuratione Charillæ regis derelinquens peregrinatus eſt, plurimo tēpore conuerſatum eē circa Cretam ꝑꝑ cognationem. Domeſtici.n. Cretenſes Lacedæmonibus erant. Suſceperunt aūt D qui ad familiaritatē venerāt inſtitutionē legū exiſtentē in tunc habitantibus: propter quod & nunc incolæ eodem modo vtuntur ipſis vt inſtituit Minos primus ordinem legum.

c Videtur aūt inſula & ad principatū Græcorū apta eſſe, & poni bene, toti.n. ſupponitur mari ferè, Græcis collocatis circa mare omnibus. Diſtat quidem.n. a Polopis inſula modicum verſus Aſiā ab eo loco, qui circa Trio E piū & a Rhodo, ꝑꝑ quod & maris principatū obtinuit Minos, & inſulas has quidē ſubegit, has aūt habitari fecit, finaliter autē appoſitus Siciliæ vitam conſummauit ibi circa Caminam.

*Male etiā circa pecunias publicas conſtitutum apud illos eſt, quia neque in publico habent quicquam, & magna bella gerere coacti, pecunias ægre conferunt, nam quia Sparciatarum eſt plurimum agri, non examinant inuicē collationes, & euenit legislatori, contra quam commodum eſt, publice inopiam, priuatim auaritiam inducere De Lacedæmoniorum igitur Republ. hactenus dictum ſit, nam hæc ſunt, quæ maxime quis reprehendat.*

## *LECTIO XV.*

*CRetenſium uero Reſpublica huic finitima eſt, habet autem quædam non deterius, ſed plurima minus nitide.*

*Videtur autem & fertur Lacedæmoniorum Reſpub. in pluribus imitata Cretenſem. Vetuſta autem pleraque rudiora ſunt nouis. Ferunt enim Licurgum poſt dimiſſam Charilli regis tutelam, cum longo tempore peregrinaretur, in Creta plurimum fuiſſe diuerſatum, propter cognationem; erant enim Lycii Lacedæmoniorum coloni; ſuſceperant autem hi, qui in eam coloniam uenerant inſtituta legum, tunc in antiquis habitatoribus obtinentia. Quapropter & nunc Periœci eodem modo illis legibus utuntur, quomodo eas Minos conſtituit primus,*

*Videtur autem hæc inſula ad principatum græciæ eſſe nata ac præclare ſita, cuncto namque imminet mari, cū fere Græci omnes circum mare ſint poſiti, abeſt enim hinc modicum a Peloponneſo, illic uero ab Aſia circa Triopium & Rhodum. Quare imperium maris obtinuit Minos, ac & inſularum alias ſubegit, alias uero dudum incultas habitari fecit. Tandem Siciliam aggreſſus, circa Camerinam defunctus eſt.*

quia neſciebant viuere in pace, neque erant exercitati aliqua A alia meliori exercitatione, q̃ bellica, quod non erat paruū peccatum. In hoc enim bene opinabantur, ꝙ putabant res bellicas melius tractari per virtutem hominum, q̃ etiam per militiam, quia, vt dicitur in tertio Ethicorum, homines virtuoſi non parcunt vitæ, vbi bonū eſt perſiſtere, milites vero quando ſuper creſcunt pericula, deficiunt, non enim cōfidunt vlterius poſſe liberari per experientiam & induſtriā armorum. Sed non bene opinabantur quā tum ad hoc, ꝙ putabant virtutem, qua homo bene ſe habet in bellis eſſe optimā, cum aliæ virtutes, ſcilicet prudentia, & iuſtitia, ſint digniores fortitudine, & ipſum etiam bellum eſt propter pacem, non autem econuerſo. Deinde cum dicit.

h ¶ Improbat prędictam politiam quā tum ad ſtipendia militum vel circa ærarium publicum, & dicit, ꝙ apud Lacedæmones non erat bene ordinatum de cōmunibus pecuniis. Nihil enim habebat ciuitas in communi, cum tamen frequenter cogeretur magna bella agere, & iterum ſinguli ciues male miniſtrabant neceſſaria ad tales ſumptus, nō enim requirebatur a ſingulis auctoritate aliculꝰ poteſtatis publicæ, ſed committebatur volūtati cuiuſlibet, vt daret quod vellet. Quod ideo ſtatuit legiſlator, qa ciues habebant multas poſſeſſiones, & poterāt ſine aliquo grauamine multa dare: ſed accidit cōtra vtilitatem, quā legiſlator intendebat, quia ipſe reddidit ciuitatē ſine pecuniis publicis, & priuatas perſonas & viles fecit amatores pecuniarum, dū conarentur tantū lucrari, ꝙ poſſent & ſibi & communitati ꝓuidere. Vltimo autē epilogando cōcludit, ꝙ ea quæ dicta ſunt, videntur improbabilia in Politia Lacedæmoniorum.

## LECTIO XV.

POſtquàm ſuperius auctor proſecutus eſt de politia Lacedæmonica, hic proſequitur de politia Cretenſi, & primo comparat hanc politiam ad præcedentē. Secundo improbat eam, ibi. {De quibus &c.} Circa primum tria facit. Primo ponit in communi comparationem iſtarum politiarum. Secundo aſſignat rationem poſitæ comparationis, ibi. {Et dicitur quidem, &c.} Tertio explicat prædictam comparationem in ſpeciali, ibi. {Habet autem proportionaliter &c.} Dicit ergo primo, ꝙ politia Cretēſium eſt propinqua politiæ Lacedæmonicæ in quibuſdam, tamen differt in aliquibus, in quorum paucis non ſe habet deterius q̃ politia Lacedæmonica, ſed melius, ſed in pluribus ſe habet minus nitide, ideſt minus expedite & conuenienter ad bonum ſtatum ciuitatis. Deinde cū dicit.

b ¶ Aſſignat cauſā præmiſſæ comparationis, & primo oſtēdit huius cauſam fuiſſe ex hoc, ꝙ Lacedæmonica ſumpta eſt a Cretenſi. Secundo aſſignat cauſam quare Cretēſis fuit prior ibi. {Videtur autem inſula &c.} Dicit ergo primo, ꝙ cauſa p̄dictorum eſt, quia politia Lacedæmonica in pluribus imitatur politiam Cretēſium tamquam antiquiorem, & ideo politia Cretenſis in pluribꝰ peius ſe habet, quia videmus, ꝙ plurima de his, quæ ſunt ab antiquis inuenta, ſūt minus dearticulata, ideſt diligēter diſtincta, q̃ ea quæ ſunt inuenta a iunioribus. Dicunt enim ꝙ Lycurgus, qui inſtituit politiam Lacedæmonicam, dimittens regnum Charilli regis Lacedęmoniorū, multo tempore conuerſatus eſt apud Cretam propter amicitiam & affinitatem, quam habebant Lacedęmones ad Cretenſes. Et ideo Lacedæmones, qui venerant Cretā cauſa familiaritatis, ſuſceperunt inſtituta legum, quę tunc erāt apud habitantes in Creta. Vnde videmꝰ ꝙ incolæ Cretenſes eodem modo viuntur legibꝰ ſicut & Lacedæmones, & hoc ē ſecundum inſtitutionē Minois regis Cretenſium. Deinde cū dicit.

c ¶ Aſſignat cauſā quare leges inter Græcos primo inuentæ ſunt apud Cretam. Dicit enim, ꝙ inſula Cretenſis videtur ſecundum ſitum terre optime eſſe diſpoſita ad principandū Græcis, qui fere omnes habitant circa mare. Inſula autem illa quaſi adiacet toti litori Græciæ, & diſtat modicum a quadam Peninſula, quæ vocatur Peloponneſus, quæ nunc dicitur Achaia, & ſimiliter verſus Aſiā propinqua eſt loco qui dicitur Triopium, & inſulę quæ dicitur Rhodus: & ideo Minos qui fuit rex Cretenſis obtinuit principatum in toto mari Græciæ, & inſulas quaſdam prius habitatas per violentiam ſubegit, quaſdam autem de nouo habitari fecit, ſingulis ſuas leges imponens. Vltimo autem tranſiuit in inſulā Siciliæ, & ibi mortuus eſt circa Camerinā .i. circa mōtē Vulcani

Vulcani vel Ethnæ, ex quib⁹ ignis eructuat. Deinde cum dicit.
d ¶ Explicat in ſpeciali comparationem ſupra poſitam, & primo oſtendit in quibus conueniunt ambę politię. Secundo in quibus politia Cretenſis habet melius, ibi. {Quòd quidem igitur &c.} Tertio in quibus habet peius, ibi. {Quæ autem circa Coſmos &c.} Oſtendit autem primo, ꝙ hæ duæ politiæ proportionaliter ſe habent adinuicē in tribus conuenientes. Primo quidē in agricultura, quam habēt Lacedæmones quam exercēt Hilotæ ſerui apud Cretenſes autē Periœci, ideſt miſtici ſerui ſcilicet habitantes in inſula. Secundo quantum ad cōuiuia publica quæ apud vtroſque fiunt, quæ quidē nūc apud Lacedæmones vocātur Phiditia, ſed antiquitus vocabantur apud eos Andria, ſic etiam vocantur nūc apud Cretenſes. Vnde manifeſtum eſt, ꝙ Lacedæmones aſſumpſerunt a Cretenſibus Tertio quantū ad ordinem politiæ, quia Ephori apud Lacedæmones habebāt eandem poteſtatem, quam apud Cretas quidam qui dicebantur Coſmi, ideſt ornatores ſolo numero differentes, nam Ephori apud Lacedæmones erant quinque, Coſmi vero Cretenſium, erant decem. Similiter & ſeniores apud Lacedæmones erant ęquales & numero & poteſtate ſenioribus Cretenſiū, quos vocabant Conſilium. Regnum autem primo fuit apud Cretenſes, ſicut & apud Lacedęmones, ſed poſtmodū diſſoluerunt regnum, & cōmiſerunt Coſmis ducatum bellorum: vtrique etiam habent cōcionem, ideſt adunationem populi, quæ nullius rei habet poteſtatem, niſi approbandi ſententias Seniorū & Coſmorū. Deinde cum dicit.
e ¶ Oſtendit in quibus melior erat politia Cretenſis, & dicit ꝙ ordinatio conuiuiorum melior erat apud Cretēſes quàm apud Lacedęmones quia ī Lacedæmonia vnuſquiſque qui accedebat ad conuiuiū oportebat, ꝙ aliquid exhiberet ſecundum captū ſuum, alioqui non poterat partici-

F pare politias, ſicut prius dictum eſt: ſed apud Cretenſes erat obſeruatio magis pertinens ad commune, quia de rebus publicis tam de fructibus terræ q̃ de pecoribus & de redditibus, quos reddebant incolæ qui colebant terras, erat inſtituta quædam pars, quę expenderetur in ſacrificia, & quædam pars, quæ expendebatur in conuiuia, vt in talibus conuiuiis homines & mulieres & pueri & viri nutrirētur de cōmuni. Hoc erat autem & aliud propriū politiæ Cretenſium, ꝙ legislator eorum multa Philoſophice induxit ad hoc, ꝙ modicum comederent, quaſi hoc ſit valde proficuū & ſingulis & communitati. Volens etiam, ꝙ non procrearēt multos pueros, ne multitudo hominum excederet quantitatē poſſeſſionis, voluit, ꝙ viri non multum commiſcerentur mulieribus, & ad hoc conceſſit turpem maſculorū coitum: ſed vtrū in hoc bene fecerit vel male, poſterius cōſiderabitur, tamē hoc manifeſtum eſt, ꝙ ordinatio cōuiuiorum melior erat apud Cretenſes q̃ apud Lacedæmones. Deinde cum dicit.
f ¶ Oſtēdit in quo peior erat Cretenſis politia, & dicit, quòd peior erat ordinatio apud Cretenſes de Coſmis q̃ apud Lacedæmones d̃ Ephoris. Vnum enim malum eſt commune vtriſque, q a ſcilicet apud vtroſque aſſumuntur ad huiuſmodi principatum quicūq;, ideſt homines tam probi q̃ non probi. Sed tamen apud Lacedæmones erat vnum bonum, quia poterant eligi de qualibet cōditione hominum, & ideo popul⁹ quaſi habens partem in maximo principatu bene volebat, ꝙ conſeruaretur talis politia. Sed apud Cretenſes non eligebātur Coſmi ex qualibet hominum conditione, ſed ſolūm ex aliquibus qui erant vel fuerant de numero Seniorū, & ſimiliter Seniores eligebantur ex quibuſdam qui fuerant Coſmi, quibus licebat dimittere ſuum principatum, vt infra dicetur. Et ſic populus in principatu Coſmorum non habebat partem. Deinde cum dicit.

d Habet aūt proportionaliter Cretenſium inſtitutio ad Lacedæmonicā, agriculturę enī opus faciunt, ijs quidē ſerui, Cretēſibus autē incolæ, & cōuiuia apud ambos ſūt, & antiquit⁹ vocabāt Lacedęmones non Phidicia, ſed Andria, quēadmodū Cretenſes: ex quo & manifeſtum quia inde G venit. Adhuc autē politię ordo, Ephori quidē enim habent eandem potentiam, ijs qui in Creta vocātur Coſmi, verūtamē Ephori, quidē quinq; numero, Coſmi autem decem ſunt. Seniores autē, ſenioribus quos vocant Cretenſes cōſilio æquales, regimē autē primo quidē fuit, deinde diſſoluerunt. Cretenſes & ducatū Coſmi eū qui ad bellū habēt. Eccleſia aūt participant oēs, dominatio aūt nullius ē niſi ſentētiādi H ea q̃ vident ſeniorib⁹ & Coſmis.

*Habet autem conuenientiam Cretica inſtitutio cum Laconica. Agriculturam exercent, apud hos quidem Ilotæ, apud illos uero Periœci. Et commeſſationes ſunt apud utroſque. Et antiquitus nūcupabant Lacedemonii has non Phiditia ſed Andria, quemadmodum Cretes: ex quo palam eſt illas inde proueniſſe, inſuper autem & Reip. G inſtitutionem. Ephori namque eandē uim habent, quam in Creta hi qui Coſmi appellantur, niſi quòd Ephori quinque ſunt. Coſmi autem decem. Senatores autē pares ſunt Senatoribus, quos uocant Cretes Conſilium. Regia autē poteſtas fuit primo apud Cretas, poſtea illam ſuſtulerunt, imperio in bello ad Coſmos tranſlato. Concio autem omnibus communis eſt, ſed aliam nullam habet auctoritatem, quàm ea comprobandi, H quæ a Senatoribus & Coſmis fuerint ante decreta.*

e Quòd quidem igitur conuiuiorum habent melius Cretenſibus, quàm Lacedæmonibus. In Lacedęmonia quidem.n. ſecundum caput vnuſquiſq; infert cōſtitutum, ſi autē nō, participare lex prohibet politia quēadmodum dictū eſt & prius. In Creta autem cōmunius, ab oībus enim natis fructibus pecorib⁹ ex publicis & oblationib⁹, quas ferūt incolæ conſtituta eſt pars, hæc I quidē ad Deos & cōmunia ſacrificia, hæc autē ad conuiuia vt & de communi nutriantur oēs & mulieres & pueri. Ad modicum autem cibū, vt proficiūt multa philoſophat⁹ eſt legiſlator, & ad diſiugationē mulierū vt nō multos pueros faciant, eam quæ ad maſculos facit collocutionē, de qua ſi praue aut nō praue, aliàs erit cōſiderādi tempus. Quòd aūt quæ circa cōuiuia melius or K dinata ſunt Cretenſibus quàm Lacedæmonibus manifeſtum.

*Quæ igitur de comeſſationibus conſtituta ſunt, melius apud Cretas, quàm apud Lacedæmonios ſe habētur, nam apud Lacedæmonios, unuſquiſque certum quid in ſingula capita taxatum ſoluit, quod niſi faciat, a rep. repellitur, ut prius diximus. At in Creta communius eſt, ex cunctis enim quæ a terra proueniunt, uel armentis ex publicis, et his quæ afferunt Periœci diuiſio ſit, ut pars una ad Deorū cultum et ad pu I blica onera, pars ad comeſſationes deputetur, ac ita ex publico educari omnes, & mulieres, & pueros, & uiros. Ad temperantiam autem cibi, quaſi utilis ſit, multa legiſlator philoſophatus eſt, & de mulierum diuortiis, ne ſuperfluam pariant multitudinem proſpexit, alio introducto uſu, quod utrū praue, uel non praue conſtitutum ſit, aliud erit conſiderandi tempus. Sed quòd circa commeſſationes melius prouiſum ſit apud Cretas, quàm apud La K cedæmonios manifeſtum eſt.*

f Quæ autem circa Coſmos adhuc, deterius quāq; Ephororū principatus exiſtit & ijs: ſūt.n. quicūq;. Quòd autem ibi expedit ad politiā, hic nō eſt, ibi quidem.n. propter electionē ex omnibus eſſe participans populus maximi principatus vult manere politiam, hic aūt non ex omnibus eligūt Coſmos, ſed ex quibuſdam ſenibus, & ſenes ex quibuſdam qui fuerunt Coſmi.

*At circa Coſmos deterius quàm circa Ephoros, quod enim mali habet Ephororum magiſtratus, idem eſt & in illis, ſumuntur enim quiuis. Sed qđ in his prodeſt Reip. illic non eſt. Nā hic quia ex omnibus aſſumptio eſt, particeps populus ampliſſimi magiſtratus uult manere Remp. illic autem nō ex omnibus ſumuntur Coſmi, ſed ex quibuſdam familiis, & ſenatores ex his, qui Coſmi iam fuerunt.*

g ¶ Improbat



g ¶ Improbat prædictam politiam, & primo quantum ad ſtatuta quæ ponebant. Secundo quantum ad remedia quæ adhibebant, ibi. {Quam autem faciunt &c.} Circa primum duo facit. Primo improbat eorum ſtatuta. Secundo excludit quādam reſponſionem, ibi. {Quieſcere &c.} Improbat autem politiam iſtam quantū ad duo, quæ etiam improbauit in politia Lacedæmonica, quorum vnum eſt, ꝙ Coſmi & ſeniores principabantur per totam vitam ſuam ſine correctione, ideſt ſine hoc ꝙ poſſent amoueri propter aliquam culpam, & ſic principatus erant maiores q̃ dignum eſſet. Secundum autem eſt, quia non principabantur ſecundum aliquas leges ſcriptas, ſed ꝑ ſe ſententiantes vel arbitrantes, & hoc non erat ſecurum ciuitati, quia eorum iudicium poterat peruerti amore vł odio. Deinde cum dicit.
h ¶ Excludit quandam reſponſionem qua poſſent ſe defendere, inducentes pro ſigno bonæ ordinationis, ꝙ ſemper abſque ſeditione vixerint. Sed ipſe dicit, quòd hoc, ꝙ populus quieuerit apud eos a ſeditionibus nō participans principatu, non eſt ſignum demonſtrans ꝙ eorum politia ſit bene ordinata, hoc enim contingebat quia Cretēſes longe peregrinabantur ab aliis hominibus inſulam quandam habitantes, & diſtantes etiā ab aliis & ſic non habebant bella cum finitimis ſicut ſupra dictū eſt, & ſic Coſmi apud Cretenſes non habebant aliqua recipere vł expendere propter bella, ſicut Ephori apud Lacedæmones, vnde populus non multū curabat tali principatu participare. Deinde cum dicit.
i ¶ Improbat remedia, quæ apud Cretenſes contra pericula erant, & primo ponit ea. Secundo improbat, ibi. {Aut & palam &c.} Circa primum duo facit. Primo ponit remedia, quæ erant contra ꝑſonas male principātium. Secundo remedium, quod erat contra ipſum principatum, ibi. {Cauſam autem peſſimam &c.} Dicit ergo primo, quòd illa medicina, quā faciunt Cretenſes contra prædictum peccatum de incorrigibilitate principum, non eſt conueniens, nec eſt politica quaſi ſapiens communem ordinem ciuitatis, ſed magis eſt oppreſſiua,

A & tyrannica, quod non eſt ſecundum rationem, ſed per violentiam. Multoties enim apud eos conueniebant aliqui vel de principibus vel de priuatis perſonis & eiiciebant Coſmos per violentiam. Erat autem & aliud remedium, quia Coſmi poterant abrenunciare principatui in vita ſua. Sed melius erat, quòd iſta duo ordinarentur ꝑ legem, vt ſcilicet aliqua lex eſſet certa ſecundum quam Coſmi deberent expelli, vel cedere principatui, quàm quòd hoc fieret ſecundum volūtatem hominū, quæ non eſt certa regula, cum frequenter voluntas humana ſit irrationabilis & iniuſta. Deinde cū dicit.
K ¶ Ponit reliquū quod habebant contra ipſum officium, & dicit, quòd illud erat peſſimum inter omnia remedia, ꝙ quando Coſmi volebant dare ſententias contra aliquos potētes, frequenter inter eos inſtituebatur ceſſatio principat⁹ Coſmorum, interdicebant enim ad tempus omnino talē principatum, hoc autem dicit eſſe peſſimum, quia non ſolum erat contra perſonas, ſed contra totum officiū vel principatum, ex quo ꝓueniebat multa vtilitas ciuitati. Deinde cum dicit.
l ¶ Improbat prędicta remedia & dicit, ꝙ iſta inſtitutio vltima de vacatione Coſmorum habet aliquid politiæ in quantum ſit de communi conſenſu populi, ſed tamen non eſt vera politia, ſed magis oppræſſio quædam per potentiam populi, & via quædam ad tyrānidem. Conſueuerunt enim aliqui habentes odio Coſmos colligantes ſibi populum & alios amicos ſuos facere monarchiam, vt ſcilicet aliquis eorum dominetur in ciuitate loco omnium, & quando hoc non poſſunt ſtatim facere, mouent ſeditiones & pugnāt ciues adinuicem. Nihil autē hoc differt, quàm quòd poſt aliquod tempus iam nō ſit ciuitas, ſed ſoluatur tota communio politica. Non enim poteſt eſſe ciuitas, ſoluta concordia ciuium, & ſic per ſeipſam diſſoluitur. Sed etiam antequam per ſeipſam diſſoluatur, imminet ei periculum ab hoſtibus, qui volunt & valent inuadere ciuitatem, quia dum ciues adinuicem pugnant, non poſſunt vnanimiter reſiſtere hoſtibus, & quandoque vna pars, introducit hoſtes in ſui

g De quibus eoſdem vtique dicit aliquis ſermones, & de iis, q̃ in Lacedęmonia fiunt: quòd.n. ſine correctione & quòd per vitam, maior ſenectus eſt dignitate ipſis, & non ſecundum literas principari, ſed Autognomonas inſecurum.

*De quibus idem dici poteſt, quod de his, qui apud Lacedæmonios fiunt, nam eſſe liberum magiſtratum atque perpetuum, maius eſt munus quàm dignitas eorum mereatur, & non ſecundum legem ſcriptam iudicare, ſed ſecundum quod ſibi uidetur, periculo ſum eſt.*

B

h Quieſcere autem non principantem populum, nullum ſignū eius quod eſt ordinatam eſſe bene, neque enim ſumptionis aliquid Coſmis ſicut Ephoris: longe enim peregrinantur in inſula differentium.

*Quieſcere autem plebem non participantem, nullum ſignum eſt bene conſtitutæ ciuitatis, nec quicquam ſuſceptionis eſt Coſmis, quemadmodum Ephoris, abeuntque per inſulam longe a contendentibus.*

i Quam autem faciunt peccati huius medicinā, inconueniens, & non politica, ſed oppreſſiua, multotiens enim eiiciunt conuenientes quidā Coſmos aut comprincipantium ipſorū, aut Idiotarum, licet autē & intermedie Coſmis abnegare principatum, hæc vtiq; omnia melius fieri ſecundum legem, quàm ſecūdum hominum volūtatem, non enim ſecure canon.

*C Medicina uero quam huic delicto adhibent, ridicula eſt, nec ciuilis ſed tyrannica. Sæpenumero enim aut collegæ illorum, aut priuati homines inſurgentes, per ſeditionem Coſmos expellunt, licet etiam Coſmis ſeipſos magiſtratu abdicare. Enimuero hæc omnia præſtabat lege fieri quàm pro hominum uoluntate, non enim ſecura eſt regula.*

D

K Cauſam autem peſſimam id quod Acoſmię quā conſtituunt frequenter, cum non ſententias velint dare potentum.

*Omnium uero deterrimum eſt potentiorum deturbatio, quam ſæpe concitant, cum pœnas dare uolunt.*

l Aut & palam quòd habet aliquid politiæ inſtitutio, ſed non politia eſt, ſed potētat⁹ magis: conſueuerunt aūt aſſumētes populum & amicos Monarchiam facere, & ſeditiones mouere & E pugnare adinuicē, equidē quid differt quod tale aut quod poſt quoddam tempus non iam ciuitatem eſſe talē, ſed ſolū politicā cōmunionem, eſt autē periculoſa valde ſic habens ciuitas, volētibus inuadere & potētibus, ſed quemadmodum dictum eſt, ſaluatur ꝑꝑ locum, ab expulſione

*Perquàm manifeſtum eſt habere eam inſtitutionem aliquid Reipub. ſed non eſſe Rempub. at potentatum magis. Conſueuerunt autem concita plebe & amicis, ad unius arbitrium rem E deferre, ſeditioneſque & prælia interſe miſcere. At uero id, quid differt ab eo, quòd tandem ea ciuitas non ſit diſſoluta ciuili ſocietate. Eſt autem periculoſus hic Reipub. ſtatus, ſi qui uelint poſſintque inuadere, ſed ut ſupra diximus, ſeruatur propter locum, qui omnes aduenas excludit. Itaque Periœci manent Cretenſibus.*

ſui auxilium. Sed ſicut dictum eſt, ab huiuſmodi periculis hoſtium liberata fuit politia Cretenſium propter locum, quia habitabant in inſula longe ab aliis ciuitatibus, & ſic ipſa longinquitas fecit eos ſecuros ab expulſione, ideſt quòd non expellerentur de proprio loco ab hoſtibus. Et huius ponit duo ſigna, quorum vnum eſt, ꝙ ſtatus incolarum perſeuerat apud Cretenſes propter conſuetudinem conuerſationis. Sed illi qui adueniunt aliunde ad miniſtrandum, non poſſent cum eis diu commorari, quia nullum principatum poſſunt apud eos habere. Nō enim volebant Cretenſes habere principes extraneos. Secūdum ſignum eſt, quia nuper tranſierat ad inſulam Cretenſium bellum ab extraneis inuadentibus inſulā. Ex quo manifeſtum eſt, quòd leges eorū non erant ſufficienter virtuoſæ ad conſeruādam eorum politiam, ſed conſeruabantur, quia non habebant inimicos contra ſe bellantes. Vltimo autem epilogando concludit, ꝙ intātum dictum ē de politia Cretenſium.

enim quod lōge facit, propter quod & incolarū manet Cretēſibus, miniſtri aūt recedūt frequēter, neq;.n.extrinſeco principatu, participāt Cretēſes nuper quę bellū peregrinū tranſiuit ad inſulam, qđ fecit manifeſtā infirmitatē earū quæ ibi legum. De hac quidē igitur politia, tantū nobis dictum ſit. G

## LECTIO XVI.

POlitizare autē videtur & Carchedoni bene & in multis abūdātius ad alios, maxime aūt quędā propíqua Lacædemonibus. hæ .n. politiæ, tres adinuicē propīquæ aliqualiter ſunt, & ab alijs multū differunt, quæ Crætēſiū & Lacedæmonica, & tertia ab ijs quæ Carchedoniorū. Et multa inſtitutorū ſe habēt apud ipſos bene Signum aūt politiæ co ordinatę populū habentē permanere & inſtitutione politię, & neq; ſeditionem quod indignum dici, fieri, neque Tyrannum. H

b Habet aūt ſimilia Lacedęmonum politia, cōuiuia quidē ſocietatum, Phiditiorū, eum aūt qui centū & quatuor prīcipatū Ephoris, veruntamē nō deterius I Ij quidē.n. ex cōtingentibꝰ fiunt hunc autē eligunt principatum virtuoſū: reges aūt & Geruſiam proportionata ijs, quæ regibus & ſenibus etiam.

c Melius aūt Reges neq; ꝑ ſe eē genus, neq; hoc ꝙ cōtingēs, ſed ꝙ diferēs ex ijs eligibiles magis q̃ ſecundū ætatem. Magnorū.n. domini cōſtituti, ſi viles fuerint multū lędunt & læſerunt iam ciuitatē Carchedoniorū. Plurima quidē igitur increpatorū, vtiq; propter tranſgreſſiones contraria exiſtunt entia omnibus dictis politiis. K

d Eorū aūt q̃ ad ſuppoſitionem Ariſtocratiæ & politiæ, hæc qdē

## LECTIO XVI.

POſtquam Philoſophus proſecutus ē de politia Lacedæmoniorum & Cretēſium, proſequitur de politia Carthaginenſium, & circa hoc tria facit. Primo commēdat huiuſmodi politiam ſimul cum præmiſſis. Secundo oſtēdit conuenientiā huius politiæ ad præmiſſas, ibi. {Habet autem, &c.} Tertio improbat quædā circa ipſam, ibi. {Melius autem &c.} Dicit ergo primo, quòd Carthaginenſes bene videbantur viuere politice, & quantum ad multa melius aliis, & maxime in illis in quibus appropinquabant ad politiam Lacedæmonicam. Iſtæ enim tres politię erant adinuicem propinquæ multum ab aliis differentes ſcilicet Cretenſis, Lacedæmonica & Carthaginenſis, & multa erant bene ſtatuta apud eos. Signum autem, ꝙ politia eorum eſſet bene ordinata, eſt ꝙ populus permanebat quietus in tali ordinatione, & non fiebat ibi ſeditio populi quæ eſſet alicuius ponderis, neque etiam degenerauit eorum politia ad tyrannidem. Deinde cum dicit.

b ¶ Oſtendit inconuenientiam huius politię ad Lacedæmonicam, & primo quidem quantum ad hoc, ꝙ apud ipſos fiebāt conuiuia ſocietatum quæ Lacedæmones vocabant Phidicia.

F Secūdo quantum ad regnū ciuitatis, quia apud Carthaginēſes erat principatus centū & iiij. virorum ſimilis principatui Ephororum qui erat apud Lacedæmones, tamen quantū ad hoc non deterius ſed melius ſe habebant Carthaginenſes, quia Lacedęmonii inſtituebant Ephoros ex contingentibus, ideſt ex quibuſcumq; perſonis, & etiam non approbatis in virtute. Sed Carthaginenſes eligebant ad hunc principatum ſolum homines virtuoſos. Similiter etiam Carthaginenſes habebant reges ſicut Lacedæmones, & habebant dignitatem quandam vel honorabilitatem correſpondentem ſenioribus, qui erant apud Lacedæmones. Deinde cum dicit.

c ¶ Improbat prędictam politiam ſecū dum duos modos ſupra poſitos, & primo quidem quantum ad hoc, quòd non erat apud eos bene ſtatutum. Secundo quantum ad hoc, ꝙ non concordabat intentioni legislatoris, ibi. {Eorum autem &c.} Dicit ergo primo, ꝙ melius eſſet, ꝙ reges non acciperentur ex vno ſolo genere, ſed ex quibuſcūque virtuoſis, & ſi deberent ex vno genere accipi non deberet eſſe illud genus qualecumque, ſed tale, ex quo vt in pluribus boni prodirent, & iterum ſi eligatur aliquod genus differens bonitate ab aliis, ex quo aſſumantur reges, melius eſſet, ꝙ ex illo genere aliqui eligerētur ad regnum ꝑ electionem q̃ per ętatē, puta, ꝙ primogeniti dominentur, quod dum aliter fit, frequēter contingit ꝙ homines viles peruenerunt ad regnum, & hoc eſt valde periculoſum, ſi homines viles conſtituantur ad habendum poteſtatē de rebꝰ magnis. Multum enim hoc lædit ciuitates, & tales viles reges in multis læſerunt ciuitatē Carthaginenſium. Concludit etiam ex prædictis, ꝙ cum tres iſtę politiæ ſint ſimiles, cōmunia ſunt omnibus ea q̃ ſunt in eis increpatione digna. Et ideo q̃ dicta ſunt in aliis, ſunt ēt hic intelligēda. Deīde cū dicit.

d ¶ Improbat hanc politiam quantum ad hoc, ꝙ recedebat a propoſita intentione. Et circa hoc tria facit. Primo oſtendit, ꝙ in quibuſdam diuertebat ad plebeium ſtatum, in quibuſdam ad paucorum potentiam. Secundo oſtendit, ꝙ magis diuertebat ad paucorum potentiam, ibi. {Tranſgreditur autem &c.} Tertio improbat remedium, quod contra hoc apponebat, ibi. {Oligarchia autem, & cætera.} Dicit ergo primo, quòd cum iſta eſſet

*Verum Ilotes perſæpe a Lacedæmoniis defecere. Non enim erat in Creta potentia ulla externa, ſed nuperrime bellum peregrinum irrupit in eam inſulam, quod patefecit imbecillitatem legum ſuarum. De hac igitur Republica hæc dixiſſe ſufficiat.*

## *LECTIO XVI.*

*VIdetur etiam Carthaginenſium Reſp. bene conſtituta, multaq; habere ꝑter alias, quædam uero maxime ſimilia Lacedæmoniis. Tres enim iſtæ Reſp. quodam modo inter ſe proximæ ſunt, multumque diſtant ab aliis. Cretica dico & Laconica & Carthaginenſis, multaque in ipſis prouiſa ſunt recte. Signum eſt Reip. bene inſtitutæ, quòd populus in ſuo permanet loco, neque ſeditionem ullam (ut ita dixerim) umquam fecit, neque tyrannum.*

*Continet autem ſimilia Lacedæmoniorum Reſpu. Comeſſationes quidem ſodalitiorum, Phidiciis, centum autem & quatuor uirorum poteſtas, Ephoris præter quam quòd non deterior, nam illi ex contingentibus ſunt. Hanc autē poteſtatem ſuſcipiunt optimates. Imperator uero & ſenatus conueniunt Lacedæmoniorum regibus & ſenibus.*

*Melius autem, quòd imperatorem non ſecundum genus neque ex uili, aut præcellenti magis eligunt, quàm ſecundum uirtutem, nam qui magnā habent poteſtatem ſi ipſi nullius precii ſint, multum nocent, nocueruntq; iam Lacedæmoniorum ciuitati. Plurima igitur repræhenſorum propter tranſgreſſionem, communia ſunt omnibus antedictis.*

*Sed quantum ad intentionem optimatum attinct & Reipu. quædam ad*



ſuppoſita intentio legislatoris apud Carthaginenſes vt inſtituere politiam vel ſtatum optimatum, quędam ſtatuta eius declinabant ad popularem ſtatum, quædam ad paucorum potentiā. Erat enim apud eos ſtatutum, quòd reges cum ſenioribus haberent in ſua poteſtate aliqua deferre ad populum, quæ non deferrent quando omnes conſentirent, ſi autē non omnes conſentirent, populus habebat in hoc iudicium quid fieri deberet. Similiter autem quando de communi conſenſu aliqua referebant ad populum, nō ſolum populus habebat audire quod dicebatur & approbare, ſed habebat poteſtatem diiudicādi an eſſet bonum vel non, & ſi volebat populus poterat contradicere quod non fiebat in aliis præmiſſis politiis, & ſic populus ſtatuebat principibus quid eſſet faciēdum, & hoc erat ſtatus plebæius. Ex alia parte erant apud eos quidam principatus Quinquevirorum, qui habebant ſe intromittere de multis & magnis negociis ciuitatis, & iſti eligebātur per ſolos principes. Similiter etiam per eos ſolos eligebātur illi Centū & quatuor viri, de quibus ſupra dictum eſt. Similiter etiam maiores ciuitatis maiori tempore principabātur, quàm alii, quia illi, qui præceſſerant in principatu, erant ſocii i principatu eorum, qui ſuccedebāt, & ſic duplicabatē eis tempus principatus, quod non fiebat aliis minoribus, & hoc erat potentię paucorum. Erat etiā apud eos aliquid pertinēs ad ſtatū optimatum, quòd principes eligebantur abſque præcio dato ab eis. Et iterum nō eligebantur per ſortem, ſed propter virtutem, & quędam alia huiuſmodi. Et ſic non in omnibus recedebāt ab optimatum ſtatu. Habebant etiam aliud potentiæ paucorum, ſcilicet, quòd maximi principes iudicabant de omnibus ſententiis. Non aūt erāt diuerſi, qui ex diuerſis iudicarēt, ſicut fiebat i Lacedæmonia. Deinde cum dicit.

e ¶ Oſtendit, ꝙ iſta politia magis declinabat ad paucorū potentiam, & hoc quantum ad duo, quorum ſecundum ponit ibi, {Prauum autem &c.} Circa primum duo facit. Primo oſtendit A in quo declinabat ad paucorum potentiam. Secundò improbat ibi. {Oportet autem putare &c.} Dicit ergo primo, ꝙ inſtitutio politiæ Carthaginenſis quam volebant eſſe optimatū, maxime declinabat ad paucorum potentiam ſicut multis videtur. Putabant enim, quòd oporteret eligi principes non ſolum virtuoſos, ſed etiam diuites, & mouebantur hac ratione: quia impoſſibile erat, ꝙ aliquis pauper bene prīciparetur & vacaret negociis ciuitatis. Non enim habebant eorum principes ſalarium de communi. Vnde oportebat ſi pauperes virtuoſi eligerent in principes, ꝙ prætermiſſis negociis ciuitatis intenderent ad quærendum ſibi victum. Quia autem eligere principē diuitem ē ſtatus paucorum, eligere autē virtuoſum eſt ſtatus optimatum, manifeſtum eſt, ꝙ eligere diuitem virtuoſum erit iam tertius ordo, qui obſeruabatur apud Carthaginenſes. Eligebāt enim maximos principes reges & duces exercitus reſpiciētes ſimul ad diuitias & virtutes. Deinde cum dicit.

f ¶ Improbat prædictam ordinationē. Et primo rationem qua mouebantur. Secundo ipſam ordinationem, ibi. {Si autē oportet aſpicerē, &c.} Dicit ergo primo, ꝙ iſte receſſus a ſtatu optimatum ē imputandum legislatori, hoc enim fuit maxime neceſſarium videre a principio, qualiter homines optimi in virtute, poſſent vacare operibus virtutum abſq; hoc, ꝙ dehoneſtarentur vacando ruſticanis operibꝰ. & hoc non ſolum qn̄ principarentur, ſed etiam quando agerēt priuatam vitam, inſtituēdo ſcilicet aliqua ꝑmia virtutū, ex quibus nutrirenē virtuoſi. Deinde cū dicit.

g ¶ Improbat ipſā ordinationem dupliciter. Primo quidem oſtendens eā eſſe periculoſam. Si enim oportet in eligendis principibus aſpicere ad diuitias, ad hoc ꝙ poſſint vacare abſq; operibus quibꝰ lucrētur victum, valde malum erit quòd maximi principatus .ſ. regnum & ducatus exercitus, ſint venales, ita ſcilicet, ꝙ pro abūdantia pecuniarum dentur. Ita etiam dicit eſſe prauum, quia ex hac lege ſequitur, ꝙ tota ciuitas ſit amatiua pecuniæ, etiam

ad populū declinant magis, hæc autem ad Oligarchiā. Eius quidem n. quod eſt hoc quidem adducere, hoc autē non adducere ad populū, Reges domini cū ſenioribus, ſi cōſenſerint omnes, ſi autē non, & horum populus, quæcumq; autē intulerint, non B audire ſolū attribuunt populo qui ſtatuit principibus, ſed domini de iudicando ſunt, & volēti illatis contradicere, licet: qđ quidē in aliis politiis non eſt. Pētarchias autē dominas exiſtētes multorum & magnorū, ab ipſis eligibiles eſſe, & eum qui centū, hos eligere maximum principatum. Adhuc autem, hos ampliori principari tēpore aliis, etenim præteriti principantur & futuri, Oligarchicū. Quòd autem ſine prætio & non ſortiales, Ariſtocraticū ponendū, & ſi quid tale C alterum & ſententias a principibus iudicari omnes, & nō alias ab aliis, quemadmodum in Lacedæmonia.

e Tranſgreditur aūt Ariſtocratiæ inſtitutio Carchedoniorum maxime ad Oligarchiā, ſecundū quændā intellectum, vt videtur multis: non.n ſolum virtuoſum, ſed diuitē putant oportere eligi principē. impoſſibile.n. egentē bene principari, & vacare. Siquidem igitur eligere diuitem Oligarchicū, ſecundū virtutem autem Ariſtocraticū. iſte quidem igitur erit ordo tertius ſecundū D quem quidem ordinata ſunt, & apud Carchedonas q̃ circa politiam: eligunt.n. ad duo hæc reſpicientes, & maxime maximos reges, & duces exercitus.

f Oportet autem putare, peccatum legislatoris eſſe tranſgreſſionem hāc Ariſtocratię. a principio n. videre hoc, neceſſariiſſimum eſt, qualiter optimi poſſint vacare, & nihil dehoneſtari non ſolum Principes, ſed neque ſingulariter viuentes. E

g Si autem oportet aſpicere & ad abundātiam, gratia vacationis, prauum, maximos principatuum venales eſſe, regnum .ſ. &

*popularem ſtatum magis declinant, quædam ad paucorum potentiam, nā referendi quidem ad populum, aut non referēdi aliqua, imperatores una cum ſenatu domini ſunt, ſi omnes concordent, ſi non concordent, populus ipſorum dominus eſt. Quæcumque retulerunt magiſtratus de his non approbandi modo illorum ſententias poteſtas permiſſa eſt populo. Verum etiam pro arbitrio conſtituendi prouidendique & cuiuis contradicere relatis illorum licet, quòd non eſt in aliis Rebuſpu. Quinqueuiratum uero qui multarum ac magnarum rerum poteſtatem habet, ab illis eligi. Et Centumuiratum hos eligere qui eſt maximus magiſtratus, & hos plurimo tempore quàm alios imperium retinere. Nam & perfuncti magiſtratu imperant, & deſignari ad magiſtratum, ad paucorum potentiam ſpectat. Eſſe autem ſine mercede, & ſine ſortitione optimatum eſt ponendum, & ſi quid aliud tale. Iudicia quoq; omnia a cūctis magiſtratibus iudicari, & non ab aliis alia, ut apud Lacedæmonios.*

*Tranſgreditur aūt maxime ab optimatibus ad paucorum potentiam inſtitutio Carthaginenſium, in eo quòd etiā multi comprobant, non ſolū enim optimos, uerum etiam ditiſſimos cenſent in magiſtratibus eſſe ponendos, quaſi impoſſibile ſit qui egenus exiſtat, eum bene magiſtratum gerere, aut quietem optare. Si igitur ſumere diuitem paucorum potentiæ eſt, per uirtutem autē optimatum, iſta quædam eſſet ſpecies tertia, per quā conſtituta eſt apud Carthaginenſes Reſp. Creant enim magiſtratus, ad hæc duo reſpicientes, & præſertim maximos, ut imperatores, & prætores.*

*Putandum autem eſt huiuſcemodi exceſſum ab optimatibus eſſe errorem legis conditoris, quem ab initio præuidiſſe ualde neceſſarium fuit, ut optimi ualerent quietem agere, nec quicquā indecorum facere, non ſolum in magiſtratu, ſed etiam in uita priuata.*

*Quòd ſi inſpicere oportet ad opes gratia quietis, prauū eſt maximos magiſtratus eſſe uenales, imperium, &*

magis quàm virtutis. Quia ciues quicquid viderint eſſe præcioſum in principibus, conſequenter opinantur præcioſum eſſe. Et in quacumque ciuitate virtus non maxime honoratur vt ſcilicet ſoli virtuti honor principatus deferatur. Vnde eſt impoſſibile, quòd in tali ciuitate homines ſecundum virtutem infallibiliter principentur, & ex quo propter diuitias principatus datur, quodammodo diuitiis emptus, probabile eſt, quòd ciues conſueſcãt inhiare ad lucra pecuniæ quam cum expenderint, aſſequi poterunt principatum. Valde enim inconueniens eſt, ſi dicatur, quòd ille qui eſt pauper & virtuoſus, velit lucrari in officio conſtitutus. Ille autem qui eſt deterior, non velit lucrari, poſtquam multa expenderit ad principatum acquirendum. Hoc enim eſt omnino improbabile, & ideo nõ oportet requirere, an ſint diuites illi qui ſint inſtituendi ad principatum. Sed ſiue ſint diuites, ſiue pauperes, illi debent inſtitui qui poſſunt prĩcipari ſecundum virtutem. Secundo, ibi. {Dignius autem, ſi &c.} improbat prædictam legem ex hoc ꝙ prætermittit conuenientius remediũ quod poſſit adhibere. Dignius enim eſſet ſi legiſlator præeligeret ad principatum paupertatẽ virtuoſorum, non reſpiciens ad diuitias, & cum hoc curam aliquam apponeret, vt ſaltem in principatu exiſtentes poſſent vacare. Deinde cum dicit.

h ¶ Ponit ſecundo, ĩ quo declinabat iſta poſitio ad ſtatũ paucorum, & dicit hic eſſe prauum id quod obſeruabatur apud Carthaginenſes vt idem obtineret plures principatus ſiue plura officia, quia vnum opus optime ꝑficitur ab vno homine. Si autem vnus homo debeat plura opera exercere, neceſſe eſt, quòd impediatur in altero, vel in vtroque. Vnde legiſlatorem oportet attẽdere, vt nõ imponat plura opera vni homini, puta, quòd nõ præcipiat eidem tibicinem eſſe & ſutorẽ. Et ideo, niſi paruitas ciuitatis impediat, F magis videtur eſſe populare, vt plures participent principatibus diuerſis. Non autem vnus habeat plures principatus, quia hoc eſt potentiæ paucorum. Ideo autem illud eſt melius, quia vnũ quodque, ſicut prædictum eſt, & pulchrius & velocius perficitur ab vno: ita quod vnus non cogatur multa facere, & hoc videmus in exercitu & in naui. Vtrobiq; enim propter diſtinctionẽ officiorum quodammodo ad omnes extenditur principari & ſubiici, dum ſcilicet, quidam ſubiecti ſunt, quibuſdam aliis præferuntur vſq; ad infimos. Deinde cũ dicit.

i ¶ Improbat, quod circa prædictam declinationẽ habebant. Et dicit, quòd cum politia eorum eſſet potentia paucorum, optimũ modum adinuenerunt ad effugiendum ſeditionem populi, quia ſemper aliquos dẽ populo mittebant ad regimina ciuitatum ſibi ſubiectarum vt ſic ditarentur, & per hoc quodamodo ſaluabant & faciebant permanere ſuam politiam, ſed hoc erat a fortuna, quia ſcilicet, ciuitates eis ſubiectæ non rebellauerant. Oportet autẽ, vt ciues ſint abſque ſeditione, nõ propter fortunã, ſed propter prouidentiã legiſlatoris Nunc autem ſi aliquod infortunium Carthaginẽſibus eueniat, vt magna pars ſubiectorũ diſcedat ab eorũ dominio, nullum erit remedium contra ſeditiones per leges ab eis latas. Vltimo autem epilogando concludit, quòd ea quæ prædicta ſunt, merito poſſunt acceptari circa politiam Lacedæmonum & Cretenſiũ & Carthaginenſiũ.

ducatũ exercitus. lex n. iſta diuitias facit pręcioſas magis virtute, & ciuitatẽ totã amatiuam pecuniarũ: quodcũq; autem exiſtimat, præcioſum eẽ quod prĩcipale, neceſſe & aliarũ politiarũ opinionẽ aſſequi iis. Vbi autem non maxime virtus honoratur, hãc politiã non eſt poſſibile G firmiter ſiñ virtutẽ principari: rationabile aũt aſſueſcere lucrũ hoc ementes, qñ cum expenderint principentur, inconueniẽs quidẽ, ſi pauper quidẽ exiſtens, epiiches aũt volet lucrari, deterior aũt vtique non volet, cũ expẽderit, propter ꝙ oportet eos, qui poſsũt Ariſtocratizare, hos principari. Dignius aũt, ſi & præferet penuriã epiichorum legiſlator, ſed & principantium H curaret de vacatione.

h Prauum autem vtiq; videbitur eſſe, & plures principat⁹ prĩcipari eundem, qđ quidem acceptatũ apud Carchedonios: vnum .n. opus ab vno optime perficiť. Oportet autẽ hoc qualiter fiat, videre legiſlatorem, & non præcipere eundem fiſtulare, & coria incidere. Quare vbi non parua ciuitas, magis politicum eſt, plures participare principantibus & magis demoticũ. Cõmodius. n. ſicut diximus & pulchri⁹ I vnumquodq; perficitur ab eiſdem & velocius, palã aũt hoc in bellicis & nauticis. In iis. n. ambobus ꝑ omnes vt eſt dicere extenditur principari & ſubiici.

i Oligarchia autẽ exiſtente politia, optime effugiunt iudicando, ſemꝑ aliquã populi partem emittẽtes ſuꝑ ciuitatem: hoc. n. faciunt & ſeruant manſurã politiam, ſed hoc eſt fortunæ opus. Oportet aũt inſeditionales eſſe K ꝑꝑ legiſlatorem. Nunc aũt ſi infortuniũ aliqđ eueniat, & multitudo abſceſſerit ſubiectorũ, nullum eſt remediũ quietis per leges. De Lacedæmoniorũ quidẽ igitur politia, & Cretenſium & Carchedoniorum, quæ merito attemptãtur hoc habet modo.

*prætur am. Hæc enim lex præcioſas facit diuitias, quàm uirtutes: ac ciuitatem totam ad ſtudium pecuniarum conuertit. Nam quicquid apud ciuitatis principes habetur in precio, neceſſarium eſt & aliorum ciuiũ opinionẽ ſubſequi. Vbi autem non maxime ho-* G *noratur uirtus ibi non eſt poſſibile firmum, optimorum eſſe in Rep. ſtatum. Aſſueſcere uero ad lucra rationabile eſt, quando per largitionem adipiſcuntur dignitates. Abſurdum eſt enim ſi pauper quidem aliquis uerum bonæ mentis lucrari uelit, improbior autem non uelit, cum ſumptus fecerit. Quo circa, oportet eos qui poſſunt optime gerere magiſtratum, aſſumere ad magiſtratum. Probabiliuſque fuit, ſi auctor legis opulentiam præſtantium* H *uirorum abiecíſſet: ac eorum qui in magiſtratũ forent quieti proſpexiſſet.*

*Prauum etiam uideri poteſt plures magiſtratus ab uno homine geri: quod in honore eſt apud Carthaginenſes. Vnicum enim ab uno optime perficitur opus. Hoc autem ne fieret, prouidendum fuit a legiſlatore, neque cogendum eundem tibicinem eſſe atque ſutorem. Quare, ubi non parua eſt ciuitas, magis ciuile eſt, ut plures ſint participes magiſtratuum, magiſque populare. Communius enim, ut dixi-* I *mus & melius ſingula conficiuntur atque celerius. Patet autem hoc in bellicis rebus & nauticis. In his enim ambobus per omnes (ut ita dixerim) tranſit imperare, & parere.*

*Sed cum ad paucorum potentiam uergat Reſp. eorum optime illud effugiunt, ut ſemper aliqua plebis pars ditetur, ad oppida mittentes, per hoc illi arbitrantur, ac certe efficiunt ſtatũ ciuitatis permanere, ſed hoc eſt fortu-* K *næ opus. Oportebat uero non per fortunam ſine ſeditionibus eſſe, ſed per legiſlatorem id fieri. Nunc autem ſi diuerſa fortuna incidat, & plebs a gubernatoribus ſecedat, nullum eſt remedium legis ad quietem adhibitum. Lacedæmoniorum igitur, & Cretenſium, & Carthaginenſiũ Reſp. in hũc modum ſe habet.*

## LECTIO XVII.

Orũ aũt quæ ꝓnunciauerunt de politia quidem qui non cõmunicauerunt a cõmunibus politicis

*Orum autem, qui de Republi. aliquid tradiderunt, quidam numquam uerſati ſunt in gubernatione ciuitatis,*

## LECTIO XVII

POſtquàm Philoſophus proſecutus eſt de diuerſis politiis, hic proſequitur de inſtitutoribus politiarum & legum, & circa hoc tria facit. Primo determinat eorũ differentiam adinuicem. Secundo determinat de quibuſdam qui inſtituerunt politias, ibi. {Solonem autem & cætera.} In tertia determinat de quibuſdam, qui fuerunt legiſlatores, ibi.



ibi. {Legiſlatores autem &c.} Ponit ergo primo duas differentias eorum, qui de politiis, vel legibus tractauerunt, quarum prima eſt ſecundum diuerſitatem vitæ. Quidam enim eorum vixerũt in vita priuata in nullo communicantes politicis actionibus, quia non fuerunt gubernatores aliquarum ciuitatum, ſicut Plato, Phaleas, & Hippodamus, de quibus ſupra dictum eſt, ſiquid fuit dignũ circa eos dicendum. Alii autem vixerunt vita politica, inſtituẽtes leges aliquibus ciuitatib⁹, vel propriis vel extraneis. Secunda differentia eſt ſecundum ea quæ tradiderunt. Quidam enim fuerunt conditores aliquarum legum ſine hoc, quòd ordinarent aliquam politiam. Quidam vero etiam inſtituerunt politiam, quæ eſt ordinatio regiminis ciuitatis, & poſuerunt quaſdam leges, ſicut Lycurgus, qui inſtituit Lacedæmonicam politiam, & Solon qui inſtituit Athenienſem. Deinde cum dicit.

b ¶ Proſequitur de inſtituentibus politias, & quia de politia Lacedæmonica, quam Lycurgus inſtituit ſupra dictũ eſt, reſtat dicendum de politia Athenienſiũ, quam inſtituit Solõ, & circa hoc tria facit. Primo oſtendit quid Solon inſtituit. Secũdo quomodo a quibuſdam repræhendebatur, ibi. {Propter quod &c.} Tertio excuſat ipſum, ibi. {Videtur autem &c.} Dicit ergo primo, quòd aliqui reputant Solonem fuiſſe bonum legiſlatorem, quia diſſoluit paucorum ſtatum, qui erat valde intemperatus, & immoderatus apud Athenas, & liberauit populum qui ſeruitute opprimebatur ex immoderato regimine diuitum, & inſtituit popularem ſtatum in patria ſua, & miſcuit bene politiã ciuitatis, dans aliquã partem populo in ea. Erat enim in Ariopago, ideſt in vico Martis, qui erat locus ſolennis apud Athenas, inſtitutum concilium ciuitatis ſcilicet quod erat paucorum, quia conſiliarii ciuitatis erant ex diuitibus & potentibus. Sed quòd principes eligerentur, hoc erat optimatum. Prætorium autem, ideſt poteſtatem iudiciariam inſtituit ex popularibus, quod erat populare. Et ſic Solon videtur non diſſoluiſſe illa, quæ prius erant, ſcilicet concilium paucorum & electionem populi, quæ erat optimatum. Sed de nouo inſtituit popularem quendam principatum, dum fecit prætoria, ideſt iudices ex omnibus ciuibus. Deinde cum dicit.

A c ¶ Oſtendit quomodo Solon a quibuſdam repræhendebatur. Accuſabant enim quidam ipſum, quòd ipſe diſſoluerat alteram politiam, quę prius erat, quando inſtituit iudicium, & quòd poſtea habuerit poteſtatem ſuper omnia cum tamen illud officium eſſet ſortiale, quia ſcilicet ſorte eligebantur aliqui ex populo ad hoc officium, ideo autem dicunt eum per hoc diſſoluiſſe priorem politiam, quia cum inualuit iſtud officium in ciuitate, prętores illi inſtituti ex populo, tranſtulerunt totum regimen ciuitatis in populum qui tyrannide opprimebat maiores, & ita deuentum eſt ad inordinatum ſtatum popularem, qui erat apud Athenas. Primo enĩ Ephialtes, & Pericles qui fuerunt prętores populares, deſtruxerunt conſilium quod ex antiquo erat in Ariopago, & continenter vnuſquiſque de rectoribus populi auxit poteſtatem populi, quouſque perducta eſt politia ad popularem ſtatum q tunc erat. Deinde cum dicit.

d ¶ Excuſat Solonẽ & dicit, quòd iſte defectus videtur accidiſſe non ex intentione Solonis, ſed ex quodam accidente. Cum enim rex Medorum inuaderet Athenienſes, illi cogitantes, quòd neq; fines ſuos tueri poterant neq; obſidionem ciuitatis ſuſtinere, collocatis pueris & mulieribus & rebus quas habebant, in aliis græciæ ciuitatibus, dimiſſa ciuitate, tranſtulerũt bellum de terra ad mare. Et ita congregatus eſt populus tẽpore Medorum cauſa huius principatus naualis, & aſtute cõcepit vt totam ſibi poteſtatem vſurparet, & accidit, quòd loco virtuoſorum rectorum, populus habuit prauos rectores, qui intentionem populi ſunt proſecuti. Quòd autem Solon hoc non intendit, patet per hoc, quia Solon non dedit poteſtatem populo niſi illam, quæ eſt maxime neceſſaria, vt ſcilicet eligeret principes & corrigeret eorum errores. Hanc autem poteſtatem populi dicit eſſe neceſſariam, quia ſine hoc populus eſſet ſeruus, ſi ſine ſua voluntate principes acciperentur, & non poſſet emendare mala, quæ principes facerent, & cum ſeruitutem ferre non poſſet, fieret aduerſarius principibus. Sed omnes principatus inſtituit primo ex inſignibus, ideſt nobilibus & diuitibus. Et ſecundario inſtituit ex cenſu quingentorum medimnorum, ideſt, qui haberent in bonis quingentos medimnos, & iugerum totidem.

nullis, ſed perſeuerauerunt ſingulari vita viuentes, de quibus ſi quid ſermone dignũ, dictum eſt ferè de omnibus. Quidam autẽ legiſlatores fuerunt, ii quidem propriis ciuitatibus, ii autem & quibuſdã extraneorum politice conuerſati ipſi, & horum qui- B dem ii fuerunt conditores legũ, ii aũt & politiæ, puta Lycurgus & Solon. Iſti. n. & leges & politias inſtituerunt. De ea quidem igitur quæ Lacedæmoniorum dictum eſt.

b Solonem autẽ aliqui quidem putant fuiſſe legiſlatorẽ ſtudioſum. Oligarchiam. n. diſſoluiſſe valde intemperatã exiſtentẽ, & ſeruientem populũ liberaſſe, & Democratiam patriã inſtituiſſe miſcuiſſeque bene politiã, fuiſ- C ſe. n. quod in Ariopago conſiliũ Oligarchicũ, quod aũt principatus eligibiles, Ariſtocraticum, prætorium autẽ, Demoticũ. Videtur autẽ Solon illa quidẽ exiſtentia prius, non diſſoluiſſe cõſilium. ſ. & principatum electionẽ, populum aũt inſtituiſſe prætoria faciens ex omnibus.

c Propter quod & quidẽ accuſant ipſum, ſoluere vero alterã cum fecerit prætoriũ dominum omnium, cum ſit ſortiale. Cum D . n. hoc inualuit ſicut tyrãno populo largiẽtes politiã in eã quæ nũc Democratiã inſtituti ſunt, & id quidem quod ĩ Ariopago cõſilium Ephialtes prohibuit & Pericles: & hoc itaq; modo vnuſquiſque rectorum populi augẽs produxit in eam quæ nunc Democratiam.

d Videtur autem hoc non ſecũdum Solonis volũtatem factum fuiſſe, ſed magis ab accidente. E Nauarchiæ. n. in Medis populus factus cauſa aſtute cõcepit, & rectores populi accepit prauos ꝑ politice cõuerſantib⁹ Epicheis. Qm̃ & Solon videtur neceſſariã

*ſed in priuata uita ocioſi uixerunt: de quibus ſiquid dignum relatum fuit: ſupra diximus. Quidam autem legiſlatores fuere, gubernaueruntque uel in propriis ciuitatibus, uel in alienis, & horum quidam ſolummodo legum auctores fuere. Quidam etiam reip. conſtituendæ, ueluti Lycurgus & So-* B *lon. Hi enim leges & reſp. cõdidere. Lycurgus quidem Lacedæmoniis, ut dictum eſt, Solon autem Athenienſibus.*

*Exiſtimant autem quidam Solonẽ legiſlatorem fuiſſe præclarum. Nam & paucorum potentiam ſuſtuliſſe, quæ nimis intemperans erat, & plebem a ſeruitute liberaſſe, ac ſtatum popularem in patria conſtituiſſe, optimeque Remp. temperaſſe. Nam eſ-* C *ſe conſilium Ariopagi, paucorum gubernationis, delectus uero magiſtratuum, optimatum, iudicia uero, populare. Sed uidetur Solon illa duo, cum eſſent prius, non ſuſtuliſſe conſilium Ariopagi, & magiſtratuum delectus, at populum aſſeruiſſe, iudiciis ex omnibus conſtitutis.*

*Quapropter quidam illi ſuccẽſent, quòd alterum diſſoluerit, cum auctoritatem omnem ad iudicium traduxerit, quod per ſortitionem eſt. Nam cum* D *hoc inualuit, tamquam tyranno, gratificantes populo, in eum, qui nunc eſt, popularem ſtatum Remp. redegerunt, & conſilium Ariopagi Ephialtes inhibuit & Pericles. Iudicibus uero ſalaria Pericles induxit, ac per hunc modum unuſquiſque eorum, qui apud plebem poſſe uoluerunt, populi uim augere perſeuerauerunt, donec in iſtã, quæ nunc eſt, licentiã ꝑuenit.*

*Apparet autem hoc non tam Solonis uoluntate quàm caſu eueniſſe. Nauali enim potentia aduerſus medos ui-* E *ctor populus, maiora de ſeſe ſapere cæpit, & acceſſerunt patroni ſeditioſi contra bonos & modeſtos ciues, qui Rempubl. gubernabant. Cum uideatur quidem Solon eam quæ maxime*

Et tertio inſtituebat principes ex equitib⁹ qui erat tertius ordo. Quartus autem ordo erat mercenariorũ, qui erant infima pars populi: ad quos nullus pricipatus pertinebat. Et ſic patet, quòd in principatibus maiorem partem addidit maioribus quàm populo, Vnde non fuit eius intẽtio inſtituere ſtatum popularem: ſed conſecuta eſt præter eius intentionẽ. Deinde cum dicit.

e ¶ Determinat de inſtitutorib⁹ legum. Et primo oſtẽdit qui fuerint: & quibus leges impoſuerint. Secundo, quas leges tulerint. ibi. {De alijs, quibuſdam &c.} Circa primum duo facit. Primo agit de quibuſdam legiſlatoribus in Italia: quæ quondã magna Gretia vocabatur. Secũdo de quibuſdam legiſlatoribus, Græciæ. ibi. {Fuit autẽ Philolaus &c.} Dicit ergo primo, quòd legiſlatores fuerunt quidam Zaleuchus nomine, qui impoſuit leges Locris occidentalib⁹ & eſt quedam ciuitas Calabriæ, que eſt ad occidentem Greciæ. Fuit etiam quidam legiſlator Charõdas Cathiuenſis qui tulit leges ſuis ciuibus & quibuſdam alijs ciuitatibus Chalcidicis, circa Italiam, & Siciliam. Oſtẽdit autem, vnde iſti fuerint eruditi in legiſlatione, & dicit quòd quidam volunt colligere quòd in terris illis primus inſtructus induſtrius in legiſlatione fuit quidam Onomacritus nomine, qui cum eſſet ciuis Locrenſis exercitatus fuit circa legiſlationem in Creta, & poſtea præfectus fuit populo artificialiter regens ipſũ & huius ſocium dicunt fuiſſe quendam Thaletem cuius auditores dicũt fuiſſe Licurgum Lacedemoniũ & Zaleucum Locrium. Zaleuci autem dicunt auditorẽ fuiſſe Charondam Cataniensẽ. Sed iſta dicunt non conſiderantes bene tempus ipſorũ, quod non erat conueniens huic narrationi. Deinde cum dicit

f ¶ Narrat de legiſlatoribus Græciæ. Et dicit, ꝙ quidam Philolaus ciuis Corinthius tulit leges Thebanis. Et aſſignat cauſam quare de Corincho tranſiuit Thebas. Et dicit, quòd

maxime potẽtiã attribuere populo, ſcilicet principat⁹ eligere & corrigere, neque.n. huius populus, exiſtens dominus, ſeruus vtiq; eſſet, & aduerſarius: pricipatus aũt ex inſignib⁹ & abũdãtibus, inſtituit omnes ex quigẽtis Medimnis & Iugarijs, & tertio fine vocato equeſtri: quartũ aũt quod mercenariũ quib⁹ nullus principatus attinebat.

G

e Legislatores autẽ fuerunt Zaleuchus Locrenſis occidẽtalib⁹, & Charondas Cataneus ſuis ciuibus, & alijs Calchidiæ ciuitatibus circa Italiã & Siciliã. Volunt aũt quidẽ colligere qualiter Onomacritus fuit primus induſtrius circa legiſlationẽ, exercitatũ autem fuiſſe in Creta cũ eſſet Locrus, & pfectum populo ſecundũ artem, huius aũt fuiſſe ſociũ Thaletẽ, Thaletis autẽ auditorẽ Lycurgũ & Zaleucum Zaleuci autẽ Carondam, ſed hoc quidem dicunt incõſideratius tempore dicentes.

H

f Fuit aũt & Philolaus Corĩthi⁹ legislator Thebeis, erat aũt Philolaus de genere quidẽ Bachĩdorum, amator aũt factus Dioclis qui vicit Olympiadẽ vt ille ciuitatem reliquit recordatus amorẽ matris Alcyones, abijt Thebas, & ibi vitam finierunt ambo & nũc adhuc oſtẽdũt ſepulchra ipſorũ, inuicẽ quidẽ facile cõſpectibilia exiſtẽtia: ad regionẽ aũt Corinthiorũ, hoc quidẽ conſpectibili, hoc aũt non cõſpectibili: fabulãtur .n. ipſos ſic ordinaſſe ſepulturã. Dioclea quidem propter abſtinentiam paſionis, qua ten⁹ nõ viſibilis ſit Corinthia à puluere, Philolaũ aũt quatenus viſibilis, habitauerũt quidẽ igitur propter talem cauſam apud Thebeos. Legislator aũt fuit ipſis philolaus.

I

K

g De alijs quibuſdã & de puerorum procreatione quas vocãt illi leges poſitiuas & hoc eſt ſingulariter ab illo lege ſtatutũ quatenus numer⁹ ſaluetur ſortium. Caronde aũt nihil eſt propriũ niſi vĩdictæ falſorũ teſtiũ: prim⁹ enim fecit cõſiderationem, diligentia autem eſt legum placentiorũ & his qui nunc legiſlatoribus, Philolai autem propriũ

*neceſſaria fuit poteſtatem; populo tradidiſſe, ut magiſtratus crearet, & maleſacta corrigeret, niſi enim populus hanc habeat poteſtatem, ſeruus erit & inimicus, At magiſtratus omnis cõſtituitur ex nobilibus, ac locupletibus ex cenſu quingentorum medimnorum & iugerum, Tertium ex equitibus. Quartum ex opificibus ſordidis, quibus nullum magiſtratus aſſequendi ius erat.*

*Fuerunt etiam legum poſitores Zeleuchus apud Locros occidentales, & Charondas Cataniensis ciuibus ſuis, cæteriſque ciuitatibus Chalcidicis quæ ſunt circa Italiam, & Siciliam. Tentant uero quidam inducere, quaſi Onomacritus fuerit primus legum ferendarum peritus. Hunc uero exercitatum in Creta, cum eſſet Locrus, perfectum autem per artem diuinationis huius familiarem fuiſſe, Thaletem. Thaletis autem auditores fuiſſe Lycurgum & Zaleucum, Zaleuci autem Charondam. Sed qui iſta dicunt, tempora non ſupputant.*

*Fuit etiam Philolaus Corinthius legiſlator Thebanis. Erat autem Philolaus ex familia Bacchiadum, amicus uero Dioclis, qui olympia uicit. Sed ubi ille ciuitatem deſeruit, commotus ob amorẽ matris Alciones, Thebas migrauit. Atque ibi ambo defuncti ſunt, Monſtranturque etiam nunc illorum ſepulchra, ſpectantia quidẽ ſeſe. Verum ita conſtituta, ut ex Dioclis quidem ſepulchro non ſit proſpectus in Corinthium agrum, ob animi infectionem. Ex Philolai autem ſit proſpectus. Habitarunt igitur ob huiuſmodi cauſam apud Thebanos, legeſque illis Philolaus deſcripſit.*

*Et de aliis quibuſdam, & de ſobole procreanda, quas illi leges proletarias appellant, & hoc eſt præcipue ab illo prouiſum, ut numerus heredi tatum conſeruetur. Charondæ autem nihil eſt proprium, niſi iudicia falſorum teſtium. Primus enim de his legem poſuit, diligentia autem & claritate etiam elegantior quàm hi qui nunc ſunt legum conditores, Philolai propriũ eſt patrimoniorũ diſparitas.*

um eſſet de genere Bacchidarum, id eſt eorum qui trahebant originem a Baccho, factus eſt amicus cuiuſdam Dioclis, qui habuerat quandam victoriam in olympia. Poſtquam igitur Diocles reliquit ciuitatem, forte expulſus inde per aliquam iniuriã, Philolaus habens in memoriam amorem matris Dioclis, quæ vocabatur Alcione, quę forte nutriuerat eum, ſimul cum eo abiit Thebas, & ibi ambo finiuerunt vitam, quod vſque nũc eorũ ſepulchra oſtendunt, quæ mutuo ſe reſpiciebant, & ex vno poterat conſpici aliud. Sed ita erant diſpoſita verſus regionem Corinthiorum, vt vnum poſſet inde videri, aliud non. Narrant autem, ꝙ ideo fuerunt ſic ordinata eorũ ſepulchra, vt Diocles non videretur a Corinthiis, quaſi volens ab eis abſtinere propter ea quæ ab eis fuerat paſſus, Philolaus autem videri poterat, qui nihil ab eis fuerat paſſus. Iſta igitur fuit cauſa, quare apud Thebanos habitauerunt, & eis leges tulerunt. Deinde cum dicit.

g ¶ Oſtendit, quid proprium vnuſquiſque legiſlator inſtituit. Et dicit, quòd Philolaus tulit leges Thebanis de quibuſdam aliis, ſed ſpecialiter de filiorum procreatione, vt ſcilicet non inſiſterent operi generationis, poſtquam certũ numerum filiorum haberent. Et has leges Philolai, Thebaui vocant leges proletarias. Hoc autem de procreatione filiorum ſolus ipſe inſtituit ad hoc, quòd conſeruetur numerus ſortium, ideſt, quòd non oporteat vnam partem poſſeſſionis vnius hominis diuidi in plures, ſed tot pueri generẽtur, quòd ſemper idem numerus ciuium cõſeruetur. Carondas autem nihil ſtatuit ipſe ſolus, niſi vindictas de falſis teſtimoniis, quod ipſe primus conſiderauit, ſed magis placuit propter hoc, quòd cum diligentia explicauit ea, quæ neceſſaria erant in legibus præ aliis legiſlatorib⁹, quàm de hoc quòd aliquid ſingulariter ſtatueret. Sed



Sed Philolaus inſtituit aliquid propriũ ſcilicet, vt tolleretur irregularitas poſſeſſionum. Plato autem quatuor propria inſtituit in ſuis legib⁹; quorum vnum eſt, ꝙ mulieres & pueri & poſſeſſiones ſint cõmunes. Secundum ẽ, ꝙ fierent conuiuia mulierũ ſicut in aliis ciuitatibus fiunt conuiuia virorum. Tertium eſt, ꝙ inſtituit legem contra ebrietatem, vt ſcilicet ſoli ſobrii poſſint eſſe principes conuiuiorum. Quartum autem ſtatuit in re militari, vt ſcilicet homines per exercitium & ſtudiũ fierent ambidextri, vt ſcilicet vtraq; manus fieret eis vtilis ad bellandum. Conſequenter dicit, ꝙ inueniuntur quædã leges Draconis, qui politiæ præexiſtenti impoſuit quaſdam leges, ſed in legibus ſuis nihil fuit ppriũ quod ſit memoria dignum, niſi ꝙ ſeuerior pœna daretur quando maius damnum ſequebatur ex

A

Eſt ſubſtãtiarum irregularitas, Plationis autẽ mulierũ & puerorum, & ſubſtantię cõmunitas & cõuiuia mulierũ. Adhuc aũt lex circa ebrietarẽ, ſcilicet ſobrios ſympoſiarchizare, & exercitiũ in bellicis, quaten⁹ ambidexteri fiant, p ſtudiũ, vt opportunũ eſt, non hac quidẽ manuũ vtile eſſe, hac aũt inutile, Draconis aũt leges ſunt, politię aũt exiſtenti leges poſuit: propriũ aũt in legibus nihil eſt quod ſit memoria dignũ niſi ſæuitia pp magnitunem damni. Fuit aũt & Pittacus legũ conditor ſed non politiæ, lex aũt propria ipſius, ebrios ſi percuſſerint amplius damni ferre q̃ ſobrios, quia pluries iniuriãtur ebrii quàm ſobrii, nõ ad veniam reſpexit, quia oportet ebrios habere magis, ſed ad conferens magis. fuit aũt & Androdamas Rhegin⁹ legislator Chalcidibus qui in Thracia. Cuius circa homicidialia & hæreditationes eſt. Attamen propriũ ipſius nihil vtique habebit dicere aliquis. Quęquidẽ igitur circa politias principales, & circa dictas politias ab aliquibus, ſint conſiderata hoc modo.

B

C

*Platonis autem mulierum, & natorũ & patrimoniorum communitas, & comeſſationes fœminarum. Et præterea lex circa ebrietatem: ut reges conuiuiorum, ſobrii ſint & in rebus bellicis, exercitatio: per quam ambidextri fiãt, cum oporteat non alteram manum utilem, alteram inutilem habere. Draconis quoque leges ſunt. Sed iam conſtituta, Rep. leges tulit. Proprium autẽ Draconis eſt, nihil quod ſit memoria dignum, niſi rigiditas ob magnitudinem pœnarum. Fuit quoque Pittacus legum conditor: ſed non in Rep. uerſatus. Rex eſt propria illius, ebrios, ſi quem pulſauerint, maiori pœna damnari, quã m ſi ſobrii feciſſent. Quòd enim pluris delinquunt ebrii quàm ſobrii, non ad id reſpexit, quod magis eſt ebriis uenia, ſed ad utilitatem. Fuit etiam Androdamus Rheginus legum conditor Calcidenſibus qui ſunt in Thracia, de homicidio, & hereditatibus, nihil tamen huius proprium referre quis poteſt. De his ergo Rebuſp. quæ principales ſunt, & de his quæ ſunt ab aliquibus ſcriptæ, in hunc modum cognouiſſe ſufficiat.*

culpa. Fuit etiam quidam Pittacus legiſlator qui non inſtituit politiam, cuius lex quædã propria fuit, vt ebrii ſi percuterẽt, plus punirentur q̃ ſobrii, qa pluries ebrii faciunt iniurias q̃ ſobrii, vnde magis reſpexit ad vtilitatem, vt ſcilicet cohiberentur iniurię ebriorum quàm ad veniam quã oportet habere de ebriis, qui nõ ſunt ſui compotes. Fuit etiã alius legiſlator Androdamus ciuis, Rheginus, qui inſtituit quaſdam leges circa pœnas homicidiorũ & circa ſucceſſiones hereditatum, ſed tamen quaſi nihil proprium ipſius dici poteſt. Vltimo autem epilogando concludit, ꝙ hoc modo ſũt conſiderata eadem quæ oportuit conſiderari circa optimas politias, puta Lacedæmonenſium, Cretenſium, & Chartaginenſium, & circa politias a quibuſdã aliis ordinatas. Et ſic terminatur Secundus liber politicorum.

# ARISTOTELIS POLITICORVM

## LIBER TERTIVS.

### Cum Sancti Thomæ Aquinatis præclariſsimis commentariis.

### LECTIO PRIMA.

POſtquàm Philoſophus in ſecundo Libro inquiſiuit de politiis ſecundum traditionem aliorum, hic incipit proſequi de eis ſecundum propriam opinionem, & diuiditur in partes duas. In prima manifeſtat diuerſitatem politiarum. In ſecunda docet qualiter optima politia ſit inſtituenda, in principio ſeptimi Libri, ibi. {De optima Rep. &c.} Prima autẽ pars diuiditur in duas. In prima diſtinguit politias. In ſecunda determinat de ſingulis earum. Lect. 1. In quarto Libro, ibi. {In cunctis artibus, &c.} Prima aũt pars Lect. 5. diuiditur in duas In prima parte determinat id, quod pertinet ad politiam in communi. In ſecunda diuidit politias, ibi. {Quoniam autẽ hæc determinata, &c.} Prima pars diuiditur in duas. In prima dicit de quo eſt intentio. In ſecunda proſequitur propoſitum, ibi. {Eos quidem igitur qui &c.} Circa primum duo facit. Primo oſtendit, ꝙ ad tractandum de politiis, neceſſe eſt primo conſiderare de ciuitate. Secundo oſtendit, ꝙ ad tractã

D

dum de ciuitate, neceſſe eſt conſiderare quid ſit ciuis, ibi. {Quoniam autem ciuitas &c.} Dicit ergo primo, ꝙ ille qui vult conſiderare de politia, quæ vnaquæque ſit ſecundum propriam rationem, & qualis ſit, vtrum ſcilicet bona vel mala, iuſta vel iniuſta, neceſſe eſt, ꝙ primo conſideret quid ſit ciuitas. Et hoc probat duplici ratione: quarum prima ẽ, quia de hoc poteſt eſſe dubitatio. Dubitant enim aliqui circa aliqua negocia, vtrum ſint facta a ciuitate, puta cum ſint facta a tyranno, vel a diuitibus ciuitatis. In quo caſu aliqui dicunt, ꝙ ciuitas hoc fecit, aliqui autem dicunt, ꝙ non fecit hoc ciuitas, ſed diuites principantes, vel etiam tyrannus, & ſic videtur in dubium verti, vtrum ſoli diuites principantes ſint ciuitas. Et quia dubium eſt, oportet ꝙ determinetur. Secunda ratio eſt, quia tota intẽtio eorum qui tractant de politiis & legiſlatione, negociantur circa ciuitatem, quia politia nihil aliud eſt q̃ ordo inhabitantium ciuitatem. Deinde cum dicit.

### LECTIO I.

EI qui de politia cõſiderat, quid ſit vna quæq; & qualiſq;, quæ prima eſt cõſideratio de ciuitate videre, quid quidẽ ſit ciuitas, nũc.n. dubitant ij quidẽ dicentes ciui-

E

### LECTIO I.

*QVi de Rep. cõſiderat, quæ ſit unaqueq;, & qualis, ferè prima illa conſideratio occurit, uidere quid ſit ciuitas: nam ea nõ nunquam in controuerſiam uenit: cum alij dicãt a ciuitate factũ: alij non a ciui*

b ¶ Oſtendit, ꝙ neceſſarium eſt determinare de ciue duplici ratione, quarum prima talis eſt. In omnibus illis, quæ ſunt cõpoſita ex multis partibus, neceſſe eſt prius conſiderare partes. Ciuitas autem eſt quoddam totum conſtitutum ex ciuibus ſicut ex partibus, cum ciuitas nihil aliud ſit quàm quædam ciuiũ multitudo. Ergo ad cognoſcendum ciuitatem, oportet conſiderare quid ſit ciuis. Secunda ratio eſt, ꝙ de hoc etiam contingit dubitationem eẽ, non enim omnes cõcorditer confitentur, ꝙ idem ſit ciuis. Aliquis enim popularis, qui eſt ciuis in ſtatu populari, ſecundum quem populus principatur, non reputatur quandoque ciuis in ſtatu paucorum, ſecundum quem diuites principantur, quia frequenter talis eſt, ꝙ populus nullã habet ibi partem. Quare manifeſtum eſt, ꝙ controuerſia ẽ de ciue, quis ſit ciuis & qualem oportet dicere ciuem. Deinde cum dicit.

c ¶ Proſequitur intentum ſuum, & diuiditur in partes duas. In prima oſtendit quid ſit ciuis. In ſecũda oſtendit quæ ſit virtus, quæ facit bonum ciuem, ibi. {His autẽ quæ dicta ſunt, &c.} Lect. 3. Circa primum duo facit. Primo determinat quid ſit ciuis. Secundo mouet circa hoc quaſdã dubitationes, ibi. {Sed forte de eo &c.} Lect. ſeq. Circa primũ duo facit. Primo oſtendit quid ſit ciuis ſecundũ virtutem. Secundo excludit quandam falſam determinationẽ, ibi. {Conſueuerunt, &c.} Circa primum duo facit. Primo ponit quoſdam modos ſecundum quos aliqui ſunt ciues ſecundum quid & non ſimpliciter. Secundo oſtẽdit quid ſit ciuis ſimpliciter, ibi. {Ciuis ſimpliciter &c.} Dicit ergo primo, ꝙ debemus ad præſens dimittere illos qui dicuntur ciues ſecundũ aliquẽ modum, ideſt ſecundum metaphorã vel ſimilitudinẽ, quia iſti non ſunt vere ciues. Et primus quidem modus eſt ſecundum habitationem. Non autem dicuntur vere ciues aliqui ex hoc, ꝙ ciuitatem inhabitant, quia aduenæ & ſerui habitant in ciuitate, nec tamen ſunt ſimpliciter ciues. Secundus modus eſt, ꝙ aliqui poſſunt dici ciues, quia ſubduntur iuriſdictioni ciuitatis, vt ſcilicet participent iuſtitia ciuitatis in hoc, quòd quandoque obtineãt F ſententiam pro ſe, & quandoque iudicentur, ideſt condemnentur, quia hoc etiam conuenit illis qui habent aliquos contractus inter ſe, qui tamen non ſunt vnius ciuitatis ciues, & tamẽ in quibuſdam ciuitatibus extranei non participant perfecte huiuſmodi iuſtitia ſicut ciues, ſed neceſſe eſt, quòd ſi volunt iudicio contẽdere, quòd dent patronum, ideſt fideiuſſorem de parẽdo iuri. Vnde patet, quòd aduentitii imperfecte participant communione iuſtitiæ, & ita ſecundum hoc non ſunt ſimpliciter ciues, ſed poſſunt dici ciues ſecundum quid. Sicut etiã Tertio modo dicim⁹ pueros ciues, qui nõdum conſcripti ſunt in numero ciuium. Et ſicut dicim⁹ ſenes ciues, qui iam emiſſi ſunt a numero ciuiũ, cùm non poſſunt amplius exequi opera ciuium, vtroſque enim non dicimus ſimpliciter ciues, ſed cum aliqua adiectione. Pueros quidem tamquam imperfectos, Senes autem tamquã vltra prouectos, quàm requirit conditio ciuium. Vel ſi etiam aliud aliquid tale apponat nihil differt. Manifeſtum eſt enim illud quod intendimus dicere: inquirimus enim nunc qd ſit ſimpliciter ciuis abſque aliqua additione, quæ ſit neceſſaria ad dirigendum vel exponendum nomen ciuis. Eſt autem & quartus modus, in quo eſt eadem dubitatio & ſolutio, ſcilicet circa profugos & infames perſonas, q̃ ſcilicet tales ſunt ciues ſecundum quid, & non ſimpliciter. Deinde cum dicit.

d ¶ Oſtendit, quis eſt ciuis ſimpliciter, & circa hoc tria facit. Primo ponit quandã determinationem ciuis. Secundo oſtendit, ꝙ illa determinatio non eſt communis in qualibet politia, ibi. {Oportet autem non latere &c.} Tertio oſtendit quomodo poſſit corrigi vt ſit communis, ibi. {Sed habet directionem, &c.} Dicit ergo primo, quòd per nihil aliud melius poteſt determinari ciuis ſimpliciter quàm per hoc, quòd participet in ciuitate iudicio, vt ſcilicet poſſit de aliquo iudicare ex poteſtate, vt ſcilicet aliquam habeat poteſtatem in negociis ciuitatis. Sed ſciendum, quòd principatuum ſunt duo genera. Quidam enim ſunt determinati ad certum tempus, ita quòd apud quaſdam ciuitates non liceat, ꝙ idem homo

tatẽ, egiſſe actionẽ, ij aũt non ciuitatẽ ſed Oligarchiã vel tyrannum, politici autẽ & legiſlatoris videmus omne negociũ exiſtẽs circa ciuitatẽ, politia autem eſt ordo quidã habitãtiũ ciuitatẽ.

b Quoniã autem ciuitas eſt cõpoſitorũ, ſicut aliud aliquod totorum quidem & cõſtãtium ex multis partib⁹, palã quòd prius ciuis eſt inquirẽdus. ciuitas.n. ciuium quædam multitudo eſt. G Quare quẽ oporteat vocare ciuem, & quis ſit ciuis cõſiderandum: etenĩ ciuis dubitatur ſæpe: non.n. eundẽ confitẽtur omnes eſſe ciuem, eſt enim aliquis qui in Democratia ciuis exiſtẽs, in Oligarchia ſæpe non eſt ciuis.

H c Eos quidem igitur qui aliter qualiter ſortiuntur hanc appellationẽ, velut poetales ciues dimittendi. ciuis autem non perhabitare alicubi ciuis eſt, etenĩ aduenticij & ſerui cõmunicant habitatiõe, neq; iuſtorũ participes, ita vt & ſentẽtiã obtineãt & iudicẽtur Hoc.n. ineſt & ijs qui a contractibus cõmunicant. In multis quidẽ neq; ijs pfecte aduentitii participant, ſed neceſſe tribuere aſtitorẽ. Quare imperfecte aliqualiter participãt, ſed I neceſſe tribuere aſtitorẽ. Quare imperfecte aliqualiter participant tali cõione, ſed ſicut & pueros qui nondum pp ætatem inſcripti ſunt, & ſenes, dimiſſos dicendũ eſſe aliqualiter quidem ciues non ſimpliciter aut valde, ſed apponentes hos quidem imperfectos, hos aũt vltra prouectos, vel aliquod tale alterũ, nihil.n. differt, palã.n. quod dicĩ.

K d Quatenus.n. ſimpliciter ciuẽ & nullam talem habentem adiectionem opportunã directioni, quoniam & de vilibus & profugis eſt talia & dubitare & ſoluere, ciuis autẽ ſimpliciter nullo aliorum determinatur magis q̃ per participare iudicio & principatu, principatuum autem ii quidem ſunt diuiſi pro tẽpore,

*tate; ſed a potẽtibus quibuſdã, uel a tyranno. Gubernatoris autem Reipubl. ac legum poſitoris, totum negocium uerſari uidemus circa ciuitatem. Eſt autem reſpubl. eorum qui in ciuitate degunt, inſtitutio.*

*Cum uero ſit ciuitas compoſitum quiddam quemadmodum alia tota ex pluribus partibus conſiſtentia, manifeſtum eſt primo de ciue eſſe perquirendum. Nam ciuitas eſt ciuium multitudo quædam. Quare & quem oporteat ciuem uocari; & qui ſit ciuis eſt conſiderandum: nam & de ciue ſæpe contẽditur: nec eundem omnes eſſe fatentur ciuem & qui in populari ſtatu ciuis eſt, per ſæpe in paucorum gubernatione, non erit ciuis.*

*Eos igitur qui alio quodam modo appellationem ſortiuntur: ceu eos qui ciuitate donati ſunt omittamus. Nec habitatio ciuem facit, nam iſto modo miniſtri qui circa nos habitant & ſerui ciues eſſent. Nec rurſus qui fori ac iudicii ius habent, nam hæc exiſtunt etiam illis qui ſimul contrahunt, cum per contractum forum ſortiantur quã quam multis in locis peregrini, ne id quidem perfecte habeant, ſed neceſſe eſt ut patronum accipiant. Ex quo fit, ut imperfecte quodammodo ſint fori iudiciorumque participes. Sed ut pueri nondum ætate perfecti, & ſenes ob ætatẽ a muneribus publicis uacantes, non ſimpliciter ciues dicendi ſunt, ſed quodammodo ciues. At nos quærimus eum qui ſimpliciter ciuis dicatur, nec habeat aliquam adiunctionem quæ reſtringat & corrigat, cum & de infamibus & de exulibus eodẽ modo, ut ſupra, dubitari & reſponderi poſſit.*

*Ciuis ſimpliciter nulla alia re diffinitur magis quàm participatione poteſtatis publicæ iudicandi, & decernendi. Poteſtates aũt aliæ ſunt determinatæ ſecundũ tẽpus: ita ut nõ liceat interdum niſi ſemel eandẽ habere: aut per alia tẽporũ ſpatia. Aliæ ſunt indeterminatæ: ceu illius qui in concione deliberat & decernit. quanquam fortaſſe diceret aliquis tales nõ eſſe in poteſtate*



homo bis obtineat eundem principatũ, vel quòd obtineat p determinata tempora, puta, ꝙ exerceat aliquod officium ad annum, & poſtea nõ poſſit inſtitui in eodem officio vſque ad tres vel quatuor annos: alius autẽ principatus eſt qui nõ determinatur ſecundũ aliquod tempus, ſed quocumque tempore poteſt homo illud officium exercere, ſicut Prætor, qui ſcilicet habet poteſtatem iudicandi de aliquibus cauſis, & concionator, qui habet poteſtatem dicendi ſuã ſententiã in concione ciuitatis: poteſt autem contingere, ꝙ aliqui huiuſmodi iudices vel concionatores non nominentur principes, & quòd dicatur, ꝙ non habent propter hoc aliquem principatum, ꝙ poſſint cõcionari vel iudicare, ſed hoc nihil ad propoſitũ refert, q̃a iſta dubitatio nõ eſt niſi i nomine, nõ enim inuenimus aliquod nõ commune iudici & concionatori, & ideo imponatẽ eis hoc non vt dicatẽ indeterminatus, ſic igitur ponimus eos, qui participant huiuſmodi principatu eſſe ciues, & iſta videtur eſſe melior determinatio ciuis ſimpliciter, Deĩde cũ dicit

e ¶ Oſtendit, ꝙ huiuſmodi determinatio ciuis non eſt communis in oĩbus politijs, & dicit ꝙ oportet hoc manifeſtum eſſe, ꝙ in omnibus rebus in quibus ſuppoſita differunt ſpecie, & vnum eorũ eſt naturaliter primum, aliud ſecũdũ, aliud cõſequenter ſe habens, vel nihil ſimpliciter eſt cõmune eis quatenus talia ſunt, ſicut in æquiuocis, vel vix & obſcure eſt aliquid commune, ideſt ſecũdũ aliquid modicũ. Politię autẽ, vt infra dicetur, differũt ſecũdũ ſpeciem, & quædã eorũ ſunt priores & quędam poſteriores, quia illæ, quæ ſũt ordinatæ ſecundũ rectã rationẽ, priores ſunt alijs, quæ vero ſunt vitiatę & tranſgrediuntur rectum ordinem politiæ, ſunt poſteriores naturaliter politijs non vitiatis, ſicut in quolibet genere perfectũ eſt naturaliter prius corrupto: quomodo autẽ aliquæ politiæ tranſgrediuntur rectũ ordinẽ, infra erit manifeſtũ, vnde oportet, quòd altera ſit ratio ciuis in diuerſis politijs, vnde prædicta determinatio ciuis maxime conuenit ſtatui populari, in quã quilibet de populo habet poteſtatem iudicandi de aliquo & cõcionandi, in alijs autem politijs quandoque contingit, quòd quilibet ciuis habet hanc poteſtatem, nõ tamen eſt hoc neceſſarium, quia in quibuſdam non eſt populus habens aliquã poteſtatẽ, neque aliquid reputant cõgregationẽ populi, ſed ſolum alios ſpecialiter cõuocatos, & iſti ſoli per partes iudicant aliquas ſententias, ſicut in Lacedæmonia Ephori iudicant ſententias conciuium, alij tamen alias ſentẽtias dabãt, diuerſique diuerſas. Senes autem iudicãt de homicidis, & alij principatus alios caſus iudicabant, & ita etiam eſt apud Carthaginenſes, quia oẽs ſententiæ iudicãtur per aliquos prĩcipes, & ſic populares ciues non participant iudicio, vnde p̃dicta determinatio ciuis in talibus politijs non conuenit. Deinde cũ dicit.

f ¶ Corrigit prædictam diffinitionẽ ciuis & dicit, quòd prędicta diffinitio poteſt dirigi ad hoc, ꝙ ſit communis, quia ĩ alijs politijs a populari ſtatu, concionator & prætor non habet determinatũ prĩcipatũ, ſed hæc duo pertinent ſolum ad eos qui habent determinatos principat⁹, quia quibuſdam horum, aut etiam omnibus conuenit iudicare, & cõſiliari, vel de quibuſdã, vel de omnibus, & ex hoc poteſt eſſe manifeſtum quid ſit ciuis: non .n. ille qui participat iudicio & concione, ſed ille qui poteſt cõſtitui

A vt & quibuſdã oĩno non liceat eundẽ bis principare vel per aliqua determinata tempora, alius autẽ indeterminatus, velut prætor & concionator. forte quidẽ igitur dicẽt vtiq; quis, neq; prĩcipes eſſe tales, neq; participare propter hoc principatu, ſed differat nihil, de nomine enim rõ, innominatũ.n. qđ cõmune in p̃tore & concionatore quid oporteat hæc ambo vocare, ſit itaq; determinationis gratia indeterminatus principatus, ponimns itaq; ciues eos, qui ſic participant. Qui quidem igitur maxime congruit vtique ciuis ad oẽs qui dicunt ciues, ferè talis eſt. B

e Oportet autẽ nõ latere quòd rerũ in quibus ſuppoſita differũt ſpecie, & hoc quidẽ ipſorum eſt primũ, hoc aũt ſecũdũ, aliud autẽ habitũ, aut omnino, nihil eſt ſecundũ, quòd talia, qđ cõmune, aut vix: politias autẽ videmus ſpecie differẽtes ab inuicẽ, C & has quidẽ poſteriores, has autem priores exiſtentes, vitiatas enim vt tranſgreſſas neceſſariũ poſteriores eſſe non vitiatis, trãſgreſſas aũt quomodo dicimus, poſterius erit manifeſtũ, quare, & ciuem neceſſarium alterũ eſſe eum qui ſecundũ vnãquamq; politiam, propter quod quidẽ dictus in Democratia quidem maxime eſt ciuis, in alijs autem cõtingit qdẽ, nõ tñ neceſſariũ, D quibuſdã.n. nõ eſt popul⁹, neq; eccleſiã putãt, ſed cõuocatos, & ſentẽtias iudicant ſecundũ partẽ, velut in Lacedæmonia, eas q̃ cõtractuũ iudicat Ephororum, alius alias. Senes aũt homicidiales, forte autẽ alius principatus, alias. Eodẽ autẽ modo & circa Carchedonẽ: omnes enim ſentẽtias principatus aliqui iudicãt.

E f Sed habet directionem ciuis diffinitio. In alijs enim politijs non qui indeterminatus princeps, eſt cõcionator & prætor, ſed qui ſecundum principatum determinatus: horum enim, aut omnibus, aut quibuſdam attribuitur conſiliari & iudicare, vel de omnibus, vel de aliquibus. Quis quidẽ igitur ſit ciuis ex ijs manifeſtum, cui.n. poteſtas cõmunicandi principatu conſiliatiuo vel iudicatiuo, cui eſt iã dominus eſſe huius ciuitatis, Ciuitatẽ autẽ taliũ multitudinẽ ſufficientem ad Autarciam vitę, vt ſimpliciter eſt dicere

*conſtitutos, atqui ridiculum foret, qui de maximis rebus deliberant & decernunt, eos poteſtatem dicere non habere, ſed nihil referat cum de nomine ſit quæſtio: eſt enim abſque nomine publica poteſtas iudicantis decernentiſque in concione, ſed ſit diffinitionis gratia indeterminata poteſtas. Ponimus autem eos eſſe ciues, qui huius poteſtatis vnà cum aliis participes ſunt. Maxime igitur proprie ciuis ſuper omnes alios, qui ciues dicuntur, fere talis eſt.*

*Nec latere nos debet, quòd in rebus quarum ſubiecta differunt ſpecie, & aliud eorum eſt primum, aliud ſecundum, aliud conſequens, aut omnino nihil eſt, quia talia ſunt, commune, aut vix. Reſpublicas autem uidemus ſpecie differre, & alias eſſe poſteriores, alias priores, quæ enim aberrauerunt, ac prolapſæ ſunt, neceſſe eſt ut poſteriores ſint integris & incorruptis: quomodo autem dicamus eas labi, poſtea patebit, quare eſſe ciuem quoque alium atque alium, neceſſe eſt ſecundum differentiam Rerumpublicarũ, itaque ille de quo diximus in populari quidem ſtatu maxime eſt ciuis, in aliis vero ſpeciebus eſſe quidem poteſt, non tamen neceſſe eſt: in quibuſdam enim ciuitatibus nec populus eſt, neque concionis uſus, ſed Senatum habent, & iudicia, alij alia exercent, ut apud Lacedæmonios de contractibus cognoſcunt hi, qui Ephori nuncupantur, de cæde autem Senatus, & forſan alii de aliis ius dicunt. Eodemque modo apud Carthaginenſes, de omnibus quidem cauſis magiſtratus quidam cognoſcunt.*

*Sed recipit correctionem quandam diffinitio ciuis, qđ in aliis Rebuspublicis non eſt indeterminata illa poteſtas, quæ in concione decernit & iudicat, ſed determinata ſecundum iuriſditionem: horum enim aut omnibus, aut quibuſdam conceſſum eſt deliberare, ac iudicare uel de omnibus, uel de quibuſdam. Quis igitur ſit ciuis ex his patet, cui enim habilitas eſt participandi poteſtatis publicæ deliberatiuæ & iudiciariæ, hunc ciuem eſſe dicimus eius ciuitatis. Ciuitatem uero talium multitudinem, quæ ipſa per ſe ſufficiens ſit, ut ſimpliciter dixerim ad uiuendum.*

ſtitui in principatu conſiliatiuo vel iudicatiuo. Illi enim qui nō poſſunt aſſumi ad talia officia, in nullo videntur participare politia, vnde non videntur eſſe ciues: vltimo autem ex hoc concludit, quòd ciuitas nihil eſt aliud, quàm multitudo talium, qui ſic dicuntur ciues, vt per ſe ſufficienter viuere poſſint ſimpliciter. Eſt enim ciuitas cōmunitas per ſe ſufficiens, vt in Primo dictum eſt. Deinde cum dicit.

g ¶ Excludit quandam determinationē ciuis, quia quidā diffiniunt ciuem & dicunt, quòd quidā ſecundum conſuetudinem ſuam determinant eum eſſe ciuē, q. natus eſt ex ambobus parentibus ciuibus, & non ex altero ſolum, ſcilicet patre, vel matre. Quidā autem amplius requirūt ad hoc, quòd aliquis ſit ciuis, ſcilicet quòd deducatur eius generatio ad ciues auos vſque ad ſecundum gradum vel tertium, vel vltra, & ſi ſic determinetur ciuis ciuiliter, id eſt ſecundum conſuetudinem quarundam ciuitatum, & ſuccincte & ante debitam diſquiſitionem conſurgit dubitatio, in quo modo eſt tertius, vel quartus auus fuit ciuis, ſecundum enim prædictam determinationem nōn poterit dici fuiſſe ciuis, niſi & eius generatio reducatur ad tertiū, vel quartum auum ciuem, & ita erit procedere in infinitum, ſed hoc eſt inconueniens, quia politia non procedit in infinitum. quare manifeſtum eſt, quòd eſt deuenire ad tales ciues qui nati nō ſunt ex ciuibus: circa hoc autem ponit dictum Gorgiæ ſiculi Leontini, qui quędam verba ſapiētia ad prædictas determinatiōes dixit, ſiue quia non erat certus de veritate, ſiue quia ironice loquebat. Dixit. n. quòd ſicut mortaria ſunt illa quæ fiūt ab artificibus mortariorum, ita & ciues ſunt Lariſſei q. ſunt facti, id eſt geniti ab alijs ciuibus Lariſſeis, qui ſunt factiui ciuium Lariſſeorum, hoc autem dictum eſt ſimpliciter & ſine ratione, quia ſi aliqui participant politia ſecū dum diffinitionē prędictam a nobis, oporF tet dicere, quòd ſint ciues, etiam ſi non ſunt progeniti ex ciuibus, alioqui iſta determinatio, quam iſti dant, non poteſt adaptari primis, qui ædificauerunt, aut inhabitauerunt ciuitatem, de quibus conſtat, quòd non fuerunt nati ex ciuibus illius ciuitatis; vnde ſequeretur, quòd non fuerunt ciues, & per conſequēs nec alij, qui ab eis deriuantur, quod eſt inconueniens.

g Determinant etiam ſecundū vſum ciuem, eum qui ex ambobus ciuibus, & non ex altero ſolū, puta patre vel matre, alij autem & hoc ad plus requirūt, puta ad alios duos vel tres, vel plures: ſic autem determinatis politice & celeriter, dubitant quidam tertium hunc vel etiā quartum, quomodo erit ciuis. Gorgias quidē igiť Leontinus, hoc quidem forte dubitans, hoc autē ironice loquēs, ait ſicut mortariola eſſe ea quæ a mortarioli ficis facta ſunt, ſic & Lariſſeos eos qui a cōdentibus facti ſunt: eſſe. n. quoſdam Lariſſofactiuos. Eſt autem ſimplex, ſi enim participabant ſecundū dictam diffinitionem politia erant ciues, neque enim poſsibile eſt adaptare quod ex ciue mare aut fœmina ad primos qui habitauerunt vel ædificauerunt.

*Conſueuerunt autem eum etiam dicere ciuem qui ex duobus ciuibus ortus ſit, & non ex altero ſolum, ceu ex patre & matre, alii uero magis ultra requirunt, ceu auos, & proauos, & attauos, uel plures. His ita diffinitis, ciuiliter & ſuccincte dubitāt quidam;* G *tertius ille aut quartus quomodo erit ciuis. Gorgias quidem Leontinus partim dubitans fortaſſe, partim ludens, inquit. Quemadmodum mortaria ſunt illa, quæ a factoribus mortariorum fiunt, ſic Lariſſeos eſſe, qui ab artificibus eorum fiunt. Eſſe namque aliquos Lariſſeorum factores: eſt autem ſimplex, ſi enim participarent adminiſtrationis Reipublicæ ſecundum determinationem iam dictam, eſſent utique ciues. Etenim neque poſſibile eſt* H *congruere diffinitionem illam primis conditoribus, aut habitatoribus, ut ex patre & matre ciuibus ſint exorti.*

## LECTIO II.

Poſtquam Philoſophus determinauit quid ſit ciuis ſimpliciter, hic manifeſtāt quaſdam dubitationes circa prędicta, & determinat eas & ponit quatuor dubitationes ſe inuicem cōſequētes. Eſt autē prima dubitatio de his qui facta mutatione politiæ aſſumuntur ad communicationem politiæ, ſicut quidam ſapiens Cliſtenes nomine fecit apud Athenas tyrannis deiectis. Adiunxit enim ſocietatib[9] ciuitatis multos extraneos, & etiā quoſdam ſeruos aduentitios, vt multiplicato populo, diuites non poſſent tyrannice opprimere ipſum. Ad hanc autem dubitationem ſoluendā dicit, quòd circa hos dubitatio nō eſt, an ſint ciues, quia ex quo ſūt facti ciues, ciues ſunt, ſed eſt dubitatio, vtrum ſint iuſte vel iniuſte, & hoc videtur Philoſophus intendere, quòd iſti qui ſunt inſtituti ab illo, qui tranſmutant politiam, ſint ciues. Secūdam dubitationē mouet, ibi. {At quidem & cum hac adhuc &c.} Poteſt enim aliquis dubitare, vtrum ille qui nō eſt iuſte ciuis, ſit ciuis, ac ſi tantum valeat circa hoc iniuſtū quantum falſum, manifeſtum enim eſt, ꝙ falſus ciuis non eſt ciuis. Et ad hoc ſoluit, quòd cum aliqui, qui principātur iniuſte, principes tamen habeantur, eadem ratione & illi, qui ſunt iniuſte ciues, dicēdi ſūt ciues, quia ciuis dicitur ex hoc, quòd participat aliquo principatu, vt ſupra dictū eſt. Tertiam dubitationē ponit, ibi. {De eo autem quod iuſte &c.} Et dicit, ꝙ an aliquis ſit iuſte ciuis vel

## LECTIO II.

Sed forte illi magis habent dubitationē quicūque participāt tranſmutatione facta politiæ, velut Athenis fecit Cliſthenes poſt tyrannorū eiectionē: multos. n. ad tribus applicuit extraneos & ſeruos aduentitios, dubitatio autē ad hos eſt, nō qs ciuis, ſed vtrū iniuſte vel iuſte. Equidē & cū hoc adhuc aliquis dubitabit, vtrū ſi nō iuſte ciuis, nō ciuis, tāquàm idē potēte iniuſte & falſo. Qm̄ aūt vr̄, & principātes quoſdā iniuſte quos principari quidē dicemus, ſed nō iuſte, ciuis aūt principatu quodā determinatus eſt. Qui. n. cōmunicat tali principatu ciuis eſt, vt dicim[9], palā quia ciues quidē eſſe faciēdū & hos. De eo aūt qđ eſt iuſte vel non iuſte, copulatur ad dictā prius dubitationē: dubitāt. n. quidē qñ ciuitas egit, & qñ nō ciuitas, puta qñ ex Oligarchia vel tyrannide fiat Democratia, tūc. n. neq; conuentiones volunt quidē diſſoluere, tamquā non ciuitas ſed tyrannus accepit, neq; alia multa taliū tamq̄ quædā politiarum ſint in obtinēdo, ſed non pp cōmuniter expediens. Siquidē igitur in Democratiā verſi fuerant

*Sed forſan de eo magis dubitari poteſt, cum facta mutatione recipiuntur quidam ad communionem Reipublicæ, quemadmodū Athenis fecit Cliſtenes poſt tyrannorum eiectionem: complures* I *enim in tribus deſcripſit peregrinos, & ſeruos, & inquilinos, de quibus dubitari poteſt, non qui ciuis, ſed an iuſte uel iniuſte, atqui & de eo inſuper quis dubitabit, an ſi non iuſte ciuis, ne ciuis ſit, quaſi idem ualeat iniuſtus & falſus, ſed cum uideamus quoſdam iniuſte ſe in magiſtratibus gerere, quos tamen magiſtratus eſſe dicimus, ſed nequaquam iuſte, ciuis autem poteſtate quadam diffinitus ſit, nam qui particeps eſt talis poteſtatis, eſt ciuis, ut diximus, patet quòd hos quoque ci-* K *ues eſſe, dicendum eſt. Iuſte autem uel iniuſte pertinet ad primam illam quæſtionem, in qua quæritur, numquid a ciuitate factum ſit, uel non a ciuitate, ceu cum ex paucorum potentia uel ex tyrannide ad popularem ſtatum fit mutatio, tunc enim neq; mutuatam pecuniam ſoluere quidam uolunt, quaſi non ciuitas eam ſuſceperit, ſed tyrannus, nec alia huiuſmodi per multa, quaſi Reſpublica, ui ac uictoria conſtet non publica utilitate. Si igitur per hunc modum quædam in po-*



vel non, iuſte videtur eſſe coniunctum præcedenti dubitationi, quæ in principio huius libri *Tertij mota eſt, in tranſmutationi*bus enim politiarum circa aliquam ciuitatem dubitari ſolet, quando id, quod fit, ſit factum ciuitatis, & quando non, ſicut cōtingit quandoque, quòd politia ciuitatis mutatur de tyrannide, vel potētia diuitum in potentiam popularem, & tunc populus poteſtatem politię accipiēs, inde vult adimplere conuētiones, quæ ſunt factæ vel per tyrānum, vel per diuites prius dominantes: dicunt. n. quòd ſi qua ſunt data tyranno vel diuitibus ciuitatis, non accipit ea ciuitas, & ita eſt in multis talibus, quia in quibuſdā politijs, illi q. præſidēt, obtinent aliqua ab alijs, non propter cōmunem vtilitatem ciuitatis, ſed propter proprium cōmodū. Soluit autē hanc dubitationem, quòd ſi ciuitas maneat eadē facta trāſmutatione politiæ, ſicut eſt factū huius ciuitatis, illud quod fit ex populari ſtatu, ita illud, quod fit ex paucorum potentia vel tyrannide: quia ſicut tunc habebat in ciuitate poteſtatem tyrannus vel diuites, ita etiam in populari ſtatu populus. Quartam dubitationem ponit, ibi. {Videtur autem ſermo &c.} Et primo ponit hāc dubitationē in generali, & dicit, ꝙ proprius ſermo ad ſoluendū tertiā dubitationē eſt, quomodo oporteat ciuitatem dicere eandem vel non eandē. Secundo ibi. {Superficialis igitur &c.} diuidit prædictam dubitationem in duas partes, & dicit, quòd huiuſmodi quæſtio in ipſa ſuperficie apparet, quòd eſt circa duo, ſcilicet circa locum ciuitatis, & circa homines inhabitātes ciuitatem. Contingit enim quādoque aliter ſeparari homines a loco, puta cū omnes ciues expelluntur de ciuitate, & quidam ducuntur ad vnum locum, & quidam ad alium. Poteſt igitur eſſe dubitatio ſi ſuperinducantur alij habitatores, vtrum ſit eadem ciuitas vel non, & hæc quidē dubitatio lenior eſt, id eſt facilior. Ciuitas. n. multipliciter dicit̄, Vno modo ipſe locus ciuitatis, & ſic ciuitas eſt eadem, alio modo populus ciuitatis, & ſic ciuitas non eſt eadem, ſed tunc remanet alia dubitatio, quam tangit, ibi. {Similiter quoque &c.} Si enim ſemper ijdem homines habitent eundem locum, poteſt eſſe dubium, quando ſit vna ciuitas, & quando non. Et primo excludit vnam rationem vnitatis, cum dicit {Non enim vtique muris &c} Et dicit, quòd non poteſt dici, quòd homines inhabitantes ciuitatem conſeruent identitatem ciuitatis propter muros eoſdem. Poſſet enim contingere, quòd A toti vni regioni, puta Peloponeſo circunduceretur vnus murus, & tamen non eſſet eadem ciuitas, & ita fuit de Babylone vel de quacumque alia maxima ciuitate, in qua magis comprehenditur vna gens, quàm vna ciuitas. Dicitur enim de Babilone, quòd quando fuit capta vna pars ciuitatis, vſque ad tertium diem, nō ſenſit alia pars ciuitatis propter murorū amplitudinem, & interponit, ꝙ de hac dubitatione, ſcilicet, vtrum expediat eſſe ita magnam ciuitatem, conſiderandum erit alibi, id eſt in Septimo. Pertinet. n. ad politicum cognoſcere quanta debeat eſſe magnitudo ciuitatis, & vtrū debeat continere homines vnius gentis vel plurium, nam ciuitatis magnitudo tāta eſſe debet vt ei fertilitas regionis ſufficiat, & vt hoſtes inuaſos repellere poſſit, conſtare etiam debet ex vna gente potius, quia gens vna, vnius moris & vnius conſuetudinis eſt, quæ amicitiam propter ſimilitudinem inter ciues conciliat, vnde ciuitates quæ conſtitutæ ſunt ex diuerſis gentibus propter diſſenſiones quas habuerūt propter diuerſitatē morū deſtructæ fuerunt, quia vna pars adiungebat ſe inimicis propter odium alterius partis. Deinde cum dicit.

b ¶ Inquirit de alia ratione vnitatis, vtrū ſcilicet hominibus remanentibus in eodē loco, ſit dicenda ciuitas eadē propter idē genus inhabitantiū, quia ſcilicet quidam ſuccedunt quibuſdā, quàmuis non ſint ijdem homines numero, ſed ſicut dicimus fontes vel fluuios eſſe eoſdē propter ſucceſſionem aquarum, quàmuis quædam effluat & quædam adueniat, ita dicimus eādem ciuitatē, q̄uis alij corrūpant̄ alij generent̄ quandiu manet idē genus hominū. Deinde cū dicit.

c ¶ Soluens hanc dubitationem oſtendit, veram rationem vnitatis ciuitatis, & dicit, quòd propter prædictam ſucceſſionē hominum vnius generis poteſt aliqualiter dici eadem multitudo hominum, non tamen poteſt dici eadem ciuitas, ſi mutetur ordo politiæ, cum enim communicatio ciuium, quæ politia dicitur ſit de ratione ciuitatis, manifeſtum eſt, quòd mutata politia non remanet eadem ciuitas, ſicut videmus in illis, qui dicunt cantiones in choris, quòd non eſt idem chorus, ſi quandoque ſit comicus, id eſt dicens cantiones comicas de factis infimarum perſonarum. Quandoque autem tragicus, id eſt dicens tragicas cantiones, de geſtis principum, & ita etiam videmus in omnibus alijs quæ conſiſtunt in quadam compoſitione vel communione, ꝙ quandocumque alia eſt ſpecies compoſitionis, non remanet idē

quidā ſecūdū hūc modū, ſimiliter dicendū ciuitatis huius eſſe eas, quæ huius politiæ actiones, & eas quæ ex Oligarchia & tyrannide. videtur aūt ſermo proprius eſſe dubitatiōis huius, qualiter quidē oporteat dicere ciuitatē eſſe eandē, aut nō eandē ſed alterā. ſuperficialis quidē igitur inquiſitio dubitationis circa locū & homines eſt, contingit. n. diſiungi locū & homines, & hos quidē alterū, hos autē alterū habitare locū, hāc quidē igitur minorē ponēdū dubitationē: multipliciter n. ciuitate dicta, eſt aliqualiter alleuiatio talis inquiſitionis. Similiter autē & hoīum eundē locū habitantiū qñ oportet vnā eſſe ciuitatē, nō. n. vtiq; muris, erit. n. vtiq; Peloponneſo circūponere vnū murū, talis aūt forte eſt & Babylon, & oīs quæ habet circūſcriptionē magis gētis quàm ciuitatis, qua quidē capta aiunt tertio die non ſenſiſſe quandam partē ciuitatis, ſed de hac qdē dubitatiōe in aliud tēp[9] opportuna ſpeculatio: de magnitudine. n. ciuitatis. ſ. quantū & vtrū gēs vna vel plures expediāt, oportet nō latere politicū.

b Sed eiſdem habitantibus eundē locū, vtrū donec vtiq; ſit genus idē habitantiū dicendū eandē eſſe ciuitatē, quàmuis ſemp ijs quidē corruptis, ijs autē generatis, ſicut & fluuios conſueuimus dicere eoſdem & fontes eoſdem, quamuis ſemper hoc quidem ſuperueniente fluxu, hoc autem recedente.

c An homines quidem dicēdū eſſe eoſdē propter talē cauſam, ciuitatē aūt alterā: ſiquidē n. eſt communicatio quædā ciuitas. eſt autē cōmunicatio ciuiū politica facta altera ſpecie, & diffe-

*pulari ſtatu fiunt, eſſe ſimiliter dicendum, eſt huius ciuitatis acta & paucorum potentiæ, & tyrannidis, videtur autem proprius huius quæſtionis locus, quomodo aliquando dicamus ciuitatem eſſe eandem & non eandem, ſed aliam. Potiſſime igitur inueſtiga-* B *tio dubitationis huius eſt circa locum & homines, fieri enim poteſt, vt ſeparetur locus, & homines, & alios alibi habitare, ſed hæc leuis eſt dubitatio. Nam cum multipliciter dicatur ciuitas, perfacilis eſt huiuſmodi quæſtio, Similiter quoque eorum, qui eundem inhabitant locum, quoad dicendum ſit vnam eſſe ciuitatem, non enim mœnibus diffinitur, liceret enim Peloponneſum totam vnis mœnibus circundari. Talis fortaſſe eſt Babylon, quæ capta cum eſſet ab hoſtibus, feſſi* C *partem aliquam eius ciuitatis tertia die nondum aliquid ſenſiſſe, ſimiliter & quæcumque alia magis habet circunſcriptionem gentis, quàm ciuitatis, ſed huius quæſtionis alio loco vtilis erit conſideratio, nam de magnitudine ciuitatis, & quantam eſſe vtile ſit, & vtrum vnam vel plures, latere non debet.*

*At manentibus eiſdem habitatori-* D *bus eodem loco, vtrum quoad ſit idem genus habitantium, eandem eſſe ciuitatem dicendum ſit, quamuis ſemper alii intereant, alii oriantur, vt & flumina ſolemus eadem dicere, & fontes eoſdem, quamuis ſemper vnda noua ſuperueniat ac defluat.*

*An homines dicendum eſt eoſdem eſſe propter eandem cauſam, ſed ciuitatem aliam? Nam ſi ciuitas eſt ſo-* E *cietas quædam, ſocietas autem ciuium variata Reipublicæ gubernandæ forma, & alia effecta, neceſſarium vti-*

ritas, ſicut nõ eſt eadem harmonia, ſi quandoque ſit dorica, ideſt ſeptimi vel octaui toni, quandoque autem phrigia, ideſt tertij vel quarti, cum igitur omnia talia habeant hunc modum, manifeſtum eſt, quòd ciuitas eſt dicenda eadem, reſpiciendo ad ordinem politię, ita quòd mutato ordine politiæ, licet remaneat idẽ locus & ijdem homines, non eſt eadem ciuitas, quamuis materialiter ſit eadem: poteſt autem ciuitas ſic mutata vocari vel eodem, vel altero nomine, ſiue ſint ijdem, ſiue alij, ſed ſi eſt eadẽ nomine, erit æquiuoce dictum. vtrum autem propter hoc, ꝙ non remanet eadem ciuitas facta tranſmutatione politiæ ſit iuſtum, quòd conuentiones prioris politiæ adimpleãtur vel non, pertinet ad aliã conſiderationem, qđ in ſequentibus determinabitur.

rente politica neceſſariũ eſſe videbitur, & ciuitatẽ eſſe nõ eandẽ, ſicut & chorũ, qñq; quidem Comicũ, qñq; aũt Tragicũ alterũ eſſe dicimus eiſdẽ ſæpe hominibus exiſtentibus: ſimiliter aũt & omnẽ aliã cõmunionẽ & cõpoſitionẽ alterã, ſi ſpecies altera cõpoſitionis ſit, velut Harmoniã eorundẽ ſonorũ alterã eſſe dicemus, ſi quandoq; quidẽ ſit Doria, qñq; autem Phrygia. G ſi itaque hũc habet modũ, manifeſtũ ꝙ maxime dicendum eandẽ ciuitatẽ ad politiã reſpiciẽtes, nomine aũt vocare altero vel eodẽ vtiq; & eiſdẽ habitãtibus ipſam, & oĩno alteris hominibus. Si aũt iuſtũ diſſoluere vel nõ diſſoluere, qñ ad alterã politiã trãſmittatur ciuitas, ratio altera. H

F autem &c.} Oſtendit, quòd non ſit eadem virtus ciuis & boni viri tribus rationibus. In quarum prima præmittit ſimilitudinẽ ad oſtendendum, quæ ſit virtus boni ciuis, & dicit, quòd ſicut nauta ſignificat aliquid commune multis, ita & ciuis: quòd autem nauta ſit communis multis, manifeſtat, quia cum multi diſſimiles in potentia, ideſt arte & officio dicantur nautæ, quidã eorũ eſt remigator, qui mouet nauem remis, quidam gubernator, qui dirigit motum nauis gubernaculo, quidam autem eſt prorarius, ideſt cuſtos prorę, quę eſt anterior pars nauis, & alij habent alia nomina & alia officia. Manifeſtum eſt autẽ, quòd vnicuique horum conuenit aliqd ſecundum propriam virtutem, & aliquid ſecundum communem. Ad propriam enim virtutem vniuſcuiuſque pertinet, ꝙ habeat diligẽtem rationem & curam de proprio officio, ſicut gubernator de gubernatiõe, & ſic de alijs. Communis autẽ virtus eſt quædam, quæ conuenit omnibus: omnium enim eorũ opus ad hoc tendit, vt nauigatio ſit ſalua; ad hoc enim tẽdit deſiderium & intẽtio cuiuslibet nautæ; & ad hoc ordinatur virtus cõmunis nautarũ, quæ eſt virtus nautæ inquantũ eſt nauta, ita etiam cum ſint diuerſi ciues habentes diſſimilia officia, & ſtat⁹ diſſimiles p quos exercent proprias operationes in ciuitate, opus commune omnium eſt ſalus communitatis: quæ quidem communitas cõſiſtit in ordine politiæ; vnde patet, quòd virtus ciuis inquantum eſt ciuis, conſideratur in ordine ad politiam, vt ſcilicet ille ſit bonus ciuis, qui bene operatur ad conſeruationẽ politiæ. Sunt autẽ plures ſpecies politiæ, vt infra dicetur, & ex ſuperioribus aliqualiter eſt manifeſtum. ad diuerſas autẽ politias ordinantur homines bene, ſecundum diuerſas virtutes. Alio enim modo conſeruatur ſtatus popularis, & alio modo potentia paucorum, aut tyrannis, vnde manifeſtũ eſt, quòd non eſt virtus perfecta

*que videretur ciuitatem quoque non eandem permanere, vt & chorum alium eſſe dicimus, dum tragicus eſt, quàm dum comicus, & ſi idem ſint homines eodemque item modo, omnem aliam ſocietatem & compoſitionem, ſi ſpecies compoſitionis alia fiat, ceu harmoniam earundem vocum aliam eſſe dicimus, & modo doricam, modo phrygiam vocitamus. Id ſi ita eſt, patet, quòd maxime dicendum eſt eandem ciuitatem ad Rempublicam reſpicientes, nomine autem uocari alio, aut eodem licet eiſdem habitantibus eandem, vel aliis penitus hominibus, Vtrum autem iuſtum ſit reddere pecuniam mutuo ſumptam, mutata Reipublicæ gubernandæ ſpecie, uel non iuſtum, alia eſt diſputatio.*

LECTIO III.

Poſtquam Philoſoph⁹ oſtẽdit quid ſit ciuis, & ſoluit quaſdam dubitationes, hic inquirit de virtute ciuis, ſecundum quam determinatur, & diuiditur in partes duas. In prima oſtendit, quòd non eſt ſimpliciter eadem virtus ciuis & virtus boni viri. In ſecunda parte mouet circa hoc quaſdã dubitationes, ibi. {His autem quæ dicta ſũt &c.} Circa primum duo facit. Primo oſtẽdit, quòd non eſt eadem ſimpliciter virtus ſtudioſi ciuis & boni viri. In ſecunda oſtendit, quòd alicuius ciuis eſt eadem virtus, quę & boni viri, ibi. {Sed forte &c.} Circa primum duo facit. Primo dicit de quo eſt intentio, quia poſt prædicta eſt conſequens cõſiderare, vtrũ debeamus ponere eandem virtutem boni ciuis, & boni viri, vel non: quod eſt quærere, vtrum ab eodem dicatur aliqs bonus vir, & bonus ciuis: nã virtus eſt quæ bonum facit habentem, ad hoc autem quòd iſta queſtio debitam inquiſitionẽ accipiat, oportet primo oſtendere, quę ſit virtus ciuis, ſub quadam figura & ſimilitudine. Secundo ibi. {Nautarum

Lectio. ſeq.

LECTIO III.

His aũt q̃ dicta ſunt, habitũ eſt cõſiderare, vtrum eandẽ virtutẽ boni viri & ciuis ſtudioſi vel nõ eandẽ. at vero ſiquidẽ hoc oportet ſortiri inquiſitione eã quæ ciuis, typo quodam primo ſumẽdum, ſicut igitur nauta vnus aliquis cõmuniũ eſt, ita & ciuẽ dicimus, nautarũ autẽ q̃uis diſsimiliũ exiſtẽ- I tiũ potẽtia, hic quidẽ.n. eſt remigator, hic autẽ gubernator, hic aũt prorarius, hic aũt aliam quãdã talẽ habẽs denominationẽ, palã ꝙ diligentiſsima vniuſcuiuſq; ratio propria virtutis erit: ſimiliter aũt & cõmunis quędã cõgruet oĩbus. Salus.n. nauigationis opus eſt ipſorũ oĩum, hoc.n. deſiderat vnuſquiſq; nautarũ. ſimiliter igitur ciuiũ quãuis diſsimiliũ exiſtẽtiũ, opus eſt ſalus cõmunitatis, communitas K autẽ eſt politia, propter qđ q̃dẽ neceſſariũ eſt eſſe ciuis virtutem ad politiã, ſiquidẽ igiẽ ſunt plures politiæ ſpecies, palã qđ non contingit ſtudioſi ciuis vnã eſſe virtutẽ perfectã, bonũ aũt virũ dicimus eſſe ſecũdũ virtutẽ perfectã, qđ quidẽ igiẽ cõtingit ciuẽ exiſtentẽ ſtudioſum nõ poſſidere virtutẽ ſecũdũ quã ẽ ſtudioſus vir, manifeſtũ. Quinimmo & ſm aliũ modũ eſt, dubitãtes venire ad eãdẽ rationẽ de optima

LECTIO III.

*De his uero quæ nunc dicta ſunt, conſequens eſt uidere, utrum eadem ſit uirtus boni uiri, & boni ciuis, uel non eadẽ. Atqui, ſi hoc eſt perquirendum, prius de uirtute ciuis ſub compendio uidere oportet. Vt igitur nauta, unus aliquis eſt eorum, qui ſunt in communi ſocietate, ita & ciuem dicimus, nautarum uero, quamquam diſſimiles ſint ſecundum potentiam, nam alter eſt remex, alter gubernator, alter proram dirigens, alter alteram huiuſmodi appellationem habens, patet quòd expreſſius uniuſcuiuſque ſermo proprius erit illius uirtutis, ſimiliter autem & communis quidem conuenit omnibus. Salus enim & conſeruatio nauigantium, commune eſt omnium opus, ad hoc enim unuſquiſque eorum intendit, Sic igitur & ciuibus, licet diſſimiles ſint, opus eſt conſeruatio communis ſocietatis, ſocietas uero eſt Reſpublica: quapropter neceſſe eſt uirtutem eſſe ciuis ad Rempublicam, ſiquidẽ igitur plures ſunt Rerũpublicarum ſpecies, patet non eſſe recipiendum, ut ſtudioſi ciuis una ſit uirtus, eaque perfecta, at uiri boni perfecta eſt uirtus. quòd igitur fieri poſſit ut ciuis ſtudioſus non poſſideat uirtutem illam per quam dicitur uir bonus, manifeſtum eſt, Quinetiam & alio modo inquirentibus, deuenire licet ad eandem rationem circa optimam Rem*



perfecta ſecundum quam ciuis poſſit ſimpliciter dici bonus, ſed aliquis dicitur virtuoſus, ſecundum vnam virtutem perfectam, ſcilicet ſecundum prudentiam, ex qua omnes virtutes morales dependent. Contingit igitur aliquem eſſe bonum ciuem, qui tamen non habet virtutem ſecũdum quam aliquis eſt bonus vir, & hoc ĩ politijs, quę ſunt præter optimã politiam. Secundam rationem ponit, ibi. {Quinimmo & ſecundum alium modum &c.} Et dicit, ꝙ per alium modũ poſſumus inquirendo ſiue obijciendo peruenire ad eandem rationem & circa optimã politiam, ſcilicet, ꝙ non ſit eadem uirtus boni ciuis, & boni viri, quia impoſſibile eſt quantumcumq; ſit bona politia, ꝙ omnes ciues ſint virtuoſi, ſed tamẽ oportet, quòd vnuſquiſque faciat opus ſuũ, quod ad ciuitatẽ pertinet bene, quod quidem ſit ſecũdum virtutem ciuis, inquantum eſt ciuis. Et ideo dico, quòd non poſſunt eſſe omnes ciues ſimiles, vt idem opus ad omnes pertineat. Et ex hoc ſequitur, quòd non ſit vna virtus boni ciuis, & boni viri, quam quidem conſequẽtiam ſic manifeſtat, quia in optima politia, oportet quòd quilibet ciuis habeat virtutem boni ciuis. Per hunc.n. modum ciuitas erit optima, ſed virtutẽ boni viri, impoſſibile eſt quòd omnes habeant, quia non omnes ſunt virtuoſi in vna ciuitate, vt dictũ eſt. Tertiam rationẽ ponit ibi. {Adhuc enim &c.} Et dicit, ꝙ omnis ciuitas cõſtat ex diſſimilibus rebus, ſicut animal, animal enim componitur ſtatim ex diſſimilibus, ſcilicet ex anima & corpore, & ſimiliter anima humana conſtat diſſimilibus, ſcilicet ex vi rationabili & appetitiua, & iterum domeſtica ſocietas cõſiſtit ex diſſimilibus ſcilicet ex viro & muliere, & acquiſitio etiã conſtat ex domino & ſeruo; ciuitas autẽ conſtat ex omnibus

A dem virtus boni ciuis, & boni viri. Deinde cum dicit.

b ¶ Oſtendit, quòd alicuius ciuis eſt eadem virtus, quæ & boni viri. Et circa hoc tria facit. Primo oſtendit propoſitum. Secundo ex hoc concludit concluſionem probatam in præmiſſis, ibi. {Et diſciplinam autem &c.} Tertio mouet quandam dubitationem circa prę- miſſa & ſoluit, ibi. {At vero laudatẽ &c.} Dicit ergo primo, ꝙ forte poterit dici, ꝙ alicuius ciuis ad hoc quòd ſit bonus requiritur eadem virtus, quæ eſt boni viri. Nõ enim dicitur aliquis eſſe bonus princeps, niſi ſit bonus per virtutes morales, & prudens. Dictũ eſt enim in ſexto Ethicorum, quòd politia eſt quædam pars prudentiæ, vnde oportet politicum, ideſt rectorẽ politiæ eſſe prudentẽ, & per conſequens bonum virum. Deinde cum dicit.

Lec.4.ca.6.

c ¶ Concludit ex hoc, quòd non ſit eadem virtus boni ciuis ſimpliciter & boni viri. Et ad hoc probandum primo inducit, quòd quidam dicunt aliam eſſe diſciplinã principis, qua eſt inſtruẽdus ad uirtutem & diſciplinã ciuis, vt apparet ex hoc quòd filij Regũ erudiuntur in equeſtrem & bellicam diſciplinam. Vnde & Euripides dixit loquens ex pſona principis, Non ad me pertinet ſcire quæ ſunt ſpecioſa & alta, quę ſcilicet Philoſophi conſiderant, ſed ea quorum opus eſt ad regimen ciuitatis: & hoc dixit ad ſignificandũ quòd eſt quędã propria diſciplina principis. Ex quo cõcludit, quòd ſi eadẽ ſit diſciplina & virtus boni principis, & boni viri, non autẽ omnis ciuis eſt princeps, ſed etiam ſubditi ſunt ciues, ſequitur, quòd non ſit ſimpliciter eadẽ virtus ciuis & viri boni, niſi forte alicuius ciuis illius ſcilicet, qui poteſt eſſe princeps. Et hoc ideo, quia nõ eſt eadẽ uirtus principis & ciuis. Propter qđ Iaſon dixit, ꝙ grauiter ferebat quãdo nõ

politia. Si enim impoſsibile ex oĩbus ſtudioſis exiſtentibus eſſe ciuitatẽ, oportet aũt vnũquẽq; quod ſecundũ ipſum opus bene facere, hoc aũt a virtute, qm̃ impoſsibile ſimiles eſſe oẽs ciues, non vtiq; erit virtus vna ciuis & boni viri. Eam quidẽ.n. quæ ſtudioſi ciuis oportet oĩbus ineſſe: B ſic.n. optimã neceſſariã eſſe ciuitatẽ, eã aũt quæ viri boni, impoſſibile, ſi nõ oẽs neceſſariũ bonos eſſe eos qui in ſtudioſa ciuitate ciues. Adhuc.n. ex diſsimilibus eſt ciuitas, ſicut animal mox eſt ex aĩa & corpore, & aĩa ex rõne & appetitu, & domus ex viro & muliere, & poſſeſsio ex domino & ſeruo. Eodẽ modo & ciuitas ex oĩbus ijs, & adhuc ex alijs diſſimilibus ſpeciebus cõſiſtit, ne- C ceſſe nõ vnã eſſe ciuiũ omnium virtutẽ, ſicut neq; Chorizantiũ ſummi & aſtãtis: qđ q̃dẽ igitur non eadem, manifeſtum ex ijs.

b Sed forte erit alicuius eadẽ virtus ciuis boni & viri ſtudioſi? Dicimus vtique principem ſtudioſum, eſſe bonum & prudentem, politicum autem, neceſſarium eſſe prudentem.

c Et diſciplinam autẽ mox alte- D rã eſſe dicũt quidã principis, ſicut & videntur regũ filij equeſtrẽ & bellicã erudiri, vt Euripides ait. Nõ mihi quę vana altera, ſed quorũ ciuitati opus eſt, tamquàm ſit quędã principis diſciplina: ſi itaque eadẽ principis boni & viri boni, ciuis autẽ eſt, & qui ſubditus, non eadẽ vtiq; erit ſimpliciter ciuis & viri. Alicuius tamẽ ſcilicet, potẽtis principari ſolius ciuis, non enim ea- E dem principis & ciuis, & propter hoc Iaſon ait, Eſurire quãdo non tyrannizat, tamquàm neſciens idiota eſſe.

d At vero laudatur poſſe principari, & ſubijci, & ꝓbati ciuis virtus eſſe poſſe principari & ſubijci bene, ſi igitur eam quidẽ quę

*publicarum, nam ſi impoſſibile eſt ex omnibus ſtudioſis eſſe ciuitatem, & oportet ſingulos opus ſuum bene facere, hoc autem a uirtute, ſit uero impoſſibile ſimiles eſſe ciues omnes, nequaquam una eſſet uirtus ciuis, & uiri boni. Nam uirtutem ſtudioſi ciuis omnibus eſſe oportet, ſic enim optima foret ciuitas utique, at uiri boni uirtutem impoſſibile eſt omnibus eſſe, neceſſarium ſit in ſtudioſa ciuitate ciues omnes eſſe uiros bonos. Præterea, cũ ex diſſimilibus conſtet ciuitas, ut animal ex anima & corpore, anima uero ipſa ex ratione & appetitu, & domus ex uiro & uxore, & acquiſitio ex domino & ſeruo. Eodem modo cum ciuitas ex his omnibus, ac præterea ex aliis diſſimilibus conſtet ſpeciebus, neceſſe eſt non unam eſſe ciuium omnium uirtutem, quemadmodum nec chorum agentium ſupremi & aſſiſtentis, quod igitur non eadem ſimpliciter ſit, ex his patet.*

*Sed an erit alicuius eadẽ uirtus ciuis ſtudioſi, & uiri boni? Dicimus uti que ſtudioſum, in magiſtratu bonum eſſe atque prudentem, Ciuilem autem hominem neceſſarium eſt eſſe prudentem.*

*Et ſtatim aliam eſſe diſciplinam præſidentis aiunt quidam, ut patet in Regum filiis, qui ad equeſtrem, bellicamque diſciplinam in adoleſcentia erudiuntur. Et Euripides inquit: Non mihi ſpecioſa, ſed ea quorum ciuitas indiget, tamquàm ſit præſidentis diſciplina quædam, ſi autem eſt eadem uirtus regentis boni, ac uiri boni, ciuis autem eſt & qui regitur, non eadem uirtus ſimpliciter eſſet ciuis & uiri boni, ſed tamen cuiuſdam ciuis, non enim eadem uirtus eſt regentis & ciuis, Et ob hoc forſan Iaſon inquit: grauiter ſe ferre ſi non regnaret, quaſi neſciret, priuatus eſſe.*

*Sed nihilominus laudandum eſt poſſe imperare & parere, ac præclari ciuis uirtus eſt, poſſe præeſſe & ſubeſſe laudabiliter. Si ergo uirtutem*

iſtis diuerſitatibus & ex multis alijs: dictum eſt autem in Primo, quòd non eſt eadem virtus principantis & ſubiecti, neque in anima, neque etiam in alijs: vnde relinquitur, quòd non ſit vna & eadem virtus omnium ciuium, ſicut videmus, quòd in choro non eſt eadem virtus ſupremi, ideſt illius, qui ducit chorum & aſtantis, ideſt illius, qui aſſiſtit. manifeſtum eſt autem, quòd vna & eadem eſt virtus boni viri, relinquitur ergo, quòd non ſit ea-

tyrannizabat, ac ſi neſciret viuere, ſicut priuata perſona. Deinde cum dicit.

d ¶ Mouet dubitationem circa præmiſſa. Et circa hoc duo facit. Primo obijcit contra præmiſſa. Secundo ſoluit, ibi. {Quoniam igitur &c} Dicit ergo primo, quòd quandoq; laudatur ciuis ex hoc, quòd poteſt bene principari & ſubijci. Si ergo virtus boni viri eſt, quę eſt virtus boni principis, virtus autem boni ciuis

ciuis eſt quæ ſe habet ad vtrumque ſcilicet ad principandum, & ſubijciendum. Sequitur, quòd non ſint ambo ſimiliter laudabilia, ſcilicet eſſe bonum ciuem, & bonum virum, ſed eſſe bonum ciuem ſit multo melius. Deinde cum dicit.

e ¶ Soluit prædictam dubitationem. Et primo oſtendit, quomodo eſt eadem diſciplina principis & ſubiecti, & quomodo non. Secundo oſtendit, quomodo ſit eadem virtus vtriuſq; ibi. { Horum autem virtus &c. } Circa primum tria facit. Primo proponit qđ intendit, & dicit, quòd quia ſicut prædictũ eſt, aliquando vtrũq; horum videtur, ſcilicet, quòd non oporteat eandem diſciplinam diſcere principem & ſubditum, & iterum, quòd bonus ciuis debet ſcire vtrũque, ſcilicet, principari & ſubijci, quomodo vtrumq; ſit verũ, oportet conſiderare ex ſequentibus. Secũdo ibi. { Eſt.n. principatus &c. } Ponit vnũ modum principatus, in quo verificatur vnum eorum quę dicta sũt, ſcilicet, quòd alia eſt diſciplina pricipis & ſubditi. Et dicit, quòd eſt quidam principatus dominatiuus, ĩ quo princeps eſt dominus ſubditorum, & talem principem non oportet, ꝙ ſciat facere ea quæ ꝑtinent ad miniſteria neceſſaria vitæ, ſed magis ꝙ ſciat vti eis: alterum autem, ſcilicet poſſe ſeruire in his quæ pertinent ad actiones miniſteriorum, non videtur eſſe principatiuum vel dominatiuũ, ſed magis ſeruile. ſunt autẽ diuerſæ ſpecies ſeruorum ſecũdum diuerſas operationes miniſtrãtium, inter quos vnam partem tenent illi qui manibus operantur, ſicut artifices coquinarij, & ſimiles. Iſti autem viuũt de operibus manuũ, ſicut ex nomine eorum ſignificatur, & inter tales computãtur viles artifices .i. qui opere ſuæ artis maculant corpus, vt in Primo dictum eſt, & quia operationes horum artificum nõ ſunt principatiuæ, ſed magis ſeruiles, ideo antiquitus apud quoſdam, artifices nõ habebãt aliquam partem in principatu ciuitatis, & hoc dico

boni viri ponimus principatiuam, eam autem quæ ciuis ambo, non vtique erunt ambo laudabilia ſimiliter.

e Quoniam igitur aliquãdo videtur vtraque & non eadẽ oportere principẽ diſcere & ſubditum, ciuem autem ambo ſcire & prĩcipare ambob⁹, & hinc vtique conſiderabit aliquis. Eſt enim principatus deſpoticus, hunc autem quæ circa neceſſaria dicta ſcire facere principẽ, non neceſſarium, ſed vti magis, alterum aut ſeruile: dico aũt alterum poſſe & ſeruire miniſterialibus actionibus. Serui autem ſpecies plures dicimus, operationes enim plures, quarum vnã partẽ tenent manuales, iſti aũt ſunt ſicut & nomen ſignificat ipſos, qui viuunt de manib⁹ in quibus banauſis artifex eſt: propter quod apud quoſdã non participabant principatus antiquitus artifices, antequam fuiſſet populus deuius extremis. Opera quidem ſubditorũ ſic non oportet bonũ neq; politicũ, neq; ciuẽ bonũ addiſcere, niſi qñq; gratia oportunitatis ſibi ad ſe ipſum, non.n. adhuc accidit fieri hũc quidẽ deſpotũ, hũc aũt ſeruũ. Sed eſt quidã principatus ſecundũ quẽ principatur ſimilib⁹ genere & liberis: hũc.n. dicimus eſſe ciuilẽ principatũ quẽ oportet principẽ ſubditũ addiſcere, velut equeſtrib⁹ principari eũ, qui inter illos ſubditus fuit, & exercitũ ducere in exercitu ductum, & qui ordini præfuit, & inſidias diſpoſui. Propter quod dicitur & hic bene, quod non eſt bene principari eum, qui nõ ſub principe fuit.

f Horum autem virtus quidem altera, oportet autem ciuem bonum ſcire, & poſſe principari & ſubijci, & hæc virtus ciuis, ſcire principatũ liberorũ ad vtraq;, & boni etiam viri ambo, & ſi altera ſpecies temperantiæ & iuſtitiæ principatiuæ. Etenim ſubiecti quidem, liberi aũt boni, palam quia non vna vtique erit virtus, puta iuſtitia, ſed habens ſpecies ſecundum quas principabitur & ſubijcietur. Sicut.n.

F antequam fuiſſet populus extremus, ideſt antequam infimi de populo acciperent poteſtatem in ciuitatibus. Sic igitur patet, ꝙ huiuſmodi opera ſubditorum non oportet addiſcere neque bonum politicum, ideſt gubernatorem ciuitatis, neq; etiã bonũ ciuem, niſi quandoque propter aliquam vtilitatem ad ſeipſum, nõ quòd in hoc ſeruiat alijs, quia iam non eſſet diſtinctio inter dominum & ſeruũ. Sed huiuſmodi ſeruilia opera domini exercerent. Tertio ibi. { Sed eſt quidã principatus &c. } Ponit alium principatum ĩ quo alia pars verificatur ſcilicet, ꝙ eadem debet addiſcere & prĩceps, & ſubditus. Et dicit, quòd eſt quidã principatus ſecundũ quem aliquis principatur, non ſicut dominus ſeruis, ſed ſicut liberis, & ſibi æqualibus, & hic eſt ciuilis principatus, ſecundum quem in ciuitatibus nunc hi, nunc alij aſſumũtur ad principandum, & huiuſmodi principẽ oportet ſubiectũ addiſcere qualiter debet principari, ſicut principari equitibus addiſcit aliquis, per hoc, quòd inter equites ſubiectus fuit, & eſſe dux exercitus addiſcit aliquis, ꝑ hoc, quòd fuit ſub duce exercitus, & qui alicui particulari ordini præfuit, puta vni centuriæ, vel vni cohorti, & qui inſidias diſpoſuit ad mandatum ducis, magnum enim prĩcipatũ exercere addiſcit homo, & per ſubiectionem, & per exercitium in minoribus officijs, &, quantum ad hoc bene dicitur in Prouerbio, quòd Nõ poteſt, bene principari, qui, non fuit ſub principe. Deinde cũ dicit.

f ¶ Oſtendit, quomodo ſit eadem virtus vel diuerſa principis & aliorum. Et dicit, quòd etiam in hoc principatu eſt altera virtus principis, & ſubiecti, ſed tamẽ, oportet, quòd ille q. eſt ſimpliciter bonus, ciuis, ſciat & principari, & ſubijci principatui, ſcilicet nõ dominatiuo, qui eſt ſeruorum, ſed politico, qui eſt liberorum. Et hæc eſt virtus ciuis, vt ad vtrumque bene ſe habeat, & ſimpliciter boni viri sũt, ambo, ſcilicet, & bene principari, & bene ſu-

*boni uiri poſuimus præſidentem, ciuis autem vtramque, non vtique forent ambæ ſimiliter laude dignæ.*

*Cum ergo aliquando uideatur vtraque, ſed non eadem & cum qui imperat, & cum qui paret, addiſcere* G *debere. Ciuem autem vtraque ſcire, & participare ambarum, quid ſequatur depræhendere quis poteſt? Eſt enim præſidentia dominatiua, hanc vero in his quæ neceſſaria vocantur, ſcire facere, nequaquam neceſſarium eſt ei qui præſidet, ſed vti magis, alterum vero ſeruile eſt. Dico autem alterum poſſe exhibere eadem miniſteria: ſeruorum autem ſpecies plures, cum ſint miniſteria plura, quorum partem vnã obtinent manuales. Hi ſunt vt nomen* H *ſignificat, qui ex manibus viuunt, in quibus ſunt opifices. Quapropter, apud quoſdam antiquitus huiuſmodi homines excludebantur à Reipublicæ honoribus, antequam populus extremus fieret. Hæc igitur opificia eorum qui ita ſubſunt, neque rectorem diſcere oportet, neque eum qui in Republica verſatur, neque bonum ciuem, niſi fortaſſe quandoque ſuipſius priuatim gratia. Non enim amplius contingeret eſſe alterum dominum, alterum ſeruum, ſed eſt præſidentia quædam, per quam præeſt ſimilibus genere, &* I *liberis hominibus, & hanc dicimus eſſe ciuilem præſidentiam, quam eum qui præeſt, didiciſſe parendo oportet, ceu perfectum equitum eſſe, cum ipſe prius ſub alio fuerit, & exercitum ducere, cum ipſe prius in exercitu per inferiores militiæ gradus ductus ſit. Quamobrem recte dicitur, Neminem bene imperare poſſe, qui non ipſe prius ſub imperio fuerit.*

K

*Sed horum diuerſa eſt uirtus, & oportet bonum ciuem ſcire, ac poſſe præeſſe & ſubeſſe. Et hæc eſt virtus ciuis, ſcire recte ſe habere in vtraque parte, & boni uiri quidem in utraque quamquam alia eſt ſpecies eius prudentiæ & iuſtitiæ quæ præeſt: nam eius qui ſubeſt, ac liber ſit, non una profecto uirtus eſſet, utputa iuſtitia alias ſpecies haberet, cum præeſt: alias cum ſubeſt. Quemadmodum uiri & mulieris alia temperantia, & fortitudo. Nam uideretur utique timidus eſſe*



ne ſubijci. Et ſic boni ciuis inquantum eſt potens principari, A eſt eadem virtus quæ & boni viri, ſed inquantum eſt ſubiectus eſt alia virtus principis, & boni viri, a virtute boni ciuis, puta altera ſpecies eſt temperantiæ & iuſtitiæ principis, & temperantiæ, & iuſtitiæ ſubditorum. Subiectus enim qui eſt liber & bonus, non habet vnam tantum virtutem, puta iuſtitiam. Sed iuſtitia eius habet duas ſpecies, ſecundum vnam qua rũ poteſt bene principari, & ſecundum aliam bene *ſubijci*, & ita etiam de alijs virtutibus. Et manifeſtat hoc per exemplum, quia alia eſt temperantia & fortitudo viri & mulieris, quia vir reputabitur timidus, ſi non ſit magis fortis, quàm fortis mulier, & mulier quàm decet taciturnitas, reputabitur loquax, ſi ſic facunda, ſicut bonus vir. Et hoc ideo: quia etiam in diſpenſatione domus, aliud pertinet ad virum, aliud ad mulierem. Ad virum enim pertinet acquirere diuitias, ad mulierem autem conſeruare. Et ſic etiam ſe habet in ciuitate circa principem & *ſubiectum*. Nam proprie virtus principis eſt prudentia, quæ eſt regitiua & gubernatiua. Aliæ vero virtutes morales, quarum ratio conſiſtit in gubernari & ſubijci ſecundũ conſtitutiones & ſubditorum & principũ, ſed tamen aliquid prudentiæ participant ſubditi, vt ſcilicet habeant opinionem veram de agendis, per quam poſſint ſeipſos gubernare in proprijs actibus ſecundum gubernationem principis. Et ponit exemplum de illo, qui facit fiſtulas, qui ſe habet ad fiſtulatorem, qui vtitur fiſtulis, ſicut ſubiectus ad principẽ: operatur enim recte faciendo fiſtulas, ſi habeat opinionem regulatam ſecundum mandatum fiſtulatoris, & ita eſt in ciuitate de ſubiecto & principe. Loquitur autem hic de virtute ſubditi, non inquantum eſt bonus vir, qui ſic indiget habere prudentiam, ſed loquitur de eo inquantum eſt bonus ſubditus: ad hoc enim non requiritur niſi quòd habeat opinionem veram de his quę ei mandantur. Vltimo autem epilogando concludit manifeſtum eſſe ex præmiſſis, an ſit eadem vel altera virtus boni viri, & boni ciuis, & iterum quomodo ſit eadem & quomodo altera, quia eſt eadem inquantum poteſt bene principari, alia autem inquantum poteſt bene ſubijci.

viri & mulieris alia tẽperãtia & fortitudo, videbitur.n. vtiq; timid⁹ vir eſſe, ſi ſic fortis fuerit, ſicut mulier fortis, & mulier loquax ſi ſic ornata fuerit ſicut vir bonus. Qm̃ & œconomia altera viri & mulieris, huius quidẽ.n. acquirere, huius aũt ſeruare op⁹ B eſt: prudentia aũt principis propria virtus ſola, aliàs.n. vr̃ neceſſariũ eſſe vel conueniẽs ſubditorũ & principũ, ſubditi aũt nõ eſt virtus prudentia, ſed opinio vera, ſicut.n. fiſtularũ factor ſubiectus, princeps autem fiſtulator qui vtitur, vtrum quidẽ igitur eadem virtus viri boni & ciuis ſtudioſi vel altera, & qũo eadẽ, & qũo altera manifeſtum ex ijs.

## LECTIO IIII.

C Irca ciuem autẽ adhuc reſtat quædam dubitationũ, vt vere.n. vtrũ ciuis eſt cui licet cõmunicare prĩcipatu aut banauſus ciues ponẽdum. Siquidẽ igitur & hos ponẽdũ quibus non intereſt principatuum, nõ eſt poſsibile omnis ciuis eſſe talẽ virtutẽ, ipſe.n. ciuis. Si autẽ nullus taliũ ciuis, in qua parte ponendus vnuſquiſque? D neq;.n. aduena, neq; peregrin⁹. Aut propter hanc quidẽ rationem nullum dicemus accidere inconueniẽs, neq; enim ſerui dictorum nullum, neq; libertini, hoc.n. verum, ꝙ non omnes ponendum ciues, ſine quibus non vtiq; erit ciuitas, quoniam neq; ſimiliter ciues pueri & viri, ſed ij quidẽ ſimpliciter, ij autem ex ſuppoſitione, ciues quidẽ enim ſunt ſed imperfecti. In antiquis quidem igitur tẽporibus apud quoſdam erat ſeruum, quod banauſum vel peregrinum. E

## LECTIO IIII.

A Poſtquam Philoſophus oſtendit quę ſit virtus ſtudioſi ciuis, & verum ſit eadem cum virtute boni viri, hic mouet quandam dubitationem circa prædeterminata. Et circa hoc tria facit. Primo mouet dubitationem. Secundo ſoluit eam, ibi. { Propter quod &c. } Tertio ſolutionem manifeſtat, ibi. { Manifeſtum autem &c. } Dicit ergo primo, quòd circa ciuẽ adhuc remanet quædam dubitatio, vtrum ſcilicet ille ſolus ſit ciuis, qui poteſt communicare in principatu ciuitatis, an etiam viles artifices ſint ponendi ciues, quos non contingit communicare in principatu, & obijcit ad vtramque partem, quia ſi mercenarij dicantur ciues, ad quos nihil pertinet de ciuitatibus, ſequetur, quòd virtus quã diximus eſſe boni ciuis, vt ſcilicet poſſit bene principari & ſubijci, non pertineat ad omnem ciuem, quia iſte ciuis ponitur, qui tamen non poteſt principari, ſcilicet, vt dicatur, quòd nullus talium ſit ciuis, remanebit dubium, in quo genere ſint ponendi mercenarij. Non enim poteſt dici, quòd ſint aduenę quaſi aliunde venientes ad habitandum in ciuitate, neque quòd ſint peregrini, ſicut viatores, qui propter aliquod negocium ad ciuitatem veniunt, non cauſa manendi. Huiuſmodi enim artifices & manſionem in ciuitate habent, & in ciuitate ſunt nati, non aduenientes aliunde. Soluit prædictã dubitationem, & dicit, quòd propter hanc vltimam rationẽ dubitatur in qua parte ponendi ſunt artifices, ſi non ciues ſunt, nõ ſequitur aliqđ inconueniens. Iſti.n. ſunt, qui nõ ſunt ciues, & tñ non ſunt aduenæ neq; peregrini, ſicut patet de ſeruis & libertinis, q. sũt ex ſeruitute libertati reſtituti: verum eſt.n. ꝙ non omnes ſunt ciues, qui ſunt neceſſarij ad complementum ciuitatis, ſine quibus ciuitas eſſe non poteſt, quia non ſolum de ſeruis, ſed etiam de pueris videmus, ꝙ non ſunt ita perfecti ciues, ſicut & viri. Viri.n. ſunt ſimpliciter ciues, quaſi potentes operari ea quę ſunt ciuium, ſed pueri ſunt ciues ex ſuppoſitione.i. cũ aliqua determinatione diminuẽte. Sunt enim ciues imperfecti, & ſicut ſerui, & pueri ſunt quidem aliqualiter ciues, ſed non perfecte, ita etiam eſt & de artificibus. Vnde in atiquis temporibus viles artifices & etiam peregrini apud quaſdam ciuitates erant ſerui, ſic etiam & modo multi ſunt tales. Deinde cum dicit.

b ¶ Manife-

*vir, ſi ita fortis eſſet, vt fœminæ fortis, & mulier inhoneſta videretur, ſi ſic honeſta foret, vt vir honeſtus. Adminiſtratio quoque domus, alia mulieris, alia viri. Nam uiri eſt acquirere, mulieris ſeruare. Prudentia uero propria uirtus eſt præſidentis. Nam cæteræ quidem uirtutes uiden-* B *tur communes, tam eorum qui præſunt, quàm eorum qui ſubſunt. At prudentia non eſt uirtus eius qui ſubeſt, ſed opinio uera. Qui enim ſubeſt, ut is eſt qui fiſtulam facit, qui uero præeſt, ut is qui utitur fiſtula. Vtrum igitur eadem ſit uirtus uiri boni, & ciuis ſtudioſi, uel alia, & quomodo eadem, & quomodo alia ex his patet.*

## *LECTIO IIII.*

C *Reſtat adhuc una dubitatio circa ciuem, Vtrum re uera ciuis ſit is ſolum, cui participatio eſt publicæ poteſtatis, uel opifices etiam ac mercenarii, ſint ciues nuncupandi. Nam ſi ponamus hos quoque eſſe ciues, qui magiſtratuum ſint expertes, nequaquam poſſibile eſt uniuſcuiuſque ciuis talem eſſe uirtutem: ſi uero nullus horum eſt ciuis, in qua parte ſunt huiuſmodi homi-* D *nes reponendi? neque enim in eorum miniſtrorum loco, qui nobiſcum habitant, neque rurſus, ut peregrini, An ſecundum hanc rationem nihil dicemus euenire abſurdum, neque enim ſerui ſupradictorum quicquam, neque liberti, Illud autem uerum quòd non omnes illi dicendi ſunt ciues, ſine quibus ciuitas eſſe non poteſt, cum neque pueri ita ciues ſunt, ut uiri. Sed hi quidem ſimpliciter, hi uero ex ſuppoſitione, ciues enim ſunt, ſed imperfecti. Vetuſtis quidem temporibus a-* E *pud quoſdam opifices erant ſerui, aut peregrini.*

b Propter quod multi tales, & nunc. Optima autem ciuitas nō faciet banauſum ciuem. Si autē & hic ciuis, ſed ciuis virtutem quam diximus, dicendū nō oīs vtiq; liberi ſolū, ſed quicūq; operibus neceſſarijs ſunt dimiſſi. Neceſſariorū aūt q̧ quidē vni miniſtrantes talia, ſerui. qui aūt cōiter, banauſi & mercenarij.

c Manifeſtū aūt hinc parū cōſiderātibus, qūo habet de ipſis, ipſum. n. apparēs qđ dictū eſt facit euidens. Quoniam. n. plures ſunt politiæ, & ſpecies ciuis neceſſariū eſſe plures, & maxime ſubditi ciuis, quare in aliqua quidem politia neceſſariū eſſe banauſum & mercenariū ciues, in aliquibus autē impoſſibile, puta ſiqua eſt, quam vocāt Ariſtocratiā, & in qua ſecundū virtutē dantur honores, & ſecundū dignitatē: neq; enim poſſibile eſt exhibere quæ virtutis viuentem vita banauſa vel mercenaria. In Oligarchijs autem mercenariū quidem nō contingit eſſe ciuē, ab honorabilitatibus enim longis participatiōes principatuū, banauſum aūt contingit. Ditantur. n. multi artificū. In Thebis autē lex erat, eum qui decē annorū non abſtinuiſſet a foro, nō participare virtute. In multis autem politijs cōtrahitur & peregrinorū lex. Qui enim ex matre ciue in quibuſdam Democratijs, ciuis eſt, eodē autē modo habent, & quæ circa ſpurios apud multos. Attamē quoniam propter indigentiam legitimorum ciuium, faciunt ciues tales, propter paucitatem enim hominum ſic vtuntur legibus, defectum habentes turbæ paulatim eligunt eos qui ex ſeruo primū vel ſerua. Deinde eos qui ex mulieribus, tādē autē ſolū eos qui ex ambobus ipſis, ciues faciunt. Quòd quidē igitur ſpecies plures ciuis, manifeſtum ex ijs.

d Et quòd dicitur maxime ciuis, qui participat honoribus, ſicut & Homerus poetizauit, ac ſi

*Quapropter etiam nunc plerique tales ſunt: optima quidem ciuitas numquam opificem faciet ciuem. Quod ſi hi ciues, ciuis autem uirtus eſt, quam diximus. Dicendum eſt non eſſe cuiuſque ciuis, neque liberi modo, ſed eorum qui a miniſteriis neceſſariis*
G *ſunt alieni, neceſſaria uero qui uni miſtrat, ſeruus eſt, qui autem publice, uiles & ſordidi.*

*Patebit autem hoc paulo adhuc conſiderantibus, quemadmodum in his res ſe habeat. Hoc enim quod diximus, id oſtendit, cum enim plures ſint Rerumpublicarum ſpecies, plures quoque ſpecies ciuiū neceſſe eſt ſint. Ac maxime eorum ciuium qui ſubſunt, itaque in quadam Republica opi*
H *fices & ſordidi ciues erunt. In quibuſdam uero, impoſſibile eſt ut ciues ſint, puta in optimatum gubernatione, ſiqua illa eſt, in qua ſecundum uirtutem dantur honores, & ſecundum dignitatem. Neque enim uirtutem exercere poteſt, qui uilibus opificiis occupatus eſt. In paucorum quoque gubernatione tenues homines ad Rempublicam non recipiuntur, ex magno enim cenſu ad honores Reipublicæ peruenitur. Artifices tamen ad hanc ſpeciem peruenire poſſunt, & ſi ſordidi ſint, quoniam plerumque diui*
I *tiis abundant. Apud Thebanos lex fuit, ut nemo habilis eſſet ad honores Reipublicæ ſuſcipiendos, niſi decem annis a mercatura deſtitiſſet. In multis autem rebus publicis attrahuntur lege ad ciuitatem etiam peregrini. Eſt etiam lex in quibuſdam ciuitatibus, ut ſatis ſit ex matre ciue eſſe genitum, & ſpurios quædam recipiunt, atque propter defectum legitimorum ciuiū tales faciunt ciues, paucitate enim hominum inducti, his utuntur legibus,*
K *quòd ſi abundent multitudine, paulatim excludunt, primo libertini generis homines, deinde eos qui ex matre ſolummodo ciues ſint, nec niſi ex utroque parente natos ciues, pro ciuibus habent. Quòd igitur plures ſint ſpecies ciuis, ex his patet.*

*Et quod maxime dicitur ciuis ille, qui habilis ſit ad honores ſuſcipiendos, ut Homerus inquit, ſed ubi id occul-*

b ¶ Manifeſtat prædictam ſolutionem, quia etiam in ciuitate optime diſpoſita non poſſent eſſe opifices ciues, & ſi dicatur, ꝙ opifex eſt ciuis aliquo modo, tunc dicendum eſt, quòd virtus ciuis quam determinauimus, vt ſcilicet poſſit bene principari & ſubijci, nō eſt ciuis, licet ciuis ſit quomodocūq; dictus, ſed oportet ad hoc, quòd ad eos pertineat huiuſmodi virtus, ꝙ nō ſolum ſint liberi, ſed etiam ſint dimiſſi. i. abſoluti ab operibus neceſſarijs vitæ. Illi enim qui ſunt deputati talibus neceſſarijs operibus, ſiquidem in his miniſtrēt vni tantum, hoc eſt proprie ſeruorum: conſueuerunt enim ſerui huiuſmodi miniſteria exhibere dominis ſuis. Si autem hęc miniſteria exhibeant cōmuniter quibuſcumque, hæc pertinet ad mercenarios & ſordidas perſonas, quæ ſeruiunt quibuſcumque pro pecunia. Deinde cum dicit.

c ¶ Manifeſtat propoſitam ſolutionē. Et circa hoc facit tria. Primo oſtendit, quomodo aliquis diuerſimode in diuerſis politijs eſt ciuis. Secundo oſtendit, ꝙ maxime ciuis eſt in qualibet politia qui pōt participare principatu, ibi. { Et ſpecies ciuis neceſſariū. &c. } Tertio epilogādo colligit ea, quæ dicta ſunt de virtute ciuis. Dicit ergo primo, quòd manifeſtū erit, quomodo ſe habeat veritas circa ꝓmiſſa, ex parua conſideratione eorum q̄ ſequuntur. Si enim aliquis perfecte videat id quod dicet, fiet ei euidens quod dictum eſt: cū enim ſint plures politię ſpecie differentes, & ciuis dicatur in ordine ad politiā, vt dictum eſt, neceſſe eſt etiam, ꝙ ciuis habeat plures ſpecies, & maxime iſta differentia attenditur quantū ad ciues ſubditos qui in diuerſis politijs diuerſimode ſe habent ad principatum, illi autem qui præſident in qualibet politia principantur. Vnde propter diuerſitatē politiarum, & per cōſequens ciuium, neceſſe eſt, quòd in aliqua politia. ſ. in populari ſtatu, in qua quæritur ſolum libertas, mercenarij ſint ciues, poterunt enim ad principatum promoueri, cū ſint liberi, ſed in aliquibus politijs eſt hoc impoſſibile, ſicut maxime contingit in optimatum ſtatu, in quo dantur honores dignis ſecundū eorū
F virtutem, illi qui viuunt vita mercenaria non poſſunt ciuitati exhibere in ſuo regimine ea quę pertinent ad virtutem, quia nō ſunt in talibus exercitati: ſed in ſtatu paucorū mercenarij q̄dem non poſſunt eſſe ciues, quia in huiuſmodi politijs aſſumūtur aliqui ad principatus propter diuturnos honores præcedentes & diuitias. Vnde de facili poteſt contingere, quòd mercenarij ad honores aſſumantur, qui vix per totam vitam ſuam tātum poſſunt congregare, vnde diuites fiant. Sed artifices in talibus politijs poſſunt eſſe ciues & pricipes, quia multi artifices cito ditantur, & ita poſſunt propter diuitias in ſtatu paucorum aſſumi ad pricipatus, cum per aliquod tempus ab artificijs ſe abſtinentes, poſtquam fuerint ditati, honorabilem duxerunt vitam, vnde apud Thebas erat ſtatutum, ꝙ ille qui abſtinuiſſet a foro venalium rerum, decē annis, poſſet participare, virtute. ſ. principatiua, ſed quamuis peregrini, aduenæ, & abiectæ perſonę non poſſint eſſe ciues, quaſi potentes principari in ciuitatibus bene inſtitutis, tñ in multis politijs. ſ. popularibus reſtringit lex de peregrinis, & aduenis, vt nō ſint ciues, quia in quibuſdam ciuitatibus, ille qui eſt natus ex matre ciue, reputatur ciuis, licet pene ſit aduena vel peregrinus. Et ita etiā eſt lex de ſpurijs apud multos, vt ſcilicet ſint ciues, ſed hoc faciūt ꝓp indigentiā bonorū ciuiū, & ꝓp paucitatē hominū habentē defectū curæ, in qua cōſiſtit poteſtas ſtatus popularis, vtūtur talibus legibꝰ, vt primo eligant eos in ciues, qui ſunt nati ex ſeruo vel ex ſerua, dummodo alter parentū ſit liber, deinde creſcente multitudine, excludunt omnes filios ſeruorum, ſed reputant ciues eos, qui ſunt nati ex mulieribus ciuibꝰ, quàmuis patres ſint aduenæ, tandē autē dirigunt ad hoc, ꝙ iudicāt ciues illos, q̧ ſunt nati ex ambabus liberis & ciuibus. Sic igitur manifeſtum eſt, quòd ſunt diuerſæ ſpecies ciuium, ſecundum diuerſitatem politiarum. Deinde cum dicit.

d ¶ Oſtendit, quid ſit maxime ciuis, & dicit quòd maxime ille dicit ciuis in qualibet politia, qui participat honoribꝰ ciuitatis Vnde.



quēdā inhonoratū poſt ex ſurgentē. Sed vbi qđ tale occultū ē gratia deceptionis cohabitātiū eſt. Sicut aduena enim eſt, q̧ honoribus non participat.

e Vtrū quidē igitur alterā vel eandem ponendum, ſecundum
B quam vir bonus eſt & ciuis ſtudioſus, palam quia alicuius quidē ciuitatis, idē: alicuius autem alius, & ille autem non omnis, ſed qui ciuis & dominus & potēs eſſe dominus, vel ſecundū ſe vel cum alijs curæ cōmunium.

## LECTIO V.

Voniā autē hæc determinata ſunt, quod poſt hæc conſiderandū, vtrū vnam ponendū politiā vel plu-
C res, & ſi plures, quæ, & quot, & differentię quæ ſunt ipſarum.

b Eſt autem politia ordo ciuitatis aliorū principatuum, & maxime dominantis omnium. Dominās quidē enim vbiq; eſt: politeuma ciuitatis: politeuma autē eſt, politia: dico autem, puta in Democraticis quidem dominans populus, pauci autem econtrario in Oligarchijs. Dicimus
D & politiam alteram eſſe eorum, eundem autem hunc ſermonem dicemus de alijs.

c Supponendum itaq; primo, cuius gratia conſtructa eſt ciuitas, & principatus ſpecies quot, eius qui circa hominem, & circa communionem vitę.

d Dictum eſt autem in primis ſermonibus, in quibus de œconomia determinatū eſt, & de deſpotica, & qđ natura quidē eſt
E homo animal ciuile, propter qđ & nullo indigēs eius, quæ ab inuicē politiæ, appetūt cōuiuere. Quinimmo & communiter conferens colligit inquantū adiacet & vnicuiq; pars vt viuat bene.

*tum eſt, ex deceptione habitatorum, tamquam inhonoratum quendam reptitium repellunt, vt inquilinus enim eſt & aduena, qui honores capere non poteſt.*

*Vtrum igitur alia, an eadem virtus ſit, per quam eſt vir bonus & ciuis ſtudioſus, patet ex ſupradictis, quòd cuiuſdam ciuitatis idem, cuiuſdam vero alius, & ille non omnis, ſed qui præeſt Reipublicæ & poteſtatem habet, aut ſolus, aut cum aliis gubernationem exercens.*

## *LECTIO V.*

*Is ita determinatis, videndum iam eſt, vtrum vna ſit Reſpublica an plures, & ſi plures, quæ, & quot, & quænam differentiæ earum ſint.*

*Eſt autem Reſpublica ordinatio ciuitatis, & circa magiſtratus alios, & maxime circa id, quod ſummam in ciuitate habeat auctoritatem, & ſit principaliſſimum. Principaliſſimum autem eſt id, quod vbique gubernat, & regit ciuitatem, ceu in populari quidem, populus, in paucorum vero potentia, pauci. Diximus autem & Rempublicam aliam eſſe ab iſtis, eodemque modo dicemus de aliis.*

*Supponendum eſt primo, cuius gratia ciuitas ſit conſtituta, & quot ſint gubernandi ſpecies, circa hominem, & circa vitæ ſocietatem.*

*In ſuperioribus libris, vbi de gubernatione rei domeſticæ, ac de domino, & ſeruo determinauimus, dictum eſt natura hominē eſſe ciuile animal, ex quo fit, ut ſi etiam nihil indigeāt mutuo auxilio, nihilominus affectent uitæ ſocietatem. Quinetiam & communis utilitas coniungit eos, inquantum confert ſingulis partem bene uiuendi. Maxime igitur hic eſt finis,*

Vnde Homerus dixit poetice de quodam, quòd poſt alios ſurrexit, puta ad loquendum, ſicut quidam inhonoratus, ideſt ſicut quidam aduena, qui non erat ciuis. Sed iſta ratio ciuis occultatur: decipiuntur enim ex eo, quòd ſimul habitant, exiſtimantes propterea omnes, qui in ciuitate cohabitant, ciues eſſe. Sed hoc non eſt conueniens, quia ille qui non participat honoribus ciuitatis, eſt ſicut aduena in ciuitate. Deinde cū dicit.

e ¶ Colligit epilogādo quę dixerat, & dicit, ꝙ circa hanc quęſtionem qua quærebatur, vtrum ſit eadē virtus boni viri, & ſtudioſi ciuis, oſtenſum eſt, ꝙ in aliqua ciuitate, ſcilicet optimatum, idem eſt bonus vir, & bonus ciuis, in qua principatus dantur ſecundum virtutem, quæ eſt boni viri, in aliquibus autē alius eſt bonus vir, & alius bonus ciuis, ſcilicet in corruptis politijs, in quibus principatus dantur nō ſecundū virtutē. Et ille qui eſt idē cū bono viro, nō eſt quicūq; ciuis, ſed ille qui eſt ciuilis, ideſt rector ciuitatis & dominus, vel potens eſſe dñs eorum, quæ ꝑtinent ad curam cōmunitatis, vel ſolus, vel etiā cum alijs. Dictum enim eſt ſupra, quòd eadē eſt virtus principis & boni viri. Vnde ſi ciuis accipiatur, q̧ eſt prīceps, vel qui poteſt eſſe, eadē eſt virtus eius & boni viri. Si autē accipitur ciuis. ſ. imperfectus, qui nō poteſt eſſe princeps, nō erit eadē virtus boni ciuis & boni viri, vt ex prædictis patet.

## LECTIO V.

Oſtquam Philoſophus determinauit de ciue, ex cuius notitia cognoſci poteſt quid ſit ciuitas, hic conſequenter intēdit diſtinguere politiā in ſuas ſpecies, & diuiditur in partes tres. In prima diſtinguit politias. In ſecunda oſtendit quid ſit iuſtum in vnaquaque politia, ibi. { Sumendum autem prius &c. } Tertio oſtendit, quæ politiarum ſit potior, ibi. { Habet autem &c. } Circa primū tria facit. Primo dicit de quo eſt intentio. Secundo oſtendit qđ ſit politia ibi. { Eſt autē politia &c. } Tertio diuidit politias, ibi. { Supponendū eſt itaque &c. } Dicit ergo primo, quòd determinatis prædictis, reſtat conſiderare, vtrum ſit vna politia tantum, vel plures, & ſi ſunt plures, quot, & quæ omnes ſint, & quomodo adinuicem differant. Deinde cum dicit.

ctio, 7.
ctio, 8.

A b ¶ Oſtēdit quid ſit Reſpu. & dicit, quòd Reſpu. nihil eſt aliud quàm ordinatio ciuitatis quantum ad omnes principatus, qui ſunt in ciuitate, ſed præcipue quantum ad maximum principatum, qui dominatur omnibus alijs principatibus. Et hoc ideo, quia impoſitio ordinis in ciuitate, tota conſiſtit in eo, qui dominatur ciuitati, & talis impoſitio ordinis eſt ipſa Reſpu. Vnde præcipue Reſpu. conſiſtit in ordine ſummi principatus ſecūdum cuius diuerſitatem Reſpu. diuerſificantur, ſicut in ſtatu populari, dominatur populus, in ſtatu paucorum, pauci diuites: & ex hoc eſt diuerſitas harum politiarum. Et eodē modo dicendum eſt de alijs politijs. Deinde cum dicit.

c ¶ Diſtinguit politias. Et primo dicit quomodo diſtinguātur rectæ politiæ ab iniuſtis. Secūdo quomodo diſtinguantur veræ politiæ in ſeipſis, ibi. { Determinatis autē his &c. } Circa primum tria facit. Primo oſtēdit ad qđ ſit ciuitas ordinata. Secundo oſtēdit quomodo diſtinguuntur pricipatus adinuicē. Tertio concludit differentiā rectarū politiarū & iniquarū, ibi. { Manifeſtum ergo &c. } Circa primum duo facit. Primo dicit de quo eſt intentio. Secundo incipit exequi propoſitum, ibi. { Factum eſt. aūt in prius &c. } Dicit ergo primo, ꝙ cum oporteat diſtinguere politias adinuicem, oportet primo duo præmittere, quorū primum eſt, propter quid ciuitas ſit inſtituta. Secundum eſt, quòd ſicut differentiæ principatuum, qui ſunt circa homines, ita & circa omnia, quæ veniunt in communionem vitæ. Ex his enim duobus poterit accipi differentia iuſtæ & iniuſtę politiæ. Deinde cum dicit. Lectio, ſeq.

d ¶ Oſtēdit quid ſit finis ciuitatis vel politiæ, & dicit, ꝙ dictū eſt in primo libro, in quo determinatū eſt de œconomica & dominica, quòd homo naturaliter eſt animal ciuile, & ideo homines appetunt adinuicē viuere, & non eſſe ſolitarij etiā ſi in nullo vnus alio indigeret, ad hoc, ꝙ ducerent vitā ciuilē, ſed tamē magna vtilitas eſt communis, in communione vitæ ſocialis, & hoc quantum ad duo. Primo quidem quantum ad bene viuere, ad quod vnuſquiſque affert ſuam partem, ſicut videmus in qualibet communitate, quòd vnus ſeruit communitati de vno officio, alius de alio, & ſic omnes communiter bene viuunt.

Hoc igitur ſcilicet bene viuere, maxime eſt finis ciuitatis vel politiæ, & communiter quantum ad omnes, & ſigillatim quantũ ad vnumquemque. Secundo vtilis eſt vita communis etiam propter ipſum viuere, dum vnus in communitate vitæ exiſtentiũ alij ſubuenit ad ſuſtentationem vitæ, & pericula mortis, & propter hoc homines ad inuicem conueniũt, & conſeruant politicam cõmunionem, quia etiam ipſum viuere ſecundum ſe cõſideratũ abſq; alijs, quæ faciunt ad bene viuendum, eſt quoddam bonum & diligibile, niſi forte homo in vita ſua patiatur aliqua valde grauia, & crudelia. Et hoc patet ex hoc, ꝙ homines, etiã ſi multa mala ſuſtineant, tamen perſeuerant in affectu viuendi, quadam naturali dulcedine illecti ad deſiderium vitæ, ac ſi ipſa vita habeat in ſe qđdam ſolatium & dulcedinem naturalem. Deinde cum dicit.

e ¶ Diſtinguit ſpecies principatus. Et primo in œconomicis. Secundo in politicis, ibi {Propter qđ & politicos &c.} Dicit ergo, ꝙ facile eſt diſtinguere modos principatus, qui dicũtur, quia a ſe etiã facta eſt mentio in externis ſermonibus ꝑter principalem intẽtionem de ipſis, ſicut in Octauo Ethicorum, & ſupra etiam in Secundo. Eſt autẽ in domeſticis duplex principatus. Vnus quidem eſt domini ad ſeruos, qui vocatur dominatio, & quamuis idem ſit ſecundum rei veritatem vtile ei qui eſt naturaliter ſeruus, & ei qui eſt naturaliter dominus, vt ſcilicet iſte ab illo regatur, cum dominus principatur ſeruo ad vtilitatem domini, non autem ad vtilitatem ſerui, niſi forte per accidens, inquantum ſcilicet corrupto ſeruo ceſſat dominium. Alius autem eſt principatus ad liberos, ſicut ad filios & vxorẽ & totam familiam, q vocatur principatus œconomicus. In quo quidem principatu intendiť vtilitas ſubditorum, vel etiam communis vtrorũque, per ſe quidem & principaliter, vtilitas ſubditorum, ſicut videmus in alijs arti-

F bus, ſicut ars medicinæ intendit principaliter vtilitatem eorum qui medicantur, & ars exercitatiua intendit principaliter vtilitatem eorum, qui exercitantur, ſed per accidens contingit, quòd etiam vtilitas redundat in ipſos, qui habent artem. Ille enim q exercitat pueros, etiam ipſe ſimul exercitatur, aliquando etiã eſt de numero eorũ, qui exercitantur, ſicut gubernator vnus eſt nautarum, qui naui vehuntur. Sic igitur exercitator puerorum, & gubernator nauis, conſiderat per ſe ſubiectorum vtilitatem, ſed quia ipſe eſt vnus de numero eorũ, qui exercentur & vehuntur, ideo vterque per accidens participat vtilitate communi, quã procurat. Et ſimiliter pater participat vtilitate domus, quã procurat. Deinde cum dicit.

f ¶ Diſtinguit ſecũdum præmiſſa principatus politicos, & dicit, quòd quia principatus, qui eſt ſupra liberos, ordinatur prĩcipaliter ad vtilitatẽ ſubditorum, ideo dignum reputatur, ꝙ particulariter principentur ciues ſecundum principatus politicos, quando fuerĩt inſtituti ſecundum ęqualitatem, & ſimilitudinem ciuiũ. Tunc.n. dignũ vť, ꝙ in vna parte temporis quidam principẽtur, in alia vero alij. Secus aũt eſſet, ſi quidã ciuium multum excederẽt alios ĩ bonitate, tunc enim dignum eſſet, vt illi ſemper principarentur, ſicut infra dicetur. Sed circa iſtud dignum variatur æſtimatio hominum ſecundum temporum diuerſitatem: a principio enim ipſi qui principabantur, quaſi alijs ſeruiẽtes reputabant dignum, ſicut & erat, vt ipſi ĩ parte miniſtrarẽt alijs, intẽdẽtes vtilitati aliorũ, & iterũ alio tẽpore ſi aliqs aliꝰ principareť, q intẽderet ad bonũ ſui ipſius, ſicut ipſe prius intendebat ad bonũ aliorũ, ſed poſtea hoĩes, ꝑꝑ vtilitates q̃ veniũt ex bonis cõibus, q̃ ſibi principantes vſurpãt, & que veniũt etiam ex ipſo iure principatus, volunt ſemper principari, ac ſi principari eſſet ſanum eſſe, & non principari eſſet

Maxime quidẽ igitur hoc eſt finis & cõmuniter omnibus & ſigillatim, cõueniunt autẽ & ad inuicem gratia ipſius & cõtinet politicã communionẽ, forte.n. ineſt aliqua boni particula & ſecundũ ipſum viuere ſolũ, ſi non diris ſecũdũ vitã excedatur valde. G palam autẽ ꝙ perſeuerant multa mala ſuſtinẽtes multi hominum inuiſcati ad viuere, tam quam exiſtente quodã ſolatio in ipſo, & dulcedine naturali.

e At vero principatꝰ dictos modos facile diuidere, etenim in extrinſecis ſermonibus determinamꝰ de ipſis ſæpe. Deſpotia quidẽ.n. quãuis ſit idẽ cõferens ſecundũ veritatẽ ei q natura ſeruus, & ei q natura deſpotes, tñ H principatur ad cõferẽs deſpotis nihil minus, Ad id aũt qđ ſerui ſecũdũ accidẽs. Nõ.n. cõtingit corrupto ſeruo ſaluari deſpotiã. Principatus aũt puerorũ & mulieris, & totius domꝰ, quẽ vtiq; vocamus œconomicũ, vel ſubiectorũ gratia eſt, vel alicuius cõis amborũ ſecundũ ſe quidẽ ſubiectorũ, vt videmus & alias artes, puta medicinalem & exercitatiuam: ſecundũ accidẽs aũt & vtique ipſorũ erũt, nihil.n. prohibet exercitia docentem pueros I aliquando eſſe & ipſum eorũ q exercitantur, ſicut gubernator eſt ſemper vnus nautarũ. puerorum quidem igitur exercitator vel gubernator cõſiderat ſubiectorum bonum, quando autem vnus horum fuerit, & ipſe, ſecũdum accidens participat vtilitates: hic quidem enim nauta, hic autem fit vnus eorum qui exercitantur, cum ſit puerorum exercitator.

K

f Propter qđ & politicos principatus qñ fuerint ſecũdũ æqualitatẽ ciuiũ cõſtituti & ſecundũ ſimilitudinẽ, ſecũdũ partẽ dignificant principari, prius quidem qua aptũ natũ erat dignificantes in parte miniſtrare & conſiderare aliqua. Rurſum quòd ipſius bonũ ſicut ipſe principãs cõſiderabat qđ illius cõferẽs. Nũc aũt propter vtilitates quæ a cõmunibus vt eas quæ ex principatu, volũt cõtinue principari,

*& publicæ omnibus, & priuatim. Congregantur etiam ipſius vitæ gratia, forſan ſiquidem ineſt ſibi aliqua particula honeſti, & continet ciuilem ſocietatem etiam viuendi gratia ſolum, ſi non moleſtiæ in uita admodum exuperent. Patet autem, quòd tolerant homines multa aſpera, propter viuendi cupiditatem, vt exiſtente in eo quadam naturali dulcedine.*

*Atqui & modos imperii facile eſt diuidere, cum ſæpe ſit de his a nobis in externis ſermonibus determinatũ. Dominatio enim licet re vera vtilis exiſtat, natura ſeruo, & natura domino. Nihilominus imperat pro domini vtilitate, pro vtilitate autem ſerui contingenter. Neque enim fieri poteſt ut ſeruo deficiente, ſeruetur dominatio, filiorum uero imperium & uxoris, & domus totius, quam uocamus rei familiaris gubernationem, aut gratia eſt eorum, qui gubernantur, aut gratia alicuius, quod ſit utriſque commune, Gratia eorum qui gubernantur, ut uidemus & alias artes, ceu medicinam, & gymnaſticam, illorum quibus imperatur, utilitatem quærere, contingenter tamen & eorum, qui præcipiunt eſſe poteſt. Nihil quippe uetat magiſtrum ipſum gymnaſii eſſe unum eorum, qui exercentur, quemadmodum gubernator ſemper eſt unus ex his qui ſunt in naui. Magiſter igitur gymnaſii, & gubernator conſiderant ſemper eorum utilitatem quos gubernant, ſed quando horum unus eſt, per accidens ipſe quoque ſuſcipit utilitatem, hic quidem nauta, hic autem unus eorum, qui in gymnaſio exercentur.*

*Quapropter ciuilia quoque imperia, cum ſint ſecundum æqualitatem ciuium conſtituta, & ſecundum paritatem, uiciſſim exigunt ea gerere, quæ natura fert, cenſentes inuicem munera ſubire, & conſiderare uiciſſim quoddam illius bonum, quemadmodũ ille prius dũ præeſſet, conſiderauit utilitatẽ iſtius, nunc autem ratione commodorũ ex Reipu. gubernatione prouenientiũ, uolunt continua in poteſtate eſſe, ueluti ſi ſemꝑ contingeret magiſtratum gerentibus, ex mala ualitudine,*



eſſet infirmum eſſe. Sic enim videtur homines appetere principatum, ſicut infirmi appetunt ſanitatẽ. Deinde cũ dicit.

g ¶ Cócludit ex dictis diſtinctioné rectarum politiarũ ab iniuſtis. Cum.n. ita ſit, ꝙ principatus liberorum ſit ordinatus ad vtilitatem ſubditorũ, manifeſtũ eſt, quòd in quibuſcumque politijs principes intendunt cõmunem vtilitatẽ, illę ſunt rectæ politiæ ſecundũ iuſtitiã abſolutam, in quibuſcumque vero politijs intenditur ſola vtilitas principantium, illæ ſunt vitiatæ, & corruptiones quædam rectarum politiarum: non enim in eis eſt iuſtum ſimpliciter, ſed iuſtum ſecundũ quid, vt infra dicetur principãtur enim dominatiuę ciuitati vtẽtes ciuibus, ſicut ſeruis. ſ. ad ſuam vtilitatẽ, & hoc eſt cõtra iuſtitiam, quia ciuitas eſt communitas liberorum, ſeruus enim nõ eſt ciuis, vt ſupra dictum eſt.

LECTIO VI.

Poſtquam Philoſophꝰ diſtinxit politias rectas ab iniuſtis hic intẽdit diſtinguere vtraſq; ab inuicẽ, & circa hoc duo facit. Primo dicit de quo eſt intẽtio. Secũdo exequitur propoſitum, ibi. {Quoniã autẽ &c.} Dicit ergo primo, ꝙ poſtquam prædicta determinata ſunt, conſequens eſt determinare de politijs quot ſint numero, & quæ ſint, & hoc ordine, vt primo conſideremus de politijs rectis. Secundo de iniuſtis. Deinde cum dicit.

b ¶ Diſtinguit politias. Et circa hoc tria facit. Primo oñdit ſecũdũ qđ accipiẽda ſit politiarũ, diſtinctio. Secũdo diſtinguit politias, ibi. {Vocare autẽ &c.} Tertio obijcit cõtra ꝑdicta, ibi. {Oportet ſit paulo ꝓ lõgiora dicere &c.} Dicit ergo primo, ꝙ politia nihil ẽ aliud q̃ ordo dominãtium in ciuitate. Neceſſe ẽ enim, ꝙ diſtinguantur politiæ ſm diuerſitatem dominantiũ. Aut.n. in ciuitate dominať vnus, aut pauci: aut multi. Et qđlibet horũ triũ fuerit, põt dupliciter cõtingere. Vno modo qñ principantur ad vtilitatẽ cõmunẽ, & tunc erunt rectæ politiæ. Alio modo qñ principantur ad propriã vtilitatem eorum q dominantur, ſiue ſit vnus, ſiue pauci, ſiue plures, & tunc ſunt trãſgreſſiones politiarum, quia oportet dicere, ꝙ vel ſubiecti non ſint ciues, vel ꝙ in aliquo communicent vtilitate ciuitatis. Deinde cũ dicit.

c ¶ Diſtinguit vtraſque politias per propria nomina. Et primo rectas. Secundo vitioſas, ibi. {Tranſgreſſiones autẽ &c.} Dicit ergo primo, ꝙ ſi ſit prĩcipatus vniꝰ, vocatur regia poteſtas, conſueto nomine, ſi intendat vtilitatẽ cõmunem. Illa vero politia in qua pauci principantur propter bonũ cõmune, plures tamẽ vno, vocatur ſtatus optimatũ, vel q a optimi prĩcipanť. ſ. virtuoſi, vel quia ordinatur talis politia ad id qđ eſt optimũ ciuitatis & oĩum ciuium: ſed qñ multitudo principať intendens ad vtilitatem communem, vocatur Reſpu. quod eſt nomẽ commune omnibus politijs, & hoc, ꝙ iſta politia vocetur tali nomine, rationabiliter accidit, de facili enim cõtingit, quòd in ciuitate inueniatur vnus vel pauci qui multũ excedant alios in virtute, ſed valde difficile eſt, quòd multi inueniantur, qui perueniant ad perfectionẽ virtũtis, ſed maxime hoc contingit circa bellicam virtutẽ, vt ſcilicet multi in ea ſint perfecti. Et ideo in hac politia principanť viri bellatores, & illi qui habent arma. Deinde cũ dicit.

d ¶ Diſtinguit corruptiones dictarũ politiarũ ꝑ nomina & dicit, quòd dictarum politiarum ſunt iſtę tranſgreſſiones.

A veluti ſi accideret ſanos eſſe ſemper principantes cũ eſſent ægrotatiui, etenim ſic forte vtique perſequerentur principatus.

g Manifeſtũ ergo, quòd quæcũque quidẽ politię intẽdũt quod cõmuniter cõferẽs, ipſæ quidẽ rectæ exiſtũt entes ſecũdũ id qđ ſimpliciter iuſtũ. Quæcũq; aũt conferens principũ ſolũ, vitiatæ & omnes ſunt tranſgreſsiões rectarum politiarum. Deſpoticæ B enim, ciuitas autem communitas liberorum eſt.

LECTIO VI.

Determinatis autẽ ijs, habitũ eſt politias cõſiderare quot numero, & q̃ ſint & prius rectas ipſarum, etenim tranſgreſsiones erunt manifeſtæ ijs determinatis.

b Qm̃ aũt politia quidẽ & politeuma ſignificãt idẽ, politeuma C aũt eſt qđ dominãs ciuitatũ, neceſſe aũt eſſe dominãs, aut vnũ, aut paucos, aut multos, qñ quidẽ vnus, vel pauci, vel multi ad cõe cõferẽs principãtur, has q̃dẽ rectas neceſſariũ eẽ politias, eas aũt quæ ad proprium vel vnius, vel paucorum, vel multitudinis, tranſgreſsiones, aut enim non ciues dicendum eſſe participantes, aut oportet communicare conferente.

D

c Vocare autem conſueuimus Monarchiarum quidem eã quæ ad commune conferẽs reſpicit regnum, eam autem quæ paucorum quidem, pluriũ autẽ vno, Ariſtocratiam, aut propter optimos principari, aut propterea quod ad optimũ ciuitati & cõmunicantibus ipſa. Quãdo aũt multitudo ad commune conferẽs viuit, vocatur cõmuni nomine, omnium politiarum politia. E Accidit autem rationabiliter, vnum quidem igitur differre ſecũdum virtutem vel paucos cõtingit, plures autem iam ad ſummum omnis virtutis perueniſſe difficile, & maxime ad bellicã, hoc enim in multitudĩe fit: propter quod quidem ſecundũ hãc politiam principaliſsimũ quod propugnatiuum & participant ipſa qui poſsident arma.

d Tranſgreſsiones autẽ dictarũ tyrannis quidẽ regni, Oligarchia autem Ariſtocratiæ, Democratia autẽ politiæ: tyrannis

A *ſanos fieri, nam forſan ita magiſtratus amplecterentur.*

*Conſtat igitur, quòd quæcumque Reſpublicæ ad communem utilitatem intendunt, hæ rectæ ſunt ſecundum ſimpliciter iuſtum. Quæcumque uero ad propriam eorum qui præſunt utilitatem ſolum, aberrant, ſuntque omnes rectarum Rerumpublicarum trãſgreſſiones, & labes: gubernantur.n. B quaſi a dominis. Ciuitas autem eſt liberorum ſocietas.*

*LECTIO VI.*

*His determinatis, conſequens eſt Reſpublicas conſiderare, quot ſunt, & quæ, & primo quidem eas, quæ ſunt rectæ, nã labes earum ex illis pateſcunt.*

*Cum uero gubernatio ciuitatis & C regimen idem ſignificent. Regimen autem eſt poteſtas & arbitrium ciuitatis, neceſſe eſt poteſtatem & arbitriũ huiuſmodi, aut penes unum eſſe, aut penes paucos, aut penes multos. quando igitur unus, uel pauci, uel multi communem utilitatem in gubernatione ſequuntur, has eſſe rectas rerumpublicarũ ſpecies neceſſe eſt: quando autẽ ad propriã utilitatẽ, uel unius, uel paucorũ, uel multitudinis gubernãtur, tranſgreſſiones ſunt, & labes, aut.n. dicendũ eſt, non eſſe ciues, aut ad parti- D cipationem utilitatis ſunt recipiendi.*

*Vocare autem conſueuimus, cum unus ad utilitatem communem reſpiciens gubernat, regiam poteſtatem. Cum uero pauci gubernant, plures tamen uno, optimatum gubernationem, uel ex eo quia optimi preſunt, uel ex eo quia ad optimum publicum adminiſtrant Cum autem multitudo gubernat ad communem utilitatem, uocatur communi nomine omnium Rerumpublicarum Reſpublica. Contingit autem E rationabiliter, unum enim excellere ſecundum uirtutem, aut paucos datur, ut uero multitudo excellat ad omnem uirtutem difficile eſt, ſed maxime ad bellicam. Hæc enim in multitudine fit, Quare in hac Reipublicæ ſpecie principaliſſimum ac potentiſſimum eſt id, in quo robur belli conſiſtet, & in his ipſis illi qui ſunt in poſſeſſione armorum.*

*Prolabuntur uero ac tranſgrediuntur huiuſmodi ſpecies, ex regia quidẽ gubernatione, in tyrannidem: ex optimatibus uero, in paucorum potentiã,*

Tyrannis quidē ſit, ex rege. Paucorū potentiā, ex optimatibus Popularis ſtatus ex Repu. Ex quo cōcludit, ꝙ tyrannis eſt principatus vnius intendēs vtilitatem ꝓpriam. Paucorum ſtatus vero, eſt intēdēs ad vtilitatē diuitum. Popularis ſtatus vero ad vtilitatem pauperum, nulla vero earū intendit ad vtilitatem communem.
Deinde cum dicit.
e ¶ Obijcit contra prædicta, & circa hoc tria facit. Primo dicit de quo eſt intentio, & repetit quæ p̄dicta ſunt. Secundo ponit dubitationem ibi. { Prima autē dubitatio &c. } Tertio ponit ſolutionem, ibi. { Videtur igitur ratio &c. } Dicit ergo primo, quòd oportet aliquantulum a remotiori diſcutere, quæ ſit vnaquæq; politiarum prædictarū, cum habeat quaſdā dubitatiōes. Ille qui philoſophatur in vnaquaque arte, quaſi cōſiderans veritatē, non ſolum reſpicit ad id quod eſt vtile ad agendum, & nihil debet deſpicere vel prætermittere, ſed in ſingulis declarare veritatem. Dictum eſt autem, quòd Tyrannis eſt quædam Monarchia, dominatiua politicæ communitatis, quia ſcilicet vtitur ciuibus, vt ſeruis. Paucorum vero ſtatus eſt, quando dominantur politiæ illi, qui abundant in diuitijs. Popularis vero ſtatus eſt, quando dominantur politiæ non illi, qui poſſident multitudinem diuitiarum, ſed magis pauperes. Deinde cum dicit.
f ¶ Mouet dubitationem. Et primo ponit dubitationem. Secundo excludit quādam reſponſionem, ibi. { At vero ſiquis. &c. } Dicit ergo primo, quòd prima dubitatio eſt contra diffinitionem, ſcilicet popularis potentiæ & paucorum. Ponatur ergo, quòd in aliqua ciuitate ſint plures diuites, quàm pauperes, & diuites ſint domini ciuitatis videtur ſecūdū hoc,

quidē igitur eſt Monarchia ad conferens monarchiantis, Oligarchia autem ad id quod abūdātium. Democratia autem ad conferens egenorum. Ad id autem quod expedit cōmuni, nullam ipſarum.

e Oportet aūt paulo ꝓlongiora dicere quæ ſit vnaqueq; harū politiarū Etenim habet quaſdā dubitationes. ei aūt q̄ circa vnamquamq; Methodū philoſophāt & nō ſolū aſpicit ad agendū, cōueniēs eſt nō deſpicere, neq; p̄termittere, ſed declarare circa vnūquodq; veritatē. Eſt aūt tyrānis quidē Monarchia ſicut dictū eſt, deſpotica politicę cōitatis, Oligarchia autē qn̄ fuerint domini politiæ q̄ ſubſtātias habēt. Democratia aūt ecōtrario, quando qui non poſſident multitudinem ſubſtātiæ, ſed egeni.

f Prima autē dubitatio ad diffinitionē eſt; ſi. n. fuerint qui plures exiſtentes diuites domini ciuitatis. Democratia autem eſt quando fuerit domina multitudo, ſimiliter autē rurſum vtique ſi alicubi accidat egenos pauciores quidem eſſe diuitibus, meliores autē exiſtentes dominos eſſe politiæ, vbi autē pauca multitudo domina, Oligarchiā eſſe aiunt, non videbitur vtique bene diffinitum eſſe de politijs.

g At vero ſiquis connectēs abūdātię quidē paucitatē, penurię autē & multitudinē ſic appellet politia, Oligarchiā quidē ī qua principatus habēt q̄ diuites pauci multitudine exiſtētes. Democratiā aūt in qua qui egeni multi exiſtentes multitudine, aliam habet dubitationē. Quas. n. dicemus modo dictas politias eā in qua plures opulēti, & in qua pauciores egeni, domini aūt vtriq; politiarum, ſiquidē nulla alia politia eſt præter dictas.

h Videtur igitur rō facere palā quod paucos quidē vel multos eſſe dominos accidēs eſt, hoc q̄dē Oligarchijs, hoc autē Democratijs, propterea qđ opulēti q̄dē pauci, egeni autē multi ſunt vbiq;, propter quod etiam nō accidit dictas cauſas fieri differentiæ, quo autem differunt Democratia & Oligarchia abinuicem, penuria & diuitiæ ſunt, & neceſſarium quidem vbicumq;

F *ex Repu. aūt in popularē ſtatū. Tyrrānidē. n. eſſe dicimus dominatū vnius ad propriū cōmodū intendentis. Paucorum autem potentiam, cum ad opulentorum commodum gubernatur, popularem autem ſtatum cum ad commodum egenorum, harum enim nulla ad communem vtilitatem reſpicit.*

*Oportet autem paulo vberius explicare, quæ ſit vnaquæque iſtarum, habent. n. dubitates quaſdam. Philoſophantis vero circa ſingulorum diſci-* G *plinam, & non ſolum ad agendum reſpicientis, proprium eſt nihil negligere, neque prætermittere, ſed demonſtrare in ſingulis veritatem. Tyrranidem eſſe diximus vnius dominationē ciuili ſocietate præſidentis. Paucorum autem potentiam, quando Rempu. tenent opulenti & diuites. Popularem vero gubernationem, cum tenues homines & non poſſidentes diuitias, gubernant.*

H *Prima igitur dubitatio eſt circa diffinitionem. Nam ſi plures ſint opulenti & diuites, ac Rempublicam teneāt, popularis autem gubernatio ſit, cum multitudo regit, eodemque modo, ſicubi contingat inopes eſſe pauciores, quàm opulenti, ſed potentiores, ac Rempublicam teneant, & vbi pauci Rempublicam obtinent, paucorum potentiam nuncupamus, non recte viderentur iſtæ diffinitiones eſſe poſitæ.*

I *Enimuero ſiquis adiungens, opulentiæ quidem paucitatem, inopiæ uero multitudinem, ſic appellet Rerum publicarum ſpecies, vt dicat paucorum potentiam eſſe, in qua gubernationem Reipublicæ habent opulenti, numero pauci. Popularem uero, in qua inopes Rempu. tenent, multi exiſtentes, aliam habet dubitationem: quas enim dicemus eas Reſpublicas eā uidelicet in quibus plures opulenti, & eam in quibus pauciores inopes guber-* K *nant, ſiquidem nullæ ſunt Reſpublicæ præter ſupradictas.*

*Videtur igitur ratio iſta oſtendere, quòd paucos eſſe uel multos, qui gubernant, contingēs eſt, aliud paucorū potentiæ, alterum populari, propterea quòd ubiq; accidit, ut pauci ſint opulenti, multi uero inopes. Ex quo fit, ut huiuſmodi cauſæ non faciant differentiā, ſed in eo differat popularis gubernatio, a paucorū potētia, ꝙ alibi opulenti, alibi inopes Rempu. obtinent, neceſſariūq; eſt ubicūq; ꝓ opes ac diuitias præſunt, ſiue hi pauciores ſint, ſiue*

ꝙ ibi ſit ſtatus multorum. Similiter autē ſi aliter contingat, quòd pauperes ſint pauciores, ſed ſint meliores & fortiores & dominētur ciuitati, ſequetur ſm̄ hoc, quòd ſit ibi ſtatꝰ paucorū. Non ergo vr̄, ꝙ ſit bene diffinitū de politijs, cū ſit, ꝙ ſtatus multorum eſt dominiū pauperū. Status paucorum dominium diuitum. Deinde cum dicit.
g ¶ Excludit quandā reſponſionē. Poſſet enim aliquis dicere, ꝙ in diffinitione paucorū potētiæ eſt coniungenda paucitas diuitijs: & in diffinitione potentiæ multorū, eſt coniungēda multitudo paupertati, ita. ſ. quòd ſit paucorū potentia, in qua pauci diuites principantur, multorū vero, in qua multi pauperes. Sed hoc iterū habet aliā dubitationem: ſi. n. ſufficienter diuiſę ſunt politiæ, ita. ſ. ꝙ nulla ſit alia politia p̄ter p̄dictas, nō erit dare ſub qua politia cōprehendantur duæ prædictæ politię. ſ. qn̄ principantur vel multi diuites vel pauperes. Deinde cum dicit.
h ¶ Cōcludit ex p̄miſſis ſolutionē dubitationis, & dicit, ꝙ rō p̄miſſæ dubitationis vr̄ manifeſtare, ꝙ pricipes eſſe multos, ꝑ accidens ſe habeat ad regimē multorū: & eos eſſe paucos, ꝑ accidēs ſe habeat ad regimen paucorū, eo ꝙ vbiq; inueniūtur plures pauperes, q̄ diuites, & ſm̄ hoc nomina ſūt poſita, prout in pluribus inuenitur. Sed quia id ꝑ accidens eſt, non eſt differentia ſpecifica, ideo paucorū potētię non diſtinguuntur a multitudinis potētia per ſe loquēdo ſecundū multitudinem & paucitatē, ſed id, quo per ſe differunt, ſunt paupertas & diuitiæ: alia. n. eſt rō regiminis, qđ ordinatur ad opulentiā, & eius qđ ordinatur ad libertatem, quæ eſt finis potentiæ multorum. Et ideo neceſſe eſt, quòd vbicumq; aliqui dominātur propter diuitias, ſiue ſint plures,



plures, ſiue pauciores, quòd ibi ſit ſtatus paucorum, & vbicumque dominantur pauperes, ibi ſit ſtatus multorum, ſed per accidens eſt, quòd hi ſint multi & illi pauci. Pauci enim ſunt, qui abundant diuitijs, ſed omnes participant libertate, & propter hæc duo altercantur ſibijnuicem, dum pauci volunt præeſſe propter exceſſum diuitiarum, & multi volunt præualere paucis, quaſi æquiualētes eis propter libertatem.

LECTIO VII.

Poſtquam Philoſophus declarauit per quid diſtinguuntur popularis ſtatus & paucorum, in parte iſta oſtendit per quid antiqui iſtas politias determinauerunt. Et quia determinauerunt huiuſmodi politias per iuſtum quoddam, ideo determinat in parte iſta de iuſto paucorum potentia & multorum, & quomodo verum dixerunt, & quomodo non, & diuidit in partes duas. In prima pręmittit intentum ſuum. Secundo proſequitur, ibi. { Omnes enim tangunt &c. } In prima dicit, quòd poſtquam determinatū eſt quid eſt paucorū ſtatus & multorum, & quòd diſtinguuntur per diuitias & penuriam, primo accipiendum diffinitiones, quas antiqui aſſignauerunt de ipſis. Diffiniunt autē iſta per iuſtum, quia politia eſt ordo inhabitantium in ciuitate, & iſte ordo attenditur ſecundum aliquā iuſtitiam, ideo huiuſmodi politias diffiniuerunt per iuſtum, propter quod videndum eſt quid ſit iuſtum multorum. Deinde cum dicit.
b ¶ Proſequitur intentum ſuum. Et quia antiqui, vt dictū eſt, iſtas politias diſtinxerunt per iuſtum, vult determinare, ꝙ huiuſmodi iuſtum ſit iuſtum ſecundum quid, non ſimpliciter. Et primo oſtendit quid ſit iuſtum ſecundum quid. Secundo ſpecialiter, ꝙ non ſit iuſtum ſimpliciter, ibi. { Quod autem principaliſſimum &c. } Adhuc prima in duas, quoniam primo declarat, quòd iſti tetigerunt iuſtū ſecundū quid, non ſimpliciter. Secūdo aſſignat cauſam cuiuſdam dicti, ibi. { Cauſa autē quia &c. } In prima dicit, ꝙ oēs antiqui determinantes de paucorū ſtatu, & de multorum, tangunt iuſtū ſecundū quid, non ſimpliciter procedentes vſq; ad aliquid, & dicūt nō eſſe illud, qđ eſt proprie iuſtū, & ſimpliciter iuſtū, ſed illud quod eſt improprie, & ſecūdū quid iuſtū: & hoc apparet, quia iuſtū attenditur ſecūdū aliquā proportionē, & ſecundū aliquam dignitatem, ſaltem in iuſtitia diſtributiua: & ideo vbi eſt iuſtū ſecundū proportionē, quæ eſt ſecundū dignitatē reſpectu boni ſimpliciter, ibi eſt bonū ſimpliciter, vbi autē non eſt reſpectu boni ſimpliciter, ſed ſecūdū q̄d, ibi eſt iuſtū non ſimpliciter, ſed ſecūdū quid. Hoc autē eſt in ſtatu multorū & paucorū. In ſtatu. n. paucorū attenditur iuſtū penes diuitias, in ſtatu vero multorum penes libertatē. Et manifeſtū eſt, quòd iſta non ſunt bona ſimpliciter, bona enim ſimpliciter ſunt bo-

principātur propter diuitias ſiue pauciores, ſiue plures, hanc eſſe Oligarchiam, vbi autē egeni Democratiam, ſed accidit ſicut diximus, hos quidem paucos eſſe, hos autem multos, abūdant enim pauci, libertate autem participant omnes, propter quas altercantur vtique de politia.

## LECTIO VII.

Svmendum autē prius quos terminos dicunt Oligarchiæ & Democratiæ, & quidē qđ iuſtū eſt Oligarchicū exiſtens & Democraticū.

b Omnes enim tangunt iuſtū quoddam, ſed vſque ad aliquid procedunt & dicunt non omne quod proprie iuſtum, puta videtur æquale eſſe quod iuſtum eſt, & eſt, ſed non omnibus, ſed ęqualibus, ij autem hoc auferunt ſcilicet, quibus & iudicant male.

c Cauſa aūt, q̄a de ſe ipſis iudiciū, fere aūt plurimi ſunt iudices praui de proprijs, quare qm̄ qđ iuſtū aliquibꝰ & diuitū eſt, eodē mō in rebus & quibus, ſicut dictum eſt prius in Ethicis, rei quidem æqualitatem confitentur, eā autē q̄ quibus dubitāt maxīe q̄dē ꝑꝑ dictū modū, quia iudicant de ſe ipſis male.

d Deinde aūt, & quia dicere vſquequo vtroſq; iuſtum aliq̄d, putāt iuſtum dicere ſimpliciter.

A na virtutis: quare manifeſtum eſt, quòd iſti tetigerunt iuſtum ſecundum quid, non ſimpliciter, iterum hoc apparet. Iuſtum. n. æquale videtur eſſe vel conſiſtere in quadam ęqualitate ſecūdū proportionē, quæ non ſolum attenditur ex parte rerū, quæ diſtribui debent, ſed ex parte ſuppoſitorū, quibus debet fieri diſtributio, in iuſtitia enim facienda etiam attenditur æqualitas proportionis ex parte ꝑſonarū, quibus debet fieri iuſtitia ſecundū aliquam dignitatem, & eandem oportet eſſe proportionem rerum quæ diſtribuuntur, vt ſi ſint ęquales ſecundum virtutes, æqualiter diſtribuat̄ eis de bonis. Si autē inæquales ſecūdum virtutem, diſtribuat̄ eis æqualiter ſecundum proportionē, vt quanto excedit vnus alium in virtute, tanto plus diſtribuatur ei de bonis cōmunibus; ſimiliter etiam ſi quantum ad aliq̄d attendatur dignitas, & antiqui decertātes de iuſto paucorū potentiæ & multorum, conceſſerūt bene ęqualitatem ex parte rerum & tetigerunt, æqualitatem autem ſuppoſitorū prætermiſerūt, & male quātum ad hoc iudicauerunt: quare manifeſtum eſt, ꝙ non tetigerunt iuſtum ſimpliciter, quare, male ipſum iudicauerunt.
Deinde cum dicit.
c ¶ Aſſignat cauſam cuiuſdam dicti. dixit enim, quòd male iudicauerunt de iuſto, & aſſignat cauſā huiuſmodi, & diuiditur in duas, ſecundum ꝙ dupliciter aſſignat. Secunda ibi. { Deinde autem &c. } In prima dicit, ꝙ cauſa quare male iudicauerūt de iuſto, non conſiderantes æqualitatē ꝑſonarū ſed rerū, hæc fuit, q̄a de ſeipſis iudicauerūt, ferè aūt plures prauū iudiciū dant de ſeipſis, & ratio huius eſt, q̄a ad iudiciū requiritur prudētia. Prudentia aūt præſupponit appetitū rectū per virtutem moralē: qđ ergo peruertit appetitum, peruertit iudicium rationis. Iudicium autem de ſeipſo peruertit appetitus malus & peruerſus. Homo autem habet vt in pluribus peruerſum appetitum reſpectu ſuijpſius, quia vnuſquiſque nimis afficitur ad ſeipſum. Et ideo propter nimiā dilectionē & affectionem quā habet ad ſeipſum, voluntas peruertitur a fine recto, & ideo iudicantes de ſeipſis praue iudicant. & dicit. { Ferè autem &c. } Quia ſapientes non male iudicant de ſeipſis, habēt enim prudētia & appetitum rectum, & cognoſcunt ſe ſicut ſunt, & ideo non inordinate afficiuntur ad ſeipſos, propter quod recte iudicant de ſeipſis, ſicut de alijs. Cum ergo iuſtum ſit æquale eodem modo, & ex parte rerum, & ex parte perſonarum, ſicut dictum eſt in Ethicis. Ipſi vero antiqui erant perſonæ, quibus fiebat diſtributio, & iudicabant de ſeipſis. Conceſſerunt æqualitatem ex parte rerum, non perſonarum, quare manifeſtum eſt, quòd male iudicauerunt de iuſto. Deinde cum dicit.
d ¶ Hoc idem probat ſecunda ratione, & dicit, quòd iterum manifeſtum eſt, quòd hi qui fauent ſtatui paucorum & multorum, male iudicauerunt de iuſto, & propter cauſam dictam, &

*plures, hanc eſſe ſpeciem illam, quæ vocatur paucorum potentia: ubicumque autem inopes hanc eſſe popularem gubernationem, ſed accidit, vt diximus, hos quidem paucos eſſe, illos vero multos. Opibus enim ac diuitiis pauci abundant, libertatis tantum* B *omnes participes ſunt, propter quas cauſas contendunt vtrique de Republica.*

## *LECTIO VII.*

*Svmendum eſt prius quos terminos eſſe dicunt paucorum potentiæ, & popularis gubernationis, & quid ſit iuſtum in vtraque.*

*Omnes enim attingunt iuſtum quoddam, ſed uſque ad aliquid, & aiunt nō* C *omne iuſtum proprie, puta, videtur æqualitas iuſtum quiddam eſſe & eſt quidem, ſed non omnibus, at æqualibus. Et inæqualitas videtur iuſtum eſſe, & eſt quidem, ſed non omnibus, at inæqualibus. Alii uero hoc auferunt perſonis, & male iudicant.*

*Cauſa vero eſt, quia de ſeipſis iudicium ſit, qui vero de ſeipſis iudicant, ut plurimum non recti ſunt iudices. Itaque cum iuſtum aliquibus & diuitum ſit, eodem modo in rebus &* D *perſonis, ut diximus in Ethicis, æqualitatem rei confitentur, ſed de perſonis contendunt maxime, vt dictum eſt, quia de ſeipſis non recte iudicant.*

*Denique, quia uſque ad aliquid utrique eorum iuſtum quoddam dicentes, putāt ſe dicere ſimpliciter iuſtū, hi. n. ſi*

E

quia tangentes iuſtũ ſecundũ quid, putauerũt tetigiſſe iuſtũ ſimpliciter, ſed nõ tetigerũt, quia dixerũt fautores ſtatus paucorũ, ꝙ ſi aliqui ſunt inæquales ſecũdũ quid, ſunt inæquales ſimpliciter, videlicet ſi ſunt inęquales ſecũdũ diuitias, vt vnꝰ ſit ditior alio, ſint inæquales ſimpliciter. Et ideo nõ tãtũ debet diſtribui de bonis cõibus vni quantum alteri. Fautores ſtatus multorũ dixerũt, ꝙ ſi aliqui eſſent æquales in libertate, eſſent ęquales ſimpliciter, & æqualiter debebant recipere de bonis cõibus. Si autẽ inæquales in libertate inæquales ſimpliciter, & inæqualiter deberent recipere, & ſic manifeſtũ eſt, ꝙ non tangũt iuſtũ ſimpliciter, ſed ſecũdũ q̃d. Argũt n. a ſecũdũ quid ad ſimpliciter. eſt æqualis ſecũdum diuitias. ergo æqualis, & eſt æqualis in libertate, ergo æqualis ſimpł'r. Deinde cũ dicit.

e ¶ Probat ſpecialiter, ꝙ iſti non intenderũt iuſtum ſimpliciter. Et primo quantũ ad ſtatũ paucorũ. Secũdo quãtũ ad omnes, ibi. { Neq; ijs q a principio &c. } In prima dicit, ꝙ iſti dimittunt principaliſſimũ iuſtũ, ſi n. ita eſſet, ꝙ ciuitas eſſet inſtituta finaliter propter diuitias & poſſeſſiões, & hoĩes cõicaſſent & conueniſſent propter eas, tantũ participarẽt ciuitate quãtum diuitijs. Et tunc veritatẽ haberet ſermo eorum, qui de ſtatu paucorũ ſcribunt, vt qui æquales eſſent in diuitijs, ęqualiter reciperent de cõi, ſi vero non, non. Nõ n. videtur eis eſſe iuſtũ, ſi cõitas habeat in bonis centum talẽta, ꝙ tantum recipiat de centum talentis, qui ad cõe non appoſuit niſi vnam minam. i. aliquam paruam menſuram, ſicut ille qui totum reſiduũ dedit. Iterum non videtur eſſe iuſtũ, ꝙ ille qui minus appoſuit ad cõe, tantum recipiat de illis quæ habuit cõmunitas a principio, nec de illis quæ poſtmodum acquiſita ſunt, nunc autẽ ciuitas nõ eſt inſtituta propter diuitias finaliter, cum diuitiæ ad aliquid ordinentur: quare manifeſtum eſt, ꝙ iſti qui ſtatui paucorum fauẽt, non tetigerunt iuſtum ſimpliciter. Deinde cum dicit.

f ¶ Oſtendit vniuerſaliter, quòd nec iſti, nec alij tetigerunt iuſtum ſimpliciter, & quia iuſtum attenditur in ordine ad finem ciuitatis in operationibus, quæ ſunt ad alterum, ideo Philoſophus declarat finem ciuitatis, vt ex hoc appareat quid ſit iuſtũ ſimpliciter, & quid iuſtum ſecundum quid. Et diuiditur in partes duas. Primo oſtendit, gratia cuius finis ciuitas ſit inſtituta. Secundo infert correlarium, ex quo apparet illud quod intendit principaliter, ibi. { Quapropter &c. } Prima in duas. Primo oſtendit, ꝙ ciuitas non eſt inſtituta gratia alicuius boni particularis, & ſecundum quid. Secundo oſtendit, gratia cuius eſt inſtituta, ibi. { Sed ipſius bene viuere &c. } Adhuc prima in duas. Primo oſtendit, ꝙ non eſt inſtituta gratia ipſius viuere abſolute. Secundo, quòd nec gratia commutationis, aut compugnationis, ibi. { Neque compugnationis gratia &c. } In prima dicit, quòd ſi ciuitas non ſit inſtituta finaliter propter diuitias, nec inſtituta eſt gratia ipſius viuere ſolum, ita quòd ipſum viuere ſecundum ſe ſit finis vltimus ciuitatis, ſed magis ipſum viuere bene, ſi enim viuere abſolute eſſet finis ciuitatis, quicquid attingeret ad viuere, attingeret ad finem ciuitatis, ſed ſerui & bruta animalia attingunt ad viuere abſolute, quare attingerent ad finẽ ciuitatis: ſed non attingunt, quia fœlicitas, finis eſt ciuitatis: ipſa autem non participant fœlicitatem, nec attingunt ad ipſum viuere ſecundum electionem, quare manifeſtũ eſt, quòd ciuitas non eſt inſtituta, gratia ipſius viuere abſolute. Deinde cum dicit.

g ¶ Oſtendit, quòd nec gratia cõpugnationis & commutationis eorum adinuicem. Et diuiditur in duas, ſecũdum quòd hoc dupliciter probat, ſecunda, ibi. { Quòd autem hoc modo &c. } Adhuc prima in duas. In prima ponit concluſionem rationis quã intendit. In ſecunda probat eam, ibi. { Etenim vtique Thirrheni &c. } In prima dicit, quòd ciuitas non eſt inſtituta, gratia cõpugnationis ad inimicos, vt a nullo poſſint pati iniuſtitiam, nec gratia commutationis faciendæ, nec propter aliquos contractus, vel vſus, qui poſſunt fieri inter homines adinuicem. Deinde cum dicit.

h ¶ Probat & dicit, quòd ſi ciuitas eſſet inſtituta propter iſta quæ dicta ſunt, tunc Thuſci & Carthaginenſes, qui habent aliquos cõtractus adinuicem, eſſent ſub vna ciuitate: ſed hoc eſt falſum, quare ciuitas non eſt inſtituta, gratia alicuius commutationis nec compugnationis. Circa iſtam rationem ſic procedit. Primo probat conſequentiam. Secundo deſtruit conſequens ibi. { Sed neq; magiſtratus. In prima dicit, quòd ſi ciuitas eſſet inſtituta, gratia compugnationis & commutationis, & contractuum, qui poſſunt fieri adinuicem, tunc Thuſci & Carthaginẽſes & omnes inter quos ſunt, & fiunt aliqui cõtractus, eſſent ſub vna ciuitate, ſunt enim iſtis pacta de introductibilibus, ſiue de rebus apportabilibus adinuicem, vt res vnius ciuitatis poſſint apportari ad aliam ciuitatem & cõmutari. Iterum conuentiones habent, ꝙ non faciant ſibi adinuicem iniuſtitiam de compugnatione, quare iſti eſſent ſub vna ciuitate contra inimicos iuuando ſe adinuicem. Deinde cum dicit.

i ¶ Deſtruit conſequens, probando ipſum eſſe falſum. Et diuiditur in duas, ſecundum quòd dupliciter probat. Secunda ibi. { Neque quales quodam &c. } In prima dicit, quòd manifeſtum eſt, quòd non ſit vna ciuitas, quia ciuitas vna vnum principatum habet, ſed ciues Thuſci & Cartaginenſes, & alij quibꝰ ſunt contractus adinuicem, non ſunt ſub vno principatu, ſed ſub diuerſis principatibus. Alius eſt enim principatus Thuſcorum & Carthaginenſium, quare, manifeſtum eſt quòd illi non ſunt ſub vna ciuitate. Deinde cum dicit.

Hi quidẽ. n. ſi ſecũdũ aliq̃d inæquales ſint: puta ſecundũ pecunias, totaliter putant inæquales eſſe, ij autẽ ſi ſecundum aliquid æquales, puta ſecundum libertatem totaliter æquales,

e Quod autem principaliſsimũ non dicunt, ſiquidẽ. n. poſſeſsionũ gratia communicaſſent & cõuenisſent tantum participant ciuitate, quantum & poſſeſsione, quare Oligarchicorum ſermo videbitur vtiq; inualeſcere: non enim eſſe iuſtum, æquum participare centum minis vnum qui intulit minam vnam, cum eo qui dedit reſiduum totum.

f Neq; ijs, qui a principio neq; poſt acquiſitis. Si aũt neq; ipſius viuere gratia ſolũ, ſed magis ipſius bene viuere, etenim ſeruorũ vtiq; & aliorũ aĩalium eſſet ciuitas, nũc aũt non quia non participant fœlicitatem, neque ipſo viuere ſecundum electionem.

g Neq; compugnationis gratia quatenus a nullo iniuſtitiã patiãtur, neq; propter cõmutationes, vt eum vſum qui adinuicẽ.

h Etẽ vtiq; Tyrrheni & Carchedonij, & omnes quibus ſunt contractus adinuicem & vnius vtiq; ciuitatis ciues eſſent, ſunt enim ipſis pacta de introductibilibus, & conuentiones de non iniuſtitia faciendo, & ſcripturæ de compugnatione.

i Sed neq; principatus omnibus communes in ijs conſtituti ſunt, ſed alij apud vtroſque.

F *in aliquo ſint ſuperiores, ceu opibus & diuitiis, alios omnino putant impares eſſe. Hi uero ſi in aliquo ſint pares, puta libertate, omnino putant eſſe pares.*

G *Cæterum, quod eſt principaliſſimum, nõ dicunt. Si enim poſſeſſionum gratia ſocietatem iniiſſent, atque unà conueniſſent, tantum caperent ciuitatis, quantum poſſeſſionis. Itaque ratio illa ualeret, quæ eſt paucorum potentum, qui aiunt non eſſe iuſtum, ut qui unum contulit, tantum percipiat de centum minis, quantum is qui contulit omne reliquum.*

H *Neque eorum quæ ab initio, neque eorum quæ poſtea ſuperueniant, quòd ſi non uiuendi ſolum gratia, ſed magis bene uiuendi. Nam ſic ſeruorum & aliorum animalium ciuitas eſſe poſſet, quod non eſt ex eo, quia fœlicitatis non ſunt capacia, nec uiuendi ſecundum electionem.*

*Neque ſocietatis gratia bellicæ, ne a quoquam iniuria afficiantur, neque propter commercia, ac mutuam utilitatem.*

I *Nam ſic Thuſci & Carthaginenſes, & omnes hi, quibus eſt commercium inuicem, tanquam ciues eſſent unius ciuitatis. Sunt nempe illis fœdera circa res importandas & pacta, ne iniuria afficiantur, & ſcripturæ circa mutuam bellorum ſocietatem.*

K *Sed neque magiſtratus communes his deputati ſunt, uerum alii apud alios.*

k ¶Ponit



k ¶ Ponit ſecundam rationem ad deſtruendum conſequens. Et dicit, quòd manifeſtum eſt, quòd iſti non ſunt ſub vna ciuitate, quia iſti Thuſci non curant quales debent eſſe ſecundum virtutem Carthaginenſes, nec econuerſo, nec curant quomodo nullus eorum iniuſtus ſit, nec qualiter nullus habeat malitiam, nec ad hoc laborant, nec ad hoc cooperantur, ſed ſolum intendũt, quòd non faciant ſibi adinuicem iniuſtitiam, ſed quicumque curãt de bona legiſlatione, conſiderant de virtute & malitia, vt malitiam repellãt a ciuibus, & faciant eos virtuoſos: hoc. n. intendit bonus legiſlator: quare manifeſtum eſt, quòd bona & vera ciuitas, & nõ ſecundum ſermonẽ tãtum debet eſſe ſollicita de virtute, vt faciat ciues virtuoſos, quàmuis tamen iſti non curẽt adinuicẽ, quales ſint ſecundũ virtutem, nec ad hoc laborent, habent tñ aliquam cõmunicationem, nam iuuant ſe in pugnando contra inimicos, & communicant in commutationibus & in contractibus, & de alijs. Similiter dicendũ eſt ita, quod ſi ſint duæ ciuitates remotæ ſecundum ſitum, quãdoq; tamen in commutatiõibus & alijs contractibus communicant & iuuãt ſe adinuicem in compugnãdo contra inimicos, differentes tantum in hoc a propinquis ſecundum locũ, quia iſtæ propinquę, illæ remotæ. Et pactũ eſt eis lex, quòd non faciant ſibi adinuicem iniuſtitiam, non quòd faciant ſe bonos ciues, ſicut prouerbialiter dixit Lycophron ſophiſta, ꝙ pactũ inter aliquos habitũ fideiuſſor eſt, quòd non faciant ſibi adinuicem iniuſtitiam, non quòd bonos ſeinuicẽ faciant, nec & quales ſint ſecũdum virtutem ſcilicet boni vel iuſti. Deinde cum dicit.

l ¶Ponit ſecundam rationem ad probandum, quòd ciuitas non eſt inſtituta gratia compugnationis & commutationis, & aliorum contractuũ. Poſſet enim aliquis dicere, ꝙ ſi Thuſci & Carthaginenſes eſſent propinqui & commorarentur ſimul in vno loco, & communicarẽt in cõmutationibus & cõtractibus alijs, eſſent vna ciuitas, hoc remouet per iſtam rationem. Et diuiditur in duas. In prima ponit rationem quaſi procedens narratiue. Secundo cõcludit cõcluſionẽ principaliter intentã, ibi. { Ex quo patet &c. } In prima dicit palam eſſe ex dictis, ꝙ hoc modo ſe habeat ſicut dictum eſt, ꝙ ciuitas nõ inſtituta ſit gratia cõpugnationis, nec cõmutationis A nec aliorũ contractuũ. Si. n. duæ ciuitates diſtinctæ, ſicut Megarenſium & Corinthiorum eſſent propinquæ ſecundum ſitum, ita quòd ſe tangerent & circunuoluerẽtur vno muro, adhuc non eſſet vna ciuitas, quia poſſet cõtingere, ꝙ haberẽt diuerſos principatus & diuerſas politias: & manifeſtũ eſt, ꝙ tũc non eſſet vna ciuitas, etiam dato ꝙ cõmunicarẽt ſibi adinuicẽ ſecundũ connubia, vt aliqui ciuiũ Megarenſium cõtraherent cũ aliquibus Corinthiorũ, quàmuis iſta communicatio ſit vna de ꝓprijs cõmunicationibus, quæ fiunt in ciuitatibus. Homines enim vnius ciuitatis frequenter contrahunt cum alijs eiuſdem ciuitatis, adhuc tamen nõ eſſet vna ciuitas, quia iſtud poſſent facere diuerſæ ciuitates. Eodem modo, ſi aliqui ſeparati eſſent ſecundum locum, & haberent diuerſas habitationes, nõ tamẽ tantum diſtarent, ꝙ non poſſent adinuicẽ communicare, ſed haberent leges, quòd in cõmutatiõibus faciendis adinuicẽ nõ inferrent iniuſte ſibi moleſtias: vt ſi aliquis eſſet faber, alius coriarius, alius agricola, alius haberet aliquam artem aliam, & eſſent ĩ aliqua magna multitudine, ſicut ſi eſſent decẽ millia, & in nullo alio cõmunicarent adinuicem, quàm in commutatione rerum, & in compugnando cõtra inimicos, adhuc nõ eſſet vna ciuitas, quia iſta poſſunt contingere habitãtibus in diuerſis ciuitatibus. quæ igitur eſt cauſa propter quam non eſt ciuitas vna? non eſt dicendum, ꝙ propter hoc non sũt propinquæ ſecundũ ſitum, cum non ſint ſub vna ciuitate, ita quòd nõ eſſe propinquos ſecundum ſitũ faciat ciuitatẽ non eſſe vnam, & eſſe propinquum faciat ciuitatẽ eſſe vnam, quia ſi aliqui ſic conuenirẽt, ꝙ eſſent propinqui ſecundum ſitum & cõmunicarent adinuicem, ſi tamẽ quilibet haberet domum ſuam, & vteretur ea, ſicut ciuitate quæ cõmunis eſt pluribus, & iuuarent ſe adinuicem contra inimicos iniuriantes eis, ſed in nullo alio communicarent, non eſſet ciuitas vna. Et hoc manifeſtum eſt diligenter conſideranti, quia poſſibile eſt, quòd ſint ſub diuerſis principatibus & politijs, & tunc manifeſtum eſt, quòd non ſunt ſub vna ciuitate. Iterum dato ꝙ ſic eſſent congregati, vt adinuicem colloquerentur & diuiſim de cõtractibus faciendis, adhuc nõ eſſet ciuitas vna, quia poſſibile eſſet, ꝙ haberent diuerſas politias & principatus. Deinde cũ dicit.

k Neq; quales quoſdã eſſe oporteat alteros alteri curant, neq; quomodo nullꝰ erit iniuſtus eorũ qui ſub pactis, neq; quõ malitiã nullam habeãt, ſed ſolũ quomodo nihil iniuſte agãt inuicẽ, de virtute autẽ & malitia miniſtrant, quicumq; curãt bonã legiſlationẽ. Quare manifeſtũ ꝙ oportet de virtute ſollicitam eſſe ei, quę tamquàm vere nominatur ciuitas nõ ſermonis gratia, fit. n. cõmunicatio & cõpugnatio de alijs loco differẽs ſolũ ab ijs, qui de longe compugnant & lex pactũ, ſicut ait Lycophron ſophiſta, fideiuſſor inuicẽ iuſtorũ, ſed non qualis faciat bonos, & iuſtos ciues.

l Quòd autem hoc modo ſe habeant manifeſtũ. Si. n. aliquis & copulet loca in vnum vt ſe tangant Megareorũ ciuitas & Corinthiorũ muris, tamen non vna ciuitas, neq; ſi ad inuicem connubia fecerint, quãuis hoc propriarum cõmunicationẽ ciuitatibus ſit. ſimiliter aũt, neq; ſi q habitarent ſeparatim quidẽ, nõ tamẽ tm̃ de longe vt non cõmunicarent, ſed ſi eſſent ipſis leges vt nõ ſe ipſos iniuſte moleſtarẽt circa mutuas dationes, puta ſi hic quidẽ eſſet faber, hic autem agricola, alius aũt coriariꝰ, aliꝰ vero aliud aliquid tale, & multitudine eſſent decem millia, non tamẽ cõmunicarent in alio nullo q̃ in talibus, puta cõmunicatione & cõpugnatione, neq; ſic quidẽ ciuitas: ꝓpter quam itaque cauſam? nõ. n. vtiq; propter non propinquũ cõmunitatis. Si enim ſic & conuenirẽt ſic cõmunicantes, vnuſquiſq; tñ vteretur propria domo tãquã ciuitate, & ſibi ipſis auxiliantes ſicut pugna exiſtẽte ad iniuriãtes ſolũ, neq; ſic vtiq; videbitur eſſe ciuitas diligenter conſiderantibus. Siquidem ſimiliter colloquerentur congregati & ſigillatim.

*Nec quales eſſe oportet alteri de alteris cogitant, neque vt nemo eorum iniuſtus ſit, qui ſub fædere comprehendantur, neque vt prauitatem nullam habeant, ſed ſolum, vt non inuicem ſe iniuria afficiant. At enim de uirtute ac de uitio publice cogitant, quicumq; curam habent bene inſtituendi ciuitatem.* B *Ex hoc manifeſtum eſt de virtute curam eſſe habendam ei, quæ re vera ciuitas ſit nominanda, non orationis gratia. Nam ſit communicatio ſocietas aliorum ad bellum loco ſolum differens ab aliis ſociis longe exiſtentibus. Et lex pactio, ut ait Lycophron ſophiſta, fideiuſſor inuicem iuſtorum, ſed non talis, ut bonos & iuſtos ciues efficiat.*

*Et quòd ita ſe habeat patet, nam* C *ſiquis coniungat loca in vnum, ut Megarenſium Corinthiorumq; ciuitates ſeſe inuicem contingant mœnibus, nihilominus vna non erit ciuitas, nec ſi ſimul coniugia ineant, quamquam hoc vnum ſit de his communionibus, quæ proprie ſunt ciuitatum. Eodemque modo ſi qui habitent ſeparati quidem, non tamen ita longe, ut nequeant ſimul communicare, legeſque habeant iniuriam ſibi inuicem in commerciis probibentes, ceu ſi unus faber, alter* D *agricola, alter ſutor, alter aliquis huiuſmodi foret, eſſentque hi decem millia numero, nec alia eis foret communio, niſi talium rerum, puta contractuum bellorum & confœderationis, nec ſiquidem ciuitas adhuc foret, propter quam tandem utique cauſam? nõ enim quia non propinqua ſit communicatio, nam ſi in vnum conuenirent ita communicantes, vnuſquiſq; tamen vtatur propria domo, ut ciuitate, ac ſibiipſis ut confœderati auxilium ferant contra iniuriantes ſolum, ne ſic* E *quidem ciuitas eſſe uideretur recte conſiderantibus. Si quidem eodem modo conuerſarentur ſimul coniunctim & ſeparatim.*

m ¶ Concludit concluſionem principalem. Et dicit, quòd manifeſtum eſt, quòd ciuitas non eſt communicatio loci, nec ciuitas finaliter inſtituta eſt, vt adinuicem non faciant iniuſta, nec gratia commutationis, tamen ſi debeat eſſe ciuitas, oportet iſta exiſtere, aliter enim non eſſet ciuitas, tamen iſtis ſolum exiſtentibus non eſt primo. Deinde cum dicit.

m Manifeſtum igitur, quòd nō eſt ciuitas cōmunio loci, & eius quod eſt non iniuſta agere ad ſe ipſos, & mutuæ dationis gratia, ſed hoc quidem neceſſariū exiſtere ſi erit ciuitas. Attamen neque exiſtentibus omnibus ijs, eſt iam ciuitas.

G n Sed ipſius bene viuere cōmunicatio & domibus, & generibꝰ gratia vitæ perfectæ & per ſe ſufficientis, non erit tamen hoc, nō vnū & eundē locum habitantiū & vtentium connubijs: propter quod affectiones factæ ſunt in ciuitatibus & fraternitates, & immolationes, & deductiones ipſius conuiuere. Quod autem tale amicitiæ opus, conuiuendi enim electio amicitia eſt.

H o Finis quidē igiē ciuitatis bene viuere, hæc autē finis gratia, ciuitas autē generum & vicorū cōmunitas vitę perfectæ, & ꝑ ſe ſufficientis, hoc autē eſt, vt dicimus viuere feliciter & bene. bonarū ergo actionū gratia ponēdum eſſe politicam communionem, ſed non ipſius conuiuere.

I p Propter quod quidē quicūq; adijciunt plurimū ad talē cōmunionē ijs ciuitatis attinet pluſquā æqualibus ſecundū libertatē & genus vel maioribus, ſecundū politicā autē virtutē inęqualibus vel excedentibus ſecundū diuitias, ſecundū virtutē autem excesſis. Quod quidem igitur omnes qui de politijs altercantur partem quandam iuſti dicant, manifeſtum eſt ex dictis.

*Ex quo patet, quòd ciuitas non eſt communicatio loci, & non iniuriandi ſibiipſis, & comercii gratia, ſed iſta quidem ut adſint, neceſſarium eſt ſiquidem futura ſit ciuitas, nec tamen ſi iſta adſint omnia, ciuitas adhuc erit.*

G *At bene viuendi ſocietas & domibus, & generibus vitæ perfectæ gratia, & per ſe ſufficientis, hoc tantum non erit niſi vno, eodemque loco habitantibus, & coniugia ſimul ineuntibus: propter quod propinquitates in ciuitatibus extiterunt, & ſodalitia, & ſacra, & conuerſationes familiarium. Idque eſt amicitiæ opus, nam ſimul viuendi electio amicitia eſt.*

H *Finis eſt igitur ciuitatis, bene viuere, Illa uero gratia finis. Ciuitas autem eſt generum, pagorumque ſocietas, vitæ perfectæ ac per ſe ſufficientis, hoc eſt, vt diximus, bene ac beate uiuere. Bene igitur agendi gratia, ponendum eſt eſſe ciuilem ſocietatem, non autem gratia ſimul viuendi.*

I *Quapropter, quicumque plus conferunt ad huiuſmodi ſocietatem, his plus iuris competit in ciuitate, quam his qui libertate ac genere pares ſunt, vel maiores, ſed ciuili uirtute ſunt impares, & quàm his qui diuitiis ſuperant, ſed uirtute ſuperantur. Quod igitur omnes qui de Republica contendunt partem aliquam iuſti dicunt, manifeſtum eſt ex ſupradictis.*

n ¶ Oſtendit, gratia cuius inſtituta eſt. Et diuiditur in duas. In prima oſtendit quid eſt ciuitas ſimpliciter. In ſecunda oſtēdit quis eſt finis ciuitatis, gratia cuius inſtituta eſt ibi. { Finis eſt &c. } In prima dicit, quòd bene dictū eſt, quòd communicatio loci non eſt ciuitas, ſed communicatio bene viuendi compoſita ex domibus & diuerſis generibus gratia vitæ perfectæ, & per ſe ſufficiētis eſt ciuitas. Et ꝑ hoc, qđ dicit communicatio bene viuēdi, innuit cauſam formalem: per hoc, qđ dicit compoſita ex domibus, tangit cauſam materialem propinquam, per hoc, quod dicit ex diuerſis generibus, tangit cauſas materiales remotas: per hoc, quod dicit gratia vitæ perfectæ &c. tangit cauſam finalem, ſed hæc non contingunt eſſe niſi habitantibus eūdem locum, & niſi coniungantur ſecundum connubia. Et propter hoc in ciuitate fiunt affectiones amicitiæ factiuæ & conſeruatiuæ & conſinitates, quæ ſunt cōmunicationes adinuicem in comeſtionibus & potibus vel in alijs. Similiter fiūt ſacra & conuerſationes & ſolatia ꝑpter ipſum conuiuere, & ratio huius eſt, quia amicitia multum neceſſaria eſt in ciuitate. Amicitia enim eligitur propter conuiuere, ſine autem conuiuere non eſt ciuitas: quare amicitia neceſſaria eſt ad ciuitatem, ſed iſta quę dicta ſunt, neceſſaria ſunt ad amicitiā, & ideo iſta ordinata ſunt in ciuitate. Deinde cum dicit.

o ¶ Oſtendit, gratia cuius finis inſtituta eſt ciuitas. Et dicit, ꝙ finis ciuitatis propter quod ciuitas inſtituta eſt, eſt ipſum bene viuere. Ciuitas autem & illa quę ordinantur ad ciuitatem ſunt propter finem ciuitatis. Ciuitas enim eſt communicatio bene viuendi cōpoſita ex generibus diuerſis, & gratia vitæ perfectæ, & per ſe ſufficientis. Hoc autem eſt viuere feliciter, bene autē vel feliciter viuere in politicis, eſt operari ſecūdum optimam virtutem practice. Et propter hoc manifeſtum eſt, quòd communicatio politica conſiſtit in communicatione bonarum actionum, & non conſiſtit in ipſo uiuere abſolute. Apparet igitur, ꝙ finis F propter quem inſtituta eſt ciuitas bene ordinata, eſt ſecundum virtutem perfectam viuere vel operari & non ipſum conuiuere. Deinde cum dicit.

p ¶ Infert correlarium, ex quo apparet principale intentum. Et dicit, quòd cum finis ciuitatis ſit feliciter viuere practice. Feliciter autem viuere ſit operari ſecundum optimam virtuté practicam, quæ eſt prudentia & communicatio politica conſiſtit in huiuſmodi actionibus, manifeſtū eſt, quòd illi qui plus addunt ad talem cōmunionem, plus addunt ad ciuilitatem, & plus ciuitatis pertinet ad iſtos quàm ad illos, qui ſunt æquales in libertate, vel genere, & quàm ad illos qui ſunt maiores in genere, tamen minores & inęquales ſecundum virtutem politicam. Iterum plus attinet illis de eis quæ pertinēt ad ciuitatem, quàm illis qui excedunt alios in diuitijs, ſed exceduntur ab alijs ī virtutibus. Ex quo apparet, quòd ſi iuſtum æquale aliquarum rerū aliquibus perſonis ſecūdum dignitatem in ordine ad finem, quod in politia illa, in qua ponitur rectus finis eſt iuſtum ſimpliciter. Iuſtum enim, vt dictū eſt, attenditur ſecundum dignitatem in ordine ad finem, ſicut in regno & politijs rectis vniuerſaliter: in politia autem in qua ponitur finis non rectus, nō eſt iuſtum ſimpliciter. Tales autem ſunt ſtatus popularis & paucorum, & ideo in talibus non eſt iuſtum ſimpliciter qđ erat principale intētum, gratia cuius induxit totam inquiſitionē de fine ciuitatis: nūc recapitulat & dicit, quòd manifeſtū eſt ex determinatis, ꝙ omnes illi qui aduerſantur de iuſto, non tetigerūt iuſtum ſimpliciter, ſed iuſtum ſecundum quid tantum.

## LECTIO VIII.

K Habet autem dubitationē quid oportet eſſe dominatiuū ciuitatis, aut enim multitudinem, aut diuites, aut Epijces, aut optimum virum omnium, aut tyrannum.

## LECTIO VIII.

K *Eſt autem dubitatio quid oportet dominans eſſe in ciuitate. Numquid populum, an eos qui diuitias habent, an bonos & æquos, uel unum qui ſit optimus omnium, uel tyrannum.*

## LECTIO VIII.

Poſtquam Philoſophus diſtinxit politias ſecundum diſtinctionem principatuū, & declarauit cuius gratia ciuitas eſt inſtituta. In parte iſta inquirit quem oportet eſſe principātē in ciuitate, & q̄a principatus debet diſtribui ſm exceſſū alicuius boni, inquirit ſm cuius exceſſum debeat diſtribui. Et ſm hoc diuidit iſta pars in duas partes. In prima inquirit quē oportet eſſe principantem in ciuitate. Secundo inquirit, ſecūdū cuius exceſſum debeat diſtribui, ibi. { Quo-



{Quoniam autem &c.} Prima in duas. In prima mouet dubitationem tangens quaſi ſolutionem. Secundo arguit contra ſolutionem, ibi. Sed hæc &c.} In prima dicit, ꝙ poſtquam determinatum eſt, ꝙ politię debent diſtingui ſecundum diſtinctionem principatuum, ſequitur dubitatio, ſcilicet quem oportet dominantem eſſe in ciuitate. Cum autē oporteat aliquem eē dominantem, aut dominabitur multitudo, ſicut in politia q̄ eſt ſtatus popularis, aut diuites vt in ſtatu paucorū, aut virtuoſi, ſicut in ſtatu optimatum, aut vnꝰ optimus, ſicut in regno, aut vnus peſſimus, ſicut in tyrannide. Deinde cū dicit.

b ¶ Arguit contra iſta ſingula & ad minus contra plura. Et diuiditur in duas. In prima facit quod dictum eſt. Secūdo ſpecialiter inquirit, vtrū magis expediat multitudinem dominari aut paucos virtuoſos ibi. {De his.} Prima adhuc in duas. Primo arguit, ꝙ non expedit dominari multitudinem, aut diuites. Secundo, quòd nec vnū ſtudioſum, ibi. { Sed vnum, &c.} Adhuc prima ī duas. Primo oſtēdit, quòd non expedit multitudinem dominari. Secundo, quòd nec paucos diuites, ibi. {Ergo ne pauciores, &c.} Prima in tres, ſecundum quòd probat per tres rationes ꝙ non expedit multitudinē dominari, Secunda, ibi. {Rurſūque, &c.} Tertia, ibi. { Adhuc, & actiones, &c.} In prima dicit, quòd omnia iſta videntur habere difficultatem. Si enim dicatur, ꝙ expedit multitudinem pauperum dominari, cum huiuſmodi multitudo potentiam habeat & ſine virtute, ſic ſequetur, ꝙ diripient propter indigentiam & potentiam bona diuitum. Sed eſt ne hoc iniuſtum? quaſi diceret, ſic, ſecundū enim virtutem ciuitas debet habere dominium iuſtum. Quare, manifeſtum eſt, quòd iniuſtitia extrema eſt hæc, id eſt, peſſima. Deinde cum dicit.

c ¶ Ponit ſecundam rationem. Et dicit, ꝙ ſi dicatur quòd expedit multitudinem dominari, ſequetur ſicut prius, quòd diripient bona diuitum & paucorum, ſicut virtuoſorum, ſed hoc eſt deſtruere ciuitatem. Sed virtus non deſtruit illud cuius eſt, qđ habet eam, nec quod iuſtum eſt corrumpit ciuitatem, quare manifeſtum eſt, quòd illa lex quæ præcipitur multitudinem dominari, non eſt iuſta, non igitur expedit multitudinem dominari. Deinde cum dicit.

d ¶ Ponit tertiam rationem. Et dicit, quòd omnes operationes, quas facit tyrannus, vt tyrannus eſt, iniuſtæ ſunt, quia tyrannus per potentiam ſuam violentiam facit, & accipit bona ſubditorum, talis autem operatio iniuſta eſt. Sed vbi multitudo dominatur facit violentiam diuitibus ad modum tyranni diripiēdo bona eorum. & ideo manifeſtū eſt, quòd multitudo eſt ſicut tyrannus, quare operationes multitudinis ſunt iniuſtæ, ergo nō expedit multitudinem dominari. Deinde cum dicit.

b Sed hæc omnia vidētur habere difficultatem. Quid.n. ſi pauperes quia plures ſunt, diripiēt ea quæ diuitum, hoc nō iniuſtū eſt? Videbatur.n. vtique per Iouem dominatio iuſte, iniuſtitiā igiē qd oportet dicere extremā.

B c Rurſumq; omnibus acceptis, qui plures ea quæ paucorū ſi diripiāt, manifeſtum quòd corrūpunt ciuitatem. At vero non q̄dem virtus corrūpet, quod ipſā habet, neq; iuſtum ciuitatis corruptiuum. Quare palā quod & legē hāc nō eſt poſſibile eē iuſtā.

d Adhuc & actiones quaſcūq; tyrannꝰ egit, neceſſariū eſſe oēs iuſtas. Vim.n. īfert potētior exiſtēs, ſicut & multitudo diuitibꝰ.

C e Ergo ne pauciores principari iuſtū & diuites? ſi igitur & illi hoc faciant, & diripiant, & poſſeſſiones auferant multitudinis, hoc eſt iuſtū. Alterū ergo. Hoc quidem igitur ꝙ ſint praua omnia & nō ſtudioſa, manifeſtum.

f Sed Epiices principari oportet & dominos eſſe omniū, igiē neceſſe alios omnes inhonoratos eſſe, qui non honorantur politicis: principatibus autē ſemper eiſdem neceſſariū eſſe alios inhonoratos.

D g Sed vnum ſtudioſiſſimū principari melius, Sed adhuc hoc magis Oligarchicū. Qui enim inhonorati plures.

h Sed forte dicet vtiq; aliquis, dominatiuum totaliter hominē eſſe habentē accidētes paſſiōes circa animā, ſed nō legē prauū.

*Verum hæc omnia uidētur habere difficultatem. Quid enim inopes, quia plures ſint, partientur ea quæ ſunt opulentorum, hoc nonne iniuſtū eſt? Decreuerunt enim qui poteſtatem habēt, iniuria igitur ſumma quæ tandem dicenda eſt?*

B *Rurſuſque omnibus acceptis, ſi plures ea ſibi tribuant, quæ ſunt paucorum, conſtat, quòd ciuitatem corrumpunt. Atqui uirtus numquam corrumpit id, quod eam habet, neque iuſtum, ciuitatis corruptiuum eſt. Ex quo patet legem iſtam non poſſe iuſtam eſſe.*

*Præterea illa quoq;, quæ facta fuerunt a tyranno, neceſſarium foret iuſta eē omnia. Vim enim affert propter potentiam, quemadmodum multitudo diuitibus.*

C *Sed an paucos & opulentos iuſtū eſt dominari? an ergo, ſi & illi hæc agant, & rapinas exerceant, auferūt que multitudinis bona, hoc ne erit iuſtum? alterū ergo. Hæc igitur omnia conſtat eſſe praua.*

*Verum bonos & æquos dominari oportet, auctoritatemque habere omnium. Ergo alii omnes, cum magiſtratus non capiant, inhonorati manebūt. Nam honores quidem magiſtratus poteſtateſq; appellamus quos ſi boni ſemper habeant, neceſſarium eſt alios excludi ab honoribus Reipu.*

D *Sed numquid unus, qui ſit optimus, dominari debet? At enim hoc etiā grauius eſt, quoniam plures erunt ab honoribus excluſi.*

*Sed forſan dicet aliquis, legē dominari debere, non aūt hominem, in quē cadunt animi perturbationes.*

A e ¶ Oſtendit, quòd non eſt iuſtum dominari paucos diuites. Et diuiditur in duas. In prima oſtendit, quòd non expedit paucos diuites dominari. Secundo, quòd nec virtuoſos, ſiue paucos ſiue plures, ibi. { Sed ſpecies. } In prima dicit quaſi interrogando, eſt ne iuſtum pauciores diuites dominari in ciuitate? q.d. nō eſt iuſtum pauciores dominari, quia per potentiam ſuam diripient bona pauperum. & poſſeſſiones, ſicut econtrario, multitudo ſi dominaretur, & ſi iuſtum eſſet diuites diripere bona multitudinis, & econtrario, iuſtum eſſet multitudnem diripere bona diuitū, ſed hoc eſt iniuſtum: vt viſum ē, quare manifeſtum eſt, ꝙ prauū & iniuſtum eſt & nō ſtudioſū diuites paucos dominari. Deinde cum dicit.

f ¶ Oſtendit, quòd non eſt iuſtum dominari virtuoſos, ſiue plures, ſiue paucos. Aliquis enim diceret, quòd verum eſt, quòd non expedit dominari nec paucos diuites, nec multitudinem, ſed bene expedit & iuſtum eſt virtuoſos dominari, & eſſe dominos inter omnes, ſed iſtud videtur eſſe falſum, quia ſi ſoli virtuoſi principentur, oēs alii erunt inhonorati; quia nō attingunt ad honorē principatus quia prīcipatꝰ honores ſunt. Sunt enim præmiū virtutis, & hoc eſt honor, ſicut dicitur Primo & quarto Ethi. ergo qui non attingit ad principatum, non attingit ad honorem. Principantibus igiē virtuoſis alii remanent inhonorati: ſed hoc eſt inconueniēs. Eſt enim hoc cauſa diſſenſiōis, omnes enim apperūt honorem naturaliter, propter quod appetunt honorari a bonis, & ſapientibus qui melius & rectius poſſent iudicare. Si ergo auferatur eis honor, ſequitur diſſenſio, & multa mala in ciuitate, quare, non eſt iuſtum virtuoſos dominari. Deinde cum dicit.

E g ¶ Oſtendit, quòd non eſt iuſtum dominari vnum virtuoſū. Et diuiditur in partes duas. In prima facit quod dictum eſt. In ſecunda, quia poſſet aliquis dicere, quòd non expedit hominem principari, ſed hominem per legem, oſtendit contrarium, ibi. { Sed forte dicet, &c. } In prima dicit, quòd non expedit vnum virtuoſum valde principari, quia ſi vnus valde virtuoſus dominetur, plures erunt inhonorati honore principatus, ſed hoc eſt inconueniens. Ex hoc enim ſequūtur diſſenſiones in ciuitate & perturbationes, ſicut dictum eſt. Iterum videbitur politia peior eſſe quàm ſtatus paucorum, quia in principatu paucorum pluribus impenduntur, in iſta autem vni ſoli, hoc autem peius videtur eſſe, quia malum, quanto magis diuiſum eſt, tanto minus exiſtit, & tolerabilius eſt: quare manifeſtum eſt, quòd non expedit vnum virtuoſum dominari. Deinde cum dicit.

h ¶ Quia diceret aliquis, quòd lex debet dominari non homo, arguit contra hoc. Et primo ponit rationem, per quam videtur, quòd lex debet dominari. Secundo arguit in contrarium ibi. {Si igitur, &c.} In prima dicit, quòd prauum & iniuſtum eſt hominem

hominem principari & non legem, quia homo habet paſſiones ſibi coniunctas. Paſſiones autem diſtrahunt voluntatem, & faciunt deuiare a recto fine, & per conſequens peruertunt iudiciũ rationis. Lex autem nullas habet paſſiones, quare per legẽ non contingit deuiare a recto iudicio rationis. Cum igitur melius & iuſtius ſit illũ principari, qui nõ poteſt deuiare a recto fine, q̃ illum qui poteſt. Et homo poteſt deuiare a recto fine, lex vero non, manifeſtũ eſt, ꝙ iuſtum eſt legẽ dominari, non hominem. Deinde cum dicit.

i ¶ Arguit in contrarium & dicit, ꝙ non videtur eſſe verum, ꝙ legem ſit iuſtum dominari vniuerſaliter, quia contingit leges eſſe pertinentes ad potentiam paucorum, vel multorum, & tales leges datę & ordinatæ sũt in ordine ad finem illarum. In illis autem non ſupponitur rectus finis ſimpliciter, ſicut prædictum eſt, ergo nec leges iſtę sũt iuſtæ ſimpliciter. Quare manifeſtum eſt, ꝙ non differt q̃d dicatur, ſiue legem, ſiue aliud aliquid aliorum principari, quia ſemper idem accidit inconueniens, ſicut prius oſtẽſum eſt de omnibus. Deinde cum dicit.

K ¶ Omiſſis aliis, ſpecialiter deſcendit ad inquirẽdum vtrũ magis expediat multitudinem, aut paucos virtuoſos dominari. Et diuiditur in duas. In prima præmittit, quòd omiſſis aliis, de quibus non eſt argutum, quia altera ratio eſt: manifeſtum eſt enim, ꝙ vnũ peſſimum non expedit dominari, & quia hoc eſt per ſe manifeſtum, Altera ratio de hoc & de aliis, quia de aliis eſt dubium, ſed de hoc non, ideo philoſophus non arguit ad iſtud. Sed inquirẽdum eſt, vtrum multitudinem magis expediat dominari, q̃ virtuoſos, paucos tamen. Hoc enim videtur habere dubium & ſolutionem qua diſſoluitur ratio, quæ in oppoſitum adducebatur prius, & magis videtur eſſe verum & expediens, multitudinem principari debere q̃ paucos virtuoſos. Deinde cum dicit.

i Si igitur ſit lex quidẽ, Oligarchia aũt vel Democratia, quid differret de dubitatis? accident enim ſimiliter dicta prius.

*Si igitur ſit lex quidem, ſed uel ad paucorum potentiam, uel ad multitudinis fauorem declinans, quid tandem refert in his, de quibus dubitatum eſt? euenient enim eadem, quæ ſupra dicta ſunt.*

K De alijs quidẽ igitur altera ſit aliqua ratio. Quòd aũt oportet dominãs eſſe magis multitudinem, quàm optimos quidẽ, paucos autẽ, videbitur vtiq; ſolui & alicuius habere dubitationẽ, forte aũt vtiq; veritatem.

G *De his igitur ſit alius quidem ſermo. Quòd autem magis penes multos debeat eſſe poteſtas, quàm penes paucos, licet optimos, uidetur ſolui poſſe, & quandam habere dubietatẽ, immo forte ueritatem.*

l Multos .n. quorũ vnuſquiſq; eſt non ſtudioſus vir, tamẽ contingit cum conuenerint eſſe meliores illis, non vt ſingulum, ſed vt ſimul oẽs, veluti comportare cœnã, iis quæ ex vna expẽſa elargitæ ſunt. Multis .n. exiſtentibus vnũquodq; partem habere virtutis & prudentię, & fieri cõgregatorum quaſi vnum hominem multitudinem multorũ pedum & multarum manuũ, & multos ſenſus habentem, ſic & quæ circa mores & circa intellectũ: propter quod & melius qui multi, & quæ muſicæ opera & quæ poetarum, Alii enim aliam particulam aliquam, omnia autem omnes.

*Nam ſi plures ſint, quorum unuſquiſque non ſit ſtudioſus, tamen fieri poteſt, ut in unum conuenientes omnes meliores ſint, quàm illi, non ut ſinguli, ſed ut omnes, quemadmodum cœna, in qua plures conferunt, quàm ea* H *quæ ex unius erogatione fit: nam cum plures ſint, unuſquiſque partem habet uirtutis ac prudentiæ, ac fiunt in unũ collati quaſi homo unus, qui multos pedes habeat, multaſque manus, multoſque ſenſus, & eodem modo circa mores & intelligentiam. Quapropter melius iudicant multi, & in muſica, & in poetarum operibus. Alii enim aliud, & cuncti cuncta diſcernunt.*

m Sed hoc differunt ſtudioſi virorum ab vnoquoque multorũ, ſicut a nõ bonis bonos aiunt & picta p artẽ a veris, eo q̃d collecta ſint diſperſa ſeorſum ĩ vnũ, quoniam ſeparatum quidẽ pulchrius habere picto, hoc quidẽ oculum, aliquo autem altero alteram particulam.

I *Sed in hoc differunt ſtudioſi uiri ab unoquoque aliorum ex multitudine, quemadmodum decoros a non decoris aiunt, & picta artificioſe a ueris, eo quòd ſeorſum diſtincta in unum colliguntur, cum ſi ſeparatio fiat, pulchrius ſe habebit, huius quidem picti oculus, alterius uero cuiuſdam alia particula.*

l ¶ Proſequitur, & primo oſtendit, ꝙ magis expediat multitudinem dominari q̃ paucos virtuoſos. Secundo ſoluit dubitationem, & quandam aliam annexam illi, ibi. {Quapropter &c.} Prima in duas. Primo declarat vnam propoſitionem. Secundo arguit ex illa, ibi. {Si igitur &c.} Adhuc prima in duas. Primo manifeſtat illam propoſitionem: ſecundo ponit differentiam inter aliqua, de quibus erat mentio facta, ibi. {Multos .n. &c} In prima dicit, ꝙ ſi ſint multi non virtuoſi ſimpliciter, cum conueniunt in aliquod vnum, facient vnum aliquod ſtudioſum, non ſic quidem, vt quilibet faciat aliquid ſtudioſum per ſe, & aliquid melius; ſed omnes ſimul faciant vnum aliquid ſtudioſum, & ſunt aliquid melius q̃ quilibet diuiſim acceptus, & hoc declarauit per ſimile, & dicit, ꝙ ſicut illi qui faciunt cœnam ad communes expenſas, & quilibet modicum apportat, quod autẽ collectum eſt ex omnibus apportatis, magnę quantitatis eſt, ſic eſt

F in propoſito, ſi ſint multi & quilibet aliquid habeat virtutis & prudentiæ, cum conuenerint in vnum, facient vnum aliquid magnum & virtuoſum. In quo enim vnus deficit, contingit alterum abundare, vt ſi vnus non inclinetur ad fortitudinem, alter inclinabitur, & ſi alius non inclinetur ad temperantiam alter inclinabitur, & vbi vnus non poterit prẹuidere bene, alter poterit, & ſic cum cõuenerint, facient quaſi vnum hominẽ virtuoſum & perfectũ: hominem dico habentem multitudinẽ ſenſuum, per quos diſcernẽ poſſit, & multitudinem manuum & pedũ, per quæ poſſit moueri ad operationem & operari. Similiter etiam quantum ad mores, & quãtum ad intellectũ ſe habet. Ex omnibus enim cum conuenerint, efficietur quaſi vnus homo perfectus ſecundum intellectũ, quantum ad virtutes intellectuales, & ſecũdum appetitum quãtum ad morales. Et adducit aliud ſimile dicẽs, ꝙ propter hoc, ꝙ multi ſunt aliquid melius ſimul iũcti, q̃ quilibet illorum, contingit, ꝙ opera muſicalia, & opera poetarum melius facta ſunt, & ducta ad perfectionem per plures, q̃ per vnum. Sic enim inuentæ fuerũt artes, & ſciẽtiæ, quia primo vnus inuenit aliquid & illud tradidit, & forte inordinate: alius poſt hoc accepit illud, & addidit, & totum tradidit, & magis ordinate, & ſic conſequenter donec perfectę artes & ſciẽtiæ inuentę ſunt: & manifeſtum eſt, ꝙ aliqui aliqua ĩuenerũt, ſed omnes ſimul omnia: & manifeſtum ẽ, ꝙ plus eſt & perfectius illud quod omnes inuenerunt, q̃ illud quod quilibet per ſe. Deinde cum dicit.

m ¶ Ponit differentiam inter vnum virum ſtudioſum ſimpliciter, & quemlibet illorum, ex quibus cum conuenerint in vnũ, K factum eſt aliquid ſtudioſum. Et dicit, ꝙ viri ſtudioſi, ſiue virtuoſi differũt a quolibet illorum multorum, ex quibus cum cõuenerint in aliquid vnum fit aliquid virtuoſum, ſicut bonus differt a nõ bono, quoniam viri virtuoſi, boni ſimpliciter ſunt, ſed quilibet iſtorum ſecundum ſe acceptus non eſt bonus, quia non eſt virtuoſus perfecte. Iterum differunt viri ſtudioſi ab iſtis diuiſim acceptis, ſicut picta per artem differunt a veris, circa quod intelligo, ꝙ pictor volens aliquid pingere per artem, ſicut imaginem hominis, cõſiderat bonam diſpoſitionem oculorũ in iſto, dimittens malas diſpoſitiones aliorum membrorum, ſimiliter conſiderat bonam diſpoſitionem manus in alio, dimittens malas diſpoſitiones aliorum membrorum, & ſic cõſiderat meliores diſpoſitiones aliorum membrorum in diuerſis & dimittit turpes: tunc ex omnibus iſtis collectis, facit imaginem pulchriorem q̃ ſit quilibet illorum, ex quibus aliquid accepit. Et manifeſtũ eſt, ꝙ quilibet illorũ ex quibus aliquid accepit, aliquid pulchritudinis habet, ſed non ſimpliciter, illud autem quod acceptum eſt ex iſtis, ſimpliciter pulchrum eſt, ſic ſimiliter in propoſito, quilibet



quilibet iſtorum multorum aliquid habet virtutis, ſed non eſt ſimpliciter virtuoſus: id autem quod ſimpliciter collectum eſt ex ipſis, ſimpliciter virtuoſum eſt. Et hoc eſt quod intendit cũ dicit, artificioſe, eo ꝙ illa vera ſimpliciter accepta ſunt collecta in vnum, & imago illa, quæ componitur ſimul ex partibus bene diſpoſitis in diuerſis exiſtẽtib⁹, pulchrior eſt q̃ vnumquodque illorum, in quorum vno inueniẽ pulcher oculus, in alio autem pulchra manus: conuenit enim bene inuenire ſeorſum vnũ habentem oculũ pulchriorem q̃ ſit pictus quamuis in aliis deficiat, ſimiliter aliquẽ habentem pulchram manum, q̃ ſit picta, quamuis in aliis deficiat, ſimiliter ĩ aliis particulis. Similiter in propoſito, differt vir ſtudioſus ab vno quoque illorum qui dicti ſunt, quia oẽs bonas diſpoſitiones ſecundum animã habet coniunctim, & in vno ſuppoſito vnuſquiſque illorum vnã aut in qua forte poterit excedere virtuoſum, ſimpliciter tamẽ excedetur ab eo. Deinde cum dicit.

n ¶ Ex iſta propoſitiõe declarata arguit dicens, ꝙ immanifeſtum eſt vtrum huiuſmodi differentiã contingat eſſe circa multitudinẽ, & circa populum totum ad paucos virtuoſos, ꝙ ſcilicet tota multitudo melior ſit, q̃ illi pauci virtuoſi, tamen ſecundum virtutem in quibuſdam ẽ impoſſibile, hoc eſt enim quædam multitudo beſtialis, cuius homines inclinantur ad actus beſtiales, & parum rationis habẽt. Et in tali multitudine non eſt verum, ꝙ ex illis hominib⁹ poſſit fieri aliquid virtuoſum, ſi conueniant in vnum. Alia eſt multitudo in qua quiſque habet aliquid virtutis & prudentiæ, & inclinantur ad actum virtutis: & in tali verum eſt, ꝙ illud quod fit ex iſtis, cum conueniunt in vnum, eſt aliquid virtuoſum. Et hoc eſt quod dicit philoſophus, ꝙ in aliqua multitudine non ẽ verum, ꝙ illa multitudo faciat aliquid virtuoſum, de qua multitudine poteſt habere veritatem. Ex quo poteſt formari ratio ſic. Melius eſt principari, quod melius & ſtudioſius eſt: ſed contingit aliquam multitudinem eſſe meliorem, & magis ſtudioſã paucis virtuoſis vt probatum eſt, ergo &c.

n Siquidem igitur circa totum populum & circa totã multitudinem, contingit hanc eſſe differentiã multorum ad paucos ſtudioſos immanifeſtũ. Forte autẽ per Iouem, palã quòd de quibuſdam impoſſibile, eadem .n. vtiq; ratio & in beſtiis congruet: equidem quid differunt quidã a beſtiis? vt cõſequens eſt dicere, ſed circa aliquã multitudinẽ nihil prohibet q̃d dictũ eſt, eſſe verũ.

*Si igitur de omni populo omnique multitudine recipitur, hanc eſſe differentiam multitudinis ad paucos ſtudioſos incertum eſt, immo forſan certum, quod de quibuſdam eſt impoſſibile, nam eadem ratio de beſtiis eſſet. Quamquam quid differunt quidam, ut ita dixerim, a beſtiis?* B *ſed de aliqua multitudine nihil uetat eſſe uerum.*

## LECTIO IX.

PRopter q̃d & prius dictam dubitationẽ ſoluet vtiq; quis per hoc & habitam ipſi, quorũ oportet dominos eſſe liberos & multitudinem ciuiũ, tales autẽ ſunt quicumque neque dignitatem habent virtutis nullam.

## LECTIO IX.

*QVapropter dubitationem illam primam per iſta ſoluere quis poteſt, ac ſimiliter aliam ſubſequentẽ, quorum oporteat poteſtatem habere, liberos homines* C *ac multitudinem ciuium, quales ſunt quicumque, qui neque opes habent, neque uirtutis ullam exiſtimationem.*

b Participare quidem .n. ipſos principatibus maximis, non ſecurum, propter iniuſtitiam .n. & propter imprudentiam, hoc quidem iniuſte agere vtiq;, hoc autem peccare ipſos.

*Etenim permittere iſtis magnos magiſtratus, nequaquam eſt tutum, propter iniuſtitiam & ignorantiã, per quas quibuſdam iniuriarentur, in quibuſdam errarent.*

c Non tradere aũt neque participare, terribile. Cum .n. inhonorati multi & pauperes extiterĩt, neceſſarium ciuitatem hanc eſſe plenam ſeditionibus.

*Rurſus uero excludere illos penitus ab honoribus periculoſum eſſet.* D *Cum enim multitudo inopum eſt in ciuitate, eademque ab honoribus excluſa, neceſſe eſt eam ciuitatem eſſe plenam hoſtium Reipub.*

d Reſtat vtiq; eo q̃d eſt cõſiliari & iudicare participare ipſos.

*Reſtat igitur, ut ad conſultandum, & decernendum iſti recipiantur.*

e Propter quod quidem & Solon & aliorum legiſlatorum aliqui, ſtatuũt fieri electiones prin

*Quapropter & Solon et alii quidã eorum qui leges condidere, huiuſcemodi homines ad repetendas geſtorũ*

## LECTIO IX.

POſtquàm Philoſophus mouit dubitationem, vtrum magis expediat multitudinem dominari q̃ virtuoſos, in parte iſta ſoluit eam, & quandam annexam illi, & habet duo. Primo infert ſolutionem quæſtionis ex determinatis, & ponit quæſtionem annexam. Secũdo ſoluit illam ibi. {Participare &c.} In prima dicit, ꝙ propter ea quæ dicta ſunt poteſt ſolui dubitatio, qua quæritur; vtrum magis expediat dominari multitudinem, q̃ paucos virtuoſos: apparet .n. ex dictis, ꝙ duplex eſt multitudo. Vna quidem beſtialis, in qua

A nullus habet rationem vel modicam, ſed inclinatur ad beſtiales actus, & manifeſtum eſt, ꝙ iſtam non expediat dominari aliquo modo, quia ſine ratione eſt & coniunctim & diuiſim. Alia eſt multitudo vbi omnes aliquid habent rationis & inclinãtur ad prudentiam, & bene ſuaſibiles ſunt a ratione, & talem expedit magis dominari, q̃ paucos virtuoſos: q̃uis enim quilibet nõ ſit virtuoſus, tamen quod fit ex omnibus cum conueniunt, eſt virtuoſum. Et ſic apparet ſolutio quæſtionis, quia vbi eſt talis multitudo, expedit eam magis dominari q̃ virtuoſos, vbi non eſt talis, ſed beſtialis, nullo modo expedit. Poterit etiã per hoc ſolui quæſtio alia cõſequenter ſe habens ad illam, ſcilicet: vtrũ oporteat multitudinem & liberos dominos eligere, & eos corrigere, & quorum expedit eos eſſe dominos, ſi expediat, & q̃ ſunt illi, de quibus mouet quæſtionẽ exponit: huiuſmodi .n. ſunt qui non habent aliquam dignitatem ſiue bonum virtutis. Deinde cum dicit.

b ¶ Soluit quæſtionem, & primo ſoluit eam. Secundo ſolutionem confirmat p leges antiquorum, ibi. {Quapropter & cætera.} Prima in tres. In prima oſtẽdit ꝙ inconueniens, & non ſecurũ eſt multitudinem principari. Secundo, ꝙ terribile eſt eos nullo modo participare principatu ibi. {Non tradere.} Tertio ꝙ expedit aliquo modo ibi. {Reſtat vtique, &c.} In prima dicit, ꝙ liberos, & multitudinem attingere ad prĩcipatum, maximum & primum periculũ eſt: iſti enim iniuſtitiam & imprudentiam habent, & propter imprudentiam deficerent a recte iudicando, & propter iniuſtitiam inclinabuntur ad opera iniuſta: & ideo ſequetur ꝙ multa mala facient quantũ E ad ſeipſos, & multa iniuſta quantum ad alios, eis iniuriando & moleſtando: hoc autem eſt periculoſum, ergo tales participare principatu, inconueniens eſt maximum. Deinde cum dicit.

c ¶ Oſtendit ꝙ terribile videtur eſſe, eos nullo modo participare honoribus, & ꝙ ſi nullo modo concedatur eis principatus, nec attingant ad ipſum, inconueniens & terribile videtur, quia reputabunt ſe inhonoratos, & cum ſint multi & pauperes, ſequetur ſeditio & turbatio in ciuitate, ſed iſtud eſt terribile. Deinde cum dicit.

d ¶ Concludit tertiũ, & dicit, ꝙ ex quo ſequuntur multa mala in ciuitate, ſi nullo modo attingant ad principatum, relinquitur, ꝙ participare debent principatu aliquo modo, ſaltem quantum ad conſiliatiuum & iudicatiuum. Deinde cum dicit.

e ¶ Confirmat ſolutionem per leges & ordinationes antiquorum, & diuiditur in partes duas. In prima facit quod dictum ẽ. In ſecunda arguit contra ordinationes illorum, ibi. {Habet autem ordinatio &c.} In prima dicit, ꝙ quia dictum eſt, ſi multitudo nullo modo participet principatu, ſequentur multa mala, ſicut ſeditio & turbatio in ciuitate, Solon legiſlator Athenienſium,

ſium, & quidam alii legiſlatores ſtatuerunt multitudinē in eligendo, & corrigendo principes, tamen noluerunt ꝙ quilibet ſigillatim haberet poteſtatem in eligendo & corrigendo, & hoc rationabiliter, quia quilibet ſecundum ſe virtutem non habet, & ideo deficeret in eligendo & corrigendo, & dicimus, ꝙ iſti noluerūt, ꝙ quilibet haberet poteſtatem in eligendo & corrigendo principantē propter cauſam dictam, ſed omnes inſimul. Et ratio huius eſt, quia quamuis quilibet nō habeat virtutem perfectam, vnde recte ſe poſſit habere in principatu, tñ tota multitudo ſufficienter virtutē habet, & diſcretionem in eligēdo & corrigendo: in iſta.n. multitudine ſunt ſapiētes & virtuoſi aliqui, & aliqui non, & plus valet ꝙ ſumantur iſti omnes ſimul, q̃ ſi ſumerentur virtuoſi & ſapientes ſolum, ſic enim eſt hic, ſicut eſt de alimēto: alimentum enim impurum ſumptum cū puro, plus proficit q̃ alimentum impurū, ſi per ſe aſſumatur, impuri enim alimenti malitia, & improbitas per purum ſibi permixtum corrigitur, & ex eis commixtis ſit bonum alimētum, & impurum ad æqualitatem redigitur, ſic in Repu. inſipientes in conſulendo & decernēdo quodammodo rectificantur a ſapientibus, vt poſſint aliquo modo Reipub. prodeſſe. Deinde cum dicit.

f ¶ Obiicit contra iſtam ordinationem antiquorum, & diuiditur in duas ſecundum ꝙ dupliciter obiicit. Secunda, ibi. {Alia autem eſt habita &c.} Prima ī duas. In prima tangit obiectionē. Secundo ſoluit, ibi. {Sed forte &c.} Adhuc prima in duas. Primo præmittit duas propoſitiones. Secundo arguit ex illis, ibi. {Quare ſecundum, &c.} Prima in duas ſecundum ꝙ duas propoſitiones proponit, ſecunda ibi. {Deinde circa electionem, &c.} In prima dicit: ita dictum eſt, ꝙ Solon & quidam alii legiſlatores ordinauerunt, ꝙ multitudo haberet poteſtatem in eligendo, & corrigendo principatum, videtur ꝙ hæc ordinatio habet dubitationem, & ad declarationem præmittit iſtam propoſitionem. Cuius eſt aliquem medicari & ſanare ab ægritudine præſente, eius eſt iudicare quis recte ſanatus eſt, hoc autem facit medicus. Et ratio propoſitionis eſt, quia cuius eſt aliquid facere per deductionem ex cauſis & principiis, eius eſt reſoluere ipſum vſque ad primas cauſas, conſiderando ex quibus & qualibus cauſis eſt & habet eſſe: hoc autem eſt iudicare, ergo eiuſdē eſt aliquid conſtituere, & iudicare de ipſo: ſimiliter eſt in aliis artibus: ſicut.n. medicus in medicinalibus iudicat & corrigit, ſimiliter & alii in ſuis artibus. Vlterius dicit ꝙ medicus triplex eſt, vnus quidem F eſt qui non nouit artem, ſed ordinata ab aliis aliqualiter ſcit applicare ad opus. Alius eſt artifex principalis qui nouit ſimpliciter omnes cauſas & principia medicinæ, & tertius eſt expertus qui aliqua nouit, ſed non ſimpliciter. Cum igitur dicimus medicum iudicare de eo quem ſanat, intelligimus de medico ſecūdo & tertio modo. Et ſicut circa medicinā eſt conſiderare triplicem medicum, ſcilicet practicum, ſcientem, & expertum, ſic circa omnes alias artes fere: in omnibus autem ipſis iudiciū rectū, de his quæ ſub ipſis ſunt nō minus, ideſt parū minus expertis q̃ ipſis ſcientibus. Dicit autem nō minus, quia ſcientes ſimpliciter in omnibus, melius iudicant. Deinde cum dicit.

g ¶ Proponit ſecundam propoſitionem & dicit, ꝙ ſicut ē circa iudicium, ſic ē circa electionem, quòd ſcientis eſt recte eligere, & hoc eſt opus eius, ſicut geometra iudicat recte de geometricis. Et gubernator de gubernatiuis, & ſic de aliis. Et ratio huius eſt. Electio enim eſt appetitus ꝑ conſiliantis, conſiliū autem eſt ratiocinatio de eis quę ſunt ad finem, ratiocinari autem recte de his q̃ ſunt ad finem ſcientis eſt. Quare manifeſtū eſt, ꝙ opus ſciētis eſt iudicare, & recte eligere. Et ſi idiotæ aliqua recte eligāt non tamen ſicut ſciētes nec magis ipſis, quia ſi recte eligant, vel iudicent, hoc eſt a caſu, non ſic autem ſapientes. Deinde cum dicit.

h ¶ Ex iſtis duob⁹ arguit, ꝙ non expedit populum habere poteſtatem in eligendo & corrigendo prīcipatū, dicens, ꝙ manifeſtū eſt ex dictis, ꝙ non expedit multitudinē habere dominium in electione & correctione principum, quia ſicut dictum eſt, ſcientis eſt eligere, & corrigere prudentis, ſed multitudo & ignorans & imprudens eſt, quare non expedit multitudinem dominari in eligendo & corrigendo. Deinde cum dicit.

i ¶ Soluit iſtam dubitationem, & diuiditur in duas, ſecundū ꝙ dupliciter remouet ipſam, Secunda ibi. {Et quia de quibuſdam &c.} In prima dicit, ꝙ forte omnia iſta non habent veritatem, nec bene dicta ſunt, & hoc propter rationem ſuperius dictam. Si enim ſit multitudo non vilis, ſiue beſtialis, ſed aliquid habens rationis & virtutis, bene etiam ſuaſibilis, habens ſapientes a quibus recte ſuadeatur, talem multitudinem ſimul ſumptā bene expedit habere poteſtatem in eligendo & corrigēdo principem, & ſi vnuſquiſque illorum non habeat ſufficienter rationem & virtutem, per quam poſſit recte eligere & corrigere, tamen omnes ſimul habent, & conſtitutum ex omnibus cum cōueniunt, virtuoſum eſt ſimpliciter. Ex quo apparet, ꝙ Philoſophus

cipatuum & correctiones principū, principari autem ſingulariter, non permittunt. Omnes quidē enim habent congregati ſufficientem ſenſum, & admixti, melioribus ciuitatibus proſunt, ſicut non purum alimentū cum puro totū facit vtilius pauco, ſigillatim autem vnuſquiſq; circa iudicare imperfectus eſt. G

f Habet aūt ordinatio hęc politiæ, dubitationē: primū quidem quia videbitur vtiq; eiuſdē eſſe iudicare quis recte medicat⁹ eſt, cuius quidē & medicari & facere, ſanū laborantē ab egritudine præſente. Iſte autem ē medicus. Similiter autem & hoc & circa alias experientias & artes, ſicut enim medicū oportet dare correctiōes ī medicinis, ita & alios in ſimilibus: medicus aūt & qui operator & qui arthitectonicus & tertius qui eruditus circa artem, Sunt .n. aliqui tales circa omnes vt ē dicere artes: atribuimus autē iudicare nihil minus eruditis quàm ſcientibus. H

g Deinde circa electionē eodē vtiq; modo videbitr habere: etenim eligere recte ſcientiū opus eſt, veluti Geometrā Geometricorum, & gubernatorē gubernatiuorum, etenim ſi de quibuſdā operibus & artibus participant etiam idiotarū aliqui. Sed non quidē ſcientibus magis. I

h Quare ſecundū hanc quidem rationē non vtiq; erit faciendū multitudinē dominorū, neque electionum principatuum, neq; correctionum.

i Sed forte non oīa hæc dicunt bene propter eam quę olim rationē, ſi ſit multitudo nō nimis K

*rationes, & ad ſuffragia, electioneſq; magiſtratuum admittunt, ſolis autem ut magiſtratus committantur, nequaquam permittunt: dum enim cum aliis una decernunt atque conſultant, capiunt omnes ſimul ſufficientem ſenſum, & permixti melioribus proſunt Reip. quemadmodum non purum alimentum una cum puro, totum facit utilius quàm paucum, ſeparati uero utrique imperfecti ſunt ad iudicandum.*

*Sed habet dubitationem huiuſmodi ordinatio Reipu. primum, quia uideretur eiuſdem eße hominis ſcire iudicare, quis recte medelam attulit, qui ipſe ſciat etiā mederi ac ſanitatē ægrotantibus afferre, hic autem eſt medicus. Eodem modo de aliis facultatibus & artibus. Vt enim medicum rationē ſuæ medelæ apud alios medicos reddere oportet, ita & alios apud ſimiles. Medicus autem eſt, & ille qui agit, & ille qui præcipit, & oſtendit, & tertio loco, ille qui a pueritia expertus ē circa artem: ſunt enim quidam tales in cunctis, ut ita dixerim, artibus. Tribuimus uero iudicium non minus expertis quàm ſcientibus.*

*Deinde & circa electionem eodem ſe uidetur modo habere, nam recte eligere, ſcientis eſt opus, ceu geometrā in geometria, & gubernatorem in nauigatione. Et ſi enim in quibuſdam operibus & artibus concurrunt, alii quidam ignorantes, non tamen melius iudicant quàm ſcientes.*

*Itaque ſecundum hanc rationē auctoritas multitudini danda non eſſet, neque in electionibus magiſtratuum, neque in rationibus adminiſtratorum repoſcendis.*

*Etenim forſan hæc omnia non bene dicuntur, etiam propter ſuperiorem ſermonem, ſi ſit multitudo non nimis*



phus reſpondet per interemptionem minoris, cum dicebatur, ꝙ multitudo eſt imprudens & ignorans, verum eſt, ſi fuerit talis, ſicut dictum eſt, & dicit forſan, quia in aliqua politia non expedit multitudinem habere poteſtatem in eligendo & corrigendo, ſicut in regno. In regno enim ſi vnus ſit ſimpliciter prudens, & alii regantur quaſi dñatiuo principatu, vt inferiores obediant ſuperiori, non expedit multitudinem habere poteſtatē, ſed in politia, vbi multitudo eſt ęqualis, expedit. Deinde cum dicit.

K ¶ Secundo remouet obiectionem quaſi interimendo maiorem, & dicit, ꝙ iſtud quādo accipiebatur, ꝙ ſcientis ſolum ſecundum vnamquamque artem eſt iudicare de opere ſuo, non habet veritatem, puta ſi ſint aliqui qui fecerunt aliqua opera, & tamen non vtantur illis, non eſt verū ꝙ illi bene iudicent, ſed illi qui vtuntur recte iudicant, ſicut nō ſolum ædificator iudicat domum, immo melius iudicat ille, qui ea facta vtitur ſicut paterfamilias, ſimiliter nauta gubernaculum accipit a carpentario, & melius iudicat de ipſo, q̃ carpentarius, ſic & conuiua de epulis meli⁹ iudicat q̃ coquus. Hæc ergo dubitatio iſto modo videtur eē diſſoluta ſufficienter, ſimiliter etiam eſt in propoſito, ꝙ melius iudicat qui vtitur prīcipatu, hoc autem eſt multitudo. Et eſt intelligendum, ꝙ tres ſunt artes ſe habētes per ordinē. Vna quidem eſt, quę verſatur circa materiam, ſicut eſt illa quæ præparat materiam ſicut eſt lignorum dolatiua, & præparatiua. Alia eſt quæ in materia diſpoſita introducit formam, ſicut nauifactiua. Tertia eſt vſualis, quæ vtitur naue facta. Et iſtæ ſic ſe habent, ꝙ prima rationem operandi habet a ſecunda, & eſt propter ipſam; diſponit enim ſic ligna, quia talis forma quam conſiderat, debet introduci in materiam talē, & tamen ipſa ſecundum ſe, formam illam non nouit, ſimiliter ſecunda rationem operādi habet ex tertia, & eſt propter ipſam, talem enim formam inducit in lignis, cui competit talis finis, qui conſideratur a tertia, quę dicitur vſualis, & ideo iſta conſiderat cauſam omnium aliarum primam. Per reſolutionem autem ad primam cauſam iudicatur de re certius, & ideo vſualis rectius iudicat q̃ ille qui formam inducit in materia. Si autem ſit aliqua ſcientia, quæ aliquid cōſtituat in eſſe, & eo vtatur, iſta melius iudicat, & certius omnibus. Deinde cum dicit.

A l ¶ Ponit ſecundam obiectionem contra illam ordinationem, & diuiditur in duas In prima ponit obiectionem. In ſecunda ſoluit, ibi. {Similiter itaque, &c.} In prima dicit, ꝙ alia eſt dubitatio contra illam ordinationem, conuenienter ſe habens ad primam: inconueniens enim eſt prauis & imprudentibus committere maxima, ſed electio, & correctio principum maxima ſunt in ciuitate, ergo committere iſta prauis, inconueniens ē, ſed multitudo praua & imprudēs eſt, quare manifeſtum eſt, ꝙ inconueniēs eſt multitudinem habere poteſtatem in corrigendo & eligendo ſuper principes & virtuoſos, ſed ſicut dictum eſt, in quibuſdam politiis, iſta commiſſa ſunt populo. multitudo enim in illis dominium habet, & in eligendo & corrigendo, quia in aliqua ciuitate populares & īferiores attingunt ad principatum, & ad iudicatiuum & cōſiliatiuum, etiam de paruis honoribus iudicant & præſunt diuitibus, & ducunt exercitus, & principantur maximis principatibus, & magis q̃ maiores. quare manifeſtū eſt, ꝙ ordinationes iſtorum inconueniētes ſunt. Deinde cū dicit.

m ¶ Soluit dubitationem, & primo facit hoc. Secūdo oſtēdit, quid ex dictis poteſt eſſe manifeſtum, & quid immanifeſtū ibi. {Prima autem dicta dubitatio, &c.} In prima dicit, ꝙ eodem modo iſta dubitatio poteſt ſolui ſicut prima: forte enī veritatem habet, ꝙ expedit aliquā multitudinem habere poteſtatem in electione & correctione prīcipum, in aliqua enī multitudine, nec iudex, nec conſiliator, nec prætor, neque cōcionator vnus per ſe eſt iudex de principatu, & dominus in electione, ſed totum aggregatum ex prætorio, conſilio, & populo, & vnuſquiſq; iſtorum pars eſt aggregata, ſcilicet conſiliarius, & concionator, & iudex. Et manifeſtum eſt, ꝙ expedit magis dominari totam multitudinem q̃ aliquos, quia tota multitudo ſtudioſa magis eſt, q̃ aliqui pauci. Eſt enim multitudo ex ſapientibus mediocribus & inferioribus eſt enim ibi populus, & conſilium, & prætor. Et manifeſtum eſt, ꝙ honorabilior eſt tota multitudo q̃ aliquis vnus ſecundum ſe accept⁹, vel aliqui pauci. Et ex his manifeſtum eſt, ꝙ obiectio prædicta non valet. Quod enim dicebatur, ꝙ multitudo praua eſt & imprudens, dicendum ꝙ non eſt verum, quàmuis enim aliqui ſint tales, non omnes tamen. Sed ſi eſſet talis multitudo vilis, in qua nullus

vilis, erit enim vnuſquiſq; quidē deterior iudex ſcientibus. oēs autem cōgregati meliores, aut non deteriores.

k Et quia de quibuſdā neq; ſolus qui fecit, neq; optime vtiq; iudicabit, quorūcumq; opera cognoſcunt, & qui non habent artem. B puta domū, non ſolū eſt cognoſcere eius qui fecit, īmo melius qui vtitr ipſa iudicat: vtitur aūt œconomus. Et gurbernaculum gubernator carpentario. & cibū æpulans, ſed non coquus. hanc quidē igitur dubitationē forte videbitr vtiq; aliquis ſic ſoluere ſufficienter.

l Alia aūt eſt habita huic, videtur.n. inconueniens eſſe maiorū eſſe dominos prauos q̃ Epices. C Correctiones aūt & prīcipatuū electiones ſunt maxima quas in quibuſdā politijs, ſicut dictum, & populis atribuunt: eccleſia.n. talium oīum domina eſt, equidē eccleſiæ quidem participant & cōſiliantur & iudicāt a paruis honorabilitatibus & cuiuſcūq; ætatis. præſunt aūt operibus & exercitus ducūt, & maximis prīcipatibus principantur a maioribus.

m Similiter itaq; ſoluetv tiq; aliquis, & hanc dubitationē, forte D .n. habent & hoc recte neq; .n. iudex, neq; cōſiliator neq; cōcionator, princeps ē, ſed prætoriū, & conſiliū, & populus. Dictorū autē vnuſquiſque pars eſt horū, dico autē partem, conſiliarium, & concionatorē & iudicē. Quare iuſte dominans maior multitudo, ex multis.n. populus & cōſilium & prętorium Honorabilitas autē amplior horum omniū quàm eorum quæ ſecundū vnū, E & ſecundum paucos principantiū magnis principatibus. Hæc quidem igitur determinata ſint hoc modo.

*ſeruilis, erit enim unuſquiſque deterior iudex, quàm hi qui ſciunt, uerumtamē ſimul omnes, uel melius iudicabunt, uel non deterius.*

*Et de quibuſdam quidem non ſolum is qui fecerit recte iudicat, & qui habet artem, puta domum non ſolum is intelligit & iudicat qui fecit, ſed melius is qui utitur. Vtitur autem pater familias domo, & de clauo gubernator, non faber, & de epulis conuiua, non coquus. Hoc igitur dubium per hunc modum uidetur ſufficienter ſolui.*

*Eſt & alia dubitatio cum hac annexa, quia inconueniens uidetur ut deteriores quia ſunt, maiorum rerum habeant poteſtatem quàm probi: rationes uero adminiſtratorum a magiſtratibus repoſcere, & magiſtratus ipſos deligere maximum eſt, quæ duo in quibuſdam ciuitatibus a populo fiunt. Concio enim talium omnium domina eſt, at qui concionis quidem participes ſunt, deliberant, decernunt, exigui cenſus homineſque & cuiuſque ætatis. Quæſturam uero & præturam, et maximos magiſtratus ſuſcipiunt ex cenſu magno atque ætate.*

*Quæſtio illa poteſt eodē modo ſolui, nam forſan id ſe recte habet, neque enim iudex, neque conſultor, neque is qui in concione exiſtit dominatur, ſed iudicium, & ſenatus, & populus: illorum uero unuſquiſque eſt particula iſtorum. Dico autem particulam eſſe conſultorem, & concionatorem, & iudicem, itaque iuſte domina maior eſt multitudo, ex multis enim populus conſtat, & ſenatus & iudicium, maiorque cenſus eſt uniuerſorū quàm ſingulorum per ſe, & quàm illorum paucorum, qui magnos ſuſcipiunt magiſtratus. Hæc igitur in hunc modū terminata ſint.*

nullus eſſet ſapiens, nec prudens, nō expediret talem habere poteſtatem in eligendo, & corrigendo principes Et ex his apparet quod philoſophus intendit, ꝙ magis expedit totam multitudinem habere poteſtatem, in eligendo & corrigendo q̄ paucos, & vocat hic multitudinem aggregatam ex ſapientibus maioribus, & prudētibus, & mediocribus, & populo, iſtam totam multitudinem talem magis expedit dominari q̄ paucos. Vilem tamē multitudinē non expedit, & dicit forſan, quia ī politia, in qua eſt vnus excellens in virtute, & alii nati ſibi obedire, non expedit multitudinem attingere ad iſta, quia duo exiguntur in regimine politiæ: Vnū eſt ratio recta, hoc autē habet iſta multitudo per illos ſapiētes. Aliud eſt potētia vt poſſit cohercere & punire malos, hoc autē habet per populū. Deinde cum dicit,

n ¶ Oſtendit quid eſt manifeſtum, & q̄d immanifeſtū ex prædicta dubitatione, & primo oſtendit quid eſt manifeſtum. Secūdo quid eſt immanifeſtum, ibi. {Quales tamē quaſdam &c.} Iſta litera dupliciter poteſt exponi. Primo, vt referamus iſtā literam ad dubitationem, qua quærebatur prius, vtrum magis expediret multitudinem dominari q̄ paucos virtuoſos, vt dicamus ſic. Dubitatio prima ſcilicet, iſta q̄ iā dicta eſt, nihil aliud manifeſtat, niſi qualiter lex dominetur in ciuitate, & qualiter princeps, ſiue ſit vnus, ſiue plures, legem .n. oportet eſſe dominā & principatiuam omnium eorum de quibus leges determinare poſſunt, principem autem oportet eſſe dominum de omnibus illis, quæ per leges non poſſunt cū certitudine determinari. Lex enim fertur in vniuerſali, & ideo in aliquo particulari quandoque habet inſtantiā, non enim poteſt legiſlator præuidere omnia particularia, in quibus lex poteſt deficere: & ideo quandoq; deficit. In iſto autem caſu princeps dominatur, iſtud vero manifeſtum eſt ex prædicta dubitatione & ſolutione, oportet enim in ciuitate principem habere regulam, per quam dirigatur in K operationibus ſuis & dirigat alios, & per quam iudicet; hoc autem poteſt facere per legem. Quare oportet legem principari, & quia quandoque non poteſt per legem iudicare, quia lex deficit in aliquo caſu, ideo apparet ꝙ in illo caſu oportet principē corrigere, & ideo expedit, ꝙ in iſto caſu princeps dominetur. Aliter poteſt exponi, vt referatur litera ad illud quod dictum ē prius: dicebatur enim, ꝙ non oportet hominem principari ſecundum legem, quia paſſiones habet coniunctas, quæ peruertūt iudicium rationis. In contrarium arguebatur, quia contingit legem eſſe prauam, & talem non expedit principari. Ex hoc oritur dubitatio, quem expedit magis principari, vel legem vel hominem, & tunc legatur ſic. Dubitatio prima, hoc eſt prius dicta, aliud non quærit, niſi quando oportet legem principari & quando principem, ſiue ſit vnus, ſiue plures, & ſicut prius dictum eſt, ꝙ legem expedit principari in illis, in quibus poteſt cum certitudine terminare, in aliis in quibus non poteſt, expedit principē dominari. Deinde cum dicit.

n Prima aūt dicta dubitatio facit manifeſtū nihil ſic alterum, q̄uo quòd oportet leges recte poſitas eſſe dominās. principē aūt, ſiue vnus, ſiue plures ſint, & de ijs eſſe dominos de quibuſcūque, non poſſūt leges dicere certitudinaliter. propterea q̄d non facile ſit vniuerſaliter determinare de omnibus.

*Prima uero illa quæſtio manifeſtū facit, nihil adeo ut leges recte poſitas debere dominari, illum autem qui Reipub. præeſt, ſiue unus hic ſit, ſiue plures, in his poteſtatem habere debere, in quibus leges expreſſe cauere non poſſunt, ex eo quia non facile ſit, ge-* G *nerali ſermone ſingulos caſus comprehendere.*

o Quales tamē quaſdā oportet eſſe recte poſitas leges, nondum palā, ſed adhuc manet olim dubitatū. Sed ſi ſimul politijs neceſſe, & leges prauas vel ſtuodiſas eſſe & iuſtas vel iniuſtas. Verūtamen, hoc manifeſtū quòd oportet ad politiam poni leges. At vero ſi hoc palā quod eas quidē quæ ſcd̄m leges rectas politias, neceſſariū eſſe iuſtas: eas aūt quę ſecundū trāſgreſſas nō iuſtas.

*Quas tamen leges recte poſitas dicamus, nondum apparet, ſed adhuc ſupereſt anterior dubitatio. Atqui tales eſſe leges quales ſunt Reſpu. neceſſarium eſt, prauas uel ſtudioſas, iuſtas uel iniuſtas, & hoc unum manifeſtum eſt oportere ad ſpeciem Reipu. leges eſſe accommodatas. Quod ſi ita ſit, patet quòd leges illas quæ ad rectas gu-* H *bernationes accommodatæ ſunt, neceſſe eſt eſſe iuſtas, illas uero quæ ad earum labes, eſſe non iuſtas.*

F o ¶ Oſtendit quid eſt manifeſtum ex dictis, quia dictum eſt ſuperius, ꝙ leges quædam ſunt rectæ: dicit & quæ ſint leges rectæ & quæ non, adhuc non eſt manifeſtum, ſed adhuc eſt dubitatio de hoc, de quo ſimiliter prius dubitatum eſt, ſed de legibus dicendum eſt ſicut de politiis: ſicut enim quædā politię ſunt prauæ & iniuſtæ, & quędā ſtudioſæ & iuſtæ, ſic ſunt leges quædā iuſtæ & ſtudioſæ, quędam prauæ & iniuſtæ, quia leges dantur de conferentibus ad finem politię, ergo ſi finis politiæ rect⁹ ſimpliciter, & politia recta, & lex data de his quæ ſunt ad talem finem recta eſt, ſi finis politiæ non ſit rect⁹, nec politia recta, nec lex data de conferentibus ad finem talis politiæ recta erit, & ſi hoc, manifeſtum ē, ꝙ leges dantur in habitudine ad politiam & ad finē eius, & manifeſtum eſt, ꝙ leges quæ dantur ſecundū politias rectas, ſunt rectæ, quæ ſecundū tranſgreſſiones, non rectæ ſunt.

## LECTIO X.

Voniam aūt in omnib⁹ quidē ſciētijs & artibus bonum, finis: maximū itaq; & maxime in principaliſſima omniū: hæc aūt eſt politica potentia, eſt aūt politicū bonū quod iuſtū, hoc aūt eſt quod cōmuniter conferens.

b Videtur aūt omnibus æquali aliquid eſſe quod iuſtū & vſq; ad aliquid quidē conſentiūt, ijs qui ſecundum philoſophiam ſermonibus, in quib⁹ determinatū

## *LECTIO X.*

*Vm uero in cunctis ſcientiis & artibus finis ſit bonum, maximum autem & maxime in principaliſſima omnium, hæc autem eſt ciuilis poteſtas. Eſt autem ciuile bonum iuſtum, id autem communis utilitas.*

I *Videtur aūt omnibus æquum quoddam eſſe iuſtum, & uſque ad aliquid conſentiunt philoſophicis rationibus, in quibus determinatum eſt de moralibus, quid enim, & quibus iuſtum,*

## LECTIO X.

Poſtquàm Philoſophus declarauit quis debet eſſe dominans & principans in ciuitate, oſtendit in parte iſta ſecundum cuius boni exceſſum debeant diſtribui pricipatus, & diuiditur in duas. In prima p̄mittit intentum ſuū & cauſam intenti. Secundo proſequitur, ibi. {Forte enim &c.} Prima in duas. In prima oſtendit, ꝙ finis politiæ recte ordinatæ, eſt bonū communiter conferens. Secundo dat intentum ſuum & cauſam intenti, ibi. {Videtur autem omnibus, &c.} In prima dicit, ꝙ in omnibus artibus & ſcientiis, ſcilicet operatiuis, finis eſt aliquid bonum, quia omnis doctrina & ars, ſimiliter autem actus & operatio bonum quoddam appetere videtur, ſicut primo Ethicorū dicitur. Si autem cuiuslibet artis & ſcientiæ finis eſt aliquid bonum, principaliſſimæ eſt finis optimum & principaliſſimum, quia in his quæ ſunt per ſe, ſicut ſimpliciter ad ſimpliciter, ita magis ad magis, & maxime ad maxime, ſed inter omnes ſcientias practicas actiuas, politica eſt principaliſſima, vt oſtenſum eſt in Primo huius. quare finis eius debet eſſe principaliſſimū quid & optimum, ſed bonum intentum in politica eſt illud q̄d iuſtum eſt ſimpliciter, ideſt in ordine ad quod attenditur iuſtū ſimpliciter, & tale eſt bonum conferens communiter, ergo bonum cōmuniter conferēs eſt finis in politia. Deinde cum dicit.

b ¶ Dat intentionem ſuam cum cauſa, & dicit ꝙ omnibus apparet ꝙ iuſtum eſt æquale, quod conſonat ei quod dictum eſt, vbi determinatum eſt de ſermonibus moralibus, ſcilicet in Ethicis: ibi enim dictum eſt, ꝙ iuſtum eſt æquale in rebus, quæ debent diſtribui ſecundum dignitatem, & aliquibus, & æqualib⁹ perſonis quibus debet fieri diſtributio. In huiuſmodi vero diſtributione, oportet eſſe aliquam menſuram ſecundum quam dirigantur in diſtributione: huiuſmodi autem menſuræ finis eſt ita ꝙ ſecundum ꝙ aliquis plus accedit vel minus ad finem, ſecundum hoc plus vel minus debet ei diſtribui de communibus bonis, ita & qui æqualiter attingunt ad huiuſmodi dignitatem in ordine ad finem, æqualiter debent recipere, quid autem eſt A illud bonum reſpectu cuius vel quorum eſt æqualitas vel inæqualitas, nō debet eſſe immanifeſtum, hoc .n. habet dubitationē, quam determinare pertinet ad politicum. Deinde cum dicit.

c ¶ Proſequitur, & primo improbat opinionem quorumdam circa hoc. Secundo inquirit veritatē ſecundum intentionē ſuam, ibi. {Sed ex q̄bus, &c.} Prima in duas. Primo ponit opinionem illorum. Secundo reprobat, ibi. {At non ſi hoc, &c.} In prima ponit opinionem, & dicit ꝙ cum aliquis poſſet dicere ꝙ principatus debet diſtribui ſecūdum dignitatem vel exceſſū cuiuſlibet boni, ſiue ſit bonum ſecundum animam, ſiue ſit ſecundum corpus. Si enim aliqui duo in aliquo bono differant ſecundū exceſſum, ita ꝙ vnus excedat alium in illo, & in omnibus aliis ſint ſimiles & non differant, principatus debet diſtribui ſecundum exceſſum illius boni, ita ꝙ ille qui excedit pl⁹ debet habere principatum, q̄ enim differunt in aliquo bono quocūq;, differunt ſecundum dignitatem, ad quam inſpiciendum eſt in diſtribuendo honores communes, differentibus enim in aliquo bono nō eſt idē iuſtum, nec eſt idem ſecundum dignitatē, ſed diuerſum & alterum, ita ꝙ quæ eſt ꝓportio dignitatis alicuius, ſiue boni ad dignitatem alterius, ſiue ad bonum, eadem eſt proportio eius, quod debet diſtribui vni ad illud, quod debet diſtribui alteri, ita ꝙ quantum bonū vnius excedit bonū alterius, & principatus vnius principatū alterius. Deinde cū dicit.

d ¶ Reprobat iſtam opinionem, & diuiditur in partes tres, ſecundum ꝙ reprobat eam per tres rationes. Secunda ibi. {Si autem nondum, &c.} Tertia ibi. {Adhuc ſecundum hanc, &c.} In prima dicit, ꝙ ſi iſtud verum eſt, ꝙ principatus debet inæqualiter diſtribui ſecundum exceſſum cuiuſlibet boni, manifeſtum eſt, ꝙ ſecundum exceſſum coloris, & magnitudinis, & ſecūdum exceſſum cuiuſlibet alterius boni, plus debet diſtribui de principatu politico, ſed iſtud ſtatim apparet eſſe falſum, & hoc manifeſtum eſt in aliis ſcientiis & potentiis. Si enim ſint duo habentes æqualiter artem fiſtulandi, ſi vnus excedat alium in nobilitate, manifeſtum ꝙ non propter hoc debent ei dari plures fiſtulæ, vel meliores ei qui excedit in nobilitate, & ratio huius ē, quia fiſtulæ non dantur niſi propter opus fiſtulandi, ergo non debent dari niſi ei, qui aptus natus eſt ad fiſtulandū, quare plures & meliores debent dari ei, qui magis eſt aptus, & melius ſcit fiſtulare, ergo propter exceſſum illius, non debent plures diſtribui, per quod homo non eſt magis aptus ad fiſtulandum, nec melius ſcit fiſtulare: quare manifeſtum eſt, ꝙ per exceſſum in nobilitate non debent plures fiſtulæ diſtribui, ſimiliter ſi ſint duo æquales in virtute, vnus tamen excedat alium in pulchritudine, vel in aliquo alio bono, cum hoc ſit accidens in ordine ad principatum, manifeſtum eſt ꝙ propter iſtum exceſſum non debet plus attribui d̄ principatu vni quàm alteri. Deinde cum dicit.

e ¶ Ponit ſecūdam rationem & dicit, ꝙ ſi ex iſta ratione non ſit manifeſtum ꝙ ſecundum exceſſum cuiuslibet boni non debet fieri diſtributio principatus, volentibus vlterius producere rationem prædictam, magis erit manifeſtum, ſi enim ſit aliquis qui multum excedit alium in arte fiſtulandi, excedatur tamen ab alio in nobilitate & pulchritudine, ſuppoſito ꝙ quodlibet illorum ſit melius q̄ ars fiſtulatiua, ſicut pulchritudo & nobilitas, & ſecundum aliquā proportionem excedant pl⁹ illa bona artem fiſtulandi q̄ alius ſecundū artem fiſtulandi illa bona, nihilominus plures fiſtulę & differentes in bonitate debent dari ei qui excedit in arte fiſtulandi, q̄ alii: & ratio huius eſt, quia diſtributio fiſtularum ſecūdum exceſſum debet fieri in ordine ad opus, q̄a fiſtulæ nō dantur niſi propter opus: ergo ei qui melius ſcit artem fiſtulandi, plures & meliores fiſtulæ debent diſtribui, ſed ꝑ diuitias & voluptates, nō eſt magis apt⁹ ad fiſtulandum: ſimiliter ſi ſit aliquis melius diſpoſitus ſecundum virtutem, & magis aptus ad principandum q̄ alius, exceditur tamē ab alio in nobilitate & pulchritudine, diſtributio principatus magis debet fieri virtuoſo, q̄ alii, & ratio huius eſt, quia diſtributio principatus ſecundum exceſſum, non debet fieri niſi ei qui magis ē aptus ad principandum, hic autem eſt ille qui excedit in virtute. Quare manifeſtum eſt, ꝙ diſtributio principatus non debet fieri ſecundum exceſſum cuiuslibet boni. Deinde cum dicit.

f ¶ Ponit tertiam rationem, & eſt ducens ad impoſſibile, & diuiditur in duas. In prima ponit rationem. Secundo deſtruit cōſequens quod ſequitur, ibi. {Quoniam autem, &c.} In prima dicit, ꝙ ſi diſtributio principatus fiat ſecundum exceſſum cuiuſlibet boni, tunc omne bonum erit ad omne bonum comparabile, & ſecundum magis & minus, & ſecundum æquale, ſed hoc eſt falſum,



eſt de moralibus, quod .n. & quibus nam quod iuſtū, & oportet ęqualibus æquales eſſe aiunt. Qualiū aūt æqualitas eſt & qualium inæqualitas eſt, oportet nō latere, habet .n hoc dubitationem, & philoſophiam politicā.

*& oportere paribus par exiſtere: quorum certe paritas, & quorum imparitas ſit, oportet non latere: habet enim id dubitationem, & philoſophiam ciuilem.*

c Forte enim vtiq; dicet aliqs ſecūdum omnis boni exceſſum oportere inæqualiter diſtribui principatus. Si omnia reliqua nihil differant, ſed ſimiles acciderit eſſe. Differētibus enim, alterum eſſe quod iuſtum, & ſecūdum quod dignitatem.

B *Forſan enim diceret aliquis ſecundum omnis boni præeminentiam, oportere impariter magiſtratus tribuere, ſi in alijs non differant: ſed pares ſint, differentibus enim aliud eſſe iuſtum, & ſecundum dignitatem.*

d At vero ſi hoc verū erit & colorem, & ſecundum magnitudinem & ſecundū quodcūque bonorum, ſuperabundātia quædā politicorum iuſtorū excedentibus, aut hoc ſupficiale falſum, manifeſtum autē in aliis ſcientiis & potentiis. Similiter .n. fiſtulatoribus ſecundū artem nō dandam ſuperabundantiam fiſtularum nobilioribus, neq; .n. fiſtulabunt melius, oportet aūt ei qui ſecundū opus excedit dare & organorum exceſſum.

*Atqui ſi hoc verum ſit, erit & ſecundum colorem, & ſecundum magnitudinem: & ſecundum unumquodque bonorum plus tribuendum de ciuili iuſto illis qui ſuperexcellunt: At* C *hoc quidem falſum eſt, quod patet in alijs ſcientijs & artibus. Paribus enim fiſtulatoribus quantum ad artem, danda non eſt prærogatiua fiſtularum illi, qui ſit nobilior: nihil enim melius caneret, ſed oportet his qui in opere ſuperexcellunt tribuere fiſtularum prærogatiuam.*

e Si autē nondum palam quod dicitur, adhuc magis ipſum producentibus erit manifeſtum. Si .n. ſit aliquis excedens quidem ſecundum fiſtulatiuam multum aūt deficiens ſecundum nobilitatem vel pulchritudinem, & ſi vnumquodque bonorum illorū ſit magis fiſtulatiua. Dico autē nobilitatem & pulchritudinem & ſecundum analogiā excedāt plus fiſtulatiuam quàm ille ſecūdum fiſtulatiuā, tamen huic dādum differentes fiſtularū. Oportet enim ad opus cōparari exceſſum, & diuitiis & nobilitati cōparantur nihil.

*Quod ſi nondum patet quod dicimus, etiam magis deducentibus erit manifeſtum, nam ſi erit aliquis excellens fiſtulatoria arte, inferior tamen* D *nobilitate generis, vel forma, & ſi magis quodlibet illorum eſt bonum quàm fiſtulatoria. Dico autem nobilitatem & formam, & ſecundum proportionem fiſtulatoriæ ſunt anteponenda, tamen huic dandæ ſunt meliores fiſtulæ, oportet enim in opus ipſum prærogatiuam conferre, diuitiarum uero & nobilitatis reſpectus nihil confert.*

f Adhuc ſecundū hanc rationē omne bonum ad omne vtique erit cōparabile. Si enim magis

E *Præterea, ſecundum iſtam rationē omne bonum ad omne bonum eſſet utique comparabile, nam ſi magis ali-*

falſum, quare & primum. Quòd autem ita ſit, declarat Philoſo- F phus, ꝙ omne bonum ſit ad omne comparabile ſecundum magis & minus, & ſi diſtributio principatus fiat ſecundum exceſſum cuiuſlibet boni, hoc manifeſtum eſt, & ideo Philoſophus hoc non declarat, ſed ꝙ ſit comparabile ſecundum æquale, ſic probari poteſt: ſi enim ſint duo, & vnus excedat aliũ in nobilitate & pulchritudine, manifeſtum eſt ꝙ sũt comparabilia ſecundum magis & minus ſimiliter ſecundũ æquale, quia ſi ab eo quod excedit alium auferat illud, in quo excedit, manifeſtum eſt, ꝙ reſiduum erit æquale, ſi enim aliqua magnitudo ſit maior altera, ſi auferatur ab ea in quo excedit alteram, totaliter erit æqualis ei. Eodem modo eſt cõſiderando ad diuitias & ad libertatem: ſi.n. aliquis excedat aliũ in nobilitate & diuitiis & libertate, ſi amoueat illud in quo excedit, manifeſtum eſt ꝙ erit æqualis, & ex hoc manifeſtum eſt, ꝙ ſi iſti duo ſic ſe habeant, ꝙ magnitudo boni vnius, plus excedat virtutem alterius, q̃ alius ſecundum virtutem, ſi addamus virtutem ampliorem, manifeſtum eſt, ꝙ iſte excedet in virtute, quare manifeſtum eſt, ꝙ omnia bona ad omnia ſunt comparabilia, & ſecundum magis, & ſecundum minus, & ſecundum æquale: ſi enim tanta magnitudo ſit maior altera, amoto illo in quo excedit, reſiduum erit æquale. Deinde cũ dicit.

g ¶ Deſtruit conſequens & dicit, ꝙ hoc eſt impoſſibile, ſcilicet quòd omnia bona ſint comparabilia ſecundum æquale, & magis & minus, & ratio huius eſt, quia cõparabilia oportet eſ-

Tex.cõ.27. ſe vnius ſpeciei, ſicut dicitur 7. Phyſi. ſed omnia bona non sũt vnius ſpeciei, nec etiam vnius generis, quare omnia bona adinuicem non ſunt comparabilia, & ſi hoc eſt impoſſibile, manifeſtum eſt ꝙ hypotheſis eſt impoſſibilis, ſcilicet, ꝙ ſecundum exceſſum cuiuſlibet boni, vel qualitatis, diſtribuatur principatus, & adiungit ad declarationem huiuſmodi dicens, ꝙ ſi iſti ſunt tardi & alii ſunt veloces, iſti veloces non plus debent participare principatu, quia ſecundum aliquod iſtorum non magis attingit ad finem principatus per ſe, quia propter aliquod iſtorum non eſt magis virtuoſus, tamen in agonibus exercitatiuis, huiuſmodi diuerſitas conſideranda eſt, in tali enim exercitio ſecũdum exceſſum velocitatis eſt diſtributio honoris, ita ꝙ ille qui velocior & agilior eſt, plus recipit de honore. In principatu vero politico ſecundum exceſſum iſtorum, non debet fieri diſtributio principatus.

aliqua magnitudo & totaliter magnitudo vtique adæquabilis erit & ad diuitias & ad libertatẽ. Quare, ſi plus hic differat ſecũdum magnitudinẽ quàm hic ſecundum virtutẽ, & ampliorũ virtutis magnitudo totaliter excedit, erunt vtique cõparabilia omnia, tanta enim magnitudo G ſi melior, valentior tanta, palam quòd æqualis.

g Quoniam aũt hoc impoſſibile, palam quòd in politiis rationabiliter non ſecundum omnẽ æqualitatem altercantur de prĩcipatibus, ſi enim ii quidẽ tardi ii autem veloces, nihil propter hoc oportet hos quidẽ plus, hos autẽ minus habere, ſed in exercitatiuis agonibus horum differentia accipit honorem. H

*qua magnitudo, & certe omnino magnitudo comparabilis foret, & ad diuitias, & ad libertatem. Itaque ſi magis hic excelleret magnitudine, quàm ille uirtute, & magis ſuperemineret omnino magnitudo uirtuti, eſſent omnia conferenda. Quanto enim magnitudo huius illum ſuperaret, tanto conſtat eſſe ut parem.*

*Cum uero hoc ſit impoſſibile, patet quòd in rebus ciuilibus non ſecundum omnem imparitatem de magiſtratibus recte contendant. Si enim ſint hi quidem tardi, illi autem ueloces, nihil ob hoc oportet alios plus, alios minus habere, ſed in gymnicis certaminibus horum excellentia honorem capit.*

## LECTIO XI.

SEd ex quibus ciuitas cõſiſtit, in iis neceſſarium fieri altercationẽ, propter quod quidẽ rationabiliter præparantur honori nobiles & diuites & liberi. Oportet .n. liberos eſſe & honorabilitatem ferentes: non.n. vtique erit ex egenis omnibus ciuitas, ſicut neque ex ſeruis. At vero ſi opus eſt horum, palã quia & iuſtitię, & bellicę virtutis, neque.n. ſine iis habitari ciuitatẽ poſſibile eſt, Sed ſine prioribus quidem impoſſibile eſſe ciuitatem, ſine iis autẽ habitari bene. I

b Ad ciuitatem quidem igitur eſſe videbuntur vtiq; vel omnia vel quædam horum recte dubitari, ad vitam vero bonam diſciplina & virtus maxime iuſte vtique dubitarentur, quemadmodum dictum eſt prius. K

## *LECTIO XI.*

*AT ex quibus conſtat ciuitas, in his neceſſe eſt contentiones cadere. Quapropter rationabiliter ſibi arrogant honorem nobiles, & ingenui, & opulenti. Oportet enim ingenuos eſſe, & cenſum habere ad onera perferenda. Non enim ciuitas eſſe poteſt ex pauperibus omnibus, quemadmodum nec ex ſeruis. Atqui ſi hæc requiruntur, patet quòd & iuſtitia, & uirtus bellica requiritur. Sine his enim ſtare ciuitas non poteſt. Hoc tantum intereſt, quòd ſine primis illis, ciuitas eſſe non poteſt, ſine his autem non bene permanere.*

*Ad hoc igitur ut ſit ciuitas, uideri poſſunt uel omnia uel quædam iſtorũ recte ſibi honores uendicare. Ad uitam tamen optimam diſciplina & uirtus iuſtiſſime ſibi uendicare bonores utique uiderentur, ut ſupra dictũ eſt.*

## LECTIO XI.

POſtquàm Philoſophus reprobauit opinionem antiquorum volentium, ꝙ ſecundum exceſſum cuiuslibet boni debeant diſtribui principatus, inquirit ſecundum intentionem ſuam, ſecundum cuius boni exceſſum debeat fieri: ſunt enim quædã bona quæ ordinantur ad ciuitatem propter finem ipſius, & de talibus inquirit, vtrum ſecundum exceſſum alicuius iſtorum quæ ordinantur ad ciuitatem debeat fieri. rationabile .n. videtur ꝙ ſecundum exceſſum alicuius illorum, quæ ordinantur ad ciuitatem debeat fieri, & diuiditur in duas. In prima oſtendit quæ sũt illa, ex quibus eſt ciuitas, proponens ꝙ non irrationabiliter dubitabit aliquis de iſtis. In ſecunda inquirit, vtrum ſecundum exceſſum illorũ debeat fieri, ibi. {Quoniam autem, &c.} Prima in duas. Primo ponit ꝙ de bonis illis, quæ ordinantur ad ciuitatẽ, rationabiliter aliquis dubitabit. Secundo concludit intentum ſuũ, ibi. {Ad ciuitatẽ quidem, &c.} In prima dicit, ita dictum eſt, ꝙ inconueniens eſt vt ſecundum exceſſũ cuiuslibet boni fiat diſtributio principatus, ſed de illis quæ ordinantur ad ciuitatem nõ dubitabit aliquis irrationabiliter: ſunt autem iſta quæ ordinantur ad ciuitatem, diuitię, nobilitas, & libertas. & propter hoc diuites honorantur in ciuitate & nobiles, & liberi, liberos enim oportet in ciuitate honorari. Quòd autem iſta requirantur ad ciuitatem hinc apparet, nã ciuitas non debet eſſe ex egenis, quia ſi eſſet ex omnibus egenis, nihil poſſet tribuere ad commune, quod tamen eſt neceſſarium, aliter non poſſent repelli inimici, nec debet eſſe ex ſeruis, quia non eſſet ciuitas, ſeruus enim non poteſt habere principatum, quia non poteſt præuidere de agibilibus, ergo oportet ciuitatem eſſe ex diuitibus & liberis: ſi autem iſta ſunt neceſſaria ad ciuitatem, multo magis iuſtitia & virtus bellica, nam ſine iſtis non contingit inhabitari bene ciuitatem, ſed differenter ſunt neceſſaria ad ciuitatem iſta, & primo, quia prima ſic ſunt neceſſaria, quòd ſine ipſis non poteſt eſſe ciuitas, ſed ſine iuſtitia & bellica virtute poteſt quidem eſſe, ſed non bene. Deinde cum dicit.

b ¶ Concludit intentum ſuum, & dicit, ꝙ manifeſtum eſt, ꝙ omnia iſta vel quædam horum conferunt & ordinantur ad ciuitatem, ſed ad bonam vitã diſciplina, & maxime virtus, propter quod manifeſtum eſt, ꝙ rationabiliter dubitabit aliquis, vtrũ ſecundum exceſſum iſtorum vel alicuius eorum debeat fieri diſtributio principatus. Deinde cum dicit.





c ¶ Inquirit, vtrum ſecundum exceſſum alicuius iſtorum debeat diſtribui principatus, & diuiditur in duas. In prima ponit rationes ad vtramque partem. Secundo ſoluit dubitationem, ibi. {Omnia itaque hæc, &c.} Prima in duas. In prima oſtendit ꝙ ſecundum dignitatem alicuius iſtorum debeat diſtribui principatus. Secundo arguit in contrarium, ibi. {*Eſt autem dubitatio* &c.} Adhuc prima in duas. In prima facit quod dictũ eſt. Secundo inducit quandam quęſtionẽ, ibi. {Ergo ſi omnes ſint, &c.} Prima in quatuor. Primo oſtẽdit, ꝙ ſecundum exceſſum diuitiarũ debeat fieri diſtributio principatus. Secundo, ꝙ ſecundum dignitatem libertatis, ibi. {Liberi autem & ingenui, &c.} Tertio ꝙ ſecundum dignitatem virtutis, ibi. {Similiter autem dicemus &c.} Quarta ꝙ ſecundum dignitatẽ multitudinis ibi. {At qui, &c.} In prima igitur vult ponere rationes, per quas videtur, ꝙ ſecundum diuitias magis debeat diſtribui, & primo dicit, ꝙ manifeſtum ẽ ꝙ non oportet, ꝙ ſi aliqui ſint ſecundum aliquid æquales, ꝙ æqualiter debeant recipere, quia poſſibile eſt, ꝙ ſint æquales in paruo bono, & inæquales in maiori, nõ autem expedit ꝙ iſti æqualiter recipiant, immo iniuſtum eſt: ſimiliter ſi aliqui ſint ſecundum aliquid inæquales: non oportet ꝙ inæqualiter recipiant, quia poſſibile eſt, ꝙ ſint inęquales in minori bono, & ꝙ ſint æquales in maiori bono, tales autem recipere inæqualiter iniuſtum eſt. Quare manifeſtum eſt, ꝙ illæ politiæ, in quibus ita fit, ꝙ ęquales ſecundum aliquid æqualiter recipiant, & inæquales ſecundum aliquid inæqualiter, tranſgreſſiones ſunt ſecundum ꝙ dictum eſt, omnes etiam tales altercantur conſiderantes ſecundum quid iuſtum & aliquo modo ſed non ſimpliciter iuſtum, ſicut diuites dicunt ſe plus debere recipere de principatu, quia ille qui plus habet in regione, plus debet participare principatu, quia regio communis eſt. Diuites vero plus participant regione, habent enim magnas poſſeſſiones, pauperes vero aut paruas aut nullas. Iterum illi qui fideliores ſunt ciuitati & magis obſeruant politiã & conuentiones politiæ plus debent participare principatu, ſed diuites ſunt fideliores pauperibus & melius ſeruant politiam & cõuentiones quia pauperes propter penuriam coguntur infringere pacta, & ſic infideles ſunt, diuites vero non quia diuitias habent, & iterum propter defectum diuitiarum non tradent regionem in manu alterius, & ideo fideliores ſunt q̃ pauperes, in pluribus ad minus vt videtur. Deinde cum dicit.

d ¶ Oſtendit, ꝙ ſecundum dignitatem libertatis & ingenuitatis debeat diſtribui, & dicit ꝙ liberi & ingenui tamquam ſint propinqui adinuicem inuicem altercantur de principatu, liber autem dicitur qui mente poteſt præuidere quæ agenda ſunt, & inclinatur ad virtutem, ſimiliter ingenuus, ſed differunt, quia ingenuus dicitur qui habet hmõi inclinationem ſm virtutẽ perfectam a parentibus, & illi ab aliis, & illi ab aliis & ſic ſecundum quandam antiquitatem, liber autem qui habet vndecumq;, iſti igitur altercãtur dicentes ſe debere participare principatu, aliàs non, & hoc dupliciter. Primo quia illis magis debetur principatus, qui magis attingunt ad ciuitatem, ſed liberi & ingenui tales ſunt, quia generoſi magis ſunt ciues, q̃ alii non generoſi, q̃a magis videntur virtuoſi, & huiuſmodi ſignum eſt, quia apud quoſcumque nobiles ſiue generoſi honorabiliores ſunt, quare A liberis & generoſis magis debetur principatus q̃ aliis. Secundo quia illis magis debetur principatus, qui meliores ſunt, ſed liberi & generoſi meliores ſunt, generoſi quidem, quia veriſimile eſt, ꝙ qui generati ſunt ex melioribus meliores ſint, generoſi autem ſunt ex melioribus, eſt enim generoſitas virtus generis, hęc eſt inclinatio ad virtutem. Sed intelligendũ circa hoc quod dicit, ꝙ meliores ex melioribus generantur, ꝙ bonus dicitur dupliciter. Vno modo ſecundũ actum perfectum, & ſic bonus non generat bonum, quia bonus eſt ſecundum intellectum, & ſecundũ electionem & exercitationem, non ergo fit bonus aliquis ſecũdum actum perfectũ a parentibus, alio modo dicitur bonus ſecundum inclinationem ad virtutem perfectam, & ſic bonus vult bonum generare, quia virtus in ſemine exiſtens intendit per ſe generare ſimile ei a quo eſt ipſum ſemen ſecundũ omnes diſpoſitiones ad quas poteſt attingere virtus generatiua. Attingit autem ad omnes diſpoſitiones materiales quæ ĩclinant ad diſpoſitiones voluntaris & intellectus, & ideo intendit generare ſibi ſimile ſecundum omnes diſpoſitiones inclinantes ſiue in bonum ſiue in malum: propter quod inclinatio ad virtutẽ aliqualiter eſt ex parentibus, bonus igitur iſto D modo generat vt in pluribus bonum, ſi autem quandoque accidit contrarium, hoc eſt per accidens. De hoc autem quod dicit, ꝙ ingenuitas eſt virtus, intelligendum, ꝙ virtus dupliciter dicitur, vno modo ſecundum actum perfectum, & ſic nobilitas non eſt virtus, ſed in ordine ad ipſam dicitur: alio modo dicitur virtus inchoatio quædam & diſpoſitio ſiue inclinatio ad virtutem perfectam, iſto modo dicitur virtus nobilitas, ſi proueniat ex parentibus & illi ex aliis, & ſic ſecundum quandam antiquitatem, ſi aũt proueniat ex quacũq; cauſa facit liberũ. Deinde cũ dicit.

e ¶ Oſtendit ꝙ ſecundum dignitatẽ virtutis debeat diſtribui principatus, & dicit ꝙ eodem modo rationabiliter altercantur virtuoſi de principatu, dicentes ſe debere principari & nõ alios, quoniam ſecundum dignitatẽ illius debet diſtribui principatus quod eſt magis ſaluatiuũ ciuitatis: ſed hoc eſt virtus, quod apparet, quia iuſtitia eſt maxime ſaluatiua ciuitatis. Eſt enim iuſtitia habitus, per quem ſumus operatiui iuſtorũ, & volumus operari iuſta, hoc aũt contingit in agere & contra pati æquale, hoc E autem maxime ſaluatiuũ eſt ciuitatis, vt dicitur Quinto Ethicorum, ipſam.n. conſequitur omnis alia virtus, quod poteſt dupliciter exponi: vno modo ſic ꝙ omnes aliæ ſibi conſequuntur pro tanto, quia qui habet vnã virtutem perfecte habet omnes, iuſtitia eſt virtus perfecta, ergo qui habet iuſtitiam habet oẽs, aliter ſic, quia duplex eſt iuſtitia, vna particularis, per quam aliquis bene ſe habet in operatione quæ eſt ad alterũ, vel in his quę ordinantur in bonum alterius, alia vero iuſtitia eſt vniuerſalis, per quam aliquis bene ſe habet in opere, quod eſt ad alterum in ordine ad bonum commune. Vnde per iuſtitiam vniuerſalem aliquis recte vtitur omni virtute & actu cuiuſque virtutis in ordine ad bonum cõe, & ſic includit omnem virtutem: tale vero quod includit omnem virtutem maxime ſaluatiuum eſt ciuitatis, & ſic videtur, ꝙ ſecundum dignitatem virtutis debeat diſtribui principatus. Deinde cum dicit. Cap. 8.

f ¶ Arguit ꝙ ſecundum dignitatem multitudinis debeat diſtribui, & dicit, ꝙ plures ſiue multitudo altercantur cum pau-

c Quoniã autem neq; omnium æquale oportet habere æquales ſm̃ vnum aliquid ſolũ exiſtẽtes, neq; inæquale inęquales ſecundum vnum, neceſſe omnes tales politias eſſe tranſgreſſiones. Dictũ ẽ quidem igitur & prius, quòd altercantur modo quodã iuſte omnes. ſimpliciter autẽ nõ omnes iuſte. Diuites quidẽ quia plus regionis attinet ipſis, regio aũt commune. Adhuc ad cõuentiões, fideles magis vt ĩ pluribus. B

d Liberi aũt & ingenui tamquã prope inuicẽ. Ciues .n. magis q̃ generoſi ijs qui non generoſi. Ingenuitas autem apud quoſcũq; habet honorabilis. Adhuc quia meliores veriſimile eos qui ex melioribus: ingenuitas autem eſt virtus generis. C

e Similiter aũt dicemus iuſte & virtutem altercari. Cõmunicatiuam. n. virtutem dicimus eſſe iuſtitiã, cui neceſſarium omnes alias aſſequi.

f At vero & plures ad pauciores Etenim valentiores & ditiores & meliores ſunt, vt acceptis pluribus ad pauciores.

*Cum uero nec omnium parium par habere debeant, qui in uno aliquo ſint pares, nec impar, impares ſecundum unum, neceſſarium eſt, omnes huiuſmodi Rerumpu. tranſgreſſiones eſſe, & labes. Dictum uero eſt prius quia inter ſe quodammodo omnes iuſte contendunt, ſimpliciter autem non omnes iuſte, opulenti quidem quòd plus regionis poſſident. Regio autem commune eſt quiddam. Præterea in commerciis magis creditur eis, ut plurimum.*

*Ingenui autem et nobiles quaſi prope inter ſe. Ciues enim magis generoſi, quàm ingeneroſi. Nobilitas autem apud omnes in honore habetur. Inſuper conſentaneum eſt ex melioribus ortos eſſe meliores, eſt enim generis uirtus nobilitas.*

*Similiter quoque dicimus uirtutem merito contentionem inducere. Sociabilem enim uirtutem dicimus eſſe iuſtitiam, cui cæteræ omnes uirtutes neceſſario conſequuntur.*

*Atqui & plures ad pauciores, nã & potentiores, & ditiores, & meliores ſunt, ut ſuſceptis pluribus ad pauciores.*

cioribus rationabiliter de diſtributione principatus dicentes ſe debere principari, quia ſecundum dignitatem iſtorum debet diſtribui principatus, qui meliores & ditiores & valentiores ſunt: nunc autem multitudo valentior, melior, & ditior eſt q̃ aliqui particulares quicumque, quia multitudo includit iſtos & alios & pauci non. Quare manifeſtum eſt, ꝙ ſecundum dignitatem multitudinis debet diſtribui principat⁹. Deinde cum dicit.

g Ergo, ſi omnes ſint in vna ciuitate. dico aũt puta boni, & diuites, & ĩgenui. Adhuc aũt multitudo, alia politica, vtrũ altercatio erit quos oporteat prĩcipari, aut non erit: ſiñ vnãquãq; quidem igiẽ politicã dictarum indubitatũ iudiciũ quos oporteat principari. Dominantibus .n. differũt abinuicem. puta hęc quidem eo quód ꝑ diuites, hæc aũt eo quòd per ſtudioſos viros ſit, & aliarum vnaquæq; eodem modo. Attamen conſideramus quando circa idẽ tempore hæc exiſtunt quomodo determinãdum, ſi itaq; ſint numero pauco valde qui virtutem habent quo oportet diuidere modo? vel hoc quod pauci, ad opus oportet cõſiderare, ſi poſsit habitari ciuitas, vel quod tanti multitudine vt ſit ciuitas ex ipſis?

h Eſt autẽ dubitatio quædã ad omnes altercãtes de politicis honoribus. Videbũtur enim nihil dicere iuſtum qui propter diuitias volunt principari, ſimiliter autem & qui ſecundũ genus: palam .n. rurſus quòd ſiquis vnus ditior omnibus eſt, palam quòd ſecundum idem iuſtum oportebit hunc vnum principari omnibus. Similiter autem & differentem ingenuitate altercantibus propter libertatem.

i Idem aũt iis accidet & circa Ariſtocratias de virtute. Si enim aliquis vnus ſit melior vir aliis qui ſunt in politeumate ſtudioſis exiſtentibus, hunc oportet eſſe dominum ſecundũ idẽ iuſtũ.

k Igitur ſi & multitudo oportet eſſe dominans quia valentiores ſunt paucis, & ſi vnus vel plures quidem vno, pauciores autẽ multis, valẽtiores ſunt aliis, hos vtique oportebit dominos eſſe magis quàm multitudinem.

*An ergo, ſi omnes iſti forent in una ciuitate, ceu boni, & diuites, & nobiles, eſſetque alia multitudo populi. Vtrum in dubium ueniret quibus gubernatio Reipu. foret tribuenda, an nõ eſſet dubium? In unaquaque igitur Repu. earum quas diximus, indubita*G *tum eſt iudicium, qui nam debeant gubernare. Principatibus enim inter ſe differunt, ceu alia per diuites eſſe, alia per uirtuoſos, & aliarum unaquæque eodem modo. Sed tamen conſiderandum eſt quando circa idem tempus iſta exiſtunt, quomodo ſit determinandum. Nempe ſi uirtuoſi ſint in ciuitate admodum pauci, quomodo eſt agẽdum? An conſiderare oportet, ſi pauci ad opus gubernandi Rempublicam ſufficiant,* H *An tot eſſe oporteat, ut ex his ciuitas conſtet?*

*Eſt autem dubitatio quædam in cũctis qui de honoribus Reipublicæ contendunt. Nam, qui uel propter diuitias, uel propter genus gubernationẽ ſibi tribuendam putant, nihil iuſte dicere uiderentur. Sequeretur enim, ut ſi quis unus omnium ditiſſimus foret is eodem iure gubernare alios omnes deberet. Eodem modo, qui nobilitate antecelleret,* I *eorum gubernator eſſet, qui cum ipſi ſint ingenui de honore contendunt.*

*Hoc idem forſan continget in optimatum gubernatione circa uirtutem. Siquis enim unus probitate antecellat aliis, qui in eadem Repu. uerſentur, hunc dominari oportebit ſecundum illam rationem.*

*Ergo ſi multitudinem dominari oportet ex eo quia potentior eſt, quàm* K *pauci, & ſi unus uel plures uno, pauciores tamen quàm multitudo potentiores ſint aliis, hos oportebit gubernare potius quàm multitudinem.*

g ¶ Inducit quandam dubitationem, & dicit, ꝙ ſi iſti omnes diuites ſcilicet liberi, ingenui, & virtuoſi ſint in ciuitate iterum multitudo ciuilis. Dubitabit aliquis, vtrũ inter iſtos ſit altercatio de principatu aut non; & ſoluit ꝙ ſic, quoniam in vnaquaq; politia determinatum eſt quis debet eſſe dominans, ſicut in ſtatu populari populus, in ſtatu paucorum diuites, in ſtatu optimatum virtuoſi, & ſic de aliis: politiæ enim differũt ſecundum diuerſitatem principatuum; & ideo erit altercatio de principatu. Dicẽt enim diuites ſe debere principari, ſimiliter virtuoſi, quare altercatio erit quis debet eſſe principans, ſed ſi ſint omnes in ciuitate & eodem tẽpore, conſiderãdum eſt in vniuerſali ſecundum cuius dignitatem magis & ſimpliciter debet diſtribui principatus, vtrũ ſecundum diuitias vł ingenuitatem, & ſic de aliis. Adhuc etiã magis conſiderandũ eſt in ſpeciali, ſi in ciuitate ſint valde pauci viri virtuoſi, dato ꝙ principatus debeat diſtribui ſecundũ dignitatem virtutis, cõſiderandum eſt quomodo illi pauci determinari debent. Et ſoluit dicens, ꝙ in determinatione iſta oportet conſiderare ad opus. Manifeſtum eſt enim, quòd ratio principatus ex fine ſumitur. Finis vero politiæ rectæ eſt feliciter viuere, ideo ex hoc debet ſumi ratio principatus, ideo tot ſunt neceſſarii virtuoſi in ciuitate, quot ſunt neceſſarii ad dirigendum & regulandum ciuitatem vt poſſit feliciter viuere, iterum tot virtuoſi debent principari, vt poſſint per prudentiam ſuam conſtituere ciuitatem. Sed quantam oportet eſſe multitudinem omnium habitantium in ciuitate? Dicendum, ꝙ tanta debet eſſe, quanta poteſt viuere per ſe ſufficienter, & quanta poteſt repellere inimicos, ſicut inferius oſtendetur in Septimo huius. Deinde cum dicit.

h ¶ Arguit in contrarium, & diuiditur in tres. In prima arguit ꝙ ſecundum dignitatem diuitiarum & ingenuitatis nõ de- F bet fieri diſtributio principatus. Secundo, ꝙ nec ſecundum dignitatem virtutis, ibi. {Idem autem iis accidet, &c.} Tertio, ꝙ nec ſecundum dignitatem multitudinis, ibi. {Igitur ſi & multitudo, &c.} In prima dicit, ꝙ ad omnes altercantes de diſtributione principatus eſt dubitatio alia in contrarium. Primo enim illi qui dicunt, ꝙ ſecundum dignitatem diuitiarũ debent prĩcipatus diſtribui, ſimiliter & illi qui dicunt ꝙ debet fieri ſecundum generoſitatem, non verum dicunt nec iuſtum, ſi enim ſecundum dignitatem diuitiarum diſtribuantur, ſi contingat vnum ditiorẽ eſſe omnib⁹ aliis, manifeſtum eſt ꝙ ſecundum hoc iuſtum, ꝙ ipſi dicunt oportebit iſtum principari, hoc autem eſt inconueniens, quia ille propter diuitias cum nõ habeat virtutem iniuriabitur aliis. Erit enim elatus, & ſuperbus. Quare manifeſtum eſt, ꝙ ſecundũ dignitatem diuitiarum non debet diſtribui principatus, ſimiliter accidet illis qui altercantur propter libertatẽ & ingenuitatem, quia ſi ſit vn⁹ generoſior omnibus aliis, ſecundum iſtud iuſtũ oportebit iſtũ dominari: hoc autẽ eſt inconueniens, quia cum non habeat virtutem, ſed ſolum inclinationem ad ipſã poteſt eſſe ꝙ habeat malitiam, & tunc faciet iniurias aliis, quare manifeſtum eſt, ꝙ ſecundum dignitatẽ ingenuitatis non debet fieri diſtributio principatus, eodem modo poteſt argui de libertate. Deinde cum dicit.

i ¶ Oſtendit ꝙ nõ debeat fieri diſtributio ſecundum dignitatem virtutis, & dicit ꝙ iſtud idem accidit circa politiã optimatum, in qua diſtribuitur principat⁹ ꝑpter dignitatem virtutis, quia ſi contingat vnum eſſe meliorem ſecundum virtutẽ omnibus aliis ſtudioſis, qui ſunt in ciuitate, ipſe principabitur & dominabitur, hoc autem eſt inconueniens, quia ſequitur, quòd alii erunt inhonorati, & tunc ſequuntur ſeditiones & turbationes in ciuitate. Quare manifeſtum eſt, quòd non debet fieri diſtributio principatus ſecundum dignitatem virtutis. Deinde cum dicit.

K ¶ Arguit contra altercantes de multitudine, ꝙ ſecundum dignitatem multitudinis non debeat fieri diſtributio principatus, quia ſi propter cauſam iſtam multitudo debet dominari, quia ditior & melior, tũc ſi vnus ſit ditior omnibus aliis vel plures vel pauciores, tunc manifeſtum eſt, ꝙ iſtum vel iſtos paucos magis



magis expediret dominari q̃ totam multitudinem, ſed tunc ſequitur ſicut prius, ꝙ omnes alii erunt inhonorati, & ex hoc ſequuntur ſeditiones & turbationes in ciuitate. Iſta autem corrũpunt eam. Quare manifeſtum eſt, ꝙ ſecundum dignitatẽ multitudinis non debet diſtribui principatus. Deinde cum dicit. A

l Omnia itaq; hęc videnẽ facere manifeſtũ, quòd horũ terminorum nullus rectus ſit ſecundum quẽ volunt ipſi quidẽ prĩcipari, alios aũt oẽs ſub ſe ſubici. Etenĩ vtiq; ad eos qui ſecundũ virtutẽ volũt domini eſſe politeumatis, ſimiliter aũt & ad eos qui ſecundum diuitias habebũt vtiq; dicere multitudines rationẽ quãdam iuſtam: nihil. n. prohibet aliquãdo multitudinẽ eſſe meliorem, paucis & ditiorẽ, nõ vt ſecundũ ſingulũ, ſed vt ſimul oẽs. B

*Hæc itaque omnia uidentur oſtendere, quòd harum determinationum nulla eſt recta, ſecundum quam cenſet ſibi quiſque gubernationem eſſe tribuendam. Cæteros uero omnes ſub eorum gubernatione eſſe debere. nam profecto & ad eos qui per uirtutem ſibi arrogant gubernandi auctoritatẽ, & ad eos qui per diuitias reſpondere poſſet multitudo iuſtum ſermonem. Nihil enim uetat multitudinem quandoque meliorem eſſe, quàm pauci, ac ditiorem, non ſecundum ſingulos, ſed ſecundum uniuerſos.*

## LECTIO XII.

Propter quòd & ad dubitationẽ, qua quærũt & premittũt quidam, cõtingit hoc modo obuiare. Dubitant .n. quidã, vtrũ legislatori volẽti ponere rectiſsimas leges ſit ponẽdũ leges ad cõferẽs meliorũ vel ad id qđ pluriũ: cũ acciderit quod dictũ eſt, quod autẽ rectum ſumendum forte. C

b Rectum aũt forte ad cõferẽs totius ciuitatis & ad commune ciuium, ciuis aũt communiter quidem eſt qui participat eo qđ eſt principari & ſubiici, ſecundũ vnamquãq; politiã, alter. Ad optima aũt qui poteſt & elegit ſubici, & principari ad vitam quæ ſecundum virtutem. D

c Si autem eſt aliquis intãtum differens ſecũdũ exceſſum virtutis, vel plures quidẽ vno, non tamen, poſsibile complementum exhiberi ciuitatis vt non ſit cõparabilis aliorum omnium virtus, neq; potẽtia ipſorum politica ad eam quæ illorũ, ſiue plures ſiue vnus, eam quæ illis ſolũ, non adhuc ponendum partem huius ciuitatis. E

## *LECTIO XII.*

*Ex quo ad quæſtionem illam quam afferunt, per hũc modum reſponderi poteſt. Quærunt enim quidam, ad quid reſpicere legis conditor debeat in legibus rectiſſimis cõſtituendis. Vtrum ad meliorem uel ad plurium utilitatem, quã do contingat, quod modo diximus, rectum quidem accipiendum eſt æque.*

*Aeque uero rectum ad totius ciuitatis utilitatem & ad cõmunem ciuiũ. Ciuis autem communiter eſt, qui particeps eſt imperandi & parendi, licet alius ſecundum unamquamque ſpeciẽ rerum publicarum. Secundum autem optimam ſpeciem, qui poteſt & eligit parere & imperare ad uitam ſecundũ uirtutem degendam.*

*Quód ſi unus ſit uſqueadeo ſuperexcellens uirtute, uel plures quàm unus, nec tamen tot numero ut implere ciuitatem poſſint, ut neque comparanda ſit aliorum omnium uirtus, neque facultas gerẽdi Rempublicam, ad hanc plurium, ſi plures ſint, uel unius tantum, ſi unus, non amplius hi ponẽdi ſunt ciuitatis pars.*

l ¶ Soluit dubitationem, & primo ponit ſolutionem, ſecundò inducit quædam ad declarationem eius, ibi. {Ex quo ad quæſtionem illam quam afferunt per hũc modum &c.} In prima Philoſophus videtur colligere ſolutionem ſuam ex tactis rationibus ad vtranq; partem, hæc enim eſt cõſuetudo Philoſophi, cum arguit ad aliquã dubitationẽ ad vtrãque partem, ꝙ rationes vtræque aliquid veri concludunt, & ſic ex omnibus rationibus colligit ſolutionem. Dicit ergo, ꝙ omnia iſta quæ arguta ſunt faciunt manifeſtum, ꝙ nullum iſtorum per ſe determinate ſit illud, ſecũdum cuius dignitatẽ debet diſtribui principatus nec diuitiæ, nec libertas, nec virtus, & ſic de aliis, quia contra illos qui volunt principari propter diuitias & virtutes arguet multitudo volens principari, & hoc iuſte & rationabiliter, quia meliorẽ & ditiorem oportet principari in ciuitate, ſed multitudinem contingit eſſe meliorem & ditiorẽ quàm paucos, non ꝙ quilibet de multitudine ſit melior & ditior diuiſim, ſed omnes inſimul contingit eſſe meliores & ditiores: poſſibile enim eſt in multitudine eſſe aliquos viros ſapientes & prudentes, & aliquos valde diuites, ipſos autem & alios populares bene ſuaſibiles a ratione & obedibiles, talem autem multitudinem meli⁹ eſt principari q̃ paucos, quia ad principandum duo requiruntur, ſcire recte regere, & potentia, ſed in multitudine tali iſta duo reperiuntur, quia ſapientes habet & prudentes ſcit regere, quia multitudo eſt & habet potentiam cohercendi & repellendi inimicos: quare rationabiliter arguit multitudo contra illos, quòd melius eſt eam principari, aggregat enim multitudo & diuites & nobiles & virtuoſos & populi potentiam, & ideo videtur rationabilius totam multitudinem quæ aggregat omnia iſta debere principari, vbi poſſibile erit inuenire talem multitudinem, ſed non multitudinem vilem & non perſuaſibilem, & propter hoc in electione principatus oportet ad multa inſpicere non ad vnum, & hoc dixit Philoſophus prius.

## LECTIO XII.

Poſtquàm Philoſophus declarauit, ꝙ in diſtributione principatus non eſt inſpiciendum ad vnum, ſed multa, inducit quædam ad declarationem dictorum & diuiditur in duas, in prima præmittit dubitationem quandam; ſecundo declarat quiddã, cuius contrarium videtur opponi cuidã dictorum, ibi. {Si autem eſt aliquis in tantum &c.} Prima in duas, in prima præmittit dubitationẽ, ſecundo ſoluit eam, ibi. {Rectum autem forte ad conferens, &c.} In prima dicit, dictum eſt, ꝙ expedit multitudinem alĩquam magis principari quàm paucos alĩquos vel vnum, & ꝙ in diſtributione principatus non debet cõſiderari ad vnum ſolum, ſed plura, propter hoc ad dubitationem quam quæſierunt aliqui & dimiſerunt inſolutam, iſto modo poteſt ſolui vł obuiari ad ipſam. Dubitauerũt enim, vtrũ legiſlator volens ponere rectas leges debeat eas ponere ad cõferens, vel bonum totius multitudinis vel meliorem aliquorũ, vel ſecundũ diuitias vel ſecundum virtutem, ſuppoſito ꝙ ſit multitudo habens ſapientes & diuites & alios ſuaſibiles & obedibiles rationi. Deinde cum dicit.

b ¶ Soluit iſtam dubitationem, & dicit, ꝙ illud quod rectum eſt & melius, hoc eſt accipiendum: meli⁹ autem & magis rectũ eſt, ꝙ leges ferantur ad bonum totius ciuitatis & communitatis & ciuium, nam leges feruntur de cõferentibus ad finem ciuitatis, finis vero ciuitatis eſt bonũ communiter conferens, ergo leges debent ferri in ordine ad commune bonum totius ciuitatis & ciuium. Ciuis autem dicitur ille qui virtutem habet, per quam recte poteſt ſubiici, & principari in diuerſis temporibus, ſed alius & alius eſt ſecundum ſuppoſitum & rationem, & in diuerſis politiis, nam in ſtatu multitudinis populus eligit dominari propter libertatem, in ſtatu paucorum propter diuitias, ſed in optima politia ille dicitur ciuis qui eligit, & poteſt ſubiici, & principari propter vitam virtuoſam. Deinde cum dicit.

c ¶ Declarat quiddam cuius cõtrarium videtur opponi cuidã dictorum prius: dictum eſt enim, ꝙ magis expedit multitudinem dominari q̃ vnum vel plures, ideo intendit inquirere ſi inueniretur vnus vel plures in ciuitate, qui excederent omnes alios in virtute, vtrum expediret iſtum vel iſtos dominari, ſi enim expediat, non eſt verum quod determinatum eſt iam, & circa hoc duo facit, primo enim declarat, ꝙ iſte non ſit ciuis:

ſecundo declarat qualiter ſe debeat habere ad ciuitatem & ciuitas ad ipſum ,ibi. { In tranſgreſſis quidem igitur,&c.} Prima in duas. In prima proponit concluſionem ſuam , Secundo arguit ad eam,ibi.{Iniuriabuntur enim ſignificati,&c. } In prima dicit,quòd ſi in aliqua ciuitate vnus inueniatur qui excedat omnes alios in virtute vel plures virtuoſi excedentes alios:non tamen tot quot ex ipſis ciuitas poſſit compleri vel fieri, & in tantū iſte vel iſti excedāt alios , quòd virtus omnium aliorū , & potentia ipſa ciuilis non poſſit ęquari ſecundum ęqualitatē virtutis & potentiæ illorum plurium nec virtuti & potentiæ illius vnius ſi nō ſit niſi vnus ſolus,talis iſte non erit pars ciuitatis, nec illi plures,ſi ſint plures virtuoſi . Deinde cum dicit.

d ¶ Probat quod dictum eſt, & primo arguit quòd iſte vel iſti non ſint pars ciuitatis . ſecundo reſpondet ad obiectionem , quæ poſſet fieri, ibi. {Propter quod ſecū-dum,&c.}Tertio corrigit quoddam dictū ibi .{ Melius quidem igitur,&c. Adhuc prima in tres , quia primo probat, quòd iſte non ſit pars ciuitatis per rationes politicas . Secūdo per facta & dicta aliorum,ibi. {Dicentur autem vtique,&c.} Tertio per ſimile,ibi.{Patet hoc autem in alijs,&c. } Adhuc prima i duas ſecundum quòd probat ꝑ duas rationes: ſecunda, ibi . { Vnde palam quia,&c.} Prima ratio conſiſtit in hoc:iuſtum ſimpliciter eſt, vt qui ſunt æquales in virtute, recipiant & attingant ad principatum æqualiter , qui vero inæquales ſunt inæqualiter recipiant, ſed iſte vel iſti excedit vel excedunt omnes alios in virtute : ergo plus debet recipere ille vnus vel iſti plures, quàm omnes alij : ſed omnes alij propter multitudinem credunt ſe plus debere recipere, quàm ille vel iſti pauci , quare, ſi excedentes ſecundum virtutem & potentiam plus recipiant quàm omnes alij , videbuntur iniuriari alijs , & tunc ſequitur diſſenſio & turbatio in ciuitate & corrumpetur proportio ciuitatis , hoc autem eſt inconueniens, quare nec iſte nec illi , ſi ſint plures excedentes in ciuitate erunt ciues , propter talem vnum excedentem omnes alios in virtute, veriſimile eſt eſſe quaſi Deum . Circa quod intelligendum eſt , quòd aliquis poteſt attingere ad virtutem perfectam & actum ipſius dupliciter . vno modo ſecundum ſtatum communem humanum:alio modo vltra communem modum vel ſtatum humanum , hoc autem fit per virtutem heroicam. ¶ Eſt autem virtus horoica ſecundum quam aliquis per virtutem moralem & intellectualem attingit ad operationem cuiuslibet virtutis ſupra communem modum hominum , hoc autem eſt aliquod eſſe diuinum , quod fit per aliquid diuinum in homine exiſtens , quod eſt intellectus, ſic loquitur hic philoſophus , talem enim hominem, & ſic excedentem omnes alios: dicit eſſe ſicut Deum. Deinde cum dicir.

e ¶ Ponit ſecundam rationem, quæ eſt hæc: lex quæ datur in ciuitate eſt neceſſaria omnibus æqualibus potentia & genere,

F & hoc patet , quia lex eſt de conferentibus ad finem politiæ . In his autem non omnes ſunt ſufficientes ſe dirigere ex ſe , & ideo indigent lege dirigente eos in agibilibus , vnde datur lex eis qui ſunt æquales genere & potentia iſto modo : quia non ſunt ſufficientes dirigere ſe in actionibus , & iſti dicuntur ciues, ſed talibus , qui ſic excedunt alios in virtute non datur lex, ipſi enim ſunt ſibi lex , & hoc patet, quia lex ē ordinatio quędam ſecundum rationem de conferentibus ad finem politiæ: iſti enim ordinationem habēt in ſeipſis,ideo ſunt ſibi leges. Deridendus igiť eſſet ille,qui vellet dare legem iſtis virtuoſis , cum in eis non ſit cauſa,propter quam lex fertur. Igitur iſti ſic excellentes,ciues non erunt. Deinde cum dicit,

f ¶ Probat,quòd iſte qui ſic excedit omnes alios,non ſit ciuis reſpectu aliorum , & diuiditur in quinq; , ſecundum quod probat per quinque: ſecunda, ibi. { Propter quod ponunt,&c. } tertia ibi . { Tradunt etiā,&c. } quarta,ibi. {Propter quod & vituperātes,&c.}quinta,ibi . { Idem autem circa ciuitates,&c. } In prima dicit, ꝙ de iſto virtuoſo vel de talibus fortaſſis recte poterit dici quod dixit Antiſthenes de leonibus: dixit enim quòd lepuſculis volētibus habere æquale, ſiue volentibus eſſe æquales, non eſt bonum habere leones cum dentibus in ſocios: quia leones propter potentiam eorū deuorarent eos: ſic in ciuitate non eſt bonum ciuibus volentibus eſſe æquales habere iſtum virtuoſum, vel plures conciues, quia propter potentiam ſuam & virtutem opprimerent eos. Deinde cum dicit.

g ¶ Declarat ſecundum , & dicit quòd manifeſtum eſt , quòd iſti vel iſte ſic excedentes alios non debent eſſe ciues , propter hoc enim, ciuitates populares ſtatuerunt Oſtraciſmum, ideſt, relegationem contra tales , huiuſmodi enim ciuitates volunt

K habere æqualitatem , dominatur enim in tali Repub. populus propter libertatem , omnes autem æqualiter attingunt ad libertatem,& propter hoc illos, qui excedebant communiter ciues vel in diuitiis vel in amicis vel in potentia aliqua ciuili relegabant a ciuitate,& tranſtulerunt aliquos extra ciuitatem aliquibus temporibus determinatis , quare manifeſtum eſt ſecundum iſtos,quòd non expedit ſic excedentes ciues,eſſe & remanere in ciuitate. Deinde cum dicit.

h ¶ Declarat hoc idem per tertium, & dicit quod narratur, quòd quidam nautæ dicti Argonautæ ab Argo naui , noluerūt recipere Herculem propter conſimilem cauſam. Hercules enim multum excedebat eos virtute & potentia,timentes, ergo , ꝙ quia excedebat eos multum vellet dominari:dereliquerunt eū, & noluerunt ꝙ conduceret cum eis nauem ſuam. Quare videť, quòd iſte excedens alios in virtute , & potentia,non debeat remanere in ciuitate, ne alios opprimat . Dinde cum dicit.

i ¶ Ponit quartum ad declatationē illius eiuſdem ,& dicit, ꝙ propter hoc,ꝙ non expedit tales excedentes alios, remanere in ciuitate,

d Iniuriabuntur .n. dignificari æqualibus, inæquales tantū exiſtentes ſecundū virtutem, & ſecundum politicam potentiā, ſicut enim Deum inter homines veriſimile eſſe talem.

e Vnde palā, quia & legislationem neceſſariā eſſe circa ęquales & genere & potentia . De talibus autē non eſt lex, etenim deridendus vtique erit aliquis leges ſtatuere tentans de ipſis .

G

f Dicentur.n. vtique forte quæ quidē Antiſthenes ait , Leones condentibus lepuſculis, & ęquale volentibus, oēs habere .

g Propter quod & ponunt relegationem Democratizaræ ciuitates propter talē cauſam. Hæc enim vtique perſequūtur æqualitatem maxime omnium. Quare eos qui videntur excedere potentia propter diuitias, vel multos amicos , vel propter aliquā aliam politicam potentiam relegabant & tranſtulerunt extra ciuitatē tēporib⁹ determinatis.

H

h Fabulantur autē & Argonautas Herculē dereliquiſſe ꝓpter talem cauſam, non enim voluiſſe ipſum ducere Argo, ideſt, nauem cum aliis, tamquam excedentem multum nautas.

I

i Propter quod vituperantes tyrannidē & Periandri Thraſibulo conſiliū non ſimpliciter extimandū recte increpare , aiūt.n. Periandrū dixiſſe quidē nihil ad miſſum pręconē de cōſilio , ſed

*Fieret enim illis iniuria , ſi pariter atque alii cenſeantur, cum ſint uſqueadeo ſuperiores ſecūdum uirtutem ac ciuilem potentiam. Putandū eſt enim, talem uirum tamquam Deum in hominibus eſſe .*

*Ex quo manifeſtum eſt, poſitionem legum neceſſariam eße circa æquales genere & uirtute. Sed in illos tales nō eſt lex. Ipſi enim lex ſunt, etenim ridiculus foret , qui illos legi ſubiicere conaretur .*

*Dicerent enim fortaſſe, quemadmodum de Leone ſcribit Antiſthenes, cōcionantibus lepuſculis, ac cenſentibus æquum omnes habere debere.*

*Quapropter a ciuitatibus, quæ populariter reguntur Oſtraciſmus repertus eſt . Hæ ſiquidem ciuitates æqualitatem maxime complectuntur. Itaque qui ſuperexcellere uidetur , uel propter diuitias, uel propter amicos , uel propter aliquam aliam ciuilem potentiam, extra ciuitatem relegatur ad tēpus aliquod terminatum .*

*Tradunt etiām fabulæ ob huiuſmodi cauſam Herculem ab Argonautis fuiſſe relictum , non enim unā cū aliis nauem regere illum uoluiſſe, ut nimium ſuperexcellentem inter nauigantes .*

*Quapropter qui uituperant tyrannidem, & conſilium Periandri Thraſybulo datum , non ſimpliciter exiſtimandi ſunt recte dicere , ferunt enim Periandrum nihil reſpondiße ei , qui conſilii petendi cauſa ad ipſum*



ciuitate, ſed vel relegare vel interimere omnino, quidam volentes increpare tyrannidem, non ſecundum rationem vituperauerunt conſilium Periandri ad Thraſybulum: miſſo enim nuncio a Thraſybulo ad Periandrum, quid faciendum ſibi eſſet contra potentes & diuites & vniuerſaliter excellentes turbantes ciuitatis dominium, dicūt enim , ꝙ nolens manifeſtare intentū ſuū Periander expreſſe nuncio miſſo, ſub parabola dixit ei quid faciendum erat dicēs ꝙ auferens excedentes ſpicas æquabat ſegetes, cum autem nū cius ignoraret cauſā eius quod fiebat , & nunciaret quod ei dictum erat Thraſybulo , ſtatim intellexit Thraſybulus, ꝙ oportebat viros excellentes in virtute & potētia politica interficere, & dico ꝙ non rationabiliter icrepuerunt conſiliū huiuſmodi,quia iſtud non ſolum expedit tyrannis,nec ſolum hoc ipſi faciunt, immo conſimiliter fiebat in politia paucorum & populari, in illis enim ordinata fuit relegatio ad prohibendum ne aliquis fieret ita excellens , & ſi contingeret eſſe aliquē talem , quòd relegaretur a ciuitate : ſic igitur manifeſtum ē ex hoc, ꝙ tales viri non debent remanere in ciuitate. Deinde cum dicit.

K ¶ Ponit quintū ad declarationem illius eiuſdem, & dicit ꝙ idem in quibuſdā ciuitatibus fecerunt aliqui habentes dominium & potentiā ſuꝑ illas , ſicut Athenienſes ſubiugantes ſibi Samios & Chios & Lesbios quibuſdā pactis interuenientibus,cum illos Athenienſes excederent , & principarētur magis quantum ad aliqua humiliauerunt eos,opprimendo eos prætermiſſis pactis ꝑ habitis . eodem modo fecit rex Peſarum cum ſubiugaſſet ſibi Medos , & Babylonicos , prudentiores & magis ſagaces inter ipſos diſperſit ſæpe : videns enim , ꝙ iſti prudentes & ſagaces erant , quia fuerant in principatu & ciuiliter vixerant , timēs ꝙ ſi ſimul manerent, per ſapientiam poſſent inuenire vias , per quas diſcuterent ſe a iugo illius , diſperſit eos , & ſic iſti excellentes propter eorum ſapientiam tranſlati ſunt ad alias regiones : ſic igitur huiuſmodi problema vniuerſaliter eſt circa omnes politias , ꝙ ſcilicet

A illi qui excedunt alios in potentia & virtute, ciues non ſunt. Iſtud autem in tranſgreſſis politiis obſeruatur; nam principantes in illis intendentes bonum proprium , illos qui excedunt alios in potentia vel virtute,relegant a ciuitate,& non ſolum intendentes bonum proprium , ſed commune hoc faciunt. Deinde cum dicit.

l ¶ Declarat idem per ſimile in artibus & dicit, talem qui excedit alios non debere eſſe ciuem nec manere in ciuitate manifeſtum eſt per ſimile in aliis artibus: videmus enim , ꝙ pictor ſi pingat imaginem,non pinget pedem excedentē alias partes ſecundum proportionem , dato ēt ꝙ ſit pulchrior aliis, quinimmo ſi pinxerit, delet & pinget pedem minorem magis proportionatum : ſimiliter ille qui facit nauem non facit proram, partem ſcilicet anteriorē nauis maiorem aliis præter ꝓportionem , dato ꝙ illa pars ſit optime facta, & ſi fecerit abiicit & facit minorem: ſimiľr magiſter chori, ſi vnus cantat altius omnibus aliis ꝑter proportionē, dato ꝙ pulchrius & delectabilius cantet, nō permittet eum cantare cum aliis, quare ſimiliter legiſlator ſi ſit aliquis in ciuitate excellentior omnib⁹ aliis in virtute & potentia, quamuis ſecū dum ſe ſit bonus , qa tamen improportionalis eſt aliis , ipſum debet relegare a ciuitate. Deinde cū dicit.

m ¶ Reſpondet cuidam obiectioni quæ poſſet fieri . Aliquis enim poſſet dicere, ꝙ ſi ille q excedit alios omnes in ciuitate deberet expelli propter exceſſum , cū monarcha in aliqua monarchia excellat omnes alios, talis deberet expelli & non principari. Soluit dicens, ꝙ quamuis monarcha excellat alios in poteſtate , tamen nihil prohibet ipſum concordare cum aliis ſi principetur propter bonum commune, tunc enim concordabit cum aliis , ſi autē monarcha non principaretur propter bonum commune, tunc ibi laborandum eſſet ad expulſionem eius . Deinde cum dicit .

n ¶ Docet corrigere quoddam dictum prius: dictum eſt enim & declaratum, quòd excellentes omnes alios debeant a ciuitate relegari, & hoc durum valde, ideo volens hoc corrigere dicit

auferentem excedentes ſpicarū planaſſe aream . Vnde ignorāte quidem præcone, eius quod fiebat cauſam, proferente autē qđ contingit, intellexiſſe Thraſibulum quòd oportet excellentes viros perimere , hoc.n. non ſolū expedit tyrannis, neque ſolū tyranni faciunt , ſed ſimiliter habet & circa Oligarchias & circa Democratias . Relegatio enim eandem habet potentiā, modo quodam, ſcilicet prohibere excellentes & fugare.

B

K Idem autē circa ciuitates & gentes faciunt qui domini potētię, velut Athenienſes quidē circa Samios, & Chios, & Lesbios. Cum.n. magis imperialiter haberent principatum, humiliauerunt ipſos præter pacta. Perſarū autē Rex Medos & Babylonios & aliorum ſagaces factos , quia fuerant aliquando in principatu, diſperſit ſæpe . Problema aūt vniuerſaliter eſt circa omnes politias etiā rectas, trāſgreſſæ quidem enim ad id quod propriū reſpicientes hoc agunt, non ſolum ſed cura commune bonū intendentes , eodē habent modo.

C

l Palam aūt hoc & in aliis artibus & ſcientiis, neque.n. pictor ſinet vtique aliter habere pedē excedentem commenſurationē neque ſi differat pulchritudine, neque proram nauis factor , vel aliarum partiū nauis, neq; vtiq; magiſter chori eū qui altius & pulchrius toto choro cantat, ſinet ſimul chorū agere . Quare propter hoc quidē nihil prohibet monarchias concordare ciuitatibus, ſi proprio principatu proficuo ciuitatibus exiſtente , hoc agunt.

D

E

m Propter quod ſecundnm exceſſus excellētias habet aliquod ciuile iuſtum , ſermo qui circa relegationem .

n Melius quidē igiť legislator ē a prīcipio ſic inſtitueř politiā vt nō īdigeat tali medicina, ſecūda aūt nauigatio ſi euenerit tētare

*mißus fuerat , ſed ſupereminentes ſpicas demetendo , ſegetem adæquaſſe , cuius cauſam cum non intelligeret nūcius , ac factum ab eo narraret, intellexiße Thraſybulum, quòd oportebat ſupereminentes ciues auferre . Hoc autem nec prodeſt ſolum tyrannis , nec ſolum faciunt tyranni , ſed & in paucorum potentia , & in populari ſtatu ſimiliter ſe habet . Oſtraciſmus enim eandem quodammodo uim habet tollendo eos , qui ſupereminent , & in exilium pellendo .*

*Hoc idem & in ciuitatibus , & in gentibus faciunt , hi qui dominantur , uelut Athenienſes circa Samios , & Chios, & Lesbios: quàm primum enim imperium firmiter habuere, eos in multis peſſundarunt contra fœderis æquitatem . Perſarum autē rex Medos, & Aſſyrios, et alios qui magnum aliquid de ſeipſis ſapiebant, ob imperiū prius habitum, ſæpe contriuit . Quæſtio autem propoſita circa omnes eſt rerumpublicarum ſpecies uniuerſaliter . Et quæ ſunt rectæ, nam illæ quæ tranſgrediuntur ad propriā reſpicientes utilitatem, hoc agunt . Quinimmo & illæ , quæ ad commune reſpiciunt bonum , eodem modo ſe habent .*

*Patet hoc in aliis quoque artibus et ſcientiis , neque enim pictor menſurā excedentem pedem animal habere pateretur, quāuis pulcheririmus ille pes eßet , neque faber proram , aut aliam partem nauis , neque uero magiſter chori, eum qui pulchriorem ac meliorem toto choro uocē emittit , ſineret in choro eſſe. Itaque ob hoc quidem nil probibet eos, qui domini ſunt , conuenire cum ciuitatibus ſi proprie dominationis gratia , quæ etiam ciuitatibus utilia ſunt, agant ,*

*Quare ſecundum eas quas confitemur ſuper excellentias quandam habet utilitatem ratio illa, per quā Oſtraciſmus fuit repertus .*

*Melius tamen foret ſic ab initio per legis conditorem prouideri, ut reſp. nō indigeret tali medicina . Secundo autē loco , ſi quid tale accidat , conandum*

philoſophus, ꝙ ſermo de relegatione facienda eius qui excedit omnes alios in potentia vel virtute aliquod iuſtum habet, ſed non ſimpliciter iuſtum, ideo melius fuit a principio ſic ordinare politiam, ꝙ non eſſet neceſſarium vti ipſa relegatione, quia relegatio iſta periculoſa eſt, quia non relegantur niſi potentes, iſti autem nocere poſſunt ciuitati, & ideo melius fuiſſet ſic ordinaſſe ciuitatem, vt non oporteret vti ea ita, ꝙ a principio fuiſſet ordinatum, quòd non liceret alicui excedere determinatũ gradum diuitiarum, nec excedere alios ſecundum quemcumque gradum, nec recipere excedẽtes ſed æquales, & ſi contingeret aliquem excedere, corrigeretur & dirigeretur aliqualiter, ſecũdo loco, id eſt ſi ſecundario defecerit, corrigeretur tali relegatione: tunc.n. eſſet vtendum relegatione, ſic autem non fiebat in quibuſdam ciuitatibus, quia relegantes huiuſmodi excedentes nõ reſpiciebant ad bonum cõmune politiæ, ſed ꝓpter cõmodum proprium, & malitioſe & ſeditioſe, & propter malam affectionem, quam habebãt ad illos. Deinde cũ dicit.

o ¶ Declarat qualiter iſte qui excedit omnes alios in ciuitate potentia vel virtute ſe debeat habere ĩ ciuitate & ciuitas ad ipſum, & dicit, ꝙ in politiis non recte ordinatis ſed tranſgreſſis tantum, expedit talem ſic excedentem relegare a ciuitate, & iuſtum ſit non ſimpliciter, ſed ſecundũ quid eſt iuſtum ſicut in populari ſtatu, in ipſa enim intenditur æqualitas ciuium, & ideo contra finem illius politię eſt talis exceſſus: propter quod iuſtum eſt in ea taliter relegari. Iterum in ſtatu paucorum non expedit talem eſſe ciuem, quia per ſuam potentiam conuerteret politiam illam ad voluntatem ſuam, nec in tyrannide expedit talem eſſe, quia talis nimis tyrannizare vellet: quare manifeſtum eſt, ꝙ in tranſgreſſis iuſtum eſt talem relegare non ſimpliciter iuſtum ſed ſecundum quid, quia in iſtis politiis non eſt iuſtum ſimpliciter, ſed ſecundum quid, vt dictum eſt prius, ſed in optima politia magna dubitatio eſt, qualiter ſe habendum ſit circa talem, non eſt autem dubitatio de illo qui excedit omnes alios vel in fortitudine corporali, vel in diuitiis vel in multitudine amicorũ, ſed de illo qui excellat omnes alios in virtute ſiue in bonis ſecundum animam, quid oportet facere de iſto, non enim dicendum eſt, ꝙ debeat expelli a ciuitate, & transferri ad alium locum, hoc enim eſt contra rationẽ, ex quo eſt optimus, quare nullo modo eſt expellendus. Iterum non eſt aſſumendus ad principatum ſicut alii, vt quandoque principetur, quandoque non: ſimile enim eſſet ac ſi vellemus principari Iouem aliquando & aliquando non, hoc enim deriſorium eſt, & ideo relinquitur, ꝙ cum talis ſit optimus, ꝙ dignum & iuſtum eſt, ꝙ omnes ſibi letanter obediant, & vt ſit rex, vel ſi ſint tales plures, ꝙ ſint reges & principantes non aliquando ſic aliquando non, ſed ſemper. Sed eſt conſiderandum, ꝙ Philoſophus videtur ſibi contrariari, dixit enim prius, ꝙ melius eſt multitudinem aliquam principari q̃ paucos, dixit etiam, ꝙ ſi vnus principaretur, alii eſſent inhonorati, quod eſt inconueniens; in iſta parte dicit, ꝙ iſte qui ſic excedit omnes alios non eſt ciuis, ſed ille qui non eſt ciuis non debet principari: quare iſte non debet principari, cuius contrarium dicit hic. Ad hoc dicendum, ꝙ ſi vnus inueniatur, qui excedat omnes alios in virtute, iſte debet principari, & ratio huius eſt, quia illum opor- F tet magis principari qui accedit magis ad principatum naturalem, & ad principatum vniuerſi, ſed iſte qui ſic excedit omnes alios in virtute eſt huiuſmodi, ergo expedit ipſum ſolum principari: maior propoſitio apparet in animali, pars enim quæ principatur cor eſt, cor autem vnum eſt & principale, a quo deriuatur virtus ad ſingulas partes corporis. Iterum in vniuerſo eſt vnus princeps, principatus autẽ vniuerſi vnus & optimus eſt, quare ille in ciuitate qui magis vnus & melior eſt accedit magis ad ſimilitudinem principat⁹ vniuerſi & naturalis, ergo ille principatus erit melior, in quo erit vnus princeps, & illum magis expedit principari, qui vnus exiſtẽs optimus eſt, talis eſt ille qui excedit omnes alios in virtute, ergo manifeſtum ẽ, quòd iſtum expedit magis principari quàm aliũ nec videlicet quod primo obiicitur, ꝙ ſuperius dixit, ꝙ magis expedit multitudinem dominari, quia illud intelligendum eſt vbi eſt politia æqualium & ſimilium & virtus vnius non excedat virtutẽ omnium aliorum, quod in propoſito non cõtingit, nec valet qđ ſecũdo obiiciebatur, ſi vnus vel plures prĩciparentur, ꝙ omnes alii eſſent inhonorati, quia in politia recte ordinata quilibet diligit ſtatum & gradum proprium, & gradum alterius, & I ideo vult honorem ſibi ſecundum gradum ſuum, & vult alii honorem ſecundum gradum illius, nec vult ſibi honorem alterius: & ideo ſi ſit vnus excellens omnes in virtute, omnes volunt ſibi honorem qui debetur ei, & ideo non ſunt inhonorati, quia quilibet habet honorem qui debetur ei: nec valet quod obiiciebatur tertio de hoc quod dicit, ꝙ iſte non eſt ciuis; verum enim eſt, quia ſicut ille qui principatur propter excellentiam virtutis, non eſt ciuis, ſed ſupra ciuem, eodem enim modo eſt aliquis ciuis, ſicut ſe habet ad legem, ſed cum aſſumitur, ꝙ non debet dominari niſi ciuis, nõ habet veritatem in politia regali & optima ſimpliciter, qualis eſt illa, in qua dominatur ille qui dictus eſt.

diligere tali aliqua directione: quod quidẽ non faciebãt circa ciuitates: non.n. reſpiciebat ad cõferens proprię politię, ſed ſeditioſe vtebant relegationib⁹.

o In trãſgreſſis quidẽ igitur, qđ quidẽ ſingulariter expediat & iuſtũ ſit, manifeſtum. Forte autẽ & qđ non ſimpliciter iuſtum, & G hoc manifeſtũ. Sed ĩ optima politia habet multã dubitationẽ, nõ ſecundũ aliorũ bonorum exceſſum, puta roboris, & diuitiarum, & multitudinis amicorũ, ſed ſiquis fuerit differens ſecũdum virtutẽ, quid oporteat facere. Non.n. dicet vtique oportere eiicere & transferre talẽ, at vero neque principari talem. Simile.n. & vtique ſi Iouem principari velimus partientes princi H patus. Relinquitur igitur, quod etiam videtur aptũ natum eſſe tali obedire oẽs letãter, vt reges ſint tales perpetui in ciuitatib⁹.

*eſt tali aliquo remedio corrigere: qđ tamen factum non eſt a ciuitatibus. Non enim reſpexerunt ad commodũ publicum, ſed per ſeditionem uſæ ſunt ciuili pulſione.*

*In his igitur ſpeciebus gubernandi quæ lapſæ ſunt: quod ad priuatum cõmodum pertinet: ac iuſtum eſt, patet: forſan autem non ſimpliciter iuſtum & hoc eſt manifeſtum: ſed in optima republica magnam habet dubitationẽ, non per excellentiam aliorum bonorũ ceu uirium, & diuitiarum & amcitiarum, ſed ſiquis excellat uirtute, quid de eo ſit faciendum: non enim dicendũ eſt, ut talis uir ſit de ciuitate pellẽdus. At qui neque gubernationi aliorum talis uir erit ſubiiciẽdus, perinde enim eſt, ac ſi qui Iouem gubernare uelint poteſtatem diuidentes. Reſtat ergo ut uidetur naturam huius talem eſſe: ut omnes ſponte ſua illi parere debeant: itaque huiuſmodi quidem homines eſſe reges perpetuos in ciuitatibus.*

## LECTIO XIII.

Forte aũt bene hẽt poſt determinatas rõnes trãſire & conſiderare de regno hoc. Dicim⁹.n. rectarũ

## *LECTIO XIII.*

*Forſan uero poſt hæc cõgruum fuerit conſiderare de regia gubernatione, diximus enim hanc eſſe unam ex rectis*

## LECTIO XIII.

K Poſtquàm diſtinxit Philoſophus politias ſecũndum diſtinctiones principatuum, hic proſequitur de vnaquaque ipſarum, & habet partes duas. Primo enim determinat de vnaquaque ipſarum: ſecundo oſtendit ex quibus corrumpuntur & ſaluantur in principio Quinti Libri, ibi. {De aliis quidem &c.} Prima diuiditur in duas. In prima determinat de optima politia ſcilicet de regno. In ſecunda determinat de aliis in principio Quarti Libri, ibi. {In omnibus artibus, &c.} Ad huc prima in duas. In prima præmittit intentum ſuum, ſecundo proſequitur, ibi. {Facile itaque, &c.} In prima dicit, ꝙ poſt prædictas inquiſitiones de politiis forte bene ſe habet tranſire ad conſiderationem de regno, & ratio huius eſt, quia inter politias rectas regnum eſt optima & rectiſſima politiarum, & ideo regula & menſura aliarum, optimũ enim perfectiſſimum eſt in vnoquoq; genere, & menſura eſt omnium aliorum: ꝓp quod primo dicendum eſt de regno. Eſt autẽ conſiderandum de regno vtrum ciuitati & regioni, quæ debent inhabitari expediat regi a rege vel non, ſed magis expediat regi ciuitatem & regionem ab aliqua multitudine, vel aliquibus paucis



paucis viris. Primo autem videndum eſt, vtrum ſint monarchiæ regalis plures modi & differentiæ, aut vnus modus ſolum. Deinde cum dicit.

b ¶ Proſequitur intentum ſuum, & habet partes duas. Primo diſtinguit modos monarchiæ regalis. Secundo proſequitur de principali modo, ibi. {Principium autem, &c.} Prima in duas. Primo ponit diuerſos modos huius monarchię. Secundo reducit iſtos ad duos modos, ibi. {Fere itaque duæ, &c.} Prima adhuc in duas. Primo, ponit quatuor modos. Secundo recolligendo illos, addit quintum, qui eſt principalis, ibi. {Regni quidem &c.} Prima in quatuor ſecundum quòd ponit quatuor modos. Secunda, ibi. {Pręter hanc autem &c.} Tertia, ibi. {Altera autem, & cætera.} Quarta ibi. {Quarta autem ſpecies, &c.} Adhuc prima in duas: in prima ponit primũ modum; in ſecunda declarat quoddam dictum per dictum Homeri, ibi. {Significat autẽ Homerus &c.} In prima dicit ꝙ parum conſiderantibus in politia regali, facile poteſt apparere, ꝙ principatus regalis, plura & diuerſa genera continet, & iſtiuſmodi principatus nõ eſt vnus modus ſed plures, eſt autem vn⁹ mod⁹ ipſius qui fuit in Laconica regione: in iſto enim Regno Rex principabat ſecundũ legem, & non erat domin⁹ omniũ, quia non ferebat ſententias nec puniebat ſecundum ſuam voluntatem, tamen quãdo exibat regionem ad præliandum, tunc principabatur quantum ad omnia, quæ pertinebant ad prælium, iterum dominus erat omnium eorum quæ pertinebãt ad cultum diuinum. Iſtud autem regnum erat ſicut quidam ducatus exercitus imperialis, quia iſte rex vniuerſale imperiũ habebat quantum ad ea quę ſunt exercit⁹. Iterum iſtud regnum perpetuum erat, ita ꝙ rex non quandoq; regnabat, quandoq; non, ſed non erat dominus omnium in ciuitate, quia non iudicabat homicidam, non enim erat dominus ad puniendum homicidium, niſi quando exibat ad prælia, poterat.n. tunc dare leges & punire vniuerſaliter. Deinde cum dicit.

c ¶ Declarat quod dictũ eſt per dictum Homeri. Dixit enim, ꝙ in iſto regno princeps eſt dominus omnium, & dicit, ꝙ hoc ſignificauit Homerus dicens, ꝙ Agamemnon cum eſſet in ciui A tate & veniret ad congregationem ciuiũ, multoties opprimebatur, ꝙ non eſſet dominus omnium, cum autem ægrederetur ad prælium, dominus erat in omnibus, & interficiendi & dandi legem, quantum ad ea quæ erant exercitus, dicebat enim, quem videro fugientem ex prælio, taliter tractabo ipſum, quòd non poterit fugere canes, nec aues, apud me enim eſt mors, id eſt in poteſtate mea eſt interficere. Eſt ergo vna ſpecies monarchiæ regalis quæ ducatus exercitus eſt, q. principatus durat ꝑ totam vitã hominis. Iſtorum autem qui principantur in iſto regno, quidã regnant per ſucceſſionem generis, quidam autem ex electione, quia ad hoc eliguntur. Deinde cum dicit.

d ¶ Ponit ſecundã ſpeciem huius monarchiæ, & diuiditur in duas. In prima ponit ſpeciem illam. In ſecunda declarat qualis eſt. Secunda, ibi. {Habẽt autem hæc, & cætera.} In prima dicit, quòd pręter ſpeciem monarchiæ, de qua dictum eſt, eſt alia ſpecies ſecũdum quã aliqui regnant apud barbaros. Dicuntur autẽ barbari qui deficiunt a ratione: barbari enim quaſi extranei dicuntur. Et quia homo vtitur ratione, quicumque deficiunt a ratione, barbari dicuntur, ſicut apparuit in primo. Deinde cum dicit.

e ¶ Oſtendit qualis eſt, & primo, quòd eſt voluntaria: ſecundo quòd eſt ſecura, ibi. {Secura autem, quia & cætera.} In prima dicit, quòd huiuſmodi regna ſecundum quæ principantur aliqui barbari, ſunt ſicut tyrannides monarchicæ, & qui principantur in iſtis, principantur ſecundum legem & ſecundum leges patrias. Dicuntur autem leges patriæ conſuetudines, quæ deſcendũt a parẽtibus in filios: iſti autem ſecundum tales leges principantur. Et quia barbari naturaliter ſunt magis ſeruiles q̃ Græci, & hi qui ſunt circa Aſiam ſunt magis ſeruiles quàm qui circa Europam, quia Europa eſt media inter Affricam & Aſiam, & ſicut media eſt ſecundum locum, ſic homines medio modo ſe habent in aliis diſpoſitionibus, & ideo iſti barbari ſuſtinent principatum dominatiuum ſine triſtita, quia inclinationem habent ad ſuſtinendum ipſum. Quod autem eſt ſecundum inclinationem, naturale eſt, & voluntarium. Quare manifeſtum eſt, quòd tales, voluntarie ſuſtinent talem principatum domina-

politiarum vnam eſſe hanc. Cõſiderandum autem, utrum expediat bene habente habitari ciuitati, & regiõi, rege regi, aut nõ, ſed alia aliqua politia magis, vel aliquibus quidẽ expedit, aliquibus autem non expedit. Oportet itaque primo diuidere, vtrũ B vnum aliquod genus eſt ipſius, uel plures habet differentias.

b Facile itaque hoc addiſcere quòd plura genera continet, & principatus modus eſt nõ unus omnium. Qui enim in Laconica politia, videtur quidem eſſe regnũ maxime eorum quæ ſecũdum legẽ, non eſt autem dominans omnium, ſed quando exierit regionẽ dux eſt eorũ quæ ad bellum. Adhuc autem quæ ad Deos, attributa ſunt regibus, C hoc quidẽ igitur regnũ uelut ducatus quidam exercitus imperialis & perpetuus eſt. Occidendi enim non dominus, niſi in aliquo regno quemadmodum ſub antiquis, in bellicis exercitibus promptus potens lege.

c Significat aũt Homerus, Agamẽnon.n. male quidẽ audiẽs deprimebatur in cõgregationib⁹: egreſsis aũt & interficiendi dominus erat, dicit.n. quẽ ego videro fugientẽ e prælio, non ſufficiens erit ſibi fugere canes uel D vultures, apud me.n. eſt mors. Vna quidẽ igitur ſpecies hui⁹ regni ducatus exercitus per uitã. Horum aũt ii quidem ſecundũ genus ſunt, ii autem eligibiles.

d Pręter hanc autem alia monarchiæ ſpecies, qualia erunt regna apud quoſdam Barbarorũ.

e Habent aũt hæc omnia potẽtiam ſimilem tyrannibus, ſunt tñ ſm̃ legem & paterna. Quia.n magis ſeruiles moribus ſunt na E tura barbari quidẽ græcis. Qui aũt circa Aſiã, iis qui circa Europã, ſufferunt deſpoticũ principatũ nihil contriſtati, tyranni quidẽ igitur propter tale ſunt.

*ſpeciebus Rerũpublicarum. Conſiderandum eſt autem, vtrum conducat ciuitati & regioni, quam recte gubernari oporteat, regem habere, uel non, ſed alia quædam ſpecies gubernandi magis conducat, uel an quibuſdam conducat, quibuſdam non, Ante omnia uero diſtinguendum eſt, an ſit unum genus eorum, vel differentias habeant plures.*

*Et facile eſt intueri, quòd plura genera ſunt, nec eſt omnium regum modus unus poteſtatis. In Lacædemoniorum enim Rep. uidetur rex eſſe maxime ſecundum leges, neque enim poteſtatem habet omnium, ſed cũ ægreditur extra regionem, imperium habet eorum quæ pertinent ad bellum. Præterea ſacrificia deorumque ceremoniæ ei commiſſæ ſunt. Hæc igitur regia poteſtas eſt, quaſi auctoritatem belli perpetuam habere. Vitæ enim neciſque alicuius non habet poteſtatem: niſi dum bellum gerit, ut etiam apud antiquos fuiſſe uidetur.*

*Quod oſtendit Homerus. Nam Agamemnon in concionibus, maledictis & iurgiis uexabatur, ſed cum a concione digreſſus in prælio erat, occidendi habebat poteſtatem, itaque inquit. Quem ego procul a pugna fugientem conſpexero, non ſibi ſat erit fugere canes & aues, nam penes me occidendi poteſtas. Vna ergo ſpecies regia eſt auctoritas belli perpetua, Et quandoque per genus, quandoque per electionem huiuſmodi regnum obtinetur,*

*Eſt & alia inſuper monarchiæ ſpecies, qualia ſunt apud quoſdam barbaros regna.*

*Vim habentia proximam tyrannidi, licet ſit legitima, & ſecundum morem patriæ, ob id enim quia magis aptæ ſunt ad ſeruiendum nationes Barbarorum, quàm Græcorum, & eorum qui incolunt Aſiam, quàm eorum qui Europam, perferunt ſeruile iugum æquo animo, & ob hoc tyrannica ſunt huiuſmodi regna.*

dominatiuum, qui eſt domini ad ſeruum. Quare manifeſtum eſt, ꝙ principantes in tali regno, propter hoc aſſimilantur tyrannidi. Deinde cum dicit.

f ¶ Oſtendit, ꝙ eſt ſecura, & dicit, ꝙ huiuſmodi monarchiæ ſpecies ſecura eſt. Et ratio huius eſt, quia principans in tali regno principatur & ſecundũ gen⁹ & ſecundũ leges patrias. i. cõſuetudines, q̃ deſcendunt a parẽtibus. Et quia ſ̃m gen⁹, dominatur voluntarie, regnãte enim patre aliquo modo aſſueſcunt ſubditi filio, & ideo poſtmodum regnante filio, volũtarie ſibi ſubiiciũtur, quia cõſueti ſunt. Iterum principatur ſecundũ conſuetudinem & ſecundũ leges, quæ autem inſunt ſecundũ conſuetudinem delectabilia ſunt, & ideo minus odiunt eos. Et ꝙ ſit ſecura, ſignum eſt, quia iſti barbari cuſtodiũt regem ſuũ, quia diligunt eum, & libenter ſubiiciũtur ei. Tyrannum autem cuſtodiunt alieni, & ciues reges ſuos cuſtodiunt cum armis, q̃a ſecundum legẽ & voluntarie ſubiiciũtur eis: tyranni aũt principantur ſubditis inuoluntariis, & propter hoc tyranni ſup ciues habent cuſtodiam, diffidunt enim de ſubditis. Sic igitur apparet, ꝙ hæ ſunt duæ ſpecies monarchiæ regalis. Deinde cum dicit.

g ¶ Ponit tertiam ſpeciem, & primo ponit eam, ſecundo declarat quoddam dictum per exemplum ibi. {Qualem elegerunt quandoq; &c} In prima dicit, ꝙ alia ẽ ſpecies monarchiæ regalis, q̃ erat apud antiquos Græcos, ꝙ dicebãtur Aeſymnetæ. Eſt autem huiuſmodi monarchia, vt ſimpliciter eſt dicere tyrannis ſecundũ electionem, & dicit, vt ſimpliciter dicamus, quia tyrannis, quæ eligitur, ſimpliciter non eſt tyrannis. Differt autem iſta a barbarica tyrannide, de qua dictum eſt, non eo ꝙ in iſta quæ eſt ſecundum electionẽ, non principetur princeps ſecundum legẽ, in illa autem principetur, ſed in hoc ſolũ differunt, ꝙ iſta non eſt patria, ideſt princeps nõ principatur ſecundum ſucceſſionem generis, vel non eſt ſic aſſueta, ſicut ſũt ea quæ ſunt patria, ſed per electionem. In iſto vero principatu quidam principantur per totam vitam ſuam, & eliguntur ad vitam ſuam: alii principantur vſq; ad aliqua tempora determinata, quia ſic eliguntur, alii principantur quantum ad aliquas actiones. Deinde cum dicit.

f Secura autem, quia patria & ſecundum legem ſunt. Et cuſtodia autem regalis & non tyrannica propter talem cauſam. Ciues enim cuſtodiunt armis reges, tyrannos autem extranei, ij quidem enim ſecundum legẽ & voluntariis, ij autem inuoluntariis principãtur. Quare ij quidem & ciuibus, ij autem ſuper ciues habent cuſtodiam. Duæ quidem igitur ſpecies hæ monarchiæ.

G

g Altera autem, quæ quidem erat in antiquis græcis quos uocant Eſymnetas. Eſt autem hæc vt ſimpliciter eſt dicere, electa tyrannis. Differẽs autem a barbarica, non eo quòd non ſecundum legem, ſed eo quòd non patria ſit ſolum, principabuntur autem ii quidem per vitã principatu hoc, ii autem vſque ad quædam determinata tempora vel actiones.

H

h Qualem elegerũt quandoq; Mitilenæi Pittacũ aduerſus profugas, quibus præerant Antimenides & Alcæus poeta. Significat autem Alcæus quòd elegerunt Pittacũ tyrannum, in quodam ſcoliorũ verſuũ, increpat enim, quia malũ patriæ Pictacũ præfecerunt ciuitati ſine felle & grauis felicitatis tyrannum quidem laudantes ſimul collecti. Hæ quidẽ ſunt & erant, quia enĩ tyrannicæ erant, deſpoticæ, quia autem electæ & volũtariorum, regales.

I

i Quarta autem ſpecies monarchiæ regalis quæ ſecundũ Heroica tempora volũtariæ & patriæ factæ ſecundum legem, quia primi fuerunt benefactores multitudinis ſecundum artes, aut bellũ, aut quia collegerũt, aut emerunt regionem, facti fuerunt reges voluntariorum & ſucceſſiue ſumentibus patrii.

K

*Sed habent ſecuritatem, quia moribus & legibus conſiſtunt, & ea de cauſa cuſtodiam habent regiam, non tyrannicam. Reges enim a ciuibus cuſtodiuntur. Tyranni uero ab externis mercede conductis: & reges ſecundum leges, & uolentibus: Tyranni uero, inuitis dominantur: itaque alteri a ciuibus cuſtodiuntur: alteri contra ciues cuſtodiam parãt. Sunt igitur hæc, de quibus dictum eſt, duæ ſpecies monarchiæ.*

*Tertia eſt ſpecies, ut antiquitus in Græcia fuere: quos uocabant Aeſymnetas. Eſt autem hic, ut ſimpliciter dicamus, electiua Tyrannis, differens a Barbarica, non eo quòd non legitime, ſed eo quòd non conſuete, poteſtas autem huiuſmodi, aut uiuente eo durabat, aut tempore quodam præfinito, uel rebus geſtis finiebatur.*

*Qualem elegerunt quandoque Mitylenæi Pittacũ aduerſus exules ſuos, quibus præerant Antimenides, & Alcæus poeta, oſtendit hoc Alcæus in quodam loco ſuorum carminum, increpat enim quòd Pittacum hominem obſcuri generis, & ſine felle, laborãti ciuitati præfecerint tyrannum, huiuſmodi igitur ſpecies, quia tyrannicæ ſunt, dominationem habent, quia uero electiuæ ſunt & uolentium, regiæ.*

*Quarta ſpecies regni eſt, quales erant heroicis temporibus ſpontaneæ, & ſecundum morem, & legem, propter beneficia enim a primis collata in populos; uel per artes, uel per bellũ uel per congregationem in unum, uel per acquiſitionem regionis, delatum fuit eis regum de populorum uoluntate & ſucceſſoribus, id erat ſecundum patriæ morem.*

F h ¶ Declarat quod dictum eſt, per exemplum. Dictum eſt .n. ꝙ in iſto principatu principatur tyrann⁹ per electionem, qualis fuit ille, quem elegerunt quidam dicti Mitylenæi, cum enim quidam eſſent profugi a ciuitate illorum, elegerunt quendam Pittacum nomine cõtra profugos illos vt fugaret illos, atque extirparet, tunc autem principabantur iſtis Mitylenæis duo quorũ vnus erat Anthimenides, alius Alcæus poeta. Dixit autẽ iſte Alcæus hoc in quoddã loco ſuorum carminum, dixit inquam, ꝙ iſti elegerunt ſibi Pittacum tyrannum, & increpabat eos, ꝙ malum patriæ præfecerunt. Iterum, præfecerunt ciuitati hominem ſine felle. Fel autem dicitur commouere ad iram, ira autem valet ad fortitudinem virtutis, vnde dicitur Tertio Ethi. Virtutẽ immitte furori, & virtutem erige furore. Volebat igitur dicere, ꝙ cum deberet eſſe fortis contra inimicos ciuitatis, non mouebatur, erat enim timidus nec potẽs eos opprimere. Iterum, quia elegerant hominem grauis felicitatis, quia felicitatem ſuam poſuit in voluptatibus & grauabat ſubditos, vt poſſet exercere voluptates ſuas. Iterum, increpabat eos, quia cum cõueniſſent & fuiſſent congregati, approbauerunt eum eligentes. Iſtæ autem monarchiæ erant regales & tyrannicæ. Tyrannicæ quidem, q̃a principantes in eis principabantur principatu dominatiuo. Et quia principabantur voluntarie & per electionem, erant regales. Deinde cum dicit. Ca.1.&.13.

i ¶ Ponit quartam ſpeciem, & diuiditur in tres. In prima ponit illam ſpeciem. Secundo oſtendit quorum erant domini principantes in iſto regno, ibi. {Domini autem, &c.} Tertio oſtẽdit, quomodo huiuſmodi monarchia augmentata fuit, ibi. {Qui quidem igitur in antiquis, & cætera.} In prima dicit, quòd quarta ſpecies monarchiæ regalis eſt ſecundum quòd aliqui principantur aliquibus ſecundum virtutem heroicam. Et principantes dicebantur Heroes, ideſt attingentes ad virtutem perfectam, & actum eius vltra communem ſtatum hominum, & fuit iſta temporibus eiuſmodi Heroum. Iſti autem voluntarie principabantur ſecundum legem. Primi autem principantes iſto principatu aſſumpti fuerunt ad iſtum principatum, propter beneficium quod



contulerant multitudini, aut quia inuenerunt artem aliquam vtilem regioni, ſicut Saturnus in Italia primus docuit artem ſeminandi triticum, propter quod reputatus fuit deus apud ipſos, aut quia primo præliati fuerunt contra inimicos multitudinis, aut quia primo congregauerunt homines regionis inducentes eos ad vitã ciuilem, aut quia emerunt regionem, & ideo facti fuerunt reges propter huiuſmodi beneficia, & hoc volentibus ſubditis voluntarie eos aſſueſcẽtibus, principantes ſecundum ſucceſſionem generis, & erant quaſi principãtes patriæ, ideſt principantes ſecũdum leges deſcendentes a parentibus in ipſos. Deinde cum dicit.

k ¶ Oſtendit quorum erãt domini, & dicit, quòd iſti domini erant omnium, q̃ pertinebãt ad bellũ: iterum omnium poſſeſſionum & ſubſtantiarum, quæ nõ erãt ſacerdotales, ſiue pertinentes ad cultum diuinum, ſicut erant poſſeſſiones ſacerdotum, & cum hoc ferebant ſententias & iudicabant. Iſta autem faciebant, ita quòd quidam eorum non iurabant, quòd fideliter huiuſmodi exercerent, quidam autem iurabant. Iuramentum autem ipſorum erat eleuatio ſceptri ſcilicet baculi regalis. Deinde cum dicit.

l ¶ Declarat quomodo hmõi monarchia augmẽtata fuit, & dicit, quòd in temporibus antiquis primo principatis fuerunt in aliqua ciuitate, & in eis quæ circa ciuitatem, ſicut ſunt caſtra, deinde gentibus, deinde principati fuerũt ciuitatibus circunuicinis, poſt hæc autem regibus p̃mittentibus & indulgentibus, vel multitudine ciuili cogente vel vſurpante, ſubſtantiæ paternæ regũ remanſerunt in ciuitatibus principantibus, ipſis regibus habentibus ducatum, vel dominium circa exteriora, & in remotis a ciuitate, vbi exẽpta ciuitate principali & immuni facta a tributo regali, rex quaſi in exterioribus principabatur. Deinde cum dicit.

m ¶ Recolligit iſtos modos, & addit quintum, & primo recolligit iſtos quatuor. Secundo addit etiam quintum ibi. {Quinta autem ſpecies &c.} In prima dicit, quòd monarchiæ regalis ſunt quatuor ſpecies numero. Vna ſpecies, in qua principabantur aliqui ſecundum virtutem heroicam, ſecundum aliqua tempora. In iſta vero monarchia principabatur princeps volentibus ſubditis. Erat autem dominus in quibuſdam determinatis non in omnibus. Rex enim erat dux exercitus & ferebat ſententias, & eorum quæ pertinebant ad cultum diuinum dominus erat, ſicut electiõis ſacerdotis, punitionis, & taliũ, ſed non poſſeſſionũ. Secunda ſpecies eſt, ſecũdum quam aliq̃ principabantur barbaris, & in iſto principatu principabatur rex ſecundum ſucceſſionem generis, & ſecundum legem, & eſt principatus dominatiuus. Tertia ſpecies eſt, quæ dicitur Aeſymnetica, & dicitur iſta monarchia tyrãnis ſecũdum electionem. Quarta ſpecies eſt Laconica, in qua princeps dominabatur ſecũdum legem. Huiuſmodi monarchia dicebatur ducatus exercitus ad prælium, vt ſimpliciter ẽ dicere quod dicit, quia non omniũ dominus erat, ſed eorũ quæ pertinebant ad prælium, iſte autem ducatus erat ſecundũ ſucceſſionem generis & perpetuus. Iſtæ igitur ſpecies iſto modo adinuicem differunt. Deinde cum dicit.

n ¶ Addit quintam ſpeciẽ & dicit, quòd quinta ſpecies monarchiæ regalis eſt, in qua dominus eſt omnium principans: ſic namque gens & ciuitas ordinata ſunt ſecundum quòd gubernatio domus ordinatur. In gubernatione enim domus, vn⁹ principatur ad vtilitatem ſubditorum, & dominus eſt omnium qui ſunt in domo, ita etiam eſt in regno vn⁹ q̃ principatur ad vtilitatem ſubditorum: & ideo ſicut gubernatio patrisfamilias eſt quædam regia poteſtas, ita regia poteſtas eſt quædam domeſtica gubernatio ciuitatis & gentis, ſiue ſit vna ciuitas & vna gens, ſiue plures ciuitates & gentes. Deinde cum dicit.

o ¶ Reducit iſtos modos ad pauciores ſcilicet ad duos. Et primo facit hoc. Secũdo oſtendit de quo iſtorum dicendum eſt nunc, ibi. {De tali quidem igitur &c.} In prima dicit, quòd fere duæ ſunt conſiderandæ ſpecies monarchiæ regalis, ad quas aliæ aliquo modo reducantur. Et dicit, fere, quia diſtinguẽdo eas per proprias rationes plures ſunt, ſed conſiderando eas inquantum reducuntur ad duas,

k Domini autem erant præſulatus ſecundũ bellũ & ſubſtantiarũ quæcumq; non ſacerdotales, & cum ijs ſententias iudicabant. Hoc autem faciebant ij quidem non iurantes, ij autem iurantes. Iuramentum autem erat ſceptri eleuatio.

B

l Qui quidẽ igitur in antiquis temporibus & ſuper ea quæ penes ciuitatem, & quæ popularia, & quæ circa confinia, continue principabantur. Poſterius autẽ hoc quidem permittẽtibus ipſis regibus, hoc autẽ turbis occupantibus. In alijs quidẽ ciuitatibus patriæ ſubſtãtiæ remãſerũt regibus ſolũ, vbi aũt dignum eſt dicere regnũ in confinijs bellicorum, ducatum ſolũ habebãt.

C

m Regni quidẽ ſpecies hæ quatuor numero, vna quidẽ quæ circa Heroica tẽpora, hæc aũt erat volũtariorũ quidẽ, in quibuſdã autem determinatis, dux enim exercitus & iudex, erat Rex, & eorũ quæ ad Deos dominus. Secunda autẽ quæ barbarica, hæc autẽ ex genere principatus deſpoticus ſecundum legem. Tertia autem quã Aeſymneticã appelant, hæc autẽ eſt electa tyrannis. Quarta autẽ quæ Laconica horum, hæc autem eſt (vt ſimpliciter eſt dicere) ducatus exercitus ſecundum genus perpetuus, hæ quidem igitur hoc modo differunt abinuicem.

D

n Quinta aũt ſpecies regni qñ fuerit oĩum dominus exiſtẽs, ſicut vnaquæq; gẽs & ciuitas vnaquæq; cõmuniũ, ordinata ſecundũ œconomiã: ſicut .n. œconomia regnum quoddam domus eſt, ita regnum ciuitatis & gentis vnius, vel plurium œconomia.

E

o Fere itaque duæ ſunt, (vt dicere) ſpecies regni, de quibus conſiderandũ, hæc & q̃d eſt Laconica. Aliarũ .n. multæ intermediæ harũ ſunt, paucioruũ quidẽ .n. domini quàm regnũ, pluriũ autem

A

*Hi & imperium habebant belli, & rei diuinæ cultum exercebant, niſi tales eſſent ſacrificia, quæ ſacerdotum requirerent, & præterea de controuerſiis iudicabant, & hoc faciebant alii iureiurando præſtito, alii ſine iureiurando. Erat autem illis iuſiurandum per ſceptri eleuationem.*

*Veteres igitur illi reges, antiquis temporibus, ciuitates, & gentes, & nationes externas, continue gubernabant, poſtea uero partim ipſis regibus dimittentibus, partim multitudine detrectante illud ſolum in quibuſdam ciuitatibus relictum eſt regibus, ut cerimoniarum erga deos haberent facultatem, ac belli duces in externis eſſent.*

*Regiæ ergo poteſtates tot ſunt ſpecies, quatuor uidelicet, una qualis erat temporibus Heroum uolentium ſcilicet, & in quibuſdam determinatis rebus. Dux enim belli, & iudex controuerſiarum erat Rex, & dominus cerimoniarum erga deos. Altera erat barbarica ex progenie ſcilicet dominatio, ſecundum leges tamen. Tertia quam Aeſymneticam uocant, quam eſſe diximus electiuam tyrannidem. Quarta Laconica, ea autem eſt, ut ſimpliciter dicam, imperium belli in quodam genere perpetuum, iſta quidem igitur per hunc modum inter ſe differunt.*

*Quinta Regni ſpecies eſt, quando unus omnium habet poteſtatem, quemadmodum unaquæque gens, & ciuitas unaquæque publice ordinata ad exemplar gubernationis domus, ut enim gubernatio patrisfamilias eſt regia quædam poteſtas domi, ita regia poteſtas eſt ciuitatis, & gentis unius, aut plurium, quaſi domeſtica quædam gubernatio.*

*Fere autem duæ ſunt regni ſpecies: de quibus conſiderationem facere expedit, una hæc, de qua diximus. Altera, Laconia, nam aliarum pleræque inter has mediæ ſunt, pauciorum enim dominæ quàm omnimoda poteſtas re-*

duas, duę ſunt. Vna eſt Laconica, In qua principatur aliquis ſecū dū legē. Alia eſt regnū. Laconica autē differt a regno, quia in Laconica Rex principatur ſecūdū legē. Iterū nō eſt domin⁹ oīum, ſed in regno principatur ſecūdū virtutē, & eſt dñs oīum. Aliæ autem ſunt medię inter iſtas vel priuationes ipſarū, q̃a in aliq̃bus principantes plurium ſunt dñi q̃ in Laconica monarchia, ſed pauciorum quàm in regno, ſicut in monarchia, in qua principatur aliquis ſecundū virtutem heroicā, & etiā illa eſt quæ dicitur electa tyrānis. Manifeſtū igitur ex illis, quòd de duobus reſtat cōſiderare. Primū quidē de ducatu exercitus, vtrū magis expediat eſſe ducem exercitus & ꝑpetuū, vel non, & vtrū magis expediat, ꝙ iſte aſſumatur, vel per generis ſucceſſionē, vel per electionē. De regno etiā reſtat conſiderare, vtrū expediat vnum eſſe principē oīum, vel non expediat eſſe vnū, ſed plures magis. Deinde cum dicit.

p ¶ Oſtēdit de quo iſtorum eſt dicendū. Et dicit, ꝙ de ducatu exercitus conſiderare pertinet ad legislatorē magis quàm ad politicū. In omnibus enim politijs fit ducatus exercitus, & iō cōſiderare de ipſo dimittatur ad præſens, ſed monarchia regalis ſpecies eſt politię, propter hoc de iſta conſiderandum, & tranſcurrendæ ſunt dubitatiōes, quæ poſſunt circa ipſam accidere.

LECTIO XIIII.

Poſtquam Philoſoph⁹ diſtinxit monarchiā regalē, & poſuit quinque modos ipſius, ꝓſequitur de primo modo & principaliter dicto .ſ. de regno. Et primo ꝓſequitur quaſdā dubitationes, ex q̃bus apparet natura regni. Secundo oñdit, ꝙ eadē eſt virtus regis optimi, & optimi viri in fine huius Tertij, ibi. {De Rege &c.} Prima in duas. Primo inquirit, vtrum magis expediat ciuitatē regi ab optimis legibus, vel ab optimis hominibus. Secūdo, vtrū ab vno optimo viro, vel pluribus, ibi. {Qm̃ autē tres &c.} Adhuc prima in duas. Primo inquirit, an melius ſit ciuitatem regi ab optimis legibus, an ab optimis viris. Secundo mouet alias dubitationes, ibi. {Si vero aliquis &c.} Adhuc prima in duas. Primo præmittit dubitationē. Secundo proſequitur, ibi. {Videtur itaq; putātibus &c.} In prima igitur dicit, ꝙ primo inquirendū eſt de regno, vtrum magis expediat ciuitatem regi ab optimo viro, an ab optimis legibus. Deinde cum dicit.

Lectio. ſeq.

Lectio. 16.

ſunt quàm Laconicus, quare cōſideratio fere de duobus eſt, vnum quidem, vtrum expediat ciuitatibus ducere exercitus perpetuū eſſe, & hunc vel ſecūdū genus vel ſecundum partem, aut non expedit. Vnum autem, vtrū quidem vnum expedit dominū eſſe omnium, vel non expedit. G

p De tali quidem igitur ducatu exercitus conſiderare, habet magis legum ſpeciem quàm politiæ. In omnibus.n. politijs contingit hoc fieri, quare dimittatur primum, reliquus autē modus regni politiæ ſpecies eſt, quare de hac oportet conſiderare, & dubitationes quæ inſunt tranſcurrere.

LECTIO XIIII. H

Rincipiū autem inquiſitionis eſt hoc, vtrum expedit magis ab optimo viro regi, vel ab optimis legibus.

b Videtur itaq; putātibus expedire a Rege regi, vniuerſale ſolum leges dicere, ſed non ordinare ad ea quę eueniunt, quare in quacūq; arte principari ſecūdum literas miſerum, & quidē in Egypto poſt tertiū diem mouere licet medicis, ſi autē prius, in ſuo periculo, manifeſtum igitur, quòd non eſt quę ſecundū literas & leges optima politia propter eandem cauſam. I

c At vero & illū ſermonem vniuerſalem oportet exiſtere principibus, valentius autem cui nō adeſt quod paſsionale omnino, quàm cui connaturale, lege quidem igitur hoc non ineſt, humanam autem animā neceſſe hoc habere omnem. K

d Sed forte dicet vtiq; aliquis, vt contra hoc conſiliabitur de ſingularibus melius.

F

*gia. Plurium vero quàm Laconica. Itaque conſideratio ferè circa duo uerſatur, unum, conducat ne ciuitatibus perpetuum belli ducem habere, & hunc vel per genus, vel per electionem. Alterum, conducat ne vnum habere poteſtatem omnium, an non.*

*De duce igitur belli conſiderare ad leges potius pertinet, quàm ad aliquam ſpeciem Reipublicæ. Nam in omni Republica, id cadere pōt, quare dimittamus hanc primā partem. De rege autem, quoniam hæc eſt vna gubernandi legitima ſpecies, conſiderare oportet, & dubitationes quæ in ea cadunt percurrere.*

*LECTIO XIIII.*

*Caput vero huius quæſtionis eſt, vtrum expediat magis ab optimo homine regi, vel ab optimis legibus gubernari.*

*Qui gubernationem hominis præferunt, aiunt leges ſolum uniuerſaliter prouidere, non autem ad ſingularia ordinari. Itaque in quacumque arte literis præcipere fatuum eſſe. Et in Aegypto poſt tertiam diem, mouere licet medicis, quòd ſi prius, periculo id agunt ſuo. Patet ergo propter eandem cauſam, non eſſe per literas & leges, optimam gubernationem.*

*At qui & illam adeſſe oportet gubernantibus uniuerſalem rationem, & melius certe, cui non adeſt turbatio aliqua omnino, quàm cui naturaliter ineſt. Hac igitur turbatione lex caret, mens uero humana non caret.*

*Sed forſan dicet aliquis, quòd per huiuſmodi rationem probabilius deliberabit circa ſingula.*

b ¶ Proſequitur. Et primo arguit, ꝙ melius eſt regnū regi ab optimo viro. Secūdo arguit in cōtrariū, ibi. {At qui &c.} Quòd melius ſit regnū regi ab optimo viro, q̃ ab optimis legibus, oñdit ratione, & exēplo, & dicit, ꝙ quidā opinātur, ꝙ ciuitati expedit magis regi ab optimo viro, quia ab eo melius eſt ciuitatē regi, q̃ pōt terminare caſus oēs emergentes, ſed hoc nō poteſt lex, q̃a lex non dicit niſi vniuerſale, nihil autē de particulari. Particularia aūt infinita ſunt, & nō poſſunt apprehendi. Iterū lex nō ordinat qđ dicit, ad ea q̃ de nouo emergūt, ſed hoc pōt facere optimus vir ꝑ prudentiā ſuā: habet.n. rectum iudicium de agibilibus, & appetitū rectū ꝑ virtutem moralem, & tunc interponit exemplum antequā cōcludat cōcluſionē, & dicit, ꝙ ſic videmus in artibus alijs, quòd nō eſt ſemper bonum agere ſecundū artē ſcriptā, quia aliqua ſunt ſcripta, ſecūdū quæ ſi ageretur eſſet nocumētū alicui, ſicut apparet in medicina. Nō.n. medicus in oībus conſiderat ea q̃ ſcripta ſunt in medicina, quia multa ſunt dimiſſa prudētię medici, ſicut apud Aegyptios ſcriptū fuit, ꝙ medicis poſt tertium diē liceret mouere, hoc eſt, agere ꝑ medicinā ad expulſionē morbi, quia ante tertiū diē nō poterat bene videri natura morbi, & ſi moueret ante tertiū diē, in periculo ſuo erat, hoc autē obſeruare in oībus non erat bonū, in aliquibus.n. citius, in aliquibus tardius, hoc expedit ſecundū diuerſitatem medicinæ & morbi facere, ſimiliter eſt in politia, quòd non expedit ſemper ꝑ ſcriptum, vel per legem regi, quia lex quandoque deficit in aliquo particulari, & tunc indiget aliquo dirigente. Quare manifeſtum eſt, ꝙ melius eſt regnū regi ab optimo viro, quàm ab optimis legibus. Deinde cum dicit.

c ¶ Arguit, ꝙ melius eſt ciuitatē regi ab optimis legibus. Et primo facit hoc. Secūdo obijcit in cōtrarium, ibi. {Sed forte &c.} In prima dicit, ꝙ principantibus oportet ineſſe vniuerſalē rationē, ideo melius eſt ciuitatē regi ab eo, qui nō habet paſſiones cōiunctas, quàm ab eo, qui naturaliter habet eas, quia paſſiones peruertunt iudicium rationis. Eſt enim paſſio motus appetitus ſub fantaſia boni vel mali, ſed lex non habet paſſiones coniunctas, homo autem habet, quare melius eſt ciuitatem regi ab optimis legibus, quàm ab optimo viro. Deinde cum dicit.

d ¶ Obijcit in contrarium, & ponit obiectionem. Secundo remouet



mouet eam, ibi. {Quod quidem igitur &c.} In prima dicit, ꝙ dicet aliquis quaſi in contrarium, quòd quàmuis homo habeat paſſiones ſibi naturaliter coniunctas, tamen bonus homo conſiliabitur de ſingularibus, & ſecundum deliberationem habitam ipſe recte iudicabit, quare adhuc melius eſt ciuitatē regi ab optimo viro, quàm ab optima lege. Deinde cum dicit.

e ¶ Remouet iſtam obiectionem inducēdo quandam aliam dubitationem, ex cuius diſſolutione apparet ſolutio iſtius obiectionis. Et diuiditur in duas. In prima facit quod dictū eſt. Secundo infert quędam correlaria, ibi. {Si itaque &c.} Adhuc prima ī duas. Primo ponit dubitationem. Secundo ſoluit probando alterā partem ibi. {Etenim nunc &c.} In prima dicit, quòd manifeſtum eſt, quòd ꝑncipantē in ciuitate oportet ſcire leges & ponere eas, nō oportet tamē, quòd ſit dominus omnium: ex quo enim dominatur ſecūdum legem, nō oportet, quòd in omnibus dominetur, ſed oportet, quòd dominetur in illis, quæ non poſſunt per legē terminari, vel ſimpliciter, vel non bene, & tunc eſt dubitatio, vtrū in iſto caſu magis oporteat vnum principari in iudicādo de particularibus, de quibus nō poteſt lex bene determinare, vel multos. Deinde cum dicit.

f ¶ Soluit probando alteram partem, & diuiditur in tres ſecundum quòd probat, quòd melius ſit ī iſto caſu iudicare per plures, ꝑ tres rationes. Secunda ibi {Adhuc magis &c.} Tertia ibi {Si autem &c.} In prima dicit, quòd qñ emergit caſus particularis, qui non poteſt terminari per legē, tūc cōueniūt plures & diſceptāt de illo adinuicē, & inquirūt per cōſiliū de illo, & poſt cōſiliū iudicāt, & talia ſunt oīa iudicia de particularibus, de quibus lex non poteſt terminare. Sic autē poſſunt facere plures & non vnus, quia plures conſiliantes ſuper aliquo plura poſſunt videre quàm vnus. ergo manifeſtū eſt, quòd vnus comparatus ad plures, deterior eſt in iudicando, & iudicium eius comparatum ad iudicium plurium deterius eſt: ſicut enim ciuitas ex multis pulchrior eſt quàm ex paucis, & iudicium multorum melius eſt quàm vnius, ſicut cæna comparata ex multis ferculis, ideſt ſicut cæna, in qua ſunt plura fercula pulchrior eſt quàm cęna ſimplex, vbi non eſt niſi vnum ferculū. Manifeſtum igitur propter hoc, quòd melius & certius iudicabit multa turba, ſiue plures quàm vnuſquiſque de turba, & breuiter ratio Philoſophi in hoc conſiſtit. Per illum debet fieri iudicium in caſu non determinato per legem, qui certius poteſt iudicare, ſed in tali caſu melius & certius poſſunt iudicare plures. ergo in tali caſu debet fieri iudicium per plures. Minorem huius rationis declarat. Deinde cum dicit.

g ¶ Ponit ſecundam rationem ad idem, & dicit, quòd manifeſtum eſt, quòd plures magis ſunt indifferentes reſpectu paſſionum turbantium & peruertentium iudicium rectū quàm vnus ſiue pauci, ſicut aqua maior & amplior magis eſt indifferens vt fluat ad multa loca q̃ parua. Parua enim aqua cito fluit ad vnā partem, & ideo vnus poteſt magis occupari paſſionibus quàm plures. Cum autem vnus fuerit occupatus ab aliqua alia paſſione corrūpitur iudicium. Vbi autem ſunt plures, difficile eſt corrumpi iudiciū propter impetus paſſionum, quia ſi aliq̃ ſunt paſſionati, tunc reprimentur paſſiones eorum per rationem aliorum, & ideo difficile erit eos peccare, & maxime ſi ſit multitudo non vilis: ſed ſit eorum, qui liberi ſunt ſecundum virtutem, tales enim nihil agent præter legem, niſi vbi lex deficit. Conſiſtit autem ratio Philoſophi in hoc: per illum debet fieri iudicium in tali caſu, qui non terminatur per legem, qui magis indifferens eſt reſpectu paſſionum, ſed plures ſunt magis indifferentes reſpectu paſſionum q̃ vnus. quare melius debet fieri iudicium per plures quàm per vnum. Deinde cum dicit.

h ¶ Ponit tertiam rationem. Et primo ponit eam. Secundo obijcit in contrariū, ibi. {An palam quòd &c.} In prima dicit, quòd ſi dicat, quòd non eſt facile, quòd plures bene iudicent in tali caſu, ſi fuerint quicumque indifferēter. Si tamen fuerint boni viri & ciues, adhuc quærendum eſt ſi ſic dicatur, vtrum vnus princeps difficilius poſſit peruerti & corrumpi quàm plures numero boni viri. Et manifeſtum eſt, quòd plures boni viri difficilius peruertentur & corrumpentur quàm vnus bonus, & per illum melius eſt fieri iudicium, qui difficilius poteſt corrumpi & peruerti: ſed plures difficilius poſſunt corrumpi & peruerti quàm vnus, quare melius eſt, quòd fiat iudicium per plures quàm per vnum. Deinde cum dicit.

i ¶ Obijcit in contrarium, & dicit, quòd aliquis dicet, quòd melius eſt, quòd fiat iudicium per vnum quàm per plures, quia plures facient diſſenſiones adinuicem ſecundum ſeditiones. Vnus autem ſibi non poteſt diſſentire, quare melius eſt fieri iudicium per vnum quàm per plures, & ſoluit hoc dicens, quòd contra hoc dicendum eſt, quòd iſti plures ſtudioſi ſunt ſicut ille vnus. Et manifeſtum eſt, quòd ſtudioſus non eſt poſſibile adinuicem diſſentire, ſecundum quòd huiuſmodi. Deinde cum dicit.

k ¶ Infert duo correlaria, & habet duas partes ſecūdum quòd duo infert. Secunda, ibi. {Et propter hoc forte &c.} In prima cōcludit præeminentiam ſtatus optimatum ad regnum, & dicit, ꝙ ſi ita

e Quod quidem igitur neceſſe ipſum eſſe legiſlatorem, palam, & ponere leges, ſed nō dominos quàm tranſgrediuntur, quoniā de alijs oportet eſſe dominos, quæcumque vero non poſsibile legem iudicare, vel omnino, vel bene, vtrum vnum oportet optimum principari, vel omnes. B

f Etenim nunc conuenientes diſceptant & conſiliantur, & iudicant, hęc autē ſunt iudicia omnia de ſingularibus, ſecundum vnum quidem igitur comparatus quicumque forte deterior, ſed eſt ciuitas ex multis, ſicut cōſeruatio cōportata pulchrior vna & ſimplici, propter hoc & iudicat melius turba multa quàm vnus quicumque.

g Adhuc magis indifferens qđ multum, quemadmodum aqua amplior, ſic & multitudo paucis magis indifferens. Vno autē ab ira obtēto, vel ab alia aliqua paſsione tali, neceſſariū corrūpi iudicium. Ibi autem habent difficile ſimul oēs impetu ferri & peccare. Sit autem multitudo qui liberi nihil præter legem agentes niſi de quibus neceſſariū deficere ipſam. C

h Si autem nō hoc facile in multis, ſed ſi plures ſint boni virj, & ciues, vtrum vnus magis incorruptibilis princeps, vel magis plures quidem numero, boni autem viri. D

i An palam quod plures, ſed ij quidem diuiſiones faciēt, vnus autem ſine ſeditione. Sed ad hoc contraponendum forte quod ſtudioſi ſecundum animam ſicut & ille vnus.

k Si itaq; plurium principatū, bonorum autem virorum om- E

A

*Quod igitur neceſſe ſit ipſum legis conditorem eſſe, ac leges poni, manifeſtum eſt, ſed non inuiolabiles, quatenus tranſgrediuntur. Nam in cæteris quidem inuiolabiles eſſe oportet. At de quibuſcunque lex, aut prouidere non poteſt omnino, aut non bene prouidere. Vtrum in his vni viro optimo danda ſit poteſtas vel multis.*

*Etenim nunc plures ſimul cognoſcunt de cauſis, & deliberant, & iudicant. Sunt autem huiuſmodi iudicia de ſingularibus, & cum vnuſquiſque per ſe fortaſſe deficiat. Ciuitas autem ex multitudine conſtet, ut conuiuium ad quod plures conferunt, melius eſt quàm uno atque ſimplex menſa. Sic iudicia multorum ſæpe meliora ſunt, quàm uniuſcuiuſque.*

*Præterea, multitudo minus ſubiacet corruptioni, quemadmodum aquæ magna congeries, ſic etiam plures, quàm pauci incorruptibiliores ſunt. At cum unus iudicat, ſi ira, vel alia huiuſmodi perturbatio vincat, neceſſarium eſt iudicium corrumpi. Sed in multitudine difficile foret omnes iraſci atque errare. Sic multitudo liberorum hominum, qui nihil agant præter legem niſi in q̃bus lex ipſa neceſſario deficiat.*

*Quòd ſi hoc non facile in pluribus: ſi plures ſint boni viri & ciues. Vtrum incorruptior erit unus in gubernando, vel cum erunt plures & boni omnes? An patet quòd plures?*

*Enimuero plures inter ſe factionibus contendunt. Vnus autem non contendit, ſed aduerſus hoc forſan ponendum eſt, quòd ſtudioſi viri ſunt omnes ut ille unus.*

*Si ergo plurium gubernatio, bonorum autem uirorum omnium, optima-*

ſi ita ſit, vt declaratum eſt, quòd melius ſit plures bonos iudicare quàm vnum. Et illa politia in qua principantur plures ſapiẽtes, ſit ſtatus optimatum, illa in qua vnus ſolus ſapiens ſit regnũ, manifeſtum eſt, quòd ſtatus optimatũ melior eſt quàm regnũ. Deinde cum dicit.

l ¶ Ponit ſecundum correlarium, & eſt de ordine introductionis politiarum, & diuiditur i partes qnque. Primo enim cõcludit, qualiter monarchia regalis primo fuit introducta. Secundo qualiter ſtatus optimatum, ibi. {Quoniam autẽ euenit &c.} Tertio qualiter paucorum potẽtia, ibi. {Quoniã autem deteriores &c.} Quarto qualiter tyrannis, ibi. {Ex his &c.} Quinto qualiter ſtatus popularis, ibi. {Ex tyrannidib⁹ &c.} In prima dicit, quòd propter hoc, ꝙ melius eſt ciuitatem regi & iudicia dari ꝑ plures quàm per vnum ciuitates primo regebantur vno rege, quia in principatu facilius fuit inuenire vnum ſapientem quàm plures, & ideo primo principatus regalis fuit conceſſus vni. Iterum in principio, ciuitates paruæ fuerunt, & iõ ſufficiebat vnus ad regendum. Iterũ pręfecerunt ſibi aliquẽ in regem propter beneficium eis ab illo collatũ, vel quia pugnauit contra inimicos pro illis, vel inuenit artem aliquã eis neceſſariam, hoc autem eſt opus boni viri, & ideo talẽ tam quàm bonum & virtuoſum fecerunt ſibi regem. Deinde cum dicit.

m ¶ Declarat qualiter poſtmodũ introductus fuit ſtatus optimatum. Et dicit, quòd poſtmodum accidit, quòd plures exercitabant ſe in operibus virtutum, quia plures facti ſunt virtuoſi, ſimiliter & tũc quærebant principatum plurium ſimiliũ in virtute, nec ſuſtinuerunt principatum regalem, inſtituentes principatum æqualium in virtute: iſte autem eſt ſtatus optimatum, poſt igitur regnum venit ſtatus optimatum. Deinde cum dicit.

n ¶ Declarat qualiter poſt venit ſtatus paucorum & dicit, ꝙ poſtmodum contingit, quòd iſti principantes facti ſunt diuites de bonis communibus, & inclinabantur ad voluptates deficientes a ratione, & principabantur propter diuitias, & ſic conuerſus fuit ſtatus optimatum in ſtatum paucorum. Fecerunt enim diuitias honorabiles, & debere principari propter ipſas. Deinde cum dicit.

o ¶ Declarat de tyrannide & dicit, quòd poſtmodum contingit

nium Ariſtocratiam ponendũ, eum autem qui vnius, regnum, eligibilior vtique erit ciuitatibus Ariſtocratia quàm regnũ, & cum potentia & ſine potẽtia exiſtente principatus, ſi ſit accipere plures ſimiliter.

l Et propter hoc forte rege regebantur prius, quia rarum erat inuenire viros multum differentes ſecundum virtutem. Alterũ & tunc paruas habitabant ciuitates. Adhuc autem a beneficio inſtituebant reges, quod quidẽ eſt opus bonorum virorum.

m Quoniam autem euenit fieri multos ſimiles ad virtutẽ, nõ adhuc ſufferebant, ſed quærebant commune aliquid & politiam inſtituerunt.

n Quoniam autem deteriores facti, opulenti facti ſunt, a communibus hinc rationabile factas eſſe Oligarchias, honorabiles enim fecerunt diuitias.

o Ex ijs autem primo in tyrannides tranſmutabantur.

p Ex tyrãnidibus autem in Democratiam, ſemꝑ enim ad pauciores ducentes propter turpe lucrum fortiorem ipſam multitudinem fecerunt, vt inſurgerent & fierent Democratię. quoniam autem & maiores accidit eſſe ciuitates, forte neque facile iam fieri politiam, aliam præter Democratiam.

q Si vero aliquis ponat optimũ ciuitatibus a rege regi, quàm ſe habebũt quæ de natis, vtrũ & genus oportet regnare, ſed genitorũ quales quidẽ contingunt, nociuum, ſed non tradet dominus exiſtens natis, ſed non facile adhuc hoc credere. Difficile enim & maioris virtutis, quàm ſecundum humauam naturam.

*tum dicitur, vnius autem regnum, optabilius eſſet ciuitatibus, ab optimis gubernari, quàm a rege. Et cum poteſtate & ſine poteſtate modo reperiri queant plures ſimiliter.*

G *Et ob hoc forſan rex ab initio repertus eſt, quód difficile erat uiros plures excellenti uirtute reperiri, præſertim cum tunc ciuitates paruæ forent. Præterea ob beneficia accepta, reges creauere, quod opus eſt bonorum uirorum.*

*Sed cum poſtea contingeret ut plures pari uirtute reperirentur, non amplius tollerarunt regẽ, ſed commune*
H *quiddam quærentes Reſpublicas conſtituerunt.*

*Cum uero deteriores facti, lucrum ſibi quærerent ex gubernatione Rerumpublicarũ, paucorum hinc potentiam exortam fuiſſe credendum eſt. Honorabant enim diuitias.*

*Ex his uero in tyrannides tranſiere.*

*Ex tyrannis rurſus ad plebem: ſemper enim ad pauciores redigentes pro*
I *pter quæſtus cupiditatem, multitudinem corroborauerunt, ut tandem inſurgens multitudo ad popularem ſtatum ciuitates redegerit. Factis nempe maioribus ciuitatibus, non facile eſt ad aliam quâm popularem gubernandi ſpeciem remanere.*

*Sin autem quis ponat optimum eſſe ciuitatibus a rege gubernari, quomodo fiet in filiis? utrum per genus erit ſucceſſio? At ſi natorum qualeſcumque, pernitioſum eſt, ſed non relin*
K *quet regnum huiuſmodi natis rex, cum id in ſua ſit poteſtate, at non facile iam eſt in hoc fidem habere. Arduum enim ac maioris uirtutis eſt, quàm ſecundum humanam naturam.*

F quòd vnus factus fuit ditior alijs, & potentior in amicis, & ſubiugauit alios, & ſic conuertit ſtatum paucorum in tyrannidẽ, principans propter commodum ſuum. Deinde cum dicit.

p ¶ Declarat qualiter introductus fuit ſtatus multorum, & dicit, quòd poſt tyrannidẽ factus fuit ſtatus multorum, cum enim tyrannus opprimeret diuites propter turpe lucrum, ciues ducentes politiam ad pauciores extorſiones, fugientes turpe lucrum, tyranni induxerunt multitudinem fortiorem, & fecerunt eam vt inſurgerent contra tyrannum, & contingit, ꝙ popul⁹ inſurrexit & expulſus eſt tyrannus & remanſit poteſtas penes populũ, & tũc fuit politia popularis. & hæc eſt cauſa, quare in pluribus ciuitatibus dominatur populus, quia populus multus eſt, & ideo poteſtatem habet, veruntamen vbi populus dominatur aliquid accipitur ab alijs politijs. Faciunt enim aliquos capitaneos & vnum ſupra illos. Vlterius dicit, quòd quia contingit fieri maiores ciuitates, fortaſſis non cõtingit de facili fieri aliam politiam præter popularem. Ex dictis autem apparet ſolutio obiectionis prius factę ad probãdum, quòd vnus debeat iudicare, quàm uis habeat paſſiones ſibi naturaliter coniunctas, quia conſiliabitur de ſingularibus & ſic recte iudicabit. Eſt enim dicendum, quòd melius poterãt conſiliari plures q̃ vnus, & ſic melius iudicare: quare adhuc melius eſt ciuitatem regi per plures quàm per vnum. Deinde cum dicit.

q ¶ Inducit alias dubitationes, & diuiditur in duas, ſecundũ quòd ponit duas. ſecunda ibi. {Habet autẽ dubitationẽ &c.} In prima dicit, quòd ſiquis dicat, quòd optimum eſt ciuitatẽ regi ab vno, dubitatio erit de illo qualiter ſit aſſumendus, vtrum per electionem, vel per generis ſucceſſionem: & quòd non debeat aſſumi per generis ſucceſſionem oſtendit, quia dubium eſt de filijs ſuccedentibus quales futuri ſint, & poteſt contingere, quòd malus ſit filius. ſi ergo aſſumatur ille vnus per generis ſucceſſionem, continget aſſumi malum ad principatum, hoc autem eſt inconueniens. ergo non eſt aſſumendus per ſucceſſionem, ſed quia forte aliquis diceret, quòd pater bonus exiſtens videns malum filium non tradet filio regnũ, ſed alij, ipſe iſtud remouet & dicit, quòd iſtud difficile eſt credere patrem ſcilicet, dimittere filium & tradere alij principatum. Hoc enim eſt ſupra communem facultatem hominum.

Oporte



Oportet enim, quòd dimittat principatum magis dilecto, & magis dilectus ſecundum naturam eſt propinquior ſecundum naturam, filius autem eſt ſicut alter pater, & ideo ſicut pater plus diligit ſe quàm quemcumque alium, ſic poſt ſe naturaliter plus diligit naturalem filium quàm quemlibet alium, quare citius dimittet ſibi regnum quàm alicui alij. Et eſt intelligendum, ꝙ per ſe ſemper melius eſt aſſumi regem per electionẽ quàm per ſucceſſionem, ſed per ſucceſſionem melius per accidẽs: primum patet ſic. Melius eſt aſſumi principantẽ illo modo, quo per ſe contingit ipſum accipi meliorem, ſed per electionem contingit aſſumi meliorem quàm per ſucceſſionẽ generis, quia melior vt in pluribus inuenitur in tota multitudine quàm ſit vnus. Et electio per ſe eſt appetitus ratione determinatus, tamẽ per accidens eſt melius aſſumere principantem, per generis ſucceſſionem, quia in electione contingit eſſe diſſenſionem inter eligentes. Iterum quandoque eligentes mali ſunt, & ideo cõtingit quòd eligant malum. Vtrumque autem iſtorum malũ eſt in ciuitate. Iterũ conſuetudo dominãdi multum facit ad hoc, quòd aliquis ſubijciatur alteri. & iõ regnante patre aſſueſcunt filij ſubijci, qa patri ideo inclinatur ad hoc vt ſubijciatur ei. Iterum, valde durum & extraneũ eſt, quòd ille qui eſt hodie æqualis alicui, cras dominetur & ſit princeps illi, & ideo per accidens melius eſt principantem aſſumi per ſucceſſionẽ generis quàm per electionem. Deinde cũ dicit.

r ¶ Mouet ſecundã dubitationem & diuiditur in duas partes. In prima mouet dubitationem. In ſecũda ſoluit, ibi. {Forte quidem &c.} In prima dicit, quòd de potentia principantis in monarchia regali eſt dubitatio, vtrum oporteat ipſum habere potentiam, per quam poſſit cogere & punire rebelles nolentes obedire ſibi vel qualiter oportet principatum regere & diſpenſare, & quòd oporteat ipſum habere potentiam ad puniendum rebelles apparet, quia videmus ꝙ principans ſecundum legem nihil agens ſecundum voluntatem vltra legem, oportet ꝙ habeat potentiam, per quam puniat nolentes obedire legi, vel cõmittẽtes contra legem, quare ſimiliter oportet principantem ſecundum ſuam voluntatem, qualis eſt in monarchia regali habere potentiam ad puniendum nolentes obedire ſibi. Deinde cum dicit.

ſ ¶ Soluit iſtam dubitationem & dicit, quòd forte ſoluere du-

r Habet dubitationẽ & de potẽtia, vtrum oportet habere regnaturum robur aliquod circa ipſum quo poſsit cogere non volentes obedire, aut qualiter cõtingit principatum diſpenſare, ſi enim ſecundum legem ſit dominus nihil agens ſecundum ſuã voluntatem præter legem, tamẽ neceſſarium exiſtere ipſi potentiam qua cuſtodiet leges.

ſ Forte quidẽ igitur quæ circa regẽ talẽ non difficile determinare, oportet.n. ipſum quidẽ habere potentiã, eſſe autem tantã potentiã, vt ſit ea quę ſingulorũ & vnius, & ſimul pluriũ maior, ea autem quæ multitudinis minor, quẽadmodum antiqui cuſtodias dederunt, quando præfecerunt ciuitati quendam, quam vocabant Eſymnetem vel tyrãnum, & Dionyſio, quando petebat cuſtodias, conſuluit quidã Siracuſanis dare tot cuſtodias.

*Quæſtio eſt etiam, vtrum habere debeat qui regnaturus eſt circa ſe potentiam quandam, qua poſſit compellere non parentes, vel quomodo gubernationem exercebit. Si enim habeat poteſtatem a legibus conceſſam, & nihil ex voluntate ſua faciat præter le*
B *ges, tamen neceſſaria erit ſibi potentia, per quam leges tueri queat.*

*Forſan quidem de huiuſmodi rege non difficile eſt determinare. Nam oportet ipſum vires habere, ſed tales, vt unoquoque ſeparatim, & ſimul pluribus potentior ſit, populo tamen ſit impotentior, ut antiqui ſolebant cuſtodiam ciuitatis tradere, quando aliquẽ præficiebant, quem Aeſymnetam vocitabant, vel Tyrannum, & Dionyſio ſic poſtulanti circa ſe habere ali*
C *quos cuſtodiæ cauſa, conſuluit quidam Syracuſanis tot eſſe dandos.*

## LECTIO XV.

De rege autem qui ſecundum ſuam voluntatẽ omnia agat ſermo inſtat nunc, & faciendũ conſiderationẽ; qui quidẽ.n. ſecundum legem rex, non eſt ſpecies regni, ſicut dicimus. In oĩbus.n. contingit eſſe ducatum exercitus perpetuum, puta in Democratia & Ariſtocratia, & multi faciunt vnum dominum diſpenſationis, talis enim quidam principatus eſt & circa Epidamnum & circa Opunta: Opunta autem circa aliquã partem minor eſt.

b De vocato aũt oĩmode rege, hoc aũt eſt ĩ quo Rex principatur oĩb⁹ ſecũdũ ſuã voluntatẽ. Dicẽdũ, videtur aũt quibuſdã, neq; ſecundũ naturã eſſe quòd dominus ſit cõmunium ciuium vnus, vbi cõſiſtit ex ſimilibus ciuitas.

## LECTIO XV.

*Verum de eo rege, qui cuncta ex voluntate ſua gerit, conſideratio nũc eſt facienda. Nam ille qui ſecundum leges dicitur rex, non facit ut diximus regiæ gubernationis ſpeciem, quia in cun*
D *ctis Rebuſpublicis cadere poteſt, ut ſit quidam ducendo exercitui, quoties ciuitas bellum gerit, perpetuo præfectus, puta in populari ſtatu, & optimatum gubernatione, pluresque auctoritatem vni committunt belli gerendi. Eſt autem talis quædam deputatio apud Dyrachiũ, & apud Sipontinos, licet apud Sipõtinos paulo cõſtrictior.*

*Sed regia illa poteſtas pleniſſima, per quam rex omnia ex uoluntate ſua gubernat, videtur quibuſdam non eſ*
E *ſe ſecundum naturam, ut unus omnium dominus ſit ciuium, cum ex ſimilibus ciuitas conſtet.*

A bitationem circa regem non eſt difficile. Manifeſtum eſt enim quòd oportet ipſum habere potentiam & maiorem potentiam, quàm ſit potentia vnius, quia ſi non haberet maiorem, non poſſet illum vel illos punire, ſi nollent ei obedire. Iterum & maiorẽ oportet ipſum habere potentiam quàm plurium ſimul, aliter nõ poſſet illos punire, minorem tamen q̃ ſit potẽtia totius ciuitatis reſpectu multitudinis, quia ſi haberet maiorem potentiam q̃ ciuitas, opprimeret eam & conuerteret principatum ĩ tyrannidẽ, ſicut fecerunt quidam antiq, quando præfecerunt quendam in regem, quem dicebant Aeſymnetem dederunt ſibi cuſtodias maioris potẽtiæ quàm vnius vel plurium inſimul, minores tamẽ quàm ciuitatis toti⁹. Similiter cum quidã alius Dionyſius nomine, peteret cuſtodias a Syracuſanis, conſuluit quidam illis, quòd darent tot cuſtodias, quæ non excederent potentiã ciuitatis vel multitudinis, ne opprimeret eam, maiorem tamẽ cuſtodiam quàm vnius, vel plurium inſimul. Sic igitur manifeſtum eſt, quòd principantem ſecundum legem, oportet habere potentiam ad puniendum rebelles,

## LECTIO XV.

Poſtquam Philoſoph⁹ inquiſiuit, vtrũ magis expediat ciuitatem regi optimis legibus, an optimo viro. In parte iſta inqrit, vtrum magis expediat ipſam regi vno viro optimo, an pluribus. Et diuiditur ĩ partes duas. In prima dat intentionẽ ſuã, & cauſam intentionis. In ſecũda proſequitur, ibi. {De uocato autem &c.} In prima dicit, quòd poſt prædicta reſtat dicẽdũ de rege ſimpliciter, qui in oĩbus ſecundũ ſuã voluntatẽ non ſm legẽ agit & regit, & nõ ſm ꝙ mouetur ab alio, & de iſto facienda eſt conſideratio. Et cauſa huius eſt, qa ille qui principatur ſm legem, non eſt rex ſimpliciter, nec principatus ſuus eſt ſpecies regni, ſicut dictũ fuit ſuperius: & ꝙ non ſit ſpecies regni apparet, quia ille principatus, qui eſt ducatus exercitus, reperitur in oĩbus politijs. ſicut in ſtatu multorũ & optimatũ. In iſtis enim faciunt vnũ dominũ ad regendũ & diſpenſandũ, & multi alij vnum faciunt ducem. Nõ ergo iſte ducatus eſt ſpecies regni. Talis autem fuit principatus, qui fuit circa Dyrachium & Sipontum, licet apud Sipontinos ſit paulo conſtrictior, minore exiſtente quàm prima. Deinde cum dicit.

b ¶ Proſequitur, & diuiditur in partes tres. In prima proponit dubita-

Lectio. seq.

c Similibus.n.natura idē iuſtū, neceſſarium & eandē dignitatē ſecundū naturā eſſe, quare ſiquidem inæquales ęquale alimentū habere vel veſtimentum nociuū corporibus, ſic habent & quæ circa honores, ſimiliter & inæquales æquales.

d Propter quod quidem nihil magis principari quàm ſubijci, iuſtum eſt, & viciſsim igitur eodem modo, hoc autem iam lex, ordo enim lex, legem ergo principari eligibilius magis quàm ciuium vnum aliquem.

e Secundum eandem autem rationem hanc vtique, ſi aliquos principari melius hos inſtituendū ſeruatores legis & miniſtros legum. Neceſſarinm enim eſſe quoſdam principatus, ſed non hunc vnum eſſe aiunt iuſtum, ſimilibus exiſtētibus omnibus.

f At vero quęcumque non videtur poſſe determinare lex, neque homo vtiq; poterit nota facere, ſed vniuerſale lex inſtituit reliqua iuſtiſsima ſententia iudicare, & diſponere principes. Adhuc autem omnia dirigere dant quodcumque videbitur tentantibus melius eſſe poſitis.

g Qui quidem intellectum iubet principari, videtur iubere principari Deum & leges, qui autem hominem iubet, apponit

*Nam ſimilibus natura idem ius eſſe neceſſarium eſt, & eandem dignitatem ſecundum naturam, quare vt parem habere impares alimoniam, aut veſtem, nocuum eſt corporibus, ita & in honoribus res ſe habet, ſimiliter ergo & inæquale æqualibus.*

G

*Ex quo non magis præeſſe, quàm ſubeſſe iuſtum eſt, & per viciſſitudinem eodem modo. Et hæc iam lex, nam inſtitutio lex eſt. Melius eſt igitur, vt lex dominetur, quàm aliquis ciuium.*

*Eademq; iſta ratione, ſi quos præeſſe oportet, ita ſunt præficiendi, ut cuſtodes legum atque miniſtri, neceſſe eſt enim eſſe aliquos magiſtratus cum poteſtate, ſed non vnum hunc eſſe debere aiunt in ciuium paritate.* H

*Quæcumque tamen videtur per legem quidem terminari non poſſe, per hominem vero cognoſci poſſe, prudenter cauens lex adiungit. Cætera iuſtiſſima intētione iudicari debere per eos, qui iudiciis præſunt. Ac inſuper emendare permittit, quod videantur conantibus, vt melius diſponatur, quàm ſicut iacet.* I

*Qui igitur legem præeſſe iubent, videntur iubere Deum præeſſe, & leges, qui autem hominem iubet præeſſe, adiungit & beſtiam ſæuam, libi-*

dubitationē. Secūdo arguit ad ipſam, ibi. {Similibus enim &c.} Tertio determinat veritatem, ibi. {Sed forte hæc &c.} In prima reſumens intentionem ſuam, dicit quòd de regno ſimpliciter, in quo aliquis dominatur omnibus ſecundum ſuam voluntatem, & non ſecundum legem eſt nunc dicendum, quòd quibuſdam apparet quòd non eſt ſecundum naturam: nec ex inclinatione naturali, nec conſonum rationi, quòd vnus ſit dominus omnium ſecundum voluntatem, vbi ciuitas conſtet ex ſimilibus ſecundum virtutem, ideſt, ſecundum diſpoſitionem naturalē. Deinde cū dicit.

c ¶ Arguit ad quæſtionem & oſtendit, quòd non eſt naturale vnū dominari pluribus ſimilibus illi ſecundum virtutem & diſpoſitionem naturalē. Et diuiditur in partes quatuor, ſecūdum quòd adducit quatuor rationes ad probationem huius. Secunda, ibi. {At vero &c.} Tertia ibi. {Adhuc melior &c.} Quarta ibi. {Inconueniensq; forte &c.} Prima i duas. Primo ponit rationem illā. Secundo infert ex dictis, quòd melius eſt ciuitatem regi lege q̃ viro ibi. {Propter quod &c.} In prima dicit, quòd ſimilibus ſecundum diſpoſitionem naturalem & ſecūdum virtutem, idē eſt iuſtum & eadem virtus. Dicim⁹ enim, quòd iuſtū eſt ęquale, ergo quorum eſt eadem virtus & diſpoſitio naturalis, idē eſt iuſtū & dignitas, quia dignitas attenditur ſecundum virtutē, & quorum nō eſt eadem virtus, nec dignitas eadem, nec iuſtum idem. Si igitur ponamus, quòd aliqui ſint ſimiles in virtute, eorum erit eadem dignitas & iuſtum: quare non expedit aliquem vnum dominari ſecundum voluntatem iſtis, quia non ineſſet eis eadem dignitas. Et ſicut videmus in naturalibus, quòd non expedit inæquales habere par alimentum, aut eandem veſtem, quia quod proficuum eſt vni, nociuum eſt alij. Sunt enim aliqui calidi, aliqui frigidi. Et manifeſtum eſt, quòd iſti indigent diuerſis alimētis, eodem modo eſt circa honores. Si enim inæquales ſecundū virtutem æquale recipiant, iniuſtum eſt, & ſi ęquales inæquale, ſimiliter iniuſtum eſt. Si autem aliqui ſint ſimiles in virtute & diſpoſitione naturali, & vnus principetur ſecundum ſuam volūtatem alijs, manifeſtū eſt, quòd ęquales inęquale recipiunt, hoc ergo eſt inæquale & iniuſtum, quare manifeſtum eſt, quòd non expedit vnum dominari ſecundum virtutem ęqualibus & diſpoſitione naturali. Deinde cum dicit.

d ¶ Infert ex dictis, quòd melius eſt optimam legem principari quàm optimum virum. Et primo facit hoc. Secundo adducit rationem ad probationē huius, ibi. {At vero quęcumque &c.} Prima in duas. In prima facit quod dictum eſt. In ſecunda ex eodem infert, quòd melius eſt legem principari quàm plures optimos, ibi. {Secundum eandem &c.} In prima dicit, ſicut dictū eſt, iuſtum eſt æquales ſecundum virtutem & diſpoſitionem naturalem habere æquale, propter quod manifeſtum eſt, quòd ſi ſint plures ęquales vel ſimiles ſecundum virtutem & diſpoſitionem naturalem, quòd vnus non eſt magis natus principari vel

F ſubijci quàm alius, & ideo vnus non debet magis principari q̃ alius, & quia neceſſe eſt aliquem principari, iuſtum eſt quòd viciſſim & ſecundum quendam ordinem principentur omnes & eodem modo. Principari autem eos ſecundum ordinem & viciſſim lex quædam eſt. Eſt enim lex ordo quidam, quare manifeſtū eſt, quòd melius eſt & eligibilius legem principari quàm vnū aliquem ciuem. Deinde cum dicit.

e ¶ Ex eodem infert quòd melius eſt legē principari quàm plures, paucos tamen. Et dicit, quòd ſecundū eandem rationem, ſi melius eſt plures prīcipari quàm vnū, illos tamen melius eſt principari ſecundum legem quàm ſecundū voluntates proprias, & iuſtum ad ſeruandum legem & miniſtros eſſe legis: ſicut enim dictū eſt prius, quòd æqualibus ſecūdum virtutem debetur æqualis honor & dignitas. ergo ſi ciuitas ſit ex æqualibus ſecūdum virtutem, æqualis honor debetur illis. ergo non expedit aliquos ex illis ſemꝑ principari, ſed neceſſariū eſt eſſe diuerſos principatus, ita vt iſti modo principētur, alij aliàs ſecūdum quendam ordinem: quare oportet eos principari ſecundum quendā ordinē, ſed hoc eſt lex quædam, quare manifeſtum eſt, quòd melius eſt plures ſecundū legē principari q̃ ſm̄ proprias volūtates, ſi plures ſit meli⁹ prīcipari quàm vnū. Deinde cum dicit.

f ¶ Adducit rationē ad probandum, ꝙ melius ſit legē principari vel hominem ſecundum legem, quàm virum bonum ſecundum propriam voluntatem. Et diuiditur in duas. In prima facit quod dictum eſt. In ſecunda ſoluit rationem adductam prius per ſimile ad probandum, quòd melius ſit hominem principari quàm legem, ibi. {Exemplum autem &c.} Adhuc prima in duas. Primo oſtendit de quibus fertur lex, & quæ oportet dimittere principi. Secundo ponit rationem ad probandum, quòd melius eſt legē principari quàm hominē, ibi. {Qui quidē &c.}

K In prima dicit, ꝙ illa quæcumq; non poſſunt terminari per legem, nec homo ſecundum ſe poteſt facere nota & manifeſta, niſi per prudentiā multā, & longā experientiā, lex vero de particularibus nihil ordinat ſecundum ſe, ſed tātum in vniuerſali. Eſt.n. enunciatio vniuerſalis, & ideo dictum eſt ipſam deficere in aliquo particulari, & talia dimitti principi, quæ oportet ipſum diſponere & iudicare ſecundū rectā ſententiā. Iterū ſi aliqd inueniat ſecundū rationē melius quàm lex poſita determinet, iſtud dimittendū eſt principi vt ipſe ordinet pro lege, ita ꝙ duo dimittuntur principi, vnum eſt iudicare & diſponere recte particularia per legem, vbi poſſibile eſt hoc fieri per legem. Secūdum eſt, quòd vbi lex ſcripta deficit in aliquo caſu particulari dirigat, & hoc eſt per virtutē ipſius propriā, vel ſi lex poſita non ſit bene ordinata ſecundum rationem, dimittitur principi, vt illa dimiſſa inueniat meliorem vel per ſe, vel de conſenſu multitudinis, & ordinet per legem. Deinde cum dicit.

g ¶ Adducit rationem ad probandum, quòd melius eſt legem principari quàm optimum virum ſecundum propriam voluntatem.



& beſtiā, quādo.n. cōcupiſcētia tale, & furor principatū habuerit, tandē & optimos viros interimet, ꝑꝑ quòd quidem ſine appetitu, intellectus lex.

h Exemplū aūt artium videtur eſſe falſum qđ ſecūdū literas medicari ſit prauū, ſed & eligibili⁹ vti habētes artes. Ii quidē.n. ꝑꝑ amicitias nihil præter rationem faciunt, ſed accipiūt mercedem ęgrotos curātes, ij aūt in politicis principatibus multa ad affectum & gratiam conſueuerūt agere, quoniam & medicos quādo ſuſpicantur, perſuaſos ab inimicis perimere propter lucrum, tunc eam quæ ex literis curam quærent vtique magis.

i At vero medici ægrotātes inducūt ad ſeipſos alios medicos. Et exercitatores puerorū cū ſint in exercitio inducūt execitatores diſciplinæ tāquā nō potētes iudicare qđ verum, quia iudicarent, de propijs & in paſsione exiſtentes. Quare palā qđ iuſtū quęrentes, medium quærūt, lex enim ipſum medium.

k Adhuc principaliores & de principalioribus q̃ hæ ſecundū literas leges ſunt quę ſecundum cōſuetudines. Quare ſi ijs quæ ſm̄ literas homo princeps eſt ſecurior, ſed non ijs quæ ſecundū conſuetudinem.

*do quippe talis eſt, atque obliquos agit etiam uiros optimos, qui ſunt in poteſtate, ex quo mens abſque appetitu lex eſt.*

*Videtur autem de artibus falſum eſſe exemplum, quòd ſecundum literas medicari vanum eſſet, meliuſque fore ſi poſſidentibus artem utamur, nam illi quidem nihil contra rationem per amicitiā agunt, niſi quòd recuſant mercedem accipere cum ſanos fecerint, ac in magiſtratibus multa per affectionem & gratiam conſueuerunt delinquere, cum ſi de fide medici timeretur, ac ſuſpitio foret, ne ſuſcepto ab inimicis precio necare uelit, tunc ex literis curam magis optaremus.* B

C *Atqui ægrotantes medici alios ad ſe medicos uocant, & magiſtri paleſtræ alios magiſtros, quaſi nequeant uerum diſcernere, qui de ſe propriis iudicant, & in affectu conſtituti ſunt. Quare manifeſtum eſt, quòd iuſtum quærentes, medium quærunt, lex enim medium.*

*Præterea ualidiores, & de ualidioribus rebus leges ſunt illæ: quæ ex moribus proueniunt, quàm quæ ex literis, quare ſi minus fallitur homo quàm hi qui ſecundum literas, non tamen quàm hi qui ſecundum conſuetudinem.* D

tem. Et eſt intelligendum, quòd vnumquodque maxime dicitur illud, vel ſecundum illud quod eſt principale in eo, ſicut dicitur in decimo Ethi. Principale vero in homine eſt intellectus. Et ideo maxime homo dicitur intellectus vel ſecundum intellectum, & tunc dicitur homo maxime operari, cum operatur ſecundum intellectum. Contingit autem ꝙ homo aliquando operatur ſecūdum intellectum, ita ꝙ non impedit a ſenſu omnino, nec ſenſu vtitur, niſi quantum ſibi neceſſarius eſt, & tunc dicitur homo ſimpliciter operari, quia operatur ſecundum id quod ſimplicius eſt in eo, ſed qa indiget ſenſu: contingit aliquando operationi intellectus cōiungi appetitum ſenſitiuum, & tunc dicitur homo compoſitus, & cum homo operatur ſecūdum intellectum, nec impeditur a ſenſu, tunc operatur maxime ſecūdum intellectū & rationē, & ſecundum diuinum aliquid in exiſtēs, tum quia intellectus diuinum aliquid in eo eſt, tum quia operatur ſupra communem modum hominum. Dicit igitur quòd ille qui præcipit intellectui principari, vel hominem ſecundum intellectum, ita quòd nō coniungatur appetitus ſenſitiuus aliqualiter retrahens, præcipit velut Deum, hoc eſt hominem ſecundum aliquid diuinū principari & legem, qui autem vult hominem principari cū comitante appetitu ſenſitiuo, apponit beſtiam, ideſt apponit aliquid, ꝑ quod aſſimilatur homo beſtijs ſcilicet appetitū ſenſitiuum, ſed melius eſt principari aliquid diuinum quàm coniunctum beſtiæ, quia ſi principetur homo ſecundum intellectum cum appetitu ſenſitiuo, cum in appetitu ſint paſſiones peruertentes ipſum, & per conſequens iudicium rationis, continget tandem, quòd principans exiſtens in paſſione concupiſcentiæ & furoris, quod bonos viros & virtuoſos interficiet, hoc autem eſt inconueniens, quare melius eſt hominē per intellectum abſolute principari, quàm per intellectum coniunctum appetitui ſenſitiuo. Cum igitur lex ſit ſine paſſione, & ſit ſecundum rationem, relinquitur ipſam eſſe intellectum ſine appetitu ſenſitiuo, quare melius eſt legem principari quàm hominem. Deinde cum dicit.

h ¶ Diſſoluit rationem quę prius adducebatur ex ſimili in artibus operatiuis, ad probandum quòd melius ſit hominem principari quàm legem, & primo per interemptionem aſſumpti. Secundo interimēdo ſimilitudinē, ibi. {Adhuc principaliores &c.} Prima in duas, ſecundum quòd dupliciter probat, quòd non eſt verum quod aſſumebatur. Secunda ibi. {At non medici &c.} In prima dicit, quòd illud quod aſſumebatur prius ex ſimili in artibus, non videtur eſſe verum ſed falſum. Aſſumebatur enim, ꝙ non eſt bonum operari per artem, immo prauum ſit, nec in politicis eſt bonum principari per legem, iſtud autem non eſt verū, immo melius eſt, quòd habentes artē operentur per eam q̃ alio aliquo modo. Et ratio huius eſt, quia operantes per artem ſecundum quòd huiuſmodi non habent paſſiones, nec affectiones ſibi coniunctas, & ideo propter amicitiam nihil operantur præter

A rationem, ex quo operantur per artem. Operantes enim per artem curant ægrotos, mercedem recuſantes per gratiam ſolum, ſed qui operantur per prudentiam propriam, poſſunt habere paſſiones coniunctas peruertentes appetitum ſenſitiuum, & per cōſequens iudicium rationis, multa faciunt ſequentes paſſiones, dimittentes rationem, ſicut principantes in politicis ꝑ paſſiones & affectiones, multa faciunt per gratiam dimittentes rationē rectā. Et propter hoc, quando amici ægroti alicuius ſuſpicantur, quòd medici volunt illum interficere propter lucrum, quod recipiunt ab aliquo, tunc nolunt ꝙ operētur circa ægrotum, nec curent eum ſecundum induſtriā propriam, ſed volunt quòd operentur per artem, quare manifeſtum eſt, quòd meli⁹ eſt operari per artē quàm per induſtriā propriam, non igitur prauum eſt operari ꝑ artem, quemadmodū accipiebatur prius. Deinde cum dicit.

i ¶ Declarat ſecundo aſſumptū eſſe falſum, & dicit quòd melius eſt operari ꝑ illud, per quod certius operari poteſt & rectius, ſed per artem certius & rectius poteſt operari quàm ꝑ rationem, quia operantem per rationē contingit habere paſſiones peruertentes iudicium, & propter hoc medici ægrotantes ad ſeipſos vocant ſanandos alios medicos, propter hoc ſcilicet, quòd ſunt ī paſſione, quamuis habeant habitum artis, & turbati a paſſione non poſſunt recte iudicare. Similiter illi qui ſunt magiſtri paleſtræ, cum ſe exercent, vocant alios magiſtros vt videant ſi bene operentur tamquam non potentes recte iudicare de proprijs: qui vt in pluribus non bene iudicant, nec vere de ſeipſis, quare manifeſtum eſt, quòd per paſſiones turbatur iudicium rationis. Operans autem per artem, paſſiones nō habet ſecundum quòd huiuſmodi, quare certius & melius poteſt iudicare quàm per rationem, & tunc infert quandam concluſionem, quæ ſequitur nō

E ex immediate dictis, ſed ex prius dictis, & ſequitur ſic. Dictum eſt, quòd nō eſt iuſtum virum principari aliquibus ſimilibus & æqualibus ſecundum virtutem & naturalem diſpoſitionem, ſed iuſtum eſt eos viciſſim & ſecundum ordinem principari, & hoc eſt principari ſecundum legem. ergo iuſtum eſt principari ſecundum legem & operari. ergo cum lex ſit medium, palam eſt, quòd quærentes iuſtum quęrunt medium. Deinde cum dicit.

k ¶ Soluit rationem per interemptionem ſimilitudinis, & dicit, quòd ratio adhuc in alio deficit, non enim eſt ſimile in artibus & in politijs, & hoc apparet, quia leges politiarum, quæ confirmatæ ſunt per conſuetudinem, quia homines ſecundum illā viuere aſſueti ſunt, ſunt principaliores, & de principalioribus quàm leges operatiuarum artium, quia leges politiarum ſunt de agibilibus in ordine ad finem politiæ, & de his per quę perficitur anima, ſed leges artis, ſiue ea quæ ſunt ſecundum artē ſunt de his per quæ corpus perficitur ſicut medicina. Sicut ergo anima eſt melior q̃ corpus & principalior, ſic leges quæ ſunt de his, per quæ perficitur anima, principaliores & meliores ſunt quàm illę, quæ ſunt de diſpoſitionibus & de conferentibus ad corpus:

quare

quare manifeſtum eſt, quòd quamuis homo ſecundum artem iudicet ſecure, & cum certitudine, tamen non certius per leges, quæ ſunt ſecundum conſuetudinem, non ſecundum artem, cũ illæ ſint principaliores. Deinde cum dicit.

l Ponit ſecundam rationem ad principale ſcilicet, ad probandũ quòd non eſt naturale vnum dominari pluribus ſimilibus ſecundum virtutem, & dicit quòd adhuc manifeſtum eſt, ꝙ non expedit vnum principari ſimilibus ſecũdum virtutem, ſed magis plures, quia principantem oportet ad multa inſpicere, ſed vnus non poteſt bene inſpicere. quare manifeſtũ eſt quòd oportet, quòd ſint alij multi principantes ſub ipſo. ergo ſi a pricipio fuiſſent multi principantes, non videretur in aliquo differre, ſed melius fuiſſet ordinatũ quàm ſint multi ſub ipſo. ſi ergo vnus nõ poteſt principari niſi habeat ſub ſe aliquos principantes, vbi autẽ omnes ſunt ſimiles & æquales ſecũdum virtutem, nullus naturaliter. ſub alio eſt, manifeſtum eſt quòd non eſt naturale vnum principari ſimilibus & æqualibus ſecundum virtutem. Deinde cum dicit.

m ¶ Ponit tertiam rationem, & primo ponit eam. Secundo regreditur ad ſoluendum rationem prius adductam ad probandum, quòd melius ſit bonum virum principari quàm bonam legem, ibi. {Sunt autem &c.} In prima dicit, ꝙ ex hoc, quod prius dictum eſt, manifeſtũ eſt, quòd non eſt naturale vnũ dominari pluribus, ſed plures, quia ſecundũ quòd dictum eſt, virtuoſis principari debet qui melior eſt, cũ ergo duo ſint meliores vno, in ſimilibus manifeſtũ quòd melius eſt plures dominari quàm vnum. & hoc eſt quod dicit Homerus. Duo ſimul euntes. Non plus ponit, ſed ſupplendum eſt, quòd ſocietas erit melior, quia vnus iuuabit alium, & hoc eſt quod Agamemnon petijt in oratione ſua, quòd haberet tales conſultores, quòd non eſſet iuſtum ipſum eis principari, ſed ꝙ illi eſſent comprincipantes cum illo. Manifeſtum igitur eſt, ꝙ melius eſt plures principari quàm vnum, non eſt ergo ſecundũ naturam, quòd vnus principetur pluribus ſimilibus ſecundum virtutem. Deinde cum dicit.

l At vero neq; facile proſpicere multa vnũ. Oportebit igitũ multos eſſe ſub ipſo conſtituto principe, quare qd diſtet hoc a principio mox exiſtere, vel vnum cõſiſtere hoc modo.

*Atqui nec facile eſt vnum diſcernere, opus erit ergo vt plures ſint ſub eo iudicantes, itaque quid refert, hoc ſtatim ab initio prouidere, uel expectare, vt ipſe vnus aliis iſta committat?*

m Adhuc quod & prius dictũ eſt. Si quidem vir ſtudioſus, qa melior principari dignius, vno autem duo boni meliores, hoc autem eſt quod dicitur ſimul duobus veniẽtibus, & oratio Agamenonis, tales mihi ſodales, vt non iam principari iuſtum.

G *Inſuper quod prius dicebatur, ſiquidem vir ſtudioſus, quoniam melior ſit, præeſſe debet, uno autem duo boni meliores ſunt. Hoc enim eſt, quod Homerus ait. Duo ſimul euntes. Et optatio Agamemnonis, vtinam tales mihi decem conſultores adeßent.*

n Sunt autẽ & nunc de quibuſdã principatus dominãtes iudicio, ſicut iudex de quibus lex nõ poteſt determinare, qm̃ de quibus potuit, nullus dubitat de ijs tamquã nõ vtiq; optime lex præceperit, iudicabit, ſed qm̃ hæc quidẽ cõtingit cõprehendi legibus, hæc autẽ impoſſibilia, Hæc ſunt quę faciũt dubitare & quærere, vtrũ optimã legẽ principari eligibilius quàm optimũ virũ. De quibus n. cõſiliãtur ſunt impoſſibiliũ lege cõſtituta eſſe. Nõ igitur hoc cõtradicũt, tamquàm nõ neceſſariũ eſſe hominẽ iudicãtẽ de talibus, ſed qđ non vnum ſolum, ſed multos. Iudicat enim vnuſquiſque princeps eruditus a lege bene.

*Sunt autem etiam nunc magiſtratus cum poteſtate iudicandi de quibuſdam, ceu iudex de quibus lex prouidere non poteſt, nam de quibus lex determinare poteſt, nemo dubitaret, ſed* H *cum quædam comprehendi legibus poſſint, quædam non poſſint, & hæc ſint illa, quæ dubitationem & quæſtionem faciunt, vtrum melius ſit ab optima lege, an ab optimo viro gubernari, nam quæ in conſultationem veniunt, de eiſdem ferri legem impoſſibile eſt. Non igitur hoc aiunt, quòd neceſſarium ſit hominem in huiuſmodi rebus iudicare, ſed quòd non vnum ſolum, ſed plures. Iudicat enim unuſquiſque in magiſtratu bene, ſi ſit eruditus primo a lege.*

I

o Incõueniẽsq; forte vtiq; eſſe videbitur, ſi melius percipiat qs, duobus oculis, & duabus auribus iudicãs, & agẽs duobus pedibus & manibus, quàm multi multis. Qm̃ & nũc oculos multos Monarchæ faciunt ſibi, & aures & manus, & pedes. Eos. n. qui principatui & ipſius ſunt amici faciunt cõprincipes, nõ amici quidẽ igitur exiſtentes nõ faciũt ſecundũ monarchæ voluntatẽ, ſi aũt amici & illius principatus quoque amicos forte & ſimiles, quare ſi hos extimat oportere principari æquales, & ſimiles principari extimat oportere ſimiliter. Qđ qdẽ igitur dicũt dubitãtes aduerſus regnũ, fere hæc ſunt.

*Forſan vero abſurdum uideri poſſet, ſi melius cernat duobus oculis, & duabus auribus audiat, & duobus pedibus, duabuſque manibus agat, quàm plures pluribus, cum & nunc quidem reges & tyranni oculos plures ſibi cõparent, & aures, & manus, & pedes, præficiendo amicos, & curationem rerum eis committendo, qui niſi ſint amici, non faciunt ſecundum illo-* K *rum intentionem, ſi uero ſint amici, & ſtatus illorum, & perſonarum, amicus autem par & ſimilis, quare ſi eos cenſet præficiendos, certe pares ac ſimiles gubernationi præeße cenſet oportere. Quæ igitur contendentes contra regiam gubernationem aiunt, fere iſta ſunt.*

F n ¶ Regreditur ad diſſoluendum rationem prius adductam ad probandũ, ꝙ melius eſt principari bonũ virum q̃ legem, & dicit ꝙ in actionibus politicis ſunt quædã quę oportet dimitti iudicio principãtis, ſicut ſunt illa, de qbus lex nõ põt determinare, in illis aũt de qbus põt lex determinare manifeſtũ eſt ꝙ nullus dubitat, vtrũ bene ordinata ſit, nec intromittet ſe aliquis ad iudicandum de ipſis tamquam lex nõ bene ordinauerit, ꝓpter quod in iſtis melius eſt legem principari, cum lex ſit ſine paſſionibus, per quas peruertitur appetitus: per conſequens iudicium rationis quàm principem, ſed quia lex datur in vniuerſali, aliqua poſſunt cõprehendi per legem, alia vero comprehẽdi eſt impoſſibile. Ex iſtis oritur dubitatio: vtrum melius eſt principari optimam legem vel optimum virũ. Illa vero de quibus principes conſiliantur, non poſſunt eſſe ordinata per legem, quoniam ſi eſſent non inquirerent de iſtis per cõſilium, & ideo in talibus iudicabit princeps, in alijs vero de quibus determinauit lex nõ iudicabit. Et ſic manifeſtum eſt, quòd illa non contradicunt legem principari in vniuerſali, & principẽ in particulari, non enim recte poteſt dici quòd non ſit expediens hominem bonum iudicare de talibus per legem nõ determinatis, ſed dici poteſt, quòd non expedit vnum ſolum, ſed magis plures, tunc enim plures iudicabunt optime, maxime ſi ſint inſtructi ſecũdum legẽ. Deinde cũ dicit.

o ¶ Ponit quartam rationem & dicit, ꝙ inconueniens eſt dicere, ꝙ vnus duobus oculis & duabus auribus melius percipiat q̃ multi multis auribus & multis oculis. Et inconueniẽs eſt dicere, quòd vnus melius operetur duabus manibus & duobus pedibus quàm multi multis pedibus & multis manibus. Similiter inconueniens eſt, quòd vnus melius iudicet per ſuam prudentiam quàm multi, & ideo videmus quòd principes faciunt ſibi multos oculos, & multas manus & pedes, quia faciunt ſibi multos comprincipantes: hos. n vocat pedes, & manus, & oculos, quia per hos diſcernit & operatur. Faciunt autẽ comprincipes illos, qui ſunt amici ſui & principatus, quia ſi non eſſent amici vtriuſque, ſed alterius ſicut principatus,



cipatus non curarent de bono principis: ſed principatus. Iterum ſi non diligerent principatum, ſed principem, non curarent de bono principatus. Oportet autem comprincipantes curare de bono principis & principatus: & ideo faciunt comprincipantes amicos ſui & principatus: quia amici non faciunt niſi quod rectũ eſt & honeſtum: & ſi ſint amici principis & principatus procurant bonum vtriuſque. modo ita eſt quòd amicos oportet eſſe ſimiles. Quare ſi iſtos oportet eſſe cõprincipantes illi, manifeſtum eſt, quòd ſimiles & æquales ſecundum virtutem oportet ſimiliter principari. Non igitur naturale eſt vnum ſecundum ſuam voluntatẽ principari aliquibus ſimilibus & ęqualibus ei ſecundũ virtutem. Et adiungit recapitulando dicẽs: quòd iſta ſunt quæ faciunt dubitare de regno. Et eſt intelligendum circa id quod dictum eſt: quòd aſſumit principes ſibi cõprincipantes amicos ſui & principatus ꝙ ratio principis ſumitur a ratione principatus: & ideo bonum principis eſt in ordine ad principatus bonum: & ideo qui diligit principem ſecũdum quòd princeps eſt, diligit principatũ: ſed ille qui principatur, duobus modis poteſt cõſiderari: vel ſecũdum quòd princeps: vel ſecundum quòd homo talis: & ideo poteſt aliquis diligere ipſum: vel ſecundum quòd princeps: vel ſecundum quòd talis homo. Si diligat ipſum ſecundum ꝙ priceps, diligit principatũ: & procurãdo bona vnius, procurat bona alterius. Si diligat ipſum ſecundum quòd talis vel talis, non oportet quòd diligat principatum: & tunc procurat ſecundum quòd talis vel talis, non procurando de bono principatus.

LECTIO XVI.

SEd forte hæc in aliquibus quidẽ habent hoc modo, in aliquibus autem non ſic, eſt enim aliquid natura deſpoticum, & aliud politicum & iuſtum & conferens, tyrannicum autem non eſt ſecũdum naturam, neque aliarum politiarum quæcumque tranſgreſſiones ſunt, hæc enim fiunt quæ præter naturam.

LECTIO XVI.

*SEd hæc forſan in quibuſdã ita ſe habent: in quibuſdã autem non ita. Eſt enim quoddam natura dominabile, aliud regibile: aliud populare, & iuſtum, & vtile. Tyrannicum uero* B *non eſt ſecundum naturam, nec ulla aliarum gubernationum, quæ rectã tranſgrediuntur formam, hæc enim ſiunt præter naturam.*

b Sed ex dictis manifeſtum ꝙ in ſimilibus quidem & æqualibus, neque expcdiens eſt, neq; iuſtum, vnum dominũ eſſe omniũ, neq; non exiſtentibus legibus, ſed ipſum, tanquã ſit lex neque legibus exiſtẽtibus, neq; bonũ bonis, neque nõ bonis nõ bonum, neque ſi ſecundum virtutẽ melior ſit, niſi modo quodam.

*Sed ex his quæ dicta ſunt, patet, quòd in ſimilibus & paribus, nec utile eſt, neque iuſtum, ut unus ſit dominus omnium, neque ſi non ſint leges, ſed tanquam ipſe ſit lex, atque ſi ſint leges, neque bonus, bonorum:* C *neque non bonorum, non bonus: neque ſi ſecundum uirtutem ſit melior, niſi per quendam modum.*

c Quis autẽ modus, dicendũ. Dictum eſt autem aliqualiter & prius, primo autem determinãdũ quid ſit regnabile & quid ſit Ariſtocraticũ & quid politicũ.

*Quis autẽ iſte ſit modus, dicendũ eſt, diximus uero aliqualiter & ante, ſed primo determinandum eſt quid congruat regi, quid optimatibus, quid reipublicæ.*

d Regnabile quidem igitur talis eſt multitudo quę nata eſt ferre genus ſuperexcellens ſecundum virtutem ad præſulatum politicum. Ariſtocratia autem multitudo q̃ nata eſt ferre multitudinem potentem regi principatu liberorum ab ijs qui ſecũdum virtutem præſidibus ad politicum principatũ. Politica autem multitudo in qua nata eſt fieri multitudo politica, potens principari & ſubici ſecundum legem diſtribuentem principatus ſm̃ dignitatem opulentis.

*Regibus congruit huiuſmodi multitudo, quæ natura apta ſit ferre genus* D *præſtans uirtute ad principatum ciuilem, optimatibus uero congruens eſt multitudo liberorum quæ nata ſit ad ferendum gubernationem eorum qui ſunt ſecundum uirtutem primarij. Ad ciuilem gubernationem autẽ Reipublicæ congruit ea multitudo, in qua populus innaſcitur bellicus, qui gubernari poſſit & gubernare ſecũdum leges & æquitatem, impartiens tenuioribus honores & magiſtratus.*

E

LECTIO XVI.

POſtquam Philoſophus poſuit rõnes ad oſtẽdendũ: ꝙ nõ eſt naturale vnũ principari pluribus ſm̃ virtutẽ: in parte iſta determinat veritatẽ. & diuidit in duas. In prima ꝓponit intentionẽ ſuam cũ quadã diſtinctione. In ſecunda manifeſtat eã ibi. (Sed ex dictis &c.) In prima dicit: ita dictũ eſt, ꝙ non expedit vnũ dominari multis ſimilibus: ſed forte in aliquibus expedit, in aliquibus aũt nõ expedit. Vnde eſt intelligendũ, ꝙ aliquid eſt iuſtũ & cõferens ſm̃ naturã in ordine ad dominatiuã: aliud eſt iuſtũ & cõferens in ordine ad politiã: & manifeſtũ eſt ꝙ iſta nõ ſunt vnũ & idẽ, & hoc apparet: qa principatus dñatiuus eſt, in quo aliquis principatur alteri q natus eſt ſubiici, ſicut eſt ſeruus, & principatur primo & principaliter ad bonũ ꝓprium. Principatus aũt politicus eſt in quo

A principatur aliquis liberis & æqualibus ſm̃ virtutẽ & ad bonũ ſubditorũ. Sicut ergo principatus iſti ſunt diuerſi, ſic iuſtũ qđ eſt in ordine ad vnũ, non eſt idẽ qđ iuſtum in ordine ad aliũ principatum, & ideo manifeſtũ eſt, ꝙ non ſunt idem iuſtum dominatiuũ & iuſtũ politicum. In tyrãnide aũt & in aliis tranſgreſſis nõ eſt iuſtũ ſimpliciter: qa in illis politiis in quibus eſt finis ꝑter naturã, nõ eſt iuſtũ ſimpliciter, ſed in tranſgreſſis politiis eſt finis ꝑter naturã, ſunt. n. hmõi politiæ præter naturã: ergo in ipſis nõ eſt iuſtũ ſimpliciter vel ſm̃ naturã. Deinde cum dicit.

b ¶ Declarat ſolutionẽ in ſpeciali, & primo declarat ꝙ in ſimilibus ſm̃ naturã & æqualiter ſe habentibus ad virtutẽ non eſt iuſtum eſſe vnum dñm, niſi aliquo modo. Secundo declarat quis eſt ille modus ibi. (Quis aũt.) in prima dicit, quòd patet ex dictis, ꝙ nõ eſt ſm̃ naturam, nec expedit, nec iuſtum eſt, vnum principari ſimilibus & ęqualibus ſm̃ virtutem, ſiue nõ principetur ſm̃ legẽ, ſed ſecundum voluntatem ſuam, tanquã ſit ipſe lex, ſiue non principetur ſm̃ ſuam propriã voluntatem, ſed ſecundũ legẽ, ſiue etiam princeps ſit bonus & ſubditi boni, ſiue ipſe ſit malus, & ipſi mali, ſiue ſit melior & excellẽtior oĩbus aliis in virtute niſi aliquo modo, apparet aũt hoc ex dictis. Sicut. n. dictũ eſt, iuſtũ eſt ꝙ ſimilibus ſm̃ virtutẽ, ſit eadẽ dignitas, ſi autẽ ſimilibus ſm̃ virtutẽ vnus principaretur, nõ eſſet eis eadẽ dignitas. Iterũ dictum eſt prius, ꝙ plures plura poſſunt videre, & rectius iudicãt q̃ vnus ex iſtis, manifectũ eſt, quòd non eſt iuſtum ſimilibus exiſtentibus ſecundum virtutem, vnum ex illis principari. Deinde cum dicit.

c ¶ Declarat quis eſt modus ille quo expedit vnum principari pluribus, & primo præmittit intentum ſuum. Secundo proſequitur, ibi {Regnabile quidem &c.} in prima dicit, ꝙ dicendum eſt quis eſt modus ille quo expedit vnum principari pluribus & qualiter. Aliqualiter autem dictum eſt prius quis eſt modus ille, ſcilicet vbi quæſiuit. Vtrũ excedens omnes alios virtute, eſſet ciuis. Sed antequã dicamus quis eſt modus ille, dicendũ eſt quid ſit regius ſtatus & optimatum & politicus. Et ratio huius eſt, quia iſta ſunt obiecta politiarum, & ex ratione iſtorum aliqualiter apparebit propoſitum. Deinde cum dicit.

d ¶ Proſequit, & primo declarat quid eſt vnumquodq; iſtorũ. Secundo declarat modũ illũ, ibi {Cũ igitur &c.} in prima dicit ꝙ regius ſtatus eſt cui ſubiicitur multitudo q̃ nata eſt ſubiici ſm̃ inclinationẽ naturalẽ alicui ſuperexcellenti in virtute ad principatũ politicũ vel regalẽ. Status optimatũ uero ẽ cui ſubiicit multitudo q̃ nata eſt ſuſtinere dominiũ multitudinis ſtudioſorum, quę, ſ. multitudo ſtudioſorum nata eſt regi principatu optimatũ

& liberorum ab his qui principantur ſecundũ virtutem in ordi F
ne ad politicum principatum, politicus autẽ eſt multitudo quæ nata eſt ſubijci & principari quandoque ſecundum legem, ſecũdum quam diſtribuitur principatus vel dignitates tenuioribus, aliqui textus legunt opulentis, & ideo intelligendum eſt opulẽtis vel egenis, vtriſque tamen virtuoſis. Deinde cum dicit.

e ¶ Declarat quis eſt ille modus, ſecundum quem expedit vnum principari pluribus & qualiter, & primo facit hoc. Secũdo recapitulat, ibi. { De regno quidem &c } In prima dicit, quòd ſi contigat vnũ totum genus vel vnũ inter alios ſic differre in genere ab alijs ſecundum virtutem, vt virtus eius excedat virtutem omnium aliorum, iuſtum eſt hoc genus eſſe regale, vel illum ſi ſit vnus & regnum & dominium eſſe vnum omnium, hoc enim eſt ſecũdum naturã, quòd ille qui excedit ſecundum virtutem ſit dominus aliorum. Ergo ſi virtus alicuius excedat virtutem aliorum, naturale eſt, quòd iſte ſit rex & dominus, nec ſolũ propter hoc iuſtum eſt illum eſſe regem, quia excedit abſolute ſicut eſt prius dictum, quòd omnes illi qui inſtituerunt politias, dixerunt quod iuſtum eſt principari illum qui excedit, ſicut & qui optimatũ & qui paucorum potentum, & qui popularẽ ſtatum inſtituerunt: omnes enim cõſiderantes ad exceſſum, dixerunt illum qui excedit debere principari, quamuis non eundem exceſſum ponerent, ſed quidam ſecũdum virtutem, quidam ſecundum diuitias, alij ſecundum libertatem, ſed expedit iſtũ principari qui excedit alios ſecundum virtutem, nec expedit interimere vel relegare vel fugare, hoc enim eſſet tollere regulam viuendi a ciuitate vel regione. Iterum non expedit iſtum principari ſecundum partem, ſed omnibus, nec ſecundum aliquod tempus, ſed ſemper, quia pars non eſt nata excedere ſuum totum, ſed iſte in virtute excedit omnes alios, ergo alij ſunt pars reſpectu iſtius, ergo non ſunt nati excedere ipſum ſed ſemper excedens magis ſecũdum virtutem debet principari. Quare relinquitur iſtum debere principari omnibus & ſemper & dominum eſſe, & omnes illi tali obedire, quaſi ex inclinatione naturali, ſed eſt intelligendũ, quod quamuis multi conueniant in virtute & diſciplina, oportet tamen quandoq; vnum principari principatu regali, eſt enim aliqua multitudo virtuoſorum, & hæc dignitatem habet, & dicitur multitudo politica, alia eſt quæ deficit a ratione multum, & hæc dicitur damnatiua, vtramque expedit regi principatu regali, primam inquantũ eſt vnus qui excedit omnes alios in virtute, aliam autem expedit regi vno inquãtum eſt aliquis qui excedit omnes alios in virtute, ſed differt, quia in prima principatus politicus multum diſtat a damnatiuo principatu, in ſecunda autem multum appropinquat, quia multitudo iſta a ratione deficit, prima autem non. Item differt, quia ſecundum regnũ diuturnius eſt quàm primum, quia ad ſecundum minus de virtute ſufficit quàm ad primum, & ideo facilius poteſt inueniri vnus qui excedat alios, in primo nõ. In prima enim multitudine, quia omnes attingunt ad rationẽ, cõtingit eſſe aliquos qui poſſunt inuenire diuerſas vias & modos ad expellendum principem, nõ ſic eſt in ſecunda, quia in ſecunda deficiunt a ratione, & ideo nõ poſſunt inuenire vias & cautelas contra principantem, & ideo ſecundus principatus plus durat quàm primus. Deinde cũ dicit.

f ¶ Recapitulat & dicit, quòd de monarchia regali quas habet differẽtias & modos, & quę ſunt, & vtrum nõ expediat vnũ principari, & quibus expediat, & quomodo dictum eſt. Deinde cum dicit.

g ¶ Declarat quod eadẽ eſt virtus optimi regis & viri ſtudioſi, & adiungit etiam ſtatũ optimatum, & primo hoc declarat. Secundo, continuat ſe ad dicenda, ibi. { Determinatis autem ijs &c. } Prima in duas. Primo oſtẽdit, quòd eadem eſt virtus, per quam aliquis inſtituit Rempublicã optimatum & regnũ optimum & viri ſtudioſi. Secundo ex dictis infert vnam eſſe diſciplinam, & per conſequẽs vnam virtutem regis optimi & politici & optimi viri, ibi. { Quare erunt &c. } In prima dicit quòd cum ſint tres politiæ recte ordinatæ ſecundũ quod dictũ eſt prius, illa inter alias optima eſt, quæ regitur & diſpẽſatur ab optimo viro, vel ab optimis viris, quia ad optimũ finẽ ordinatur, ſemper.n. quod ſic ab optimo agente, ad optimũ finem ordinatur per ſe. Illa igitur quę ab optimo viro vel optimis viris diſpenſatur optima eſt. Talis autem eſt politia illa, in qua principatur vnus vel totũ vnũ genus, vel in qua multitudo excellens ſecundum virtutem principatur, in qua quidã poſſunt ſubijci & principari ad electiſſimã & perfectiſſimam vitam, ſcilicet, quę eſt ſecundum virtutem perfectiſſimam. Oſtenſum autẽ fuit quòd aliquo modo eadem eſt virtus optimi viri & optimi ciuis, quare manifeſtum eſt, quòd eodem modo & per eandem virtutem per quam aliquis eſt vir ſtudioſus, inſtituit has politias, ſcilicet regnum & optimatum ſtatum. Deinde cum dicit.

e Cũ igitur vel genus totũ, vel aliorũ vnũ acciderit eſſe differẽtẽ ſecundũ virtutẽ tantũ, vt excedat quæ illius, eam quæ aliorũ oĩum, tũc iuſtũ eſt genus hoc eſſe regale & dominãs oĩum, & regẽ vnũ hũc. Sicut.n. dictũ prius, nõ ſolũ ſic habet ſecundũ iuſtũ G quod proferre cõſueuerunt qui politias inſtituerint, & qui Ariſtocratias & qui Oligarchias, & iterum qui Democratias, penitus.n. ſecundũ exceſſum volũt, ſed exceſſum nõ eundẽ, immo ſecundũ quod prius dictũ eſt, neq; enim occidere, vel fugare, neq; relegare vtiq; talẽ decẽs eſt, neque vllo ſubici ſecũdũ partẽ, nõ enim nata eſt pars excellere ipſum oẽ, ei autẽ qui tantã excellẽtiã habet, hoc accidit, quare re H linquitur ſolum obedire tali & dominum eſſe, non ſecundum partem ſed ſimpliciter.

*Quando igitur aut totũ genus: aut inter alios vnum aliquem ita præcellere contingat: vt vnius ipſius virtus maior ſit aliorum omnium virtute: tũc iuſtum eſt hoc eſſe regium genus: & omnium dominari: & hunc vnum eſſe regem. Vt enim dictum eſt prius, non ſolum id habet iuſtitiã quam præferre ſolent Rerumpu. inſtitutores, & qui optimatum & qui paucorum potentiã: & qui popularem, omnes enim ſecundum excellentiam tribuunt: ſed excellentiam, non eãdem: ſed ſecundũ prius dictam, neque interficere, neque in exilium agere: neque ralegare hũc poſſe decet: neque dignari: vt per vices gubernet, non enim natura fit: vt pars ſuperet totum: habenti vero tantam excellentiam hoc accidit. Reſtat ergo vt huic ſuadenti pareatur, & poteſtatem eum habere non per vices ſed ſimpliciter.*

f De regno quidẽ igitur quas habet differentias, & vtrũ nõ expediat ciuitatibus, aut expediat, & quibus & quomodo, determinatum ſit hoc modo.

*De regia igitur gubernatione: & quas differentias habeat: & vtrum vtile ſit ciuitatibus uel non: & quibus & quomodo in hunc modum determinatum, ſit.*

g Qm autẽ tres dicimus eſſe rectas politias. Horũ autẽ neceſſariũ optimã eſſe eam quæ ab optimis diſpenſatur, talis aũt eſt in I qua accidit vel vnum aliquẽ ſimul omniũ, vel genus totum, vel multitudinem excedentem eſſe ſecundum virtutem, ijs quidem ſubici potentibus, ijs autẽ principari ad delectiſsimam vitam. In primis autem ſermonibus oſtenſum eſt, quòd eandem neceſſarium viri virtutem eſſe & ciuis optimæ ciuitatis, manifeſtum quòd eodẽ modo, & per eandẽ ſit vir ſtudioſus, & ciuitatem inſtituet vtique quis Ariſtocratizatam & regno gubernatam. K

*Cũ uero tres dixerimus eſſe rectas gebernandi ſpecies, harum uero neceſſarium ſit eam eſſe optimam quæ ab optimis gubernetur: talis autem eſt in qua contingit aut unum aliquem omniũ, aut genus totum: aut multitudinẽ uirtute præſtantem gubernare eos: qui gubernari ualeant, ad eam uitam, quæ ſit maxime expetenda, & in primis libris oſtenſum ſit neceſſarium eſſe, ut ſit eadem uirtus boni uiri, & ciuis optimæ ciuitatis, patet quòd eodem modo, & per eadem ſit uir bonus, & ciuitatem ſtatueret quis ab optimis gubernari, uel a rege.*

h ¶ Ex



h ¶ Ex dictis infert vnam eſſe diſciplinam, & per conſequens A virtutem vnam regis optimi & politici & optimi viri, & dicit, quòd ſi eadem eſt virtus per quam inſtituitur politia optimi viri, & viri ſtudioſi, manifeſtum eſt quòd eadem erit diſciplina & eędem conſuetudines quę faciunt virum ſtudioſum, & quæ faciunt ciuem politicum & regales viros, ratio autem huius conſequẽtiæ eſt, quia per illam virtutẽ per quã aliqua cauſa per ſe & primo inſtituit aliquem effectum, per eandem eſt & determinatur, per idem enim eſt aliquid & operatur. Sed per virtutem boni & ſtudioſi viri inſtituit Rex politiam regalem, & inſtitutor ſtatus optimatum, ſtatum optimatum, vt probatum eſt prius. Ergo per eandem ſunt, hic autem eſt Rex, hic autem eſt inſtitutor ſtatus optimatum. Deinde cum dicit.

i ¶ Continuat ſe ad dicenda, & dicit quòd his determinatis, conſiderandũ eſt qualiter, & quomodo ſit inſtituenda optima Reſpublica, & quomodo neceſſe eſt eum qui debet de ea facere ſpeculationẽ conuenientẽ prius in vniuerſali de ea conſiderare.

h Quare erunt & diſciplina, & aſſuetudines eædem feré quæ faciunt ſtudioſum virum, & quæ faciunt politicum & regale.

*Itaque eadem ferè diſciplina & ijdem mores facient ſtudioſum uirum, qui faciunt ciuilem & regium.*

i Determinatis aũt ijs, de politica optima, iam tentandum dicere quo nata ſit fieri mõ, & inſtitui qũo, neceſſe vtiq; facturũ de ipſa cõueniẽtẽ ſpeculationẽ. B

*His determinatis conandum iam erit de optima Republica dicere, quemadmodum fiat, & quomodo conſtituatur, nam neceſſe eſt de illa conuenientem conſiderationem facere.*

# ARISTOTELIS POLITICORVM

## LIBER QVARTVS.

### Cum Sancti Thomæ Aquinatis præclariſsimis commentariis.

### LECTIO PRIMA.

Poſtquam Philoſophus determinauit de politia optima, puta de regno, & diſtinxit eius modos & diſſol C uit quaſdam dubitationes ex quibus apparet natura ipſius ſcilicet, monarchiæ ideſt poteſtatis regalis, proſequitur de alijs politijs. Et diuiditur in duas. In prima oſtendit de quibus & quo ordine, conſiderandum eſt in hac ſciẽtia, & quæ ſunt conſiderata, & quæ reſtant conſiderãda. Secũdo proſequitur de illis, ibi. { Vt igitũ &c. } prima in tres. In prima oſtẽdit quę ſunt conſideranda in hac ſcientia. Secundo oſtendit quæ ſunt cõſiderata, & quę reſtãt conſideranda, ibi. { Quoniã aũt in prima &c. } In tertia oſtẽdit quo ordine cõſiderandum eſt, ibi. { Nobis autem &c. } Adhuc prima ĩ duas. In prima oſtendit, quod iſtius ſcientiæ eſt cõſiderare de politia optima, quæ, & qualis ſit, & quibus & qualibus congruit. Secundo oſtendit quæ ſunt illa vniuerſaliter quæ pertinent ad conſiderationẽ huius ſciẽtiæ, ibi. { Quam optimã ſimpliciter &c. } In prima intendit iſtam rationem, in omnibus artibus factiuis, & in omnibus ſcientijs actiuis, quæ non verſantur E circa aliquam naturam particularem, ſed circa aliquod vnum commune, & quæ perfecte conſiderant aliquod vnum commune, vnius eſt conſiderare qualis diſpoſitio conuenit vnicuique illorum, quæ ſunt ſub illo communi, & qualis eſt optima quæ competit illi communi, & primo: ſed politica eſt ſcientia actiua conſideratiua alicuius vnius communis, non particularis, & perfecte conſiderat illud: quare ipſius eſt conſiderare quæ politia eſt optima, & quæ politia quibus conuenit. Circa iſtam rationem ſic procedit. Suppoſita minore, primo probat maiorẽ, & eam ponit. Secundo concludit concluſionem, ibi. { Quare manifeſtum &c. } Circa primum intelligendum eſt, quòd ſcientiæ omnes aliquod ſubiectum conſiderant, ſed in quibuſdam contingit eſſe illud vniuocum, in alijs autem non vniuocum, ſed analogum, dictum de pluribus per attributionem ad aliquod prius inter illa. Et ſicut eſt in ſpeculatiuis, ſic etiam eſt in actiuis & factiuis, quæ ſunt quædam ſcientiæ actiuæ & factiuæ conſiderantes aliquod vnum dictum de pluribus per attributionem ad aliquod primum. Et in talibus proponit propoſitionem ſuam maiorem. Et dicit quòd in omnibus artibus factiuis & ſcientijs actiuis, quæ non conſiderant particulare aliquod, ſed conſiderant aliquod vnum commune pluribus ſecundum analogiã perfecte conſiderantibus, illud commune vnius eſt conſiderare, quæ & qualis ẽ diſpoſitio vniuſcuiuſque illorum habentium attributionem ad primum, & qualis eſt optima diſpoſitio quę competit illi primo, ad quod alia habent attributionem. Et declarat iſtã propoſitionem, quia ars exercitatiua conſiderat quæ & qualis exercitatio, cui, & quali corpori conueniat. Conſiderat etiã quæ eſt exercitatio optima, quæ optime diſpoſito corpori conuenit. Optima.n. exercitatio cõuenit ei quæ eſt optime diſpoſitus & proportionatus ſecũdũ naturã, & illa exercitatio, quæ cõpetit pluribus habẽtibus attributionẽ ad aliquod vnũ, illa vna oĩbus cõpetit ſecũdũ attributionẽ. Iſta.n. eſt cõſideratio exercitatiuę artis. Et ſi aliquis obijciat quod exercitatiua nõ debet cõſiderare diſpoſitionẽ illã optimã, quia nullus attingit ad eam. Hoc remouẽs dicit, quod ſi aliquis non deſideret diſpoſitionem optimam, vel quæ ſibi poſſibilis eſt, nec ſcientiam, vel habitum eorum, quæ circa exercitationem illam ſunt, tamen ars exercitatiua de iſtis debet conſiderare. Iterum ars exercitatiua debet diſponere potentiam exercitati ad hanc, ſimiliter medicina conſiderat ſanitatem, & quæ & qualis, cui & quali corpori conueniat. Conſiderat etiam diſpoſitiones corporum, puta complexiones, & quæ complexio optima, & quę ſanitas optime complexionato congruit. Similiter eſt circa artem faciendi veſtes & circa omnes alias artes, & ratio huius eſt, quoniam ſi aliqua ſcientia conſiderat aliquam naturam, conſiderat paſſiones illius, conſiderat etiam omnia,

### LECTIO I.

Lectio. leq.

IN oĩb9 artib9 & ſciẽtijs ijs, quæ nõ ſm particulã fiunt ſed circa gen9 vnum aliquod, pfectis exiſtẽtib9, vni9 eſt cõſiderare quod cõgruit circa vnũquodq; genus, puta exercitatio corpori qualis quali expediat, & quæ optima, ei.n. qui optime apt9 D natus & pportionatus, optimã neceſſariũ cõgruere. Et quæ plurimis vna oĩbus. Etenim hæc exercitatiuæ opus eſt. Adhuc aũt ſiquis nõ attinẽtẽ deſideret, nec habitũ, nec ſcĩam eorũ quæ circa Agoniã, nihil min9 exercitatoris diſciplĩę & gymnaſtici eſt ppara re, & hãc adhuc potẽtiã. Simili-

### LECTIO I.

*IN cunctis artibus & ſcientiis quæ non circa partem, ſed circa genus aliquod perfecte exiſtunt, unius eſt conſiderare, quid cuique conueniat generi, ceu exercitatio corporis qualis quali conueniat, & quæ ſit optima. Optime enim natura diſpoſito, & optime affluenti, optimam conuenire neceſſarium eſt, & quæ plurimis una omnibus. Etenim hoc gymnaſticæ eſt. Præterea uero ſi quis non exactam illam cupiat habitudinem, & ſcientiam circa certamina, nihilominus magiſtri Gymnaſiorum eſt hanc potentiam præparare. Eodemque modo in*

omnia, quæ attributionem habent ad illā naturam. Iterum paſſiones illorum attributorum, ſed paſſio primi in ſcientia eſt diſpoſitio eius optima. Paſſiones eorum quæ attribuuntur ſunt quales illis congruunt, & ideo eiuſdem ſcientiæ eſt conſiderare, & optimā diſpoſitionē, & q̄ quali congruit. Deinde cum dicit.

b ¶ Concludit cōcluſionē. Et dicit, ꝙ ex iſtis manifeſtū eſt, ꝙ ſcientiæ eiuſdē. ſ. politicę eſt conſiderare quæ eſt optima politia. Hec autē eſt quę maxime deſideratur, & eſt ſecundū voluntatem, ſi nō ſit impedimentum per aliqđ extrinſecū. Cōtingit.n. per aliquod impediēs ꝙ aliqs nō appetit optimā politiā. Iterū politica ſciētia cōſiderat, quæ politia quibus cōuenit. Sunt.n. multi qui nō poſſunt attingere ad optimā quæ illis cōpetat, ſed ad illam q̄ illis congruit. Deinde cum dicit.

c ¶ Oſtēdit q̄ pertinēt ad cōſiderationē vniuerſaliter huius ſciētiæ. Et primo oſtendit de quibus cōſiderat per ſe & primo. Secundo oſtendit de quibus ex conſequenti, puta de differentijs legum & politiarū, ibi. {Propter qđ &c.} Pr̄ia ī duas. In prima facit qđ dictū eſt. In ſecunda tāgit defectus quorundā circa prędicta, ibi. {Quo plurimi &c.} In prima dicit, ꝙ manifeſtū ē ex dictis, ꝙ politicus conſiderat politiū ſimpliciter. Sicut.n. dictū eſt conſiderans aliquā naturā, conſiderat quæ eſt optima diſpoſitio eius, & ideo cōſiderās politiā cōſiderat eā q̄ eſt optima, ſed politicus de politia conſiderat, quare manifeſtū eſt ꝙ politicus & legislator conſiderāt de optima politia. Iterū ad ipſum pertinet conſiderare quæ eſt politia optima ex ſuppoſitione. Si.n. in ciuitate aliqua ſint plures virtuoſi excedentes alios in virtute, & populus inclinetur ad virtutem, his ſuppoſitis optima politia regūtur iſti. Iterū ad politicū pertinet cōſiderare politiā, q̄ eſt ex ſuppoſitione, non ex ſuppoſitione ſimpliciter, ſed ex ſuppoſitione alicuius, quod non eſt bonum ſimpliciter. Si.n. iſta ſit politia, oportet conſiderare in principio qualiter poterit fieri, & qualiter poterit conſeruari in multo tēpore. Si enim aliqua ciuitas non regeretur optima politia ſimpliciter, nec etiam ſufficienti in per ſe neceſſarijs, nec etiam optimā ex ſuppoſitione quę ei cōtingere pōt, ſed quadā alia politia peiori iſta ex ſup- F poſitione non ſimpliciter, ſed alicuius quod non eſt ſimpliciter bonum. Item præter omnia iſta conſiderat politicus quæ politia cui ciuitati congruit. Deinde cum dicit.

d ¶ Tangit defectū quorundā circa p̄dicta. Et diuiditur ī duas, ſecundū ꝙ dupliciter eos reprobat. Secunda, ibi. {Oportet autem &c.} In prima dicit, dictū eſt, ꝙ politicus debet cōſiderare politiā optimā ſimpliciter, & ex ſuppoſitione quæ pluribus ciuitatibus congruit. Sicut medicus nō ſolū cōſiderat ſanitatem ſimpliciter, ſed ſanitatē q̄ cōpetit iſtiſ, in hoc aūt multi loquentiū de politia defecerūt. Et ſi in aliquibus dicant bene, tñ in politijs quæ nō ſunt optimæ, opportune tamē aliquibus ciuitatibꝰ defecerūt, quia politicus nō ſolū habet conſiderare politiā ſimpliciter optimā, ſed ex ſuppoſitione, & q̄ cuiq; cōgruit, & que poſſibilis eſt. Similiter debet politicus cōſiderare politiā faciliorē & communiorē omnibus. Iſti aūt ſolū de optima politia determinauerūt, q̄ multis indiget, ad quā pauci ptingere poſſunt. Et ideo ſolū de illa q̄ vix, aut nunquā eſſe pōt, cōſiderauerunt, Alij conſiderauerūt politiā magis cōem, & nihil de optima dixerūt, vñ reprobabāt quaſdā politias, ſicut politias Laconicorū, & ſiqua alia eſt q̄ approbāda eſt, & quam laudamꝰ. Et ideo manifeſtū eſt, ꝙ errauerūt. Deinde cū dicit.

e ¶ Secūdo improbat illos, reprobat autē eos in hoc, ꝙ voluerūt alias politias corrigere, in quo errauerūt. Et dicit, ꝙ volentē corrigere aliquam politiā, oportet talē modū & ordinē inuenire ad quē poſſunt ciues ſuaderi & proſequi faciliter. Nō.n. minus difficile vr̄ corrigere politiā aliquā quàm inſtituere eam a principio, ſicut nō vr̄ minus eſſe difficile addiſcere, poſtq̄ aliqs oblitꝰ eſt, & a principio, ſic aūt iſti non fecerūt, oportebat autē. Oportet.n. q vult corrigere aliquam politiam, prius amouere inordinationes quæ ſunt in illa politia, & deinde inducere nouum ordinem. Sicut ſi aliquis vult calefacere frigidum, oportet, ꝙ prius natura abijciat formam frigiditatis, & poſtmodum inducat formam caliditatis, ſic in propoſito. Non ſic autem fecerunt iſti, & ideo errauerunt in corrigendo. Deinde cum dicit.

f ¶ Declarat, quòd oportet politicum conſiderare quæ ſunt differentiæ

ter autem, hoc & circa medicatiuam, & nauificam, & circa veſtitum, & circa omnem aliā artem, videmus accidens.

b Quare palā, ꝙ eiuſdē ſcientiæ eſt politiā optimā conſiderare, quæ eſt, & qualis quædā vtique exiſtens, maxime erit ſecundum votum, nullo impediente extrinſecorū, & quæ quibus congruēs. Multis.n. valde forte impoſsibile ſortiri optimam.

c Quare optimam ſimpliciter, & eam quæ ex ſuppoſitis optimā, non oportet latuiſſe bonū legislatorē, & eū qui eſt, vt vere politicus. Adhuc autē tertiā, eā quæ ex ſuppoſitione, oportet.n. & datam poſſe conſiderare, & a principio quomodo vtiq; fiet, H & facta quo vtiq; modo ſaluabitur plurimo tempore. Dico autem, puta, ſi alicui ciuitati accidit neque optima politia diſponi, non abundantemq; eſſe etiā neceſſarijs, neq; ea quæ contingent ex exiſtentibus, ſed quadā peiori. Præter omnia autē hæc, eam quæ maxime in omnibus ciuitatibus congruit, oportet cognoſcere.

d Quo plurimi pronunciantiū de politia, & ſi alia dicāt bene, tamen in optimis peccant, non I enim ſolum optimā oportet cōſiderare, ſed etiam poſsibilē. Similiter autē & faciliorē, & communiorē omnibus. Nunc autē ij quidē ſummam & indigentē multis copijs quærunt ſolum, ij autem magis communem quādam dicentes eas quæ ſunt interimentes politias, ſcilicet Laconicam, vel quam aliam laudamus.

e Oportet autem talem induci ordinem ad quem facile exiſtē- K tibus perſuadeantur, & poſsint proſequi tamquam non ſit minus opus corrigere politiam, quàm inſtruere a prīcipio, ſicut & poſt addiſcere a principio.

f Propter quod eū dictis oportet, & exiſtentibus politijs poſſe

*medicina, & in fabricatione nauium, & veſtium, & in omni alio artificio videmus contingere.*

*Quare manifeſtum eſt, quód eiuſdem eſt ſcientiæ videre quæ optima Reſpublica, & qualis maxime ad* G *votum foret, nullo externorum eam impediente, & quæ quibus conueniat, Nam plures optimam aſſequi, forſan impoſſibile eſt.*

*Itaque & ea quæ ſit ſimpliciter optima, & ea quæ quantum fieri poteſt optima, latere non debet legis conditorem, ac uere ciuilem hominem, ac prætereа tertia quæ ſit ex ſuppoſitione, nam oportet datam quoque conſiderare poſſe, quemadmodum ab initio conſtituatur, & conſtituta conſeruetur quàm plurimo tempore. Dico autem, ceu ſi cui ciuitati contigerit neque optimam gubernationem habere, neque neceſſaria illi adeſſe, neque illis ipſis q̄ adſint recte uti, ſed aliis deterioribus. Præter hæc autem omnia eam gubernationem quæ omnibus maxime congruat ciuitatibus noſſe oportet.*

*Vt tradunt plurimi eorum qui de Republica tractant, & ſi de aliis recte dicunt, de utilibus certe aberrant, non ſolum enim optimam Rempublicam conſiderare oportet, ſed etiam illam, quæ in uſum cadere poſſit, & quæ ſit facilior, & communior omnibus, nunc autem alii ſupremam quærunt ſolum, multis ſane adminiculis indigentem, alii magis communem aliquam tradentes, tollenteſque eas, quæ in uſu ſunt, Laconicam, uel aliam quandam commendant.*

*At enim oportet talem inſtitutionem Reipublicæ inducere ut uelint, ac poßint homines ex his, quæ ſibi adſunt faciliter eam recipere. Nam eſt non minus difficile corrigere Rempublicam iam inſtitutam, quàm ab initio inſtituere, quemadmodum & poſt diſcere, quàm ab initio didiciße.*

*Quapropter non ſolum his, quæ libris ſcriptæ ſunt Reſpu. uerūetiam illis*



differentiæ politiarum. Et primo facit hoc. Secundo dicit, quòd ad ipſum pertinet conſiderare differentias legum, ibi. {Cum eadem autem &c.} In prima dicit, quòd præter ea quæ dicta ſunt, oportet politicum conſiderare per quæ, & quomodo contingit auxiliari politijs exiſtentibus, cum fuerit error in illis, ſicut prætactum fuit in præcedentibus. Hoc autē non poteſt fieri niſi manifeſtum ſit, quæ ſint differētiæ & ſpecies politiarum, quia non eſt poſſibile aliquem auxiliari per ſe in eo quod nō nouit, aliqui enim dicūt popularem eſſe vnā tātum, ſimiliter etiā & paucorum, nunc autem iſtud non eſt verū, ſunt enim plures ſpecies vtriuſque iſtarum. Oportet igitur politicum, ſi debeat auxiliari politijs exiſtentibus, & dirigere eas, conſiderare differentias ipſarum, quot ſunt, & qualiter etiam componantur ex principijs ſuis. Conſequēter cum dicit.

g Declarat, quòd oportet ipſum conſiderare de differētijs legum dicens, quòd cum conſideratione prędictorum oportet conſiderare de legibus, puta quæ ſint optimæ ſimpliciter, ideſt quæ ſint optimę ſecundum vnāquamq; politiam, & quæ, & quales vnicuique illarum conueniūt. Cuius ratio eſt, quoniam leges omnes feruntur, vel ferri debent, ſecundum quòd competit politiæ per ſe, & non e conuerſo politias ordinare ſecundum ꝙ competit legibus. Politia enim eſt ordo principatuū in ciuitate, ſecundum quē diſtribuunt ipſi principatus ſ̄m rationē, & ſecūdū quem attēditur, quem oportet eſſe dominantem in ciuitate, & quis etiā ſit finis cōicatiōis ciuiū. Iſta aūt determinantur per leges. Leges.n. ſeparatæ, ſeorſum acceptę ſunt enunciationes de agibilibus ſignificantes prædictum ordinē. ſ. ꝙ oportet eſſe differētias, & qs finis ciuitatis, & qualiter, & quo oportet dominari, & qualiter oportet obſeruare tranſgredientes ipſas. Igitur manifeſtū, quòd neceſſe eſt politicum conſiderare leges &

A differentias & numerum ipſarum, & differentias, quæ ſunt ſecūdum differentias & numerum politiarum, quia non eſt poſſibile eaſdem leges conferre ſtatui populari, & paucorum: leges enim differunt ſecundū diuerſitatē finiū: ſtatus aūt popularis, & paucorum non eſt idem finis, nec etiam eædem leges competunt omnibꝰ modis ſtatui populari, ſilr̄ nec oībus modis ſtatui paucorū, ſi nos ſupponamꝰ ꝙ nō ſit popularis vna tātū, nec paucorū vna tantum, ſed multæ. Si enim ſunt multę, aliqualiter diuerſos fines habent, leges vero diuerſificantur ſecundum diuerſitatem finium. Conſequēter cum dicit.

h ¶ Declarat quę de prædictis conſiderata ſunt, & quæ reſtāt conſideranda. Et diuiditur in duas. Quoniam primo declarat quę ſunt conſiderata. Secundo cum dicit. {Reliquum de politia &c.} Declarat q̄ reſtant conſideranda. Primo igitur dicit ꝙ in præcedēti methodo diſtinximus politias in rectas & trāſgreſſas. Rectas quidē vt ſunt regnum, qđ eſt optimum, & optimatum, & ea quæ dicitur cōmuni nomine politia. Tranſgreſſæ autem ſunt tyrannis quæ a regno tranſgreditur, & propter hoc eſt peſſima, & paucorum quæ tranſgreditur ab optimatu, & popularis quæ a politia. Adhuc autem cōſideratum eſt in præcedentibus de regno & de ſtatu optimatum. Idem.n. eſt cōſiderare de his quæ ſignificāt p iſta nomina, & de optima politia, vtraque enim iſtarum duarū intendit principaliter in finem, qui eſt ſecundum virtutem, & ad ipſam virtutē multam & perfectā exiſtentē. Iterū conſideratū eſt ī quo differūt regnū, & Reſp. optimatum, & quando etiam oportet regnū eē, & qbus oportet viuere ſub regno. Deinde cum dicit.

i ¶ Declarat q̄ reſtāt cōſiderar̄, & circa hoc duo facit. Pr̄o tāgit hoc qđ dictū ē. Scđo q̄a fecerat mētionem de trāſgreſſis politijs: declarat q̄ illarū ē magis, & q̄ minus mala, ibi. {Manifeſtū q̄dē igit &c.} Circa primū dicit, ꝙ poſt ea quę determīata ſunt, relinquitur

auxiliari politicum, ſicut dictū eſt & prius. Hoc autem impoſſibile, ignorantem quot ſunt ſpecies politiæ. Nunc enim vnam Democratiam putant quidem eſſe, & vnam Oligarchiam. Non eſt autem hoc verū. Quare oportet, differentias politiarum nō B latere quot, & quot modis componantur.

g Cum eadem autem hac prudentia, & leges optimas videre & eas quæ vnicuique politiarū congruunt. Ad politias.n. leges oportet poni & ponuntur oēs: ſed nō politias ad leges, politia quidem enim eſt ciuitatis ordo, qui circa prīcipatus quo modo diſtribuantur & quid dominans politiæ & quid quod finis eſt cōmunionis ſingulis, leges autem C ſeparatę ſignificantium politiā ſecundum quas oportet principes, principari & obſeruare trāſgredientes ipſas quarum palam ꝙ differentias & numerum neceſſarium habere politiæ vniuſcuiuſq;, & ad legum poſitiones. Non enim poſsibile eſt eaſdem leges conferre Oligarchijs neq; Democratiis omnibus: ſiquidem plures & non vna Democratia, neque Oligarchia ſolum eſt. D

h Quoniam autē in prima Methodo, politiarū diuiſimus tres quidem rectas politias, regnū ariſtocratiam, politicam. Tres autem harum tranſgreſsiones, tyrannidem quidem regni: Oligarchiam autem Ariſtocratiæ, Democratiam autem politię: & de Ariſtocratia autem quidem in regno dictum eſt. De optima enim politia conſiderare idem & de iis eſt dicere no- E minibus: vult enim vtrumque conſiſtere ſecundum virtutem diffuſam. Adhuc autem quid differant inuicem Ariſtocratia, & regnum, & quando oportet regnum putare, determinatum eſt prius.

i Reliquum de politia percurrere ea quæ communi nomine appellatur & de aliis politiis, Oligarchia, & Democratia, & tyrannide.

*quæ reuera exiſtunt auxiliari poſſe oportet ciuilem hominem, vt diximus Hoc autem facere non poteſt, ſi ignoret, quot ſint ſpecies earum. Nam nūc quidam putant vnam eße popularem & vnam paucorum potentium: quod non eſt verum. Itaque oportet latere differentias omnium, & quot ſint, & quotupliciter componantur.*

*Leges etiam ſimul cum his conſiderandæ erunt quæ ſint optimæ, & quæ conueniant vnicuique gubernationi. Sunt enim leges omnes ad Rempu. accommodandæ: non autem Reſpu. ad legem. Eſt nanque Reſpu. inſtitutio ciuitatis circa magiſtratus honoreſq; publicos: quemadmodū debeant impertiri: & in quo poteſtas auctoritaſque ſumma debeat conſiſtere: & qui ſit finis cuiuſque ſocietatis. Leges autem earum variæ ſunt: per quas modus Reipu. gubernandæ ſignificatur: ſecūdum quas debeant illi, qui ſunt in poteſtate, imperare & probibere tranſgreßores Ex quo patet ꝙ neceſſariū eſt differentias, & numerum tenere ſingularum Rerumpu. etiam ad legū poſitiones. Neque enim fieri poteſt vt eædem leges vtiles ſint paucorum potentiæ, ac popularibus omnibus, ſiquidem plures ſint: & non vna dumtaxat popularis poteſtas, neque vna paucorum potentia.*

*Cum vero in præcedentibus dictum ſit a nobis tres eße Rerumpublicarū ſpecies rectas: regnum, optimatum, & eā quæ appellatur Reſpu. ac tres earum tranſgreſſiones, & labes: cum regnum in tyrannidem. optimorum autem gubernatio, in paucorum potentiam, Reſpu. autem, in popularem ſtatum labatur: & de optimatum gubernatione & regia ſit dictum. Nam de optima Repub. conſiderare idem eſt: ac de illis dicere. Vult enim vtraque illarum per uirtutem cæteris opportunius concurrētibus conſiſtere. Et inſuper quid inter ſe differant, regia poteſtas, & optimorum gubernatio: & quando regia gubernatio putanda ſit determinauimus.*

*Reſtat nunc, ut de illa quæ appellatur Reſpublica dicamus, & de cæteris gubernandi formis, & de paucorum potentia, ac de populari ſtatu, & de tyrannide.*

relinquit nobis cõſiderãdũ de ea, quæ appellatur cõi nomine politia recta exiſtente, & de his quæ tranſgrediũtur a rectis, ſicut de populari & paucorum & tyrannide. Conſequenter cum dicit.
k ¶ Declarat, quæ iſtorum eſt magis & minus mala. Et primo facit hoc. Secundo tangit defectum cuiuſdam, ibi. {Iam quidem igitur &c.} Primo igitur dicit, ꝙ ex dicendis poterit eſſe manifeſtum, quę politiarum trãſgreſſarum eſt peſſima, & quę minus mala poſt illam, & quæ minime. Illa enim quæ trãſgreditur ab optima, & diuiniſſima politia, quæ eſt maxime ſecundum rationem rectam, neceſſarium eſt eſſe peſſimã, ſicut ex ſe eſt manifeſtum. Regnum autem eſt optima politia & maxime ſecundum rationem. Regem enim, aut ſolum nomen regis oportet habere, & æquiuoce, aut talem eſſe propter excellẽtiam virtutis & boni vniuerſaliter. Dicitur enim in octauo Ethicorũ, quòd non eſt rex qui non eſt per ſe ſufficiens & omnibus bonis ſuperexcellens, quare tyrannis erit peſſima omnium, & propter hoc, plurimum diſtat ab optima }. Deinde autem poſt ipſam mala eſt gubernatio paucorum, tranſgreditur enim ab optimatu quæ optima eſt poſt regnum. Ergo ipſa peſſima eſt poſt tyrannidem. Minus autem mala, & magis commenſurata inter tranſgreſſas eſt popularis, quia tranſgreditur a politia, quæ minus recte eſt inter rectas, ergo iſta eſt minime mala inter tranſgreſſas, quod enim a minus bono tranſgreditur, neceſſe eſt eſſe minus malum. Deinde cum dicit.
l ¶ Tangit defectum Platonis circa prædicta dicens, quòd quidam priorum philoſophantium, ſcilicet Plato de iſtis pronũciauit, non tamen in idem ferens intentionem nobiſcum. Ipſe enim iudicauit omnes politias bonas eſſe, ſicut regnũ & paucorũ & alias. ſed popularem dixit eſſe peſſimã, reſpectu rectarũ ſimpliciter. Dixit tamen eſſe optimam reſpectu earum, quæ inordinatæ ſunt. Nos autem econtrario dicimus, has tres politias totaliter tranſ- F greſſas eſſe, popularem ſcilicet & paucorum, & tyrannidem, & quòd non conuenienter dicitur gubernationem paucorum vnã meliorem alia, quæ enim rationem boni non habent omnino, non ſunt comparabilia ſecundum bonitatem, ſed verius poteſt dici vnam eſſe minus prauam alia, quę enim praua ſunt contingunt comparari vnum alii ſecũdum prauitatem, ſed quia iudicium de talibus non multum facit ad propoſitum, dimittatur ad præſens. Deinde cum dicit.
m ¶ Dat ordinẽ cõſiderandi de iſtis. Et primo quantum ad ea, quę conſideranda ſunt in Quarto. Deinde cum dicit.
n ¶ Quantum ad quædam quæ conſideranda ſunt conſequenter. Dicit igitur primo, quòd poſt prędicta primo eſt conſiderandum a nobis quot ſunt differentiæ politiarum dictarum prius, puta popularis & paucorũ & optimatũ, ſi ita ſit quòd ſint plures ſpecies ipſarum. Poſtea conſiderabimus quæ politia ſit communiſſima quãtum ad omnes conditiones multitudinis, & quæ maxime eligibilis in ordine ad finẽ poſt optimas politias, q̃ ſũt regnũ & optimatum ſimplr. Et iterũ ſi cõtingit eẽ aliquã ſpeciẽ optimatũ ꝑter ſimplicẽ, q̃ ſit bene mãſiua, & cõueniẽs multis ciuitatibꝰ, q̃ ſit illa. Poſt hæc vero cõſiderãdũ erit, q̃ vel qualis, qbꝰ vel qualibus ſit magis eligibilis, & magis cõgruẽs. Poſſibile.n. eſt ꝙ qbuſdã magis congruat popularis q̃ paucorũ. Quibuſdã autẽ magis iſta quàm illa. Deinde cum dicit.
o ¶ Dat ordinẽ cõſiderãdi quãtũ ad cõſiderãda cõſequẽter, dicẽs ꝙ deinde poſt determinationẽ dictorũ cõſiderãdum erit, qũo inſtituendæ ſint a prĩcipio hmõi politiæ, & ex qbus, puta qũo inſtituẽdæ ſunt, & ex qbus Reſp. popularis & paucorum ſ̃m oẽs ſpẽs earũ; & qũo optima ſit inſtituẽda. Deĩde aũt poſterius ſ̃m intẽtionẽ, q̃uis prius ſ̃m executionẽ, puta in Libro ſequenti conſiderandũ eſt quæ ſunt principia corruptiua & ſaluatiua huiuſmodi politiarum & in vniuerſali, & ſecundũ vnamquamque aliarum, & quæ ſunt cauſæ propter quas maxime natę

k Manifeſtum quidem igitur & harum tranſgreſsionũ quæ peſſima, & ſecunda quæ, neceſſe.n. eam quidem quę primæ & diuiniſsimæ tranſgreſsionem, eſſe peſsimã: regnum autem neceſſarium, aut nomen ſolum habere non exiſtens aut propter multã excelletiam regis eſſe, & tyrãnidem, peſsimam exiſtentem plurimum, diſtare à politia, ſecundo autem, Oligarchiam, Ariſtocratia enim, diſtat multum ab hac politia. Menſuratiſsimam autẽ, Democratiam.

G Iam quidem igitur pronũciauit, & quidam priorum ſic non tamen in idem nobis aſpiciens Ille quidem iudicauit omnibus quidem exiſtentibus Epijceis, puta Oligarchia bona, & alijs, pe ſsimam Democratiam, prauarum autẽ, optimam. Nos autem totaliter has vitiatas eſſe dicimus. & meliorem quidem Oligarchiam, aliam alia, non bene habet dicere, minus autem prauam, ſed de tali quidem iudicio dimittatur nunc.

H m Nobis autẽ primo diuidẽdũ eſt, quot ſunt differẽtię politiarum, ſiquidem ſunt ſpecies plures Democratię & Oligarchiæ.

I n Deinde quæ cõmuniſsima & quę eligibiliſsima poſt optimã politiã, & vtiq; ſiqua alia contigerit Ariſtocratia & conſiſtens bene, ſed pluribus congruens ciuitatibus quæ ſit.

o Deinde & aliarum, quę quibus eligibilis. Forte.n. ijs quidẽ neceſſaria Democratia, magis quàm Oligarchia, ijs autẽ hæc, magis quàm illa. Poſt hoc autẽ quomodo oportet inſtituere volentẽ has politias, dico autẽ Democratias ſecundũ vnamquãq; ſpeciem, & iterũ Oligarchias: tãdem autem poſt hęc omnia quã do fecerimus breuiter, contingentem memoriam, tentãdum ſuperuenire quæ corruptiones, & quę ſaluationes politiarũ, & cõmuniter & ſigillatim vniuſcuiuſque, & propter quas cauſas hæc maxime fieri nata ſunt. }

*Patet igitur harum tranſgreſſionum quæ deterrima ſit, quæ ue ſecunda. Neceſſe eſt enim primæ & diuiniſſimæ tranſgreſſionem eſſe deterrimam. Regiam quippe gubernationem neceſſe eſt, aut nomen habere ſolum, cum non ſit, aut propter magnam illius, qui regit excellentiam eſſe. Ex quo ſit tyrannidem deterrimam exiſtere, ac plurimum a recta ſpecie gubernandi abeſſe. Secundo autem loco paucorum potentiam. Nam optimorum gubernatio multum ab hac ſpecie diſtat. Maxime uero mediocrem eſſe popularem ſtatum.*

*Fuit & prius quidam qui iſto modo tradidit, non tamen in idem aſpiciens nobiſcum. Ille enim exiſtimabat ſpecierum omnium, quæ recte ceu paucorum potentiæ ſane eßent, & aliarum, deterrimam eſſe popularem. Improbarum vero, optimam. Nos autem eas quæ tranſgrediuntur aberrare omnes dicimus, nec paucorum potentia quòd melior ſit altera quàm altera, recte dicitur, ſed quòd minus improba. Verum de his nunc diſcutere omittamus.*

*Eſt autem nobis primo diſtinguendum, quot ſint differentiæ Rerumpu. Siquidem plures ſunt ſpecies popularis gubernationis, ac paucorum.*

*Deinde quæ communiſſima, & optabiliſſima ſit poſt optimam Rempublicam. Et ſiqua contingit, alia ad optimatum naturam declinans, recte conſtituta, & quàmplurimis congruens ciuitatibus quæ nam iſta ſit.*

*Deinde aliarum quæ a quibus expetenda. Forſan enim quibuſdam neceſſaria eſt popularis gubernatio magis quàm paucorum potentia. Quibuſdã vero hæc magis quàm illa. Deinde* K *quemadmodum diſpoſitum eſſe conueniat illum, qui velit has gubernationes recipere. Dico autem popularem ſecundum ſingulas ſpecies, ac rurſus paucorum potentiam. Tandem vero omnium iſtarum cum facta fuerit breuiter mentio, conandum erit referre quæ nam labes, & quæ conſeruationes ſint, & communiter omnium, & particulariter vnuſquiſque, & per quas cauſas illas maxime euenire contingat.*



me natæ ſunt corrumpi & ſaluari. Eſt tamen intelligendum ꝙ prius conſiderat de corrumpentibus & ſaluantibus eas, puta in Quinto iſtius, poſterius & deinceps de inſtitutione earum, quamuis prius eſſet in intentione de inſtitutione, quàm de ſaluatione & corruptione.

A opulenti, quidã pauperes, paucã aut nullã habentes ſubſtãtiam, quidam medij. Iterũ, diuitũ & ægenorũ quidam habent exercitum armorum, quidam non habent. Deinde cum dicit.
c ¶ Subdiuit partes ciuitatis, & primo ſubdiuidit ægenos. Secũdo diuites, ibi. {Et in ſignium &c.} Tertio ſubdiuidit medios, ibi {Adhuc cum &c.} In prima dicit, quòd ægenorum multi ſunt modi, quidam enim ſunt agricultores q verſantur circa culturam agrorũ, alij ſunt qui vacant circa commutationes venaliũ rerum, alij ſunt dediti ſordidis miniſterijs qui faciendo opera ſua maculãt corpus, ſicut ſunt mercenarij, & illorum ſunt multi modi, quidam coriarij, quidam pellium curatores & huiuſmodi. Deinde cũ dicit.
d ¶ Subdiuidit opulentos, & dicit, quòd modi opulentorum ſunt ſecũdum diuerſitatẽ diuitiarum & exceſſum earum, quidam enim ſunt diuites eo quòd uacant circa nutritionem equorum & aliorum animaliũ, tales enim non eſt difficile fieri diuites: illud.n. munus non poſſunt ferre niſi diuites, & ideo antiquitus in illis ciuitatibus quarũ potentia erat in equis & animalibus, erat politia paucorũ, iſti enim vtebantur eqs quos nutriebant contra aduerſarios ſicut contra vicinos, ſicut quidã dicti Eretrienſes & Chalcidẽſes & Magneſij, qui ſunt ſuper Męaandro, & aliæ plures ciuitates Aſiæ. Deĩde cũ dicit.
e ¶ Subdiuidit medios, & dicit, quòd pręter differẽtias iſtorum diuitum ſunt aliæ differentiæ mediorum, quorum quidam excedunt ſecundum genus & nobilitatem, alij excedunt ſecundum virtutem. Similiter ſi aliud aliquid ſit tale quod ſit neceſſarium & vtile ciuitati, & dicit pars ciuitatis, & hoc dictum fuit, vbi dicebatur de ſtatu optimatum. Ibi enim dictũ fuit, ex quot partibus neceſſarijs eſt quælibet ciuitas, puta in Secundo huius, vbi poſuit politiam Platonis, quam forte dixit eſſe optimatum. Ibi enim numerauit partes ciuitatis, vel forte ĩ Tractatu ſeparato, vbi de Republica optimatum dixit. Deinde cum dicit.
f ¶ Declarat quam habitudinem habent iſtæ partes ad politiã, & dicit quòd iſtarum partium aliquando omnes attingũt ad politiã, ſicut in populari, in qua populꝰ dominatur, oẽs attingũt ad eã etiam infimi. Aliquando pauci, ſicut in paucorũ ſtatu, in qua diuites principantur. Aliquando plures, ſicut in ſtatu optimatum, in qua principantur plures virtuoſi. Deinde cum dicit.

LECTIO II.

POſtquam Philoſophus declarauit de quibus conſiderat ſcientia iſta, & quæ ſunt dicta, & quæ dicenda, & ſecundum quem ordinem. In parte iſta proſequit, & diuiditur in partes duas, quia primo facit quod dictũ eſt. Secundo determinat de quibuſdam partibus principalibus politiæ, ibi. {Quæ autẽ ſit &c.} Prima ĩ duas In prima diſtinguit politias. In ſecunda proſequitur de illis, de quibus non eſt dictum prius, ibi. {Reliquum aũt eſt &c.} Adhuc prima ĩ duas. In prima oſtendit eſſe plures politias. In ſecũda diſtinguit ſpecies ipſarum magis ĩ ſpeciali, ibi. {Quod autem &c.} Prima in duas, ſecũdum quòd primo probat politias eſſe plures, & quot ſunt aliquo modo. Secundo, ꝙ ſunt plures dictis, cum dicit. {Quòd autem & plures.} Adhuc prima in duas. In prima dicit, quòd ſunt plures. In ſecunda quot ſunt, ib. {Maxime autem &c.} Adhuc prima in duas. Primo pręmittit cauſam, ꝓpter quam ſunt plures. Secundo manifeſtat, ibi {Primo quidẽ enim &c.} In prima dicit, ꝙ cauſa quare politiæ ſunt plures eſt, quia cuiuslibet ciuitatis plures ſunt partes differentes ſecundũ rationẽ, & quãuis diſtinctio formæ non ſit propter diſtinctionẽ materiæ, tñ ad diſtinctionẽ materiæ ſequitur diſtinctio formæ. Deinde cum dicit.
b ¶ Propoſitam cauſam manifeſtat, & primo oſtẽdit quę ſunt partes ciuitatis, & quam habent habitudinem ad politiam. In ſecunda ex hoc concludit, quòd ſunt plures politiæ ſubinducens cauſam ex dictis propter quam ſunt plures politię, ibi. {Manifeſtum igitur &c.} Prima in duas. Primo diſtinguit partes ciuitatis. Secundo oſtendit quam habitudinẽ habent ad politiam, ibi. {Harum enim &c.} Adhuc prima in duas. Primo diſtinguit partes ciuitatis. Secundo ſubdiuidit, ibi. {Et hunc quidẽ &c.} In prima dicit, ꝙ manifeſtum eſt, ꝙ primo ciuitas componatur ex domibus, & ideo quæcumq; ſunt partes domus ſunt partes ciuitatis radicaliter. Itẽ in multitudine ciuitatis, quidã ſunt diuites &

LECTIO II.

EIus quidẽ igitur quòd eſſe plures politias cauſa, quia omnis ciuitatis ſunt partes plures numero,

b Primo quidem enim ex domibus compoſitis, videmus omnes B ciuitates: deinde rurſus huiꝰ multitudinis, hos quidem opulentos, neceſſarium eſſe, hos autem egenos, alios autem medios: & opulẽtorum autem & egenorũ hic quidem arma exercens, hic autem ſiue armis.

c Et hunc quidem populum videmus, agricultores eſſe, hunc autem circa forum occupatos, hunc autem banauſum.

C d Et inſignium ſunt differentiæ & ſecundum diuitias & magnitudines ſubſtantiæ: puta ſecũdũ nutritiones equorum, hoc enim non facile nõ diuites facere propter quod quidẽ in antiquis tẽporibus, quibuſcunque ciuitatibus, in equis potentia erat. Oligarchiæ apud iſtos erãt, vtebanẽ autem ad bella equis ad vicinos velut Eretrij, & Chalcidij, & Magnetes, qui ſub Meandro, & aliorum multi circa Aſiam.

D e Adhuc cum ijs qui penes diuites, differentijs ſunt, hęc quidẽ ſecundum genus hæc autem ſecundum virtutem, & ſiquid vtique tale alterum dictum eſt eſſe ciuitatis pars, in ijs q̃ circa Ariſtocratiam, ibi enim diuiſimus ex quot partibus neceſſarijs eſt omnis ciuitas.

E f Harum enim partium aliquando quidem omnes participant politia, aliquando autem pauciores, aliquando autem plures.

LECTIO II.

*VT igitur ſint plures Rerumpublicarum ſpecies, illa eſt cauſa, quòd cuiuſque ciuitatis partes ſunt plures.*

*Videmus enim primo ex domibus conſtare ciuitatem, deinde rurſus ex hac multitudine, alios eſſe diuites, alios pauperes, alios medios, diuitumque & pauperum partem eße bellicam, partem imbellem.*

*Et rurſus ex plebe partem agrorum culturæ eße deditam uidemus, partem mercaturæ, partem opificiis & ſordidis miniſteriis.*

*Nobilitatis quoque differentiæ ſunt ſecundum opulentiam & magnitudinem cenſus. Sunt enim alii equites, quod munus nemo faciliter ſupportare poteſt, niſi ſit diues. Itaque antiquis temporibus, quæcumque ciuitates equeſtri potentia excellebant, in his paucorum potentia gubernabat. Aequitatu autem bella contra finitimos exercebant, ceu Eretrienſes, & Chalcidenſes, & Magneſii, qui ſunt ſuper Mæandro, & aliæ plures Aſiaticarum ciuitatum.*

*Præterea ſunt aliæ, quàm iuxta diuitias nobilium differentiæ, quoſdam enim genus, quoſdam uirtus extollit. Et ſiquid aliud tale ciuitatis partem eſſe dictum eſt, vbi de optimatibus tractauimus, ibi namque diſtinximus quot ex partibus neceſſariis omnis conſtat ciuitas.*

*Et hæ quidem partes, quandoque concurrunt omnes ad Rempublicam gubernandam, quandoque pauciores, quandoque plures.*

Lectio, ſeq.

g ¶ Concludit cauſam propter quam ſunt plures politiæ, & videtur concludere duas cauſas, & dicit quòd manifeſtum eſt, ꝙ neceſſe eſt eſſe plures politias differentes adinuicem ſecundum ſpeciem, quia diſtinctio politiarum ſecundum ſpeciem, eſt ſecũdum diſtinctionem partium principalium, quamuis enim diuerſitas ſecundum ſpeciem non ſit propter diuerſitatem partiũ materialium, tamen ad diuerſitatem partium materialium ſequitur diuerſitas formæ, ſed partium ciuitatis quædã differunt ſpecie adinuicẽ, etiã pertinẽtiũ ad ſpeciẽ, plures igitur erũt politiæ. Et eſt intelligẽdũ ad euidentiam dicti, quòd ſicut partiũ animalis quædã ſunt, quę non pertinẽt ad ſpeciem, ſicut hęc caro, hæc oſſa, quædam quæ pertinent ad ipſam, ſicut caro, & oſſa abſolute. Et ſicut ſunt quædam, quæ non attingunt ad formam rei, ſicut pili & vngues, quędam quę attingũt ſicut cor & hepar. Et ſecundum diſtinctionem illorũ ſecũdum ſpeciem diuerſificantur animalia ſecundum ſpeciẽ, non autem ſecundũ primarum diſtinctionem, quæ non attingunt ad formam, nec pertinẽt ad ſpeciem. ſic ciuitatis ſunt q̃dam partes, quæ non attingunt ad ciuilitatẽ, nec pertinent ad formam eius. Aliæ ſunt partes principales ipſius, & ſecundũ diſtinctionẽ iſtarũ diſtinguuntur politiæ, cuiuſmodi ſunt illæ ſecundum quas diſtinguuntur principatus. Aliam cauſam tangit & dicit, quòd politia eſt ordo principatuum, ergo ſecũdum diſtinctionem principatuum, eſt diſtinctio politiarum. ſed diſtinctio principatuum eſt ſecundũ diſtinctionem huiuſmodi partium, in q-buſdã enim politijs principat⁹ diſtribuũtur ſecundum potentiam eorum qui poſſunt attingere ad prĩcipatum, in alijs ſecundum æqualitatẽ quandam, ſicut diuites ꝓpter exceſſum diuitiarum, & egeni principãtur propter libertatẽ, in alijs plures propter virtutẽ, & iſti ſunt medij inter iſtos, quare manifeſtum eſt, cum iſtæ partes ſint plures differentes ſpecie, quòd erunt plures politię differentes ſecundum ſpeciem, & tot erunt politiæ, quot ſunt gradus ſecundum exceſſum aliquem, Deinde cum dicit.

g Manifeſtum igitur quòd plures neceſſarium eſt eſſe politias ſpecie differẽtes ab inuicem, etenim hę partes differũt ſpecie a ſeipſis Politia quidẽ.n.principatuũ ordo eſt, hunc autẽ diſtribuunt omnes vel ſecundum potentiã participãtium, vel ſecundum quandam ipſorum communem æqualitatem, dico autem, puta egenorum vel opulentorum, vel communem quandã ambarum. Neceſſariũ ergo politias eſſe tot, quot q̃dẽ ordines ſecundum excellentiam ſunt, & ſecundum differẽtias partium.

*Patet igitur, quòd neceſſe eſt plures Reſpublicas eſſe inter ſe differẽtes ſpecie, nam & hæ partes earum inter ſe ſpecie differunt, Reſpublicæ eſt inſtitutio gubernatorum, hanc vero diſtribuunt omnes, uel ſecundum potentiam eorum, qui participes ſunt, vel ſecundum aliquam æquitatem commu-* G *nem. Dico autem, veluti tenuiorum, & opulentorum, vel communem aliquam amborum. Neceſſarium eſt ergo Reſpublicas tot eſſe, quot ſunt inſtitutiones circa earum ſupereminẽtias, ſecundum differentiam partium.*

h Maxime autem videntur eſſe duæ, quemadmodum de ventis dicitur ij quidẽ, Auſtrales, ij quidem Boreales, reliqui autem horum prætergreſsiones, ſic & politiarũ duæ, populus & Oligarchia, Ariſtocratiam enim ponũt ſpeciem Oligarchiæ tamquã exiſtentem quandam Oligarchiã, & eam quæ vocatur politia Democratia, ſicut in ventis Zephyrum quidem Boreę, Auſtria autem Eurum, ſimiliter autem habet & circa Harmonias vt aiunt quidam, etenim ibi ponũt duas ſpecies Doricam & Phrygiam, alias autem coordinatiões has quidem doricas, has autẽ phrygias vocant.

*Maxime uero duæ videntur eſſe, quemadmodum de uentis dici ſolet, alios quidem eſſe Boreales, alios Au-* H *ſtrales, cæteros autem ventos horum eſſe exceſſus. Sic etiam Reſpublicas duas eſſe, popularem, ſcilicet & paucorum potentiam, nam optimates ſpeciem eſſe paucorum potentium poſuere, & eam, quæ uocatur Reſpublica dicebant eſſe popularem, quemadmodum de uentis. Zephyrum quidem Borealem, Eurum autem Auſtralem. Eodemque modo in harmoniis, vt quidam tradunt, nam & in illis poſuerunt duas ſpecies, vnam doricam, alteram phrygiam, cæteras vero omnes, vel ad doricam, vel ad phry-* I *giam referri.*

i Maxime quidẽ igitur cõſueuerũt ita exiſtimare de politijs, verius autẽ & melius, vt nos diuiſimus duarũ, aut vnius exiſtẽtis bene inſtitutæ, alias eſſe tranſgreſsiones, has quidem bene contemperatæ harmoniæ, has autem optimæ politiæ, Oligarchias quidem eas quæ duriores & magis deſpoticæ, remiſſas autem & molles, demoticas.

*Maxime quidem igitur conſueuerunt de Rebuſpublicis ſic exiſtimare, ſed certe uerius ac melius eſt, ut nos diuiſimus, duarum, uel unius recte conſtitutæ, cæteras eſſe tranſgreſſiones, ut rectæ harmoniæ, ſic etiam optimæ Reipublicæ ad paucorum quidem potentiam inclinant, quæ duriores ſunt ac magis uiolentæ, quæ uero* K *remiſſæ & molles, ad popularem ſtatum.*

k Non oportet aũt poni Democratiã ſicut conſueuerunt quidã nunc ſimpliciter ita, vbi dominãs multitudo: etenim in Oligarchijs & vbiq; amplior pars dominãs, neq; Oligarchiam vbi dñi politiæ pauci, ſi.n eſſent qui oẽs mille & trecẽti & horũ ipſi mille diuites, & nõ traderent de principatu ipſis trecentis & pau-

*Neque uero popularis ita ſimpliciter ponenda eſt, ut quidam ponunt, ubi multitudo dominatur, nam & in paucorum potentiis, & ubi maior pars præualet. Etenim ſi eſſent uniuerſi mille treccnti, & horum mille forent opulenti, neque partem gubernationis darent trecentis illis pauperibus ingenuis, ac in cæteris paribus, nemo certe diceret hanc eſſe po-*

h ¶ Oſtendit quot ſunt politiæ, & primo facit hoc. Secundo remouet errorem quorundam, ibi. {Non oportet autem &c.} Prima in duas. In prima dicit quot ſunt ſecundum opinionem aliorũ. In ſecũda quot ſecundum opinionẽ ſuam, ibi. {Maxime quidem &c.} In prima dicit, quòd ſecundum intentionem aliorum, duæ videtur maxime eſſe politiæ, ſicut duo ſunt venti principales, ſcilicet Auſtralis & Borealis & quòd alij omnes ſunt prætergreſſiones iſtorum duorũ, & quòd ab eis deficiẽtes reducuntur ad ipſos, vna eſt paucorũ, alia popularis. Optimatum autem dicũt eſſe ſub paucorum & reduci ad eam, & politiam dicunt eſſe popularem quandam, ſicut accidit in ventis, ad illos eñ duos omnes alios reducunt, ſicut Zephyrũ ad Boream, Eurum autem ad Auſtrum. Eodem modo accidit in proportionibus muſicalibus: Sunt enim duæ harmoniæ principales, quibus omnes aliæ coordinantur, ſcilicet dorica & phrygia. Dorica dicitur harmonia primi toni. Phrygia vero tertij. Et iſtis alias coordinant, quaſdam reducẽtes ad doricam, quaſdam ad phrygiã. Similiter in propoſito, duas poſuerunt principales, ſcilicet popularem & paucorum, & iſtis duabus alias coordinauerũt. Deinde cum dicit.

i ¶ Declarat quot ſunt ſecundum ſuam opinionem, & dicit, quòd antiqui ſic conſueuerunt diuidere politias, melius tamen eſt, quòd diuidamus eas ſecundum quòd ſuperius dictum fuit, ſcilicet, quòd quædam ſunt politiæ rectæ, quædã quæ ſunt trãſgreſſiones, ita ꝙ vnius politiæ bene ordinatæ vel duarum, aliæ ſunt tranſgreſſiones, puta quædam tranſgreſſiones ſunt bene cõmẽſuratæ, ſicut eſt illa, quæ cõi nomine nominatur Reſpublica Aliæ vero ſicut tranſgreſſiones. Deinde cum dicit.

k ¶ Remouet errorem quendã circa diſtinctionẽ ſtatus paucorum & popularium, & primo probat, quòd non diſtinguuntur ſicut ipſi poſuerunt eos diſtingui proponendo intentum ſuum. Secundo oſtendit qualiter diſtinguuntur, ibi. {Magis igitur.} In prima dicit, quòd non oportet, quòd determinetur ſtatus popularis ſicut quidam conſueuerunt ponere, & determinare ipſum ſimpliciter, ita quòd ſtatus popularis ſit politia, in qua multitudo principatur, quia contingit, quòd in ſtatu paucorũ, multi diuites dominentur, & tamen tunc non erit ſtatus popularis. Non ergo debet ſtatus popularis determinari ꝑ hoc, quòd multi prĩcipentur, nec paucorum debet determinari per hoc, quòd pauci dominentur, quoniam ſi eſſent in aliqua ciuitate mille trecenti, & mille eſſent diuites & principarentur aliis trecentis pauperibus, & liberis exiſtentibus, & non concederent eis aliquid de principatu, ſed tantum ſubiicerentur eis, nullus diceret eos principari principatu populari, & tamen multitudo dominaretur. Nõ ergo per hoc determinatẽ popularis ſtatus, quia multi principantur. Similiter ſi illi trecenti pauperes, & pauci reſpectu aliorum exiſtentes eſſent meliores diuitibus & principarentur, diuites autem nõ principarentur, ſed ſubiicerentur illis, talem politiam nullus diceret ſtatũ paucorum, & tamen pauci ſunt principantes. Quare manifeſtum eſt, quòd ſtatus paucorum non debet determinari per hoc quòd pauci dominentur. Deinde cum dicit.



peribus liberis exiſtentibus, & quãtum ad alia ſimilib⁹, nullus vtique diceret democratizare iſtos. Similiter autem & ſi pauperes quidem pauci eſſent, valẽtiores autem diuitibus pluribus exiſtentibus, nullus vtique Oligarchiam appellaret, neq; talẽ, ſi aliis exiſtentibus diuitibus nõ attineret honorem. B

*pularem. Eodemque modo, ſi pauci quidem inopes in ciuitate plus poſſent quàm multi & opulenti, nec honores illis impartirentur, nemo utique diceret hanc eſſe ſpeciem, quæ appellatur paucorum potentium.*

l Magis igitur dicendum quòd demos quidẽ eſt quando liberi fuerint domini, Oligarchia aũt quando diuites: ſed accidit hos quidem plures eſſe, hos autem paucos: liberi quidem enim multi, diuites autem pauci, etenim vtique ſi ſecundum magnitudinem diſtribuetur.

*Potius itaque dicendum fuerit, popularem quidem eſſe, cum penes ingenuos homines eſt gubernatio. Paucorum autem potentiam, cum penes opulentos, ſed contingit, ut alteri multi ſint, alteri pauci, plerique enim ingenui ſunt, rari uero diuites.*

m Principat⁹, ſicut in Ethiopia aiunt quidam vel ſecundum pulchritudinem. Oligarchia utique eſſet: pauca enim multitudo & pulchrorum & magnorum. C

*Etenim ſi magiſtratus honoreſque publici ſecundum dignitatem diſtribuerentur, ut in Aethiopia quidam tradunt fieri, uel ſecundum pulchritudinem paucorum eſſet gubernatio, cum parua ſit multitudo magnorum & formoſorum.*

n Sed neq; ijs ſolũ ſufficienter habet d̃terminare politias has. Sed quoniã partes plures & populi, & Oligarchiæ ſunt, adhuc diſtinguendum, tanquam neq; ſi liberi pauci exiſtẽtes pluribus & non liberis principentur, de- D mos, velut in Apollonia quæ in Ionio & in Thera. In vtraque n. harum ciuitatum in honoribus erant qui differebant ſecundum ingenuitatem & primi optinentes vicinias pauci exiſtẽtes multorum, neque vtique diuites propter excedere ſecundum multitudinem demos, velut in Colophone, antiquitus ibi non poſſidebant magnam ſubſtantiam qui plures antequã fieret bellũ aduerſus lydos; ſed eſt Demo- E cratia quidem, quando liberi & egeni plures exiſtentes dñi fuerint, principantur. Oligarchia autem quãdo diuites & nobiliores, pauci exiſtẽtes. Quòd quidem igitur politiæ ſunt plures, & propter quã cauſam, dictũ eſt.

*Verumtamen, his ſolum non ſat eſt Reſpub. iſtas determinaſſe, ſed cum plures ſint partes & multitudinis & paucorum potentium, adhuc reſumẽdum eſt, ut neque ingenui pauci exiſtentes pluribus, neque multitudo ingenuis dominetur, ut in Apollonia quæ eſt in Ionio, & in Thera. In utraque enim iſtarum urbium, honores, dignitateſque erant illorum, qui nobilitate præſtabant, & qui primi in eas Colonias uenerant, qui erant pauci, non autem diuitum, licet multitudine ſuperaret populus, ut in Colophone antiquitus. Ibi enim poſſidebat magna patrimonia multitudo antequam bellum gereret aduerſus Lydos. Sed eſt multitudinis quidem gubernatio, quando ingenui homines & inopes multi exiſtentes gubernant Rempu. Paucorum uero potentium quando opulenti & nobiliores pauci exiſtentes, gubernant. Quòd igitur plures ſint Rerumpub. ſpecies, & quibus de cauſis, patet.*

l ¶ Declarat quomodo determinandæ ſunt Reſpu. paucorum & populares, & habet partes duas. In prima proponit, quòd per ſe determinantur libertate, & diuitiis, & per accidens multitudine & paucitate. In ſecunda probat, ibi. {Etenim vtique &c.} In prima dicit, quòd magis dicendum, quòd ſtatus popularis ſit, quando liberi exiſtẽtes principantur, paucorum, quando diuites. Sed accidit liberos eſſe plures, diuites vero paucos, & ideo per accidens determinantur paucitate & multitudine. Deinde cum dicit.

m ¶ Probat iſtud, quod dictum eſt, & primo probat, ꝙ multitudine & paucitate per ſe non diſtinguuntur nec determinantur. Secundo, quòd ſolum determinantur per ſe per diuitias & paupertatem, ſed oportet adiungere multum & paucum, licet per accidens, ibi. {Sed neque iis.} In prima dicit ita, dictum eſt, quòd paupertate & diuitiis per ſe determinantur popularis & paucorum, ſed per accidens multitudine & paucitate, quia ſi per ſe diſtribuerentur principatus ſecundum magnitudinem, ſicut dicunt quidam fieri in Aethiopia, vel ſecundum pulchritudinem, ita quòd ille qui eſſet maior & pulchrior principaretur, cum pauci ſint pulchri & magni, eſſet tunc paucorum, hoc autẽ falſum eſt. Status enim paucorũ tantum eſt cum diuites principãtur. Quare manifeſtum eſt, ꝙ per ſe non determinantur paucitate & multitudine. Deinde cum dicit.

n ¶ Declarat, quòd paucitate & multitudine diſtinguuntur, ſed per accidens, & quòd oportet iſta adiungere, & dicit, ꝙ ſtatus paucorum, & ſtatus popularis non ſufficienter habent terminari his differẽtiis ſolũ, ſcilicet paupertate & diuitiis, ſed cum ſint plures partes popularis & paucorum, oportet adiungere aliqua ad determinationem eorum, ſaltem per accidens, quoniam ſi pauci liberi exiſtentes principentur pluribus non liberis, non dicemus ꝙ ſit principatus popularis, ſicut accidit in Apollonia quæ eſt in Ionio & in Thera. In iſtis enim vrbibus principabantur excellentes ſecundum ingenuitatem, & pauci exiſtentes erant ad alios collati, & iam non erat ſtatus popularis. Similiter ſi multi ſecundum diuitias excedentes principarentur, non diceremus popularem, ſicut accidit antiquitus in quadam ciuitate quæ dicitur Colophon. In illa enim ciuitate erant plures diuites antequam fieret bellum inter ipſos & Lydos & principabantur, attamen non erat popularis, ſed ſic debet determinari popularis, vt dicatur, quòd ſtatus popularis eſt in qua plures exiſtentes liberi & pauperes principantur, & ſtatus paucorum eſt, quando diuites pauci exiſtentes vel nobiles dominantur & tunc concludit, ꝙ ſunt plures politiæ, dicens quòd manifeſtum eſt, ꝙ politici ſunt plures, & propter quam cauſam ſunt plures.

## LECTIO III.

Vód aũt & plures dictis & quæ, & propter quid dicimus, principium ſumentes dictũ prius. Cõfitemur .n. non vnam partem, ſed plures habere omnem ciuitatem.

b Sicut igitur ſi animalis vellem⁹ accipere ſpecies, primo quidem, vtiq; ſegregaremus qđ quidem neceſſarium habere omne aĩal, velut quidam ſenſitiuorum & quòd alimẽti elaboratiuũ & ſuſceptiuũ: puta os & vẽtrẽ. Adhuc aũt quibus mouetur partibus, vnũquodq; ipſorum. Si itaque, tot ſpecies ſolum aũt horũ eſſent differentię, dico aũt puta oris, quædam plura genera & uẽtris, & ſenſitiuorum. Adhuc aũt & motiuarũ partium numerus cõiugationis horum, ex neceſſitate faciet plura genera animalium. Non .n. poſſibile eſt idem animal habere plures oris differentias, ſimiliter aũt neq; auriũ. Quare qñ acceptæ fuerint horũ oẽs contingentes cõbinationes faciet ſpecies aĩalis & tot ſpẽs animalis quot quidẽ cõiugationes, neceſſariarũ partiũ ſunt.

c Eodem autẽ modo & dictarũ politiarũ: etenim ciuitates nõ ex vna ſed ex multis partibus cõponuntur, ſicut dictum eſt ſæpe.

d Vna quidem igitur eſt quæ circa alimentũ multitudo, quæ vocatur agricolæ, ſecunda autẽ quę vocatur banauſa: eſt autem

## *LECTIO III.*

*Vamobrem uero plures ſint quàm illæ quas diximus, et quæ nam iſtæ ſint, & propter quid, deinceps dicemus, principio inde prius aſſumpto, fatemur enim*
G *non unam partem, ſed plures omnem habere ciuitatem.*

*Vt igitur ſi animalis uellemus ſpecies capere, primo ſegregaremus id quod neceſſarium ſit animal omne habere, ceu quoddam ſenſus inſtrumentum, & quód cibum conficiat, atque receptet, puta os, & uentrem, & præterea illas, quibus mouentur partes: ſi itaque tot ſpecies ſolum, harum uero differentiæ forent. Dico autem ceu oris genera plura, & uentris, & ſenſuum*
H *inſtrumentorum, & præterea earum quibus mouentur partium, harum coniugationis numerus neceſſario efficiet plura genera animalium. Non enim fieri poteſt, ut idem animal habeat plures differentias oris, ſic etiam neque aurium. Itaque quando ſuſceptæ ſint omnes combinationes iſtorum, facient ſpecies animalis, & tot quidem ſpecies, quot coniugationes ſunt partium neceſſariarum.*

I *Eodem modo de Rebuſpublicis, ciuitates enim non ſolum ex una, ſed ex multis partibus conſtant, ut ſepius dictum eſt.*

*Vna quidem pars eſt circa alimenta multitudo, quos agricolas dicimus. Altera uero pars circa miniſteria, ceu artifices, ſine quibus ciuitas habitari*

## LECTIO III.

Oſtquàm Philoſophus declarauit, ꝙ plures ſunt politiæ & propter quam cauſam & quot ſunt aliquo modo, in parte iſta declarat, ꝙ ſunt plures politię q̃ quæ dictę ſunt, & oſtendit hoc quaſi ex virtute cuiuſdam medii per qđ oſtendebat prius, ꝙ ſunt plures, & diuiditur in duas. In prima oſtendit, ꝙ ſunt plures q̃ quæ dictæ ſunt. In ſecunda oſtendit quæ ſunt principales inter illas ſecundum alios, ibi. { Alias quidem. } Adhuc prima in duas. In prima p̃mittit intentum ſuũ proponendo principium ad probandum hoc. In ſecunda proſequitur, ibi. { Sicut igitur. } In prima dicit ſic, dictum eſt, ꝙ ſunt plures politiæ, quædam enim ſunt rectę & iſtæ ſunt tres regnum, optimatum ſtatus, & Reſpub. Et ſunt tres non rectæ, tyrannis, paucorum, & popularis, modo dicendum eſt, ꝙ ſunt plures politiæ q̃ quę dictæ ſunt, & quæ ſũt illæ & propter quam cauſã ſunt plures, accipiẽdo principium ad hoc probandũ qđ prius aſſumptũ fuit ad probandum, ꝙ eſſent plures ſcilicet, ꝙ omnis ciuitas plures partes habet & nõ vnam ſolum, ex iſto enim eodem probabitur, ꝙ ſint plures q̃ quæ dictæ ſunt. Deinde cum dicit.

b ¶ Probat accipiẽdo ſimile in his quæ ſunt ſecundum naturam, quia politia aſſimilatur eis. Eſt enim politia ſecundum rationem, ea autẽ quæ ſecundum rationem ſunt poſteriora his q̃ ſunt ſecundum naturam, & ortum habẽt ex illis, & ideo aſſumit ſimile in his ad probandum intentum ſuum, & habet partes duas. Primo aſſumit ſimile. Secundo adaptat ad propoſitum, ibi. { Eodem autem modo. } Circa primum intelligendum eſt, ꝙ ſicut dictum eſt prius, partium materialiũ, quædam ſunt quæ pertinent ad ſpeciem, quædam autem non. K Partes pertinentes ad ipſam ſunt ſine quibus ſpecies non poteſt eſſe, ſicut caro & os pertinent ad ſpeciẽ hominis, quia ſine his non poteſt eſſe homo. Partes materiales non pertinentes ad ſpeciem ſunt, ſine quibus ſpecies poteſt reperiri, ſicut iſta oſſa & iſtæ carnes non pertinent ad ſpeciem humanam, quia ſine iſtis poteſt eſſe homo. Secundum igitur diſtinctionem partium pertinentium ad ſpeciem diſtinguitur forma, quàmuis diſtinctio formæ non ſit propter diſtinctionem materiæ. De talibus vero partibus ſecũdum quarum diſtinctionem diſtinguuntur formæ & ſpecies, loquitur hic Philoſophus & dicit, ꝙ ſi aliquis velit accipere ſpecies animalis, oportet ꝙ diſtinguãtur partes materiales animalis, ſine quibus non poteſt eſſe forma animalis, non autem ſine quibus animal poteſt eſſe vt dicat, ꝙ partium animalis materialium, aliud eſt ſenſitiuũ, animal enim determinatur ſenſu, & ideo oportet eſſe vnam partem ſenſitiuam organicam: aliud nutritiuum, aliud digeſtiuum, & cum animal nutriatur, oportet ꝙ recipiat alimentum, & ꝙ digerat, iſta autem ſunt p
F diuerſas partes, quare animalis eſt quædam pars receptiua alimenti, ſicut os, alia digeſtiua ſicut venter. Tertiam non adiungit hic, quæ neceſſaria eſt, per quam ſcilicet emittit impurum & ſuperfluum, ſed in libro de morte & vita adiungit illam. Iterũ cum animal moueatur vel de loco ad locum, ſicut animalia, quæ mouentur motu progreſſionis vel motu dilatationis & cõſtrictionis, ſicut quædã imperfecta oportet, ꝙ habeat partes aliquas opportunas ad motum. Si ergo ſint tot partes animalis, & iſtarum partiũ ſint plura genera differẽtia ſecundum ſpeciẽ, ſicut ſunt plura genera oris & ventris quę differunt ſecundũ ſpeciem. Similiter & plura ſenſitiua differentia ſecundum ſpeciẽ, & plures partes opportunę ad motum, manifeſtum eſt, ꝙ ſecundum diſtinctionem iſtarum partiũ eſt diſtinctio ſpecierum animaliũ, quia non eſt poſſibile, ꝙ idem animal ſecũdũ ſpeciem habeat plures ventres differentes ſecundum ſpeciẽ & plures aures & plures differentias oris, quia ſi animal ſit vnius ſpeciei, oportet, ꝙ partes ſint vnius ſpeciei, quia per formã ipſius partes eius determinantur. Ergo illæ quæ terminãtur per formam vnã, ſunt vnius ſpeciei. Non ergo poſſibile ẽ vnius animalis eſſe plures differẽtias ſpecificas oris & ſic de aliis. Quare manifeſtum eſt, ꝙ ſi accipiãtur omnes combinationes quæ poſſibiles ſunt iſtarum partiũ animalium quæ differunt ſecundum ſpecies, ꝙ erunt diuerſæ ſpecies animalis, & tot, quot ſunt tales combinationes. Deinde cum dicit.

c ¶ Applicat ad propoſitum & intendit iſtam rationem, Secũdum diſtinctionem partium pertinentium ad ſpeciem diſtinguitur ſpecies: ſed plures ſunt partes pertinentes ad rationem politiæ, & plures q̃ quæ dictæ ſunt, ergo plures erunt politiæ, & plures q̃ quę dictæ ſunt. Circa iſtam rationem duo facit, primo applicando ſimile ad propoſitum ponit minorem. Secundo probat eam, ibi. { Vna quidem &c. } In prima dicit, ꝙ ſicut ſecundũ diſtinctionem partium animalis pertinentium ad ſpeciẽ eſt diſtinctio ſpecierum animalis, & plures ſunt ſpecies animalis cũ ſint plures tales partes, eodem modo ſunt plures politiæ, quia diuerſæ ſunt partes ciuitatis differentes ſecundum ſpeciem, nõ enim ciuitas ex vna parte cõponitur, ſed ex multis, ſicut frequẽter dictum eſt ſuperius. Deinde cum dicit.

d ¶ Probat, ꝙ ſunt plures partes ciuitatis. Sunt autem tres gradus in ea, infimus, medius, & ſupremus, & ſecundum hoc diuiditur in tres partes. In prima enumerat partes populi qui eſt in gradu infimo. Secundo enumerat partes medias, ibi. { Quintũ autem. } Tertio partes ſupremas, ibi. { Reliqua. } In prima dicit, bene dictũ eſt, ꝙ ſunt plures partes ciuitatis. Vna enim eſt multitudo quæ adminiſtratiua eſt alimenti, ſicut ſunt agricolæ, & iſta eſt prima pars & neceſſaria, alimentum enim neceſſarium eſt in



hæc quæ circa has artes ſine quibus ciuitatem ĩpoſſibile eſt habitari. Harũ aũt artiũ has quidẽ ex neceſſitate oportet exiſtere, has aũt ad delitias vel bene viuere. Tertia aũt q̃ circa forũ, dico aũt foralẽ quæ circa vẽditiones & ẽptiones & negociationes, & cãpſorias demoratᷣ Quarta aũt B quod mercenarium.

e Quintum autem genus quod propugnãs, quod ijs nihil minus neceſſariũ eſt exiſtere, ſi debeãt nõ ſeruire inuadẽtibus. Nihil .n. minus impoſſibiliũ quàm dignũ eſſe vocare ciuitatẽ natura ſeruam, per ſe ſufficiens .n. eſt ciuitas: quod autem ſeruũ, non per ſe ſufficiens.

f Propter quod quidã in politia leuiter hæc, non ſufficienter aũt C dictum eſt. Ait enim Socrates e quatuor neceſſariiſſimis cõponi ciuitatẽ, dicit autẽ hos textorẽ, agricolã, coriariũ, ędificatorẽ. Rurſum autẽ apponit tãquã nõ neceſſarijs ijs. Aerariũ & eos qui ſupra neceſſaria pecora. Adhuc aũt negotiatorẽ & cãpſorẽ, & hæc omnia fiũt complementum primæ ciuitatis, tãquã gratia neceſſariorũ omnis ciuitas ſit cõſtituta, ſed nõ boni qui magis ęqualibuſque indigeat ærarijs & agricolis.

g Partem autem propugnantẽ non prius attribuit antequam regione creſcente, ac tangente vicinos ad bellum inſtituantur.

h At vero & inter quatuor & quotcũq; cõmunicantes neceſſarium eſſe aliquid reddẽtem & iudicantẽ qđ iuſtũ: ſiquidẽ igiᷣ & aĩam ponat vtiq; quis magis partẽ animalis quàm corpus, & ciuitatum magis talia ponendũ quàm ea quæ ad neceſſariũ vſũ tendunt, ſcilicet, bellicum & qđ participat iuſtitia diſceptatiua.

*non poteſt. Harum uero artium aliæ ſunt neceſſariæ, aliæ ad delitias pertinent, & ad uitæ cultum. Tertia pars eſt forenſis multitudo, quæ circa emẽdum uendendumque, & circa mercaturam, & nummulariam uerſatur. Quarta pars mercenarii.*

*Quinta, propulſatores belli, quæ quidem pars non minus neceſſaria eſt ciuitati, quàm aliqua ſuperiorum, ſi uelint tueri libertatem. Impoſſibile eſt enim ut quæ ciuitas uocari mereatur, ſit natura ſerua. Per ſe enim ſufficiens ciuitas, ſeruus autem, non per ſe ſufficiens eſt.*

*Quapropter in libris de Repu. ornate quidem hoc, ſed non ſufficienter dictum eſt a Socrate. Inquit enim, ex quatuor maxime neceſſariis ciuitatem conſtare, hos autem eſſe textorem, agricolam, coriarium, ædificatorem. Rurſus uero adiungit quaſi illi non ſufficiant, fabrum ferrarium, & paſtorem, & inſuper negociatorem, & nummularium, & hæc omnia complent primam ciuitatem, quaſi uero ciuitas omnis neceſſariorum gratia ſit conſtituta, ac non magis gratia honeſti, & quaſi æque indigeat coriariis, D & agricolis.*

*Propulſatores autem belli non primam facit partem antequam aucta regione, ac uicinis contractis ad bellum deueniatur.*

*Atqui & in quatuor illis & in quotcumque communicantibus, neceſſarium eſt eſſe aliquem, qui ius dicat ac decernat. Siquidem ergo animã quis ponat animalis eſſe partẽ magis quàm corpus, & ciuitatum magis talia, po-* E *nendum eſt eſſe partes, quàm ea quæ pertinent ad neceſſarium uſum. Propulſatores belli uidelicet, ac iuſtitia. Iudiciariæ exhibitores,*

eſt in ciuitate, & ideo neceſſarii ſunt illi qui adminiſtrant ipſũ. Secunda pars ciuitatis quantum ad gradum inferiorem ſunt viles mercenarii, & dicuntur viles mercenarii qui in operibus ſuis maculant corpus, ſicut ſunt fullones, & coriarii, & alii huiuſmodi artifices, ſine quibus non poteſt ciuitas inhabitari, & iſtarum artium multa ſunt genera. Quædã enim eſt, quæ eſt ad neceſſitatẽ ciuitatis, ſicut textiua & coriaria, ſine enim iſtis non eſt ciuitas. Alia eſt propter delectationẽ, & bene viuerẽ, ſicut muſica, & quædam, quæ ordinantur ad ſuperfluas delectationes, ſicut muſica quædã, & quædam quæ nocuæ ſunt ciuitati, ſicut taxillaria & aleatiua. Tertia pars ciuitatis eſt forenſis, quæ eſt circa venditiones & emptiones & negociationes & nummularios. Quarta pars ciuitatis eſt mercenaria, & dicuntur mercenarii qui locãt opera ſua. Sic igitur ſunt quatuor partes ciuitatis quãtũ ad inferiorẽ gradũ ipſius. Deinde cum dicit.

e ¶ Enumerat partes medias ciuitatis, & dicuntur mediæ, quia medio modo ſe habẽt inter primum principans, & populum qui tenet inferiorem gradum, & diuiditur in partes quinque. In prima probat qđ propugnatiuũ ſit pars ciuitatis. In ſecũda, qđ iudicatiuũ, ibi. { At vero &c. } Et in tertia, qđ conſiliatiuum, ibi. { Adhuc autem quod conſiliatur, &c. } In quarta, ꝙ diuites, ibi. { Septima &c. } In quinta, qđ directiuum populi, ibi. { Octaua &c. } Prima iſtarum diuiditur in duas. In prima probat, ꝙ propugnatiuum ſit pars ciuitatis. Secundo remouet errorem quorumdam, ibi. { Quapropter &c. } In prima dicit, ꝙ quinta pars ciuitatis computando quatuor primas partes, & prima inter medias, eſt ꝙ ꝓpugnatiuum eſt pars quæ non eſt minus neceſſaria q̃ aliqua prædictarum, ſi non debeat ciuitas eſſe ſerua: manifeſtum enim eſt, & inconueniens & contra rationem ciuitatis ipſam eſſe naturaliter ſeruam. Et ratio huius eſt, quia ciuitas eſt per ſe ſufficiens, ſed illud quod ſeruum eſt, non eſt per ſe ſufficiens, quia omnes operationes eius ad alterum ordinantur. Illud autem cuius operationes ad alterum ſunt, non eſt per ſe ſufficiens, quare manifeſtum eſt, ꝙ ciuitas non debet eſſe ſerua. Sed ſi ciuitas non haberet pugnantes contra aduerſarios, ſubiugaretur aliis & eſſet ſerua. Quare manifeſtum eſt, ꝙ neceſſarium eſt in ciuitate, eſſe propugnatiuum. Deinde cum dicit.

A f ¶ Remouet errorem Platonis, & diuiditur in duas. In prima oſtendit, ꝙ inſufficienter dixit de partibus ciuitatis. Secundo tangit quod dixit Plato de propugnatiuo, ibi. { Partem autem propugnantem, &c. } In prima dicit, ita dictum eſt, ꝙ quatuor ſunt partes ciuitatis neceſſariæ circa gradum infimum ciuitatis. & eſt alia pars nõ minus neceſſaria quę dicitur propugnatiuũ: propter quod manifeſtum eſt, ꝙ quidã, ſicut Plato, leuiter, hoc eſt, ſine inquiſitione & non ſufficiẽter dixit de partibus ciuitatis. Dixit enim Socrates & vocat Platonem Socratem, q̃a Plato intitulauit politiam nomine Socratis magiſtri ſui, quòd quatuor ſunt partes valde neceſſariæ, & ſine quibus nõ poteſt eſſe ciuitas. Dixit autem illas partes eſſe, agricolam curantem de alimento, & manifeſtum eſt, ꝙ iſta eſt neceſſaria, quia ſine alimento non poteſt eſſe ciuitas: aliam dixit textorem & coriarium, ſine iſtis .n. non poteſt eſſe ſimiliter ciuitas, aliam dixit edificatorem, ciuitas enim ex domibus eſt, ideo oportet, ꝙ ſint edificatores in ciuitate. Iſtas quatuor poſuit neceſſarias ciuitati. Iterum poſuit alias, quas dixit non neceſſarias ſcilicet fabrum ferrarium, & dicitur ferrarius qui operatur ferro. Iterũ paſtores, qui curã habent de animalibus. Iterum negociatorẽ, & nummularium. Et iſtas dixit eſſe complementũ primæ ciuitatis. Vocabat autem primam ciuitatem vt eſt ex primis partibus compoſita. Sic autem poſuit, ac ſi ciuitas eſſet gratia ipſius viuere abſolute, & non propter bene viuere, ac ſi ciuitas tantum primo & per ſe ſit ex æqualibus, ſicut ſunt coriarii, & agricolæ, non autem eſt ita: non enim ciuitas eſt gratia ipſius viuere abſolute, ſed gratia ipſi⁹ bene viuere, & propter hoc multę aliæ partes ſunt neceſſariæ in ipſa quas ille non poſuit. Iterum ciuitas non tantũ indiget ęqualibus immo inæqualibus, & ideo dicendum eſt, ꝙ errauit. Deinde cum dicit.

g ¶ Tangit, quod dixit de propugnatione & dicit, ꝙ de propugnantibus ſimiliter non bene dixit, ꝙ in principio cum ciuitas ædificaretur, non fuerunt neceſſarii, ſed poſtea cum ciuitas augmentatur & extenditur ad fines, vel ad terminos alterius ciuitatis, ex quibus ſæpe cauſatur diſſenſio ad reprimendum violentiam aduerſariorum. Deinde cum dicit.

h ¶ Oſtendit, ꝙ iudicatiuum ſit pars ciuitatis, & dicit, ꝙ iterum inter quatuor partes, vel quot quot ponantur, neceſſarium eſt eſſe

i Adhuc autē quod cōſiliatur, quod quidē eſt intellectus politici opus, & hęc ſiue ſeparatim exiſtant aliquib⁹ ſiue eiſdē; nihil enim differt ad rationem: ditari & agros colere accidit eiſdem ſæpe. Quare ſiquidem & hæc & illa ſunt ponenda partes ciuitatis, manifeſtū ꝙ & qui ad arma G neceſſaria ciuitatis pars eſt.

k Septima autem quę ſubſtātijs miniſtrat, quam vocamus opulentos.

l Octaua aūt Demiurgica ſi populi inſtitutiua & quæ circa prīcipatus, adminiſtratiua: ſi quidem, ſine principatibus impoſsibile eſſe ciuitatem. Neceſſariū igitur eſſę aliquos potentes prīcipari & adminiſtrantes vel cō H tinue, vel ſecundum partem ciuitati, hac adminiſtratione.

m Reliqua aūt, de quibus determinauimus perfecte qđ conſiliabitur, & conuincat altercantibus de iuſtis: ſiquidem igitur hæc oportet fieri in ciuitatibus, & bene fieri, & iuſte, neceſſariū & aliquos politicorū eſſe principantes virtute.

n Alias quidē igitur potentias I videtur multis cōtingere exiſtere eiſdē. puta eoſdem eſſe propugnantes, & agricolas, & artifices, adhuc autem conſiliantes & iudicantes. Informātur autē & virtute oēs & plurimis principatibus, prīcipari putant poſſe: ſed pauperes eſſe & diuites eoſdem impoſsibile eſt. propter ꝙ hæ partes maxime eſſe vidētur ciuitatis diuites & egeni.

o Adhuc aūt propterea qđ vt ī K pluri⁹ ij quidē pauci ſunt ij aūt multi, hæ videntur cōtrarię partes, partiū ciuitatis, vt & politię ſecūdum exceſſus harum conſi-

*Ac præterea conſultores, quod eſt ciuilis prudentiæ opus, & hoc ſiue ſeparatim exiſtat quibuſdam, ſiue eiſdem, nihil refert ad hunc ſermonem, nam & in armis eſſe, & agros colere ſæpe contingit eiſdem. Quare, ſi hæc & alia ponenda ſunt ciuitatis eſſe partes, manifeſtum eſt, quòd & propulſatores belli pars neceſſaria ſunt ciuitatis.*

*Septima pars eſt eorum, qui magna patrimonia habentes, Reipub. onera ſuſtinent, quos opulentos uocamus.*

*Octaua eorum, qui publicam operam exhibent, & qui in magiſtratibus gerendis occupati exiſtunt, ciuitas enim abſque magiſtratibus eſſe nō poteſt. Neceſſarium igitur eſt eſſe quoſdam qui magiſtratus gerere ualeant, & hoc munus ſufferre, uel perpetuo, uel ad tempus.*

*Reliqua uero ſunt illa, de quibus ſupra determinauimus in conſulendo, & ius litigantibus reddendo uerſari. Si igitur hæc ciuitatibus adeſſe oportet recteque fieri & iuſte, neceſſarium eſt eſſe aliquos, qui uirtutem habeāt rerum ciuilium.*

*Cæteras ergo potentias eiſdem adeſſe poſſe uidentur pluribus, ceu eoſdem eſſe propulſatores belli, & agricolas, & artifices. Et præterea conſultores & iudicantes: & arrogant quoque ſibi uirtutem cuncti, & multifariam ſe idoneos exiſtimant ad gubernandum. Verum pauperes ac diuites eoſdem eſſe impoſſibile eſt. Quapropter hæ partes præcipue uidentur eſſe ciuitatis, inopes ſcilicet & opulenti.*

*Et præterea ex eo quòd ut plurimū alii pauci ſunt, alii multi maxime omnium contrariæ inter ſe partes iſtæ apparent. Itaque & Reſpu. ſecundum earum præualentiam conſtituerunt, ac*

eſt eſſe in ciuitate partem, quæ determinet & diffiniat accuſationes & diſceptationes quæ ſunt in ea, & faciat iuſtum: & hoc probat, quia ſicut anima ſe habet ad corpus, ſic iudex ſe habet ad ciuitatem, nam ſicut anima vel intellectus inquirit & conſiliatur & iudicat de inuentis, ſic iudex inquirit & conſiliatur de conferentibus ad finem politiæ & iudicat, ſed aīa neceſſaria pars ē animalis & hominis magis q̄ corpus, ergo ſimiliter iudex eſt pars neceſſaria in ciuitate & q̄ propugnatiuum & magis q̄ illa quæ ordinatur ad vſum corporis. Probat autem Philoſophus de iſtis, ꝙ ſint partes magis quàm de aliis, quia de iſtis minus videbatur ꝙ eſſent neceſſariæ, & præcipue minus videretur ſi ciuitas eſſet inſtituta, grā ipſius viuere abſolute. Deinde cum dicit.

i ¶ Oſtendit, ꝙ cōſiliatiuum ſit pars ciuitatis, & dicit, ꝙ cōſiliatiuum eſt pars ciuitatis, & ratio huius eſt, quia conſiliari eſt opus politici, habet enim politicus conſiliari de conferentib⁹ ad finē ciuitatis, quare manifeſtum eſt, ꝙ ad politicum ptinet conſiliari. Sed quæ ptinent ad politicum, ſecundum ꝙ huiuſmodi ſunt de neceſſitate ciuitatis, quare conſiliatiuū eſt pars ciuitatis. Iſta autem ſcilicet conſiliatiuū, & iudicatiuum, virū ſeparatim exiſtant, vt alius ſit ille qui iudicat, alius ſit qui cōſiliatur, alius qui in armis eſt, alius qui colit agros, ſiue non ſeparatim exiſtant, ſed vnus & idem ſit qui iudicat & conſiliatur, nihil differt ad propoſitum, hoc enim poſſibile eſt: videmus enim ꝙ idem poteſt eſſe miles & agricola, ſimiliter idē poteſt eſſe iudicans, & conſilians. Si igitur miles & agricola ſint partes ciuitatis, manifeſtū, ꝙ & iſta & illa quæ ordinant ad bella, pars erit ipſius. Deinde cum dicit.

k ¶ Oſtendit, ꝙ diuites ſunt partes ciuitatis, & dicit, ꝙ ſeptima pars ciuitatis computando omnes præcedentes, eſt illa, quę miniſtrat diuitias, quam partem dicimus opulētos. Cum enim ciuitas debeat eſſe per ſe ſufficiens, oportet ꝙ habeat diuitias, aliter non eſſet, & ideo illi ſunt neceſſarii in ciuitate, qui habēt huiuſmodi diuitias. Deinde cum dicit.

l ¶ Oſtendit, ꝙ directiuum populi ſit pars ciuitatis, & dicit, ꝙ octaua pars ciuitatis eſt illa quę magiſtratus gerat, ideſt directiua ſit populi. Iſta autem eſt neceſſaria, quia populus eſt ſine ratione, & ideo indiget aliquo directiuo, ne præter rationem moueatur. Deinde cum dicit.

m ¶ Oſtendit, ꝙ ſuprema pars ciuitatis eſt neceſſaria, & dicit ꝙ pars quæ adminiſtratiua eſt in ciuitate circa principatus, neceſſaria eſt in ciuitate, quia ciuitas non poteſt eſſe ſine principibus, cuius probatio eſt. Quia politia eſt ordo principatuum & maxime primi, ergo manifeſtum eſt, ꝙ neceſſe eſt aliquos eſſe in ciuitate potētes principari, vel ſemper, vel aliquando, ita ꝙ aliquando vnus principetur aliquādo ali⁹. Similiter alia, de quibus dictum eſt, ſcilicet de conſiliatione & de illo qui determinat diſceptationē inter aliquos altercātes de iuſto, oportet eſſe in ciuitate. Si igitur hæc ī ciuitate fieri poſſunt bene & iuſte, & iniuſte & male: oportet autē hoc fieri bene, hoc autē nō poteſt eſſe ſine virtute dirigente, manifeſtum ꝙ neceſſe eſt aliquos viros politicos principari in ciuitate ſecundum virtutē. Sic igitur apparet, ꝙ ſunt plures partes ciuitatis differentes ſecundum ſpeciem & rationem, quare erūt plures politiæ. Si autem aliquis dicat qđ ſuperius dictum eſt, ꝙ sūt ſex, tres rectæ, & tres & tranſgreſſę, & nō plures. Dicēdū quòd ſuperius dixit, ꝙ ſunt ſex genera politiæ & non plures, quædam tamen ipſarum habent ſpecies ſub ſe contentas, & ſic hic loquitur, vnde vult probare ꝙ ſunt plures politię ſecundum ſpecies. Deinde cum dicit.

n ¶ Oſtendit quæ ſunt principales inter iſtas ſecūdum intentionem aliorum, Et diuidit in duas, ſecūdum ꝙ per duas rationes oſtendit, ꝙ iidem poſſunt eſſe cōſiliantes & iudicātes, quæ ſunt principles. Secunda ibi. {Adhuc autem &c.} In prima dicit ꝙ cum ſint multæ partes ciuitatis, duæ tamen videntur eſſe principales, & maxime oppoſitæ ſcilicet diuites & egeni. Alias enim partes contingit multis eiſdē exiſtere ſimul: verbi gratia. Iidem poſſunt eſſe propugnantes & agricolæ & artifices. Iterum iidem poſſunt eſſe conſiliantes & iudicantes. Iterum cum his poſſunt eſſe virtuoſi. Sed impoſſibile eſt vnum & eundem ſimul eſſe diuitem & pauperem. Propter quod manifeſtum eſt, ꝙ diuites & egeni videntur eſſe maxime principales partes ciuitatis, & maxime differentes, ppter quod duæ maxime videntur partes ciuitatis eſſe, in quibus diuites vel pauperes principantur. Deinde cum dicit.

o ¶ Ponit ſecundā rationem. Et dicit, quòd iterum diuites & egeni videntur duæ partes eſſe ciuitatis maxime contrariæ, quia vt in pluribus diuites ſunt pauci & pauperes multi. Quare manifeſtum



ſtant, & duæ politiæ vīr eſſe. Democratia & Oligarchia. Quòd quidē igitur ſint politiæ plures & pp quas cauſas, dictū eſt pri⁹.

## LECTIO IIII.

Vòd autem ſint & Democratiæ ſpecie plures B & Oligarchię dicam⁹, manifeſtū aūt hoc & ex dictis.

b Species enim plures populi & dictorū inſignium ſunt, puta populi quidem ſpecies, vna quidem agricolæ, altera autem quæ circa artes. Alia autem foralis quæ circa emptionem & venditionem verſatur. Alia autem q̄ circa mare, & hæc quidem bellica, hęc autem pecuniatiua, hæc C autem vectiua, hæc autem piſcatiua. in multis enim locis ſingula, horum multæ turbæ puta piſcatores, quidem in Tarento & Bizantio. Triericale autē Athenis, negociatiuum aūt in Egina & Chio, tranſuectiuum autem in Tenedo. Adhuc autem quod manuale & quod modicam habet ſubſtantiam vt non poſsit vacare. Adhuc quod quidem ex ambobus ciuibus liberum & vtique ſiqua talis alterius multitu- D dinis ſpecies.

c Inſignium autē, diuitiæ, nobilitas, virtus diſciplina, & ijs ſimilia, dicta ſm̄ eandē differentiā.

d Democratia igitur eſt prima quidem que dicitur maxime ſecundum æquale, æquale .n. ait lex talis Democratiæ nihil magis, exiſtere egenis vel diuitibus neque dominos eſſe vtroſcunq; ſed ſimiles ambos. Siquidem .n. libertas maxime ē in Democra E tia, ſicut exiſtimant quidam. & æqualitas ſic vtiq; erit maxime cōmunicātibus omnibus maxime politia ſimiliter. Qm̄ autem amplior populus dominans aūt qđ viſum fuerit plurib⁹, neceſſe Democratiā eſſe hāc, vna quidē igitur ſpecies Democratiæ hęc.

*duæ uidentur, ſcilicet popularis, & paucorum potentia.*

## LECTIO IIII.

*Vòd igitur ſint plures Reſpubl. & ob quas cauſas, dictam eſt prius.*

*Quòd uero & popularis ipſius ſpecies ſint plures, & paucorum potentium oſtendamus. Patet autem hoc ex his quæ dicta ſunt, nam & in plebe & in nobilitate plura ſunt hominū genera. Plebis quidem una ſpecies, agricolæ. Alia, artifices. alia, negociatores, qui emendis uendendiſq; rebus intendunt. Alia circa rem maritimam, & horum alii bellatores, alii mercatores, alii nautæ, alii piſcatores, multis enim locis horum omniū turba ingens, ut piſcatores Tarenti & Byzantii. Naualis multitudo Athenis. Mercatores in Aegina & Chio. Portitores in Tenedo. Inſuper manuales & paruas facultates habentes, qui ocioſi eſſe non poſſunt. Præterea qui non ex utroque parente ciues ſunt orti, liberi tamen homines, & ſi qua huiuſmodi plebeiorum hominum ſpecies altera.*

*Nobilitatis uero, diuitiæ, genus, uirtus, diſciplina, & his ſimilia, quæ dicuntur ſecundum eandem differentiā.*

*Popularis igitur prima ſpecies dicitur maxime ſecundum æqualitatem. Vult enim lex huius popularitatis pares eſſe diuites & pauperes, nec alteros plus poſſe, alteros minus, ſed utroſque eſſe æquales, ſiquidem maxime libertas eſt in populari ſtatu, ut putant quidam, & æqualitas certe eſſet maxime pariter omnibus Reipu. participantibus. Cum uero populus ſit multitudo, & id obtineat quòd pluribus uideatur, neceſſe eſt, ut hæc ſit popularis gubernatio. Vna igitur ſpecies popularis eſt hæc.*

manifeſtum eſt, ꝙ politiæ quæ determinantur ſecundum exceſſus A iſtarum partium, erunt duæ politiæ maxime contrariæ & diuerſæ. Ex quo manifeſtum eſt, ꝙ popularis & paucorum ſunt duæ politiæ diuerſę & diſtinctę, quamuis autem diues ſecundū ꝙ diues, & pauper ſecundum ꝙ huiuſmodi, maxime differūt, ne vn⁹ & idem ſimul poſſit eē diues & pauper, tamen non maxime differunt ſecundum rationem bonitatis & malitiæ. Et ideo conſiderando ſecundum rationē boni & mali, non maxime differunt, ſed sūt aliæ quæ pl⁹ differūt. Vlterius cōcludit qđ dictum eſt prius, ꝙ ſunt plures politiæ q̄ quæ dictæ ſunt & ꝑpter quam cauſam.

## LECTIO IIII.

Oſtquàm Philoſophus oſtēdit plures eſſe politias in generali, oſtendit in ſpeciali eē plures diſtinguendo quædam genera ipſarū ſicut popularem & paucorū. Et diuiditur ī duas. In prima præmittit intentum ſuum. Secundo proſequitur, ibi. {Species enim, &c.} In prima dicit, ꝙ poſtquam dictum eſt, ꝙ ſunt plures ſpecies politię in generali, dicendum eſt ꝙ plures ſunt ſpecies popularis & paucorū & hoc manifeſtū erit ex eodem principio, ex quo probatū fuit in generali, ꝙ ſunt plures ſpēs politiæ. Deinde cum dicit.

b ¶ Proſequitur & primo oſtēdit, quòd ſunt plures politiæ populares & plures paucorum. Et primo in generali. Secundo in ſpeciali & diuiſim ibi. {Democratia igitur.} In prima intendit iſtam rationem. Secūdum diſtinctionem partium pertinentium ad ſpeciem, diſtinguitur ſpecies, ſed partes materiales populi pertinētes ad rationem ſtatus popularis, & partes diuitum pertinētes ad rationē potētię paucorum ſunt plures, quare ſunt plures ſpecies popularis & paucorum, huius rationis declarat minorē, & primo, ꝙ ſunt plures partes populi. Secundo, ꝙ ſunt plures partes diuitum, ibi. {Inſignium autem, & cætera.} In prima dicit, quòd plures ſunt partes populi differentes ſecundum ſpeciem, & diuitum ſimiliter, vna quidem ſpecies vel pars populi eſt agricultura, alia circa artes ſicut operatores, alia quæ verſatur circa emptionem & venditionem, alia quæ circa mare, & iſta multas habet ſub ſe ſpecies. Quædam enim eſt quæ ordinatur ad bellicas operationes. alia quæ ad pecunias acquirendas. alia eſt nautica ſolum, quæ merces vehit, alia ad piſcandum, in diuerſis autem locis multi ſunt operantes ſecundum ſingula iſtorum, ſicut in Tarento & Bizantio multi ſunt piſcatores. Athenis ſunt multi nautæ. In Aegina vero & Chio ſunt multi negociantes in mari. Et in Tenedo multi ſunt tranſportantes per mare. Vlteri⁹ eſt alia pars populi, quæ dicitur manualis quę laborat manibus. Hoc autem eſt, quia modicam habēt ſubſtantiam tales vnde poſſunt viuere, & ideo non poſſunt vacare ſpeculationi vel actibus bellicis. Vlterius eſt alia ſpecies populi, ſcilicet, ſi aliquis nō natus ſit ex duobus ciuibus liber pars populi eſt. Iterum ſi ſit aliqua alia ſpecies multitudinis, pars populi eſt. Deinde cum dicit.

c ¶ Oſtendit, quòd ſunt plures partes diuitum. Et dicit, ꝙ inſignium plures ſunt partes. Quidam .n. ſunt diuites, quia diuitias habent. Alii nobiles, alii virtuoſi & diſciplinati, & q̄cumque alii ſimiles iſtis, ſecundum eundem modum partes ſunt inſignium. Deinde cum dicit.

d ¶ Proſequit̄ modos popularis & paucorum in ſpeciali & diuiſim. Et diuiditur in duas, quoniam in prima parte ponit modos popularis, & paucorum. Secundo cum dicit. {Adhuc autē &c.} Ponit modos ſtatus optimatū. Lectio. 6. Adhuc prima diuiditur in duas. Quoniā in prima ponit modos iſtarum politiarum. Secundo aſſignat rationem iſtorū Lectio. 5. ſecunda, ibi. {Non oportet autem &c.} Adhuc prima ī duas. In prima enumerat modos popularis. In ſecunda modos paucorum, ibi. {Quare ſiquidē, &c.} Prima in quinque ſecundū ꝙ enumerat quinque modos popularis, quorum tamen primus & vltimus in vnum incidunt vt videbitur. Secunda, ibi. {Alia autem &c.} Tertia ibi. {Altera ſpecies.} Quarta ibi. {Alia ſpecies.} Quinta ibi. {Altera ſpecies, &c.} In prima dicit, ꝙ prima ſpecies popularis quæ maxime dicitur popularis eſt in qua principantur ſecundum omnimodā æqualitatem, & hoc apparet. Quia lex fuit in tali politia, ꝙ de honoribus non plus diſtribueretur diuitibus q̄ egenis, vel virtuoſis q̄ non virtuoſis, ſed æqualiter iſtis & illis. Iterū dicebat ex,

lex, ꝙ iſti non magis deberent dominari q̃ illi, nec econuerſo, ſed iſti & illi indifferenter, quia ſunt ſimiles vel æquales. Et ideo quia æqualitatem habent in libertate, æqualiter debent dominari & recipere de honoribus, non plus vnus q̃ alter. Si enim libertas maxime ſit in populari vt dicunt plures, in iſta autem

e Alia autē quód principatus ſint ab honorabilitatibus & breuibus exiſtentibus iis. Oportet autem ei qui poſſidet poteſtatē eſſe participandi, & carentem non participare.

f Altera ſpecies Democratiæ, omnes quidē eſſe principantiū, ſi ſolum ſit ciuis, principari autem legem.

g Altera autem ſpecies Democratiæ, alia quidem eſſe eadem, dominans autem eſſe multitudinem & non legem.

h Hæc autem fit quando ſententiæ fuerint dominę, ſed non lex.

i Accidit autē hoc propter demagogos, in quibus quidem .n. quę ſecundum legem democratizant, non fit demagogus. Sed optimi ciuium ſunt in præminentia: vbi autem leges non dominantur, hic fiunt demagogi. Monarchus.n. fit populus compoſitus vnus ex multis. Ipſi .n. multi ſunt domini, non vt vnuſquiſque ſed omnis. Quale autē dicat Homerus non bonam eſſe multi dominationem, vtrū hāc vel quando plures ſunt qui principantur vt vnuſquiſque, incertum: talis igitur populus veluti monarchus exiſtēs, quærit monarchizare, quia non ſubicitur ſub lege, & fit deſpoticus. Quare & adulatores honorati, & eſt populus iſte proportionaliter tyrannidi monarchiarum, propter quod & mos idem & ambo deſpotica meliorum & ſentētię ſicut ibi præcepta.

ſunt omnes æquales, manifeſtum eſt, ꝙ maxime erit politia, & æqualitas ſecundū ipſum, ſi omnes communicent in omnib⁹ æqualiter. Et ꝙ iſta ſpecies ſit popularis, probat ſic. In iſta .n. ſpecie politiæ dominatur populus ſiue multitudo, quia omnes ſunt ęquales ſecundum libertatem, & principatus diſtribuitur ſecundum ipſam. Et ideo multitudo tota dominatur, ſed vbi multitudo dominaẽ, popularis eſt: hæc igitur ē vna ſpecies popularis. Deīnde cum dicit.

e ¶ Ponit ſecūdam ſpeciem. Et dicit, ꝙ ſecunda ſpecies popularis eſt in qua aſſumitur aliquis ad principatū propter aliquem terminū diuitiarum, paruū quidem. Et adiungit paruum ad hoc, vt plures poſſint regere. Si enim non aſſumerētur niſi qui magnum poſſiderent cenſum, eſſet admodum paucorum, & ſic non eſſet popularis. Deinde cum dicit.

f ¶ Ponit tertiam ſpeciem. Et dicit, ꝙ tertia ſpecies popularis eſt, in qua omnes habiles ſunt ad magiſtratus gerendos, dū modo non ſint obnoxii ex aliqua cauſa, puta quia ex aliquo crimine ciuilitatem amiſerint, vt contingit capite diminutis, aut quia ſerui ſint, vł aliquo alio modo ciuilitate careant. Et in iſto pricipatu prīcipās principatur ſecundum legem: cum enim quilibet aſſumatur, et quilibet ex ſe non poteſt eſſe ſufficiens dirigere, oportet, ꝙ ſit dirigibilis & a lege dirigatur. Iterum non eſſe poſsūt vacare, ideo oportet, quòd ſecundum legem principentur. Deinde cum dicit.

g ¶ Ponit quartam ſpeciem. Et dicit, ꝙ quarta ſpecies popularis eſt, in qua aliqui aſſumuntur ad principatum, ſiue ſint ſerui, ſiue liberi, dum tamen ſint in ciuilitate. Et quia non omnes tales poſſunt vacare ad principatum, oportet, ꝙ principentur ſecundum legem ſicut prius. Deinde cum dicit.

h ¶ Ponit quintam ſpeciem & videtur eadem eſſe cum prima, niſi ꝙ in iſta repetit magis determinate quod dixit in prima. Et diuiditur in duas. In prima ponit ſpeciem iſtam. In ſecunda oſtendit, ꝙ non eſt vere politia nec ſtatus popularis, ibi. {Rationabiliter autem &c.} Adhuc prima in duas. In prima ponit ſpeciem iſtam. In ſecunda oſtendit propter quam cauſam accidit, ibi. {Accidit autem &c.} In prima dicit, ꝙ quinta ſpecies quæ videtur eſſe eadem cum prima, eſt quando multitudo prin-

F cipatur non ſecundum legem, ſed ſecundum decretum. Et eſt intelligendum, ꝙ decretum intelligitur dupliciter. Vno modo dicitur enunciatio quædam vniuerſalis de particularibus operabilibus, ſicut dicit Philoſophus ſecundo Rhetoricæ ſuæ. Alio modo dicitur iudicium aliquod de aliquo operabili, & ſic ſumitur hic decretum.

*Alia uero ſpecies, ut magiſtratus, honoreſque in Repu. ſecundum cenſum patrimoniorum, & eum quidem paruum, tribuantur, ita ut qui tanta poſſidet, habilis ſit ad honores Reip. ſuſcipiendos. Qui uero non poſſidet, ſit inhabilis.*

G *Alia ſpecies popularis eſt, ut omnibus omnino ciuibus habilitas ſit, modo non ſint aliqua ex cauſa obnoxii, dominetur autem lex.*

*Alia ſpecies popularis eſt, ut omnes omnino habiles ſint ad magiſtratus gerendos, modo ſint ciues, & dominetur lex.*

*Alia ſpecies eodem modo, niſi ꝙ non lex dominatur, ſed multitudo. Hoc autem fit, quando populi decreta præualent legibus.*

H *Accidit autem iſtud ob præpotentes quoſdam qui populum ducunt. Nā in his Rebu. in quibus dominatur lex, præpotens aliquis non fit qui populum ducat, ſed optimi ciuium Rempu. gubernant. At ubi leges nō dominantur, ibi ductores populi oriuntur. Solus .n. populus regit compoſitus unus ex pluribus. Multitudo enim auctoritatem dominandi habet non ut ſinguli, ſed ut omnes. Homerus autem cum dicit nō eſſe bonum ut plures regant, utrum de hac dicit, uel de illa cum plures gu-*

I *bernant ut ſinguli, incertum eſt. Talis ergo populus, utpote abſolutam poteſtatem habens, dominari ſolus quærit, nec ulli legi ſubeſſe. Efficiturque dominator, itaque aſſentatores eius in precio habentur. Et eſt huiuſmodi populus in gubernatione ſua, tyranno perſimilis. Iidem nempe mores, & utrobique meliores deprimuntur. Et decreta huius populi perinde ſunt ut tyranni præcepta.*

Et differt a lege, quia lex eſt de vniuerſali & obligat ad futurū, decretum vero iſto modo ſumptum eſt de particulari operabili, & obligat ad p̄ſens tantum. Deinde cum dicit.

i ¶ Declarat ꝓpter quā cauſam iſte modus accidit. Et diuiditur in duas. In prima proponit qđ accidit propter ductores populi & ſuaſores. Et aſſignat cauſam quare iſti introducti ſunt. In ſecunda aſſignat cauſam popularis Reip. prædictæ ex dictis, ibi. {Sunt autem iis.} Prima in duas. In prima oſtēdit quare ductores ſunt introducti. Secundo comparat eos ad adulatores ibi. {Demagogus.} Dicit igitur, ꝙ accidit populum dominari non ſecundum legem, ſed ſecundum ſententiam populi ꝓpter præpotentes. Et hoc apparet, quia in his popularibus in quibus principatus ē ſecundum legem non oportet, ꝙ ſit ductor, ſed ſunt viri optimi in præeminentia. Tunc enim populus non ducitur ſecundū ſolam voluntatē alicuius, ſed ſecundum legem. Præpotens autem ducit populū ſecundum ſuam volūtatem, non ſecundū legem. Sed vbi non eſt principatus ſecūdum legem, ibi eſt ductor & ſuaſor, q̃a populus deficit a ratione. Et ideo indiget aliquo ductore, & cū non ducatur ſecundum legem, oportet

K ꝙ ſecundum rationem vel voluntatem alicuius. Talis vero eſt prępotens & ſuaſor, & cum totus populus compoſitus ex multis dominatur, eſt ſicut monarcha & princeps vnus. Omnes .n. principantur non diuiſim ſed coniunctim. De quo dixit Homerus, ꝙ nō eſt bonus principatus vbi multitudo principatur. Sed incertum eſt, vtrum intellexit Homerus, ꝙ quando tota multitudo dominatur ſicut vnus monarcha coniunctim, non ſit per ſe bonus principatus, vel quando populus dominatur ita ꝙ vnuſquiſq; dominetur. Sed quando huiuſmodi populus qui eſt ſicut monarcha quidam vult regere ciuitatem monarchice, & quia hoc non facit ad vtilitatem omnium, ſed ſui & cōtra voluntatem inſignium, oportet, ꝙ dominatiue principetur, id eſt principatu domini ad ſeruum: propter quod accidit, ꝙ adulatores acceptantur & honorantur a talibus, quia acceptantur & honorantur a tyrannis, cuius ratio eſt, quia adulator eſt qui dicit, & operatur ea quę opinatur placere, in nullo volens contriſtari. Vnuſquiſque autem diligit ſuam excellentiā & vult eſſe certus de



tus de ipſa, & ideo libenter audit ipſam & illum qui teſtatur de ea, ſed adulator dicit excellentiam alterius affirmando vt ſibi placeat, & ideo honoratur, & quia in iſta politia ſunt aliqui qui dicunt excellentiam populi, cum dicunt, quòd omnia debent referri in populum, & quòd vnus nō debet magis dominari quàm

k Et demagogus & adulator idem & proportionaliter & maxime, aut vtiq; apud vtroſq; valent. Adulatores quidem apud tyrannos. Demagogi autem apud populos tales.

l Sunt autem ijs cauſa vt ſentētię ſint dominæ, ſed non leges, omnia reducentes ad populum. Accidit enim ipſis fieri magnos propter populum quidem eſſe dominum omnium, opinionis autem populi hos, ſuadetur enim multitudo ijs.

m Adhuc autem qui principatus accuſant, aiūt oportere populū iudicare, hic autē gaudenter recipit aduocationē. Quare diſſoluunt oēs principat⁹.

n Rationabiliter autem vtique vibebitur increpare qui dicit talem eſſe Democratiam non politiam, vbi enim non principantur leges, non eſt politia. Oportet enim legem quidem principari omnium. De ſingularibus autem principatus & politiam iudicare.

o Quare ſiquidem eſt Democratia, vna politiarum. Manifeſtum, quòd talis inſtitutio ī qua ſententiæ omnia diſpēſant, neq; Democratia proprie, nullam enim ſententiam contingit eſſe vniuerſalem. Species quidem igitur Democratiæ determnatæ ſint hoc modo.

p Oligarchiæ autem ſpecies, vna quidem eſſe principatus ab

alius, & quòd ſunt omnes æquales, ideo in tali politia adulatores ſiue ductores honorantur vel acceptantur. Populus etiā iſte qui ſic principatur, proportionabiliter ſe habet tyrānis in monarchijs in quibus vnus principatur. Et ideo eadē conſuetudo, & idem mos in vtroq;: in vtroq;.n. opprimūtur meliores, eſt.n. principatus eorū dominatiu⁹ reſpectu meliorū, quia opprimūt ipſos, & non intendunt bonū eorum per ſe. Iterū in principatu iſtorum ſunt decreta ſicut in tyrānide ſunt pręcepta ad opprimēdum meliores. Deinde cum dicit.

k ¶ Comparat ductorē ad adulatorē, dicēs quòd ductor & adulator ſunt idem, & proportionantur. Vterque enim vult dicere vel facere qđ placeat alijs. Sed differūt, quia ductor dicit ea quæ placēt populo, ſed adulator dicit ea quæ placent tyranno, quia tyrānus & populus habēt magnam poteſtatē, manifeſtū eſt ꝙ vterq; habet magnā poteſtatem, ſed ductor apud populū, adulator apud tyrannum. Deinde cum dicit.

l ¶ Declarat ꝓpter quid accidit talis politia. Et diuiditur in duas. Primo aſſignat cauſam propter quā ſit principatus in iſta politia ſecundum decretum non ſecundum legem. Secundo aſſignat cauſam quare totus populus dominatur, ibi. {Adhuc autem &c.} In prima dicit quòd ductores ſunt cauſa quare populus dominatur ſecundum ſententiam ſuam, non ſecūdum leges. Dicunt enim ductores & præpotentes omnia debere referri in populum, & quòd vnus non debet magis dominari quàm alius, & quòd omnes ſunt æquales. Hæc autem placent populo, ideo dominatur ſecundum ſententiam, & quia populus principatur omnibus, contingit quòd iſti ſunt magni & magnam potentiam habent. Iſti.n. tenent opinionem populi, ſunt.n. tria quæ faciūt ad bene perſuadēdū ſecūdū Ariſto. 2. rheto. ſ. prudentia, virtus, & beniuolentia. Et propter iſtud tertium ductores de facili ſuadent populo, ſunt enim eis beniuoli. Deinde cum dicit.

m ¶ Declarat quare totus populus principatur. Et dicit quòd iſti ductores accuſantes principatus in quibus vnus vel pauci principantur, dicunt quòd tota multitudo debet dominari & iudicare quæ fiunt per alios magiſtratus. Omnia enim debent referri ad populum, & melius eſt totum principari quàm partem. Populus autem gratanter recipit hanc allegationem, omnes.n. faciliter exaudiunt proponentes pro eis ad quæ inclinantur, ſicut intemperatus, pro actu intemperantiæ, propter quod cum poteſtatem habeant principantur, deſtruentes alios principatus. Deinde cum dicit.

A n ¶ Declarat ꝙ hmōi politia in qua principatur populus nō ſecundum legem, ſed ſecundū ſententiā non eſt proprie politia, nec ſtatus popularis. Et primo declarat quòd non eſt proprie politia. Secundo ꝙ proprie non eſt popularis, ibi. {Quarū quidem &c.} In prima dicit ꝙ rationabiliter vr̃ dicere ille qui dicit, ꝙ hmōi popularis nō eſt proprie politia, & ratio hui⁹ eſt, quia vbi non principantur leges non eſt politia, quia oportet in politia legē principari in omnibus. Oportet enim principatum & politiam iudicare de ſingularibus. Iudicant autem ſecūdum leges vbi leges prouidēt, vbi vero nō, tunc magiſtratus ſupplent & decernunt. Et ideo vbi eſt politia leges principantur, ſed in tali populari ſtatu nō principātur leges, ſed ſententia populi. ergo talis popularis ſtatus non eſt politia proprie. Sed aliquis argueret cōtra illud qđ dicit, ꝙ vbi leges nō præualent, nō eſt Reſpu. quia monarchia regalis politia eſt, tamen nō eſt principatus ſecundum legē, ſed ſecundum voluntatē & rationē principantis. Ad hoc poſſet aliquis dicere breuiter, ꝙ quædam eſt politia monarchica ī qua vnus dominaẽ. Alia eſt politia poliarchica in qua plures principantur. In politia poliarchica non corrupta, principatus eſt ſecundū leges, & de tali loquitur hic Ariſto. in alia non, aliter dicendū eſt & melius, ꝙ in oī politia recta principans dominatur ſecū dū leges, quia in omni politia principaẽ aliquis ſecundū aliquam regulam, quam dicimus legem. Sed in quibuſdam illa regula eſt interior exiſtens in voluntate & ratione, in quibuſdam eſt extra in ſcripto. In monarchia regali, monarcha habet iſtā regulam quæ eſt in voluntate & ratione eius, in politia poliarchica eſt extra in ſcripto. Quod ergo dicebaẽ ꝙ vbi eſt politia ibi eſt principatus ſecundum legem, verum eſt, vel intrinſecā, vel ſcriptam. Hic autem intelligit de ſcripta, & ideo non multū

*Et ductores ſuaſoreſque huius populi ſunt uelut adulatores illi qui circa tyrannos uerſantur, & utriſque apud utroſque potentia par, tam adulatoribus penes tyrannū, quàm ductoribus ſuaſoribuſque populi, apud ipſum populum.*

B *Hi auctores ſunt ut decreta, & leges infringant, & ad uoluntatem populi cuncta referantur. Contingit autem illis fieri potentes ex eo, quia populus dominatur omnium. Ipſi autem uoluntatem populi maxime ducunt, quoniam fides a populo eis adhibetur.*

*Præterea qui de magiſtratib⁹ quæruntur, ad iudicium populi negocia duferunt. Populus autem gratanter audit eorum prouocationes, per hunc modum magiſtratus irritantur omnes.*

C *Merito autem reprehendere uidentur, qui dicunt huiuſmodi popularem non eſſe legitimam Reipublicæ ſpeciem, ubi enim leges non præualent, non eſt Reſpublica, nam lex dominari omnibus debet. In particularibus autem magiſtratus, & politia prouidere.*

*Itaque ſi eſt popularis una ſpecierum Reipublicæ clarum eſt, quòd talis gubernatio in qua decretis cuncta efficiuntur, non eſt proprie popularis.*

D *Nullum enim decretum recipit eſſe uniuerſale. De popularis igitur ſpeciebus in hunc modum determinatum ſit.*

*Paucorum uero gubernationis ſpecies una eſt, in qua magnum habentes*

E differt a prima, ſed eam declarat. Deinde cum dicit.

o ¶ Oſtendit quòd non eſt proprie popularis. Et dicit quòd popularis eſt politia quędā, ſed talis popularis in qua ſententiæ principantur non leges, non eſt politia, quia politia eſt ſecundum leges, quæ ſunt de vniuerſalibus, ſed ſententiæ ſunt de particularibus non vniuerſalibus, nulla enim ſententia eſt vniuerſalis ſecundum quod hic intendimus de ipſa vt dictū eſt prius. quare manifeſtum eſt, quòd talis popularis non eſt proprie popularis. Vlterius concludit quòd ſpecies popularis determinātur hoc modo. Deinde cum dicit.

p ¶ Enumerat modos paucorum, & diuiditur in quatuor ſecūdum quòd ponit quatuor. Secunda ibi. {Altera ſpecies &c.} Tertia ibi. {Alia autem quando &c.} Quarta ibi. {Quarta ſpecies &c.} In prima dicit quòd una ſpecies paucorum eſt, in qua diſtribuuntur principatus ſecundum quandam honorabilitatem, puta diuitiarū vel generis, ita quòd egeni non attingāt ad ipſos

ad ipſos quamuis ſint plures. In paucorum autem iſta licitum eſt principanti attingere ad eandem Rempu. ſcilicet quantum ad conſilium & deliberationes communes & tractatus. Deinde cum dicit.

q ¶ Ponit ſecundam ſpeciem. Et dicit quòd alia eſt ſpecies paucorum in qua diſtribuuntur principatus ſecundum minores cenſus. Et principantes poſſunt eligere alios conſocios ſuos ſi aliqui deficiant, & ſi eligant illos qui deficiunt ex quibuſcumque, dum tamen virtuoſi ſint, optimatũ eſt. Si autem ex aliquibus vt ex diuitibus, vel nobilibus, tantum paucorum. Deinde cum dicit.

r ¶ Ponit tertiã ſpeciem. Et dicit, ꝙ tertia ſpecies eſt, quãdo principatus diſtribuuntur ſecundũ honorabilitatem maiorem, ad hæc diuitiarum aut generis, & ſi filius ĩ principatu ſuccedit patri & fit princeps pro patre. Deinde cum dicit.

ſ ¶ Ponit quartam ſpeciem. Et dicit ꝙ quarta ſpecies eſt qñ aliqui principantur propter honorabilitatem maximam, & filius ſuccedit patri. Et in iſto principatu non principatur lex, ſed principes ſecundum voluntatem ꝓpriam, & ſic ſe habet iſta inter paucos, ſicut tyrannus inter monarchias: ſicut.n. in tyrannide tyrannus principatur primo & per ſe propter bonum ſuum, & bonos opprimit, ſic in iſto principatu principes principãtur ꝓpter bonum ſuum. Et ideo ſicut inter monarchias tyrãnis eſt peſſima, ſic inter paucorum potentias iſta eſt peſſima. Et ſicut popularis vltima de qua dictum eſt inter omnes ſpecies popularis peſſima eſt, aſſimilatur enim tyrãnidi, ſicut dictum eſt prius, ſic inter potentias paucorũ iſta eſt peſſima, & talem paucorum potentiã vocant paucorum potentiam, quia potentes valde principantur. In fine concludit quòd tot ſunt ſpecies popularis & paucorum vt dictum eſt.

LECTIO V.

Poſtquã Philoſophus poſuit modos popularis & paucorũ, ponit incidens vnum. Et diuiditur in duas. In prima ponit incidens. In ſecunda oſtendit propter quam cauſam illud cõtingit, ibi. {Accidit autẽ &c.} In prima dicit, quòd iſtud non debet nos latere quod accidit in F multis locis, quòd aliqua politia non ſit ſecundum leges popularis, ſed propter conſuetudinem & modum ipſam contingit eſſe popularem: ſimiliter econtrario apud alios cõtingit vt ſit popularis Reſpu. ſecundum leges, ſed per aſſuefactionem contingit ciues viuere ſecundum Rempu. paucorum, ſed illud non videtur eſſe verum, quia leges ſunt de conferẽtibus ad finẽ Reipu. ergo ſi aliqui viuant ſecundũ vnã Rempublicam, & regantur per leges alterius Reipu. ſimul & ſemel intendunt diuerſos fines, vel eadem Reſpu. tendit in diuerſos fines: ſed hoc eſt impoſſibile, quare nõ videtur eſſe poſſibile quòd aliqui viuãt ſecũdum vnam Rempu. & leges ſint alterius Reipu. Dicẽdũ, quòd non eſt poſſibile ꝙ aliqui ſimpliciter viuant ſecundum vnã Rempub. & ſimpliciter leges in illa ſint ſecundum aliã, quia ſimul tenderẽt in diuerſos fines ſimpliciter, quod non eſt poſſibile, ſed poſſibile eſt, quòd aliqui ſecũdum quid viuãt ſecundum vnam Rẽpublicam, & ſecundum quid regantur legibus alterius Reipub. vel ſimpliciter quidem viuant ſecũdum vnam Rempu. regantur autẽ in aliquibus legibus alterius, vel econtrario. Et id eſt cauſa diſſenſionis in aliquibus ciuitatibus, quòd aliqui viuant ſecundũ vnam Rempu. & leges ſint ſecundũ aliã, quia ille qui cognoſcit leges & amat eas, odit volentes viuere ſecundum eas leges, & hoc eſt cauſa diſſenſionis. Deinde cum dicit.

b ¶ Oſtendit quando & propter quam cauſam accidit aliquos viuere ſecundũ vnam Rempub. & leges ſecundum aliam. Et dicit, ꝙ hoc quod dictum eſt, maxime contingit poſt tranſmutationes Rerumpub. Cum enim vna ciuitas tranſmutatur de Repu. in aliã, non ſtatim tranſmutatur, ſicut enim in medicinalibus ſubitæ tranſmutationes nociuæ ſunt, ſic in Rebuſpublicis, & ideo cum tranſmutatur de vna Repub. in aliã, aliquid retinẽt de primã. Amãt enim ciues ea quę ſub prima Repu. continebantur, & ideo aliquid retinentes de prima, tranſmutantur ad aliam, quaſi paulatim aliquid accipientes de poſteriori, & ſecundum aliud dimittentes primam, ita ꝙ accidit, ꝙ leges primæ Reipu. remaneant ſecundum aliud & viuant ſecundum Rempub. ad quam tranſmutantur. Deinde cum dicit.

c ¶ Aſſignat rationem modorum popularis & paucorum. Et primo aſſignat rationem modorum popularis. Secundo paucorum,

honorabilitatibus tantis, vt egeni, non participent cum ſint plures. Licere autem poſſidenti participare politia.

q Alia autem quando ab honorabilitatibus immenſis ſunt principatus, & eligunt ipſi eos qui deficiũt. Siquidem igĩ ex oĩbus ijs hoc faciãt, vr̃ hoc eſſe magis Ariſtocraticũ. Si aũt ex aliquibꝰ determinatis, Oligarchicum.

r Altera ſpecies Oligarchiæ eſt quando puer pro patre vnus fit.

ſ Quarta autem quando extiterit quod nunc dictum eſt, & principetur non lex, ſed principes & eſt conuertibilis hoc in Oligarchijs, ſicut tyrannus in monarchijs, & de qua diximus vltima Democratia in Democratijs, & vocant & talem Oligarchiam potentatum, Oligarchiæ quidẽ igĩ ſpecies tot & Democratię.

LECTIO .V.

NOn oportet autẽ latere quòd in multis locis accidit vt politia quidem quę ſm̃ leges nõ ſit Democratia, pp aſſuetudinẽ autẽ & modum politizet & Democratizet. Similiter autem rurſum: apud alios enim quædam quæ ſecundum leges politiam eſſe magis Democraticam. Aſſuetudinibus autẽ & modo Oligarchizaret magis.

b Accidit autem hoc maxime poſt tranſmutationes politiarum, non enim ſtatim tranſmutantur, ſed amant in primis paulatim rapientes ex inuicem, vt leges quidem permaneant quæ prius extiterunt, obtineant autem quæ tranſmutant politiã.

c Quòd autem ſint tot ſpecies Democratiæ & Oligarchiæ, ex

*cenſum ad gubernationem Reipu. recipiuntur, atque ita magnum, ut tenues homines ad eum peruenire nõ poſſint. Is uero qui tanta poſſidet, habilis ſit ad Rempu. gerendam.*

*Alia ſpecies eſt, cum a paruo cenſu eſt habilitas & eligunt ipſi eos quibus* G *deſit. Si igitur ex omnibus hoc faciant uidetur hoc eſſe potius optimatum. Sin uero ex paruo numero: paucorum potentiæ.*

*Alia ſpecies eſt, cum filius patri ſuccedit,*

*Quarta ſpecies, cum hoc fit quod modo diximus & lex non dominatur, ſed illi qui regunt, Et hæc eſt ſpecies in paucorum gubernatione ut eſt tyran-* H *nus in monarchia, & ut eſt in populari ſtatu ultima illa ſpecies, de qua diximus & uocant huiuſmodi ſpeciem paucorum potentian; gubernationis igitur paucorum hæ ſpecies ſunt.*

*LECTIO .V.*

*NEc latere nos debet, quòd multis locis accidit Reipu. quæ ſecundum leges non ſit popularis, more tamen & geſtio-* I *ne populariter gubernari. Similiter autem econuerſo, apud alios contingit Rempu. ſecundum leges eſſe popularem, moribus tamen & geſtione ad paucorum gubernationem magis referri.*

*Contingit autem hoc maxime poſt mutationes Rerumpu. non enim ſtatim mutantur, ſed contenti ſunt ab initio homines parua acceſſione potentiæ. Itaque leges quidem manent vt prius erant, præualent tamen qui Rempu-* K *blicam mutauerunt.*

*Quòd autem tot ſint popularis, & paucorum gubernationis ſpecies, ex*



corum, ibi. {Oligarchiæ autem &c.} Prima in quatuor ſecundum quòd aſſignat rationem quatuor modorum popularis. Secunda, ibi. {Altera autem ſpecies &c.} Tertia ibi. {Tertia autẽ ſpecies &c.} Quarta ibi. {Quarta &c.} In prima dicit, ꝙ ex his quæ dicta ſunt apparet, quòd ſunt tot modi popularis & paucorũ, quia in populari, aut principantur omnes, aut plures. Et ſi plures, aut iſti, aut illi: contingit enim cõſiderare agricolas & alios artifices. Et ſi agricolæ, & illi qui habent diuitias mediocres, ita quòd nõ ſũt excellenter diuites, nec nimis pauperes, ſed mediocriter ſe habent principentur ſecundum leges, non ſecundum voluntates eorum, eſt primꝰ modus. Et ratio huius eſt, quia agricolę habẽt viuere de agricultura circa quã oportet eos laborare, & ideo non poſſunt vacare congregationibus ciuitatis, vnde principantes talibus ſcientes leges, non faciunt congregatiões, niſi pro magnis, & valde neceſſarijs caſibus, & quia multitudo non vult aliter ſubijci. Et oportet aliquos quandoque aſſumi ad principatũ, ordinatur, quòd principentur ſecundum leges. Alij etiam qui habent aliquam dignitatem diuitiarũ, aut generis moderatam, cum ſecundum legem poſſunt aſſumi ad principatum. Et ideo, omnes qui habent poſſeſsiones poſsũt aſſumi, vt melius poſſint vacare. Si enim non poſſunt aſſumi omnes qui habent aliquam dignitatem poſſeſſionis, erit paucorũ, in qua non omnes aſſumuntur, ſed excellentes valde. Illi autem qui non habent aliquas diuitias nõ poſſunt aſſumi, quia tales debent aſſumi ad principatum qui poſſunt vacare, ſed eum qui non habet aliquos prouentus, vel aliquas poſſeſſiones impoſſibile eſt poſſe vacare, quare manifeſtum eſt quòd in tali principatu non aſſumuntur omnes, ſed qui mediocres habẽt diuitias. Et tunc concludit, quòd hæc eſt vna ſpecies popularis, & propter prædictas cauſas. Deinde cum dicit.

d ¶ Aſſignat rationem ſecundæ ſpeciei, & dicit quòd alia ſpecies popularis eſt, in qua aliqui aſſumuntur ad principatum per A electionem aſſequentem, ad quam libet omnes attingere qui non ſunt refutati ſecundum genus, puta viles valde, ſed liberi ſimpliciter ex vtroque ciue libero, ſi tamen poſſint non refutari propter penuriam, propter quòd in iſto principatu principãtur ſecundum legem. Et ratio eſt, quia tota multitudo non habet ſufficientes diuitias, & ideo oportet committere principatum alij, & quia ſubijci non vult omnino, ordinat multitudo quod principẽtur ſecũdum legem. Deinde cum dicit.

e ¶ Aſſignat rationem tertiæ ſpeciei. Et dicit, quòd tertia ſpecies eſt quãdo quicumque fuerint, dũ tamen liberi fuerint, quocumque modo aſſumantur ad principatum, non tamen principãtur propter dignitatem aliquam diuitiarum ſicut in alijs, ſed aſſumuntur propter libertatem. In iſto autem principatu, ille qui dominatur principatur ſecundum legem. Et ratio huius eſt, quia multitudo non habet diuitias ſufficientes, & ideo oportet, quòd principatũ cõmittat omnibus exceptis his de quibus non vult, aut ſubijci omnino voluntati alicuius, & ideo ordinat quòd principatus ſit ſecundum legem. Deinde cum dicit.

f ¶ Aſſignat rationem quartę ſpeciei, & dicit quòd quarta ſpecies popularis quę vltimo ſecũdum tempus facta eſt in ciuitatibus eſt, quando tota multitudo dominatur ſecundum ſententias non ſecundũ legem. Et ratio huius eſt, quia ciuitates multo maiores ſunt quàm eſſent a principio, & prouentus, & diuitiæ multo maiores. Et ideo quia multitudo magna eſt, multã habet & magnam potẽtiã. Et ideo omnes de multitudine attingunt ad principatũ, quia poſſunt vacare etiam egeni qui non habent ſufficiẽtes diuitias, nec ꝓpter defectum diuitiarũ impeditur aliquis a prĩcipatu, qa ſi cõtingat egenũ principari, accipit de cõi aliqd, maxime etiam iſta multitudo poteſt vacare, quia non impeditur propter curam de proprijs, aliquas enim ſubſtantias habent, ſed diuites impediuntur, vt frequenter non vadant ad congregationes ciuitatis, nec participent iudicatiuo: diuites enim volunt honorari, in congrega-

ipſis quæ dicta ſunt, manifeſtũ, neceſſe.n. aut omnes dictas partes populi cõmunicare politia, aut has quidẽ, has autẽ nõ. Quãdoquidẽ igitur qđ agricultiuũ, & quod poſsidet mediocrẽ ſubſtantiã fuerint dominãtes politiæ, politizant ſecundũ leges, habent.n. viuere laborãtes, nõ poſ- B ſunt autẽ vacare. Quare legem ſcientes cõuocant neceſſariiſsimas congregationes, alijs autẽ participare licet, cũ poſsideant honorabilitatẽ determinatã a legibus, pp qđ oĩbꝰ poſsidẽtibꝰ licet participare. Vniuerſaliter quidẽ.n. nõ licere oĩbus, oligarchicũ, licere aũt vacare impoſsibile non exiſtentibus prouentibus. Hęc quidẽ igĩ vna ſpecies democratię propter cauſas has.

d Altera aũt ſpecies ꝓpter cõſequentẽ electionẽ, eſt.n. & omnibus licere nõ refutatis ſecundũ genus, participare tamẽ potẽtibꝰ vacare, pp qđ quidẽ in tali democratia leges principãtur propter non eſſe prouentum.

e Tertia autẽ ſpecies omnibus licere quicumq; liberi fuerint participare politia, non tamen participare propter prædictam cauſam. Quare neceſſarium, & in hac principari legem.

f Quarta aũt ſpecies democratiæ temporibus vltimo in ciuitatibus facta. Quia.n factæ ſunt ciuitates maiores multo quàm a principio & prouentus exiſtunt & opulentiæ, participant quidẽ oẽs politia ꝓpter exceſſum multitudinis, cõmunicãt autẽ & politizãt quia poſſunt vacare etiã egeni accipiẽtes mercedẽ, & maxime autem vacat talis multitudo, neque enim impedit ipſos, neque propriorum cura, diuites impedit autem, vt ſæpe non communicent congregationi, neque ei quod eſt iudicare, propter quod fit multitudo egenorum dominans politiæ, ſed non leges. Species quidem igitur democratiæ, tot & tales propter has neceſsitates ſunt.

A *ipſis patet. Neceſſe eſt enim, aut omnes partes populi, quas ſupra enumerauimus Reipublicæ gubernationem habere, aut quaſdam habere, quaſdam non habere. Cum igitur & agricolæ, & mediocria poſſidentes Rempublicam gubernant, ſecundum leges eſt gubernatio. Victum enim ex opera ſua quærere habent, nec ocioſi eſſe poſſunt. Itaque lege conſtituta ſolummodo neceſſariis concionibus intendunt. Aliis autem recipi ad Rempublicam licet, cum tanta poſſidebunt, quanta determinat lex, omnino enim non licere omnibus, paucorum potentiæ eſt. Ociari autem eum qui non redditus habeat, impoſſibile. Hæc igitur eſt vna ſpecies popularis gubernationis.*

C *Altera vero ſpecies eſt, omnibus licere, qui prohibiti non ſint per genus, potentibus tamen, in ocio eſſe. Quapropter in huiuſmodi quidem populari adminiſtratione leges præualent & gubernant, quia redditus non eſt.*

*Tertia ſpecies eſt, omnibus omnino licere Rempublicam gerere qui liberi ſint, non tamen licere ob ſupradictam cauſam. Quare neceſſarium eſt in hac quoque legem dominari.*

D

*Quarta vero ſpecies eſt illa, quæ poſteris temporibus in ciuitatibus eſſe cæpit. Maioribus enim factis ciuitatibus, quàm ab initio fuerant, & redditibus facultatibuſque abundantibus, participant omnes Reipublicæ propter multitudinis præualentiam. Verſanturque in Republica gubernanda ex eo, quia poſſunt ocioſi eſſe, etiam inopes mercedem capientes. Maximeq; huiuſmodi multitudo ocioſa eſt.* E *Non enim cura rei familiaris proprie eos impedit, quæ diuites ita occupat, vt ſæpe a concionibus abſint, & a iudiciis. Ex quo fit multitudo pauperum dominetur in Republica non autem leges: ſpecies igitur popularis gubernationis, tot ac tales ſunt, ob neceſſitates ſupradictas.*

congregationibus vero non honorantur, aut non tantum quantum credunt debere honorari, & ideo non curant ire: iterū multas habent diuitias, & ideo nihil curant habere de communi. Item virtuoſi nolunt ire, quia non honorantur, vel non ſecundū quòd deberent, & ideo relinquitur quòd ſit multitudo pauperum & egenorum dominans & principans in tali Republica ſecundum ſententias non ſecūdum leges, & tunc cōcludit dicens, quòd ſpecies popularis, & tot, & tales ſunt, & propter prædictas cauſas. Deinde cum dicit.

g ¶ Aſſignat rationem modorum potētiæ paucorum & diuiditur in quatuor ſecundum quòd aſſignat rationem quatuor modorū ipſius. Secunda ibi. { Quanto enim &c. } Tertia ibi. { Si autem inualuerit &c. } Quarta ibi. { Quoniam autē iam &c. } In prima dicit, quòd quando ſunt plures diuites ī ciuitate non habentes tamē diuitias excellentes, ſed mediocres, tunc eſt prima ſpecies gubernationis paucorum. Huiuſmodi enim dant poteſtatem principādi alicui habenti, vel poſſidenti ſubſtātias ſiue diuitias, quia enim plures ſunt qui poteſtatem habent, ideo eligunt alios, q̄a diuites ſunt eligunt ſibi ſimiles. Vnuſquiſque enim libentius eligit ſibi ſimilem q̄ diſſimilē, & quoniā multi ſunt in iſta ſpecie qui attingunt ad Rempublicā, & poſſunt attingere ad prīcipatū, principes dominantur in ea, non ſecundū ipſorum hominum voluntatem, ſed ſecundum leges. Quāto enim magis diſtant a monarchia, quia ſcilicet, multi ſunt potentes attingere ad principatum voluntates habentes diuerſas non vnā ſicut monarchia, & quāto mediocriores ſubſtantias habēt, nō tātas vt poſſint multum vacare negligentes propria negocia, nec tam paruas vt neceſſariè habeant viuere de cōi, tātū plus volūt nō ſeipſos principari, aut q̄a nō poſſunt omnino vitare, aut quia timent grauari ab alijs, ſed leges magis. Deinde cum dicit.

g Oligarchiæ aūt quando qdē plures habent ſubſtantiā, minorem aūt & non multam valde, primæ Oligarchiæ ſpecies eſt, faciūt.n. poteſtatē principādi poſſidenti, & propter multitudinē eſſe participantiū politeumate neceſſe nō hoīes, ſed legē eſſe dominās. G Quāto .n. vtiq; plus diſtāt a monarchia, & neq; tantū habeāt ſubſtantiā vt vacent negligentes, neque tam modicam vt nutriantur a ciuitate, neceſſe legem velle ipſi, principari, ſed non ipſos.

h Si autem vtique pauciores ſunt qui ſubſtātias habēt quàm qui prius, ampliorem aūt, ſecundæ Oligarchiæ fit ſpecies, magis enim potentes ſupergredi volunt, H propter quod ipſi quidē eligunt ex multis eos qui ad politeuma admittuntur. Quia autem nondum ſic fortes ſunt vt ſine lege principentur, legem ponunt talem.

i Si autem inualuerint pauciores exiſtentes habere maiores ſubſtātias, tertius gradus fit Oligarchiæ, ſcilicet per ſe ipſos pricipatus habere, ſecundum legē autem præcipientem morientiū filios ſuccedere.

k Quando autem iam plus inualuerint ſubſtantijs & multis amicis, prope talis potentatus monarchia eſt, & domini fiunt homines, ſed nō lex, & quarta ſpecies Oligachiæ, hæc eſt cōuertibilis vltimæ democratiæ.

*Paucorum autem gubernationis prima ſpecies eſt, quando plures habent patrimonia, ſed non admodum ampla, faciunt enim poteſtatem participandi ei qui tanta poſſidet, & propter multitudinem eorum qui ad Rempublicam recipiuntur, neceſſe eſt non hominem, ſed legem dominari. Quanto enim magis diſtant a monarchia, neque tam amplas habent facultates, vt eas negligendo ociari valeant, neque ita exiguas, ut a ciuitate victum quærant, neceſſe eſt vt legem velint dominari, non autem ipſos.*

*Quòd ſi pauciores ſint, qui poſſident patrimonia ſiquidem prius, plures autem, ſecunda ſpecies fit gubernationis paucorum. Magis enim potentes plus habendi ſe dignos putant. Quapropter ipſi ſumunt ex aliis, qui ad Rempublicam ſe conferant. Præterea, quia nondum ita robuſti ſunt, vt abſque lege gubernare poſſint, legem huiuſmodi poſuere.*

*Quòd ſi eò deueniant, ut ipſi pauciores numero maiores facultates habeant, tertia cumulatio fit gubernationis paucorum, ipſi enim per ſe magiſtratus, & imperia retinent, ſecundum legem iubentem, ut parentum* I *defunctorum loco filii ſuccedant.*

*Quòd ſi magis etiam ſubnixi ſint opibus, & amicitiis, prope eſt talis potentia ad monarchiam, & dominantur homines, non autem lex, & eſt hæc quarta ſpecies gubernationis paucorum, correſpondens ultimæ ſpeciei popularis.*

F h ¶ Aſſignat rationem ſecundæ ſpeciei, & dicit quòd ſi ſint pauciores diuites quàm prius principes, ſed tamen ditiores quàm qui prius, ſecunda ſpecies potentiæ paucorum eſt, quia ditiores ſunt, ideo volunt excedere alios & ſupergredi, & ideo poteſtatem habent eligendi ex multis illos qui deficiūt in principatu. Et quia non ſunt adhuc ita potentes quòd excedāt multitudinem, permittunt quòd principentur ſecundum legē. Deinde cū dicit.

i ¶ Aſſignat rationē tertiæ ſpeciei & dicit, quòd ſi adhuc fuerint pauciores diuites quàm prius, & habentes maiores diuitias, tertia ſpecies eſt gubernationis paucorum, & videntur principes per ſe habere quaſi ex hereditate principatus, & q̄a iſti potentes ſunt valde, ordinant & ſtatuunt quòd filij ſuccedant eis in principatu. Deinde cum dicit.

k ¶ Aſsignat rationem quartæ ſpeciei, & dicit, ꝙ quoniam adhuc ſunt pauciores diuites q̄ prius, & multo ditiores & potentiores in amicis, eſt quarta ſpecies potentię paucorum, & tunc eſt huiuſmodi principatus quaſi monarchicus, quia illi qui principantur, principantur ſecundum ſuas voluntates nō ſecundum leges, ſicut fit ī monarchia regali, & propter potentiam ipſorum filij ſuccedunt. Et iſta quarta ſpecies potentiæ paucorum proportionatur quartæ ſpeciei popularis, q̄a ſicut illa peſſima eſt inter populares, ſic iſta peſſima eſt inter potētias paucorū, & tyrānidi aſſimilatur, principātes.n. in iſta propter bonū ꝓpriū principaliter dominantur, ſic autem eſt in tyrannide.

## LECTIO VI.

ADhuc aūt ſunt duæ politiæ præter Democratiā & Oligarchiā, K quarum alteram quidē dicunt oēs & dicta eſt quatuor politiarum ſpecies vna, dicunt autem quatuor, monarchiam, Oligarchiā Democratiam. quartam vero vocatā ariſtocratiā, quinta aūt eſt q̄ appellatr̄ cōi nomine oīum, politiā.n. vocāt, ſed quia non ſæpe fit, latet tentantes enumerare ſpēs politiarū, & vtunt̄ quatuor ſolū, ſicut Plato in politijs.

## *LECTIO. VI.*

*SVnt inſuper duo alia genera Reipublicæ præter eas in quibus, aut multitudo, aut pauci gubernant, quarum alteram aiunt omnes ſpeciem eſse unam ex quatuor. Dicunt autem eas quatuor, monarchiam, paucorum gubernationem, popularem, & optimatem. Eſt & quinta, quam communi nomine omnium appellant Rempublicam, ſed quia non ſæpe fit, latet numerare uolentes, & ita ſuſcipiunt, quaſi ſint quatuor ſolum, ut Plato in libris de Republica facit.*

LECTIO VI.

POſtquam Philoſophus determinauit de ſpeciebus popularis & paucorum, determinat ſpēs optimatū, & diuiditur in duas. In prima dicit, ꝙ p̄ter iſtas Reſpu. ſ. popularē & paucorū, ſunt aliæ duæ Reſpu. In ſcđa tāgit modos optimatū ſtatus, ibi. { Ariſtocratiā qdē igitur &c. } In prima dicit, quòd præter duas prædictas



prædictas politias, ideſt popularem & paucorum, ſunt aliæ duæ, quarum alteram omnes loquentes de rebuſpublicis ponunt, & eſt vna ſpecies inter quatuor Reſpu. quæ dictæ ſunt prius ab alijs. Poſuerunt enim antiqui quatuor Reſpu. ſcilicet monarchiā, paucorum, popularem, & quartam optimatem dicunt. Sed tamen his quinta ſubeſt, quæ cōmuni nomine nominatur ſcilicet Reſpublica. Et quia iſta Reſpu. communi nomine dicta raro accidit, later homines volētes diſtinguere ſpecies Reipublicæ, & ideo nō habet nomen propriū, & ideo vtuntur tantum quatuor, ſicut fecit Plato in ſuis Rebuſpublicis. Non.n. poſuit niſi quatuor ſpecies, diuidēdo monarchiam in regalē rectam & tyrannidē cum Republica communi nomine dicta, apparet ꝙ ſunt ſex.

b ¶ Ponit modos optimatum, & diuiditur in quatuor ſecundum quod ponit quatuor modos eius. Secunda ibi. { Sed ſanè ſunt &c. } Tertia ibi. { Vbi vero &c. } Quarta ibi. } Et vbi ad &c. } In prima dicit, ꝙ Reſpu. illa de qua dictum eſt prius cū determinabatur de regno recte, dicitur optimatum. Reſpublicas enim ī qua optimi viri ſimpliciter principantur & non aliquis vir optimus ex ſuppoſitione ſola dicitur optimatum. Itē in ſola iſta Republica, idem eſt optimus vir & ciuis optimus ſimpliciter, in alijs autem non, ſed optimus ciuis in aliqua alia Republica eſt optimus vir, in illa non ſimpliciter. Deinde cum dicit.

c ¶ Ponit ſecundū modum, & dicit ꝙ non ſolum iſta Reſpublica eſt ſpecies optimatū, immo ſunt aliquæ Reſpublicæ, quæ differunt a paucorum potentijs, & ab ea quę Reſpublica dicitur, & in aliquo conueniunt cū eis, quarum vna eſt in qua eligūtur principantes habendo reſpectum ad diuitias, & ad virtutes, ita ꝙ aliqui diuites & virtuoſi aſſumūtur. Differt autem a paucorū & Repu. in hoc, ꝙ eliguntur in ipſa virtuoſi, & quia non ſolum habetur reſpectus ad diuites. Paucorum autem & Reſpublica non faciunt cauſam communem, propter quam ſcilicet aſſumantur ad principatum virtutis, ideſt a virtute, hoc eſt, non habent reſpectum ad virtutem in eligendo ſecundum quòd huiuſmodi, quàmuis ſint aliqui approbati, & qui videntur eſſe excellentes viri, quibus attribuunt principatus, non quidem ſecundum quòd huiuſmodi, ſed ſecundū quòd diuites vel apti ad regendum. Deinde cum dicit.

b Ariſtocratiā quidem igitur bene habet vocare, de qua pertractauimus quidem in primis ſermonibus, eam enim quæ ex optimis ſimpliciter politicā ſecundum virtutem, & nō ad hypotheſim aliquam bonorum virorum, ſolam iuſtum appellare Ariſtocratiā. B In ſola.n. ſimpliciter idem vir & ciuis bonus, bonus eſt. Qui autē in alijs boni, ad politiam ipſorum ſunt.

c Sed ſane ſunt aliquæ q̄ ad oligarchizatas habēt differētias, & vocantur Ariſtocratiæ & ad vocatā politiā, vbi vero non ſolū reſpectu diuitiarum, ſed & reſpectu virtutis eligunt principatus, hęc politia differt ab ambabus, & ariſtocratica vocatur, etenim in non facientibus cōmunem cauſam virtutis, ſunt tamē quidam approbati, & qui videntur eſſe Epijces.

d Vbi igitur politia reſpicit ad diuitias & virtutes & populum velut in Carchedonia, hæc ariſtocratica eſt.

e In quibus ad duo ſolum, vt quæ Lacedæmoniorum ad virtutem & populum, & eſt mixtio horum duorum democratiæ & virtutes. Ariſtocratię quidē igitur præter primā optimam politiam, D hę duæ ſpecies, & tertia, quęcumque eius quæ vocatur politia inclinantur ād oligarchiam magis.

*Optimatem igitur ſe recte habet appellare illam, de qua tractauimus in Primis libris. Quæ enim ab optimis viris ſimpliciter per virtutem eſt gubernatio Reipublicæ, & non ad ſuppoſitionem quandam bonorum virorum, eam ſolam iuſtum eſt optimatem appellari, in ſola enim iſta ſimpliciter, idem eſt vir bonus, & ciuis, in aliis autem boni ſunt ad ſpeciem gubernandi ſuam.*

*Sunt tamen quædam, quæ differentiam habeant a paucorum gubernatione, & appellantur optimates, & ab ea quæ uocatur Reſpublica ubi non ſolum reſpectu diuitiarum, ſed etiam reſpectu uirtutis ad gubernationem Reipublicæ ſumuntur. Hæc Reſpublica differt ab illis, & naturam optimatis* C *ſapere uidetur, nam in his ciuitatibus que non faciunt publice curam uirtutis, ſunt tamen quidam præſtantiores, qui uidentur eſse boni uiri.*

*Vbi ergo Reſpublica reſpicit ad diuitias, & ad uirtutem, & ad populum, ut eſt apud Carthaginenſes, ea naturam optimatum ſapere uidetur.*

*Et ubi ad duo illorum ſolum, ut Lacedæmoniorum, ad uirtutem & ad populum. Et eſt hæc mixtura popularis ac uirtutis. Optimatum igitur præter* D *illam primam optimam Reipublicæ gubernandi formam, hæ duæ ſpecies ſunt, & tertia quæcumque illius quæ appellatur Reſpublica inclinant ad paucorum gubernationem.*

d ¶ Ponit tertiam ſpeciem, & dicit ꝙ tertia ſpecies eſt in qua eligentes principes reſpiciunt ad diuites virtuoſos & populum, ſicut accidit in Carthagine, vbi reſpiciūt ad iſta tria, & talis Reſpublica, optimatum ſtatus dicitur, ſed mixta ex ſtatu paucorum populari & optimatū. Deinde cum dicit.

e ¶ Ponit quartam ſpeciem, & dicit ꝙ quarta ſpecies ſtatus optimatū eſt in qua in eligendo principatus, habetur reſpect⁹ ad duo ſcilicet, ad virtutem & popularem, vt eſt Reſpublica Lacædemoniorū, & propter hoc mixta eſt ex optimatum & populari primo modo dicta. Et tunc recapitulat iſtos modos, & dicit, quòd manifeſtū eſt, quòd præter primam ſpeciem ſtatus optimatum, quæ eſt optima ſunt iſtę duæ vltimę, de quibus iam dictū eſt, & tertia quæ fuit ſecunda in ponendo ſpecies, & quæcumq; iſtius ſpeciei quæ Reſpublica dicitur, magis inclinatur ad ſtatum paucorum inquantum fit reſpectus ad diuites, & non ad pauperes.

## LECTIO VII.

REliquum autem eſt nobis de nominata politia differentiæ & de tyrannide. Ordinauimus autem ſic non exiſtentem, neque hanc E tranſgreſsionem, neq; aſsignatas ariſtocratias, quia ſecundum veritatem quidem omnes ſunt vitiatæ a rectiſsima politia. deinde dinumerantur cum ijs. Suntque ipſarum hæ tranſgreſſiones, ſicut in ijs, quæ a principio diximus. Vltimo autem de tyrannide rationabile eſt facere mentionem, quia omnium minime politia hæc ē, nobis aūt eſt method⁹ de politia. Propter quam quidē igitur cauſam & ordinatū eſt, hoc modo, dictū eſt.

## *LECTIO VII.*

*REliquum eſt, ut de ea quæ Reſpublica appellatur, dicamus & de tyrannide. Ordinauimus autem ipſam nos, cū prius* E *non eſset, neque hæc tranſgreſſio, neq; illæ de quibus modo diximus, optimates, quia reuera omnes aberrant a rectiſſima gubernandi forma, poſtmodum cum iſtis numerantur, & ſunt harum tranſgreſſiones & labes, ut in ſuperioribus circa principium diximus. Merito autem poſtremo loco tyrannidem reſeruauimus propterea quòd iſta minime eſt Reſpublica, noſtra uero materia eſt de Republica tractare. Qua igitur de cauſā ſic ordinauimus dictum eſt.*

LECTIO VII.

POſtquam Philoſophus diſtixit Reſpub. & modos popularis, paucorum & optimatū in vniuerſali, in particulari proſequit̄ de ea q̄ cōi nomine appellata ē Reſpublica, & de tyrānide. Et diuidit̄ ī duas. In prima præmittit intentionē ſuam & ordinem procedēdi & cauſā ordinis. In ſecunda proſequitur intētū ſuū, ibi. { Nūc aūt &c. } In prima dicit, ꝙ poſtquā determinatū eſt de monarchia regali, & de modis ei⁹, & de populari paucorum,

paucorum, & optimatum, & modis earum, relinquitur conſiderandum nobis de illa quæ communi nomine appellatur Reſpu. & *tyrannis*. Cauſa autem quare primo de alijs Rebuſpublicis, prius determinatum eſt quàm de ea quæ communi nomine uominata eſt, eſt quia Reſpublica, & quædam ſpecies Reipublicæ optimatum prius aſſignatæ, aliquo modo tranſgreſſiones ſunt primarum Rerumpublicarum, aliquo modo non: ſimpliciter quidem non ſunt tranſgreſſiones, ſecundum quid autem ſunt, quia omnes Reſpublicæ aliæ ab optima & rectiſſima, deficiunt ab ipſa, & ideo Reſpublica, quæ cõi nomine nominata ẽ, & ſpecies quædam optimatum trangreſſiones ſunt, & continuatur alijs quæ ſũt tranſgreſſiones, ſicut prius dictum eſt. Illud autem quod eſt tranſgreſſio alicuius cognoſcitur ex illo, quare cognoſcitur ꝑ alias rectas politias de quibus dictũ eſt. Illud autem quod cognoſcitur per aliud, ſequitur illud, & poſterius eſt eo quo ad nos. Quare poſt determinationem de alijs politijs rectis, debuit determinare de politia communi nomine nominata, cum & ipſa aliquo modo tranſgreſſio ſit, ſcilicet optimę & perfectiſſimę Reipu. Vltimo vero de tyrannide, & hoc rationabiliter, quia tyrannis inter oẽs politias minime politia eſt, & iõ prius debuit determinari de illis, quæ ſimpliciter vel magis politiæ ſunt, quia cõſideratio Philoſophi in iſto libro eſt determinare de politia: propter quam ergo cauſam prius determinatum eſt de alijs q̃ de politia & vltimo de tyrannide dicetur, dictum eſt. Deinde cum dicit.

b ¶ Proſequitur intentum ſuum, & diuiditur in duas. In prima determinat de politia. Secundo de tyrannide, ibi. {De tyrannide autem &c.} Adhuc prima in duas. In prima oſtendit, quòd eſt compoſita ex populari & paucorum, & quam habet differẽtiam ad aliquas ſpecies ſtatus optimatum. In ſecunda oſtendit, qualiter inſtituatur, ibi. {Nõ eſt aũt &c.} Adhuc prima in duas. In prima probat quòd eſt compoſita ex populari & paucorum. Secunda, quia aliquam habet conuenientiam cum aliquibus ſpeciebus ſtatus optimatum, ponit differentiam inter politiam & ſtatum optimatum quantum ad illas ſpecies, ibi. {Videtur autem &c.} Adhuc primo proponit intentum ſuum. Secundo ꝓbat, ibi. {Conſueuerunt autem &c.} In prima dicit, quòd nunc dicendum eſt de politia. Ratio autem & natura eius manifeſta erit viſis rationibus ſtatus popularis, & paucorum, quia politia ſimpliciter vt eſt dicere, mixta eſt ex paucorum ſtatu & populari, quia in politia actu & ſimpliciter non maneret ratio potentię paucorũ & popularis ſed tãtũ virtute, ſicut miſcibilia manẽt in eo quod componitur ex eis. Hoc autem habet rationem medij. Ratio autem medij cognoſcitur ex rationibus extremorũ. Quare manifeſtum eſt, quòd politia cognoſcitur per rationes potentię paucorum & popularis. Deinde cum dicit.

Lec. 9.

b Nunc autem oſtendendum eſt nobis de politia. Manifeſtiſſima enim potentia ipſius determinatis ijs quæ de oligarchia & democratia, eſt enim politia, vt ſimpliciter eſt dicere, mixtio oligarchię & democratiæ.

c Conſueuerunt autem vocare declinantes quidem, vt ad democratiam, politias. Declinãtes autem ad oligarchiam magis Ariſtocratias, quia magis aſſequitur diſciplina & nobilitas opulentioribus. Adhuc autem videntur habere opulenti quorum gratia iniuſta agunt iniuſti, vnde & Caluſagathos, & inſignes hos appellant. Quoniã igitur Ariſtocratia vult excellẽtiam attribuere optimis ciuiũ, & oligarchias eſſe aiunt ex Caluſagathis magis.

d Videntur autẽ eſſe impoſsibiliũ ciuitatẽ ariſtocratizantẽ nõ bene legibus diſponi, ſed male gubernatam, ſimiliter autẽ & ariſtocratizari eam quæ nõ bene legibus diſponuntur.

e Non eſt autem bona legũ diſpoſitio, bene poni leges, non obedire autẽ, propter quod vnã quidem bonã legũ diſpoſitionẽ exiſtimandũ eſſe, obedire poſitis legibus, alterã autẽ bene poni leges quibus immaneant. Eſt enim obedire & bene poſitis, hoc autẽ contingit dupliciter, aut enim optimis contingentiũ ipſis, aut ſimpliciter optimis.

*Nunc autem eſt a nobis de illa quæ communi nomine appellatur Reſpublica, oſtendendum, nam clarius eius vis apparebit poſt determinationem eorum quæ ad paucorum gubernationem, & ad popularem ſpectabant. Eſt enim Reſpublica, vt ſimpliciter dicamus, mixtura paucorum gubernationis ac popularis.*

G

*Conſueuerunt autem eas, quæ inclinant ad popularem, vocare Reſpublicas. Eas vero quæ ad paucorum gubernationem, uocare optimates, ex eo quia opulentioribus doctrina, atque nobilitas magis adeſſe conſueuerunt. Præterea qui diuitias habent, ea uidentur habere propter quæ cæteri iniurias faciunt. Vnde & honeſtos, & bonos, & nobiles, iſtos appellant. Cum ergo optimatum gubernatio velit excellentiam tribuere optimis ciuibus, & paucorum gubernationem eſſe dicant ex bonis & honeſtis magis.*

H

*Videtur impoſſibile quæ ciuitas nõ ab improbis, ſed ab optimis gubernetur, eam non bene gubernari. Eodemque modo quæ leges non habeat bonas, gubernari ab optimatibus.*

*Habere autem leges bonas non id eſt, ſi rectæ ſint poſitæ, nec eis pareatur. Itaque vna recta legum inſtitutio putanda eſt, legibus parere. Altera, vt recte ſint leges poſitæ quibus parere oportet. Fieri enim poteſt vt pareant ciues male poſitis legibus. Id autem dupliciter accidit, aut enim optimis quantum datur ipſis, aut ſimpliciter optimis.*

I

F c ¶ Probat quòd ſit mixta ex illis. Probat autem hoc ex communi dicto quorundam, & dicit quòd quidam antiquorum politiam cum declinat ad popularem, dicunt eam Rempublicam, cum autem ad paucorum, dicunt eam ſtatum optimatum, & ratio huius eſt, quia paucorum attenditur ſecundum dignitatem diuitiarum, diuitijs autem aſſequũtur diſciplina & nobilitas, diſciplina quidem, quia organa neceſſaria ad diſciplinã ſunt diuitię, ideo pro tãto dicitur diſciplina aſſequi diuitibus, qa habent ea quæ ſunt neceſſaria ad diſciplinam, nobilitas etiã aſſequitur, quia nobilitas eſt virt⁹, ideſt inclinatio ad virtutẽ & diuitiæ antiquę. Ergo manifeſtum eſt quòd nobilitas & diſciplina aſſequuntur diuitibus. Adhuc, qa diuites habẽt illa penes ſe, propter quorum defectum aliqui faciunt iniuriam. Aliqui enim propter penuriam, quandoque faciunt iniuriam, diuites autem ſubſtantiam habent. Habẽt igiť penes ſe illa propter quorum defectũ aliqui faciunt iniuriã, propter quod dominãtes in ſtatu paucorum, viros diuites & inſignes vocant ꝑ ſe bonos, quia in politia optimatum prĩcipatus & excellentia attribuitur optimis viris & virtuoſis, & fauẽtes ſtatui paucorum dicunt ſtatũ paucorum eſſe ex viris per ſe bonis. Dicunt etiam, quòd cũ politia declinat ad paucorum potentiã eam eſſe optimatum. hoc autem non eſſet niſi aliquid haberet de potentia paucorum. Similiter dicũt alij cũ declinat ad popularem, quòd eſt politia popularis. Quare manifeſtum eſt, quòd politia componitur ex ſtatu populari & paucorum. Deinde cum dicit.

d ¶ Ponit differẽtiã inter politiã & alias ſpecies optimatũ ſtatus, & diuidiť ĩ duas. In prima ꝑmittit q̃dã neceſſaria ad hoc declarandũ In ſeccũda cõcludit differẽtiã, ibi. {Qm̃ aũt &c.} Prĩa in duas. Primo ꝑmittit illa. Secũdo oñdit, ꝙ politia obſeruať in multis ciuitatibus, ibi. {In plurimis q̃dẽ &c.} Prĩa ĩ quatuor ſm ꝙ ꝑmittit quatuor. Secũda ibi. {Nõ eſt aũt bona &c.} Tertia ibi. {Vŕ aũt &c.} Quarta ibi. {Hæc aũt &c.} In prima dicit, ꝙ nõ vŕ eſſe poſſibile ciuitatem aliquã q̃ regitur principatu optimatũ, non bene diſponi legibus, ſed male gubernari ſm eas. Similiter non eſt poſſibile aliquã bene diſponi, & nõ eſſe bene optimatũ, qm̃ ciuitas q̃ bene regitur ſm ſtatũ optimatũ, bonũ finẽ habet ſimpliciter, quia finem virtutis, & bene diſponit quæ ad finẽ, & ad illud gratia cuius eſt, bona autẽ ordinatio ſm rationẽ eorum quæ ad finem ad ipſum eſt bona legis ordinatio, ciuitas ergo quæ bene regitur ſecundum optimatũ ſtatũ, bene regitur legibus. Et eadem ratio eſt de conuerſa. Deinde cum dicit.

K

e ¶ Præmittit ſecundum, quia aliquis poſſet dicere, quòd leges bene ſunt diſpoſitæ & regitur ciuitas ſtatu optimatum, ſed tamen nolunt obedire legibus, ideo Philoſophus dicit, quòd iſta non eſt bona diſpoſitio & ordinatio legum, quòd leges bene ponantur, & quòd non obediatur legibus. Et hoc apparet. Leges



Leges enim ſunt organa quædam ad finem ciuitatis. ſicut igitur eſſet inconueniens, quòd aliqua organa ſicut fiſtulæ eſſent bene poſita vel facta, & tamen non bene ordinarentur ad finem, ſic inconueniens eſt ꝙ leges bene ponantur, & tamen non bene ordinentur ad finem. hoc autem contingit, ſi non obediatur legibus, Ergo manifeſtũ eſt quòd nõ eſt bona legis diſpoſitio quòd lex bene ponatur, & ꝙ non obediatur ei. Et ideo duæ vidẽtur eſſe bonæ diſpoſitiones legum. Vna ꝙ legibus obediatur, alia vt ponantur leges rectæ & iuſtæ, quia, ſic legibus bene contingit obedire, & ideo ſic debẽt poni vt eis obediatur & poſsint manere. Leges autẽ bene diſponi vt eis obediatur contingit dupliciter, aut quia ſunt optimæ ex ſuppoſitione & ſecundũ ꝙ contingit in tali ciuilitate, aut qa ſunt optimæ ſimpliciter & ſine ſuppoſitione. Eſt enim intelligendum ꝙ leges rationẽ ſumunt ex fine, & ideo ſi finis ciuitatis eſt optimus ſimpliciter, ſicut in regno & in ſtatu optimatũ, leges ſunt optimæ ſimpliciter, ſi autẽ finis non eſt bonus ſimpliciter, ſed ex ſuppoſitione ſicut eſt in potentia paucorum, leges non ſunt optimæ ſimpliciter, ſed ex ſuppoſitione, qa optimæ ſunt in illa ciuitate. Deinde cũ dicit.

f ¶ Ponit tertium & dicit ꝙ in ſtatu optimatũ fit diſtributio principatus ſecundũ dignitatem virtutis. Et ratio huius eſt, qa ratio & terminus ſtatus optimatum eſt virtus, & ideo ſecundum dignitatem virtutis fit diſtributio principatus in ea. In paucorum autem fit diſtributio principatus ſecundum dignitatem diuitiarum, quia ratio & terminus eius ſunt diuitiæ, ſed ratio & terminus popularis eſt libertas, & ideo ſecundum dignitatem libertatis diſtribuitur principatus in ea. Deinde cum dicit.

g ¶ Ponit quartum, & dicit, quòd quicquid videtur pluribus in quacumque politia vigorem habet, & exiſtit apud omnes in illa politia, ſicut in paucorum illud quod videtur pluribus principantibus politia, hoc vigorem habet. Et ratio huius eſt, meli⁹ enim iudicant plures quàm pauci vel vnus. Item plures ſunt potentiores quàm pauci vel vnus, & ideo quod videtur pluribus, melius videtur, propter potentiã ipſorum obſeruatur & habet vigorem, propter quod illud qđ videbitur maiori parti eorũ, q participant politia, erit principatus in ea. Deinde cum dicit.

h ¶ Oſtendit, ꝙ politia obſeruatur in pluribus ciuitatibus, & dicit quòd in plurimis ciuitatibus Reſpu. communi nomine vocata vocatur & obſeruatur. Et ratio huius eſt, quia plurimę ciuitates mixtæ ſunt ex pauperibus & diuitibus. Hæc autem cõmixtio nihil aliud coniecturat niſi libertatem & diuitias ſecundum quas determinantur gubernatio paucorum & popularis. Apud autem plurimos diuites exiſtentes boni & honeſti videntur, & ideo principantur in tota regione, & apud aliquos po-

f Videtur aũt Ariſtocratia quidem eſſe maxime honorẽ diſtribui ſecundũ virtutẽ, Ariſtocratiæ quidem enim terminus, virtus, oligarchiæ autem diuitiæ. democratiæ autem libertas.

g Hæc autem quodcumque videatur pluribus in omnibus exiſtit. Etenim in Oligarchia & in Ariſtocratia, & in Democratia, quodcunque videatur maiori parti participantiũ politia, hoc eſt dominans.

h In plurimis quidem igitur ciuitatibus politiæ ſpecies vocatur, ſolum enim mixtio coniecturat diuitum & pauperum diuitias & libertatẽ, ferè. n. apud plurimos q opulenti caloncagathon videntur tenere regionem.

i Quoniam autẽ tria ſunt quæ altercantur de æqualitate politię, libertas, diuitiæ, virt⁹. Quartum enim quod vocant ingenuitatem aſſequitur duobus. Ingenuitas. n. eſt virtus & diuitiæ antiquę, manifeſtum quod mixtionem quidem duorum, ſcilicet opulentorum & egenorum politiam dicendum, trium autem Ariſtocratiam maxime aliarũ, præter veram & primam.

k Quòd quidem igitur ſiut & alię ſpecies politiæ præter monarchiam & democratiam, oligarchiam dictum eſt, & quales hæ, & quid differunt inuicem Ariſtocratiæ & politiæ ab Ariſtocratia, & quòd non ab inuicem longe, manifeſtum.

*Videtur autem optimatum eſſe maxime honores tribuere ſecundum virtutem. Finis enim optimatum, virtus, paucorum vero gubernationis, diuitiæ, popularis autem, libertas.*

B

*Quod autem pluribus videtur cõmune eſt omnium, nam in paucorum, & in multitudinis gubernatione, & in optimorũ quod uidetur maiori parti eorum qui in Republica uerſantur, id obtinet.*

*In pleriſque igitur ciuitatibus hæc ſpecies gubernandi, Reſpu. uocatur, ſola enim mixtio coniecturã facit opulentorum, & inopum, diuitiarum, & libertatis, ferè enim apud plurimos illi qui diuitiis pollent bonorum & honeſtorum locum obtinere uidentur.*

C

*Cum uero tria ſint quæ circa æqualitatem Reipublicæ contendunt, libertas, diuitiæ, uirtus, nam quartum illud quæ appellatur nobilitas, duobus conſequens eſt. Nobilitas enim eſt antiquæ diuitiæ, & uirtus. Manifeſtum eſt quòd duorum mixtura, diuitum & pauperum eſt Reſpublica appellanda. Trium uero, optimatum gubernatio maxime aliarum præter illam veram & primam.*

D

*Quòd igitur ſint aliæ Reſpublicæ præter monarchiam & popularem, & paucorum potentium, dictum eſt, & quales iſtæ, & in quo differant inter ſe, & optimatum gubernatio, & aliæ ſpecies, quæ ad optimates declinant, & quomodo non longe diſtant inter ſe, manifeſtum eſt.*

A pulus propter libertatem. Cum igitur politia ſit mixta ex populari & paucorum, manifeſtum eſt quòd plures ciuitates ſeruant politiam. Deinde cum dicit.

i ¶ Concludit differentiam inter politiam & optimatum potentiam quantum ad aliquas ſpecies. Et primo facit hoc. Secũdo recapitulat, ibi. {Quòd quidem igitur.} In prima dicit, quòd tria ſunt ad q̃ principaliter attendentes in politia altercantur de principatus æqualitate ſcilicet libertas, virtus, diuitiæ. Quidam. n. dicunt quòd principatus debet diſtribui ſecundum dignitatẽ libertatis, vt quia æquales ſunt in libertate, ęqualiter participent principatu. Alij dicunt, quòd nõ debet fieri diſtributio principatus ſecũdum dignitatem libertatis, ſed ſecundum dignitatem diuitiarum, vt qui abũdantes ſunt in diuitijs. Alij dicunt, ꝙ ſecundum nullum iſtorum debet fieri diſtributio principat⁹, ſed ſecundum dignitatem virtutis, vt qui æqualiter attingunt ad virtutem, ęqualiter attingant ad principatum, & ſic altercantur aliqui ſecundum cuius iſtorũ æqualitatẽ debeat diſtribui æqualiter prĩcipatus. Quartum autem de quo aliqui altercantur quod vocatur nobilitas, annexum eſt, vel aſſequiť duobus ſcilicet, virtuti & diuitijs. Nobilitas enim eſt virtus generis, hoc eſt inclinatio ad virtutem deſcendens a parẽtibus in filios & in parẽtes ab alijs prioribus, & ſic ſecundum quandam antiquitatem. Similiter nobilitas ẽ diuitiæ antiquæ, non quòd diuitię ſint de ratione nobilitatis: poſſibile enim eſt quòd ĩn pauperibus ſit inclinatio ad virtutem orta ex parentibus, & ſecundum quandam antiquitatem, ſed pro tanto dicitur nobilitas diuitię antiquę, quia ſunt neceſſariæ ad virtutem. Cum igitur ita ſit, manifeſtum eſt quòd politia mixta ex diuitibus, & egenis, dicenda eſt politia communi nomine, ſed illa quæ mixta eſt ex tribus, ſcilicet diuitibus & egenis & virtuoſis, optimatum ſtatus eſt vna de tribus optimatum potentijs alijs a prima, quæ eſt vera Reſpublica optimatum non mixta. Deinde cum dicit.

E

k ¶ Recapitulat & dicit, quòd dictum eſt iam, quòd præter monarchiam regalem & paucorum potentiam & popularem ſunt aliæ ſpecies politiæ & quales ſunt & quæ, quoniam optimatum & politia. Iterum dictum eſt, qualiter ſpecies optimatum adinuicem differunt, & qualiter politia differt ab optimatum ſtatu, & manifeſtum eſt ex dictis, quòd non multum diſtant adinuicem politia, & optimatum ſtatus, qui reſpicit diuites & pauperes virtuoſos, quia ſolum in hoc quòd reſpicit virtuoſos, alia non, & ita diuites & pauperes ſicut politia, propter quod manifeſtum eſt, quòd non multum diſtant.

## LECTIO VIII.

Poſtquam Philoſophus declarauit quòd politia communi nomine nominata, eſt compoſita ex populari ſtatu & paucorum, & qualiter differat ab optimatũ ſtatu quantum ad aliquam ſpeciem, oſtẽdit qualiter inſtituatur, & habet duas partes. In prima præmittit intentum ſuũ. In ſecunda proſequitur, ibi. {Sunt autem termini &c.} In prima dicit, quòd poſt quam declaratũ eſt, quòd politia eſt compoſita ex populari ſtatu & paucorum, cõſequenter dicendum eſt qualiter Reſpub. cõmuni nomine nominata ſit quædã politia alia a ſtatu populari & paucorum, cum tamẽ ex illis cõponatur. Dicendum etiam eſt, qualiter inſtituatur. Viſis autẽ rationibus, quibus determinantur gubernatio paucorũ & popularis, ſimul apparebit ratio politię. Et ideo ſumenda eſt diſtinctio iſtarum duarum politiarũ, deinde qualiter ex iſtis duabus accipiẽdo ab vtraque & aliquid dimittendo, fit vnum mixtũ, vel totum aliquod continens aliquid vtriuſque. Deinde cum dicit.

b ¶ Proſequitur & diuiditur in duas. In prima, oſtendit qualiter ex illis inſtituatur politia. Secundo, oſtendit quis ſit terminus & ratio bonæ commixtionis, ibi. {Modus quidem igitur &c.} Circa primã partem intelligẽdum eſt, quòd circa principatum tria eſt conſiderare. Primum eſt perſonas principãtes. Secundum eſt actus principantiũ. Tertium eſt modus inſtitutionis principantiũ: ſecundũ hoc iſta pars diuidit in tres partes. In prima declarat terminũ & rationẽ mixtionis politiæ ex ipſis quantũ ad actus principantiũ. Secundo quantũ ad perſonas quæ debent aſſumi ad principatũ, ibi. {Alterũ autẽ &c.} Tertio quantum ad inſtitutionẽ ipſorũ, ibi. {Tertium aũt &c.} In prima dicit, ꝙ termini ſiue rõnes compoſitionis, ſiue mixtionis politiæ ex gubernatione paucorũ & populariũ tres ſunt, & vna ratio eſt quantum ad actum principantium qui eſt iudicare. Vt autem appareat hæc ratio mixtionis, aut ſumenda ſunt ea quæ vtræque ordinant, ſaltem ſecundum partem, quamuis non ſecũdum totum & ſimpliciter. v. g. de iudicio lex fuit in paucorũ ſtatu, ꝙ ſi diuites non venirẽt ad iudicandum & diſceptandum, ꝙ haberent damnum, puta ꝙ punirentur in aliquo, & ſi pauperes venirent nullam mercedem reportarent, manifeſtum eſt autem quòd iſta lex introducta fuit in fauorem diuitum & in odiũ egenorum, quia lex iſta data fuit, vt pauperes excluderentur a principatu, ex quo enim nullam mercedem reportant ſecundum legem non veniunt, & ſic excluduntur. Data etiam fuit vt diuites participarent principatu, quia ex quo damnum reportarent, ſi

F non venirent compelluntur venire. In contrarium autem in populari ſtatu fuit alia lex, quòd egeni veniẽtes ad diſceptandum & iudicandum habeant mercedem, diuites vero nullum damnum. Et manifeſtum eſt, ꝙ iſta lex data fuit in odium diuitum & in fauorem egenorum, quia per iſtam legem videntur excludi diuites, & ſolum pauperes participare principatu. Illud vero quod eſt commune iſtis duabus legibus, eſt mediũ i quo conſiſtit ratio compoſitionis politiæ. Si enim accipiatur ex paucorum potentia diuites reportare dãnũ, ex populari pauperes reportare mercedem, hoc eſt medium & commune illis, & hoc eſt politicum. Quare manifeſtum eſt, quomodo politia componitur ex iſtis, & tunc concludit quòd vnꝰ modus mixtionis politiæ ex ſtatu populari & paucorum eſt iſte qui dictus eſt. Deinde cum dicit.

c ¶ Determinat rationẽ mixtionis quãtum ad perſonas quę debent aſſumi ad prĩcipatum, & dicit ꝙ alia eſt ratio mixtionis ſcilicet, quantum ad perſonas quas fauentes paucorum potentiæ & populari dicũt debere vocari ad congregationes, ſiue ad principatum, quia fuit lex in populari, quòd nullus aſſumeretur ad principatũ ſecundum dignitatẽ diuitiarum vel honorabilitatem, ſed ſi deberent aſſumi ſecundum aliquam honorabilitatem quòd aſſumerentur ſecundũ paruam in paucorũ. Econtrario fuit lex, quòd aſſumerẽtur ſecundum honorabilitatem maximam. Manifeſtum eſt autem, quòd neutrum iſtorum eſt commune, ſed ſunt diuerſa & ſeparata. Si vero accipiatẽ mediũ, in hoc cõſiſtit rõ politię, ꝙ ſ. accipiatẽ princeps ſẽm mediã honorabilitatẽ. Quare manifeſtum eſt

K quõo politia miſcẽda eſt ex populari ſtatu & paucorũ quantũ ad perſonas, q̃ debẽt aſſumi ad principatum. Deinde cum dicit.

d ¶ Declarat rationẽ mixtionis politiæ quantum ad inſtitutionem perſonarum quæ debent aſſumi ad principatum, & dicit, ꝙ tertia ratio mixtionis eſt quantum ad modum eligendi, ſiue inſtituẽdi perſonas principantes, diuerſus enim eſt modus eligendi in ſtatu populari & paucorum. In populari enim lex fuit, ꝙ per ſortem acciperentur principantes, & non ſecundũ honorabilitatem magnam diuitiarum. In paucorũ vero fuit lex, quòd acciperentur ſecundũ leges & ſecundũ dignitates diuitiarũ. Accipere aũt aliquid ab vtraq; politicum & optimatũ ſtatuũ conuenit, malũ enim eſt, ꝙ omnes accipiantur per ſortẽ, & etiã malum eſt, quòd omnes accipiantur ſecundũ honorabilitatẽ diuitiarũ, & ideo vtrumq; iſtorum dimittendum eſt. Sed accipiatẽ ab potentia paucorum, quòd accipiendi ſunt per electionem, & quòd non ſecundum aliquam honorabilitatem diuitiarum, ſed per ſortem ex populari ſtatu, & tunc erit politicum, quare manifeſtum

## LECTIO VIII.

Qvo aũt modo fit præter democratiã & oligarchiam quæ vocatur politia, & qualiter ipſam oportet inſtitui, dicemus conſequenter dictis, ſimul autem palam erit & quibus determinant, democratiã & ligarchiam. Sumẽdum enim horum diuiſionem, deinde ex ijs ex vtraq;, velut ſymbolum accipientes componendum.

b Sunt autem termini tres cõpoſitionis & mixtionis, aut. n. vtrumq; ſumendum quæ vtriq; lege ſtatuunt, puta de eo quod eſt iudicare. In oligarchiis quidẽ enim opulentis damnum ordinant ſi non diſceptent, egenis autem nullam mercedẽ. In democratiis autem egenis quidẽ mercedem, opulentis autẽ nullum damnum. Commune autẽ & medium horum ambo hæc, propter quod & politicum, mixtũ eſt. n. ex ambobus. Vnus quidẽ igitur iſte cõbinatiõis modꝰ.

c Alterũ autẽ accipere mediũ eorũ quę vtriq; ſtatuũt, puta cõgregationis fieri, ij quidem ab honorabilitate nulla vel parua omnino, ij autẽ ab immenſa honorabilitate. Commune autẽ neutrum, ſed media honorabilitas vtriuſque horum.

d Tertiũ aũt ex duabus inſtitutionibus, hæc quidem ex oligarchica lege, hęc autem ex democratica. Dico autem, puta videtur Democraticum quidem eſſe, ſortiales eſſe principatus, eligibiles autẽ Oligarchicum.

## *LECTIO VIII.*

*Qvomodo autem fiat præter popularem, & paucorum potentiam illa quæ appellatur Reſpublica, & quo in ordine reponenda ſit, deinceps dicemus, & ſimul apparebit quibus diſſiniant popu-* G *larem & paucorum gubernationem. Sumenda eſt enim horum diſtinctio, poſtea ex his ab vtraque tamquam regulam ſumentes componere oportet.*

*Sunt autem diffinitiones tres, compoſitionis ac mixturæ, aut enim ambo ſumenda, quorum vtræque leges ponunt, ceu circa iudicia. In paucorum enim potentia diuitibus pœnam conſtituunt, niſi in iudicando adſint. Pauperibus vero, mercedem nullam. In* H *popularibus autem, pauperibus mercedem, diuitibus autem, pœnam nullam. Commune ac medium iſtorum ambo hæc, itaque & ciuile, mixtum eſt enim ex ambobus. Vnus igitur modus hic eſt combinationis.*

*Alius autem medium capere eorum quæ ab vtriſque iubentur, ceu concionari, hæ quidem a nullo cenſu, uel exiguo penitus, hæ uero a ma-* I *gno cenſu, commune certe neutrum, ſed medium vtriuſque cenſus.*

*Tertius vero ex duobus iuſsis, hoc quidem ex populari lege, illo autẽ ex paucorum gubernatione. Dico autem tale aliquid, uidetur populare quidem magiſtratus ſortiri. Paucorum autem gubernationis, eligere. Et populare non ex cenſu, tribuere. Paucorum*



manifeſtum eſt quomodo politia componitur ex populari & paucorum quantum admodum inſtituendi perſonas principantes. Deinde cum dicit.

e Declarat quis eſt terminus, & ratio bonæ mixtionis, & diuiditur in tres, In prima tangit quis eſt terminus bonæ miſtionis. Secundo manifeſtat per exemplum ibi. {Palã enim &c.} Tertio declarat quid oportet obſeruari in politia bene mixta, ibi. {Oportet autem &c.} In prima dicit, & quòd ratio & terminus bonæ mixtionis paucorum ſtatus & popularis, in politia aliqualiter eſt qñ contingit dicere, ꝙ Reſpu. quæ mixta ẽ, ex ſtatu paucorum & populari, & tunc bene mixta eſt Reſpu. ex illis, quãdo in Repub. apparẽt illę duę. Hoc enim cõtingit, quia mixta eſt ex illis. In mixto. n. manent miſcibilia aliqualiter, & in medio extrema. Medium. n. comparatũ ad vtrũq; extremorum apparet eſſe vtrumque. Tũc igitẽ bene mixta eſt Reſpu. ex paucorum & multorum ſtatu, quando in Repu. apparet paucorum & multorum Reſpub. Deinde cum dicit.

f ¶ Declarat p exẽplum. Et dicit, quòd in Repu. Lacedæmoniorum manifeſtum eſt, quòd in Repu. apparet popularis & paucorum, quia multi dicunt, quòd illa Reſpu. eſt popularis, quia habet multa de ſtatu illo. v. g. Primo ſimiliter ſe habet circa nutritionem ſicut popularis. Pueri. n. in Lacedæmonia diuitum & egenorũ eodem modo & ex eiſdem alimẽtis nutriũtur, ſimiliter eodem modo erudiuntur, & illo modo quo poſſunt erudiri pauperũ filij. Similiter in cõſequenti ætate, cum facti ſunt viri eodem modo ſe habẽt ſicut diuites. In alimentis enim & veſtimentis non eſt diuerſitas inter pauperem & diuitem, talibus enim induuntur diuites quibꝰ pauperes poſſunt indui ſi volunt. Iterũ habebant duos magnos principatus populares, populus. n. eligebat principẽ in vno principatu. Eligebantur enim ſenes a populo. Ad princi-

A patum autem quædam attingebat populus ſcilicet ad principatum Ephororum. Et dicitur principatus iſte eorum qui poteſtatem habent conuocandi multitudinem & exequendi per eã quæ ad ipſum pertinent, ſic igitur apparet, quòd Reſpublica Lacedæmoniorum videbatur eſſe quibuſdam popularis, alijs videbatur eſſe paucorum, ſcilicet, quòd omnes principantes aſſumuntur per electionem & nullus p ſortem. Item pauci erant principantes quantum ad condemnationem mortis & relegationem, & ſimiliter quãtum ad alia talia. Sic igitur apparet, quòd in Republica cõmuni nomine nominata debent apparere popularis & paucorum ſtatus. Deinde cum dicit.

g ¶ Oſtendit quid oportet obſeruari in Republica. Et dicit, quòd in Republica bene mixta ex populari & paucorum ſtatu, oportet quòd vtrumque extremorum eſſe videatur & neutrum. Oportet quidem quòd vtrũque videatur, quia in mixto manent aliquo modo miſcibilia. Quare ſi bene fuerit mixta Reſpublica ex illis, oportet quòd in Republica aliquo modo appareat paucorum ſtatus & popularis. Itẽ oportet, quòd neutrum videatur ſcilicet ſecũdum actum, nam in mixto non ſaluantur miſcibilia ſecundum actus proprios. Et ideo in Republica nõ debet apparere ſtatus paucorum ſimpliciter & ſecũdum actum ſuum ſimpliciter, nec popularis. Item oportet hic obſeruari, ꝙ Reſpublica ſit talis, quòd p ſeipſam poſſit ſaluari, non per aliud extrinſecum, ſed per ſe. Non ex eo, quòd ſint aliqui plures extrinſeci qui velint ſaluationẽ eius, quia hoc poteſt ineſſe tyrannidi, vel alicui alij praue vel male ordinatæ. Sed oportet, quòd ſaluetur propter hoc, ꝙ nulla pars huius Reipublicæ velit aliam Rempu. ſed tãtũ iſtã. Et tũc recapitulat & dicit, ꝙ patet qualiter ſe habet Reſpu. ſimiliter, qualiter ſe habẽt ſtatus optimatum mixti, dictũ eſt.

Et Democraticũ quidẽ qui non ab honorabilitate. Oligarchicũ autẽ qui ab honorabilitate: Ariſtocraticũ igitur & politicũ ex vtraq;, vtrũq; accipere, ex Oligarchia quidẽ eligibiles facere principatus, ex Democratia autẽ quod non ab honorabilitate.

e Modus quidẽ igitur mixtionis iſte. Eius aũt qđ eſt bene miſceri Democratiã & Oligarchiã terminus, quando contingit dicere eandem politiam, Democratiam & Oligarchiam.

f Palam enim quod hoc patiũtur dicentes propter mixtas eſſe bene. Patitur autem hoc & medium: apparet enim vtrumq; extremorũ in ipſo, qđ quidẽ accidit circa Lacedæmoniorum politiam, multi enim conantur dicere tamquam Democratia exiſtente, quia Democratica multa ordo habet, puta primo qđ circa alimentum puerorum, ſimiliter enim qui diuitũ nutriũtur ijs, qui pauperum & erudiũtur hoc modo vtique, quo poſſent & pauperum pueri. Similiter autem & in habita ætate, & cum viri fuerint eodem modo. Nullo enim diſtinctus diues & pauper, ſic quæ circa alimentũ eadem omnibus in conuiuijs & veſtimentum tale diuites, quale D vtique præparare poſſet & pauperum aliquis quicumque. Adhuc eo quòd duos maximos prĩcipatus, hunc quidem eligat populus, hoc autem participet. Senes quidem enim eligunt, ephoria autem participant. Alij autem oligarchiam, quia multa habet oligarchica, puta quod omnes ſunt eligibiles & nullus ſortialis & quòd pauci ſunt domini mortis & fugæ, & alia talia multa.

g Oportet autem in politia mixta bene videri vtraque eſſe, & neutrũ, & ſaluari per ſe ipſam, nõ eo ꝙ plures extrinſecus ſint, qui volũt, erit enim vtiq; & prauæ politiæ hoc exiſtens, ſed eo quòd neq; vtiq; velit politiam alteram nulla partium politiæ totaliter. Quo quidem igitur modo videtur cõſiſtere politia, Similiter autem & putatæ Ariſtocratiæ, nunc dictum eſt.

*autem ex cenſu. Optimatum igitur, ac ciuile ab vtraque vtrumque accipere, ex paucorum quidem gubernatione electiuos facere magiſtratus, ex populari autem ſumere non per cenſum.*

B *Modus igitur admiſcendi, talis, bene autem admiſcuiſſe popularem & paucorum gubernationẽ finis eſt, quando eadem Reſpublica dici poteſt popularis, & paucorum gubernatio.*

*Patet enim hoc accidere dicentibus eas bene eſſe commixtas, accidit hoc etiam medio. Conſpicitur namque in eo vtrumque extremorum, quod contingit Lacedæmoniorum Reipublicæ. Sunt enim permulti, qui aggre-* C *diuntur dicere eam eſſe popularem, propterea quod populariter complura in illa ſunt conſtituta, ceu præmium circa educationem puerorum. Pari modo diuitum filii educantur & pauperum, & erudiuntur per eum modum, per quem valeant pauperum filii erudiri. Similiterque in ſequenti ætate, cum viri facti ſunt. In nullo enim magis cõſpicuus diues quàm pauper. Cibi quoque iidem vtriſque in comeſſationibus. Veſtitu etiam tali diuites vtũtur, qualem & pauperum quiuis habere poteſt. Præterea duorum maximorum magiſtratuum, alterum eligit populus, alterum gerit. Senatores enim per populum eliguntur. Ephori autem, ex popularibus conſtituuntur. Alii vero dicunt eſſe illam paucorum gubernationem, quoniam multa habeat quæ paucorum potentiam aſſerant, ceu omnes dignitates per electionem conferri, per ſortem vero, nullam. Et inſuper apud paucos poteſtatem eſſe necandi, & in exilium pellendi, ac cætera huiuſmo-* E *di permulta.*

*Oportet enim in Republica bene temperata vtrumque videri in eſſe, & neutrum, & conſeruari per ſeipſam non aliunde, & per ſeipſam non per alios multos extraneos qui velint. Nam & prauæ Reipublicæ hoc poteſt contingere. Sed ne velle quidem gubernationem alterã quoquomodo partium ciuitatis omnino, quemadmodum igitur oporteat Rempublicam conſtituere, & ſimiliter illas quæ appellantur optimates, dictum eſt.*

LECTIO IX.

POſtquam Philoſophus determinauit de Republica qualiter mixta eſt ex ſtatu paucorum & multorum, & qualiter habet inſtitui, determinat de tyrannide.

## LECTIO IX.

DE tyrãnide autem erat reliquũ nobis dicere, non quaſi ſit multa ſermocinatio circa ipſam, ſed vt accipiat quis methodi partem, quoniam & hanc ponimus politiarum quandam partem.

b De regno quidem igitur determinauimus in primis ſermonibus, in quibus de eo quod maxime dicitur regnum fecimus cõſiderationem, vtrum inexpediens vel expediat ciuitatibus, & quam & vnde oportet conſiſtere & qualiter.

c Tyrannidis autẽ ſpecies duas quidem diuiſimus, in quibus de regno conſiderauimus propter potentiam ipſarum vergere aliqualiter & ad regnum, propter ſecũdum legem eſſe ambos hos principatus, In quibuſdam .n. Barbarorũ eligunt ĩperatores, monarchos, & olim apud antiquos græcos fiebant quidẽ monarchę iſto modo quos vocabãt Eſymnetas, habent aũt hæ quaſdam ad inuicem differentias, erant autem propterea quod ſecundum legem regales & quia monarchizabant voluntarijs, tyrãnice aũt pp deſpotice principari, & ſm ſuã ſententiam.

d Tertia aũt ſpecies tyrannidis quæ quidẽ maxime videtur eſſe tyrãnis conuertibilis exiſtens, ei qui omnimode regnũ, tale autem neceſſarium tyrannidẽ eſſe monarchiam quæ eſt incorrigibilis principatus ſimilium & meliorum omnium ad proprium ſiue conferens, ſed non ad id quod ſubiectorum, propter quod inuoluntarius. Nullus.n. voluntarius liberorum ſuſtinet tale principatum: tyrannidis quidem ſpecies hæ & tot propter dictas cauſas.

*LECTIO IX.*

*REſtat nunc, vt de tyrannide dicamus, non quòd multis uerbis indigeat, ſed vt habeat in hoc tractatu locum ſuum. Quãdoquidem hanc quoque poſuimus partem eſſe aliquam plublicæ guberna-* G *tionis.*

*De regno igitur determinauimus in ſuperioribus libris, vbi tractatum eſt a nobis, nunquid regia gubernatio vtilis foret ciuitatibus, an inutilis? & quam, & vnde conſtituere oportet, & quomodo.*

*Tyrannidis uero ſpecies duas ibidem diſtinximus. Propterea quod earum potentia quodammodo alteratur* H *ad regiam gubernationem, ex eo quia ambæ poteſtates iſtæ ſunt ſecundum leges. Nam & apud quoſdam barbarorum eliguntur aliqui ad gubernandum ſoli, cum abſoluta omnimodaque poteſtate, Et apud Græcos olim eodem modo quidam eligebantur, qui ſoli gubernarent, quos uocabant Aeſymnetas: habent uero hæc inter ſe differentias quaſdam, erant enim regiæ, ex eo quia ſecundum leges, & ex eo quia uolentibus imperabant: tyrannice autem, ex eo quia pro arbitrio dominationem exercebant.* I

*Tertia ſpecies tyrannidis quæ maxime proprie uidetur id nomen habere, oppoſita ẽ regiæ poteſtati abſolute. Nam neceſſe eſt tyrannidem illam unius gubernationem eſſe, quæ nullis ſubiaceat legibus, & dominetur per uim æqualibus ac melioribus ad propriam utilitatem, non ad utilitatem ſubditorum. Quapropter, inuolũtaria eſt, cum nemo liber ſponte ſua ferat huiuſmodi ſeruitutem. Species igitur* K *tyrannidis tot & tales ſunt. propter dictas cauſas.*

Et diuiditur in duas. In prima præmittit intẽtum ſuum. In ſecunda proſequitur, ibi. {De regno quidẽ &c.} In prima dicit, quòd poſtquàm determinatum eſt de Repu. communi, nomine nominata. Dicendum eſt de tyrannide, non quòd debeat fieri ſermo prolixus de ea, eſt enim Reſpu. peſſima, & ideo breuiter dicendũ eſt de ipſa vt habeatur pars quædam præſentis tractatus. Intentio enim Philoſophi ĩ iſto libro eſt determinare de Repu. ſed tyrannis eſt Reſpu. quædã, ideo dicẽdum eſt de ipſa. Deinde cum dicit.

b ¶ Proſequitur & quia tyrãnis eſt traſgreſſio a regno, recolligit primò quædam determinata de regno. Secundo proſequitur de ipſa ibi, {Tyrannidis autem &c.} In prima dicit, quòd in præcedentibus dictũ eſt de monarchia regali, vbi tũ conſideratum eſt de ipſa monarchia, vtrũ ciuitatibus expediat vnum principari, aut non expediat. Et dato quòd expediat, conſideratũ fuit qualem vnum, quoniam optimum, & vnde aſſumendus eſt, quoniam ex optimis viris & qualiter. Deinde cum dicit.

c ¶ Proſequitur de tyrannide. Et primo ponit duos modos ei⁹ quos poſuit pri⁹, capitulo de regno. Secundo ponit modũ vnum qui proprie dicitur tyrannis, ibi. {Tertia autem ſpecies &c.} In prima dicit, ꝙ duę ſunt ſpecies tyrannidis, de quibus dictum eſt ſuperius cũ de regno determinaret quæ valde ſunt propinquæ monarchiæ regali propter potentiam quam habent principantes ſecundum illas ſupra ſubditos, & principãtes ſecundum iſtas ſpecies principantur ſecundum leges, quod pertinet ad monarchiam regalem. Eſt enim vna iſtarum ſpecierum ſecundum quam in quibuſdam ciuitatibus barbarorum aſſumitur monarcha, qui regit eos ſecundum leges & conſuetudinem. Eſt autem conſuetudo eorum quòd aſſumant ſibi monarcham, vel per electionem, vel per ſucceſſionem qui regat eos ſecundum leges. Secunda ſpecies eſt ſecundum quam aliqui eligunt ſibi principem ad fugandum inimicos, ſecundum quòd apud grecos olim eligebantur quidam qui vocabantur Aeſym-

F netæ. Iſti enim eligebant quoſdam in principes ad fugandũ aduerſarios. Iſtæ autem duę ſpecies habebant in ſe quędam oppoſita & differentia, quia videlicet cum regerent huiuſmodi reges ſecundum leges & volentibus imperarent, erant eorum monarchiæ regales, cum vero prætermiſſis legibus ſecundum quas regere debebant plena poteſtate ſecundum arbitrium ſuum dominarentur tyrannice regnabant, & monarchiæ illæ tyrannides erant. Deinde cum dicit.

d ¶ Ponit modum qui proprie dicitur tyrannis. Et dicit, ꝙ tertia ſpecies quæ ꝓprie & maxime videtur eſſe tyrannis, videtur eſſe conuertibilis cum monarchia regali primo & principaliter dicta, non quòd ſit eadem illi, ſed per oppoſitum, quia ſicut in regno principatur vnus ſecundum voluntatẽ ſuam & ratione ordinata ad vtilitatẽ ſubditorum, ſic in iſta principatur vnus ſecundum voluntatem ſuam. Eſt autem huiuſmodi tyrãnis nullis ſubiacens legibus incorrigibilis principatus ſimiliũ & meliorũ pp bonũ ſuum non propter bonum ſubditorum. In iſta autẽ diffinitione principatus eſt loco generis, incorrigibilis loco differentiæ. Et dicitur incorrigibilis, quia nõ eſt natus corrigi. Illud enim dicitur corrigibile, quod a diſpoſitione praua ad bonam poteſt mutari, ſaluata natura eius, nunc autem iſte principatus ita peſſimus eſt, ꝙ a diſpoſitione ſua praua ad bonã non poteſt mutari, ſaluata eius natura, immo corrumperetur, per ſimiliũ & meliorum, tangitur materia principatus. Sũt enim in iſto principatu æquales & liberi, & virtuoſi. Cauſam finalem tangit cum dicit, propter bonum propriũ nõ ſubditorum. Ex quo ſequitur, quòd iſte principatus non eſt voluntarius, quia nullus liber voluntarie ſubijcitur tali principatui. Et ratio huius eſt, quia nullus qui eſt bene diſpoſitus ſecundum naturam, & inclinatur ad virtutem, vult ſubijci ei qui principatur non ſecundum virtutem, ſed propter bonum proprium, immò magis inclinatur ad principandum ſimpliciter quàm ſubijciendum. Nunc autem liber bene diſpoſitus eſt ſecundum naturam & inclinatur ad virtutem. Ergo manifeſtum eſt, quòd non vult ſubijci ei qui non principatur ſecundum virtutem, ſed inclinatur magis ad principãdum. Sed tyrannis principatur non ſecundum virtutem, quare manifeſtum eſt quòd principatus iſte inuoluntarius eſt. Dixit aũt liberorum



liberorum propter principatum ſeruilem. In illo enim principatu ſubditi ſubiiciuntur tyranno voluntarie: quia inclinantur ad ſubiiciendum tali principatui, ſicut in principatu barbarorum. Vlterius concludit quòd hæ & tot ſunt ſpecies tyrannidis & propter cauſas dictas.

LECTIO X.

POſtquam Philoſophus determinauit de Repu. cõi nomine nominata: & de tyrãnide, declarat quæ ſit optima Reſpub. pluribus ciuitatibus & pluribus hominibus ſimpliciter. Et diuiditur in duas. In prima dat intentum ſuum. In ſecunda proſequitur, ibi. {Si enim bene &c.} In prima dicit, quòd poſtquam determinatum eſt de Repub. & tyrannide, dicendum eſt q̃ eſt optima Reſpub. & quæ eſt optima vita pluribus ciuitatibus, & pluribus hominibus: & nõ dicendũ eſt nobis, quæ eſt optima vita ſimpliciter ſecundum veritatem in comparatione ad ſimplices & idiotas, ideſt ſecundum quas ſimpliciter viuunt. Nec dicendũ eſt quæ eſt optima vita in cõparatione ad diſciplinam, qualis eſt ſpeculatiua. Iſtæ enim indigent bona inclinatione naturali, & bono ſucceſſu fortunæ. Iſta autem habere difficile eſt. Iterum non dicendũ eſt de Repu. optima, quę eſt ſecũdum voluntatem & electionem ſimpliciter. Sed dicendum eſt de vita optima quæ poſſibilis eſt pluribus hominibus & ciuitatibus, & de Repu. ad quam poſſunt pringere plurimæ ciuitates. Status autem optimatũ de quibus dictum eſt prius ſcilicet illæ quę ſunt ſimplices & mixtæ, quæ magis accedunt ad ipſam non ſunt poſſibiles multis ciuitatibus ſed magis cadunt extra optimum pluribus ciuitatibus. Quidam autem magis appropinquant ei quam dicimus Remp. Et ideo de illis optimatibus & de hac Repu. dicendum eſt, ſicut de vna Repu. qnia ex eiſdem principiis ſit iudicium de ipſis. Et iſtæ duæ ſunt optimæ & poſſibiles pluribus ciuitatibus & hominibus, de quibus nunc dicendum eſt. Deinde cum dicit.

b ¶ Proſequitur. Et primo oſtendit quæ ſit optima vita & Reſpub. poſſibilis pluribus ciuitatibus. Secundo qualiter aliæ Reſpu. ſe habent ad uitam, ibi {Aliarum autem politiarum &c.} Prima in tres. In prima oſtendit quæ ſit optima vita hominis. Secundo, quòd iſta eadem eſt ratio & terminus Reipu. poſſibilis pluribus ciuitatibus, ibi {Eoſdem autem &c.} In tertia quæ ſit optima Reſpu. poſſibilis pluribus ciuitatibus, ibi {In omnibus itaque &c.} In prima dicit, quòd ſicut dictum eſt in libro Ethicorum. Optima vita hominis eſt operatio ſecundum virtu-

A tem non impedita. Non enim conſiſtit in actu primo: quia exiſtens in actu primo in potentia eſt ad ſecundum actum. ergo nõ eſt perfectus ſimpliciter Sed fęlix perfæctus eſt ſimpliciter nec in habitu, quia in potentia eſt ad actum ſecundum, quare conſiſtit in operatione vltima; quia illa non eſt amplius in põtentia ad aliam: ſed virtus eſt medietas quædã. Eſt enim habitus electiuus in mediocritate exiſtens determinata ratione, & vt ſapiens determinabit. Quare optima vita hominis eſt vita media, & loquimur de tali medietate, quæ poſſibilis eſt homini bus. Deinde cũ dicit.

c ¶ Declarat, quòd idem eſt terminus, & eadem ratio ciuitatis & Reipu. & virtutis vel malitiæ. Et dicit, quòd eadem eſt ratio ciuitatis bonę & Reipub. bonæ, & ciuitatis malæ, & Reipub. malæ. Et ratio eſt, quia Reſpu. comparatur ad ciuitatem ſicut vita. Eſt.n. Reſp. ordo ciuitatis. Ordo autem vita eſt quædã eius, cuius eſt. Ideo Reſp. vita ẽ ciuitatis. Lec. 12. Et ſicut ceſſante vita ceſſat illud cuius eſt, ſic ceſſante Repu. ceſſat ciuitas. Sicut ergo eadem eſt ratio vitæ, & illius cuius eſt & perfectionis & illa cuius eſt, ſic eadẽ eſt ratio Reipu. bonæ & ciuitatis bonæ. De mala Repu. & ciuitate mala non probat, quia apparet ex eo quod dictũ eſt de bona Republica. Deinde cum dicit.

d ¶ Probat quæ ſit optima Reſpu. pluribus ciuitatibus. Et primo probat quę ſit optima ciuitas. Secũdo, concludit quæ ſit optima Reſpub. ibi. {Palã ergo &c.} Adhuc prima in duas. Primo oſtendit, ꝙ ciuitas eſt optima quæ eſt ex mediis. Secundo, quòd talis ciuitas bene ſaluatur, ibi {Et ſaluãtur &c.} Adhuc prima in duas. Primo, oſtendit qui ſint optimi ciues, quoniam medii. Secundo, quæ optima ciuitas, ibi {Vult aũt ciuitas &c.} Ad hæc primo concludit ex præcedentibus, quòd medii ſunt optimi ciues. Secundo probat per rationem, ibi {Facillima.n.&c.} In prima dicit dictum eſt, quòd eadem eſt ratio bonæ Reipu. & bonæ ciuitatis. Sunt autem ciuitatis tres partes. Quidam enim ſunt opulenti valde. quidam egeni valde. alii ſunt medii, qui nec nimis diuites nec nimis pauperes ſunt: ſed medio modo ſe habent. Cum igitur omnes concedant, quòd medium eſt optimum, quoniam vita ſecundum virtutem eſt optima, virtus etiã eſt in medio, manifeſtum eſt, quòd medii in ciuitate ſunt optimi, & poſſeſſio ipſorum media exiſtens, optima eſt inter omnes. Deinde cum dicit.

e ¶ Probat hoc per rationes. Et diuiditur in quatuor, ſecundũ quòd probat per quatuor rationes. Secunda, ibi {Adhuc autem &c.} Tertia, ibi {Adhuc autem qui &c.} Quarta, ibi {Qui autem

## LECTIO X.

QVæ autem ſit optima politia, & quæ optima vita plurimis ciuitatib⁹, & plurimis hominum neque ad virtutem comparandum eſſe ſuper idiotas, neque ad diſciplinã qua natura indigent, & ſucceſſu fortunali, neque ad politiam ſecundum votum factam, ſed ad vitã poſſibilem cõmunicari plurimis, & ad politiã qua plurimas ciuitates contingit participare, etenim quas vocant Ariſtocratias de quibus nũc diximus, hæ quidẽ magis extra cadunt plurimis ciuitatũ, hæ aũt appropinquant ei quę vocatur politia, pp quod de ambabus & de vna dicendum. Iudicium enim de omnibus ijs & eiſdẽ elementis eſt. C

b Si enim bene in ethicis dictũ eſt, felicem vitam eſſe eam quæ ſecundum virtutem non impeditam, medietatem autem virtutem, neceſſarium mediam eſſe vitam optimam. Medietatis aũt contingentis ſortiri a ſingulis.

c Eoſdem autem terminos, hos neceſſarium eſſe, & ciuitatis virtutis & malitiæ, politia enim vita quædam eſt ciuitatis.

d In omnibus itaque ciuitatibus ſunt tres partes ciuitatis, ij quidem opulenti valde, ij autẽ egeni valde, ij aũt tertij qui medij horũ. Quoniam igitur conceditur quod mediocre, optimum, & quod medium: manifeſtum qđ bene fortuitorũ poſſeſſio quæ media optima omniũ.

e Facillima enim rationi obedire: ſuper pulchrũ, aut ſuper for-

*LECTIO X.*

*QVæ uero ſit optima Reſpub. & quæ uita optima pluribus ciuitatibus & hominibus, neque per uirtutem iudicant, quæ ſupra uulgus emergat, neque per do-* B *ctrinam, quæ ingenio indiget & adiumentis externis, neque per gubernationem quæ ad uotum fiat, ſed uitam eam probant, quam plurimi conſequi poſſint, & gubernationem eam quam plurimæ ciuitates ualeant recipere, nam quas uocant optimates, de quibus modo diximus, partim exterius cadunt plurimis ciuitatibus, partim appropinquant illi quæ Reſpu. uocatur. Quamobrem de ambabus, tamquam una ſit, dicendum eſt. Iudicium autem de omnibus iſtis, ex eiſdem principijs eſt.*

*Si recte dictum fuit in Ethicis uitam beatam eſſe ſecundum uirtutem non impeditam. Virtutem autem ipſam eſſe mediocritatem. Neceſſe eſt mediũ eſſe uitam optimam eius, quam ſinguli adipiſci ualeant mediocritatis.*

*Et has omnes diffinitiones neceſſe eſt eſſe circa ciuitatis uirtutem, uitiũ,* D *& Rempublicam. Eſt enim Reſpublica uita quædam ciuitatis.*

*In cunctis autem ciuitatibus partes ſunt tres. Nam alij diuitijs excellunt. alii paupertate nimia deprimuntur. alii ſunt inter hos medii. Cum igitur confeſſi ſimus, mediocritatem & medium eſſe optimum, palam quòd bonorũ fortunæ mediocris poſſeſſio eſt optima omnium exiſtimanda.*

*Hæc enim facilis eſt ad obediẽtiam mandatorum. At enim ſi modum ex-* E

a utem &c.} In prima intendit iſtam rationem. Illi ſunt optimi ciues qui facillime obediunt rationi, ſed medii in ciuitate facillime obediunt rationi, non autem extremi, ergo medii ſunt optimi ciues. Huius rationis minorem ponit in litera, & declarat eam. Ponit autem minorem dicens, quòd media pars ciuitatis facillima eſt ad obediendum rationi, nō extremus, & ille qui excellit alios in pulchritudine, vel in fortitudine, vel in nobilitate, vel in diuitiis, non de facili obedit rationi. Iterum ille qui nimis egenus eſt, aut ſuper debilis vel multum vilis, non de facili obedit rationi. Et ratio huius eſt, quia ille q excedit vel in pulchritudine, vel fortitudine, vel nobilitate, vel diuitiis alios contemnit, & fit iniurioſus, & inclinatur etiam propter exceſſum alicuius iſtorum ad inordinatas delectationes & ſunt nequam magis, quia iſta eos faciunt declinare ab eo quod eſt ſecundum rationem rectam. Egeni autem valde debiles vel viles deficiunt a ratione & fiunt auari & in paruis nequam valde. Circa quod intelligendum eſt, ꝙ aſtutia eſt inclinatio ad inueniendum diuerſos modos & vias ad finem non rectum. Actus autem qui procedit ex hoc dicitur dolus vel fraᵒ ad nocendum aliis. Et ſecundum quod eſt ad nocēdum aliis in rebus fraus dicitur ſecundum ꝙ in perſona vel fama dolus. Iſti autem ſuperegeni diuerſos modos & diuerſas vias inueniunt, quibus poſſint habere diuitias, vel potentiam vel aliud tale præter rationē. Propter quod manifeſtum eſt, quòd ſunt aſtuti & nequam in paruis valde. Sed iniuriarum quædā fiūt propter aſtutiam vel propter cōtemptum, vel contumeliam, q̄dam autem propter iniuriam. Quare manifeſtum eſt, quòd extremi de difficili obediunt rationi. Deinde cum dicit.

f ¶ Ponit ſecundam rationem & eſt. Illi ſunt optimi in ciuitate qui amant principes & magiſtratus curant ac bene conſulunt bono Reipublicæ: ſed medii amant principes, non autem extremi. Illi enim qui ſunt excellenter diuites non amant ipſos, nec conſequenter bene conſulunt, hæc autem Reipublicæ damnoſa ſunt. Iſti pauperes etiam principes non amant, quia opprimi reputant ſe ab eis. Quare manifeſtum eſt, quòd extremi non ſunt optimi ciues. Deinde cum dicit.

g ¶ Ponit tertiam rationem. Et dicit quòd adhuc manifeſtum eſt, quòd extremi in ciuitate non ſunt optimi ciues, ſed medii, quia illi qui excedunt alios in bonis fortunæ, ſicut in diuitiis, potentiis, & in amicis, & in conſimilibus, nec ſubiici volunt aliis nec ſciunt. Et hoc ineſt ſtatim eis a pueritia. Nam a pueritia in delitiis nutriti ſunt. Et ideo doctoribus non ſunt aſſueti ſubiici, propter hoc non ſubiici eis volunt, quia non poſſunt inclinari ad oppoſitum eius ad quod inclinātur ex aſſuetudine, ſed ſtatim ex natiuitate inclinantur ad oppoſitū eius quod eſt ſubiici. Et ideo ēt addiſcere nolunt. Illi etiam qui excellenter egeni ſunt, intantum ſunt humiles, ꝙ neſciunt principari, ſed ſubiici etiam ſeruili principatu, nam ſubiiciuntur principatu deſpotico q eſt domini ad ſeruum. Si igitur ciuitas ſit ex iſtis, erit ex ſeruis & dominis, ſed iſta inconuenientia ſunt. Quare manifeſtum eſt, quòd extremi nō ſunt optimi ciues, relinquitur igitur, ꝙ medii. Deinde cum dicit.

h ¶ Ponit quartam rationem. Et dicit, quòd illi qui inuidēt aliis & contemnunt alios nec magiſtratus gerere ſciunt nō ſunt optimi ciues. Sed egeni valde īuidēt aliis, nec magiſtratus gerere ſciunt. Diuites ēt valde contemnūt eos qui ſunt etiam contra rationem Reipu: medii non; quare extremi non ſunt optimi ciues, ſed medii. Huiuſmodi rationis ponit minorem primo dicens, quòd illi qui ſunt de numero egenorum inuidētes ſunt. Illi autem qui ſunt de numero excedentium in bonis fortunę contemnentes ſunt alios, & hoc apparet. Diuites enim & potentes videntes ſe habere ea quæ non habēt alii, illos deſpiciunt & cōtemnunt. Egeni & deficientes videntes, ꝙ nō habet ea quæ alii habent, inuidēt illis, ſed medii non. Quia enim ad ſufficientiā habent, nō inuident, non contemnunt autem, quia non ſunt valde excedentes. Inuidere vero & contemnere ſunt contra rationem Reipub. quod declarat. Quia amicitia neceſſaria eſt in ciuitate. Nam communicatio amicitia quædam eſt, quia inimici cum inimicis participare nolunt nec etiam in via. Sed inuidia & contemptus ſunt contra rationem amicitiæ, quare ſunt contra rationem Reipub. Manifeſtum igitur, quòd extremi non ſunt optimi ciues, ſed medii inter extremos. Deinde cum dicit.

i ¶ Poſtquā Philoſophus determinauit qui ſunt optimi ciues, quoniam medii, declarat quæ eſt optima ciuitas, quoniam illa quæ eſt ex mediis. Et dicit, quòd ciuitas debet & vult eſſe ex equalibus maxime, Sed tales ſunt medii, ſicut probatum eſt, ergo

tē, aut ſuper ingenuum, aut ſuper diuitē, aut contraria ijs ſuper egenum, aut ſuper debilem, aut valde vile, difficile rationē ſequi. Fiunt enim ij quidem iniurioſi & in magnis iniqui magis, ij autem aſtuti, & in paruis iniqui valde. Iniuriarum autem hæ quidem fiunt propter iniuriam, hæ autem propter aſtutiam.

f Adhuc aūt iſti minime amant principes, & volunt eſſe principes, hæc autem ambo nociua ciuitatibus.

g Adhuc aūt qui quidem ſunt in exceſſibus eufortuniorū potentię & diuitiarum, & amicorū & aliorū talium, ſubiici neq; volūt, neq; ſciūt. Et hoc ſtatim a primordio exiſtit pueris exiſtentibus, ꝓp delitias enim neq; doctoribus ſubiici cōſuetū ipſis.

h Qui autem ſecundum exceſſum in indigentia horum, humiles valde: vt ij quidem principari neſciant, ſed ſubici ſeruili principatu. Ii autem ſubici q̄dem neque vno principatu, ſubici autem ſecundum deſpoticum principatum, fit igitur ſeruorum & deſpotorum ciuitas, ſed non liberorum. Et horum quidem inuidentium, horum autem contemnentiū, quæ plurimum diſtant ab amicitia & cōmunione politica. Communio enim amicabile, neque enim via volunt communicare cum inimicis.

i Vult autem ciuitas ex æqualibus eſſe & ſimilibus quàm maxime, hoc autem exiſtit maxime mediis Quare neceſſarium optime politizare hāc ciuitatem, ex quibus dicimus eſſe natura conſtitutionem ciuitatis.

*cedant in alterutram partem, ceu ſi forma, ſi uiribus, ſi nobilitate generis, ſi diuitiis, uel his contrariis, ceu ſi paupertate nimia, ſi imbecillitate egregia, ſi ignominia multa, difficile eſt ut rationi obediant. Fiunt enim iſtorum alii ſuperbi & delinquentes aperte in rebus magnis, alii occulte praui, & in rebus exiguis fraudatores. Iniuriæ uero inferuntur quandoque per contumeliam, quandoque per dolum.*

G

*Inſuper hi minime circa gubernationem Reipublicæ afficiuntur, minimeque conſulunt. Hæc autem utraque damnoſa ſunt ciuitatibus.*

*Præter qui bonis fortunis ſuperabundant, ceu opibus, diuitiis, amicis, & aliis huiuſmodi, nec imperium cuiuſquam pati uolunt, neque ſciunt, & hoc ſtatim domi eorum natis exiſtit. Propter delitias enim ne in ſcholis quidem præceptoribus obedire conſueuerunt.*

H

*Qui autem eorum ſunt in indigentia nimia conſtituti, deiecto nimium animo uileſque exiſtunt. Ex quo fit, ut alii magiſtratum gerere neſciant, ſed ac parendum ſeruiliter ſint apti. Alii uero ſibi imperari nullo modo patiantur, ſed ipſi aliis tanquam domini uolunt imperare. Efficitur ergo ſeruorū & dominorum ciuitas. Non autem liberorum, & aliorum inuidentium, aliorum ſpernentium, quod plurimū abeſt ab amicitia & ciuili ſocietate. Nam ſocietas amicabile quiddam eſt, cum inimicis enim ne uiam quidem communicare uolunt homines.*

I

*Vult quidem ciuitas ex paribus ac ſimilibus eſſe, quantum fieri poteſt. Hoc autē maxime exiſtit mediis. Itaque neceſſario fit ut huiuſmodi ciuitas optime gubernetur, ex quibus diximus natura conſtare ciuitatem.*

K



ergo ciuitas optima eſt q̄ eſt ex mediis. Et ꝓp hoc manifeſtū eſt, ꝙ talis ciuitas optime gubernatur. Illa.n. neceſſariū eſt optime gubernari, q eſt conſtituta ex his, ex qbᵒ ciuitas optima naturaliter cōſtituitur, talis aūt eſt q̄ dicta eſt. ergo &c. Deinde cū dicit.

k ¶ Declarat, quòd talis ciuitas bene ſaluatur & ſine periculo viuunt tales. Et primo oſtēdit, quòd bene ſaluatur. Secundo quòd viuunt ſine periculo, ibi {Propter hoc bene &c.} In prima dicit, quòd iſti medii ex quibus cōponit ciuitas optima maxime ſaluantur in ciuitate, & hoc apparet, quia ipſi nō concupiſcunt aliena ſicut pauperes. Habent enim ad ſufficiētiam, & ideo non deſiderant aliena, propter quod non inſidiātur diuitibus. Pauperes vero quia deficientes ſunt deſiderant aliena: & ideo inſidiātur diuitibus. Medii vero nō, quia non habēt ſuperabūdantiam diuitiarum, ideo medii nec inſidiantur aliis nec alii ipſis, tales autem maxime conſeruantur, quare manifeſtū eſt, ꝙ ciuitas q̄ eſt ex mediis, maxime cōſeruatur. Deinde cū dicit.

l ¶ Oſtendit, quòd viuunt ſine periculo & dicit quòd medii, quia nullus inſidiatur ipſis nec ipſi aliis inſidiantur, ſine periculo viuunt. Et propter hoc Phocylides rationabiliter deſiderauit medius eſſe in ciuitate, uidēs ꝙ medii ſint in ciuitate optimi; unde dixit, medius in ciuitate volo eſſe. Deinde cum dicit.

m ¶ Oſtendit, quòd Reſpubl. quæ eſt ex mediis eſt optima. Et diuiditur in duas. In prima infert ex dictis, quòd Reſpubl. media eſt optima. Secundo, probat hoc ꝑ ſigna & effectus, ibi {Quòd autem &c.} Adhuc prima ī duas. In prima facit quod dictum eſt. In ſecunda infert correlariū, ibi {Propter quod} In prima dicit, quòd quia ciuitas optima eſt quę eſt ex mediis: manifeſtum ꝙ Reſpu. optima eſt ex mediis, & illę ciuitates quæ multos habent medios habent Rempu. optimam. Et ratio huius eſt, quia pars media ciuitatis valentior & melior eſt quàm aliæ duæ partes diuiſim, quia ſi vna pars præter rationem velit opprimere aliam partem, ſicut ſi diuites pauperes velint opprimere, pars media adiungit ſe pauperibus: & cum illis exprimit malitiā diuitum. Si autem pauperes velint inſurgere contra diuites præter rationem, medij iungunt diuitibus ſe, & reprimunt pauperes. Et ideo medii prohibent fieri exceſſus in ciuitate. Talis autem Reſpublica optima eſt. Deinde cum dicit.

n ¶ Infert vnum correlarium. Et dicit, ꝙ manifeſtū ē ex dictis, ꝙ ex quo ciuitas eſt optima, q̄ eſt ex mediis, quòd maximū bonum eſt, quòd in ciuitate gubernantes habeant ſubſtantiam mediam & poſſeſſiones medias. Quia vbi ſunt qui valde excedunt in diuitiis aut indigētes valde, erit ibi aut ſtatus popularis. aut paucorum intemperatus, in quo pauci diuites valde dominantur ſecundum volūtatem ſuā, aut erit tyrannis propter ambos exceſſus ſcilicet diuitiarum & egeſtatis, ex populari enim ſtatu nimis ſuperbo inſurgit tyrannis. Similiter ex paucorum potentia: ex mediis autem nō. Multo autem minus etiam oritur tyrannis ex his qui ſunt ꝓpinqui mediis quàm ex ſtatu populari. Cauſa autem iſtorū apparebit inferius cū determinabiť de trāſmutatione Reipubl. Deinde cum dicit.

o ¶ Probat ꝑ ſigna, quòd Reſpu. quæ ex mediis optima eſt. Et diuiditur in partes tres ſecundum, quòd declarat per tria. Secunda: ibi {Signum autem &c.} Tertia, ibi {Manifeſtū aūt &c.} In prima intēdit iſtā rationem: Illa Reſp. eſt optima quę eſt ſine ſeditione magis & turbatione: ſed talis eſt illa quæ eſt ex mediis. ergo Reſpu. quę eſt ex mediis optima eſt. Huius rōnis ponit cōcluſionē & minorem cum ſua probatione. Dicit igitur, quòd Reſpublica quæ eſt ex mediis ſit optima, manifeſtum eſt. Iſta enim ſola & ſine ſeditione & turbatione eſt. Hoc autem probat dupliciter. Primo quia vbi ſunt plures medii nō ſunt ſeditiones nec turbationes. Et propter hoc magnæ ciuitates ſunt magis ſine ſeditionibus q̄ paruæ, quia in magnis ciuitatibus ſunt multi medii, ſed in paruis ciuitatibus ſtatim oēs ſunt

k Et ſaluantur autem in ciuitatibus iſti maxime ciuiū, neq; .n. ipſi aliena deſiderant ſicut pauperes ea quæ diuitum concupiſcunt. Et propterea quòd neq; inſidias patiuntur, neq; fraudes moliunť, ſine periculo degunt.

l Propter hoc bene optauit Phocylides multa, medijs optima, medius volo in ciuitate eſſe.

m Palam ergo quód & cōio politica optima per medios. Et tales contingit bene politizare ciuitates in quibus vtiq; multum ꝙ mediū, & valētius maxime q̄dem amborū. Si aūt nō, alterius partis, appoſitum enim facit inclinationem, & prohibet fieri contrarios exceſſus.

n Propter quod quidem Eufortunium maximū, politizantes ſubſtātiā habere mediam & ſufficientē, tanquam vbi ij quidem multa valde poſsiderūt, ij autē nihil, aut populus extremus fit, aut oligarchia intēperata, aut tyrānis, ꝓpter ambos exceſſus. Etenim ex Democratia maxime iuuenili & ex Oligarchia fit tyrannis, ex medijs autem ex ijs qui prope multo minus. Cauſam autem poſterius in iis, quæ circa tranſmutationes politiarum, dicemus.

o Quòd autem quę media, optima, manifeſtū, ſola enim ſine ſeditione, vbi. n. multū quod inter medium, minime fiunt conturbationes & diſſeſsiones politiarum. Et magnæ ciuitates ſunt magis ſine ſeditionibᵒ propter eandē cauſam, quia multi qđ medium. In paruis aūt facile diuidere omnes in duo vt nullū relíquatur mediū, & oēs ferè egeni, vel opulēti ſunt. & Democratiæ aūt ſecuriores ſunt Oligarchiis: & durabiliores ſunt ꝓpter medios, plures enim ſunt & magis participant honoribus in Democratiis, quàm in Oligarchiis, quoniam quando ſine iis multitudine inualuerint, homines, mala operatio fit & pereunt cito.

A

*Conſeruantur quoq; in ciuitatibus iſti maxime cæterorum ciuium. Neque enim aliena concupiſcunt, ut faciunt pauperes, neque eorum bona cupiuntur ab aliis, ut accidit diuitibus. Et quia ne inſidiantur aliis, nec alii ipſis, ſine periculo degunt.*

B

*Qua propter bene optauit Phocylides, multa mediocribus optima, mediocris eſſe uolens in ciuitate.*

*Patet igitur, quòd ciuilis ſocietas optima eſt, quæ per mediocres fit eaſque ciuitates recipere, ut optime gubernentur, in quibus mediocres plurimi ſunt, ac plus poſſunt, maxime quidem ambabus, uel ſaltem altera parte. Hæc enim addita præualere facit, & prohibet contrarios exceſſus fieri.*

C

*Qua propter ualde optandū eſt, ut hi qui in Repub. uerſantur, facultates habeant mediocres ac ſufficientes. Nam ubi alii nimis multa poſſident, alii nihil: uel plebs infima inſurgit, uel paucorum potentia illa extrema, uel tyrannis, propter utrumque ſexū. Et populari enim ſtatu nimium ſuperbo, & ex paucorum potentia, ad tyrannidem deuenitur. Ex mediocribus autem ac prope paribus, multo minus. Cuius rei cauſam poſtea ubi de mutationibus tractabitur, dicemus.*

D

*Quòd autem media ſit optima, manifeſtum eſt: ſola enim ſeditionibus caret, ubi enim per multum eſt mediocre, nimium ſeditiones & diſcordiæ ciuium innaſcuntur magnæque ciuitates ob hanc ipſam autem cauſam, minus ſeditionibus ſubiacent: quia magna in his eſt mediocrium hominum multitudo. Paruas autem ciuitates facile eſt in duas partes diuidi omnes, ita ut nihil medium relinquatur. Et ferè cuncti uel inopes ſunt, uel opulenti. Populares quoq; gubernationes tutiores ſunt & diuturniores, quàm paucorum potentium propter medios. Plures enim ſunt & magis honoris participāt in populari gubernatione, quàm paucorum. Nam quando ſine his multitudo inops plus poteſt, male res ſe habent, ac cito pereunt.*

E

ſunt diuiſi in diutes & pauperes, & ideo in illis ſæpe ſiunt perturbationes & ſeditiones. Quare manifeſtum eſt, ꝙ illa Reſpu. quæ eſt ex mediis, magis eſt ſine ſeditione & turbatione. Hoc idem probat ſecundo ex alio, quia ſtatus populares ſunt durabiliores q̃ paucorum, quia plures habent medios & magis attingunt medii ad principatum q̃ in paucorum potẽtia. Ex quo manifeſtum eſt, ꝙ illa Reſpu. quæ eſt ex mediis, eſt magis ſine ſeditione & turbatione. Si autem accidat, quòd inter egenos & diuites nõ fuerint plures medii, aut non ſufficientes, ſi multitudo inualuerit, multos exceſſus facient, & ideo male ſe habet, & cito peribit Reſpublica. Deinde cum dicit.

p ¶ Ponit ſecundum ſignum. Et dicit, ꝙ Reſpubli. quæ eſt ex mediis ſit optima, ſignum eſt, quòd optimi legislatores fuerunt de mediis, ſicut Solon. Iſte enim Solon non fuit de diuitibus excellẽter, nec de pauperib[9]. Et hoc ſignificauit in quadã poeſi ſua, quam non ponit Philoſophus: ſimiliter Lycurgus nõ fuit de magnis: non enim fuit rex. Similiter Charõdas nec de diuitib[9]: nec de pauperibus excellenter fuit, ſed de mediis, ſimiliter plures alii. Iſti vero fuerũt optimi legislatores, & fuerunt de mediis, quare manifeſtum eſt, ꝙ medio modo ſe habere diſponit ad optimam Rempu. quòd igitur optima Reſp. ſit ex mediis, ſignum eſt, ꝙ optimi legislatores fuerunt de mediis. Deinde cũ dicit.

q ¶ Ponit tertium ſignum, & ponit primo ſignum. Secundo, rationem aſſignat cuiuſdam quod in ſigno eſt dictum, ibi. {Adhuc autem propter} In prima dicit, quòd manifeſtum eſt ex his quæ dicentur iam, ꝙ optima Reſp. eſt ex mediis: quia propter hoc ſunt plures Reſpu. aut populares, aut paucorum: quia frequenter in ciuitatibus mediũ paucum eſt, ſtatim enim ſunt omnes vel diuites uel egeni: & quicũq; excellunt alios, conuertunt Remp. ſm voluntatẽ ſuam ad vtilitatem ſuam: ita quòd ſi diuites ſuperauerint pauperes, conuertunt Rempu. ad voluntatem ſuam & regunt eam, & tunc fit paucorum potentia. Si autem pauperes exceſſerint, regunt Rempu. ſecundum voluntatem ſuam, & fit ſtatus popularis: quare manifeſtum eſt, quòd aut erit popularis,

F aut paucorum. Cum ergo iſtæ accidant, quæ non ſunt rectæ propter defectum mediorum, ſignum eſt quòd Reſpublica quæ eſt ex mediis ſit optima. Deinde cum dicit.

r ¶ Aſſignat cauſam, quare ſunt plures populares & paucorum, & diuiditur in duas, ſecundum ꝙ probat hoc per duas rationes. Secunda, ibi {Præterea qui &c.} In prima dicit, ꝙ ſeditiones & pugnæ q̃ ſiunt in ciuitate inter diuites & pauperes ad inuicẽ ſunt cauſa, quare ſunt tot populares & paucorũ. Illi enim qui obtinẽt cõtra aduerſarios non inſtituunt Remp. cõmunẽ nec æqualem: ſed inſtituunt Remp. ad vtilitatem ſuã & honorem & præmiũ victoriæ ſuæ inſtituũt Rempu. in qua excedunt aduerſarios, ita quòd ſi pauperes obtineant faciunt popularem ſtatum, ſi diuites, paucorum potẽtiã. Deinde cũ dicit.

ſ ¶ Ponit ſecundam rõnem, & dicit, ꝙ aliqui pręeminentes in græcia in potentia amicorum, vel in diuitiis, vel in nobilitate, vel in aliquo alio nutriti in aliqua Repu. cum vellent inſtituere Rempu. aliquã nõ inſtituerunt quãcumq;: ſed conſiderantes ad Rempu. in qua nutriti ſunt inſtituerunt illam. Et quia iſti nutriti erãt in populari, vel in paucorum, inſtituerunt hanc, vel illam, non conſiderãtes bonum cõmune: ſed bonum propriũ, & iſtæ vtiliores erant eis: iõ iſtas inſtituerunt. Et propterea nunquam aut raro, & apud paucos inuenitur Reſp. media, vnus autem optimus fuit vir, qui cum eſſet in principatu, ſuaſit ciuibus Rẽpu. hanc mediã: ſed illi noluerunt acceptare ipſam: ſimiliter nec iſti q modo ſunt in ciuitatibus volũt eam recipere, quia cõſuetudinem non habent per quam inclinentur ad volendum æqualitatem, ſed vel quærunt principati, aut magis volunt ſuſtinere Rempu. quã habent non recte ordinatam, ſicut paucorum potentiam, in qua dominantur: aut aliquam aliam. Et tunc concludit dicens: quòd quæ ſit optima Reſpu. & propter quam cauſam, manifeſtũ eſt ex determinatis. Deinde cum dicit.

t ¶ Declarat qualiter aliæ Reſpu. ſe habent ad iſtam: & dicit, quòd Rerũpub. aliarum a media poſuimus plures ſpecies, ſicut pupularis & paucorum. Vnaquæque enim iſtarum plures ſpecies habet ſicut apparuit prius, quæ autem iſtarum ſit melior, & quæ peior viſa ratione mediæ Reipu. non eſt difficile videre. Cum enim Reſpu. quæ eſt ex mediis ſit optima, illa quæ eſt ꝓpinquior huic melior eſt, & quæ remotior, peior. Nam vniuerſaliter hoc verum eſt, quòd in vnoquoq; genere illud quod eſt propinquius primo, perfectius eſt & melius in illo genere, quare illa Reſp. quæ propinquior eſt Rei pu. optimæ in pluribus melior eſt: ſicut prima ſpecies popularis melior eſt q̃ ſecunda, & ſecunda q̃ tertia, & tertia quàm quarta, quarta vero peſſima eſt inter illas: ſimiliter de paucorum potentia prima melior quàm ſecunda, ſecunda q̃ tertia, & ſic deinceps. Et dato, quòd illa quæ eſt propinquior optimę eſt melior ſimpliciter loquendo ſine ſuppoſitione, quia ſi loquamur de meliori & optima ex ſuppoſitione nihil prohibet aliquã, quæ nõ eſt melior ſimpliciter eſſe meliorem aliquibus, ſicut ſi in ciuitate aliqua ciues ſint æquales in libertate, melius eſt eis rẽgi populari q̃ Repu. blica media. Sic igitur apparet qualiter aliæ ſe habẽt ad iſtã.

p Signum autem oportet putare & quòd optimi legislatores, fuerunt de mediis ciuibus. Solon enim fuit de iis, ſignificat autem ex poeſi, & Lycurgus, non enim fuit Rex, & Charondas, & ferè plurimi aliorum.

q Manifeſtum autem ex ijs, & quòd plurimæ politiæ, hæ quidem democratiæ ſunt, hę autẽ oligarchiæ, quia enim ſæpe in ijs paucum eſt quod mediũ, ſemper quicumque exceſſerint, ſiue qui ſubſtantias habent, ſiue populus, Qui medium egrediuntur ſecundum ſe ducunt politiam. Quare autem democratia ſit, aut oligarchia.

r Adhuc autẽ propter ſeditiones fieri & pugnas ad inuicẽ populo & diuitibus, quibuſcumq; euenerint obtinere magis contrariis, non inſtituunt cõmunẽ politiam, neq; æqualem, ſed victoriæ p̃miũ exceſſum politiæ accipiunt, & ij quidẽ democratiã, ii autem oligarchiam faciunt.

ſ Adhuc autem & eorum qui in præeminentia fuerunt Græciæ ad eam quę apud ipſos politiam vtiq; reſpicientes, ii quidẽ democratiam in ciuitatibus inſtituerũt, ii aũt oligarchiã, non ad conferens ciuitatis intendentes, ſed ad id quod ſui ipſorũ, vt & ꝓp has cauſas aut nunquã media ſit politia, aut raro, & apud paucos: vnus enim vir, ſolus eorum qui prius in pręſidatu fuerunt, perſuaſus fuit hunc ordinem aſsignare. Iam aũt & in iis qui in ciuitatibus extat conſuetudo neq; velle quod æquale: ſed aut principari q̃rere, aut obtentos ſufferre. Quæ quidem igitur ſit optima politia & ꝓpter quã cauſam, ex iis manifeſtum.

t Aliarum autem politiarum quoniam plures democratias & plures oligarchias diximus eſſe, qualem ponendum primam & ſecundam, & hoc modo conſequentem, per eſſe hanc quidẽ meliorem, hanc autẽ deteriorẽ, determinata optima, non difficile videre, oportet autẽ neceſſario eſſe meliorẽ quæ ꝓpinquiſſima huic, deteriorem autẽ plus diſtantem a medio, ſi non ad hypotheſim iudicet aliquis. Dico aũt ad hypotheſim, q a ſæpe exiſtẽte alia politia magis eligibili, quibuſdã nihil prohibet expedire magis eſſe alteram politiam.

*Signum uero huius putandum eſt, quòd qui optime leges condiderunt, ex mediocribus ciuibus fuere. Nam & Solon huiuſmodi fuit, ut apparet ex eius carminibus. Et Lycurgus, non enim erat Rex. Et Charondas, & plurimi aliorum.*

G *Patet autem ex his, & quia plurimæ Reſpublicæ, aut populares ſunt, aut paucorum gubernationes. Quòd enim in his frequenter pauci ſunt medij, ſemper qui præualent, ſiue hi ſint, qui facultates habent, ſiue populares, qui medium tranſcendunt, per ſeipſos gubernationem agunt. Itaque aut multitudo populi inſurgit, aut paucorum potentia.*

H *Præterea ex eo quia ſeditiones fiũt & pugnæ inter multitudinem & opulentos, quibuſcumque uincere contingit, hi neque communem amplius habent Rempu. neque æqualem: ſed quaſi uictoriæ præmium reportant, Rempublicam obtinere, & alteri popularem ſtatum, alteri paucorum potentiam faciunt.*

*Præterea qui principatum græciæ habuerunt, hi ad propriam reſpicientes Rempublicam, aut popularem ſtatum in ciuitatibus conſtituerunt, aut paucorum gubernationem, non ad ciuitatum illarum commoda reſpiciẽtes, ſed ad ſua. Atque ita per iſtas cauſas effectum eſt, ut uel nunquam mediorum illa gubernatio extiterit, uel admodum raro. Vnus enim uir conſenſit ſolus ex his qui antiquitus in principatu fuere, hunc gubernandi modum cõſtituere. Iamque in ciuitatibus, conſuetudo obtinuit, non uelle æquale, ſed aut imperare quærere, aut uictos obedire. Quæ igitur optima ſit Reſpubl. & quam ob cauſam ex his patet.*

K *De aliis autem, cum plures populares, & plures paucorum gubernationes eſſe dixerimus, quæ prima ponenda ſit, & quæ ſecunda, & quæ deinceps, quia potior ſit, aut deterior, determinata optima, non erit difficile intueri. Neceſſe eſt enim meliorem eſſe, quæ proxime huic accedit, deteriorem uero, quæ plurimum diſtat a medio, niſi ad ſuppoſitionem quis iudicet. Dico autem ad ſuppoſitionem,*

B *quia multoties alia Reipublicæ forma eligibiliori exiſtẽte, nil uetat, aliã quibuſdam magis utilem eſſe.*



## LECTIO XI.

POſtquam Philoſophus declarauit, quæ & qualis Reſpublica eſt optima pluribus ciuitatibus, declarat quæ & qualis, quibus & qualibus expediat, & diuiditur in duas. In prima premittit intentum ſuum. In ſecunda proſequitur, ibi {Sumendum} In prima dicit, ꝙ poſt illa quæ determinata ſunt, dicẽdum eſt ꝑtranſeundo, quæ Reſpub. quibus, & qualis qualib[9] expediat. Deinde cum dicit.

b ¶ Proſequitur, & diuiditur in duas. Primo præmittit quædã vniuerſalia quæ valent ad ſequentia in iſto capitulo. In ſecunda oſtendit quod propoſitum fuit, ibi {Quidem igitur} In prima dicit, quòd antequàm determinetur de Republica quæ cui, & qualis quali cõpetat, accipiendum eſt primo, quod vniuerſaliter verum eſt in omnibus Rebuſpu. ſcilicet quòd illa pars Reipub. melior eſt, & valentior quæ vult ſaluationem Reipub. quàm illa quæ nõ vult. Et ratio huius eſt, quia bonum rei attenditur in ordine ad finẽ: ſed partes Reipub. ordinantur in finem Reipu. finis autem Reipub. eſt ſalus & permanentia eius. ergo bonum partium Reipu.

A intenditur in ordine ad finem iſtum. Sed vnumquodque vult bonum proprium, & quanto magis vult, tanto melius eſt, ergo illa pars Reipu. melior eſt, quæ intendit iſtum finem quàm illa quæ non intendit. Secundum eſt quod proponit, quòd omnis ciuitas componitur ex quali & quanto, & exponit quid vocat quale & quantum. Quale quidem vocat dignitatem, ad quam conſiderat volens inſtituere Rempu. vel volens diſtribuere principatum, ſicut ſunt diuitiæ, diſciplina, ingenuitas. Quãtum uocat multitudinem, modo ita eſt quandoque quod alteri parti ciuitatis ineſt quale, ita quòd excedit aliam in qualitate. Alteri parti ineſt quantum, ita ꝙ excedit aliam in multitudine, ſicut v. g. plures ſunt in ciuitate ignobiles q̃ nobiles, pauperes quàm diuites, tamen pars illa quæ abundat in quanto, non abundat in illo quantum deficit in quali. Iſta autem conſiderãda ſunt in determinando, quæ vel qualis, cui uel quali conueniat comparando iſta ad inuicem, puta defectum ſecundum vnum ad ſuperabundantiam reſpectu alterius. Deinde cum dicit.

c ¶ Oſtendit, quòd qualis quibus & qualibus conueniat, & primo quibus & qualibus popularis ſtat[9]. Secundo quibus & qualibus paucorũ potentia, ibi { Vbi autem multitudo &c. } Tertio quibus & qualibus Reſpublica, ibi {Oportet autem ſemper &c.} In prima dicit, quòd quamlibet ciuitatem vbi abundat multitudo egenorum ſecundum dictam proportionẽ, ſcilicet, quòd non excedat, puta in virtute quãtum deficit in multitudine diuitũ vel egenorum, oportet regi ſtatu populari, vt ſi agricolæ excedunt, tunc eſt popularis ſtatus agricolarum. Et ſecundum quòd diuerſus eſt populus, ſecundum hoc oportet ipſum regi diuerſis ſpeciebus popularis ſtatus, vt ſi multitudo agricolarum excedat, oportet regi prima ſpecie popularis ſtatus. Si autem multitudo tenuiorum & mercenariorum, tunc oportet eam regi vltima ſpecie popularis ſtatus. Iſti enim minus ſunt perſuaſibiles ratione & magis inclinantur ad auaritiam, & ideo expedit eis magis regi illa ſpecie popularis ſtatus, per quam poſſunt ſatisfacere magis auaritiæ ſuæ. Hæc autem eſt vltima ſpecies, in qua principatur populus non ſecundum legem, ſed ſecundum ſuam

## LECTIO XI.

QVæ autem politia quibus, & qualis qualibus expediat, habitũ eſt dictis pertranſire.

b Sumendum itaque primo de oĩbus vniuerſaliter idẽ, oportet .n. valentiorẽ eſſe partem ciuitatis volentẽ, non volente manere politiã. Eſt aũt omnis ciuitas ex quali & quanto. Dico aũt quale quidẽ libertatem, diuitias, diſciplinã, ingenuitatem, quãtum autem multitudinis exceſſum. Contingit aũt quale quidẽ exiſtere alteri parti ciuitatis, ex q̃bus partibus conſiſtit ciuitas, alij aũt parti qđ quantũ, vt plures eſſe in numero nobilib[9] ignobiles, & diuitib[9] pauperes, non tamen tantum excedere quanto, quantum deficere quali, propter quod hæc & alia comparandum.

c Vbi quidẽ igitur excedit egenorũ multitudo, ſecundũ dictã analogiam hic nata eſt eſſe democratia, Siquidem enim agricolæ excedunt, ſit agricolarum democratia: & unaquæque ſpecies democratiæ ſecundum exceſſum populi vniuſcuiuſque. puta ſiquidem agricolarum inualuerit multitudo, primam democratiam. Si autem multitudo banauſarum & mercede agẽtium, vltimã: Similiter autem & alias intermedias harum.

## LECTIO XI.

*QVæ autem Reſpublica quibus, & qualis qualibus conferat, conſequens eſt tractare.*

C *Sed capiendum prius eſt uniuerſaliter de cunctis. Oportet enim partem illam ciuitatis, quæ Rempublicam ſtare vult potẽtiorem eſſe, quàm illa pars, quæ non vult Rempublicam manere. Eſt autem omnis ciuitas ex quali, & quanto. Dico autem quale, ceu libertatem, diuitias, diſciplinam, nobilitatem. Quantum uero, ceu multitudinem populi præualentem. Fieri autem poteſt, ut quale exiſtat vni ciuitatis parti, alteri uero quantum, ceu maiorem eſſe numerum ignobilium, quàm nobilium, & pauperum, quàm diuitum, neque tamen tantum ſuperare quantitatem, quantum*

D *ſuperari qualitate, propter hoc adinuicem conferenda ſunt.*

E *Vbi ergo ſuperat pauperum multitudo. eam quam diximus, proportionem, hic popularis gubernatio exoritur, ac ſpecies ſingulæ popularis ſtatus ſecundum multitudinis exuperantiam, ceu ſi agricolarum multitudo plus poſſit: prima ſpecies. Si multitudo tenuiorum ac mercenariorum, ultima ſpecies, & ſic de aliis, quæ ſunt harum mediæ.*

ſuam ſententiam & voluntatem, vbi autem multitudo eſt inter media competit regi eam aliqua ſpecie intermedia, vt ſi excedat multitudo liberorum, ſecunda ſpecies debet eſſe, ſi multitudo aliorum quorumcumque, tertia ſpecies. Deinde cum dicit.

d ¶ Oſtendit quibus competit paucorum ſtatus, & dicit, quòd vbi multitudo diuitum, quæ plus abundat in quali, ſcilicet in diuitiis & nobilitate quàm deficiant in quanto, i. in multitudine, ibi oportet eſſe paucorum ſtatus. Et ſecundum diuerſitatē huiuſmodi multitudinis oportet diuerſificare ſpēs paucorum ſtatus, ita q̄ vbi eſt multitudo diuitum habentiū poſſeſſiones mediocres, oportet regi prima ſpecie popularis ſtat⁹ in qua dominantur plures diuites non nimis excedentes in diuitiis, ſed habentes poſſeſſiones mediocres. Vbi autem eſt minor multitudo, ſed habent plures diuitias, oportet regi ſecunda ſpecie paucorum ſtatus. Vbi autem ſunt adhuc pauciores diuites ditiores quàm primi, expedit illos regi tertia ſpecie. Vbi autem pauciores ſunt & magis diuites oportet regi illam ciuitatē quarta ſpecie, ita quòd ſicut ſe habent ſpecies ſtatus popularis quātum ad multitudinem, ſic ſpecies paucorum potentiæ quātum ad diuitias, ita q̄ ſicut vbi ſunt pauciores egeni ſicut vbi ſunt plures agricolæ, oportet eſſe primam ſpeciem ſtatus popularis, vbi adhuc plures, ſecundā, vbi adhuc plures q̄ pri⁹, tertiam, vbi tota multitudo, quartam & peſſimam, ſic ex parte potentiæ paucorum vbi ſunt plures diuites habentes mediocres diuitias, prima ſpecies, vbi pauciores ditiores, ibi ſcunda: ſed vbi adhuc pauciores & ditiores, tertia: ſed vbi ſunt pauciores q̄ prius & valde diuites, quarta ſpecies & peſſima. Deinde cum dicit.

e ¶ Oſtendit quibus competit Reſpu. & diuiditur in duas. In prima facit quod dictum eſt. In ſecunda regreditur ad declarādum qualiter miſcetur ex populari ſtatu & paucorum, ibi {Adhuc autem &c.} Prima in duas. In prima oſtendit quibus competit Reſpu. Secundo remouet errorem quorundam, ibi {Peccant autem &c.} Adhuc prima in duas. In prima facit quod dictū eſt. Secundo, remouet obiectionē q̄ poſſet fieri. ibi {Nihil .n. timendū &c.} In prima dicit, q̄ legislator ſi bene debeat ordinare Remp. debet aſſumere ad Rempu. medios. Et hoc quaſcumq; leges ponat, ſiue cōuenientes potētiæ paucorū, ſiue populari ſtatui ſemper oportet coaſſumere medios, q̄a ſic debet ferre leges & ordinare Rempu. vt per leges poſſit Reſpub. ſaluari. Vbi vero multitudo hmōi mediorū abundat ſm quale, aut ſecundum quantitatē vel in vno in comparatione ad aliud, cōuenit eſſe Rempu. quæ bene nata eſt regi rectis legibus, ex talibus enim dicta eſt eſſe ipſa, igitur expedit coaſſumere medios. Deinde cum dicit.

f ¶ Remouet obiectionem quæ poſſet fieri. Aliquis enim diceret, quòd legislator non debet aſſumere medios quia pauperes & diuites non conſentirent, & ſic erit turbatio in ciuitatibus. Remouet hoc & dicit, quòd non eſt timendum quin diuites cōſentiant pauperibus. Et ratio huius eſt, quia numquam volunt eſſe ſerui dominorū nec diuites nec pauperes, & ideo q̄runt communem Remp. magis. Hoc autē eſt Reſpub. & non alia. Si autem quærūt Rēpu. communem non inuenirent aliā magis communem: quia pauperes nolunt q̄ diuites dominentur ne opprimantur ab illis, nec diuites volunt quòd pauperes timeant opprimi ab eis, & ideo quærunt fideliorem principātem. Sed vbique fideliſſimus eſt & communis magis medius & arbiter. Ex quo manifeſtum eſt quòd Reſpub. quanto magis mixta eſt accedēs ad æqualitatem & indifferentiam, tanto magis manſiua eſt. Deinde cum dicit.

g ¶ Remouet errorē quorundam. Aliqui enim fuerunt qui voluerunt facere Reſp. optimatum qui plus attribuebāt diuitib⁹ quàm deberent, & q̄ pauperibus. Philoſophus dicit quòd iſti peccauerunt non ſolū in hoc quòd plus attribuebant diuitiis quàm deberent, ſed in hoc quòd pauperes non audiebantur in his, in quibus debebant audiri ſecundum rectam rationē, & minus attribuebāt eis quàm oporteret, quoniam aliquando ex vnius malo venit magnum malum, & ideo quàmuis hoc ſit modicum malum, ſcilicet plus attribuere diuitibus quàm pauperibus, tamen ex hoc ſequitur exceſſus diuitum. Sed exceſſus diuitum magis corrumpit ciuitatem quàm exceſſus pauperum, & ratio huius eſt, quia exceſſus qui plus facit diſtare bonum commune a cōmunitate magis corrumpit ciuitatem q̄ qui minus. Sed exceſſus diuitum magis facit diſtare a communitate, quia bonum commune trahit ad paucos, quia pauperes ſunt plures q̄ diuites, quare manifeſtum eſt, q̄ exceſſus diuitum magis corrumpit ciuitatem quàm exceſſus pauperum, quare hoc eſt malum & peccatum in Republica plus dare diuitibus. Deinde cum dicit.

h ¶ Poſtquam declarauit quæ & qualis Reſpu. quibus & qualibus conueniat, regreditur ad declarandum qualiter Reſpu. miſceatur ex paucorum & populari ſtatu, diuiditur in duas. In prima oſtendit ex quibus eſt maxime. In ſecunda recapitulat, ibi. {Præter quam quidem &c.} Prima in tres. Primo oſtendit qualiter miſceatur. Secundo oſtendit ex quibus eſt, quia ex habentibus arma, ibi {Oportet autem &c.} In tertia aſſignat rationē propter quam antiqui vocauerunt Rempu. popularem ſtatum. ibi {Creſcentibus autem &c.} Adhuc prima in duas, quia enim Reſpu. miſcetur ex paucorum & populari ſtatu, primo tangit leges popularis & paucorum. Secundo infert ex dictis quomodo miſcetur ex illis, ibi {Quare manifeſtum, &c.} Adhuc prima in

d Vbi autem multitudo diuitū & inſignium ſuper tendat quali quoniam deficit quanto, hic oligarchiam, & oligarchiæ eodem modo vnaquaque ſpecies ſecundum exceſſum oligarchicę multitudinis.

e Oportet autem ſemper legiſlatorem in politia coaſſumere medios. ſiue enim oligarchicas leges ponat oportet coniecturare medios, ſiue democraticas adducere legib⁹ hoc, vbi aūt mediorum ſupergreditur multitudo q̄m ſimul amborū extremorum, aut etiam alterius ſolum, hic cōtingit politiā eſſe legalē.

f Nihil enim timendum, ne forte conſentiant diuites pauperibus ſuper hoc. Nūquam .n. alteri volunt ſerui eſſe, communiorem aūt ſi quærant, nullā inuenient aliā ab hac. In parte enim principari, non vtique ſuſtinebunt pp diſcredentiam adinuicem: vbi autem Dietetes fideliſſimus, dietetes aūt qui medius. Quanto .n. vtiq; melius politia miſceatur, tāto magis manſiua.

g Peccant aūt multi & eorum qui Ariſtocraticas volunt facere politias, non ſolū in plus attribuere diuitibus, ſed in præter audiendo populum, neceſſe .n. tempore aliquādo ex falſis bonis verum euenire malum. Supergreſſiones .n. diuitum deſtruunt magis politiam, quàm quæ populi.

h Adhuc aūt quæcūq; prolocutionis gratia in politiis ſapiēter

*Vbi autem ea pars in qua ſunt opulenti & nobiles magis ſuperat qualitate, quàm deficiat quantitate, hic paucorum potentia gubernatioque exoritur. Ac eodem modo ſingulæ ſpecies huius, ſecundum exuperantiam iſtiuſmodi hominum.*

G *Debet autem qui legem ponit in Republica, ſemper ad medios reſpicere, ſiue enim ad paucorum gubernationē dirigantur leges, de medijs eſt coniectandum, ſiue ad popularem ſtatum, hos reſpicere debet, ubi enim mediocrium ſuperat multitudo, uel utrumque extremum, uel alterum tātum, hic Reſpublica recipit ſtabilitatem.*

*Non enim eſt metus, ne quandoque diuites cum pauperibus*
H *conſpirent contra mediocres, numquam .n. alteri ſeruire alteris uellent. Quòd ſi communiorem aliquam quærunt, nullā aliam quàm iſtam reperirent. Nam per uices gubernare non paterentur, propter diffidentiam, quæ inter eos exiſtit. In cunctis uero locis arbiter eſt fideliſſimus, arbiter aūt medius, quantoque melior eſt gubernatio temperata, tanto durabilior.*

*Aberrant etiam pleriq; illorū qui optimates Reipu. gubernationes effi-*
I *cere uolunt, non ſolum in tribuendo nimiū diuitibus, uerū etiam in excludendo plebem. Neceſſe eſt enim procedente tempore, ex falſis bonis, uerum malum euenire. Diuitum enim cupiditates plus habendi, magis deſtruunt Rempub., quàm multitudinis.*

*Sunt autem illa circa quæ ſimulant ac fallaciter prætexerūt ad populum,*

K



in duas. In prima tangit leges paucorum ſtatus. Secundo popularis, ibi {In democratiis autem &c.} In prima tangit leges paucorum ſtatus; per quas intendunt ſophiſtice excludere multitudinem a Repu, & primo tangit ea de quibus feruntur leges. Secundo tangit leges ipſas, bi {Circa congregationem} In prima dicit, q̄ illa de quib⁹ dominantes paucorū ſtatui ferunt leges fallaciter & doloſe, proponētes populo quinque ſunt numero, ſcilicet cōcio, magiſtratus, iudicium, armatura, exercitatio. Deinde cum dicit.

i ¶ Tangit leges circa iſta, & primo tangit legem circa concionem. Secundo, circa magiſtratū, ibi. {Circa principatus} Tertio circa iudiciū, ibi {Circa prætoria} Quarto circa arma & exercitia, ibi {Eodem modo} In prima dicit, quòd circa concionem ordinauerunt fauentes paucorum ſtatui, quòd omnes venire liceret ad concionem, ſed vlterius ordinauerunt, q̄ diuites ſi nō venirent haberēt damnū. Pauperes vero non. Vel q̄ diuites multo magis damnū reportarent quàm pauperes, & manifeſtum eſt q̄ per iſtam legē pauperes excludebātur, quia diuites ex hoc q̄ damnum magnū reportabant compellebantur venire pauperes, quia nullum damnum reportabāt non curabāt venire, & ita non participabant ciuitate libēter. Deinde cum dicit.

k ¶ Tangit legē circa magiſtratum, ordinauerunt quòd omnes poſſent attingere magiſtratum, ſed vlterius ſtatuerunt, q̄ pauperibus liceret renūciare magiſtratui, diuitibus vero nō: & manifeſtū ē q̄ p iſtā legem excludebātur pauperes, quia pauperes cum ſint occupati circa alia, facile eſt, quòd cum liceat eis renunciare dimittant magiſtratum, diuites vero ſemper remanebunt, cum eis non liceat renūciare. Deinde cum dicit.

l ¶ Tangit legem circa iudicium & dicit, q̄ circa iudicium ordinauerunt, ſuppoſito q̄ omnes poſſint attingere ad iudicia. Vlterius ordinauerūt diuitibus damnum ſi non iudicarent & diſcuterent. Pauperibus vero dederunt licentiam de non diſcutiendo, vel ſi ordinauerunt damnum vtriſque, tamen diuitibus magnum damnum, pauperibus modicum, ſicut ordinatum fuit in legibus Charon-

A dæ. In aliquibus vero paucorū gubernationis licebat quidē omnibus diſcutere in iudicio & intereſſe congregationi, præſcriptis tamen prius. Si vero contingeret q̄ ſcripti nō intereſſent, vel nō diſcuterent imponebantur magna dāna, ita vt propter fugam damni, non appeterent ſcribi, & ſic ſi non ſcriberentur, nec intereſſent iudicio. Deinde cum dicit.

m ¶ Tangit legē circa arma & exercitia ſimul, & dicit q̄ eodem modo tulerunt legem de poſſeſſione armorum, & circa exercitia ipſorum: & ordinauerunt, q̄ liceret egenis non habere arma. Diuitibus ſi non haberent ordinauerunt magnū dāmnum, ſimiliter circa exercitium ordinauerunt q̄ pauperes ſi ſe non exercitarēt in armis nullum damnum haberent. Sed diuitibus ordinauerunt magnum damnum: ſic autem ordinauerunt vt diuites propter damnum haberēt arma, & vſum armorum, & ſic haberent ſoli poteſtatem & tenerent principatum, pauperes vero quia non timerent damnum, non haberent arma & vſum armorum, & per conſequens non participarent principatu. Et tunc concludit quòd hæc ſunt ſophiſmata de legiſlatione, per quæ volunt fauentes paucorum potentiæ excludere multitudinē a ciuilitate. Deinde cum dicit.

n ¶ Oſtendit, qualiter fauentes populo ſapienter aduerſantur iſtis & dicit quòd fauentes populo in politia ſua ſapienter aduerſantur iſtis, contra enim omnia iſta ordinauerunt, quòd pauperes qui conuenirent ad congregationem & diſcuterēt, haberent mercedem: diuites vero ſi nō venirent nullum damnum reportarent. Et per iſtam legem mōſtratur quòd excludebātur diuites. Pauperes enim ſcientes quòd haberent mercedem libēter veniebant. Diuites autem ſciētes quòd nullum haberent damnum, ſi non irent non curabant ire, maxime quia non honorabantur, & ſic tota poteſtas dimittebatur penes multitudinem. Deinde cum dicit.

o ¶ Concludit, qualiter Reſpu. ſit miſcenda ex paucorum & populari ſtatu, & dicit quòd manifeſtum eſt ex dictis qualiter Reſpu. miſcenda eſt ex illis, mixtum enim debet aliqualiter habere miſcibilia,

loquūtur ad popułū, ſūt quinq; numero, circa congregationē, circa principatus, circa p̄toria, circa armationē, circa exercitia.

i Circa congregationē quidē licere omnibus cōgregationi intereſſe, damnum aūt imponi diuitibus, ſi non interſint congregationi, vel ſolū vel multo maius.

k Circa principatus autem, habentibus quidem honorabilitatem, non licere abiurare, egenis autem licere.

l Circa prętoria diuitbus quidē eſſe dānum ſi nō diſcutiant, egenis autem licentiam, vel ijs quidem magnū, ijs aūt paruum, ſicut in legibus Carondæ. Alicubi aūt licet quidē omnibus ſcriptis, congregationi adeſſe & diſcutere. Si autem ſcripti neque cōueuerint neq; diſcuſſerint, imponuūt ijs magna damna vt pp damnum quidem fugiāt ſcribi, propter non ſcribi autem, neq; diſcutiant neque conueniant.

m Eodem aūt modo & de poſſidendo arma & de exercitari, leges ferūt, egenis q̄dē .n. licet nō poſſidere, diuitibus aūt damnoſum non poſſidentibus, & ſi non exercitant, ijs quidē nullū dānū, diuitibus autem dānoſum, quatenus ij quidem ꝓpter damnū participēt, ij autem propter nō timere, non participent: hæc q̄dem igitur ſunt oligarcicha ſophiſma legislationis.

n In democratiis autem aduerſus hæc ſapienter obſiſtunt, egenis quidē enim mercedē acquirunt congregationi pręſentibus & diſcutientibus, diuitib⁹ autē nullum ſtatuunt damnum.

o Quare manifeſtum quòd ſiquis vult miſcere iuſte, oportet quæ apud vtroſque colligere, & & ijs quidem mercedem acquirere, ijs aūt damnū: ſic .n. cōmunicabunt oēs. Illo autem modo politia fit ſolorum alterorum.

*quinque numero, concio magiſtratus, iudicium, armatura, exercitatio.*

*Circa concionem quidem, licere omnibus adeſſe: ſed pœna appoſita diui-*
B *tibus, ſi non adſint, uel ſolis, uel maior, quàm multitudini.*

*Circa magiſtratus autem, non licere his qui cenſum habent magnum, renunciare magiſtratui, pauperibus autem licere.*

*Circa iudicia uero, pœnam eſſe diuitibus, niſi iudicent, pauperibus autem, impunitatem: aut illis magnam, his paruam pœnam, ut eſt in Charondæ legibus. Quibuſdam uero locis,*
C *omnibus licet deſcriptis in concionibus iudiciiſque adeſſe. Quòd ſi deſcripti ſint & non exerceant, in pœnas incidunt per magnas, ut metu pœnæ uitent deſcriptionem, & per non deſcriptionem, neque iudicia, neque conciones exerceant.*

*Eodem modo circa arma & circa gymnaſia legibus ſtatuunt. Pauperibus enim licet non habere arma. Diuitibus autem pœna conſtituta eſt niſi ha-*
D *beant. Et ſi in gymnaſio ſe non exerceant pauperes, nulla pœna eſt. Diuitibus autem eſt pœna, ut alij metu pœnæ ſe exercere compellantur, alij quia nullam formident pœnam, nō faciant. Hæc igitur paucorū potentiæ ſunt machinamenta.*

*In populari autem ſtatu, cōtra hæc alia excogitat, pauperibus enim ſalaria ſtatuunt concionantibus atque iudicantibus. Diuitibus autem nullam pœnam imponunt.*

E

*Itaque manifeſtum eſt, ſiquis uelit iuſte hæc temperare, quòd oportet utrinque aſſumere, & his quidem ſalaria conſtituere, his autem pœnam. Sic enim omnes communicarent, nam illo quidem modo Reſpublica fit alterorum ſolum.*

miſcibilia, & aliqualiter non, & ideo ſi recte fiat mixtio ex iſtis, F oportet accipere ea quæ pertinent vtriſque ſecundum partem, & ordinari pauperibus mercedem ſi veniant, diuitibus vero dãnum ſi non veniant, & iſto modo omnes communicabunt ciuilitate, ſed prædictis modis altera ſolum vt Reſpubl. tantum ſit paucorum vel populo fauentium. Deinde cum dicit.

p ¶ Oſtendit ex q̃bus eſt Reſpu. & primo oſtendit, ꝙ eſt ex vtentibus armis maxime. Secundo, ꝙ eſt ex illis qui vſi fuerunt armis ibi. {Eſt enim politia.} Prima in duas. In prima facit quod dictum ẽ. Secũdo aſſignat cauſam cuiuſdam dicti, ibi. {Volunt.n. pauperes.} In prima dicit, ꝙ Reſpu. debet eſſe ex habentibus arma & vtentibus iam in actu ipſis. Et ratio huius eſt, quia Reſp. debet eſſe ex mediis, & ideo debet eſſe ex illis, in quibus ſunt plures medii, tales ſunt vtentes armis. Quãta autem debet eſſe multitudo ciuitatis & cenſus non ẽ determinatum nũc: oportet enim cẽſum in ciuitate determinare ſecũdum regionem, & ſecundum potentiam aduerſariorum. Oportet enim tantam eſſe multitudinem quantam regio poſſit nutrire, & tantam, ꝙ poſſit repellere aduerſarios. Sed aduertendum, ꝙ qualitas & bona diſpoſitio ſecũdum diſciplinam vel mores multum addit ad bonitatem Reipublicæ, & ideo faciendum ẽ, ꝙ participantes politiæ ſint plures ſaltem ſecundum qualitatẽ, quãuis deficiant quãtitate. Deinde cum dicit.

q ¶ Aſſignat cauſã cuiuſdam dicti ſcilicet, ꝙ oportet eſſe plures participantes Reipublicæ q̃ non participantes, & dicit ꝙ pauperes in ciuitate exiſtentes, abſque principatu volunt viuere quiete, & ſine turbatione, dato ꝙ nullus moleſtet eos, & dato ꝙ nihil auferatur ab eis de bonis ſuis, ſed iſtud non ẽ facile, quia frequenter contingit, ꝙ principantes non ſint mites & humani, & ideo difficile eſt, ꝙ non ſuſcipiant pauperes moleſtiam. Iterum illi qui vtuntur armis quãdo bellum debet fieri volunt recipere alimentum a pauperibus ſi ſint aliqui pauperes, & ſi non recipiãt mouent bellum contra illos, & ſi accipiant pauperes volunt inſurgere. Vt igitur non poſſint inſurgere contra principantes, expedit eſſe plures habentes arma quàm non habentes. Deinde cum dicit.

r ¶ Oſtendit ꝙ Reſpu. non tantum eſt ex illis qui poſſident, ſed ex illis qui poſſederunt arma & habuerunt vſum eorum, & dicit ꝙ apud aliquos eſt Reſpubl. non ſolum ex illis qui vadunt ad arma, & vtuntur eis iã actu, ſed ex eis qui ferunt & vſi ſũt. Et rationabiliter hoc eſt, quia illi ſunt magis exercitati in actibus virtutum & in armis. Rationabile autem eſt, ꝙ Reſpu. ſit ex illis, quod declarat per quandam Rẽpu. dicens, ꝙ apud Malienſes erat Reſp. ex his qui fuerant in armis & vſi fuerant. Verumtamen principantem eligebant ex militibus ſiue ex illis qui iam vtebantur armis. Primæ etiam Reſpubl. fuerunt magis ex præliãtibus & vtẽtibus armis p̃ter principatus regales. Principem autem eligebant de equeſtribus, & Reſp. q̃ fuit a principio fuit ex equeſtribus, quia robur belli tũc in equeſtribus habebãt. Peditatus autem eſt omnino inutilis, niſi adſit ordo & diſciplina, ſed qualis ſit huiuſmodi ordo & diſciplina, non fuit cognitum antiquis, & propterea totum robur & excellẽtia exercitus habebatur ex equeſtribus. Deinde cum dicit.

ſ ¶ Aſſignat cauſam cuiuſdam dicti. Aliqui enim iſtam Rempub. vocauerunt popularem. Alii paucorum, ideo cauſam huius aſſignat, & primo quare dixerunt eandem popularem ſtatum. Secundo quare paucorum, ibi. {Fuerat enim &c.} In prima dicit, ꝙ creſcentibus ciuitatibus contingit, ꝙ erat magna multitudo habentiũ arma qui dominabãtur. Vbi autem multitudo dominatur, ſtatus popularis eſt, propter quod quidã dixerunt illam quã vocamus Remp. popularem. Deinde cum dicit.

t ¶ Oſtendit quare vocauerunt eam paucorum ſtatum, & dicit quòd antiquæ Reſpubl. rationabiliter erant ſtatus paucorum, & regalis. Antiquitus enim pauci erant homines inhabitantes ciuitates, & ideo pauci erant medii, & quia pauci erant ſecundum multitudinem, paucorum ſtatus erant, ſed quia bene erant ordinati, bene ſuſtinebant principatum, & ſufficiebantur. Deinde cum dicit.

u ¶ Recã-

p Oportet autem politiam eſſe quidẽ ex habẽtibus arma ſolis, honorabilitate aũt ſm̃ multitudinem, ſimpliciter quidẽ determinata, non eſt dicere tantum exiſtere, ſed cõſiderãtes qđ quale adijcit longiſsimũ, vt participãtes politia ſint plures nõ participantibus hoc ordinare. G

q Volunt .n. pauperes etiã non participãtes honoribus, quietẽ habere, ſi neq; aliquis moleſtet ipſos, neq; auferatur aliquid ſubſtãtiæ, ſed hoc non facile: non.n. accidit ſemp gratioſos eſſe eos q participãt politeumate, & cõſueuerũt aũt quando bellũ fuerit mouere, ſi non accipiant alimentũ, pauperes aũt ſunt. Si autẽ acquirat aliquis alimentum, volunt bellare. H

r Eſt.n. politia apud aliquos nõ ſolũ ex ijs qui ſunt ad arma, ſed etiam ex ijs qui fuerũt ad arma, Malienſiũ aũt politia q̃dẽ erat ex ijs, principatus aũt eligebant ex militãtib⁹, & prima aũt politia in græcis fuit poſt regna ex p̃liantib⁹. Quæ quidẽ a principio ex equeſtrib⁹: robur.n. & excellẽtiam ex equeſtrib⁹ præliũ habebat, ſine coordinatione aũt .n. inutile quod ad arma. Experientiæ autem de talibus & ordinationes inter antiquos non erant quomodo in equeſtribus eſſet robur. I

ſ Creſcentibus autem ciuitatibus, & ijs qui in armis inualeſcẽtib⁹ magis, plures participabãt politia, ꝓpter quod quidẽ quas nunc vocamus Politias, priores vocabant Democratias. K

t Erant aũt & antiquæ politiæ rationabiliter oligarchiæ & regales, ꝓpter paucitatẽ.n. hominum non habebant multum qđ mediũ. Quare pauci exiſtentes multitudine & ſecundum coordinationem, magis ſufferebant ſubiici.

*Oportet quidem Rempublicam eſſe ex his ſolum qui arma poſſident, cenſus autem magnitudo diffiniri ſimpliciter non poteſt, ſed conſiderata qualitate, adiungatur largiſsimus, vt qui participant Reipublicæ ſint plures, quàm hi, qui non participant hoc inſtituere.*

*Volunt enim pauperes, & honorũ expertes, quietem agere, ſi neque contumelia eos quis afficiat, neque bona illis auferat, ſed hoc non facile. Non enim ſemper contingit, ut qui Rempublicam gubernant ſint mites, & humani. Et conſueuerunt quoties bellum eſt, grauiter ferre, niſi ſuſcipiant alimenta, nam ſunt egeni, & ſiquis alimẽta porrigat, cupiunt bellum.*

*Apud quos gubernatio Reipu. exiſtit non in his qui ad armaturam ſunt habiles, ſed in his qui exercebãt arma. In Malienſibus quidem gubernatio Reipu. erat in iſtis, & magiſtratum creabant ex his qui militabant. Prima que Reſpu. apud Græcos conſtituta eſt ex his, qui bellum gerebant, poſt quam deſierũt regna ab initio quidem ex equitibus, nam robur belli tunc in equitibus habebatur. Peditatus enim niſi ordo ac diſciplina adſit, inutilis ẽ. Huiuſmodi autem diſciplina & ordo antiquis illis temporibus nõdum erat, ex quo fiebat ut in equitatu robur belli haberetur.*

*Sed auctis ciuitatibus, quæ in armis potentiam habebant, plures ad communionem Reipu. recepti ſunt, ex quo factum eſt, vt quas nunc Reſpu. vocamus, tunc popularis ſtatus diceretur.*

*Fuerat enim antiqua ciuitatum gubernatio rationabiliter paucorum, & regia, propter paucitatem enim hominum, non erat magnus numerus mediocrium. Itaque pauci cum eſſent, multitudine & inſtitutione, magis ferebant ab alijs gubernari.*



u ¶ Recapitulat dicta a principio quarti, & dicit quod dictum A eſt in præcedentibus propter quam cauſam ſunt plures Reſpu. & propter quam cauſam ſunt aliæ Reſpub. præter ſex Reſpub. acceptas ſecundum genus, vt ſunt plures populares & paucorũ ſtatus & optimatum & non vna numero ſolum. Iterum dictum eſt qualiter differunt adinuicem, & quæ ſit optima Reſpubli. & propter quam cauſã accidit, & quibus expediat.

LECTIO XII.

Poſtquàm Philoſophus determinauit, quæ Reſpub. eſt optima, & quę & qualis, quibus & qualib⁹ conueniat, determinat de quibuſdã partibus Reipubl. ſcilicet de conſiliatiuo & dominatiuo & iudicatiuo. Et primo dat intentionem ſuam. Secũdo proſequitur, ibi. {Dominans eſt, &c.} In prima dicit, ꝙ poſtquam determinatum eſt de vnaquaque Repub. & in communi & diuiſim, Conſequenter dicendum eſt de quibuſdam ex quibus pendet conſideratio determinatorum, & dicit rurſus, quia in tertio fecit mentionem de ipſis, & accipiendum eſt principium conueniens illis, ſcilicet quòd ſunt tres partes Rerumpub. de quibus ſtudioſus legiſlator debet conſiderare & conferre ſecũdum rationem de illis. Illis enim bene ſe habentibus neceſſarium eſt Rempub. bene eſſe ordinatam, & male ſe habentib⁹ male, & ſecundũ differentiam iſtorũ adinuicem neceſſe eſt, Reſpub. differre, q̃ per iſta diſtribuitur Reſpubl. quæ eſt ordo principantium. Iſtarum autem vna pars eſt quæ conſiliatur de communibus ciuitatis. Alia eſt quę verſatur circa principat⁹, & hoc eſt, quos oportet eſſe principes, & quorum debent eſſe domini, & qualiter aſſumantur, vtrum per ſortem vel per electionem. Tertia pars eſt quæ verſatur circa iudicia. Deinde cum dicit.

Lectio ſeq. b ¶ Proſequitur, & primo de conſiliatiuo. Secundo de principatu, ibi. {De conſiliante &c.} Tertio de iudicatiuo, ibi. {Reliquum autem &c.} Prima in duas. Primo tangit de quibus cõſiliantur in communi. Secundo proſequitur de ipſo conſiliatiuo, ibi. {Neceſſarium autem &c.} In prima dicit quòd dominans in ciuitate conſiliatur de bello, vtrum bellandum ſit vel non, & de pace, vtrum pax debeat fieri cum aduerſariis vel nõ. Conſiliatur etiam de propugnatione & de diſſolutione, vtrum ſimul vel ſeparatim debeat pugnare. Iterum conſiliatur de legibus qualiter ſint ferendæ. Conſiliatur etiam de morte alicuius, vtrum expediat aliquem qui fuit contra ciuitatem interfici vel relegari. Iterum de populatione qualiter debeat ſi indigeat ciuitas populari, & ex quibus. Iterum qualiter principantes debent eligi, & corrigi. Deinde cũ dicit.

Lectio, 15.

c ¶ Proſequitur de ipſo conſiliatiuo declarando eius conſiliatiuum cui competat Reipu. Et primo ponit diuiſionẽ vnã. Secundo oſtẽdit quibus Rebuſpub. competant membra ipſi⁹ ibi. {Omnes igitur, &c.} In prima dicit, quòd neceſſarium eſt aut omnia iudicia dare omnibus ciuibus, ita quòd omnes ciues de omnibus iudicent, aut quibuſdam omnia, ſicut principanti vni aut pluribus ſi ſint plures principãtes, aut alia aliis, ita quòd quidam iudicent de quibuſdã, alii de aliis, aut de quibuſdam omnes, aut quidam de quibuſdam. Deinde cum dicit.

d ¶ Oſtẽdit primo quibus cõpetant mẽbra. Secundo determinat quędam conuenientia quibuſdã Rebuſpub. ibi. {Expedit autem &c.} Prima adhuc diuiditur in duas. In prima oſtendit quibus Rebuſpub. competant membra prædicta. Et diuiditur in tres. Primo enim oſtẽdit quis modus competit populari ſtatui. Secundo cum dicit. {Quidam autẽ &c.} Quis paucorum ſtatui. Tertio quis optimatum cum dicit. {Quando autẽ &c.} Adhuc prima ĩ duas. In prima tangit quis modus competat populari ſtatui. In ſecũda cum dicit. {Sunt autẽ modi &c.} Subdiuidit ipſum, declarãdo quis quibus modis eius conueniunt. In prima dicit, quòd ad popularem ſtatũ pertinet quòd omnes iudicent & deliberent de omnibus. Et ratio huius eſt, quia fauens populo intendit æqualitatem, hoc autem videtur eſſe æqualitas, quòd omnes attingant ad iudicium de omnibus, quare iſte modus pertinet ad popularem. Deinde cum dicit.

e ¶ Subdit modũ iſtum, & diuiditur in quatuor ſecundum ꝙ ponit quatuor modos, declarans quibus modis populari ſtatui competunt illi modi. ſecunda ibi. {Alius aũt modus &c.} Tertia ibi. {Alius aũt modus eſt vt.} Quarta ibi. {Quartus aũt mod⁹ &c.} In prima dicit ꝙ eius, quod eſt omnes iudicare de omnibus, plures ſunt modi. Vnus eſt, ꝙ omnes attingant ad iudicia omnia,

u Propter quam quidẽ igitur cauſam ſunt politiæ plures, & ꝓpter quid præter eas quæ dicuntur aliæ. Democratia autem nõ vna numero eſt, & aliarum ſimiliter. Adhuc autem quæ differẽtiæ, & propter quam cauſam accidit, adhuc autem quę ſit optima politiarum, dictum eſt. B

LECTIO XII.

Rurſum autẽ cum dixerimus & cõmuniter & ſigillatim de vnaquaque, dicam⁹ de iis quę deinceps, accipientes ipſorum principiũ conueniens. Sunt itaq; tres partes omniũ politiarum, de quib⁹ oportet conſiderare ſtudioſum legislatorem conferens vnicuique, quibus ſe habẽtibus bene, C neceſſe politiam habere bene, & politias abinuicẽ differre in differendo vnumquodq; horum. Eſt autem tertiũ horum, vnum quidem aliquid quod conſiliatur de cõmunibus, ſecundũ autem quod circa principatus, hoc autem eſt, quos oportet eẽ & quorum dominos, & qualem quandam oportet fieri electionẽ ipſorum. Tertium autem aliquid quod iudicat.

b Dominans aũt eſt quod conſiliatur de bello & pace, & compugnatione & diſſolutione, & đ legibus, & de morte & fuga, & populatione & de electione prĩcipatuum & correctionum.

c Neceſſariũ autem, aut omnibus dare omnia hęc iudicia, aut quibuſdã omnia velut principatui alicui vni, aut pluribus, aut aliis alia, aut q̃dã quidẽ ipſorũ omnibus, quædã aũt quibuſdã.

d Omnes quidem igitur & de omnibus demotice, talẽ.n. ęqualitatem quærit populus. E

e Sunt aũt modi eius, quod eſt oẽs, plures, vnus quidem ſm̃ partem, ſed nõ oẽs ſimul, ſicut ẽ in

*Quam igitur ob cauſam plures ſint Rerumpu. formæ, & quamobrem præter eas quæ dicuntur aliæ ſint, neque enim popularis gubernationis una eſt ſpecies, neque aliarum ſimiliter, ac præterea quæ differentiæ ſint inter eas & quare accidat, & inſuper quæ ſit optima Reſpub. (ut plurimum dici poteſt) & aliarum qualis, & qualibus congruat, dictum eſt.*

*LECTIO XII.*

*Rurſus autem, & communiter et ſeparatim de unaquaque dicemus eorum, quæ poſt hoc ſequuntur, conuenienti ſumpto principio. Sunt ergo tres partes omnium Rerumpub. in ſingulis, quarum ſtudioſus legis poſitor conſiderare debet utilitatem, quibus bene ſe habentibus, neceſſe eſt Rempub. bene ſe habere, & gubernandi formas inter ſe differre, in eo quòd ſingulæ iſtarum differunt. Harum trium partium una eſt quæ uerſatur in publicis conſiliis. Altera in magiſtratibus, hoc eſt, quos eſſe oportet, & quam poteſtatem habere, & quemadmodum debeant creari. Tertia pars in iudiciis conſiſtit.*

D *Ea pars quæ conſulit, auctoritatẽ habet de bello & pace, de ſocietate ineunda uel diſſoluenda, de legibus ferendis uel abrogandis, de morte, de exilio, de publicatione bonorum, & rationibus repoſcendis.*

*Neceſſe eſt enim, uel omnibus ciuibus hæc omnia decernenda tribuere uel quibuſdam, ceu unicuidam magiſtratui, aut pluribus, uel aliis alia, uel quædam illorum omnibus, quædam quibuſdam.*

*Omnes igitur & de omnibus, populare eſt, talem enim æqualitatem affectat populus.*

*Sũt aũt plures modi. Vnus ſi ſingulariter & nõ ſimul oẽs, ut ẽ in Repub. Theclei Mileſii. Et in aliis Rebuſpub.*

omnia, ſed quòd non omnes ſimul conueniant, ſed ſecundum partem, ſicut accidit in Repub. Mileſii & in aliis. De quibuſdam enim Rebuſpub. conſiliantur principantes. Conueniunt autem omnes ſecundum partem, vt ſecundum tribus & partes minimas, ita quòd modo vadit vna pars, cras alia, ita quòd nõ ſit aliqua pars quæ non attingat ad ciuilitatem. Iſte autem modus competit primo modo populari ſtatui ſecundum quẽ principantur agricolæ, habentes diuitias mediocres & ſecundum leges, non ſecundum voluntatem. Tales enim non ſemper poſſunt venire, quia habẽt viuere de agricultura, circa quam oportet eos laborare. Et ideo neceſſarium eſt eos venire ſecũdum partem, aliquando tamen oportet omnes venire ſimul, vt quãdo debet ferri lex aliqua: ſimiliter quando debet tractari de his quæ ꝑtinent ad Rempublicam, etiam quando debent audire reſpõſiones a principibus. Deinde cum dicit.

f ¶ Ponit ſecũdum modum. Et dicit, ꝙ ſecundus modus eſt, ꝙ omnes conueniãt ſimul, & hoc in magnis ſolum, ſicut in electione principis, vel principantium, & quando debet lex aliqua dari, ſimiliter quando debet tractari de bello vel de pace, ſimiliter quando debẽt fieri correctiones principantium. Alia vero dimittuntur principantibus qui aſſumendi ſunt, vel per electionem, vel per ſortem. Et competit ſecũdo modo populari ſtatui, in quo multitudo nõ habet ſufficientes diuitias, ideo oportet principatum cõmittere aliquibus. Deinde cum dicit.

g ¶ Ponit tertium modum, & dicit, ꝙ tertius modus ẽ quãdo omnes conueniũt in magnis, ſicut in correctionibus principum, & tamen debet tractari de bello, & de pugnatione. Alia autem dimittũtur principibus, qui eliguntur a quibuſcumque qui ſciunt principari. Et differt iſte modus a primo, quia in primo non eliguntur principantes ex quibuſcumque, ſed in iſto eliguntur. Iſte autem modus competit tertio modo populari ſtatui, in quo aſſumuntur principes ex quibuſcumque. Deinde cum dicit.

h ¶ Ponit quartum modum, & dicit quòd quartus modus eſt, quando omnes de omnibus conſiliantur & iudicant, ita quòd nihil omnino dimittitur principantibus, ſed ſolum referre, ſic autem eſt in vltimo modo popularis ſtatus, in qua multitudo

F principatur. Et ideo iſte modus quartus competit quarto modo populari ſtatui, qui vt dictum eſt ſuperius, proportionabilis eſt quarto modo paucorum ſtatui, qui quidem eſt potentatus proportionabilis monarchiæ tyrannicæ. Sicut enim iſta monarchia tyrannica peſſima eſt, & etiam hæc paucorum potentia peſſima inter alias ſpecies eius, ita iſte quartus modus, popularis ſtatus peſſimus eſt inter omnes modos popularis ſtatus. Et vlterius concludit, ꝙ omnes illi modi ſunt de ſtatu populari, quia conueniũt popularis ſtatus modis. Deinde cum dicit.

politia Teleclei Mileſii, & ĩ aliis autẽ politiis cõſiliantur cõprincipatus conuenientes. Ad principatus autẽ vadunt omnes particulariter ex tribubus & minimis partibus omnino, donec vtique pertranſeat per omnes, cõuenire aũt ſolum de legũ poſitione, & de iis quæ de politia, & reſponſa audientes a principibus.

f Alius autẽ modus quod oẽs ſimul. Conuenire aut ſolum ad electiones principatuum electuros & ad legiſlationes, & de bello & de pace, & ad correctiones: alia autẽ conſiliari principatus in ſingulis inſtituẽs eligibiles exiſtentes ex omnibus vel ſortiales.

g Alius autẽ modus circa principatus & correctiones occurrere ciues & de bello cõſiliaturos & cõpugnatione, alia autẽ principatus diſponere eligibiles exiſtentes quoſcumq; contingit, tales autẽ ſunt quoſcumq; principari neceſſariũ ſcientes.

h Quartus autẽ modus omnes de omnibus conſiliari, conueniẽtes autẽ de nullo iudicare, ſed ſolum referre, quo quidẽ modo nunc Democratia vltima diſpẽſatur, quã proportionalem dicimus eſſe Oligarchiæ poteſtatiuę & monarchiæ tyrannicæ. Iſti quidem igitur modi, ſunt Democratici omnes.

i Quidam aũt de omnibus Oligarchicũ, habet autẽ & hoc differentias plures.

K Quando quidem enim ab honorabilitatibus mediocribus eligibiles ſunt & plures propter mediocritatis honorabilitatis, & đ quibus lex vetat ne moueãt, ſed ſequantur & liceat poſſidẽti honorabilitatem participare, Oligarchia quidem, politia autem ẽ talis propter moderare.

*deliberant magiſtratus ſimul collecti. Ad magiſtratum uero uadunt omnes ſingulatim ex tribubus: et partibus etiam minutis, donec tranſeat per omnes. Congregatur autem populus ſolummodo pro legibus ferendis: & pro his quæ pertinent ad Reipub.* G *ſtatum: & pro his audiendis, quæ a magiſtratibus annunciantur.*

*Alius modus eſt, omnes ſimul cõuenire, aut ſolummodo ad magiſtratus creandos, aut ad ferẽdas leges: & pro bello uel pace, & ad rationes repoſcendas. In cæteris uero eos qui magiſtratum gerunt decernere ad ſingula deputatos, uel per electionem, uel per ſortem.*

H *Alius modus eſt: ut ad magiſtratus creandos: & ad rationes repoſcendas, conueniant omnes ciues, & ad deliberationem belli ſuſcipiendi, uel ſocietatis ineundæ. Cætera uero magiſtratus exequantur per electionẽ creati quod fieri poteſt, talia uero ſunt, quot exercere neceſſarium eſt eos, qui ſciunt.*

*Quartus modus eſt: ut omnes de omnibus conuenientes deliberent. Magiſtratus uero de nullo ſtatuant: ſed tantum primo loco ſententiam dicant;* I *quemadmodum fit in extrema illa gubernatione populari, quam in paucorum gubernatione, ſpeciei illi uiolentæ, & in gubernatione unius tyranni correſpondere diximus. Hi ergo modi populares omnes.*

*Quoſdam uero de omnibus paucorum potentiæ, habet autem & hoc differentias plures.*

*Quando enim a mediocri cenſu fiet aſſumptio et multi aſſumentur pro*K *pter eam cenſus mediocritatem: & quæ lex uetat, nõ moueant, ſed ſequantur, & liceat aquirenti cenſum habere, paucorum eſt huiuſmodi gubernatio: ſed tamen ciuilis, propter eius mediocritatem.*

i ¶ Oſtendit, quis modus eſt paucorum potentiæ, & diuiditur in duas. In prima ponit modũ mixtũ. Secundo ponit modos pure paucorum dominantium, ibi. {Quando quidem, &c.} In prima dicit, ꝙ quando aliqui conſiliantur de omnib⁹, eſt modus paucorũ. Et iſte modus diuiditur in plures: quando enim de omnibus conſiliantur aliqui diuites non habentes diuitias excellentes, ſed mediocres, & ſunt plures ſecundũ multitudinem plures habentes huiuſmodi diuitias, & principantur ſecundum legem, ita ꝙ legem non poſſunt mutare, nec facere quæ prohibet, ſed exequi ea q̃ præcipit, & poſſunt attingere ad principatum, tunc eſt vnus modus paucorum dominantium, ſed ciuilis eſt propter moderatas habẽt diuitias. Tales enim medii ſunt in ciuitate. Reſpub. autem ex mediis eſt, quare iſte modus mixtus ẽ ex paucorum ſtatu & Republi. Deinde cum dicit.

K ¶ Tangit alios modos paucorũ ſtatus pure. Et dicit, quòd quandoque nõ omnes diuites conſiliantur de omnibus, ſed quidam electi ditiores prioribus, & principantur ſecundum legem paucorũ potentię eſt, & quando adhuc ditiores principantur omnibus, & conſiliantur & pauciores, & habent poteſtatem eligendi illos, qui deficiunt in principatu, & filii eorum ſuccedunt in principatu, ſed adhuc principantur ſecundum legem, vel quando principantur pauciores quàm prius & ditiores, & principantur non ſecundum legem, ſed ſecundum ſuas ſententias, ita quòd domini ſunt legis, quia poſſunt ferre legem vel mutare, tunc eſt paucorum potentia ſecundum diuerſos modos eius. Deinde cum dicit.

l ¶ Oſtendit



l ¶ Oſtendit, quis eſt modus optimatum, & circa hoc duo facit. Primo enim tangit quis modus eſt optimatum pure. Secundo cum dicit, quòd ſi de quibuſdam electi &c. Oſtendit, quis eſt mixtus ex paucorum & optimatum ſtatu. In prima dicit, quòd quando omnes conſiliantur de quibuſdam magnis, ſicut de pace, vtrum debeat fieri cum aduerſariis, & de bello, & de correctione, & alia ꝑmittuntur principantibus, qui ſunt accipiẽdi vel per ſortem vel per electionem, modus eſt optimatum vel ciuilis, quia enim magna ſunt & periculoſa, magnam inimicitiam habent. Maiorem vero inimicitiam habet aliquis ad paucos, vel ad aliquos quàm ad totam multitudinem, quia diuiditur in plures, propter hoc minor eſt ad ſingulos. Et iõ in talibus omnes debẽt iudicare. In aliis iudicare poſſunt prĩcipes, in quibus non ſunt magna pericula. Deinde cum dicit.

m ¶ Oſtendit, quis modus mixtus eſt ex pręcedenti & ciuili intendens dicere, ꝙ ſi de quibuſdam omnes conſilientur, ſicut de magnis. De aliis autem principãtes qui aſſumuntur per electionem, aut ſi contingat, quòd de quibuſdam eligantur aliqui principantes per ſortem, & hoc vel communiter ex quibuſcumque, ſcilicet indifferenter, vel aſſumantur ex aliquibus, prius inquiſito & facto iudicio vel ſcrutinio de illis ex quibus aſſumẽdi ſũt per ſortem, vel ſi aſſumantur de omnib⁹ per electionem, hoc pertinet ad optimatum vel Rempubli. quod enim per electionem, & ex quibuſdam, optimatum eſt, quod autem per ſortem, magis ciuile eſt. Vlterius concludit quaſi recapitulando, & conſiliatiuum de eis, quæ ordinantur ad Reſpubli. habet diuidi, ſicut dictum eſt, & quælibet Reſpub. diſponitur, & regitur conſiliatiuo ſecundum modũ dictum. Deinde cũ dicit.

n ¶ Determinat quædam expedientia Rebuſpu. quibuſdam ſcilicet, populari & paucorum ſtatui. Et primo tangit expedientia popularis ſtatus. Secundo paucorum, ibi. {In Oligarchiis autem &c.} Prima in tres ſecundum ꝙ ponit tria expedientia: ſecunda, ibi. {Expedit autem &c.} Tertia ibi. {Expedit autem ſi excedant &c.} In prima dicit, ꝙ populari quæ maxime appa-

A ret eſſe popularis: ſicut eſt quarta ſpecies, in qua populus totus dominatur non ſecundum legem ſed ſecundum ſententiã: expedit & melius eſt facere illud quod obſeruatur in iudiciis, & in paucorum ſtatu, ſcilicet ꝙ de diuitibus ſi non conueniant ad iudicium & cõgregationem, ordinetur damnum magnum, pauperibus ſi venerint ad congregationem, merces. Et ratio huius eſt, quia ſi venerint & diuites & pauperes, melius deliberabunt, & ſanius omnis populus, ſcilicet diuitibus, & econuerſo. Quod enim non videbunt diuites, videbunt pauperes, & econuerſo. Et tunc quoniam communiter deliberabunt, cõmuniter exequẽtur, propter quod expedit huic ſpeciei populari ordinare diuitibus damnum, ſi non venerint ad congregationem, pauperibus mercedem, ſi venerint. Deinde cum dicit.

o ¶ Ponit ſecundũ expediens, quod cõpetit aliis ab vltimo modo populari. Et dicit ꝙ expedit populari ſtatui, ꝙ ad cõſiderandum vel iudicandum eligãtur aliqui de omnibus, vt tot de diuitibus, tot de pauperibus, tot de iſta turba, tot de alia, vel tot de iſto vico, tot de alio, ita ꝙ ſemper cõſeruetur æqualitas, vt quot aſſumẽtur de quibuſdã, tot aſſumantur de aliis ſecundum æqualem proportionem. Et ratio eſt, quia melius exequuntur deliberationes & magis cõcordes erunt. Deinde cum dicit.

p ¶ Ponit tertium expediens, & videtur eſſe cautela contra aliquid, quod poſſet dici contra primum expediens. Dicebatur enim, ꝙ merces erat dãda pauperibus, ſi venirent ad congregationem. Poteſt autem dici ꝙ non eſt hoc expediens, quia tunc multi venient, & tunc cum ſint plures quàm diuites, deliberabũt ſecundum quòd placebit eis, & nollent illud obſeruari, & ſic erit diſſenſio. Contra hoc ponit expediens, & dicit, quòd ſi pauperes ſecundum multitudinem excedant viros ciuiles, ſicut medios & inſignes, aut quoſcumque alios, tunc non eſt danda merces omnibus niſi ſecundum proportionem ad multitudinem diuitum, aut multos oportet priuare congregatione. Deinde cum dicit.

l Quando autẽ non omnes eo quod eſt cõſiliari participant, ſed electi, ſecũdum legem autẽ participãt ſicut & prius, Oligarchicum. Quando aũt ipſos eligunt ipſi qui domini eius quod eſt conſiliari, & quando puer ꝑ patre ingreditur, & domini legum ſunt, oligarchicũ neceſſa B rium eſſe ordinẽ hunc. Quando autem quorundã, puta belli quidem, ſicut & pacis & correctionum oẽs. Aliorum autẽ principes, & iſti eligibiles, vel ſortiales ariſtocratia eſt vel politia.

m Si aũt quorumdã quidem eligibiles, quorumdã autem ſortiales, & ſortiales, vel ſimpliciter, vel ex præiudicatis, vel communiter eligibiles & ſortiales, hæc quidẽ horũ ſunt politię Ariſtocraticæ, hæ autẽ ipſius politiæ. Diuiſum eſt quidẽ igitur quod conſiliatur ad politias hoc modo. Et diſponitur quælibet politia ſecundũ dictũ modum.

n Expedit autẽ Democratiæ q̃ maxime eſſe videtur democratia, quæ nunc. Dico autẽ talẽ in qua dominus populus & legum eſt ad cõſiliari, meliuſq; ipſum facere quod quidẽ in prætoriis in Oligarchiis. Statuunt.n.damnum iis quos volũt iudicare vt D iudicent, Demotici autẽ mercedem egenis, hæc autem & circa congregationes facere: cõſiliantur.n. melius cõmuniter conſiliantes: omnis populus quidem cum inſignibus. Iſti autem cũ multitudine.

o Expedit autem & eligibiles eſſe conſiliarios, vel ſortiales æquales ex partibus.

p Expedit aũt, ſi excedant multum ſecundũ multitudinem Demotici ſuper politicos, aut non omnibus dare mercedem, ſed quot commenſurati ad multitudinem inſignium, aut ex ſorte facere plures.

*Quando uero non omnes participes ſunt, ſed qui eliguntur, & ſecundum leges gubernant, ut prius, paucorum potentiæ eſt. Quando autem ipſi ſe eligunt qui deliberandi auctoritatem habent, & quando filius patri ſuccedit, ac domini ſunt legum, neceſſe eſt huiuſmodi gubernationem eſſe paucorum potentium. Sed quando aliquorum aliqui, ceu cum de bello & pace, & repetendis rationibus, uniuerſi, de aliis autem magiſtratus electi, uel ſorte aſſumpti, optimatum, ideſt uel eius quæ appellatur Reſpublica.*

*Quòd ſi de quibuſdam electi, de quibuſdam uero ſortiti, & ſortiti uel ſimpliciter, uel ex prælatis, uel communiter electi, ac ſortiti, partim optimatum eſt, partim Reipub. ipſius.* C *Diſtinguitur ergo ea pars, quæ in conſulendo, deliberandoue conſiſtit, in hunc modum pro natura Reipub. Et adminiſtratur unaquæque Reſpub. ſecundum huiuſmodi terminationem.*

*Confert autem & gubernationi illi, quæ nunc maxime uidetur eſſe popularis. Dico autem ei in qua populus dominus eſt etiam legum in deliberãdo, ac melius diſponendo, hoc idem facere in concionibus, quod fit circa iudicia in paucorum potentia. Imponũt enim pœnam illis quos iudicare uolũt, ut iudicent. Populares uero mercedẽ ſtatuunt pauperibus, confert & hoc idem circa conciones agere. Melius enim deliberabunt, ſi omnes conſilio interſint, populus quidem cum nobilioribus, iſti autem cum populo.*

*Confert etiam per electionem aſſumi eos, qui deliberaturi ſunt, uel per ſortem æqualiter ex partibus ciuitatis.*

E *Confert etiam ſi plurimum excedat multitudo plebis eos, qui ſunt in gubernanda Repub. peritiores, uel non omnibus mercedem tribuere, ſed quantis reſpondet numero nobilitatis, uel ſortiri plures.*

q ¶ Tangit cautelas conuenientes paucis. Et diuiditur in tres, ſecundum quòd tangit tria. ſecunda ibi. {Adhuc eandem &c.} Tertia ibi. {Et oppoſitum autem eius quod &c.} In prima dicit, ꝙ ad hoc ꝙ bene conſilientur fauentes paucis, & conſilium eorum ſit firmum, oportet ꝙ vocent aliquos fauentes populo ſiue aliquos de populo ſicut illos qui pręminēt aliqualiter populo, ſicut eſt in quibuſdam Rebuſpublicis, v qi vocantur præmiſſi, vel ſeruatores legis, & tractare cum iſtis de illis, de quibus fauentes paucis conſiliati fuerunt. Et ratio huius eſt, q a populus iſto modo participabit conſiliatiuo, & quod deliberatum fuerit iſto modo, multitudo nō poterit diſſoluere, ſed potius exequentur vnà cum paucorum potentia. Deinde cum dicit.

r ¶ Ponit ſecundā cautelam, & dicit ꝙ ad hoc quòd conſiliū paucorum ſit firmū, oportet paucos inquirere ſententiam populi vel opinionem quæ eſt, & tunc ſententiare ſecundū ſententiam eius, ita ꝙ populus eandem ſententiam dicat, quam pauci, aut ſi non, nihil ſententient contrarium populo, vel ꝙ principes conſiliētur de his, quæ ad Rempublicam ordinantur, & tunc quod inuentum eſt per cōſilium tradat omnibus conſiliariis populi, ſic enim ſententia paucorū firmior erit. Deinde cum dicit.

ſ ¶ Ponit tertiā cautelam, & dicit ꝙ ad hoc ꝙ conſilium paucorum firmum ſit, oportet eos facere oppoſitum eius, quod ſit in Repub, ſcilicet cum pauci per ſentētiam debeant abſoluere aliquem, ꝙ conuocent multitudinē & faciant eam dominam in dando ſentētiam propter beniuolentiam habendam. Cum autem cōdemnabunt aliquem ad mortem vel relegabunt, non dent poteſtatem multitudini, ſed poteſtas ſolū dimittitur principibꝰ. Et ratio huius eſt, quia condēnatio alicuius ad mortem vel relegatio fit, quia cōmiſit contra principantes paucos, populus autem contrarius eſt eis. Si igitur darent poteſtatem populo in condemnatione vel relegatione, contingeret quòd populus abſolueret, aut non tantum permitteret quantum deberet, quod eſt inconueniens, & ideo non debent dare poteſtatem populo ſupra mortem alicuius, ſed in Republ. ſit econtrario, quia abſoluentes ſunt pauci ſcilicet principantes, condemnantes vero ſunt non principantes, ſed plures ſicut populus, & tunc concludit intentum ſuum, quòd de principante conſiliatiuo in Republi. determinatū ſit hoc modo.

q In Oligarchiis autē aut præligi quoſdā ex multitudine, aut præparantes principatū velut ī quibuſdam politiis eſt, quos vocant præmiſſos vel legis ſeruatores. De iis negociari de quibus vtique iſti præcōciliauerint, ſic .n. participabit populus eo qđ eſt conſiliari, & ſoluere nihil poterit eorum quę circa politiam.

r Adhuc eadem ſententiare populum, aut nihil contrarium iis qui inferuntur, aut conſiliariis quidem tradere omnibus. Conſiliari quidem principes.

ſ Et oppoſitum autē eius quod ſit in politiis, oportet facere abſoluentem quidē enim per ſententiam, dominā oportet facere multitudinem. Condemnantem autē per ſententiam, nō dominam ſed referatur rurſum ad principes. In politiis enim contra faciunt, pauci enim abſoluētes quidē domini. Condemnantes autem non domini, ſed reducetur ad plures ſemper.

*In paucorum uero gubernationibus, aut eligere quoſdam ex multitudine, aut tale aliquid conſtituere, quale eſt in quibuſdam ciuitatibus, quos appellant præconſultores, ac legum cuſtodes, ac de his ſolummodo rebus ad conſilium referre, de quibus iſti ante deliberauerunt, per hunc enim modū populus interueniet in deliberādo, nec tollere quicquā de Repu ualebit.*

*Inſup. aut illa decernere poterit populus, aut nihil cōtrariū illis, quæ præponētur, uel cōſultandi quidē oēs participes facere. Deliberādi uero magiſtratibus poteſtatē relinquere.*

*Et oppoſitum eius facere quod ſit in populari ſtatu. Populi enim decretum in condemnando ratum non ſit, ſed ad magiſtratus rurſus referatur, quod contra ſit in popularibus. Magiſtratus enim abſoluendi domini ſunt omnino, condemnandi uero non ſunt, ſed ad populum habetur recurſus.*

## LECTIO XIII.

De conſiliante quidē igitur & dominante vtique politię, determinatum ſit hoc modo. Habitum iis eſt quæ circa principatus diuiſio, habet enim & hæc pars politiæ multas differentias, quot principatus, & quorū domini, & de tempore quantū vniuſcuiuſque principatus, ii quidē enim ſex menſiū, ii autem per minus ii autē annuales, ii autē diuturniores faciunt principatus perpetuos, vel multi temporis, vel neutrū, ſed ſępe eoſdem vel non eundem bis, ſed ſemel ſolū. Adhuc autē circa inſtitutionē principatuū ex quibus oportet fieri & a quibus, & qualiter, de omnibus.n.iis oportet poſſe diuidere ſecundū quot cōtingit fieri modos. Deinde coaptare qualibꝰ, quales politiæ expediant.

b Eſt aūt neq; facile hoc determinare, quales oportet vocare principatꝰ, multis.n. p̄ceptoribꝰ politica cōitas indiget, pp quod

## LECTIO XIII.

*De conſultando igitur & deliberando eiuſque poteſtate, in hunc modum determinatum ſit, conſequens his eſt circa magiſtratus diſtinguere. Habet enim & hæc pars differentias multas, quotque magiſtratus eſſe, & quarum rerum auctoritatem habere oporteat, & pro quo tempore ſingulos, nam alii ſemeſtres, alii breuiores, alii annuos, alii diuturniores ſtatuunt magiſtratus. Et utrum magiſtratus oporteat eſſe ꝑpetuos, an ad longum tempus, aut neutrum, ſed multotiens eoſdem, aut non eundem bis, ſed tantum ſemel. Et præterea circa conſtituendum magiſtratus ex quibus oportet creari, & a quibus, & quomodo. De his enim omnibus oportet poſſe diſtinguere, quot modis ualeant fieri, ac deinde accommodare quibus conferant gubernationibus Reipublicæ.*

*Eſt autem ne hoc quidem facile determinare, quales magiſtratus ſint nūcupādi. Indiget.n. ciuilis ſocietas multis præſidentibus, quapropter non oēs*

## LECTIO XIII.

Poſtquàm Philoſophus determinauit de conſiliatiuo, & modis eius, & qui quibus Rebuſpu. expediunt, determinat de principatu. Et diuiditur in duas. In prima præmittit intentum ſuum. In ſecunda proſequitur, ibi. {Eſt autem neq; facile.} In prima dicit, quòd poſtquam determinatum eſt de conſiliatiuo, dicendum eſt de principatu. Diuiſio enim principatus conueniens eſt dictis de conſiliatiuo, ſunt autem multæ partes & differentiæ principatus ſecūdum quòd ſunt principatus, & quorū debēt eſſe domini principantes. Item de tēpore per quantum tēpus debent eſſe domini ſecundum vnūquemque principatum, ſunt enim quidam principatus durantes per ſex menſes, quidam qui durant per annum, alii qui durant plus. Quidam autem ſunt perpetui quidā ſunt non perpetui, ſed multum durant, etiā quidam ſunt qui nō ſunt perpetui, nec multum durant, ſed contingit eundē frequenter principari, aliquoties etiam cōtingit principari nō eūdem bis, ſed ſolum ſemel. Iterum dicendum eſt de inſtitutione principatuum, ex quibus & qui debent iſtituere & qualiter. De omnibus enim iſtis oportet diligenter videre quibꝰ modis poſſunt fieri, & poſtmodum videre qui modi & quales, quibus, & qualibus Rebuſpubli. conueniant. Deinde cum dicit.

b ¶ Proſequitur. Et diuiditur in duas. In prima determinat de diuiſione principatuum, & de modo inſtitutionis ipſorum. Secundo recolligit determinata, remittens nos de conſideratione aliquorum ad ſequentia, ſcilicet ad Sextum librum, ibi. {Quod



igitur ſunt &c.} Prima in duas. In prima determinat diſtinctionem principatuum in ordine ad Reſpubli. Secundo determinat de modo inſtitutionis ipſarum ibi. {Circa inſtitutiones &c.} Prima in duas. In prima determinat diſtinctionem principatus in generali. Secundo tangit diſtinctionem principatus in ordine ad reſpub. ibi. {Sed hę differunt, &c.} Prima in duas. Primo tangit modos principatus minus principales. Secundo tangit modos principaliter dictos, ibi. {Maxime autem &c.} In prima dicit, quòd non eſt facile determinare qui debēt eſſe principatus, & quot, quoniam Reſpub. conueniens multis indiget principatibus, & præcipientibus, & quia plures oportet eſſe, manifeſtum eſt quòd non omnes ſūt aſſumēdi vel per electionem, vel per ſortem, ſicut ſacerdotes. Et dicuntur ſacerdotes qui curam habēt de cultu diuino. Tales autem non debēt aſſumi per ſortem, ſed per electionem: principatus autē iſte eſt alter a ciuilibus principatibus. Sunt etiam alii principatus qui diſtribuunt bona communia, q-bus debent diſtribui: ſunt etiam pręcones qui nunciant dicta communia, quæ debent nunciari. Eligūtur etiam alii qui dicuntur legati, qui mittuntur ad extrinſecas ciuitates & prīcipatus. Sunt etiam alii principes ciuiles qui curam habent de omnibus ciuitatibus quātum ad aliquam operationem, ſicut eſt dux exercitus bellantium. Iſte enim habet dirigere ciues in exercitu. Alii ſunt principes qui nō habent curam de omnibus quātum ad aliquam operationem, ſed curam habent de aliqua parte ciuitatis, ſicut ſunt mulierum puerorumque curatores. Alii ſunt principatus œconomici quos frequenter eligūt, ſcilicet menſuratores frumenti, & miniſteriales qui habent miniſteria diuerſa in ciuitate. Cum autem in talibus aliqui abundant, ordinant ſeruos ad huiuſmodi officia. Deinde cum dicit.

c ¶ Tangit modos principatus principaliter dictos, & eſt intelligendum, quòd vnumquodque naturalium aliqua operatione determinatur in quam cum poteſt, dicitur illud. Cum autem non poteſt, non dicitur, niſi ęquiuoce, quare principatus eſt aliqua operatio in quam cum poterit, maxime dicetur principatus, cum autem non poterit, non dicetur niſi ęquiuoce: operationes autem principatus ſunt conſiliari de aliquibus, iudicare & præcipere, maxime autem operatio principatus eſt præcipere, præcipere enim maxime pertinet ad principatum, dicit igitur maxime & ſimpliciter, vt eſt dicere, illi debent dici principatus, quibus competunt iſti actus, conſiliari, iudicare, & præcipere. Et ille principatus maxime dicitur principatus, cui cōpetit præcipere, quia iſte eſt actus præcipuus ipſius principatꝰ. Deinde cum dicit.

d ¶ Tangit diſtinctionem principatus in ordine ad Rempublicam, & primo tangit quę circa principatus faciunt difficultatem, & quæ non. Secundo proſequitur de illis quæ faciunt difficultatem, ibi. {In magnis, &c.} In prima dicit, ꝙ vtrum principatus dicatur ſecundum vnum modum vel plures, & ſecundum diuerſas rationes, non multum facit ad propoſitum, quia iudicium non ſit de altercatione q̄ ſit de nominibus, ſed pertinet ad aliud negociū, ſcilicet ad metaphyſicum: conſideratio enim de diſtinctione vocabulorum eſt negocium intellectuale, ſed qui principatus, & quales ſūt neceſſarii, & quare, & quot in ciuitate ſi debeat eſſe ciuitas, & qui & quales non ſūt neceſſarii, tamen expediunt ad bonam Rempub. hoc magis facit ad propoſitum, & magis dubitabit aliquis de iſtis & circa omnem Rempub. & paruas ciuitates. Deinde cum dicit.

e ¶ Proſequitur de illis quæ faciunt difficultatem, & diuiditur in duas. In prima oſtendit, in quibus ciuitatibus expedit vnum principatū in plures diuidi, & in quibus non. Secundo mouet circa hoc dubitationes, ibi {Congruit autem.} Prima in duas. In prima oſtendit, quòd in magnis ciuitatibꝰ non expedit vnum principatum in plures diuidi. In ſecunda, quòd in paruis non expedit, ibi. {In paruis autem, &c.} In prima dicit, quòd in magnis ciuitatibꝰ congruit & expediēs eſt vnum principatū ordinari ad vnum opus & non ad plures, ſed contingit eſſe multos principantes in talibus ciuitatibus, & ratio huius eſt duplex. Prima eſt, quia in magnis ciuitatibus multi ſunt ciues digni principari, & expediens eſt, quòd quidam multo tempore dimittantur in principatu, alios ſemel expedit principari: hoc autem non contingeret, ſi vnus teneret multos principatus, quare in magnis ciuitatibus non expedit vnum plures principatus tenere. Alia ratio eſt, quia vnum opus melius perficitur ab vno adhibente curam circa illud, quàm ſi circa multa intendens diſtraheretur, quare melius eſt vnum principatum committere vni, quàm plures. Deinde cum dicit.

f ¶ Oſtendit, ꝙ in paruis ciuitatibus expedit vnū plures principatꝰ tenere, & diuidit in tres. In prima facit qđ dictū eſt. In ſecunda reſpōdet obiectioni, q̄ poſſet fieri, ibi. {Indigēt aūt aliquādo.} In tertia oñdit ex quo poteſt dignoſci quos principatus cōgruat cōiungere in vnū, & quos non, ibi. {Si igitur habeamus.} In prima dicit ꝙ in paruis ciuitatibus oportet vnum plures princi-

quidem oēs, neq; electos, neq; ſortiales ponendū principes, puta ſacerdotes primo. Hoc enim alterū aliquid præter politicos principatus, ponendum. Adhuc & diſtributores & precones, eliguntur autē & legati. Sunt aūt hæ quidē politicæ curarum, vel omniū ciuium ad quādam operationē, velut dux exercitus militantiū, vel ſecūdum partē Gyneconomus, vel pueronomus, ii aūt œconomicę, ſæpe.n. eligūt frumenti mēſuratores, hæ autē miniſteriales & ad quas vtique abundauerint, ordināt ſeruos.

c Maxime autē, vt ſimpliciter ē dicere, principatus dicēdū hos, quibus cum attribuitur cōſiliari de aliquibus, & iudicare, & p̄cipere, & maxime hæc: præcipere.n. magis principatuū eſt.

d Sed hæ differunt ad oportunitates quidē nihil, vt eſt dicere, non.n. vmquā iudiciū fuit altercantiū de nomine, habent autē quoddā aliud ītellectuale negocium. Quales aūt principatus, & quot neceſſarii, ſi erit ciuitas & quales neceſſarii quidē, non opportuni aūt ad ſtudioſam politiam magis vtiq; quis dubitat ad omnem politiā, & etiam ad paruas ciuitates.

e In magnis.n. vtique cōtingit & oportet vnū ordinari ad vnū opus, multoſque.n. cōtingit ire ad principatum pp multos eſſe ciues, vt ſit hos quidē intermittere multo tēpore, hos autē ſemel principari. Et melius vnūquodq; opus ſortitur cura circa vnū intenta, quàm circa multa.

f In paruis aūt neceſſe cōgregare in paucos multos principatꝰ: pp paucitatē.n. hominum non

*qui, uel eliguntur, uel aſſumuntur ſorte, ſunt magiſtratus exiſtimandi, utputa ſacerdotes, hoc enim aliud quiddam ponendum eſt a ciuilibus magiſtratibus. Præterea, qui pompas ducunt, & precones, & legati qui eliguntur. Huiuſmodi enim curæ ciuiles, aut omnium ciuium ſunt ad unam actionem, puta dux eorum qui militant, aut ſecūdum partem, ut mulierum, puerorumque curatores. Aliæ diſpenſatiuæ, ſæpe enim eliguntur quidam ad diſtribuendum annonam. Aliæ miniſtratiuæ, ad quas ſi opulenti eligantur, ſubſtituunt ſeruos.*

*Maxime uero, ut ſimpliciter dicamus, illi ſunt magiſtratus appellandi, quibus datum eſt deliberare de quibuſdam, & ſtatuere, & iubere, & maxime hoc extremum. Nam iubere imperioſius eſt.*

*Verum iſta quantum ad uſum nihil differunt, ut ita dixerim. Nōdum .n. determinata eſt huiuſmodi de nomine controuerſia. Habet autem quandam aliam intellectiuam conſiderationem. Sed quales magiſtratus, & quot neceſſarii ſunt ciuitati, & quales neceſſarii quidem, inutiles uero ad bonam Reipubli. gubernationem, magis utique quiſpiam dubitabit. Et ad omnem Rēpub. et præſertim ad paruas ciuitates.*

*Nam in magnis quidem licet & debent ſinguli magiſtratus ad ſingula opera deputari. Sufficit enim multitudo ciuium ad magiſtratus gerendos, & alios cum intermiſſione magna temporis, alios ſemel dumtaxat gerunt. Meliuſque ſingula curantur, quàm ſi in multis cura noſtra diſtrahatur.*

*Sed in paruis ciuitatibus neceſſe eſt in paucos magiſtratus plures conferre. Nā cū ſit paucitas hominū, nō*

principatus tenere, & ratio huius eſt, quia in paruis ciuitatibus ſunt pauci ciues, & ideo propter paucitatem ipſorum, non poſſunt eſſe plures principantes, quare oportet vnum principatus plures tenere, & contingit in talibus ciuitatibus, ꝙ ſucceſſiue iterum principantur. Deinde cum dicit.

facile eſt in principatibus multos eſſe. Qui enim erunt qui hos ſucceſſiue ſuſcipiunt iterum.

g Indigent aūt aliquando eiſdē principatibus & legibus paruæ cum magnis. Verūtamen quidē indigent ſæpe eiſdē, aliis aūt in multo tēpore hoc accidit, propter quod quidē nihil prohibet multas curas ſimul ꝑcipere: non .n. impediunt, & ad paucitatem hominū neceſſariū principatꝰ, velut Obeliſcolychnia facere,

h Si igitur habeamus dicere quot neceſſariū exiſtere omni ciuitati, & quot non, neceſſariū quidē oportet autē exiſtere, facile autem quis ſciens hoc colligit quales principatus congruit cōgregare in vnū principatum.

i Congruit autē & hoc, non latere quales oportet ſecundū locum principatus de multis curare, & qualium vbique vnū principatū eſſe dominum, puta boni ornatus eſſe, vtrū in foro quidem fori præfectū, alium autem in alio loco vel vbiq; eundem, & vtrum ſecundū rem oportet differre vel ſecūdum homines. Dico autē puta vnum boni ornatus, vel puerorum aliū & mulierū. Et ſecundū politias autē, vtrum differt ſecundū vnāquāque etiā genus principatuum, vel nihil, puta ī Democratia, & Oligarchia, & Ariſtocratia, & monarchia, vtrū idem ſint principatus quidem domini, nō ex æqualibus, neque ex ſimilibus, ſed alii in aliis, puta ī Ariſtocratiis quidē ex eruditis. In Oligarchiis aūt ex diuitibus. In Democratiis vero ex liberis.

k Aut exiſtūt quidem quidam exiſtentes, & ſecundum has differentias principatuum. Eſt autem vbi conferunt idem, & vbi

*facile eſt multos in magiſtratibus eſſe. Qui nam poſtea forent ſucceſſores horum?*

*Indigent quandoque magiſtratibus eiſdem & legibus paruæ magnæque ciuitates, niſi quòd hæ quidem ſæpe indigent eiſdem. His uero multo* G *tempore intermiſſo id accidit. Quapropter nihil prohibet multa ſimul his demandare, non enim ſe impediunt. Et propter hominum paucitatem neceſſarii ſunt magiſtratus quidam quaſi luminaria obeliſcis impoſita.*

*Si ergo dicere poſſumus quot neceſſarii ſunt omni ciuitati, & quot non neceſſarii quidem, ſed opportuni, facile quis ſciens iſta, coniungat quot coniungere congruat in ciuium magiſtratu.*

H *Debet etiam hoc non latuiſſe quales conueniant ſecundum locum magiſtratus plurium curam habere, & qualium ubique unum magiſtratum poteſtatem habere, ceu honeſtatis. Vtrum in foro præfectum annonæ, & alium alibi, aut ubique eundem. Et utrum ſecundum negocia partiendum eſt an ſecundum perſonas. Dico autē ceu utrum curam honeſtatis, alium puerorum & alium mulierum, & in Rebuſpub. utrum differant ſecundum* I *unamquamque & magiſtratuum genus, uel nihil, ceu in populari ſtatu & paucorum gubernatione & optimatū & monarchia, utrum iidem ſunt magiſtratus poteſtatem habentes, ſed nō ex æqualibus aut ſimilibus, ſed alii in aliis, ueluti in optimatibus quidem ex hominibus doctis. In paucorum autē potentia ex opulentis. In populari ſtatu, ex ingenuis.*

K *Vel exiſtant quidā ſecūdū iſtas differētias magiſtratuū, et alicubi cōferat eoſdē eſſe, alicubi diuerſos, alicubi .n.*

g ¶ Reſpondet obiectioni, quæ poſſet fieri, aliqs enim poſſet dicere: ſi in magnis ciuitatibus oportet vnum principantem vnum principatum tenere, in paruis vnum plures, non erit idem principatus ſecundum rationem in magnis ciuitatibus & paruis, iterum poſſet dici, ꝙ non expedit in paruis ciuitatibus vnum principatus plures tenere, quia regimen vnius impediret curam alterius, minus enim poteſt eſſe intentus circa plures q̃ circa vnum, iſta duo remouet, & dicit ꝙ paruæ ciuitates aliquando indigent eiſdem principantibus ſecundum ſpeciem, quibus indigent magnę, ſed in hoc eſt differentia, quòd in magnis ciuitatibus frequenter ſunt idē prīcipatus & principantes propter multos eſſe ciues in ciuitate, in paruis autem non niſi in multo tempore. In paruis enim propter paucos eſſe ciues nō poſſunt multi eſſe principantes, & propter hoc oportet vnum multo tempore principari & tenere principatꝰ multos, non enim omnes principatus impediunt ſeinuicem, ita quòd propter curam vnius impeditur cura alterius, ſicut plura luminaria vni obeliſco impoſita, non ſe impediūt: non ſecus ergo plures principatus vni iniuncti non ſe impediunt, tales autem ſunt principatus propinqui exiſtentes natura, qui vel ordinātur ad vnum finem vel ad propinquos, ſicut eſt principatus qui habet curam honeſtatis puerorū & mulierum. Deinde cum dicit.

h ¶ Declarat ex quo poteſt dignoſci quos principatus congruit demandare in vnū, & quos non, dicens, ꝙ ſi ſciamus quos principatus neceſſarium eſt eſſe in ciuitate, & quos non eſt neceſſarium, & tamen expedit eſſe, de facili ſciemus quos principatus, & quales expedit congregare in vnum principatum, & quos, & quales non. Deinde cum dicit.

i ¶ Inquirit quos principatus oportet vniri in vnum, & quos oportet diuidi in plures per comparationem ad loca, & homines & Reſpubl. & primo mouet dubitationes circa hoc. Secundo ſoluit eas, ibi. {Aut exiſtunt quidem.} In prima dicit, quòd non debet ciuem latere qui principes poſſunt habere curam de- F diuerſis ſecundum diuerſitatem locorum, & quorum & qualiū oportet vbique eſſe vnum principem, Verbi gratia. Contingit aliquam curam habere honeſtatis in foro, & in alia parte ciuitatis & extra, modo eſt dubitatio, vtrum curans honeſtatem in foro ſit præfectus fori, & alius ſit princeps honeſtatis in alia parte ciuitatis, ita quòd ſecundum diuerſitatem locorum diuerſificentur principes, quamuis principatus honeſtatis ſit vnius rationis, aut ſit vnus princeps honeſtatis & in foro & in omni alio loco. Secunda quæſtio eſt, vtrū principatus debeant diſtingui ſecūdum rem vel ſecundum hominem, id eſt ſecundū illud ad qđ per ſe inſpicitur in dirigendo, vel ſecundum multitudinem hominum qui debēt dirigi per illum, verbi gratia, vtrum ſit idem principatus ornatus puerorum & mulierum, aut non. Tertia quęſtio eſt, vtrum principatus diſtinguantur ſecundū diſtinctionem Rerū publicarum, ſicut verbi gratia: vtrum in ſtatu populari paucorum & optimatum, & monarchia regali ſint idem principatus vel alii genere vel ſpecie non exiſtentes ex æqualibus, nec ex ſimilibus, vel ſint diuerſi ī diuerſis Rebuſpubl. vt in ſtatu optimatum virtuoſi, in ſtatu populari liberi, in ſtatu paucorum diuites. Deinde cum dicit.

k ¶ Soluit dubitationes iſtas, & primo ſoluit eas. Secundo addit ad ſolutionem quiddam, ibi. {Non ſolum.} Circa primum intelligendum eſt, quòd principatus diſtinguit̄, ſicut alia naturalia, ſcilicet & ſecundum formā & ſecūdum materiam. Forma vero principatus virtus aliqua vel potentia eſt: eſt enim principatus poteſtas quædam vel virtus, virtus autem attenditur in ordine ad finem, ergo ſecundum diſtinctionem finis diſtinguuntur principatus, finis autem principatus duplex eſt; quidam ſcilicet eſt remotus, quidam vero propinquus: remotus, ſicut finis Reipubli. ad quem ordinantur vltimo omnes principatus, & maxime & immediate principalis, principatus propinquus eſt ſicut finis ducatus exercitus victoria, iudicii iudicare de ſubortis. Diſtinguitur igitur principatus primo ſecundum diſtinctionem finis remoti: cum igitur fines Rerumpubli. ſint diuerſi, principatus diuerſarum Rerumpubli. erunt diuerſi, & ſicut Reſpubli. omnes attributionem habent ad vnam primam, ſic principatus Rerumpubli. poſteriorum ad principatum in Republi. prima & ſimpliciter dicta, attributionem habent, & per hoc ſoluitur tertia quæſtio cum quærebatur,



quærebatur, vtrum principatus diſtingueretur ſecundū diſtinctionem Rerumpub. Apparet enim ꝙ ſic, ſecundum diſtinctionem finis vltimi. Finis autem propinquus ciuitatis diuerſus eſt in qualibet Repub. ſicut ducatus exercitus victoria, iudicii iudicare. Secundum vero diſtinctionē huius finis diſtinguitur principatus, & hoc dupliciter, vno modo ſecūdum diſtinctionē ipſius finis ſecundū ſe, & ſic diuerſi ſunt principatus ducatus exercitus & iudicii: alio mō diſtinguitur principatus per hoc ꝙ homines diuerſimode ſe habent ad finem illum, ita ꝙ finis poteſt eſſe vnus ſecundum rē, ſed quia homines aliter ſe habēt ad illum finem principatus diſtinguitur, ſicut eſt principatus ornatꝰ mulierū, puerorum & virorum. Quàmuis enim finis iſtorum ſit vnus, tamen quia aliter ſe habet puer ad iſtum finem quàm mulier & quàm vir adultus, ideo alius eſt principatus ornatus mulierum, alius puerorum, & adultorum, & per hoc ſoluitur ſecunda quæſtio cū quærebatur, vtrū diſtinctio principatꝰ eſſet ſecundum homines, vel rem, quia & eſt ſecundum rem vt quando diſtinguitur ſecundum diſtinctionē finis propinqui ſecundum ſe, & ſecundum homines, quando homines diuerſimode ſe habent ad finem principatꝰ. Secundo vero diſtinguitur principatus ſecundum materiam, vt ſecundum diuerſitatem locorum & hominum: poſſunt .n. loca eſſe ita diſtantia ꝙ vnus homo non poſſet regere, & tunc vnus principatus diuiditur in plures. Iterum ſi ſit magna multitudo ciuium, quæ non poſſit dirigi per vnum, oportet principatum vnum ſecundum ſpeciem diſtingui in plures, ſi autem loca ſint propinqua, & pauci ſint homines, tunc plures principatus vniuntur in vnum. Similiter contingit aliquando diuerſos principatus ſecundum rem, maxime eos quorum eſt vnus finis ſecundum rem, diuerſus tamen ſecundū diuerſum modum ſe habendi ad ipſum, propter paucitatem hominum & propinquitatem locorum coniungi, ſicut contingit eundem habere curam boni ornatus virorum & puerorū & mulierum, aliquando contingit contrarium propter cauſas contrarias, & per hoc ſoluitur prima quæſtio cum quærebatur, vtrum principatus diſtingueretur ſecundum diuerſitatem locorum, quoniam aliquando ſic, aliquando non, & hæc omnia innuit Philoſophus breuiter dicens, ꝙ ſecundum diuerſitatem iſtorū ſcilicet locorum, hominum, & rei, & Rerumpu. eſt diuerſitas principatuum. Contingit enim aliquando ꝙ diuerſi principatus congregantur in vnum, aliquādo vnus diuiditur in plures, quia contingit in aliquibus ciuitatibus multos eſſe ciues & loca diſtantia, ita ꝙ vnus non poſſet regere, & vnus principatus diuiditur in plures, ſicut principatus boni ornatus, & ꝓpter multitudinem ciuium & diſtātiam locorum diſtinguitur in plures: in aliquibus vero contingit paucos eſſe ciues & loca non eſſe diſtantia ſed propinqua, & tunc plures principatus vniuntur in A vnum, quia idem ſufficiens eſt regere diuerſos principatus. Deinde cum dicit.

l ¶ Adiungit prædictis quædam, & primo adiungit ꝙ ſunt quidam principatus ſingulares quibuſdam Rebuſpu. Secundò adiūgit de principatu puerorum, ibi. {Puerorum &c.} Adhuc prima in duas: In prima facit quod dictum ē. In ſecunda oſtendit, ꝙ conſilium in populari ſtatu quoddā eſt, ibi. {Diſſoluitur autem, &c.} In prima dicit ꝙ non ſolū diſtinguitur vel vnitur principatus ſecundū loca, vt vnus diuidatur in duo, & duo in vnum congregētur, ſed quidam ſunt principatus ſingulares, q reperiuntur in quibuſdam Rebuſpublicis, & non in aliis, ſicut principatus præconſulentium eſt in paucorum ſtatu non in populari, ſed conſilium inuenitur in populari ſtatu, quia oportet in populari ſtatu eē aliquos, qui conſilientur de eis q̃ ſunt populi. Populus enim deficit a ratione vt in pluribꝰ, vniuerſaliter enim in ciuitate oportet eē aliquid conſiliatiuū qđ dirigat, & curet vt populus nō vacet & inſoleſcat, & ſi ſint multi populare eſt, ſi autem pauci eſt paucorum potentia, non ſunt autem in populari ſtatu, ſed in paucorum præconſules, quia præconſules ſūt pauci & diuites, & iō in paucorū ſtatu ſūt, vbi autem ſunt ambo principatus, ſcilicet præconſulum & conſiliantium, conſules ſunt ſupra conſiliarios, cōſiliarius autem eſt, vt dictum ē, ſtatus popularis, ſed præconſul eſt paucorum. Deinde cum dicit.

m ¶ Declarat, ꝙ in quadam potentia populari non eſt conſilium, & dicit ꝙ principatus conſiliatiuus in quibuſdam a popularibus ſtatibus amouetur ſeu deſtruitur, ſicut in illis in quibus totus populus, cum conuenit, tractat de omnibus; hoc autem fit quando conuenit totus populus & omnes tractant de omnibus, maxime quando ordinatur damnum vocatis ſi non veniūt, E & merces ſi veniunt: cum enim ſic vocantur conueniunt, & de omnibus iudicant. Deinde cum dicit.

n ¶ Adiungit de principatu puerorum & mulierum, quod eſt optimatū potentiæ vel ciuilis, & dicit ꝙ principatus puerorū & mulierū, & ſi ſit alius talis principatus, optimatū potētiæ eſt nō popularis, quia popularis ſtatus non ꝓhibet mulieres pauperū exire ad negociationes, ſed præcipit: optimatū aūt ſtatus prohibet, nec talis principatus eſt paucorū, quia mulieres paucorū delitioſe viuunt, & ideo nolunt ſequi rationis motū, & conſequēter recapitulat dicens, ꝙ de his in tantū determinatum ſit.

differunt propter hoc, hic quidem enim cōgruit magnos, hic eſſe paruos eoſdem.

l Non ſolū, ſed & ſingulares quidem ſunt, velut qui præconſulū hic enim non Democratiis. Cōſilium autē Democraticū, oportet enim quidem eſſe aliquid tale, cui cura erit populi præconſiliari, quatenus non vacans erit, ii autē cum pauci numero ſint, præconſules autē paucos neceſſarium eſſe multitudine. Quare Oligarchicū, ſed vbi ambo idē principatus; præcōſules inſtituūtur ſuper conſiliarios. Conſiliarius quidem enim Democticum, præconſul autem Oligarchicū.

m Diſſoluitur autē & conſilii potētia in talibus Democratiis, in quibus ipſe propter cōueniēs tractat de omnibus; hoc autem accidere conſueuit quando penuria aliqua fuerit, vel merces conuocatis. Vacantes .n. colligūtur ſæpe, & omnia ipſi iudicāt.

n Pueronomus autē & mulieronomus, & ſiquis alius principās dominus eſt talis curæ, Ariſtocraticum, Democraticum autē non. Quomodo enim poſſibile prohibere exire eas quæ egenorum, neque Oligarchicum, delitiantur enim quæ Oligarchizātium. Sed de iis quidem in tantum dictum ſit nunc.

*congruit magnos eſſe, alicubi paruos eoſdem magiſtratus.*

*Verumtamen ſunt aliqui proprii, ceu eorum qui ante deliberant. Hæc enim poteſtas non eſt popularis, conſilium uero populare, oportet enim eſ-* B *ſe aliquid tale, cui cura ſit populum conſilio præuenire, ne ocioſus ſit. Hi autem ſi pauci ſunt numero, paucorū potentia eſt. Eſt autem neceſſe ut illi ſint pauci, qui ante deliberant, itaque paucorum potentia eſt. Sed ubi ſunt ambo hi magiſtratus, illi qui ante deliberant conſiliarios conſtituunt. Conſiliarius enim popularis. Qui uero ante uenit in conſulendo & deliberando paucorum potentiæ.*

*Diſſoluitur etiam poteſtas conſilii in huiuſmodi gubernationibus, in qui-* C *bus populus ipſe conueniens de omnibus conſtituit. Hoc autem accidere cōſueuit, cum eſt utilitas quædam, aut merces conſtituta, his qui in concionē conueniunt, ocioſi enim conueniunt ꝑ ſæpe, & de cunctis ipſi ſtatuunt.*

*Qui autem puerorum curam habent, & qui mulierum, & ſiquis alter eſt, qui poteſtatem habet, et curam huiuſmodi, optimatum id eſt, & non populare. Fieri enim non poteſt, ut prohibere pauperum mulieres alterius ſit,* D *quàm paucorum potentiæ, cum mulieres ipſorum in delitiis uiuant. Sed de his quidē eatenus dixiſſe nūc ſatis ſit.*

## LECTIO XIIII.

Circa inſtitutiones autē principatuum, tentandum a principio pertranſire.

*De conſtituendis autem magiſtratibus conandum eſt iā tranſigere.*

Poſtquam Philoſophus de diſtinctione principatuū determinauit, declarat de modo inſtitutionis ipſorum, & diuiditur in duas. In prima præmittit intētionē ſuam. In ſecunda proſequitur, ibi. {Sunt aūt.}

In prima dicit, quòd poſtquam determinatum eſt de diſtinctione principatuum, conandum eſt pertranſire de modo inſtitutionis ipſorum, & hoc a principio. Deinde cum dicit.

b ¶ Proſequitur & primo declarat qualiter conuenit principatus inſtitui, ponendo quaſdam diuiſiones. Secundo oſtendit qui modi cui Reipu. conueniunt ibi. {Harum autem duæ.} Prima in duas. In prima ponit diſtinctionem vnam. Secundo ſubdiuidit mēbra, ibi. {Vniuſcuiuſque autem.} In prima dicit, quòd tria ſunt differentia ſecūdum rationem, quibus diuiſis & combinatis, poſſint omnes modi inſtitutionis principatuū accipi. Iſtorum autem triū vnum eſt qui ſunt inſtituentes principatum. Secundum eſt ex quibus inſtituitur princeps. Tertium ē modus ſecundū quē inſtituitur. Deinde cum dicit.

c ¶ Subdiuidit quodlibet iſtorum, & primo facit hoc. Secundo tangit diuerſas cōbinationes diuidentium, vt habeatur numerus modorum, ibi {Rurſus autem.} In prima dicit, quod iſtorum ſunt tres differentiæ, vel tres diuiſiones, ita quòd vniuſcuiuſque ſit vna, aut enim inſtituentes ſunt omnes ciues aut quidam, & hæc eſt prima differentia. Secūda eſt quòd aut inſtituunt ex omnibus aut ex aliquibus determinatis ſecundum aliquam dignitatem vel ſecundum genus vel ſecundum virtutem, vel ſecundum aliquem alium modum, ſicut accidit in ciuitate Megarę, ī qua inſtitūūtur principātes ex cōdeſcēdētibus ad populū, hoc eſt, ex illis qui condeſcendebant populo in ciuitate, & ex illis qui ſimul pugnabant cum populo contra impugnantes & grauantes eos. Tertia differentia eſt quòd inſtituentes aut inſtituūt ſorte aut electione. Deinde cum dicit.

d ¶ Ponit combinationes diuerſas vt habeatur numerus modorum, & dicit iterum quòd iſta tria combinari poſſunt adinuicem. Vnde per alia diuidendum, & exponit quæ ſunt illa tria dicens. Dico autem, ideſt expono, quia aut omnes inſtituunt, aut quidam, & aut ex omnibus, aut ex aliquibus, aut ex electione aut ex ſorte, & quodlibet iſtorum quatuor habet differentias quibus diuiditur, quia ſi omnes inſtituunt, aut ex omnibus, aut ex quibuſdam: ſi ex omnibus, aut ſorte, & ſic eſt vnū membrum, aut electione, & ſic ſecundum, aut diuiſim, & ſic tertium, aut coniunctim, & ſic quartum. Dico autem diuiſim, ſicut ſi ſecundum tribus inſtituantur & populos diuerſos & ſocietates, ita quod modo inſtituantur ex vna tribu, deinde ex alia,

F & ſimiliter diſcurrendo per omnes partes ciuitatis. Coniunctim vero ita quod ſemper ex omnibus ſimul ſumptis inſtituatur, aut alios quidem ſic, alios autem alio modo, puta quoſdam ex omnibus coniunctis, quoſdam autem ex omnibus diuiſis, & ſic ſūt ſex membra, ſi autem quidam ſunt inſtituentes habemus alia ſex mēbra, quia aut inſtituunt ex omnibus, aut quibuſdam; & ſi ex omnibus, aut ſorte, aut electione, & ſic duo mēbra habemus, ſi ex quibuſdam, aut ex quibuſdam vel ſorte aut electione, & ſunt alia duo, aut quoſdam inſtituunt ex omnibus ſorte, quoſdam autē alios electione, & ſic habem⁹ alia duo mēbra, & ſic in vniuerſo habemus duodecim membra, ducendo membra primę diuiſionis in membra aliarum duarum, prętermittendo duas combinationes, hoc eſt non ducendo membra tertiæ in membra ſecundę. Deinde cum dicit.

e ¶ Oſtendit qui modi cui Reipu. cōueniunt & diuiditur in partes quinque. In prima oſtendit quod modi cōueniunt populari ſtatui. In ſecūda qui Reipubl. ibi. {Non omnes autem, &c.} In Tertia quod paucorum ſtatui, ibi. {Et quoſdam ex omnibus.} In Quarta qui optimatum potentiæ, ibi. {Sed hos quidē.} In Quinta adhuc quis paucorū potētiæ, ibi. {Quoſdam autem ex quibuſdā.} In prima dicit quod iſtarum combinationū quæ dictę ſunt, duæ pertinent ad popularem ſtatum, ſcilicet, omnes principatus inſtituere ex omnib⁹ ſorte, vel etiam electione, vel etiam ſi aſſumūtur omnes ex omnibus cōiunctim vel diuiſim, vel per ſortē vel per electionem, hoc enim maxime pertinet vbi multitudo dominatur, hoc autem eſt popularis ſtatus. Deinde cum dicit.

f ¶ Oſtendit qui modi ſunt Reipublicæ, & dicit quòd non omnes inſtituere ex omnibus ſimul vel quibuſdam, ſed omnes ſimul & diuiſim per tribus, & officia ex omnibus & diuiſim, & hoc vel per ſortem vel per electionem, aut ſecundum iſtos modos aliquos ex omnibus vel quibuſdam, vt aliquos per ſortem ex omnibus, alios per electionem ciuile eſt, quia Reſpubl. eſt mixta ex paucorum & populari ſtatu: inſtituere autem ex quibuſdam paucorum eſt, inſtituere vero ex omnibus populare eſt, & ideo inſtituere ex omnibus vel quibuſdam ciuile eſt, & exponit quod dixerat. {Vtroque modo.} Dicens, dico autem & expono vtroque modo; ideſt quoſdam accipi ex omnibus diuiſim, vel quibuſdam per ſortem vel per electionem. Deinde cum dicit.

b Sunt autem differentię in tribus terminis, quibus cōpoſitis neceſſarium omnes acceptos eē modos. Eſt autē trium horum vnum quidē qui ſunt inſtituentes principatus, ſecundum autē ex quibus, reliquū aūt quomō.

c Vniuſcuiuſque autē horum trium ſunt tres differentiæ, aut enim omnes ciues inſtituunt, aut quidā, aut ex omnibus, aut ex aliquibus determinatis, puta vel honorabilitate, vel gn̄re, vel virtute, vel tali aliquo alio, ſicut in Megaris ex cōdeſcendētibus & cōpugnātibus ad populū, & hoc aut electiōe aut ſorte.

d Rurſum hæc combinata. Dico aūt hos quidem quidam, hos autem oēs, & hos quidē ex omnibus, hos autē ex aliquibus, & hos quidē electione, hos autem ſorte. Horum aūt vniuſcuiuſq; differentiæ erūt modi quatuor, aut.n. omnes ex omnib⁹ electione, aut omnes ex omnibus ſorte, & aut ex omnibus ſimul, aut diuiſim, puta ſecundū tribus & populos & ſocietates, donec vtique pertranſeat per oēs ciuiles, aut ſemper ex ſimul omnibus, & aut hoc quidē ſic, hoc autē illo modo. Rurſum ſi quidā inſtituētes, aut ex omnib⁹ electione, aut ex omnibus ſorte, aut ex quibuſdam electione, aut ex quibuſdā ſorte, aut hoc quidē ſic, hoc aūt illo modo. Dico aūt hoc quidē ex omnib⁹ electione, hoc aūt ſorte. Quare duodecim modi fiūt exceptis duab⁹ cōbinationib⁹.

e Harum aūt duæ quidē inſtitutiones Democticę, ſecundū omnia ex omnib⁹ electiōe vel ſorte fieri, aut ambarū, hos quidē ſorte, hos aūt electiōe principatuū.

f Non omnes autē ſimul quidē inſtituere ex ſimul omnibus, vel ex quibuſdā, aut ſorte, aut ele-

*Conſiſtunt autem differentiæ in tribus diſſinitionibus, quibus compoſitis, neceſſe eſt omnes modos eſſe comprehenſos. Vnum ex tribus eſt, qui ſint illi qui magiſtratus conſtituant. Alterum, ex quibus conſtituantur. Tertiū, per quem modum.*

G *Cuiuſcumque uero iſtorum ſunt differentiæ tres. Aut enim ciues omnes conſtituunt, aut quidam. Et uel ex omnibus, uel ex quibuſdam determinatis ceu per cenſum, uel per genus, uel per uirtutem, uel per aliud quiddam tale, quale apud Megarenſes, ex his qui unà cum populo ad bella coniuncti redierunt, & hoc aut per electionem, aut per ſortem.*

*Rurſus autem hæc ſimul conduplicata. Dico autem hæc, ceu quoſdam aliqui, quoſdam omnes. Et quidam ex*

H *omnibus, & quidam ex quibuſdam. Et quidam electione, quidam ſorte. Vniuſcuiuſque iſtorum differentiæ modi erunt quatuor. Aut enim omnes ex omnibus per electionem, aut omnes ex omnibus per ſortem. Et uel ex cunctis, uel quaſi diuiſim per tribus, & conuentus & ſocietates, quouſque tranſeat per uniuerſos ciues, aut ſemper ex omnibus, & partim ſic, partim illo modo. Rurſus uero ſi pauci ſunt illi qui conſtituunt magiſtratus, aut ex omnibus per electionem, aut ex omnibus per*

I *ſortem, aut ex quibuſdam per electionem, aut ex quibuſdam per ſortem, uel partim iſto modo, partim illo, Dico autem, quædam ex omnibus per electionem, quædam per ſortem, atq; ita duodecim modi efficiuntur, ſeorſum duobus conduplicatis.*

*Horum autem duæ conſtitutiones ſunt populares, hoc eſt omnes ex omnibus electione, uel ſorte, uel partim ſorte, partim electione.*

K *At enim non omnes ſimul, ſed ex omnibus conſtituere, uel ex quibuſdā ſorte, uel electione, uel utroque modo.*

g ¶ Oſtendit



g ¶ Oſtendit qui modi ſunt paucorum potentiæ, & dicit quòd quoſdam inſtituere ex omnibus vel per ſortem, vel per electionem, vel inſtituere aliquos ex omnibus ſecundum vtrumq; modum, vt ſcilicet aliqui inſtituantur per electionem, aliqui per ſortem, paucorum potentia eſt magis, nam paucorum potentia eſt aliquos paucos principari, & hoc eſt iſto modo. Deinde cum dicit.

h ¶ Oſtēdit qui modi ſunt ciuiles optimatum, ideſt Reipublicæ mixtæ cū optimatum ſtatu, & dicit quòd aliquos inſtituere ex omnibus, aliquos ex quibuſdā, ſed iſtos eligere per electionem, illos per ſortem eſt Reipublicæ mixtæ cum ſtatu optimatum. Deinde cum dicit.

i ¶ Oſtendit adhuc qui modus eſt paucorum potentiæ, & dicit, quòd inſtituere quoſdam ex quibuſdam paucorum potentiæ eſt, quia paucorum potentia eſt paucos principari & eligere quoſdam ex quibuſdam per ſortē facta electione nō eo modo quo fit ī alijs, quia hic ad paucos diuites inſpicitur, & inſtitui quoſdam ex quibuſdam ſecundum ambos modos eligendi, vt quidā inſtituuntur ſorte, quidā electione eſt paucorum potentia, ſed inſtituere quoſdam ex oībus ſimul, non eſt paucorum potentia, ſed inſtituere ex quibuſdam, ſicut virtuoſis per electionē optimatum eſt. Deinde cum dicit.

k ¶ Recolligit determinata, remittēs de conſideratione aliorum propoſitorū prius ad ſequentia, & dicit quòd modi eorum qui circa principatus, ideſt modi aſſumendi principatus tot ſunt, quot dicti ſunt, & ſic diuiduntur principatus ſecūdum diſtinctionem Rerumpublicarum, quæ autem quibus principantibus expediāt & qualiter oportet eos inſtitui, poſterius ſimul erit manifeſtū, cū erit manifeſtū de potētijs ipſorum, & exponit quod vocat potētiā principatus dicēs, quod potētia principatus dicitur, vt quæ eſt domina prouentuū & regionis. Iſtæ .n. duæ potentiæ ſpecie differūt, ſicut potentia ducatus exercitus, & potentia quæ eſt domina contractuum, qui circa forum ſunt.

LECTIO XV.

POſtquam Philoſophus determinauit de conſiliatiuo & principatu, determinat de iudicatiuo, & diuiditur in duas. In prima premittit intentum ſuum. In ſecunda proſequitur, ibi. {Sunt autem &c.} In prima dicit, quòd poſtquam determinatum eſt de conſiliatiuo &

A principatu, dicendum eſt de tertio prius propoſitorum, ſcilicet de iudicatiuo & iudicio, & accipiendi ſunt modi iudicij & iudicatiui, ſecundum quòd prius accepti ſunt modi aliorū ſcilicet principatus & conſiliatiui. Circa iudicium autem tria ſunt conſideranda, in quibus conſiſtit diuerſitas iudicij, ſcilicet ex quibus ſumēdi ſunt, ſecundum eſt a quibus, tertium eſt qualiter aſſumendi ſunt, & exponit ex quib⁹ ſunt aſſumendi, vtrū ex omnibus, aut quibuſdam: de quibus, quot ſcilicet ſunt ſpecies iudicii; qualiter autem, vtrum inſtitui debeant electione vel ſorte, & primo videndū eſt quot ſunt ſpecies iudiciorū. Deinde cū dicit.

b ¶ Proſequitur & diuiditur in duas. In prima tangit ſpecies iudiciorum. In ſecūda oſtendit quibus modis inſtituuntur, ibi. {Neceſſe itaque &c.} Prima in duas. In prima facit quod dictum eſt. In ſecunda excludit quædam a conſideratione ſua ibi. {Sed de his quidem &c.} In prima dicit, quòd ſpecies iudiciorum in vniuerſali octo ſunt. Vna eſt correctiua ſecundum quam tranſgredientes legem puniūtur. Alia eſt punitiua eius qui peccat cōtra aliquid communium, puta cōtra aliquam perſonam publicam. Alia eſt ſecūdum quam puniuntur qui deliquerunt contra totam Rempublicam. Quarta eſt, quæ eſt communis & principibus, & idiotis, & quibuſcūq;, quæ eſt damnorum, & iniuriarum illatarum iudicatiua, de quibus eſt altercatio. Quinta ſpecies eſt, de contractibus paruis & magnis. Alia vero eſt prętet hanc iudicatiua homicidiorum, de peregrinis, ideſt de eis quæ ad peregrinos pertinent. Illa vero ſpecies quæ eſt iudicatiua homicidiorum, ſiue ſint ijdem iudices iudicantes & exequentes, ſiue ſint alij, vel ſic, ſiue ſint ijdem iudices ſecundum vnam Rempublicam, ſiue ſint diuerſi ſecundum aliam & aliam Rempublicam, ſpecies aliquas habet. Vna eſt quæ eſt iudicatiua homicidij facti ex præmeditatione & deliberatione, & voluntarie ponendo inſidias. Secunda eſt iudicatiua homicidij perpetrati & confeſſi, allegatur tamen, quòd iuſte factum eſt, & ſuper hoc eſt altercatio, vtrum iuſte vel iniuſte factum eſt. Quarta ſpecies eſt, quę eſt iudicatiua eorum, quę feruntur, ideſt ponuntur in deſcenſu homicidij, ideſt in reatu, hoc eſt, quæ eſt iudicatiua eorum quibus imponuntur homicidia ab aliquibus, ſed hoc ipſis fugientibus, hoc eſt negantibus: talibus enim ſolet aliquādo indici

ctione, aut ambarū, aut hos quidem ex omnibus hos aūt ex quibuſdam amborū. Dico aūt amborum, hos quidē ſorte, hos autem electione politicum.

g Et quoſdā ex oīb⁹, hos qdē electione inſtituere, hos ſorte, aut amborū, hos qdē ſorte, hos aūt electiōe, oligarchicū, magis oli-

B garchicū autē qđ ex ambobus.

h Sed hos quidem ex omnib⁹, hos autem ex quibuſdam, politicū ariſtocratice, aut hos quidem electione, hos autē ſorte.

i Quoſdā autē ex quibuſdā oligarchicū, & quoſdā ex quibuſdā ſorte, nō factū aūt ſimiliter, & quoſdā ex qbuſdā amborum, quoſdā aūt ex ſimilib⁹ oībus nō oligarchicū, ex quibuſdā aūt ele-

C ctione omnes, ariſtocraticum.

k Modi quidē igitur eorū, quæ circa principatus, tot numero ſunt, & diuiſi ſunt ſecundum politias ſic, quæ aūt quib⁹ expediāt, & quō oportet fieri inſtitutiōes ſimul cum potētijs principatuū quæ ſunt, erit manifeſtum. Dico autem potentiam principatus velut eam quæ domina prouentuum, & dominā cuſtodiæ, alia enim ſpecies potentiæ velut ducatus exercitus, & dominæ eorū

D qui circa forum contractuum.

LECTIO XV.

REliquum autem trium dicere qđ iudicatiuū de prętorijs, ſumendū autem & horum modos ſecundum eadem hypotheſim. Eſt autem differentia prætoriū in tribus terminis, ex quibus, & de quibus, & quo modo. Dico autē ex quibus quidem, vtrū ex quibus omnibus, aut ex quibuſdā,

E de quibus autem quot ſpecies prætoriorū, quō aūt vtrū ſorte, aut electione, prius igitur diuidat, quot ſpecies prætoriorum.

b Sunt autē numero octo, vna quidem correctiua, alia autem

*Aut partim ex omnib⁹, partim ex quibuſdam utroque modo. Dico autē utroque modo, partim ſorte, partim electione, illius ſpeciei eſt, quæ appellatur Reſpublica.*

*Quoſdam uero ex omnibus conſtituere, partim electione, partim ſorte, paucorum potentiæ eſt, multoque*

B *magis ſi ex ambobus.*

*Sed quoſdam ex omnibus, quoſdam ex quibuſdam, ciuile optimatum eſt, vel quoſdam electione, quoſdam ſorte.*

*Quoſdam vero ex quibuſdam, paucorum potentiæ, etiam ſi per ſortem fiat, uel non fiat, & quoſdam ex quibuſdam vtroque modo, quoſdam autem ex omnibus, & ex quibuſdam omnes per electionem optimatum.*

C *Modi igitur circa magiſtratus tot ſunt, & diſtinguuntur ita ſecundum Rerumpublicarum formas. Qui autem quibus conducant, & quomodo conſtitutiones eorum faciendæ ſint, vnà cum poteſtatibus magiſtratuum, & qui ſint, manifeſtum erit. Dico autem poteſtatem magiſtratus, ceu circa redditus auctoritatem habere, & circa cuſtodiam. Alia enim poteſtatis ſpecies, quemadmodum circa bel-*

D *lum, & circa contractus forenſes.*

*LECTIO XV.*

*REliquum ex tribus eſt, de iudiciis dicere. Capiendi vero ſunt iſtorum modi per eandem viam. Eſt enim differentia iudiciorum in tribus terminis, ex quibus, & de quibus, & quomodo. Dico autem ex quibus vtrum ex omnibus, uel ex quibuſdam, de quibus quot ſpecies iudiciorum. Quomodo utrum per ſortem, uel per electionem. Primo igi-*

E *tur diſtinguamus, quot ſint iudiciorum ſpecies.*

*Sunt autem octo. Vnum, rationes repoſcere. Alterum, ſi publice quis*

Iudici duellū vel purgatio per iudiciū ignis, vel aquæ, vt ꝗ accuſatus accipiat ignitū ferrū manu nuda, & ſi vratur iudicetur reus, ſi nō, abſoluatur, vel ꝗ ligatis manibus & pedibus ponatur in aqua magna, & ſiquidē euadat, abſoluat, ſi nō, reputeť reus fuiſſe, ſicut dicitur Athenis, ꝗ iudex cōpulit deſcēdere in puteo quendā ad purgādū forte ſe ſuper homicidio. Iſtud autē eſt irrationabile, quia hoc eſt cōmittere ſe fortunę & iudicio diuino, & ideo raro fit, nūc hominibus magis vtentibus ratione, minus autē in magnis ciuitatib⁹ vbi plures ſūt ſapiētes. Septima ſpecies iudicij eſt, quæ ē iudicatiua de diſceptatione peregrinorū, & iſta eſt duplex. Quædā quę eſt iudicatiua controuerſiæ, quæ eſt inter peregrinos adinuicē. Alia ē iudicatiua de diſceptatione quæ eſt inter peregrinos extraneos & ciues. Adhuc præter iſtas ſpecies iudicij eſt vna alia q̄ eſt octaua, & eſt illa quæ eſt iudicatiua de paruis cōmutationib⁹, quæ ſunt circa minima, & quaſi pūctualia, vt de his, quæ ſūt quinq; drachmarū, & de his quæ parum plus valent: de omnibus. n. talibus oportet fieri iudiciū, nec debēt reduci in multitudinē iudiciū pp paruitatem earum, ſed in aliquem vnū determinatum. Deinde cum dicit.

c ¶ Excludit quędā a cōſideratione ſua, & dicit quòd de iſtis, & de ſpeciebus iudicatiuis homicidiorū, & de illis qui iudicāt de diſceptatione peregrinorum dimittatur ad preſens, ſed de ſpeciebus iudicij pertinentibus ad Rēpublicam dicendum eſt, quia ſi iſta nō bene fiunt; accidunt ſeditiones & tranſmutationes Rerumpublicarum, de talibus autem per quæ poſſunt contingere ſeditiones & tranſmutationes Rerumpublicarum pertinet ad ciuem determinare. Deinde cum dicit.

d ¶ Tāgit modos inſtituēdi iudiciū, & diuidit in duas. In prīa tāgit modos inſtituēdi iudiciū. In ſecūda oſdit q̄ modi cui reipu. cōueniūt, ibi. {Horū aūt.} In prima dicit, ꝗ neceſſe ē oēs iudicare, aut quoſdam,

ſiquis iniuſte leſerit aliqd cōmuniū, alia quęcūq; ī politiā ferūt, quarta & principibus, & idiotis quicūq; de damnificatiōibus altercātur, quinta de proprijs cōmutationibus & habētibus magnitudinē, & pp hoc qđ homicidiale & qđ peregrinū. Homicidialis quidē igiť ſpecies, ſiue
G inter eoſdem iudices, ſiue inter alios, ſed de ijs quæ ex præmeditatiōe & de inuolūtarijs, & quæcūq; cōfitētur quidē, altercātur autē de iuſto. Quartū autē quæcūq; fugientibus in deſcenſu ferūtur homicidia, velut Athenis diciť, & qđ in puteū cōpulit iudex. Accidit autē talia in p̄ſenti tēpore pauca, & in magnis ciuitatibus, Peregrinalijs autē, vnum quidē extraneis ad extraneos, a-
H liud extraneis ad ipſos. Adhuc aūt præter oīa hæc de paruis cōmutationibus quæcūq; pūctalia & quinq; dragmarum & paulo amplioris. Oportet. n. & de ijs fieri iudicium, non incidunt autem in iudicium multitudinem.

c Sed de ijs qdē dimittať, & de homicidialib⁹, & de peregrinalib⁹. De politijs aūt dicam⁹ de q̄bus non factis bene, ſeditiones fiunt & politiarum motus.

d Neceſſe itaq;, aut oēs de oīb⁹
I iudicare, diuiſis electiōe, aut ſorte. Aut oēs de oīb⁹, ij qdē ſorte, ij āt electiōe. Aut de qbuſdā eiſdē, hos qdē ſorte, hos aūt electione. Iſti quidē igiť modi quatuor numero, tot aūt, & alteri qui ſm̄ partē. Rurſū. n. ex qbuſdā & iudicātes de oīb⁹ electiōe, aut ex qbuſdā de oīb⁹ ſorte, aut hoc qdē ſorte, hoc āt electiōe, aut q̄dā p̄toria de eiſdē ex ſortialib⁹ & electis. Iſti qdē igiť ſicut dicti fuerūt modi dictis. Adhuc aūt eadē cōbinata, dico aūt puta, ij qdē ex oīb⁹, ij āūt ex qbuſdā, ij āt ex ambob⁹, velut ſi p̄torij eſſent, ij qdē ex oīb⁹, ii aūt ex qbuſdā, & aut ſorte, aut electiōe, aut ambobus. Quot quidem igitur cōtingit eē modis p̄toria, dictū ē.

e Horū aūt, prīa qdē demotica q̄cūq; ex oīb⁹, aut de oīb⁹, ſecunda aūt oligarchica q̄cūq; ex quibuſdā de oīb⁹, tertia aūt ariſtocratica & politica, q̄cūq; ii quidē ex oīb⁹, ij autē ex quibuſdā.

*cui iniuriatus ſit. Aliud, quot ad ſtatum ciuitatis pertinent. Quartum, & magiſtratibus & priuatis hominibus, quæcumque circa pœnas verſantur. Quintum de priuatis contractibus, & habentibus magnitudinem. Ac præterea de homicidiis, & de peregrinis. Homicidii rurſus ſpecies, ſiue in ipſis iudiciis, ſiue in aliis, ex prouidentia fecerit, vel inuitus, & quotcumque confitemur quidem facta, ſed de iure controuerſiam facimus. Et quot pro homicidio exulantibus, circa reditum ſtatuuntur, vt Athenis dicitur, & in Pheatti iudicium. Contingunt autem talia, & in omni tempore pauca, & in magnis ciuitatibus: de peregrinis autem vna pars eſt, ſi peregrinus contra peregrinum agit. Altera, ſi peregrinus contra ciuem. Eſt inſuper vltra hæc omnia de paruis rebus cognitio, quæ drachmas quinque, aut non excedant, aut parum. Oportet enim de his ius dici, nec incidit in iudiciorum multitudinem.*

*Sed omittamus de his, & de homicidiis, & de peregrinis. Dicamus autem de ciuilibus, in quibus, ſi non recte iudicetur, ſeditiones gignuntur, ac Rerumpublicarum motus.*

*Neceſſe eſt enim, uel omnes de omnibus ſupradictis iudicare, electione, vel ſorte, uel omnes de omnibus, partim ſorte, partim electione, uel de quibuſdā eorū aliquos partim ſorte, partim electione aſſumptos. Hi ergo modi ſunt quatuor, totidē alteri qui ſecūdum partē. Rurſus. n. ex quibus, & qui iudicāt de oībus p electionē, aut ex qbus de oībus p ſortē, uel partim ſorte, partim electione, vel quædā iudicia ex eiſdē, ex ſortitis & electis. Iſti ergo, ut dictū eſt, ſunt modi in p̄dictis. Inſuper eadē cōduplicata, ut quædā ex omnibus,
K quædam ex quibuſdam, quædā ex utriſque, ceu ſi eiuſdem iudicii eſſent alii ex omnibus, alii ex quibuſdam, & uel per ſortem, uel per electionem, uel ex ambobus. Quot igitur modi iudiciorum eſſe poſſint, dictum eſt.*

*Horū autē, prima popularia ſunt q̄cumq; ex oībus, uel de oībus. Secūda uero paucorum potentiæ quæcumque ex quibuſdā de omnibus. Tertia optimatum & ciuilia, quæcumque partim ex omnibus, partim ex quibuſdam.*

F ſi oēs, aut de oibus, aut de quibuſdā: ſi de omnibus, aut de omnibus per electionē, aut de omnibus per ſortem, aut de omnibus hæc quidem ſorte, alia vero electione: ſi omnes iudicent de quibuſdam, aut iudicabunt de quibuſdā ſorte, aut electione: de quibuſdam, hęc quidem per ſortem, alia per electionem; & ſic ſunt quatuor modi ſi omnes iudicent, ſimiliter erūt quatuor modi ſubdiuidēdo aliud membrum. Adhuc ſi quidam iudicant, aut iudicant de omnibus, aut de quibuſdam, ſi iudicant de omnibus, aut iudicant ſorte de omnibus, aut per electionem, aut de omnib⁹ hęc iudicant ſorte, alia autem electione. Si autem iudicent de quibuſdam, aut ſorte iudicant de quibuſdam, aut electione, aut de quibuſdā quidam ſorte, quidā electione, & ſic ſunt alij quatuor modi ſubdiuidendo aliud membrum, ſcilicet vt quidam iudicant, & hoc breuiter innuit, cum dicit, vel quædam iudicia ſcilicet omnibus, vel quibuſdā ex ſortitis & electis. Vlterius concludit, ꝗ iſti modi conſimiles ſūt modis dictis pri⁹ de inſtitutione principatus. Iterū ſi iſta fuerint cōbinata erunt alij modi. Vt ſi dicamus quòd iudicantes ſunt, aut ex omnibus, aut ex quibuſdam, & hoc ſecundum alterum modū eligendi, ſcilicet ſorte & electione, vt ſi dicamus, quòd iudicia aut ſunt ex omnibus, aut quibuſdam, & ſi ex omnibus, aut ſorte, aut electione, aut ex omnibus, hi quidem electiōe, alij vero ſorte: & ſi ex quibuſdam aut ſorte, aut electione, aut ex quibuſdam quidem ſorte, ex quibuſdam vero electione, & tunc concludit, quòd tot contingit eſſe modos iudiciorum. Deinde cum dicit.

e ¶ Oſtēdit qui modi Reipublicæ conueniunt, & dicit, ꝗ primi quatuor. ſ. oēs de oībus conueniūt ſtatui populari. Secūdi quatuor paucorū potētiæ ſunt. ſ. q̄cūq; ex quibuſdā de oīb⁹. Tertij quatuor optimatibus conueniunt & Rebuſpu. ſ. ꝗ iudicia partim ſunt ex omnibus, partim ex quibuſdam.





# ARISTOTELIS POLITICORVM LIBER QVINTVS.

Cum Sancti Thomæ Aquinatis præclariſsimis commentariis.

## LECTIO PRIMA.

Poſtquam Philoſophus determinauit de Rebuſpublicis oſtendendo quid eſt, & de differentijs eius, & in vniuerſali & in particulari. In iſto Quinto libro determinat de principijs ſaluantibus & corrumpentibus Rempublicam, & diuiditur in partes duas. In prima dat intentionem ſuam continuando dicta dicendis. In ſecunda proſequitur cum dicit. {Oportet autē &c.} In prima dicit, quòd poſt illa quæ determinata ſunt prius, conſequenter dicendū eſt ex quibus corrumpūtur Reſpublica, & ex quot, & ex qualibus, & quę ſint corruptiones, & correctiōes cuiuſque Reipublicæ, & ex qualibus & quibus Rebuſpu. ad quales fit tranſmutatio. aliquando enim vna Reſpublica trāſmutatur in aliā, & ideo videndum eſt a quali ad qualem contingit fieri trāſmutationē. Item dicēdum eſt de ſaluatiōe cuiuſq; Reipub. qualiter ſcilicet ſaluatur vnaqueque, & in vniuerſali & in particulari. Itē dicendum eſt per q̄ maxime habet ſaluari quęlibet: de omnibus enim alijs quæ propoſuimus dicere, in principio fere dictum eſt, & dicit fere, quia ſuperius fecit mentionem de inſtitutione principatus, ſed non determinauit de ipſa ad plenū, ſed determinabit in ſequenti libro, ſcilicet in Sexto. Deinde cum dicit.

b ¶ Proſequitur, & diuiditur in duas. In prima p̄ſequitur de ſaluatione & corruptione Rerumpublicarum ſecundum intentionem ſuam. In ſecunda circa hoc reprobat opinionē Platonis in fine huius Quinti cū dicit. {In Republica &c.} Prima in duas. In prima determinat cauſas corruptionis & ſaluationis Rerumpu. proprie dictarū, ſcilicet in quibus plures principantur. In ſecunda determinat cauſas corruptionis & ſaluationis monarchiarum, ſicut tyrannicæ & regalis, ibi. {Reſtat autem &c.} Prima in duas. In prima determinat cauſas corruptionis Rerumpu. in quibus principantur plures. Secūdo determinat de cauſis ſaluationis, ibi. {De ſaluatiōe &c.}

lectio. 8.

lectio. 7.

### LECTIO I.

Ealijs quidē igitur quæ pręeligimus, fere dictū eſt de omnibus, ex quib⁹ autem tranſmutantur politiæ, & ex quot, & ex qualib⁹, & quæ ſint vniuſcuiuſq; politiæ correctiones, & ex qualibus ad qua-
C les maxime referuntur, adhuc autē ſaluatiōes q̄ ſint vniuſcuiuſque & cōiter & ſigillatim. Adhuc aūt per quæ vtiq; maxime ſaluabiť politiarū vnaquæq;, cōſiderandum conſequēter dictis.

b Oportet aūt primo ſuſcipere principiū, quia multæ factæ ſūt politiæ, oībus quidē cōfitentib⁹ quod iuſtum, & qđ ſecundū proportionē æquale. Adhuc autem peccantibus, ſicut dictum eſt &
D prius. Demos quidē. n. factus eſt ex eo quòd eſt æquales in quocūq; exiſtentes, putare ſimpliciter æquales eſſe. Quia. n. liberi, ſimiliter oēs, ſimpliciter æquales eſſe putant. Oligarchia autē ex eo quòd eſt inæquales in quacumq; exiſtentes, exiſtimare totaliter eſſe inæquales, ſecundum ſubſtantiam. n. inęquales, ſimpliciter inæquales exiſtimant eſſe. Deinde quidē ij tamquā æquales exiſtētes, oībus æqualib⁹ volūt participare, ij aūt tāquā inæ-
E quales exiſtentes, ſupergredi q̄runt, quod enim plus, inæquale. Habent quidem igitur politiæ omnes aliquid iuſtum, vitiatæ autem ſunt ſimpliciter.

### LECTIO I.

*E aliis quidem omnibus, de quibus dicere propoſuim⁹, fere dictum eſt. Ex quibus autem mutantur Reſpublica, & quot ea ſint, & qualia, & quænam ſint ſingularum Rerumpublicarū corruptiones, & labes, & ex qualibus in quales maxime mutantur. Præterea, quæ remedia generaliter, & ſpecialiter cuiuſque, & per quæ maxime conſeruari poſſit vnaquæque Reſpublica, conſiderandum deinceps erit.*

*Oportet autem prius illud principium aſſumere, quòd plures ſunt formæ Reipublicæ. Et in his confitentur quidem omnes iuſtitiam, & conuenientem æquitatem. Sed aberrant ab ea, vt eſt ante dictum. Nam populus conſtat ex his, qui cum ſint ſecundum quid pares, putant ſe ſimpliciter pares. Paucorum vero potentia, ex his qui cum præſtent aliqua re, ſe in cunctis præſtare arbitrantur. Opibus enim ſuperantes, ſimpliciter exiſtimant ſe ſuperare. Deinde uero illi quaſi pares exiſtentes, in cunctis dignum putant ſe parem portionem habere. Hi autem quaſi ſuperiores ſint, maiora ſibi competere arbitrantur. Maius enim inæquale. Habent vero omnes aliquid iuſtum, ſed ſimpliciter aberrant.*

B Prima in duas. Primo dat radicale principium corruptionis Rerumpublicarum. Secundo determinat cauſas & principia corruptionis proxima magis, ibi {Sunt autem &c} Prima in duas. In prima declarat quæ eſt radix corruptionis Rerumpu. & quomodo tranſmutantur. In ſecunda reſumit cauſam illam vt addat, ibi. {Vbique. n. &c.} Prima ī duas. In prima oſtendit quod eſt radicale principium corruptionis. In ſecūda oſtendit quot modis tranſmutantur, ibi. {Propter quod &c.} Adhuc prima ī duas. In prima præmittit quiddam. Secundo ex illo concludit cauſam primam corruptionis Rerūpublicarum, ibi. {Et propter hāc cauſam &c.} In prima dicit, quòd ad videndum cauſam corruptionis Rerumpublicarum, oportet primo accipere pro principio, quòd Rerumpublicarum, quædam ſunt rectæ, quædam autem non, & quòd omnes intendūt aliquod iuſtum & æquale ſecūdum proportionem. Et ratio huius eſt, qa omnes intendūt ſaluationem. Reſpu. autē ſaluari non poteſt ſine coniunctione, nec coniunctio fieri poteſt niſi reddatur æquale, hoc autem iuſtum eſt. ergo omnes intendunt iuſtum & æquale. Peccant tamē multi in determinando illud iuſtum. Quidam enim male determinant ipſum, populus enim putat, quòd ſi ſint aliqui æquales in quocūq;, q̄ ſint æquales ſimpliciter, & quòd æqualiter debent recipere, & quia omnes ciues ſunt liberi, & ęquales ſimpliciter dicit eos eſſe. Paucorum vero potentia putat, quòd ſi ſint inæquales in aliquo, quòd ſint inæquales ſimpliciter, & inæqualiter debeant recipere illos ſcilicet qui ſunt inæquales in diuitijs, putant inæquales eſſe ſimpliciter & inæqualiter debere recipere de bonis cōmunibus, ſed non oportet, quòd inæquales in diuitijs ſint inæquales ſimpliciter, nec æquales in libertate ſint æquales ſimpliciter, quia diuitiæ & libertas non ſunt bona hominis ſecundum quòd homo. Manifeſtum igitur eſt, quòd omnes intendūt æquale, & dicit quòd

vlterius accipiunt, quòd ſi ſint æquales aliqui, quòd debent recipere ęqualiter de communibus bonis, & cum omnes ſint liberi ęqualiter ſecundum populares ſtatus, debent omnes recipere de bonis communibus æqualiter, quaſi paralogizantes ęquales æqualiter debent recipere de bonis communibus, ſed liberi ſũt æquales. ergo ęqualiter debent recipere. Sed manifeſtum eſt, quòd hic eſt defectus ſecũdum quid & ſimpliciter. Non enim ſequitur, ſunt æquales in aliquo, ſcilicet libertate. ergo ſũt ſimpliciter æquales. Paucorum vero potẽtia dicit, quòd cum ipſi ſint alijs inæquales, quia excellentes eos debent recipere plus & præponendi ſunt in plus accipiendo. Quod enim plus eſt, inæquale eſt. Sic igitur manifeſtum eſt, quòd omnes iſtę Reſpublicæ aliquid iuſtũ intendunt. ſed viciatæ ſunt ſimpliciter. Deinde cum dicit.

c ¶ Concludit ex dictis primam radicem & primũ principiũ corruptionis Reipublicæ & ſeditionis. Et primo facit hoc. Secũdo adiungit aliud principium, ibi. {Sunt autem &c.} Prima in duas. In prima facit quod dictum eſt. In ſecunda oſtendit qui ſunt in ciuitate, qui iuſte poſſunt mouere diſſenſionem, & tamen nõ faciunt, ibi. {Omnium aũt &c.} In prima dicit, quòd cum vnuſquiſque ſecundum vnam dignitatem debeat recipere de bonis communibus, quando nõ recipiunt ſecundum ꝙ exiſtimãt ſe dignos, faciũt ſeditionem in ciuitate, & mutãt rẽpublicam: ex hoc. n. quod non recipiunt ſecundum exiſtimationem quam habẽt de ſe, videtur eis, ꝙ fiat eis iniuſtum, & ꝙ contemnantur. Iſta aũt cauſę ſunt diſſenſiõis. Deĩde cũ dicit.

d ¶ Oſtendit, qui iuſte poſſunt mouere diſſenſionem in ciuitate, & tamen non mouent. Et dicit, quòd inter omnes iuſtiſſime poſſunt mouere ſeditionem in ciuitate, quàmuis nõ faciunt virtuoſi excellentes alios ſecundum virtutem. Et ratio huius eſt, qa illi qui ſunt ſimpliciter inęquales, ſi non recipiant ſecundum illam inæqualitatem, iniuſtum fit ſimpliciter eis, ſed virtuoſi ſunt ſimpliciter inæquales reſpectu aliorum ipſos excedentes ſecundum virtutem. ergo ſi non recipiant ſecundum illam inæqualitatem iniuſtum fit eis. Et cum excedant in eo quod eſt bonum ſimpliciter, iuſtiſſime poſſunt mouere diſſenſionem, ſed non faciunt propter duas cauſas. Prima eſt, quia frequenter contingit propter diſſenſionem detrimentum boni cõmunis. Sapiens autem vt plurimum plus diligit bonum commune quàm propriũ, & ideo non facit diſſenſionem. Secunda ratio eſt, quia ad hoc quòd aliquis debeat mouere ſeditionem in ciuitate, oportet ꝙ habeat iuſtam cauſam & potentiam, ſed virtuoſi vt frequenter

F non habent potentiam, nec putant ſe habere iuſtã cauſam, ideo non mouent. Sed ſi iſta concurrerent, quòd haberet cauſam iuſtam & potentiam, & non eſſet detrimentum boni cõmunis, mouerent ſeditionem rationabiliter, & peccarent ſi non mouerent. Deinde cum dicit.

c Et propter hanc cauſam, quãdo non ſecundum exiſtimationem, quam forte vtrique participẽt politia, ſeditiões faciunt.

*Et ob eam cauſam, quando non pro opinione ſua, vtrique reportent de Republica, ſeditiones concitant.*

d Omnium autẽ iuſtiſsime quidem vtiq; ſeditiones facerent, minime autem hoc agunt qui ſecundum virtutem differunt. Maxime enim rationabile inæquales ſimpliciter eſſe hos ſolum.

G *Omnium vèro iuſtiſſime hoc facerent qui uirtute præcellunt, qui tamen minime omnium id faciunt. Nam hi ſimpliciter rationabile eſt, vt ſoli præferantur.*

e Sunt aũt qdã q ſm genus excellẽtes, nõ dignificãt ęqualibꝰ ſeipſos ꝓp inæqualitatẽ hãc. Nobiles. n. eſſe vidẽtur quibꝰ exiſtũt progenitorum virtus & diuitiæ. Principia qdẽ igitur, vt eſt dicere, hæc & fontes ſeditionũ ſunt, vnde ſeditiones mouent.

*Sunt autem quidam, qui præſtantes genere, plus habere ſe dignos putant. Videntur nobiles eſſe illi, quorum maiores uirtute & diuitiis præditi fuere. Hinc principia & fontes, ut ita dixerim, ſeditionum oriuntur.*

f Propter quod & trãſmutationes fiunt dupliciter. Quandoq; quidem enim ad politiam, vt ex inſtituta aliam conſtituant, velut ex democratia, oligarchiã, aut democratiam. Ex oligarchia, aut politiam, & ariſtocratiam ex ijs, aut has ex illis.

H *Quapropter & mutationes merito fiunt, quandoque ex præſenti ſtatu ad alium, ceu ex populari gubernatione ad paucorum potentiam, uel ad popularem ex paucis, uel ad Rempublicam & optimatem ex illis, uel ad illas ex iſtis.*

g Qm̃ autẽ, neque ad conſtitutã politiã, ſed inſtitutionẽ quidẽ eligunt eandem, per ipſos autẽ eſſe volunt hanc, velut oligarchiam & monarchiam.

*Quandoque præſentem gubernandi formam non quærunt mutare, ſed in ea permanentes pro ſe illam ſuſcipiunt, ut paucorum potentiam, uel*
I *monarchiam.*

h Adhuc de eo quod eſt magis & minus, velut oligarchiam exiſtentem ad magis oligarchizari, vel ad minus ad democratiã exiſtentem ad magis Democratizari, vel ad minus, ſimiliter etiam & in reliqs politijs, vt aut intendantur aut remittantur.

*Inſuper circa magis & minus, ceu uel paucorum potentiam exiſtentem, magis extendere, uel cohercere, uel popularem ſtatum ampliare, uel reſtringere. Eodemque modo de aliis ſpeciebus ampliandis, uel reſtringendis.*

i Adhuc ad partem aliquam politiæ mouere, puta principatum aliquẽ inſtituere, vel deſtruere,

K *Vel in aliqua parte Reipublicæ mouenda, ceu magiſtratum quemdam de nouo inducere, uel remouere, ut apud*

e ¶ Adiungit aliud principiũ corruptionis Reipublicæ, & dicit, quòd ſunt alij qui excellentes alios in nobilitate, credũt excedere illos ſimpliciter, & ideo reputant ſe dignos maioribus. Tales autem vidẽtur eſſe illi, qui habẽt diuitias & virtũtem a progenitoribus, & iõ ſi non recipiãt de bonis cõmunibus ſecũdum exiſtimationẽ, quam habent de ſeipſis, mouent diſſenſionem, & tunc contingit quòd principia & fontes ſeditionum, ꝑ quæ mouentur ciuitates ſunt iſta, ſed iſtud principium reducitur ad primum. Eſt enim radix ſeditionis excellentia in nobilitate per hoc ꝙ tales nõ recipiũt ſm exiſtimationem ſuã. Deinde cum dicit.

f. ¶ Declarat, quot modis fit trãſmutatio Reipublicæ, & diuidiẽ in quatuor, ſecundum quòd ponit quatuor modos. Secunda, ibi. {Quoniã autẽ &c.} Tertia ibi. {Adhuc de eo &c.} Quarta ibi. {Adhuc ad partẽ &c.} In prima dicit, ꝙ propter hoc quod contingit fieri ſeditionẽ in Republica, cõtingit Republicã mutari. Primo quidem quando fit trãſmutatio a Republica, vna ad aliam diuerſam, vt quando ex Repu. inſtituta, fit tranſmutatio ad aliã: vt ex populari gubernatione, adminiſtratio paucorum conſtituatur, aut econuerſo, vel ex illis ad Rẽpublicã & optimatũ ſtatum, vel econtra. Deinde cum dicit.

g ¶ Ponit ſecundum modum & dicit, ꝙ aliquando tranſmutatur Reſpublica in aliam Rempublicam, ſed manet eadem, & eligunt eandem habere inſtitutionem & ordinationem Reipublicę, ſed principantes mutant & volunt eãdem Rempu. regere & obſeruare per ſeipſos, vel per amicos ſuos, ſicut in paucorum potentia & monarchia regali, manente eadem Repu. volunt eã ſeruari & regi per alios, & ideo mutant eos. Similiter eſt in monarchia ipſa remanẽte aliã conſtituũt quãdoq;. Deinde cum dicit.

h ¶ Ponit tertiũ modũ & dicit, ꝙ iterũ fit trãſmutatio Reipub. nõ ꝙ Reſpu. trãſmutet̃ in aliã, nec etiã quãtũ ad principatꝰ ꝑ ſe, ſed fit qa eadẽ Reſp. mutat̃ in eãdẽ magis intẽſam vel remiſſam, ſicut paucorũ ſtatus trãſmutat̃ in paucorũ ſtatũ, magis intenſum vel remiſſum, vel popularis ſtatus in popularẽ ſtatum magis, vel minus intẽſum. Siĩr eſt ĩ alijs Rebuſp. vt fiat trãſmutatio Reip. eiuſdẽ in eandẽ ſm intenſionẽ & remiſſionẽ. Deinde cum dicit.

i ¶ Ponit quartum modum & dicit, quòd quarto fit tranſmutatio



A tatio Reipu. ſecundum partem, vt quando vnus principatus deſtruitur & alius inſtituitur, ſicut dicitur factum fuiſſe in Lacedęmonia, quòd Liſander conatus fuit diſſoluere regnum. Et ſimiliter alius nomine Pauſanias, qui rex fuit, conatus fuit deſtruere principatum Ephororum, ſecundum quem alius habet poteſtatem conuocandi multitudinem. Cõſimiliter fuit in ciuitate, quæ dicitur Epidamnum, fuit tranſmutata Reſpub. ſecũdum partem. In illa enim ciuitate erat alius principatus, illi vero amouerunt eũ, & fecerunt principatum ſenatorum. Videntes enim, ꝙ multi erant amatores illius principatus, mutauerunt ipſum in ſenatores. Propter qđ ſtatuerunt etiam apud Elięnſes, ꝙ principatus omnes eligerentur in communi. Vñ neceſſe erat omnes principatus, qui poteſtatem habebãt & dignitatem in Repu. concurrere quando magiſtratus creabatur, & ibi eligere vt minor fraꝰ fieret. Ille autem principatus, qui fuit amotus paucorum potentiæ erat, & erat vnus prĩceps in illa Republica, non plures. Deinde cum dicit.

k ¶ Reſumit cauſam ſeditionis vt addat, & primo tangit cauſam ſeditionis. Secundo exponit qđdam dictum, ibi. {Eſt enim duplex &c.} In prima dicit, quòd vbique fit ſeditio propter inęqualitatem, & nõ ſolum in æqualibus ſecundum aliquid eſt æquale proportione, puta diues & pauper inæquales ſunt ſecundum ſubſtantiam, tamen contingit eis fieri ęquale ſecundum proportionem, ſimiliter magis & minus virtuoſos, ſed etiam eis qui ſunt inæquales contingit fieri inæquales ſecundum proportionem, puta ſi quis ſit dignior alijs ſecũdum virtutẽ, dignũ eſt eum regem eſſe, ſed non perpetuum, quia forte non tantum excedit dignitas eius in virtute dignitatẽ aliorum, quantum honor perpetuo regnandi excedit honorem aliorum, & ideo eis inæqualis contingit fieri inæquale ſecundũ proportionem. Vniuerſaliter igitur exiſtimantes ſe debere æquale & non habentes, ſeditiones mouent in Repub. Et eſt intelligendum, quòd immediatum principium ipſorum agibiliũ eſt electio. Electio autẽ eſt habitus præconſiliatiuus. Ad conſiliũ aũt requirit̃ intellectꝰ practicus quare intellectꝰ practicꝰ eſt principiũ agibiliũ. Principiũ aũt intellectus practici eſt volũtas recti finis, & ideo adhuc principiũ agibiliũ eſt apperitus recti finis. Volũtas vero recti finis præſupponit intellectũ ſpeculatiuũ, & ideo intellectus ſpeculatiuus cauſa eſt & principium agibilium. Et quantum ad hoc dixit prius, quòd exiſtimare, principium eſt ſeditionis, principium vero intellectus eſt intelligibile, & hoc eſt inæqualitas. Secundum hoc dicit hic, ꝙ inæqualitas eſt cauſa ſeditionis. Deinde cum dicit.

ſicut in Lacedæmonia, aiunt quidem Lyſandrum conatum fuiſſe diſſoluere regnum, & Pauſaniã regem Euphoriam, & in Epidamno autem tranſmutata fuit politia ſecundum partem, pro Philarchis enim conſilium fecerũt. Apud ęliẽſes aũt in prętorio eorũ neceſſe eſt, adhuc quis politeumate ire principatꝰ, cũ eligitur aliquis principatus. Oligarchicum autem & princeps vnus in hac politia.

*Lacedæmonios ferunt Lyſandrum tentaſſe regiam poteſtatem tollere. Et Pauſaniam regem Ephoros, & Epidamni mutata eſt Reſpublica in parte, cum per tribuum præfectis ſenatores creauerunt. Apud Eliænſes vero neceſſarium eſt illorum etiam qui*
B *verſantur in Republica dignitates inuadere, quando creatur magiſtratus aliquis. Paucorum autem potentiæ erat in hac Republica, quòd vnus ſolus ad magiſtratum ſumebatur.*

k Vbique enim propter inæquale ſeditio, nõ ſolum inæqualibus exiſtit proportionale, perpetuum enim regnũ inæquale, ſi ſit in æqualibus. Totaliter enim æquale quærentes, ſeditiones faciunt.

*Vbique enim propter inæqualitatem oritur ſeditio, diſparibus tamen non exiſtit proportio. Perpetua enim poteſtas regia iniqua foret, ſi eſſet in paribus, omnino enim quærentes æquum, in ſeditiones incidunt.*

C

l Eſt enim duplex qđ æquale, hoc quidem enim numero, hoc autem ſecundum dignitatẽ eſt. Dico autem numero quidem multitudine, aut magnitudine idem & æquale, ſecundum dignitatem autem quod ratione, vt puta excedunt ſecundum numerũ quidem ęquali, tria duo, & hoc vnum, ratione autẽ quatuor duo, & hoc vnum, æqualis enim pars duo ipſorũ quatuor, & vnũ duorũ, ambo. n. dimidiũ.

*At enim duplex eſt æquum, vnum numero. alterum dignitate. Numero quidem, ceu multitudine, ac magnitudine, idem & æquum. Dignitate autem dico id, quod eſt ſecundum rationem, ceu tria excedunt duo, ſecundum æqualem numerum, & hoc in vno. Dico autem quatuor excedere duo, & hoc in vno, æqua enim pars duo ex quatuor, & vnum ex duobus, ambo enim medietates.*

D

m Confitẽtes aũt ſimpliciter eſſe inſtum quod ſecundũ dignitatẽ, differũt, ſicut dictũ eſt prius, ij quidem, quia ſi ſecundum aliquid æquales ſint, æquales totaliter eſſe putant, ij autẽ, quia ſecundũ aliquid inęquales, oĩbus inæqualibus dignificãt ſe ipſos.

*Fatentes autem ſimpliciter eſſe iuſtum id quod eſt ſecundum dignitatem, contendunt, vt prius dictum eſt. Alii quia ſi in aliquo ſint pares, ſe penitus pares exiſtimant. Alij quia ſi in aliquo præſtant, in cunctis ſe ſuperare arbitrantur.*

n Propter quod, & maxime duæ fiunt politiæ, demos, & oligarchia, nobilitas enim & virtus in paucis, hæc autem in pluribus. Nobiles enim & boni nuſquam centum, egeni autem in multis locis.

*Quamobrem duæ præcipue fiunt gubernãdi formæ. Populus. ſ. & paucorũ potentia. Nobilitatẽ. n. ac virtutẽ*
E *in verbis quidẽ oẽs ferè vſurpant. At enim qui reuera nobiles, ac boni ſint, nuſquam centum reperiuntur. Diuites autem multis in locis.*

l ¶ Eponit quod dixit, ſcilicet ęquale, & primo facit hoc. Secundo aſſignat diuerſitatem inter quędã dicta, ibi. {Confitentes autem &c.} Circa primum intelligẽdũ eſt, quòd proportio eſt habitudo duarum quantitatum ad inuicem. Proportionalitas vero eſt habitudo proportionum, quæ conſiſtit in quatuor terminis, vel ſecundum rem, vel ſecundum rationem, huiuſmodi autem ꝓportionis æqualitas, vel ſimilitudo attenditur vel ſecundum æqualitatem quantitatis, vel ſecundũ ęqualitatem dignitatis, vel ſimilitudinis. Et hoc eſt qđ dicit, quòd æquale dupliciter dicitur. Vno modo æquale dicit̃ numero. Alio modo ſecundum dignitatem, & exponit quòd æquale numero dicit̃ æquale ſecũdum magnitudinem, vel ſecũdum multitudinem. Secundum dignitatẽ æquale dicitur æquale ſecundum proportionẽ ſimilitudinis. Et declarat per exempla æquale ſecundũ quantitatem, vt ſicut ſe habent duo ad vnum, ſic tria ad duo. Exceſſus enim vtrobique ęqualis eſt. Aequalitas vero ſecundum dignitatem, vt ſi dicamus: ſicut quatuor ad duo, ſic duo ad vnum, ſicut enim duo ſũt medietas de quatuor, ſic vnum eſt medietas duorum. Deinde cum dicit.

m ¶ Ponit diuerſitatem inter quædã dicta. Dixit enim quòd omnes volunt æquale ſecundum dignitatem popularis ſtatus & paucorum, dicit ꝙ differenter, & primo facit hoc. Secundo infert correlarium, ibi. {Propter quod &c.} In prima dicit, quòd omnes confitentur, quòd iuſtum eſt ſecundum dignitatem, ſed differunt quia popularis ſtatus fautores dicunt, quòd ſi ſint aliq æquales ſecundum aliquid, puta ſecundum libertatem, quòd ſimpliciter ſunt æquales, & quòd æqualiter debent recipere, paucorum ſtatus fautores. Etiam dicunt, quòd ſi aliqui ſunt inæquales ſecundum aliquid, puta ſecundum diuitias, quòd ſunt ſimpliciter inæquales & digniores, & ſecundum hoc inæqualiter recipere. Deinde cum dicit.

n ¶ Infert correlarium, & primo facit hoc. Secundo probat, ꝙ ſtatus popularis & paucorum ſunt male ordinati, ibi. {Simpliciter

citer vero &c.} In prima dicit, quòd propter hoc, quòd fautores ſtatus popularis volunt æquale, fautores vero paucorum inæquale, vnde ſtatus popularis & paucorum ſunt duæ Reſpublicæ maxime diſtinctæ. Nobilitas enim, ideſt inclinatio ad virtutẽ, & virtus in paucis reperiuntur, ſed paupertas in pluribus. Nobiles enim virtuoſi vix alicubi centum inueniũtur. Pauperes autem in pluribus locis, & ideo Reſpublicæ vt frequenter, vel ſunt paucorum, vel ſunt populares. Deinde cum dicit.

o ¶ Oſtendit, quòd ambæ ſunt malæ ordinatæ, & primo facit hoc. Secundo oſtendit, quòd ſtatus popularis ſit ſecurior ibi. { Attamen ſecurior &c. } In prima dicit, quòd vtraque Reſpublica male ordinata eſt, ſcilicet ſtatus popularis in qua attenditur æqualitas ſecundum libertatem, & ſtatus paucorum, in quo eſt æqualitas ſecundum diuitias, ex eo quod accidit, quòd nulla iſtarum manſiua eſt. Et ratio huius eſt. Impoſſibile eſt enim ex eo quòd in principio corruptũ & inordinatum eſt, ĩ fine non accidere malum. iſtæ autem inordinatæ ſunt. Quãuis igitur in principio videatur modica inordinatio, tamen in fine magna & malum apparet. Tale autem non poteſt eſſe manſiuũ, & ideo vtraque Reſpublica, non poteſt eſſe manſiua, & quia vtraque vitiata & inordinata eſt, ad hoc quòd ſint magis manſiuæ, oportet quòd vtraque quandoq; vtatur æqualitate ſecundum proportionem arithmeticã, in qua intenditur æqualitas exceſſus, vt ſicut tria ad duo, ita duo ad vnum, & quãdoque æqualitate ſecundum proportionem geometricam, in qua attenditur æqualitas, vt ſicut ſe habent quatuor ad duo, ſic duo ad vnũ. Deinde cum dicit.

p ¶ Oſtendit, quòd ſtatus popularis ſit magis ſecurus & minus ſeditioſus, & diuiditur in duas ſecundum quòd oſtendit hoc per duas rationes: ſecunda, ibi. { Adhuc autem &c. } In prima dicit, quòd quamuis ſtatus paucorum & multorum ſint male ordinati, tamen ſtatus popularis eſt ſecurior & minus ſeditioſus, quàm paucorum. Et ratio huius eſt, quia illa Reſpublica magis eſt ſecura, in qua fiunt pauciores ſeditiones, ſed in ſtatu podulari ſunt pauciores quàm in ſtatu paucorũ, quia in ſtatu paucorum ſunt duæ ſeditiones. Vna diuitum inter ſe, alia pauperum ad diuites. In ſtatu populari vero vna ſeditio eſt, ſcilicet diuitum ad pauperes. Pauperũ aũt inter ſe nõ eſt ſeditio, q̃ ſit digna reputatiõe, q̃a inter ſe magis conueniunt q̃ cũ diuitibus. Deinde cum dicit.

o Simpliciter autem omnino ſecundum vtramlibet æqualitatem ordinatum eſſe, prauũ, manifeſtum autem ex eo quod accidit, nulla enim ex talibus politijs manſiua manifeſta eſt, huius autem cauſa, quia impoſsibile a primo, & eo quod in principio vitiato, nõ occurrere in fine malum aliquod, propter quod oportet hoc quidem arithmetica æqualitate vti, hoc autem ea quæ ſecundum dignitatem.

p Attamen ſecurior magis, & minus ſeditioſa democratia q̃ oligarchia. In oligarchijs quidẽ enim fiunt duæ, quæ adinuicẽ ſeditio, & adhuc quæ ad populũ. In democratijs autẽ quæ ad oligarchiam ſolum, ipſi autem populo ad ſe ipſum quod & dignũ dicere, non fit ſeditio.

q Adhuc autem quæ ex medijs politia propinquior populo, quàm quæ paucorum, quæ quidem eſt ſecuriſsima talium politiarum.

## LECTIO II.

Voniam autem conſideramus ex quibus ſeditiones fiunt & tranſmutationes circa politias, ſumẽdum vniuerſaliter prima principia & cauſas ipſorum. Sunt autem fere (vt eſt dicere) tres numero quas determinandum ſecundũ ſe typo primum, oportet enim accipere qualiter ſe habentes ſeditiones mouent, & quorũ gratia, & tertio quæ principia fuerint ciuilium turbationum & ſeditionum adinuicem.

b Eius quidem igitur quod eſt ipſos ſe habere aliqualiter ad tranſmutationem, cauſam vniuerſaliter maxime ponendum,

*Simpliciter vero omnino ſecundum alterutra ſtatuere æqualitatem, improbum eſt. Patet autem ex eo quod contingit, nulla enim huiuſmodi Rerumpublicarum recipit ſtabilitatem. Cauſa vero huius, quia impoſſibile eſt ex primo errore in principio commiſſo, non euenire ad extremum aliquid* G *mali. Quare opus eſt partim arithmetica æquitate vti, partim ea quæ eſt ſecundum dignitatem.*

*Verumtamen tutior eſt, ac minus ſeditioni ſubiacet popularis gubernatio quàm paucorum, nam in paucorum gubernatione duæ gignuntur ſeditiones. Vna inter ſeipſos, alia ad populum. In gubernationibus autem populi, vna tantum ſeditio fit ad paucorum potentiam.* H *Ipſis vero inter ſe quod quidem dignum dictu ſit, non accidit ſeditio populi.*

*Inſuper mediocrium hominum gubernatio propinquior eſt populari gubernationi, quàm illi quæ paucorum, quæ quidem eſt magis tuta, quàm aliqua huiuſmodi Rerumpublicarum.*

## *LECTIO II.*

I *Vm uero conſideremus quibus de cauſis ſeditiones, mutationeſque Rerumpublicarum euenerint, capienda ſunt primo vniuerſaliter principia & cauſæ earum. Sunt autem ferè tria, de quibus ipſis primo ſuccincte determinandum eſt. Videre enim oportet quemadmodum diſpoſiti ad ſeditiones deueniunt, & quarum rerum gratia, & tertio quæ ſint initia ciuilium turbationum, ac ſeditionum inter ciues.*

K *Quòd quidem igitur diſponantur ad res nouas appetendas illa eſt potiſſima cauſa de qua iam diximus, quia alij pares eſſe uolunt his qui plus poſ-*

F q ¶ Ponit ſecundam rationem & dicit, quòd iterum manifeſtũ eſt, quòd ſtatus popularis eſt ſecurior, quia Reſpublica quę eſt ex medijs, propinquior eſt populari ſtatui, quàm paucorum ſtatui, in quo pauci dominantur, ſed Reſpublica media ſecuriſſima inter tales Reſpublicas quæ declinant ab optima, ſed illa q̃ propinquior eſt, ſecuriſſime ſecurior ẽ quàm paucorum potentia.

## LECTIO II.

Oſtquam Philoſophus poſuit primam radicem, & primum principiũ corruptionis Rerumpublicarum, & modos quibus trãſmutãtur, determinat cauſas vniuerſaliter hui⁹ corruptionis & tranſmutationis, & diuiditur in duas. In prima determinat cauſas corruptionis Rerumpu. in vniuerſali, non deſcendendo ad aliquã Rempub. In ſecunda determĩat cauſas corruptionis ſecundum vnamquamque Rempublicam, ibi. { Secundum vnãquãq; &c. } Lectio. 4. Prima diuiditur in tres. In prima determinat cauſas tranſmutationis Rerumpublicarum. Secundo declarat terminũ huius tranſmutationis declarando quæ Reſpublica in quam tranſmutatur, ibi. { Sunt etiam &c. } In tertia declarat qualiter maxime fiat huiuſmodi tranſmutatio, ibi. { Mouetur quoque &c. } Prima in duas. In prima p̃mittit intentum ſuũ. In ſecunda proſequitur, ibi. { Eius quidẽ &c. } In prima dicit, quoniam intẽtio noſtra eſt cõſiderare ex quibus fiunt ſeditiones & tranſmutationes Rerumpublicarum, accipienda ſunt primo in vniuerſali prĩcipia & cauſæ trãſmutationis & corruptionis Rerumpublicarum. Sunt autem tres cauſæ & tria prĩcipia fere, vt eſt dicere, tranſmutationis ipſarum, de quibus conſiderare oportet ſuccincte. Primo ergo oportet conſiderare qualiter homines ſe habentes mouent ſeditiones & tranſmutant Reſpublicas. Secundo propter quem finem hoc faciant. Tertio quæ ſint principia per quę diſponuntur ad mouendum diſſenſiones & ſeditiones in Republica. Deinde cum dicit.

b ¶ Proſequitur & diuiditur in tres. In prima oſtendit qualiter ſe habentes mouent ſeditiones & turbationes. Secundo propter quem finem hoc faciunt, ibi. { De quibus autem &c. } Tertio quæ ſunt cauſæ & principia, & quot, & per quæ diſponũtur ad faciendum ſeditiones, ibi. { Cauſæ autem &c. } In prima dicit, quòd cauſa eius quod eſt homines aliqualiter ſe habere ad faciendum



de qua iã exſtitimus dicẽtes. Ij q̃dẽ.n. æqualitatẽ appetẽtes, ſeditiões mouẽt, ſi putãt min⁹ habere, æquales exiſtẽtes ſupergredi ẽtibus, ij aũt in æqualitatẽ & exceſſum, ſi exiſtimãt inæquales exiſtẽtes nõ plus habere, ſed æquale vel minus: hæc aũt eſt q̃dẽ appetere iuſte. Eſt aũt & iniuſte, minores.n. exiſtẽtes, vt ęquales ſint, ſeditiões faciũt, & æquales exiſtentes, vt maiores. Qualiter quidem igitur ſe habentes ſeditiones faciunt, dictum eſt.

c De quibus aũt diſsident, ſunt lucrũ, & honor, & contraria ijs, etenim dehonorationem fugiẽtes, & damnum vel pro ſeipſis, vel pro amicis, ſeditiones faciũt in ciuitatibus.

d Cauſæ autẽ & principia motuũ, vñ ipſi diſponunt̃ dicto modo, & de dictis, ſunt quidẽ vt numero ſeptẽ exiſtẽtes, ſunt aũt vt plures quorũ quidẽ duo ſunt eadẽ dictis, ſed non eodẽ modo, propter lucrũ.n. & ꝑpter honorẽ exacerbantur ad inuicẽ, vt nõ obtineant ſibi ipſis, ſicut dictũ eſt prius, ſed alios videntes, hos quidẽ iuſte, hos aũt iniuſte plus habẽtes in his. Adhuc ꝑpter iniuriã, propter timorẽ, propter exceſſum, propter deſpectionẽ, propter excreſcentiam, propter proportionẽ. Adhuc autẽ alio modo propter verecundiã, propter paruipenſionẽ, propter paruitatem, ꝑp diſsimilitudinem.

e Horum autem iniuria quidẽ & lucrum quam habeant poten

*ſunt, & niſi hoc fit, non acquieſcunt. Alii uero ſe præſtare dignos putantes, indigne ferunt niſi plus habeant. Hæc autem quandoque iuſte capiuntur, quandoque iniuſte. Inferiores quidem ut pares ſint, res nouas exoptant, & pares qui ſunt, vt præſtent.* B *Quemadmodum igitur diſpoſiti ſint, qui res nouas quærunt, dictum eſt.*

*Res autem pro quibus contendunt, ſunt lucrum & honor, atque his contraria. Dedecus enim & damnum vel ipſorum, uel amicorum fugientes, ſeditiones agunt.*

C *Cauſæ uero ac principia motus vnde ipſi ita diſponuntur, & pro his de quibus diximus, ſunt ut ſeptem, ſunt etiam plura, quorum duo ſunt eadem cum illis, quæ dicta ſunt, non tamen eodem modo. Propter lucrum enim & propter honorem irritantur inuicem, non ut acquirant ſibijpſis, ſed quia uident alios partim iniuſte, partim iuſte plus habere. Inſuper propter contumeliam, propter mœtum, propter præponentiam, propter con-* D *temptum, propter incrementum exceſſuum, & alio modo propter uerecundiam, propter negligentiam, propter puſillanimitatem, propter imparitatem.*

*Ex quibus contumelia, & lucrum quam habeant uim, & quot cauſæ,*

faciendum ſeditionem & turbationem eſt illa, de qua dictum, A eſt prius, quòd aliqui homines ex hocquod appetunt æquale, ſi non credant ſe habere æquale ſed minus, cum tamen ſint æquales vel exiſtiment ſe ęquales eſſe illis, qui plus receperunt, mouent ſeditionem. Alij autẽ volunt habere inæquale & plus exiſtimantes ſe inæquales alijs eſſe & excedere alios. Si autẽ exiſtiment ſe habere non plus, ſed ęquale vel minus mouẽt ſeditionem. Qualiter igitur ſe habẽtes mouẽt ſeditiões exiſtimãtes ſe minus habere quàm credãt ſe debere habere, ſed cõtingit iſta.ſ. plus & æquale appetere iuſte & iniuſte. Si.n. dignus eſt habere ęquale habens in ſe bonũ virtutis & ſimpliciter ęquale alijs, iuſte poteſt appetere. Si autem non eſt dign⁹ iniuſte appetit, ſimiliter poteſt aliquis appetere plus & inæquale, iuſte & iniuſte. Iuſte ſiquidem excellat alios in his, q̃ ſunt bona ſimpliciter. Si autem non excellat iniuſte appetit, quia illi qui minus recipiunt vt ſint alijs æquales in recipiẽdo ſeditiones faciunt, & illi qui ſunt æquales in accipiendo, vt plus accipiant diſſenſiones faciunt. Hoc autem eſt iniuſtum, & tunc concludit dicens, quòd qualiter ſe habentes faciunt ſeditiones dictum eſt. Et eſt intelligendũ, quòd illa æqualitas attenditur ſecũdũ dignitatẽ eius qđ eſt bonũ hominis ſecũdum quòd homo. Bonum autem hominis duplex eſt. Quoddã enim eſt bonum hominis intrinſecum, & iſtud diuiditur, quia quoddam bonum ſecundum partem inferiorem, ſicut ſanitas, robur. Aliud ſecundũ partem ſuperiorem, ſicut ſcientia, virtus, & huiuſmodi, & iſta ſũt bona ſimpliciter. Alia ſũt bona hominis exteriora, ſicut diuitię & honor, iſta vero ſunt bona ſecũdum quid, & ideo dignitas hominis ſimpliciter non debet attendi ſecundum dignitatem iſtorum bonorum, ſed ſecundum dignitatem bonorum ſimpliciter, & ideo quia in paucorum ſtatu attenditur æqualitas ſecundum iſta bona ſecundum quid, non conſideratur iuſtum ſimpliciter, ſed ſecundum quid, & ideo propter iſta non mouetur iuſte ſeditio, ſi non recipiat plus qui excedit in iſtis. Sed ille qui non recipit æquale ſecundum dignitatem boni ſimpliciter, ſi ſit bonus iuſte poteſt mouere. In populari vero ſtatu conſideratur libertas, vt ſcilicet non ſeruiat aliquis alij ſecundum corpus vel in rebus. Iſta autem non eſt bonum ſimpliciter, ſed ſecundum quid, & ideo quia in iſta Republica attenditur æqualitas ſecundum libertatem iſtam per quam non conſideratur iniuſtum ſimpliciter, ſed ſecundũ quid. Qualiter igitur ſe habẽtes hoĩes.i. qualiter diſpoſiti mouẽt ſeditiones dictũ eſt. Deinde cum dicit.

c ¶ Declarat propter quem finem faciunt diſſenſionem. Et eſt intelligendum, quòd quidam eſt finis ſecundum veritatem, ſicut eſt bonum animæ. Alius finis eſt ſecũdum apparentiam, ſicut eſt bonum corporis. Decet igitur hominem in operatione ſua intẽdere finem ſimpliciter vel ſecundum apparentiam. Et bonũ corporis eſt lucrum, bonum autẽ animæ eſt honor. Dicit igitur, quòd illa pro quibus, hoc eſt propter quæ faciunt diſſenſionem, ſunt duo, ſcilicet lucrum, vt ſub lucro omnia bona ſecundum quid ſiue corporis contineantur. Aliud eſt honor, vt ſub honore omnia bona ſimpliciter, quæ ſunt bona animæ compræhendantur. Faciunt ſimiliter ſeditionem propter contraria iſtorum, vt propter damnum & inhonorationem. Propter dãnum, q̃a eiuſdem rationis eſt appetere lucrum & fugere damnum. Propter inhonorationẽ, quia eiuſdem rationis eſt appetere honorem & fugere ſuũ oppoſitum. Sed quia amicus eſt velut alter, ideo adiungit quòd faciunt ſeditionẽ ꝑpter honorem proprium, & damnum proprium vel amicorum ſuorum. Deinde cum dicit.

d ¶ Declarat, q̃ ſunt principia, per quæ diſponuntur ad faciendum diſſenſionem & ſeditionem, & diuiditur in duas. Primo declarat cauſas per quas diſponuntur ad ſeditionem. In ſecunda declarat qualiter inchoatę exinde de facili inualeſcũt, ibi. { Fiunt quidem igitur &c. } Prima in duas. Primo enumerat cauſas illas. Secũdo proſequitur, ibi. { Horum autẽ &c. } In prima dicit, quòd prĩcipia & cauſæ trãſmutationũ Rerũpu. per quas diſponũtur ad faciẽdum ſeditionem, & de dictis.i. propter dicta.ſ. lucrũ & honorẽ, ſunt ſeptẽ numero, vno modo: alio modo plures. Si enim enumerent̃ cauſę, quæ diſponuntur ad occultam diſſenſionem, cuius eſt ſeditio, eſt enim ſeditio occulta diſſenſio, ſic ſunt ſeptem numero. Si autem iſtæ enumerẽtur, & illæ quæ diſponunt ad manifeſtam diſſenſionem, ſic ſunt E plures. Prima vero principia diſpoſitiua ad ſeditionẽ ſunt duo prædicta, honor, & lucrum, ſed non ſicut dictum eſt prius. Honor enim & lucrum poſſunt conſiderari dupliciter. Vno modo ſecundum quòd intenduntur ab aliquo, & ſic habent rationem finis, & ſic dicebat prius, quòd ea propter quæ finaliter faciunt ſeditionem, ſunt honor & lucrum & oppoſita iſtorum. Alio modo poſſunt conſiderari ſecundũ quòd aliquis videt iſta in alio, & tunc quia videt lucrum & honorem, & vnum habere iuſte, alium non, triſtatur: non quia velint habere, ſed quia iniuſte de eis habet aliquis plus quàm deberet. Sunt igitur duo principia per quæ mouent ſeditionem, ſcilicet honor & lucrum. Sunt alia etiam, ſcilicet iniuria, timor, exceſſus, contemptus, excellentia præter proportionem, propter iſta diſponuntur ad manifeſtam diſſenſionem, ſcilicet verecundiam, paruipenſionem, puſillitatẽ, impuritatem, vel negligentiam. Propter enim iſta mouent ſeditiones. Deinde cum dicit.

e ¶ Proſequitur de iſtis, declarans qualiter iſta diſponunt ad ſeditionem, & primo proſequitur de illis quę diſponunt indifferenter ad occultam & manifeſtam diſſenſionem. Secundo de illis

quæ

queę diſponunt ad manifeſtam principaliter, ibi. {Tranſmutantur autem &c.} Prima in duas. Primo declarat qualiter iniuria & lucrum diſponunt ad ſeditionem. Secundo declarat de alijs, ibi. {Palam autem & honor &c.} In prima dicit, quam potentiam habeant, & qualiter ſunt cauſa ſeditionis honor & lucrum fere manifeſtum eſt.

tiam & qualiter cauſa fere ſunt manifeſtum. Iniuriantibus enim ijs qui in principatibus & ſupergredientibus, ſeditiones mouent & ad inuicem, & ad politias dantes poteſtatem, ſuperacceptio autem fit quandoque quidem a proprijs, quandoque autem a communibus.

G f Palam autem & honor, & quid poteſt, & quomodo cauſa ſeditionis. Etenim ipſi inhonorati, & alios videntes honoratos, ſeditiones faciunt. Hęc autem iniuſte quidem fiunt, quando præter dignitatem, aut honorantur aliqui, aut inhonorantur. Iuſte autem, quando ſecundum dignitatem.

H g Propter exceſſum autem, quando aliquis potentia maior aut vnus, aut plures, aut penes ciuitatem & potentiam politeumatis. Ex talibus enim fieri conſueuit monarchia vel potentatus, propter quod alicubi conſueuerunt relegare, velut in Argo & Athenis, quamuis melius a principio, qualiter non viderunt tantum excedentes, quam poſtquam permiſerunt fieri, ſanare poſterius.

I h Propter timorem autem ſeditiones mouent, & qui iniuſta fecerunt, timentes ne dent vindictam, & qui iniuſta paſſuri, volentes præuenire antequam iniuſta patiantur, ſicut in Rhodo conuenerunt inſignes contra populum propter ſententias quæ ſuperferebantur.

K i Propter deſpectionem & ſeditiones mouent & inſurgunt, velut in oligarchijs, quando plures fuerint qui non participant politia. Valentiores enim putant eſſe, & in democratijs opulenti contemnentes eos qui ſine ordine & ſine principatu, velut in

Contingit enim principantes iniuriari ciuibus & excellere eoſdem honoribus vel lucro, propter quod ciues mouent ſeditionem & contra principem, & contra Rempublicam. Contra principem, quia iniuriam fecit & excellit iniuſte. Contra Rempublicam, quia per Rempublicam poteſtatem habet, & quod ſic dominatiua moueant ſeditionem, manifeſtum eſt, quia cum princeps accipit bona ſubditorum, voluntatem habet ad accipiendum. Alij habent contrarias voluntates. ergo diſſident voluntate, ſed diſſenſio voluntatum radix eſt ſeditionis propter iniuriam, igitur & lucra mouent ſeditiones. Et dicit vlterius, quod principes poſſunt plus accipere quam oportet, vel de bonis communibus, vel de bonis proprijs ſubditorum, & vtroque modo faciunt iniuriam ſubditis. Et eſt intelligendum, quod lucrum & iniuria, quandoque idem ſunt ſubiecto & differunt ratione, nam illud idem quod eſt lucrum reſpectu vnius qui plus accepit, iniuria eſt reſpectu alterius, ſcilicet a quo accepit. Deinde cum dicit.

f ¶ Declarat de alijs, & diuiditur in quinque. Primo declarat de honore qualiter diſponit ad ſeditionem. Secundo de exceſſu, ibi. {Propter exceſſum autem &c.} Tertio de timore, ibi. {Propter timorem autem &c.} Quarto de contemptu, ibi. {Propter deſpectionem enim ad ſeditiones &c.} Quinto de excreſcentia præter proportionem, ibi. {Fiunt autem & propter excreſcentiam &c.} In prima dicit, quod manifeſtum eſt quam potentiam habeat, & qualiter eſt cauſa ſeditionis honor. Cum enim aliqui non honorantur videntes alios honoratos faciunt ſeditiones, tunc enim diſſident voluntates. Hoc autem eſt radix ſeditionis. Poteſt autem honorari aliquis & iuſte & iniuſte, & appetere honorem ſimiliter iuſte & iniuſte. Si enim aliqui honorentur pręter dignitatem vel inhonorentur, iniuſtum eſt, & ſi appetat honorem, præter dignitatem, iniuſte appetit, ſi autem hoc fiat ſecundum dignitatem, iuſtum eſt. Deinde cum dicit.

g ¶ Declarat, qualiter propter exceſſum faciunt ſeditionem, &

F dicit, quod aliquando propter exceſſum faciunt ſeditionem, quando enim aliquis maior eſt in potentia, ſiue vnus, ſiue plures potentiam habeant in ciuitate, vel in Republica faciunt ſeditionem. Ex talibus enim contingit quandoque fieri monarchiam, quod patet, quia vnuſquiſque inclinatur ad ſui excellentiam.

*fere eſt manifeſtum. Superbia enim & auaritia eorum, qui gubernant, homines prouocant contra ſe, & contra ſtatum eius Reipublicæ quæ iſta fieri patiatur. Auaritia vero quandoque ex priuatis rebus fit, quandoque ex publicis.*

*De honore etiam clarum eſt, & quid valeat, & quomodo cauſa ſit contendendi. Ipſi enim inhonorati, & alios honoratos cernentes, ſeditionem aggrediuntur. Hæc autem iniuſte quidem fiunt, cum præter dignitatem honorantur quidam, vel inhonorantur. Iuſte vero cum ſecundum dignitatem.*

*Propter præpotentiam autem, quando quis maior ſit & potentior, vel vnus vel plures, quam ſecundum dignitatem Reipublicæ. Conſueuit enim ex talibus fieri vnius dominatio, vel gubernatio violenta. Quapropter quibuſdam in locis, oſtraciſmo utuntur, ceu Argis & Athenis. Atqui melius erat ab initio prouidere, ne in huiuſmodi potentiam augeri homines permitterentur, quam poſt contra auctos, remedium quærere.*

*Propter metum enim ad ſeditionem deueniunt, qui pœnas formidant, ob maleficia commiſſa, & hi contra quos paratur violentia, præuenire uolentes priusquam malum patiantur, ut apud Rhodum nobilitas contra plebem inſurrexit, metu iudiciorum, quæ ſibi parabantur.*

*Propter contemptum uero ad ſeditiones deueniunt, ceu in paucorum potentia, quando plures ſunt illi, qui a Republica excluduntur. Potentiores enim ſe putant, & in populari ſtatu opulenti contemnentes inordinationem & incuriam eorum, qui Rempublicam gubernant, ceu apud Thebanos*

Cum ergo eſt aliquis talis, qui excellit alios in potentia, vel in amicis, vel diuitijs conatur Rempublicam mutare in monarchiam, aut ſi non fiat monarchia fit quandoque potentatus, in quo dominantur diuites valde & potentes non ſecundum legem, ſed ſecundum ſuas voluntates. Et propter hoc in quibuſdam ciuitatibus relegabant tales excellentes, ſicut fiebat in Argis & Athenis, & tamen melius fuiſſet a principio ordinaſſe, quod nullus eſſet in ciuitate qui tantum excederet, & vſque ad quem terminum poſſet excedere quam poſtquam dimiſerunt relegare, ſicut in medicinalibus, melius eſt a principio præuidere, ne morbus aliquis excreſcat quam poſtquam exceſſerit vel excreuerit ipſum expellere & curare. Deinde cum dicit.

h ¶ Declarat, qualiter propter timorem fit ſeditio in ciuitate, & dicit, quod propter timorem faciunt ſeditiones, quando enim aliqui fecerunt iniurias timentes, quod puniantur & vindicta fiat de eis mouet ſeditionem, vt per ſeditionem motam poſſint euadere vt non puniantur. Similiter ſi aliqui ſint paſſuri iniuſta, vel timeant ſe paſſuros propter aliquam cauſam antequam patiantur volentes pręuenire, mouent ſeditionem & turbant Rempublicam, antequam ſuſtineant iniurias, ſicut contigit fieri in Rhodo inſula. Diuites enim conuenerunt contra populum timentes ſententias, quæ debebant dari contra eos, & turbauerunt Rempub. Deinde cum dicit.

i ¶ Declarat, qualiter propter contemptum diſponuntur ad ſeditionem & dicit, quod propter contemptum faciunt ſeditionem & inſurgunt. Manifeſtum eſt enim, quod quilibet vult aliquid reputari, & ideo ſi contemnatur mouet ſeditionem, ſicut fit in paucorum & populari potentia, quia in paucorum in qua plures ſunt, qui non participant principatu, illi qui ſunt diuites & tenent principatum contemnunt alios, qui non principantur, & ideo incitant alios ad diſſenſiones, propter quod faciunt ſeditiones contra diuites & permutant Rempublicam. Similiter eſt in populari ſtatu, illi qui ſunt ditiores contemnunt minores, qui ſunt



ſunt vel videntur eſſe ſine ratione & ordine, ſicut indignos principatu, propter quod ipſi incitantur ad diſſentiendum, ſicut accidit in Thebis poſt prælium quod habuerunt in Oenophytis cum dominaretur populus exceſſit & male gubernabat, fecerunt diuites ſeditionem & mutauerunt popularem illum ſtatum. Similiter in ciuitate Megarenſium cum exiſſent ad prælium contigit, quod populus principabatur & inordinate, & ideo fecerunt diuites ſeditionem. Similiter accidit in Syracuſis antequam tyrannizaret Gelo, & in Rhodo inſula populus dominabatur antequam inſurgerent diuites, & quia diuites contemnebant eos, inſurrexerunt & fecerunt ſeditionem & mutauerunt Rempublicam. Deinde cum dicit.

k ¶ Declarat, qualiter propter excreſcentiam præter proportionem faciunt ſeditionem, & diuiditur in duas partes. In prima facit quod dictum eſt. In ſecunda declarat, quod hæc excreſcentia fit a fortuna quandoque ibi. {Accidit autem aliquando &c.} In prima dicit, quod propter excreſcentiam, quæ præter proportionem fit, fiunt quandoque ſeditiones & corruptiones Rerumpub. vt ſi diuites ſuperexcreſcant, vel virtuoſi vel pauperes, contingit fieri tranſmutationem ipſarum. Et hoc apparet, quia ſicut corpus componitur ex partibus pluribus, ſic ciuitas compoſita eſt ex partibus. Nunc ita eſt, quod oportet corpus animalis compoſitum augeri ſecundum proportionem, vt maneat recta proportio membrorum & commenſuratio. Si autem non augeantur partes proportionaliter, corrumpitur animal. Si enim pes tantum augeatur quod ſit quatuor cubitorum, & reſiduum ſit duorum palmorum, corrumpitur proportio debita. Si autem animal creſcat improportionabiliter & ſecundum quantitatem, & ſecundum virtutem vel qualitatem, tranſmutabitur in formam alterius animalis. Similiter accidit in ciuitate, componitur enim ex partibus, & ideo ſi debeat ſaluari oportet eam componi ex partibus commenſuratis adinuicem. Aliquando autem excedit multitudo ſicut in populari ſtatu, & in Repu. & tunc componitur paucorum ſtatus, & fit popularis vel Reſpublica Aliquando eſt excreſcentia non ſecundum quantitatem, ſed ſecundum qualita-

A Thebis poſt eam quę in Oenophitis pugnam male politizantibus democratia corrupta eſt, & quę Megareorum propter victorum inordinationem & defectum principatus. Et in Syracuſis ante tyrannidem Gelonis, & in Rhodo populus ante inſurrectionem.

B k Fiunt autem & propter excreſcentiam quæ propter proportionem tranſmutationes politiarum, ſicut enim corpus ex partibus componitur, & oportet augeri proportionaliter vt maneat commenſuratio, ſi autem non, corrumpitur, quando pes quidem quatuor cubitorum, aliud autem corpus duorum palmorum, aliquando autem vtique & in alterius animalis formam tranſmutabitur, ſi non ſolum ſecundum quantitatem, ſed & ſecundum quale creſcat præter proportionem. Sic & ciuitas componitur ex partibus, quarum ſæpe latet aliqua excreſcens, velut egenorum multitudo in democratijs & politijs.

C l Accidit autem aliquando hoc, & propter fortunas, velut in Tarento victis, & pereuntibus multis inſignibus ab Iapygijs paulo poſterius a Medis, democratia facta eſt ex politia, & in Argo ijs qui in ſeptima pereuntibus a Cleomene Lacedæmone, compulſi amittere vernaculorum aliquos. Et in Athenis infortunatis in campo inſignes pauciores facti ſunt, quia militabant ſupputati ſub Laconico bello. Accidit autem hoc & in democratijs, minus autem, pluribus enim egenis factis, vel ſubſtantijs augmentatis tranſmutantur in oligarchias & potentatus.

m Tranſmutantur autem & politiæ, & ſine ſeditione propter verecundiam, ſicut in Hærea. Ex eligibilibus enim propter hoc fecerunt ſortiales, quia eligebant verecundiam paſſos.

tem, ſicut quando ſunt aliqui diuites valde excellentes in potentia, & tunc corrumpitur popularis ſtatus, & fit paucorum. Deinde cum dicit.

l ¶ Declarat, quod hæc excreſcentia fit aliquando a fortuna, & dicit quod huiuſmodi excreſcentia accidit, quandoque a fortuna, ſicut accidit in Tarento. Cum enim illi exiſſent ad prælium & multi nobiles, & diuites fuiſſent interfecti a Iapigenſibus, facta eſt ex populari ſtatu paucorum potentia, & ſic a fortuna & præter intentionem excreuit populus & mutauit Rempublicam. Idem etiam accidit Argiuis, cum enim fuiſſent interfecti illi, qui erant in ciuitate Eudoma a Cleomone ſparciata, compulſi ſunt propter paucitatem inhabitantium in ciuitatem recipere aliquos inquilinos ad Rempublicam ſuam, qui poſtmodum excreuerunt & facta fuit Reſpublica popularis. Similiter accidit Athenis, cum diuites fuiſſent infortunati, & occubuiſſent multi in prælio, pauci fuerunt diuites, quia mortui fuerunt. Similiter accidit in popularibus, ſed minus quam in gubernatione paucorum. Cum enim ſint plures egeni, contingit quod plures ditentur, & tunc augmentatis diuitijs tranſmutant popularem ſtatum in paucorum gubernationem & potentatus, in quibus plures diuites principantur non ſecundum legem. Deinde cum dicit.

m ¶ Declarat, quæ ſunt cauſæ tranſmutationis Reipublicæ ſine ſeditione occulta. Et diuiditur in partes quatuor. In prima declarat qualiter propter verecundiam fit ſeditio & tranſmutatio Reipublicę. Secundo qualiter propter paruipenſionem, ibi. {Et propter paruipenſionem &c.} Tertio qualiter propter contemptum eius quod eſt paruum, ibi. {Adhuc propter &c.} Quarto qualiter propter diſſenſionem, ibi. {Seditionale autem &c.} In prima dicit, quod Reſpu. aliquando tranſmutantur ſine ſeditione, hoc eſt ſine occulta diſſenſione, & hoc propter verecundiam, ſicut accidit in Herea ciuitate. Contigit enim in illa ciuitate, quod aliqui qui commiſerant aliqua turpia vnde paſſi fuerant verecundiam, eligebantur ad principatum ab aliquibus. Alij vero nolentes ſuſtinere, quod iſti infames principarentur, ſeditionem fecerunt,

*poſt pugnam in Oenophytis commiſſam mala gubernatione popularis ſtatus interiit. Et in Megarenſibus cum per inordinationem & negligentiam ſuperati ſunt. Et Syracuſis, ante Gelonis tyrannidem, & Rhodi populus, antequam contra inſurgeretur.*

*Fiunt etiam propter incrementum mutationes Rerumpublicarum. Vt enim corpus ex partibus ſuis conſtat, & oportet eas ſimul pro modo quamque ſuo creſcere, vt conuenientia permaneat, ac niſi hoc fiat, corrumpitur, ceu quando pes quatuor cubitorum ſit, cæterum vero corpus duarum palmarum longitudinem habeat, interdum vero & in alterius animalis figuram tranſiret, ſi non ſolum quantitate, verum etiam qualitate immoderatum fieret incrementum, ita & ciuitas ex partibus conſtat, quarum interdum aliqua pars paulatim ſubcreſcit, ceu egenorum hominum multitudo in popularibus gubernationibus, & Rebuſpublicis.*

*Contingit vero quandoque id per fortunam, velut apud Tarentum cum ſuperati prælio ab Iapigenſibus, nobilitatis magnam partem amiſiſſent. Fuit autem id prælium paulopoſt id tempus, quo Medi Græciam inuaſerunt, ad popularem ſtatum ex Republica eſt facta mutatio. Et Argiui poſt cædem ſuorum in Eudoma a Cleomone Sparciata factam, coacti ſunt inquilinos quoſdam ad Rempublicam recipere. Et Athenis cum terra male pugnaretur aduerſus Lacedæmonios nobilitas attenuata eſt, cum ex deſcripto ſubmittere ſe ad bellum cogeretur. Contingit autem hoc & in popularibus gubernationibus, rarius tamen, pluribus enim diuitibus exiſtentibus, uel diuitiis in pluribus auctis, mutatio fit in paucorum potentiam.*

D E

*Mutantur etiam Reſpu. abſque ſeditione propter uerecundiam, ut in Heræa. Cum enim per electionem ſumere magiſtratus ſolerent, poſtea ſortiti ſunt, ex eo quod electiones eorum in homines turpes, pudendoſque cadebant.*

…instituerunt quòd principatus qui prius fiebant per ſortem, fierent per electionem, & ſic propter verecundiam, quam aliqui paſſi fuerant, fuit facta ſeditio & tranſmutatio Reipublicę. Deinde cum dicit.
n ¶ Oſtendit, quomodo propter paruipenſionem fit ſeditio & tranſmutatio Reipu. Et dicit quòd propter paruipenſionē, quandoque fit mutatio Reipublicę & ſeditio, vt quando aſſumitur aliquis ad pricipatum principalē, qui nō diligit ipſum, ſed paruipendit. Tūc enim accidit, φ iſte q paruipendit principatum mutat Rempublicā, ſicut in Horeo ciuitate contigit, quòd eligerunt Heraclodorum in principem. Iſte autē nō diligebat Rempublicam eorum, & ideo mutauit ſtatum paucorum, qui erat in illa ciuitate, & inſtituit Rempublicam, & popularem ſtatū. Deinde cum dicit.
o ¶ Declarat propter contemptū eius quod eſt penes puſillitatem mutatur Reſpublica. Et exponit quid vocant puſillitatem, & dicit quòd penes puſillitatem eſt quando aliqua parua tranſgreſſio negligit, ſimiliter & alia. Contingit enim ex omnibus iſtis fieri magnam trāſgreſſionē, quæ a principio non erat manifeſta, & propter talem magnam tranſgreſſionem, quę ex multis paruis neglectis cauſata eſt, cōtingit mutari Rempublicam, ſicut dicit accidiſſe apud Ambraciotas. Apud eos enim vna honorabilitas parū reputabaī, & multæ paruæ negligebātur quaſi parum, vel nihil different, aut eſſent propinqua, & ideo accidit tandem in illa ciuitate, quòd nulli prīcipabantur, ſecundū honorabilitatē aliq̃, & tunc paucorū ſtatus, in quo principātur inſignes & honorabiles, mutatus eſt ī ſtatum popularem. Deinde cum dicit.
p ¶ Declarat, qualiter propter diſſimilitudinē mutatur Reſpu. Et diuiditur in tres. In prima oñdit qualiter pp diſſimilitudinē diſponūtur ad ſeditionē. Secūdo accidētaliter declarat qui mouēt ſeditiones in populari ſtatu & paucorū, maxime ex dicta cauſa, ibi. {Seditionē aūt mouēt &c.} Tertio ponit cām accidentalē magis ſeditionis, ibi. {Seditiones aūt ſuſtinēt &c.} Prima in duas. In prima ponit qualiter diſponunī ad ſeditionē p ſimilitudinē. Secūdo manifeſtat p exēpla, ibi. {Propter qđ &c.} In prīa

F dicit, φ alia cā ſeditionis eſt diſſimilitudo, cū.n. inhabitauerint ciuitatem illi qui nō habent eoſdem mores, nec conſuetudines mouent ſeditiones, niſi multo tempore conſpirauerint, vel vixerint ſimul. Primum apparet, quia illi qui habent diuerſos mores inclinantur ad diuerſos fines. Ex hoc aūt ſequitur diuiſio voluntatis, hoc autem eſt cauſa diſſenſionis, quare manifeſtum eſt, φ diſſimilitudo cauſa eſt ſeditionis. Secūdo apparet, quia ſi illi qui habēt diuerſos mores ſimul vixerint, contingit quòd vnus trahit alium, & in fine habent eoſdem mores, & inclinantur ad eūdem finem, & tūc nō mutant Rempu. Eſt igitur manifeſtum, φ donec ſimul vixerint multo tempore mouebūt ſeditiones illi, qui habent diuerſos mores. Sicut.n. ciuitas non fit ex quibuſcumque, ſed ex ſimilibus, ita non fit in quocumque tempore, ſed qñ vixerint ciues ſimul, & iam inclinātur ad eoſdē mores. Deinde cū dicit.
q Manifeſtat qđ dictū eſt per ſeptē exēpla, & dicit, φ quia diſſimilitudo cauſa ē ſeditionis, accidit φ illæ ciuitates, quæ extraneos indifferēter receperūt, plures paſſæ ſunt ſeditiones & diuiſiones, ſicut accidit in quadā ciuitate quam vocāt Sibarim. In illa enim ciuitate habitabāt Træzenij, iſti vero receperunt Acheos, cum autem eſſent augmētati, eiecerunt Træzenios, & ex hoc tunc fuit odiū inter Sibaritas q eiecti fuerāt, & Thurios, qui eos receperant, cū.n. plus exigerent, eo φ regio eſſet ſua, eiecti fuerūt ab Sibaritis. Ponit ſecūdum exemplū & dicit, quòd ſimiliter accidit Bizantijs. Cum enim illi recepiſſent extraneos, iſti inſidiati ſunt Bizantijs, & depredauerūt eos, qui Bizantij, re cognita, eos prælio & armis expulerunt. Ponit tertium exemplum & dicit, quòd ſimiliter accidit in alia ciuitate, quòd Antiſſei profugos & extraneos ex Chio receperunt in ſua ciuitate, & tandem facta fuit ſeditio inter ipſos, & eiecti ſunt extranei. Tunc ponit quartum exemplum & dicit, quòd Zanclei receperunt Samios in ſua ciuitate, & poſtmodum facta ſeditione inter ipſos, ipſi expulſi fuerunt a ciuitate. Tunc ponit quintum exemplum & dicit Apolloniatæ ciuitatem inhabitantes iuxta Pontum, cum recepiſſent extraneos paſſi ſunt ſeditionem. Tunc

n Et propter paruipenſionem, quando permittunt principatus intrare nō amicos politiæ, ſicut in Horeo diſſoluta fuit oligarchia principium facto Heracleodoro, qui ex oligarchia politiā, & democratiam inſtituit.

*Et propter negligentiam, quando ſinunt ad ſummas poteſtates eos aſſumi, qui non ſunt amici ſtatus eorum. Per quem quidem modum apud Horeum euerſa eſt paucorum gubernatio per Heraclodorū, q magiſtratū nactus, gubernationē ciuitatis ex paucorū potētia ad popularē ſtatū traduxit.*

G o Adhuc propter id qđ penes paruum, dico autem penes paruum, quia ſæpe latet magna facta tranſgreſsio legitimorū, qñ negligunt quod paruū, ſicut in Ambracia, paruum erat honorabilitas, tandem autem nullius principabantur tamquam propinquū, ſi vel nihil differēs ab eo quod nihil, id quod paruum.

*Inſuper propter puſillitatem. Dico autem puſillitatem, quando latet paulatim ſubcreſcens Reipublicæ mutatio, quæ ad magnitudinem latenter euadit, ſi negligatur, quemadmodum apud Ambraciotas a paruo cenſu prius erant magiſtratus, tandem uero a nullo fuerunt, quaſi nihil aut prope, foret inter parum & nihil.*

p Seditionale autem, & quod non eiuſdem tribus, donec vtique ſimul ſpirauerunt, ſicut enim neque ex quacumque multitudine ciuitas fit, ita neque in quocumque tempore.

H *Seditiones quoque concitat peregrinitas, donec in eandem ſimul conſpirationem deuenerit. Vt enim non ex quauis multitudine cōſtituitur ciuitas, ita etiam neque in quouis tempore.*

q Propter quod quicumque iā cohabitatores ſuſceperint, vel superuenientes, plurimi ſeditione diuiſi ſunt, velut cum Terzenijs Achæi cohabitauerunt Sibarim, deinde Achaici plures facti eiecerunt Trezenios. Vnde odium accidit Sibaritis. Et in Thurijs Sibaritę ijs, qui ibi cohabitauerunt, exigentes enim plus habere tamquam ſua regione, exciderunt. Et Bizantinis aduenæ inſidiantes deprædati exciderunt per pugnam. Et Antiſæi, profugas de Chio proijcientes per pugnam eiecerunt. Zanclei autem Samios ſuſcipiētes exciderunt ipſi. Et Apoloniatæ qui in Euxino Ponto aduenas ſuper inducentes, ſeditiones paſsi ſunt. Et Syracuſani poſt tyrānica extraneos & merces portantes ciues cum feciſſent, ſeditiones paſsi ſunt, & ad pugnam deuenerunt. Et Amphipolitæ ſuſcipientes Chalcideorum expulſos, exciderūt ab ijs plurimi ipſorum.

*Quapropter, quicumque adhuc inquilinos ſuſceperunt, uel aduenas, omnes ferè ſeditionibus iactati ſunt, ceu apud Sibarim unà cum Træzeniis incoluerunt Achæi. Poſtea maiorem in numerum creſcentes Achæi Træzenios pepulerunt, vnde pollutio illa* I *exorta eſt Sybaritis, & in Thuriis idē fecerunt Sybaritæ contra eos qui illos receperant, nam plus habere volentes quaſi de ſuis agris pulſi ſunt, & apud Byzantium peregrini in oppreſſionem ciuium coniurati, cognita re, prælio & armis expulſi ſunt, & Antiſſæi exules ex Chio ſuſceptos, tandem armis deiicere coacti ſunt. Zanclei uero qui Samios receperunt, mox ab eis ſunt propria ciuitate deiecti. Apolloniatæ qui ſunt in Ponto, incolis receptis, ſeditione agitati ſunt.* K *Et Syracuſani poſt tyrannos expulſos, cum hoſpites & conductos milites feciſſent ciues, in ſeditionem & prælium inciderunt, Et Amphipolitæ receptis Chalcidenſium colonis, pulſi tandem ab illis ſunt ferè omnes.*



Tunc ponit ſextum exemplum & dicit, quòd Syracuſani cū expuliſſent tyrannos a ciuitate, receperunt extraneos, & eos qui portant merces & fecerunt eos ciues, ſeditio facta fuit eis & venerunt ad pugnam. Tunc ponit vltimum exemplum & dicit, quòd Amphipolitę cum recepiſſent Calcidenſium colonos, ſeditiōe facta inter eos plurimi Amphipolitarū mortui ſunt, & expulſi ab alijs. Ex omnibus iſtis nō plus vult habere, niſi φ diſſimilitudo cā eſt ſeditionis & deſtructionis Reipublicę. Deinde cum dicit.
r ¶ Declarat, qui mouent ſeditiōes in populari ſtatu & paucorum ex dicta cauſa. Et dicit quòd in paucorum potentia facit ſeditiones populus. Populus enim credit ſe debere recipere æquale, qa oēs ſunt æquales in libertate. Diuites autem totū habent vel plus, & iō populus exiſtimans ſe iniuſta ſuſtinere mouet ſeditiones. In ſtatu autem populari ſeditiones mouent diuites, quia in ſtatu populari recipiūt ęquale. Exiſtimant autem plus ſe debere recipere, cum ſint excellentiores, & ideo mouēt ſeditiones cōtra populum. Deinde cum dicit.
ſ ¶ Tangit cauſam ſeditionis accidentalem magis, & dicit φ in aliquibus ciuitatibus fiunt ſeditiones propter diſpoſitionē loci. Contingit enim quòd regio nō eſt bene diſpoſita, ad hoc quòd ciuitas ſit vna, ſed magis alia & alia. Vnitas autē ordinis in finem facit ciuitatem vnam, & ideo illud qđ diſponit ad hoc requiritur ad vnitatem ciuitatis. Facit autem ad hoc bona diſpoſitio loci. Si igitur locus non eſt bene diſpoſitus, ad hoc quòd ſit ciuitas, vna fit ſeditio, ſicut accidit Clazomenijs. Illi enim qui inhabitabant in Chytro, q̃ eſt vna pars ciuitatis, erant contra illos, qui habitabāt in inſula ſcilicet ī alia parte ciuitatis, & volebant facere diuerſas Reſpublicas, & ciuitatem principalem in ſua parte. Similiter Colophonij, & Notij ad inuicem paſſi ſunt ſeditiones propter malam diſpoſitionem loci. Similiter Athenis non ſunt bene diſpoſiti ad vnam Rempublicam, quia illi qui ſunt in ſuburbio, videlicet in Pirheo extra muros ciuitatis populares ſunt magis quàm illi, qui habitant in vrbe, quæ eſt locus magis munitus vbi ſunt fortalitia. Sic igitur manifeſtum eſt, quòd diuerſitas facit ad diuiſionem & ſeditionem in ciuitate. Sicut enim in bello paruus foſſarum tranſitus, & quæcumque modica apertura diſtrahit exercitum,

A vel aciem, & ordinem eius interrumpit, ita omnis diuerſitas & diſſimilitudo in ciuitate facit ſeditiones. Sed conſiderandum eſt, quòd diſſimilitudo quæ maxime cauſat ſeditionem eſt diſſimilitudo virtutis & malitiæ, quia inclinant ſtatim in diuerſos fines. Poſt hæc autem diuitiæ & paupertas, & ſic vlterius alia diſſimilitudo ſecundum alia aliqua, quæ poteſt attēdi inter multa. Sed hæc eſt differentia, quòd quędam magis, quædam minus faciunt ſeditiones, ſub iſto vero membro continetur cauſa, quæ iam dicta eſt.

## LECTIO III.

POſtquam Philoſophus declarauit qualiter ſe habentes faciunt ſeditiones, & quæ ſunt diſponentia, declarat qualiter ſeditiones inchoatæ a paruis inualeſcunt multum. Et diuiditur in duas ſecundū quòd tāgit duas cauſas huius. Secunda ibi, {Totaliter autem &c.} Prima in duas. In prima tangit cauſam illam. In ſecunda dat remedium cōtra illam, ibi. {Propter quod &c.} In prima dicit, quòd ſeditiones nō fiunt de paruis, ſed de magnis, fiunt autem ex paruis, quia incipiūt ex paruis. Paruæ autem ſeditiones & diſſenſiones inualeſcūt citius, quando fiunt inter dominos habētes poteſtatem in ciuitate, ſicut accidit antiquitus in ciuitate Syracuſanorum. Contigit enim, quòd Reſpublica illorum fuit mutata propter diſſenſionem duorū iuuenum, qui principantes diſſiderūt propter amoris cauſam. Accidit enim cum vnus eſſet extra ciuitatē, quòd alter puerum quem amabat ſibi conciliauit. Cum autem alter veniſſet indignatus eſt, & ſtuduit habere vxorem alterius. Cum autem ille iſtud ſciret, mota eſt diſſenſio inter illos, & coaſſociātes ſibi ciues, diuiſerūt oēs in duas partes. Sic igiī manifeſtū eſt, φ parua diſſenſio, multū inualeſcit, qñ fit inter diuites habentes poteſtatem in ciuitate. Deinde cum dicit.
b ¶ Tāgit remediū cōtra hoc. Et dicit, φ pp hoc φ parua diſsēſio inter dominos multum inualeſcit, oportet φ ſubditi talia timeāt multū, & φ diſſenſiōes inter diuites diſſoluāt & trahāt ad cōcordiā, qa diſſenſio q̃ accidit inter maiores & principātes eſt peccatū in principio. Principium autem eſt dimidiū totius, quia principium continet ſe & principatum virtute, & ideo reſiſtendum eſt peccato in principio. Nam peccatum in principio

r Seditiones autem mouent in oligarchijs quidem qui multi, tamquam iniuſta ſuſtinentes, quia nō participant æqualibus, ſicut dictum eſt prius, æquales exiſtentes, in democratijs aūt qui inſignes, quia participāt æqualibus nō æquales exiſtentes.

*Seditionem autem concitant in paucorum quidem potentia, multitudo indigne ferens, quòd cum ipſi ſint pares non pariter honorantur. In populari vero ſtatu, nobilitas quòd par fiat cæteris, cum ipſi ſint præſtantiores.*

B ſ Seditiones autem ſuſtinēt aliquando ciuitates, & propter loca, quando non bene apte habet regio ad hoc quòd ſit vna ciuitas velut in Clazomeniis q in Chytro ad eos qui in inſula. Et Colophonij & Notij, & Athenis non ſimiliter ſunt, ſed magis democici ſunt qui inhabitant ſuburbium quàm qui municipium, ſicut enim in bellis penetrationes aperturarum etiam valde paruarum diſtrahunt acies, ita videtur omnis diuerſitas facere diſsidionem, maximum quidē igitur forte diſsidentia virtus & malitia. Deinde diuitiæ & paupertas, & ſic vtique altera magis quàm altera, quarum vna eſt, quæ dicta eſt.

*Incidunt etiam quandoque in ſeditionem ciuitates, propter ſitum, quando talis eſt locus, vt non ad vnam eandemque gubernationem ſit aptus, vt Clazomæniis accidit, qui in Chytro habitant contra eos, qui habitant in inſula, & Colophoniis erga Notios. Athenis quoque non eodem modo, ſed multo magis populares ſunt, qui ī Pirhæo habitant, quàm qui in vrbe. Vt enim in præliis tranſitus foſſarum, etiam ſi ad modum paruæ ſint, interrumpunt* C *ordines militum, ita & in ciuitate diſſidentia omnis videtur diſiunctionem facere. Maxime forſan diſſident virtus & vitium. Deinde paupertas & diuitiæ, & alia magis quàm alia, quarum vna eſt illa, de qua diximus.*

## LECTIO III.

FIunt quidem igitur ſeditiones nō de paruis, ſed ex paruis, ſeditiones autem faciunt de magnis. Maxime autem & paruę inualeſcunt, quando inter dominos fiunt, velut accidit in Syracuſis in antiquis temporibus, tranſmutata enim fuit politia ex duobus iuuenibus diſsidentibus in principatibus qui erant circa amoroſam cauſam, altero enim abſente, leno quidam exiſtens amicum ipſius finxit. Rurſum autem ille huic indignatus eſt, vxorē ipſius perſuaſit tāquā ipsū venire. Vñ coaſſumētes eos q in politeumate, diuiſerūt omnes.
b Propter qđ qdē ſubditos vereri oportet talia, & diſſoluere

D *ORiuntur autem ſeditiones nō pro paruis rebus, ſed ex paruis ad magna perueniunt. Maxime vero etiam paruæ corroborantur, quando in principalibus fiunt, vt contingit Syracuſanis antiquitus. Mutatus eſt enim ciuitatis ſtatus propter duos adoleſcentes qui in magiſtratu conſtituti, ſimultatem inter ſe habuerunt ex amatoria cauſa. Altero enim abſente, alter puerum quem amabat ſibi conciliauit. At ille reuerſus cum id grauiter ferret, vxorem illius habere ſtuduit, ex hoc omnes qui verſabantur in Republica diuerſo fauore ſe diuiſerunt.* E

*Quamobrem ab iſtis principiis cauendum eſt diligenter, ac diſſoluendæ*

proportionaliter ſe habet ad ea peccata, quæ fiunt in partibus principalibus animalium. Videmus autem quòd modica facta diuerſitate in parte principali in animali.ſ.in corde, magna fit diuerſitas in alijs partibus. Similiter modica exiſtente diuerſitate in ſemine, fit magna diuerſitas in eo quod fit ex ſemine, quia ex modica differentia calidi & frigidi cauſatur differentia maris & fœminæ. Similiter facta modica tranſpoſitione in gubernaculo nauis, tota nauis tranſmutatur, quare ſic erat in Repu. ꝙ paruum peccatū in principio & parua diſſenſio multum inualeſcit. Deinde cū dicit.

c ¶ Tangit ſecundā cauſam & declarat, quòd diſſenſiones inſignium multum inualeſcunt. Et primo proponit. Secundo manifeſtat per exempla, ibi. {Velut in Heſtiea &c.} In prima dicit, quòd non ſolū diſſenſiones principantium multum, & cito inualeſcunt, immo vniuerſaliter diſſenſiones diuitū; ex quo enim diuites ſūt potentiam habent. Et manifeſtum eſt, ꝙ indignantur ſi non fiat eis ſecundum ꝙ exiſtimant ſe excellere alios, & faciunt diſſenſiones & totā ciuitatem ponunt in diſſenſione. Deinde cum dicit.

d ¶ Declarat per exempla, & diuidit in quinq; ſecūdū ꝙ declarat per quinq; exēpla. Secunda ibi. {Et in Delphis &c.} Tertia ibi, {Circa Mitilenem autē &c.} Quarta ibi. {Et Phoceis &c.} Quinta ibi. {Fuit aūt trāſmutata &c.} In prima dicit, ita dictum eſt, ꝙ diſſenſiones diuitū multum inualeſcunt, ſicut accidit ī Heſtiæa ciuitate. Cōtingit.n, ꝙ duo fratres diſſiderent de paterna hæreditate, cū vnus non haberet de diuitijs, & de theſauro, quem acquiſiuit pater, coaſſumpſit ſibi populares, alius diuites. Et fuit diuiſa ciuitas in duas partes, & facta fuit magna diſſēſio. Deinde cum dicit.

e ¶ Ponit ſecundū exemplum & dicit. ſimiliter accidit ī Delphis, ꝙ quidā habuit quandā puellā in cura ſua, quæ cura fuit principiū oīum diſſenſionū, quæ poſtmodū cōtigerunt. Vnus enim deſponſauit illam, poſtmodū conſulit quendam ſacerdotem augurem, vtrū expediret ei accipere eam in vxorem, qui conſuluit ꝙ non acciperet, tunc iſte timēs propter dictum auguris, ſcilicet infortuniū aliqđ, cū veniret ad ſponſam non accepit, ſed receſſit. Amici vero videntes hoc, ſicut illi, quibus facta fuerat iniuria, eo ſacrificante, ſacrum aliquid clam iniecerūt. Deinde accuſauerūt eū ꝙ male ſacra tractaſſet, vnde tamquā ſacrilegū capite damnari fecerunt. Deinde cum dicit.

f ¶ Ponit tertiū exemplum & dicit, ꝙ circa Mitylenem ciuitatem facta fuit diſſenſio inter aliquos propter diuiſionem hæreditatū quæ fuit principium multorū malorū, quæ poſtmodum contigerunt. Et fuit principium belli, quod fuit inter ipſos & Athenienſes, in quo prælio quidā dux, nomine Pacheres accepit ciuitatem ipſorum Athenienſiū. Accidit enim, ꝙ Timophanes opulentus vita functus, reliquit duas filias ſuperſtites. Quidam autē Doxandrus eas dari concupiuit filijs ſuis in vxores, quod cū aſſequi non potuiſſet, perſuaſit Athenienſibus, apud quos hoſpes publice erat, vt bellum ſuſciperēt cōtra Mitylenas. Deinde cum dicit.

g ¶ Ponit quartum exemplum & dicit, quòd apud Phocenſes quidā fuerunt ex hæreditati, ex quo facta fuit ſeditio inter Mnaſeā patrē Mneſonis, & Euthycratē patrē Onomarchi. Hæc autem diſſenſio fuit principium belli Phocenſibus, illius inquam belli, quod ſacrū appellauerūt. Deinde cum dicit.

h ¶ Ponit quintū exēplū & dicit, ꝙ ī Epidāno ciuitate traſmutata fuit Reſp. ꝑꝑ diſſenſionē, q̄ fuit facta ꝑꝑ nuptias quaſdā. Cū.n. quidam deſpōſaſſet quandā, quidā fecerunt ſibi iniuriam, & facta fuit diſſenſio. Poſtmodū cōtigit, ꝙ pater deſponſati factus fuit vnꝰ de principibus, & tunc accepit alios, qui erāt extra Rempublicā, & infenſi ſtatui coniungens eos ſibi, trāſmutauit Rempubli. Deinde cum dicit.

i ¶ Cum

præſidū & potentū diſſenſiones, in principio enim fit peccatum, principium autem dicitur eſſe dimidium totius. Quare & qđ in principio paruum peccatū, proportionale eſt ad ea quæ in alijs partibus.

G

c Totaliter autem inſignium diſſenſiones coaſſumere faciunt & totam ciuitatem.

d Velut in Heſtiæa accidit poſt medica, duobus fratribus de paterna hereditate diſsidentibus, pauperior quidem enim tamquam non proferente alio ſubſtantiam, neque theſaurum, quem inuenit pater, adduxit populares. Alius autem habens ſubſtantiam multam, opulētos.

H

e Et in Delphis, differētia quæ facta eſt ex cura, fuit principium omnium ſeditionum poſteriorum. Hic quidem enim auguratus quodam ſymptoma, vt venit ad ſponſam, non accipiens, abſceſsit, hi autem tamquam iniuriam paſsi iniecerunt ſacrarum rerum ſacrificatorem, & deinde tamquam ſacrorum violatorem interfecerunt.

I

f Circa Mitylenam autem ex hæreditatibꝰ diſſenſione facta, multorum fuit principium malorum, & belli quod aduerſus Athenienſes in quo Pachus cepit ciuitatem ipſorum. Tymophane enim egenorum quodam relinquente duas filias Doxander coartatus, & non accipiens, filijs ſuis incepit ſeditionem, & Athenienſes exacerbauit aduena exiſtens ciuitatis.

K

g Et Phoceis ex hæreditatione facta ſeditione circa Mneſeam patrem Mnaſonis & circa Eutycratem Onomarchi, ſeditio hæc principium fuit ſacri belli Phoceis.

h Fuit autem tranſmutata & in Epidamno politia ex nuptialibus. Cum deſponſaſſet enim quidā filiam, & læſiſſet ipſum, deſponſati pater factus principantiū, alter cōprehendit eos q extra politiā, tāquàm deluſus.

F

*Statim ſunt eorum diſcordiæ, qui multum in Republica poßunt, in principio enim peccatur. Principium autem dicitur eſſe dimidium totius, itaque paruum in principio erratum, correſpondens eſt ad alias partes.*

G

*Omnino enim excellentium virorum diſcordiæ totam poſt ſe trahunt ciuitatem.*

*Vt contigit apud Heſtiæam poſt popularem ſtatum. Duobus enim fratribus de diuiſione patrimonii contendentibus, unus eorum qui erat pauperior, quaſi non exhibente altero fratre bona omnia, neque theſaurum quē pater inuenerat proferente, quærebatur, ac populum in ſuos fauores pertraxerat. Alter vero qui diuitiis pollebat, locupletes ſibi aſciuerat.*

H

*Et in Delphis ex fauore partium cōtentione exorta principium fuit ſeditionum omnium, quæ poſtea fuerunt in ea ciuitate ſecutæ. Hic enim cum ſibi triſte augurium incidiſſet, ut uenit ad ſponſam, ſuſcipere illam noluit. Parentes vero puellæ quaſi ſpreti atque contempti, ſacrorum quiddam, eo ſacrificantē iniecerunt, atque vt ſacrilegum accuſantes, capite damnari fecerunt.*

I

*Mytilenæ quoq; ſeditio ex hæreditate exorta, magnorū malorū fuit origo. Indeq; bellū Athenienſibus cōtra Mitylenos ſuſceptum, in quo vrbs eorum, a Pachete duce, capta fuit. Timophane.n. quodam opulento homine vita functo. cum duæ filiæ ſuperſtites fuiſſent, Doxandrus quidam dari illas filiis ſuis in matrimoniū cōcupiuit, quod cum aſſequi nō potuiſſet, alios ſibi prælatos dolens, res nouas moliri aggreſſus, Athenienſibus quibus erat publice hoſpes, bellum ſuſcipere perſuaſit.*

K

*Et apud Phocenſes ſeditio exorta eſt ex hæreditate inter Mnaſeā Mneſonis patrem, & Euthycratem Onomarchi, hæc ſeditio Phocenſibus initium fuit eius belli, quod ſacrum appellauerunt.*

*Mutatus eſt etiam Epidamni ciuitatis ſtatus ex nuptiis. Deſponderat.n. quis filiam. Cum uero pater ſponſi magiſtratum gerens, illi mulcta irrogaſſet, quaſi deſpectus, omnes qui præſenti ciuitatis ſtatui infenſi erant, per factionem ad ſe recepit.*



i ¶ Cum declarauit quòd Reſpublicæ tranſmutentur, declarat in quid tranſmutantur, & primo proponit. Secundo manifeſtat ibi. {Vt apud &c.} In prima dicit quòd Reſpu. tranſmutantur in paucorum ſtatum & popularem, ex eo quod aliquod collegiū, vel aliqua pars ciuitatis famam vel augmentum maiorem in modum conſecuta eſt. Ob hanc enim cauſā contingit quòd ſi regebat quòd intendat magis & fortior fiat eius ſtatus, & ſic mutatur a debiliori ad fortiorē. Si vero non regebat contingit, ꝙ iuſta fama & potentia regere incipiat, & ab vna Republica ad aliam fit tranſmutatio. Deinde cū dicit.

k ¶ Manifeſtat per exēpla, & ponit ſex, in quibus declaratur qualiter Reſpublica mutata eſt in Remp. aliam, vel in eandem magis vel minus intenſam, & dicit quòd bene dictum eſt ꝙ fit mutatio Reipublicæ in Rempublicam, ſicut accidit Athenis. Cum enim conſiliū Athenienſium quod erat in Ariopago, q̄ eſt pars excellentior ciuitatis illius tēpore belli Perſarum famam cōſecutum fuiſſet, formam Reipu. auxit, & fuit facta Reſpu. eorum fortior. Deinde cum dicit.

l ¶ Ponit ſecūdum exemplum, dicens ꝙ multitudo naualis Athenis cum fuiſſet cauſa cuiuſdam victoriæ circa Salaminam fortiter pugnando, & fuiſſent cauſa ſaluationis principatus & ob eam victoriam acquiſiuiſſet potentiam maris ciuitati propter ſtatum populi magis fortem. Deinde cum dicit.

m ¶ Ponit tertiū exēplum, in quo declaratur quòd Reſpublica mutatur in Rēpublicam, & dicit ꝙ in Argo cōtigit ꝙ inſignes & potentes cū eligerentur ad prælium contra Lacedæmonios cōmiſſo prælio apud Mantineam vrbem magnā famā conſecuti ſunt, & ob hanc cauſam conati fuerunt deſtruere popularē ſtatum & cōuertere in paucorū potentiam, & ſic Reſpublica mutabatur in aliam Rempublicam. Deinde, cum dicit.

n ¶ Ponit quartum exemplū, in quo idē probatur, & dicit quòd in ciuitate Syracuſanorum cum factum fuiſſet prælium inter eos & Athenienſes & obtinuiſſent, cuius victoriæ cauſa populus fuit, Rempublicā mutauit in ſtatum popularem. Deinde cum dicit.

o Ponit quintum exemplum, & dicit quòd in Calcide ciuitate populus vna cum diuitibus quendam tyrannum interfeciſſet, ſtatim adheſit Reipublicæ dimittens priorem Rempublicam. Deinde cum dicit.

p ¶ Ponit ſextum exēplum, & dicit ꝙ in Ambracia cum populus eieciſſet Periādrum qui tyrannizabat apud eos ſimul cum alijs diuitibꝰ q contrarij erant ipſi in populo, inſtituit Rempub. ſibi conuenientē. ſ. ſtatū popularem dimittēs priorē. Deinde cū dicit.

q ¶ Concludit vnā regulam vniuerſalē, dicens quòd vniuerſaliter hoc debet eſſe manifeſtum & nō debet latere, ꝙ quicumque propter potētiā aliquid præclarū fecerūt, ſiue ſint idiotæ, ſiue pricipes, ſiue ſint tribus aliquæ, ſiue tota vna pars, ſiue qualiſcumque multitudo moueret ſeditionem, aut.n. qui inuident eis qui honorātur ī ciuitate mouēt & faciunt ſeditionē, aut illi qui excellūt, & magnum aliquid fecerunt propter potentiam nolunt manere cum æqualibus & eis conformari. Ex hoc enim quòd magnum fecerunt inclinantur ad magna, q. bus reputant ſe dignos. Ideo nolunt remanere cum æqualibus, vnde ſi potentiā habeant ſeditionē faciūt. Deinde cū dicit.

r ¶ Declarat qū maxime mouētur Reſpubli. & dicit quòd tunc maxime tranſmutantur Reſpublicæ quando duæ partes quę videntur eſſe contrariæ, ſicut diuites & populus æquātur in potentia vel ſere. Medij autē nulli ſunt, aut valde pauci, quia tūc quęlibet pars reputat ſe fortiorem alia, & nititur repellere aliam. Et ſi contingit vnam partem ſuperare aliā inſtituit Rempublicā quæ ſibi videtur. Si autē vna pars quęcūq; ſit illa excedat aliā in multo manifeſte, illa pars quæ exceditur nolēs perire ſubijcitur parti quæ valentior eſt, nec mouet ſeditionē cōtra illam. Et propter hoc manifeſtum eſt, quòd illi qui excedunt alios in virtute, non mouent ſeditionem, quia pauci ſunt reſpectu multitu-

i Tranſmutantur autem & in oligarchiam, & in demum, & in politiam, ex eo quod eſt approbari aliquid vel augeri, vel principatum, vel partem ciuitatis.

k Velut in Ariopago conſilium bene complacens in Medicis videbatur fortiorem facere politiam.

l Et rurſus naualis turba facta cauſa victoriæ circa Salaminā, & per hanc præſulatus propter eam quæ in mari potentiam democratiam fortiorem fecit.

m Et in Argo inſignes acceptati circa eam quæ in Mantinea pugnam ad Lacedæmonios, conati ſunt diſſoluere demum.

n Et in Syracuſis populus cum eſſet cauſa victoriæ belli, quód ad Athenienſes, ex politia in democratiā trāſmutatio facta eſt.

o Et in Chalcide populus cum inſignibus Foxum tyrannum perimens, ſtatim habebat politiam.

p Et in Ambracia rurſum ſimiliter, populus conijciens Periandrum tyrannum ijs qui infeſti erant, in ſeipſo cōſtituit politiā.

q Et vniuerſaliter etiam oportet hoc non latere, quòd qui potentiæ cauſa facti, & idiotę, & principatus, & tribus, & totaliter pars, & qualiſcumque multitudo ſeditionem mouent, aut enim qui ijs honoratis inuident inchoant ſeditionem, aut iſti propter exceſſum nō volunt manere in æqualibus.

r Mouentur aūt politiæ, & quādo qnæ videntur eſſe contrariæ partes ciuitatis ęquantur inuicē, velut diuites & populus, medium autē ſit nullum, aut valde paruū: ſi.n. multum excedat alterutra partium ad manifeſte valentius, reliqua non vult periclitari: propter quod, & qui ſecundum virtutem differunt, nō

A

*Fiunt etiam mutationes & in paucorum potentia, & in populari ſtatu, & ī ea quæ appellatur Reſpublica ex eo quòd aliquod collegium, uel aliqua pars ciuitatis famam ſit, vel augmentum maiorem in modum conſecuta.*

B

*Vt apud Athenienſes Ariopagi cōſilium per tempora belli Perſarum, famam conſecutum, ſeueriorem Reipu. gubernandi formā videtur feciſſe.*

*Et rurſus naualis turba, quòd cauſa uictoriæ Salaminenſi bello fuiſſe uidebatur, & ob eam uictoriam principatum maris acquiſiſſe ciuitati, popularem ſtatum magis aſſeruit.*

*Et apud Argiuos nobilitas, quòd in prælio contra Lacedæmonios apud Mantineam urbem commiſſo, magnam famam conſecuta erat, popularem ſtatum delere tentauit.*

C

*Et apud Syracuſanos multitudo urbana, quòd cauſa uictoriæ belli aduerſus Athenienſes uidebatur fuiſſe, Rēpu. mutauit ad popularem ſtatum.*

*Et apud Chalcidenſes quod ſimul cum nobilitate ad opprimendum Phoxum tyrannum plebs inſurrexiſſet, ſtatim Reipublicæ gubernationem ſuſcepit.*

*Et apud Ambraciam eodem modo, populus una cum aggreſſoribus, Periandro tyrāno expulſo, in ſeipſum gubernationem conuertit.*

D

*Et omnino hoc latere non oportet, quòd qui potentiæ cauſa fuerunt, ſiue priuati homines, ſiue collegia publica: ſiue tribus: ſiue & pars aliqua ciuitatis, ſiue quæcunque multitudo, ſeditionem commouent: Aut enim qui honori illorum inuident, ſeditionem faciunt: Aut ipſi propter præualentiam partē habere cum cæteris non acquieſcunt.*

E

*Mouetur quoque reſp. quando partes illæ ciuitatis quæ cōtrariæ uidentur eſſe, parificantur: ceu diuites et plebs. Medium aūt parum, aut nihil oīno ſit. Si.n. quæuis pars, ita robuſta fiat, ut ad illam quæ prædominabatur proxime accedat, non tollerat poſthac diſcrimina ſubire. Quapropter & qui uirtute præcellunt, nullam (ut ita dixerim,) faciunt ſeditionem, pauci uero*

multitudinis. Et tunc concludit, quòd vniuerſaliter principia & cauſæ ſeditionum, & tranſmutationum Rerumpublicarum ſecundum hunc modum ſiunt. Deinde cum dicit.

f ¶ Declarat, quomodo & qualiter diſſidentes mouent Reſpublicas, & dicit, quòd quandoq; mouent Reſpu. & tranſmutant ꝑ violentiam, quandoq; per fallaciam & aſtutiam. Per violentiã dupliciter. Vno modo in principio. ſ. inferendo violentiã, quòd Rempu. quam inſtituunt teneant. Alio modo cogendo poſterius nõ in principio, quandoque. n. in principio ſuadent per aſtutias talẽ vel talem Rempu. & decipientes ciues tranſmutant Rempu. illis nolentibus. Et item in fine ſi nolunt reſilire, faciunt eis violẽtiã & cogunt eos tenere Rempu. iam inſtitutã, ſicut accidit ĩ quadringẽtis qui deceperũt populum dicentes ei, ꝙ rex daret pecuniam ad prælian dum contra Lacedæmonios, & populus hoc audito noluit, & & inſtituit Rempu. quã iſti inſtituerunt. Poſtmodum videns, quòd mentiti fuerũt, volens contradicere, illi conati fuerunt tenere eandẽ & obſeruare, facientes violẽtiam populo. Aliqñ autem contingit, ꝙ in principio ſuadent & recipiunt Rempu. & poſtmodum quòd eam obſeruant & ſuadent illis perſuaſis principantur illis volentibus. Et tunc recapitulat, quòd ſimpliciter, hoc eſt vniuerſaliter ſecundum dicta contingit fieri mutationes omniũ Rerumpublicarum.

LECTIO IIII.

Poſtquam Philoſophus declarauit cauſas & principia ſeditionis & tranſmutationis Rerumpub. in vniuerſali, in quibus plures principantur, in parte iſta incipit determinare in ſpeciali cauſas & pricipia ſeditiõis & trãſmutationis ipſarũ. Et diuiditur in partes tres. In prima determinat cauſas ſeditionis & trãſmutationis ſtatus popularis. Secundo paucorũ ibi. {Oligarchię aũt &c.} Tertio ſtat[9] optimatũ ibi. {In Ariſtocratijs aũt &c.} Prima in duas. In prima proponit intentum ſuum. In ſecunda proſequitur ibi. {Democratiæ quidẽ igitur &c.} In prima dicit, ꝙ poſtquàm determinatũ eſt de cauſis & principijs ſeditionis & tranſmutationis Rerũpu. in vlĩ, cõſiderandũ eſt in ſpeciali quæ ſunt accidentia ẽm quę ſit tranſmutatio & ſeditio ẽm vnamquamq; ſpeciem Reipu. pertinentes &

Lectio ſſeq.

Lectio. 6.

F conſiderantes ſecũdũ vnãquãq; in ſpeciali. Deinde cum dicit.

b ¶ Proſequitur & diuiditur in duas. In prima tangit cauſam propter quã popularis ſtatus tranſmutatur abſolute. In ſecunda tangit cauſam vel modum tranſmutationis, ibi. {Trãſmutantur ex prima &c.} Prima in duas. In prima facit quod dictum eſt. In ſecunda oſtendit in quam Rempu. antiquitus magis fiebat trãſmutatio ibi. {In antiqs aũt &c.} Priã in tres. In prima ponit cãm trãſmutationis popularis ſtatus. In ſecũda manifeſtat ꝑ exẽpla ibi. {Et hoc in multis &c.} In tertia reddit cãm cuiuſdã dicti ibi. {Et in Rhodo &c.} In priã dicit, ꝙ populares ſtatus maxime trãſmutanẽ, & patiunẽ ſeditiones pp malitiã eorũ q duces ſunt ĩ populo. Iſti. n. pp malitiã vel impudẽtiam coadiuuant diuites, hoc aũt põt fieri dupliciter. Vno mõ calumniãdo eos. Eſt autẽ calumnia falſi criminis impoſitio. Et qñq; dicit alienæ rei vſurpatio pp falſi criminis impoſitionẽ. Qñ igit iſti duces imponũt falſa crimĩa diuitibus, diuites coadunantur inter ſe, & quamuis diuites eſſent ſeparati & fortaſſis inimici, pp tñ calumniã coadunãtur, quia timor cõis congregat & adunat eos, qui valde ſunt ſeparati. Et rõ huius eſt, quia timor eſt triſtitia, vel turbatio pp fantaſiã futuri mali, & ideo ille qui timet inquirit vias, ꝑ quas poſſit vitare malũ opinatũ futurũ: ſi ergo eſtimet, ꝙ hoc faciet ſi coniungat ſe cũ inimico, cõiungit ſe cũ illo. Eſt tñ intelligendũ ꝙ ſi motus timoris minor fuerit q̃ motus inimicitię, nõ coniungeẽ cũ inimico, ſi aũt maior coniungetur cũ eo ad repellẽdũ, ſem ꝑ. n. ſequitur motũ maiorem. Quare manifeſtũ eſt ꝙ diuites cõiungunt ſeinuicem, & adunati & coniuncti, inſurgunt contra multitudinem & opprimunt eam & tranſmutant Rempublicam. Alio modo coadiuuant duces populi diuites procurando quòd multitudo grauetur a diuitibus, vt multitudo grauata, ab ipſis inducta ducibus, inſurgat contra diuites, & tunc diuites timentes opprimi a multitudine coadunãtur & inſurgunt contra multitudinem & tranſmutant Rempublicam. Deinde cum dicit.

c ¶ Manifeſtat per exẽpla, & diuiditur in quinq; ſecũdũ ꝙ manifeſtat ꝑ quinq; exẽpla. Secũda ibi. {Et in Rhodo &c.} Tertia ibi. {Diſſolutus eſt autem & in Heraclea &c.} Quarta ibi.

Nec

faciunt ſeditionẽ, vt eſt dicere, pauci. n. ſiũt ad multos. Vniuerſaliter quidẽ igitur circa omnes politias principia & cauſæ, ſeditionum & tranſmutationum, hunc modum habent.

f Mouent autem politias quandoq; quidem per violẽtiã, qñq; G autem per fallaciam: per violentiam quidem, aut mox a principio, aut poſterius cogentes Etenim fallacia duplex, qui quidẽ enim cum deceperint primo voluntariorum tranſmutant politiam. Deinde poſterius violẽtia detinent iuuoluntariorum velut in trecentis qui populum deceperunt dicentes regem daturum pecunias ad bellum aduerſum Lacedemonios, & cum mẽ H titi fuiſſent, conabantur retinere politiam. Aliquando autem a principio cum perſuaſerint, & poſterius iterum perſuaſis ipſis voluntarijs principantur, ſimiliter quidem igitur circa omnes politias ex dictis accidit fieri tranſmutationes,

LECTIO IIII.

Secundum vnamquamque autem ſpeciem politiæ ex ijs partientes, ac I cidentia conſiderare oportet.

b Democratiæ quidẽ igitur maxime tranſmutãtur propter demagogorum impudentiam, ij quidẽ. n. ſeorſum calumniantes habentes ſubſtantias, coadunãt ipſos, congregat enim & ſeparatiſsimos communis timor. Hi autem communiter multitudinem inducentes.

c Et hoc in multis, videbit vtique aliquis factum. Etenim in Coodemocratia tranſmutata fuit demagogis factis malis. Inſignes enim coaduuati ſunt. K

*ſunt, alii vero permulti. Vniuerſaliter ergo in cunctis Rebuſpubl. initia cauſæque ſeditionum ac mutationum in hunc modum ſiunt,*

*Mutatur autem Reſpublica, quandoque per vim, quãdoque per dolum. Per vim autem, aut ſtatim, aut poſtea compellendo. Nam & fraus duplex eſt. Nonnumquam enim decepti ab initio ſua demum ſponte recipiunt alium gubernandi modum. Deinde poſtea violenter conſeruant, vt accidit, cum quadringenti illi Athenienſium Rempublicam ſuſceperunt. Affirmãtes enim quòd Perſarum rex pecunias ad bellum contra Lacedæmonios ſubminiſtraret, ac in eo mentiti, nihilominus poſtea vi retinere gubernationem conati ſunt. Interdum autem ab initio perſuadentes, ac poſtea rurſum perſuaſis ſponte ac volentibus retinent gubernationem. Simpliciter ergo circa omnes Reſpublicas ex his quæ dicta ſunt, contingit mutationes fieri.*

*LECTIO IIII.*

*Sed oportet in unaquaq; ſpecie Rerumpublicarum hoc idem conſiderare.*

*Popularis ergo ſtatus maxime recipit mutationes propter eorum hominum perfidiam, qui ſunt quaſi Duces in populo. Hi enim priuatim egregium quemque calumniando, conſpirare eos ſimul compellunt. Cogit enim in vnum communis mœtus etiam eos qui prius erant inimiciſſimi, publice uero multitudinem irritant.*

*Et hoc fere ubiq; in hũc modũ fieri videm[9]. Nã & apud Choũ popularis ſtatus interiit ob prauitatẽ eorũ q populũ ducebãt. Nobilitas. n. conſpiratione facta, regimẽ ciuitatis arripuit.*



{Nec multo diſſimiliter &c.} Quinta ibi, {Diſſolutus eſt autẽ A & in Heraclea &c.} In prima dicit, ꝙ ſi aliquis conſideret, videbit in multis quòd popularis ſtatus tranſmutatur propter malitiam ducum populi, nam in ciuitate quæ dicitur Chous popularis ſtatus fuit tranſmutatus propter malitiam ipſorum, diuites enim coadunati fuerunt & inſurrexerunt contra multitudinem, & tranſmutauerunt Rempublicam. Deinde cũ dicit.

d ¶ Ponit ſecundũ exemplum, & dicit quòd in Rhodo inſula duces populi qui ordinati erant ad tractandum de ſtipendijs exoluendis, qui bus debebantur, prohibuerunt ne redderentur huiuſmodi ſtipendia militibus claſſis, cum eis deberentur, ipſi autem coniũcti inſimul propter metum iudicij & iniurias prædictas, compulſi ſunt diſſoluere popularem ſtatũ eorũ. Deinde cũ dicit.

e ¶ Ponit tertium exemplum, & dicit quòd in ciuitate quæ dicitur Heraclea ſtat[9] popularis fuit corruptus poſt receſſum ipſorũ diuitum propter ipſos duces populi, quia diuites ꝓpter iniurias illatas receſſerunt a ciuitate, deinde coadunauerunt ſe, & coadunati ſuperuenientes deſtruxerunt ſtatum popularem & inſtituerunt aliam Rempu. Deinde cũ dicit.

f ¶ Ponit quartum exemplum, & dicit quòd in ciuitate Megareorum, popularis ſtatus fuit corruptus propter malitiam ducum populi: quia duces volentes habere pecunias a diuitibus per bonorum publicationem eiecerunt multos diuites, & hoc donec fuerunt multi exules facti. Diuites autem poſtmodũ coadunati fuerunt, & venientes cõtra ciuitatem impugnauerunt eam & deuicerunt, & tunc corrumpẽtes popularẽ, inſtituerunt paucorum ſtatum. Deinde cum dicit.

g ¶ Ponit quintum exemplum, & dicit quòd iſtud idem accidit apud Cumas. Ab illa. n. ciuitate fuit expulſus quidam nomine Traſimacus a ducibus populi, poſtmodũ iſte inſurrexit cõtra multitudinẽ, & deuicit & mutauit Rempu. Deinde cum dicit.

h ¶ Aſſignat cauſam cuiuſdã dicti, dixit. n. ꝙ duces populi mouẽt multitudinẽ cõtra diuites, declarat pp quã cauſam hoc faciũt, & dicit ꝙ fere in oĩbus alijs apparebit, ſi aliqs cõſideret, ꝙ trãſmutaẽ popularis ſtatus, hoc modo. ſ. pp malitiã ducũ populi: illi. n. mouẽt multitudinẽ cõtra diuites, vel vt dona habeãt a diuitibus pp iniuſtitiã, vt. ſ. diuites pp iniuriã moueantur ad redimendũ vexationẽ ſuã, vel a multitudine odiẽte ipſos diuites, & tũc cõtingit ꝙ diuites propter iſtã iniuriã coadunẽtur. Quandoq; autẽ hoc faciunt, vt poſſeſſiones ſint æquales, vt ꝑ hoc de poſſeſſiõibus diuitum poſſint aliquid habere, vel vt eorũ redditus muneribus publicis ſubijciantur. Quandoque autem imponũt crimina diuitibus, vt ꝑ hoc relegentur a ciuitate, & a poplo cõfiſcẽtur poſſeſſiones ipſorum. Sicut enim dictũ fuit ſuperius, iſti duces populi adulatores ſunt, & ideo faciunt ea quę placẽt multitudini, propter qđ multũ lucrũ afferũt. Deinde cũ dicit.

i ¶ Declarat in quã Rempu. magis antiquitus fiebat trãſmutatio popularis ſtatus, quoniam in tyrãnidẽ, & primo proponit. Secundo probat cum dicit. {Cauſa autem &c.} In prima dicit, quòd in antiquis temporibus, qñ dux populi erat dux exercitus, popularis ſtatus tranſmutabatur in tyrannidem, vt frequentius, quia fere plurimi antiquorum qui fuerant tyranni, ex ducibus populi facti ſunt. Deinde cum dicit.

k ¶ Aſsignat tres rationes eius quod propoſitum eſt, & ſecundum hoc diuiditur ĩ tres. Secũda ibi. {Fiebant autem tyrannides &c.} Tertia ibi. {Adhuc autem &c.} In prima dicit, ꝙ cã quare antiquitus trãſmutabanẽ in tyrãnidẽ & modo non, eſt, quia antiquitus duces populi aſſumebãtur ex militantibus, iſti. n. erãt magis diſcreti & facũdi q̃ alij, qa exercitati, & quia rhetoricam habebãt. Hoĩes aũt nõ erãt cõmuniter potẽtes loq, qa nec cõiter habebatur rethorica, & iõ illũ q magis erat facũdus & diſcretus, & exercitatus in bello eligebant in principem. Ille autẽ ſolus principans poſtmodum tyrannizabat, & ſic mutabatur popularis ſtatus in tyrannidem, ſed modo non ſic eſt, quia rhetorica

d Et in Rhodo demagogi tractantes ſtipendia, acquiſierunt, & prohibebant reddere quæ debebantur trierarchis. Ij autem propter illatas iniurias coacti ſunt coadunari diſſoluere demum.

e Diſſolutus eſt autem, & in He B raclea demus poſt migrationem mox propter demagogos. Inſignes enim iniuſta paſsi ab ipſis ſeceſſerunt. Deinde coaduuati qui ſeceſſerant, & ſuperuenientes, diſſoluerunt demum.

f Conſimiliter autem & in Megaris diſſoluta eſt democratia. Demagogi enim vt pecunias haberẽt de populari, eiecerũt multos inſignium, donec multos fa C cerent fugientes. Ij autem deſcendentes oppugnantes populum, vicerunt & inſtituerunt oligarchiam.

g Euenit autem idem & circa Cumam in democratia quam diſſoluit Traſimacus.

h Fere autẽ, & in alijs videbit vtiq; aliquis cõſiderans trãſmutationes hoc modo ſe habentes. Quandoq; quidẽ. n. vt dona ha D beant iniuſta facientes, inſignes coadunant, vel ſubſtãtias æque partiales facientes, vel redditus ſacrificijs. Quandoq; autem criminantes vt habeant de populari poſſeſsiones diuitum.

i In antiquis autem quando erat idem Demagogus, erat & dux exercitus, in tyrannidem fiebat tranſmutatio, fere enim plurimi antiquorũ tyrannorũ ex demagogis facti ſunt. E

k Cauſa autem quare tunc quidem fiebat, nunc autem non, quia tunc quidem demagogi erant ex militantibus. Nondum enim erant diſſerti loqui. Nunc autem rethorica augumentata, qui poſſunt loqui fiunt Demagogi, propter in experientiam autem bellicorum, non ſuper ponuntur, niſi alicubi aliquid breue fiat tale.

*Et apud Rhodũ, impoſitis. n. pecuniis, q̃ cõductis militib[9] ſoluerẽtur, potẽtes qdã in populo pro ſe eas retinebãt, erat q; ĩpedimẽto quo min[9] ea redderẽtur ꝑfectis triremiũ. Præfecti aũt claſſis cũ pecunias nõ haberẽt, ac nihilomin[9] nauigare ex lege cogerẽtur, ueriti pœnã iudicii, cõſpirationẽ inierunt ad popularem ſtatum euertendum.*

*Apud Heracleã quoq; popul[9] oppreſſus eſt ea de cauſa, potẽtes. n. quidã in populo illatis iniuriis, nobilitatẽ expulerũt, illi vero poſtmodum conſpirantes, & in vnum conuenientes, in vrbem reuerſi populum oppreſſerunt.*

*Nec multo diſſimiliter apud Megarenſes popularis ſtatus interiit, ductores enim populi quo pecunias per bonorum publicationẽ haberent, multos e nobilitate pepulerant, vt tandem facta ſit permagna exulum multitudo, Exules ergo in vnum conueniẽtes, prælio ſuperarũt, oppreſſoq; populo, paucorum potentiam conſtituerunt.*

*Contingit hoc idem apud Cumas in populari ſtatu quem deſtruxit Traſimachus.*

*Et apud alios fere quis inſpiciat eodem modo contigiſſe, interdum enim vt gratificentur iniuriantes nobilitatem conſpirare faciunt, vel patrimonia diuidentes, vel redditus muneribus publicis ſubiicientes. Interdum vero calumniantes, ut bona opulentorum publicari faciant.*

*Vetuſtis quidem temporibus, quando idem erat potens in populo, ac belli dux, popularis Reſpublica in tyrannidem mutabatur. Et profecto antiquorum tyrannorum plurimi ex popularibus hominibus facti ſunt.*

*Cauſa uero cur tunc fierent, non autem nunc, illa eſt, quod tunc qui in populo maxime poterant ex his qui bello gerendo perficiebantur, nondum enim dicendi peritiam habebant. Nunc autem rhetorica arte ſuperueniente, qui dicendi facultatem habent populos ducunt quidem, ſed quia imperiti ſunt Rerumpublicarum, tyrannidem inuadere non audent, ni ſicubi parum aliquid tale incidit.*



augmentata

augmentata eſt, & multi nouerunt eam, & ideo quicumque poſſunt loqui & diſcreti ſunt, fiunt duces populi, ſed quia nõ exercitati ſunt in bellicis, non audent inuadere principatum, ita vt aliquis ſolus principetur, niſi accidat, quòd ſit aliquis diſcretus & facundus præ alijs & exercitatus in bellicis. Deinde cũ dicit.

F in popularem ſtatum nouum, in quo tota multitudo dominatur ſecundum ſententiam, non ſecundum leges, & non principatur aliquis ſecundum aliquam honorabilitatem. Fit autẽ tranſmutatio iſto modo. Cum enim populus in tali Repu. poteſtatẽ habeat in electione, duces populi qui principari intendunt, ſua decreta proponunt, ꝙ multitudo debeat principari, quia melior ẽ quàm aliqui de multitudine, & ideo melius eſt principari totam multitudinem, quàm aliques. Populus autem libẽter audit iſtã allegationẽ, & ideo inſtituit, ꝙ tota multitudo principetur ſecundũ legẽ, & dicitur iſta popularis ſtatus nouus. Deinde cum dicit.

l Fiebant autẽ tyrannides pri⁹, magis quàm nunc, & quia magni principatus committebantur aliquibus, ſicut in Mileto ex prytanuea, multorum enim & magnorum erat dominus prytannus.

*Tyrannides certe frequentius fiebant prius quàm nunc, & propter magnas poteſtates quibuſdam cõmiſſas, ceu Mileti ex conſulatu, multarum enim ac magnarum rerum poteſtatẽ habebat conſul.*

G

m Adhuc autem, quia non magnæ erant tunc ciuitates, ſed in agris habitabat populus, occupatus exiſtens operibus, optimates populi, quando bellicoſi erant, tyrannide pręferebantur. Omnes autem hoc faciebãt crediti a vulgo, perſuaſio autem erat inimicitia ad diuites, velut Athenis Piſiſtratus ſeditionem mouit aduerſus Pediacos, & Teagenes in Megaris diuitum pecora occidens, capiens iuſta fluuium paſcentes, & Dionyſius accuſãs Daphnæum & diuites dignificatus eſt tyrannide propter inimicitiam, creditus tamquàm popularis exiſtens.

*Ac etiam ob id, quia tunc urbes nõ erant magnæ, ſed rure homines habitabant, ocium agentes, præterquam ab agris. Qui autem patroni erant in populis cum uiri militares eſſent, tyrannidem inuadebant, idque agebant omnes præſtita ſibi prius fide a populo, quæ acquirebatur ex inimicitia aduerſus opulentos, ut Athenis Piſiſtratus per factionem contra Pediacos ſuſceptam, & Megaris Theagenes, armentis opulentorum occiſis, quæ iu-* H *xta flumen repererat paſcentia. Et Dionyſius accuſans Daphnæum & diuites, meruit tyrannidem Syracuſis obtinere, propter inimicitiam nobilitatis ſibi fide a populo præſtita, quaſi popularis eſſet.*

n Tranſmutantur autem & ex prima democratia in maxime nouam, vbi enim eligibiles quidem principatus, non autem ab honorabilitatibus, eligit autem populus. Demagogi qui ſtudent principari, ad hoc inſiſtunt vt populus ſit dominus legum.

*Mutantur etiam Reſpu. ex conſueta gubernatione in ultimam ſpeciem popularitatis. Cum enim per electionem ſunt magiſtratus, non tamen à cenſu. Eligit autem populus ambientes populum, magiſtratuum gratia, cò rem deducunt, ut ſit populus dominus etiam legum.* I

o Remedium autem, vt nõ fiat velut minus fiat, tribus ferre principes, ſed non omnem populum. Democratiarum quidem igitur trãſmutationes omnes ferè fiũt propter has cauſas.

*Remedium autem ne hoc omnino fiat, uel ut minus fiat, illud eſt, ut tribus quidem magiſtratum eligant, non populus uniuerſus. Popularium igitur ſtatuum mutationes ferè omnes ꝑ has fiunt cauſas.*

## LECTIO V.

Oligarchiæ autem tranſmutãtur, maxime propter duos modos maniſeſtiſsimos.

## *LECTIO V.*

K *Paucorum autem gubernationes mutantur per duos maxime modos manifeſtiſſimos.*

## LECTIO V.

l ¶ Ponit ſecũdam rationem, & dicit, ꝙ antiquitus plures erant tyrãnides quàm modo. Et ratio erat, quia magni principatus committebantur vni, ille autem trahebat dominium ad ſe, & principabatur ſolus tyrannizãs, ſicut accidit in Mileto ciuitate, quòd cuidam fuit commiſſus principatus qui multorũ & magnorum dominium habebat, poſtmodum ſolus principans tyrannizauit. Quare igitur plures erant antiquitus tyrannides quàm modo, & Reſpub. tranſmutabatur in illam, quę vt plures accidebat, ideo vt popularis ſtatus tranſmutabatur in tyrãnidem. Deinde cum dicit.

m ¶ Ponit tertiam rationem, & dicit ꝙ iterum manifeſtum eſt, quòd antiquitus tranſmutabatur popularis ſtatus in tyrãnidem, quia ciuitates non nõ erãt multum magnæ, immo populus habitabat ĩ agris occupatus circa agriculturam, & ideo parum curabat de bono communi. Vnde illos qui erant magis ſagaces & meliores in populo, qñ bellicoſi exiſtebant, populus præficiebat, & principabantur tyrannice. Tyrannizabant autem, quia credebatur eis a vulgo, & cauſa huius erat, quia ꝑſuadebãt pauperibus contra diuites. Efficax autem ꝑſuaſio erat inimicitia, quam prætendebat contra ipſos diuites. Odio enim habere inimicũ alicuius, facit ipſum bene credibilem illi, ſicut accidit Athenis, quòd quidam nomine Piſiſtratus fecit ſeditiones contra Pediacos. Et Megaris Theagenes ſic nominatus a gñe, & occidit iuxta quendã fluuiũ pecora diuitũ Megareorũ, & cepit illos qui paſcebãt pecora illa, & ex hoc beniuolus fuit populo. Similiter Dionyſius accuſauit quendã nomine Daphnæum, & ſimiliter diuites, & ex hoc reputatus eſt dignus principari principatu tyrannico, factus credibilis populo & reputatus fidelis, tum quia popularis erat, tum quia videbatur inimicitiam habere ad diuites. Deinde cum dicit.

n ¶ Declarat, quomodo ex vna ſpecie popularis ſtatus fiat trãſmutatio in aliam, & primo tangit modum. Secundo remedium, ibi. {Remedium autem &c.} In prima dicit, quòd ex populari ſtatu, patria in qua principantur aliqui liberi, tranſmutatio fit

o ¶ Tangit remediũ contra iſtum modũ tranſmutandi popularem ſtatũ, quia iſta ſpecies in quam fit talis tranſmutatio peſſima eſt, & dicit ꝙ remediũ ne fiat huiuſmodi popularis ſtat⁹ vel vt minus fiat, eſt ſuſtinere & procurare, ꝙ vna tribus eligat, ita ꝙ vna tribus modo eligat, deinde alia, & ſic deinceps, & non tota multitudo. Minor enim eſt vna tribus quàm tota multitudo, & ideo melius eſt eligere tribus quàm totã multitudinẽ. Dicebat enĩ ſuperius Philoſoph⁹ quòd totã multitudinẽ eligere contingit dupliciter. Vno modo diuiſim, vt modo vna tribus, deinde alia, ita ꝙ oẽs partes obtineant electionẽ diuiſim. Alio modo coniunctim: & quia primum poteſt haberi accipiendũ eſt magis. Et cõcludit ꝙ ꝑpter iſtas cauſas fere fiunt oẽs tranſmutatiões ſtat⁹ popularis.

Poſtquam determinauit Philoſophus cauſas ſeditionis & tranſmutationis ſtatus popularis, in parte iſta determĩat cauſas tranſmutationis, & ſeditionis ſtatus paucorum in particulari, & diuiditur in partes duas. In prima tãgit modos, quibus trãſmutatur ſtatus paucorum. In ſecunda recapitulat, ibi. {Oligarchiæ quidem igitur &c.} prima in duas. In prima ponit modos per ſe, quibus tranſmutatur ſtatus paucorum. In ſecunda ponit vnum modum accidentalem, ibi. {Fiunt autem &c.} Prima in duas. In prima proponit, quòd duo ſunt modi quibus tranſmutatur. In ſecunda proſequitur, ibi. {Vnũ quidem ſi iniuſtã &c.} In prima dicit quòd ſtatus paucorum, tranſmutantur ſecundũ duos modos, qui ſunt valde manifeſti, tranſmutantur enim propter diſſenſiones diuitum inter ſe, & propter diſſenſionem pauperum ad diuites. Deinde cum dicit.

b ¶ Proſe-



b ¶ Proſequitur & primo primum. Secundo ſecundum, ibi. {Habet autem} In prima dicit ꝙ propter vnum tranſmutatur ſtatus paucorũ, ſcilicet ſi diuites principantes opprimant multitudinem iniuſta faciendo, cum enim grauatur multitudo, inſurgit contra diuites & expellit eos, & ſic corrumpit ſtatũ paucorum. Quæcumq; enim ſit multitudo, ſi præſens & vnanimis ſit ſufficiens eſt ad expulſionem diuitum, & corruptionẽ ſtatus paucorum, & maxime ſi populus vnum ex paucorum numero eligat, & ducem faciat, ſicut factũ fuit in Naxo, vbi Ligdam⁹ aſſumptus fuit in Præſidem ex paucorum ſtatu, qui poſtmodum tyrãnizauit ſuper illos Naxeos. Deinde cum dicit.

A d ¶ Ponit ſecundum modũm & dicit, ꝙ in Gnido ciuitate trãſmutata fuit paucorum potentia propter hoc, ꝙ diuites inter ſe fecerunt diſſenſionem. Cum enim pauici eſſent principantes & plures diuites non principantes, fecerunt ſeditionem. Cum. n. pater principaretur & filius non poſſet, mouebat ſeditionem filius contra patrem: iterum cum plures fratres non poſſint principari, ſed ſenior minor mouit ſeditionem aduerſus fratrẽ ſeniorem. Ipſis autẽ diſſentientibus, multitudo grauata propter eorum ſeditionẽ inſurrexit contra illos, & obtinuit, & aſſumpſit ſibi in principem vnum ex illis: cũ enim diuites ſint diuiſi nõ poſſunt obtinere contra multitudinem, nam quod diuiſum eſt propter ſeditionem debile ẽ: omnis enim virt⁹ diuiſa minor eſt ſeipſa vnita, ſimiliter & apud Erithrienſes cũ eſſet ſtatus paucorũ regiarum vrbium antiquitus, quãuis principantes bene regerent illos, qui erant in Repub. tum quiá pauci erant, populus indignat⁹ inſurrexit & tranſmutauit Rẽpubli. paucorum. Deinde cum dicit.

b Vnum quidẽ ſi iniuſta agant in multitudinẽ. Omnis. n. fit ꝑſes ſufficiens. Maxime aũt quãdo ex ipſa Oligarchia accidit fieri præſidẽ, ſicut in Naxo Lygdamus, qui & poſterius tyrannizauit ſuper Naxios.

*Vnum ſi iniuriis afficiant multitudinem, quilibet enim patronus ſufficit, & maxime ſi ex numero paucorũ dux aliquis exiſtat, quemadmodum in Naxo Lygdamus, qui tyrannidem poſtea inuaſit.*

c Habet aũt & qui ex aliis principatus ſeditionis differentias. Quandoq; quidem. n. ex ipſis diuitibus non exiſtentibus aũt in principatibus fit diſſolutio, qñ pauci valde ſiũt qui in honoribus, velut in Maſſalia & in Iſtro, & in Heraclea, & in aliis ciuitab⁹ accidit. Qui. n. non participabant principatibus euacuabant donec tranſmutarent ſeniores prius factũ, poſterius autem minores iterum. Non. n. principãtur alicubi quidẽ ſimul pater & filius, Alicubi autẽ ſenior & iunior frater, Et in eo quidẽ magis politica facta fuit Oligarchia. In Iſtro autẽ ad demũ remiſſa fuit. In Heraclea autẽ ex paucioribus ad ſexcẽtos venit.

B *Habet autem etiam ex aliis initium ſeditionis differentias. Quandoque enim ab ipſis opulentis qui magiſtratibus non honorantur, magiſtratibus ſit diſſolutio, cum perpauci ſint illi, qui dignitates uſurpant, ut in Maſſalienſibus, & in Hiſtro, & apud Heracleã, & in aliis ciuitatibus accidit, Homines enim ab honoribus, excluſi res nouas moliri non ceſſant, quoad ipſi quoque honorentur: primo quidem ſeniores ex fratribus, deinde iuniores, quibuſdam enim locis non ſimul ad Rempub. gubernandam recipiuntur filius & pa-* C *ter. Alicubi uero frater ſenior ac iunior, & ibi paucorum potentia ciuilior eſt; in Hiſtro autem ad popularem recidit, apud Heracleam uero, a paucioribus ad ſexcentos.*

d Tranſmutata autẽ fuit & in Gnido Oligarchia ipſis inſignibus ſeditionẽ facientibus ad ſe ipſos ꝑꝑ paucos participare, & ſicut dictũ eſt, ſi pater filiũ non participare, neque ſi plures fratres, ſed aut ſeniſſimũ. Inſurgẽs enim populus ſeditionẽ agentibus, & accipiens præſidẽ ex inſignibus, inualeſcẽs obtinuit. Debile. n. quod ſeditione diuiſum, & in Erythres autẽ in Oligarchia reginarum in antiquis temporibus, quãuis bene curam habẽtibus iis qui ĩ politia, tamen ꝑꝑ a paucis regi indignatus populus, tranſmutauit politiam.

*Mutata eſt etiam Gnidi paucorum potentia, ſeditione inter nobilitatem ipſam coorta, ex eo quòd pars eorum ab honoribus excludebatur. Siquidem pater filium impediebat, & frater fratrẽ nec niſi qui ſenior foret, honorabatur. Inſurgens enim populus per illorum* D *diſcordiam, ac ducem nactus, ex ipſa nobilitate peruicit, imbecillis enim aduerſa pars erat, & apud Erythrienſes in paucorum gubernatione regiarum urbium antiquis temporibus, licet diligenter curarent qui in gubernatione illarum uerſabantur, tamen quia per pauci erant, non tulit populus, ſed Rempub. mutauit.*

e Mouentur autem Oligarchiæ ex ipſis & propter contentionẽ demagogizantium.

*Mutantur etiam paucorum gubernationes ex ſcipſis propter factiones* E *ipſorum, qui plus poſſe apud populũ uolunt.*

f Eſt. n. Demagogia dupliciter. Hæc quidẽ inter ipſos paucos. Infit. n. Demagogus & ſi omnino pauci ſunt, velut in triginta Athenis qui circa Chariclea habuerunt triginta demagogizantes, & in trecẽtis qui circa Phry

*Hoc autem dupliciter fit. Quandoque enim ſibi aſciſcunt & coniungunt alios ex ipſo numero paucorum, ut Athenis in triginta illis fecit Charicles, & in quadringentis Phrynicus. Quandoque uero ipſi qui ſunt ex paucorum numero, uendicãt ſibi plebem*

c ¶ Proſequitũ aliũ modum, qui eſt propter ſeditionem diuitum inter ſe, & diuiditur in ſeptem ſecũdum ꝙ ſunt ſeptem modi. Secunda, ibi. {Trãſmutata autem fuit &c.} Tertia ibi. {Mouentur aũt Oligarchis &c.} Quarta ibi. {Adhuc autẽ, &c.} Quĩta ibi. {Diſſoluuntur autẽ &c.} Sexta ibi. {Fiunt etiã &c.} Septima, ibi. {Multę autem &c.} In prima dicit, ꝙ prĩcipatus paucorũ potentię patitur ſeditionem ab aliis diuitibus. Contingit enim quandoque ꝙ illi diuites qui nõ ſunt in principatu corrũpãt Rempu. Et hoc accidit quando illi qui principãtur ſunt pauci, ſicut accidit ĩ Maſſalia, & in Hiſtro & in Heraclea, & in quibuſdam aliis ciuitatibus. Contingit enim in illis ꝙ illi diuites qui non principabantur exiuerunt ciuitatem, vel propter iniuriam illatã eis, vel propter inuidiam, & erant extra ciuitatẽ donec poſſent tranſmutare antiquiores fratrum principantes & poſtmodum iuniores, ſimiliter enĩ pater & filius nõ prĩcipabantur, ſed pater tantum vel filius tantum, nec duo fratres ſimul, ſed vnus tantum, videlicet antiquior, & maxime accidebat in illis ciuitatibus, in quibus paucorum patritia illuſtrior erat, & ſic accidit in Hiſtro, vbi propter diſſenſionem diuitum ex prædictis cauſis exortam, mutatus eſt ſtatus paucorum in popularem, & ſimiliter in Heraclea a paucioribus ad ſexcentos propter eandem cauſam tranſmutatus eſt. Deinde cum dicit.

e ¶ Ponit tertium modum, & primo ponit ipſum. Secundo manifeſtat ipſum ibi {Eſt enim Demagogia dupliciter, &c.} In prima dicit ꝙ iterum tranſmutantur paucorum ſtatus quaſi ex ſeipſis a principio intrinſeco, ſcilicet propter diſſenſionem & contemptionem ipſorum, qui & plus poſſe volunt. Deinde cum dicit.

f ¶ Diſtinguit duos modos, quibus præpotentes mutant ſuũ regimen, ideſt paucorum potentiã. In prima dicit, ꝙ hoc qđ dictum eſt, ꝙ ſcilicet potentes propter factiones mutẽt gubernationem paucorum duobus modis fit. Vno modo, quando prædicti potentes adiungunt ſibi alios ex ipſo numero paucorum, quia ſic per huiuſmodi diuiſionem mutant Rempub. ſicut Caricles Athenis fecit, cum eſſent triginta potentes, & Phrynicus cum eſſent quadringenti, ſic enim eos diuidens mutauit eorum ſtatum. Alio modo quando pauci præpotentes cõciliant ſibi plebem, ſicut contigit in Lariſſa ciuitate. In illa. n. principantes habentes cuſtodiam ciuium, quia eligebantur a populo, & colendo plebem regebant ipſam, ſimiliter in aliis gubernatio-

nichum eodē modo, aut quando turbā demagogizant qui in Oligarchia ſunt, velut in Lariſſa ciuiū cuſtodes ꝓpter eligere ipſos vulgus demagogizabāt & in quibuſcunq; Oligarchiis nō iſti eligūt principatus ex qbus principes ſūt, ſed principat⁹ qdē ex honorabilitatibus magnis ſunt ac in ſocietatibus, eligunt autē qui ad arma, vel popul⁹, qđ qui dē in Abydo accidit & vbi prætoria non ex politeumate ſint. Demagogizantes aūt aduerſus iudicia tranſmutant politiam, quod quidē & in Heraclea quæ in Ponto, factum fuit.

G g Adhuc autem, quādo aliqui ad pauciores trahunt Oligarchiam. Qui enim quærūt quod ęquale, coguntur inducere populum adiutorem.

H h Fiunt autem tranſmutationes Oligarchiæ & cum conſumpſerit propria uiuentes impudice, etenim qui tales innouare q̄runt, & aut tirānyde pręferūtur ipſi, aut diſponunt alium, ſicut Ipparinus Dionyſiū in Syracuſis, & in Amphipoli, cui nomen erat Cleotinus aduenas Chalcideorū induxit, & cū veniſſent, ſeditioſe mouit ipſos aduerſus diuites, & in Aegina qui actionem ad Charetam egit conatus eſt tranſmutare politiam ꝓpter talem cauſam. Quandocunque quidē igitur mox conatur mouere aliqd, quandoq; aūt furantur cōmunia: vnde ad ipſos ſeditiones agūt, aut iſti, aut qui pugnant aduerſus iſtos fures, qđ quidem accidit in Appollonia, ea quæ in Ponto.

I i Concors aūt Oligarchia non facile corruptibilis ex ſe ipſa, ſignum aūt quæ in Pharſalo politia. Illi .n. pauci exiſtentes multorum domini ſunt, quia vtuntur ſe ipſis bene,

K k Diſſoluuntur autem & quādo in oligarchia alteram oligar-

*ut apud Lariſſam nobilitas plebem colebat, ex eo quia per plebem fiebat electio magiſtratus illius, qui cuſtodia Reipub, uocabatur, & in quibuſcumque gubernationibus paucorum, non illi ipſi eligunt ad magiſtratus, qui & gerere illos poſſunt, ſed ex cenſibus magnis tribuuntur, uel ex aliquo corpore. Electio tamen eorum per ciues fit, uel per plebem, ut Abydi, & ubi iudicia non ſunt ex his, qui Rempubl. gubernant colendo plebem, quo eorū ſuffragia promereantur, Rempub. mutant, ut apud Heracleam contigit, quæ eſt in Ponto.*

*Quod idem accidit quando in gubernatione paucorum quidam exiſtentes, ad pauciores etiam Rempub. trahunt. Pares enim cæteris eſſe quærentes, compelluntur populum in ſui auxilium adhibere.*

*Fiunt etiam mutationes in gubernatione paucorum, quando prodigaliter uiuentes qui gubernant, per luxuriam patrimonia conſumpſerunt, optant .n. res nouas huiuſmodi homines, Tyrannidemque uel ſibiipſis, uel alteri affectant, quemadmodum Hipparinus Dionyſium Siracuſis, & Amphipoli Cleotimus, Chalcidenſes colonos ſuperinduxit, & cum ueniſſent ſeditionē cum illis contra diuites fecit, & in Egina qui negocium illud Chareti Athenienſi confecerat, res nouas molitus eſt, propter huiuſmodi cauſam. Hi ergo homines conſumptis patrimoniis, aut res nouas commouent, aut Rempub. furtis expilant. Itaque ſeditiones aut ab ipſis, aut ab illis concitantur, qui eorum furta nō tollerant, ut Apoloniæ, quæ eſt in Ponto accidit.*

*Concors uero ſi ſit paucorum gubernatio ex ſeipſa non facile interiit, huius ſignum eſt apud Pharſalum urbem Reipu. ſtatus, pauci ſiquidem in ea ciuitate gubernatores multorū ſunt domini, qui ipſi inter ſe recte ac debito more ſe gerunt.*

*Euertuntur etiam quando in paucorum gubernatione aliam paucorum*

gubernationibus paucorum in quibus ipſi potentes, qui poſſūt gerere magiſtratum non eligunt ſeipſos ad magiſtratus: ſed permittitur ciuibus electio, vel plebi; ita tamen ꝙ ſecundum magnos cenſus vel ex determinato alio genere fiat electio: vt Abydis, & ſimiliter ipſi qui rempu. gubernant non iudicant: ſed hoc permittunt plebi eā colendo. Vt igitur eorum ſuffragia promereri poſſent: cum & electio & iudicia ad plebem ſpectent, nimium fauētes populo rempu. mutabūt; videlicet ex paucorū potentia in popularem, vt apud Heracleam cōtigit quæ eſt in Ponto. Deinde cū dicit.

g ¶ Ponit quartum modū: & diuiditur in tres. In prima ponit modum illum. In ſecunda oſtendit quando maxime corrumpitur paucorum ſtatus ibi. {Fiūt ēt &c.} Tertio quæ paucorū potentia non de facili corrumpitur ibi. {Concors autē &c.} In prima dicit quòd paucorum ſtatus contingit corrūpi ex ſe, quādo ſunt aliqui diuites principātes, & principat⁹ reducitur ad pauciores; ita ꝙ pauciores principentur quàm prius, tunc enim diuites qui expelluntur a principatu, videntes ſe contemni, volentes magis æquale & proportionale quàm quod alijs ſint ſubiecti, conuocant populum in auxiliū, & tunc tranſmutant rempublicā. Deinde cum dicit.

h ¶ Oſtendit quādo maxime corrūpitur ſtatus, & dicit ꝙ contingit ſtatum paucorum tranſmutari, maxime ſcilicet quando diuites cōſumpſerūt bona ſua viuēdo impudice & inhoneſte. Cum enim aſſueuerunt viuere delitioſe conſumētes propria, nō habētes diuitias, appetunt vndecunq; habere eas, vt poſsint cōtinuare delitias aſſuetas. Credunt autē ſe poſſe habere diuitias: ſi turbent rempub. & ideo quærunt & procurant innouare rempu. & tunc cōtingit ꝙ iſti præferātur & principentur tyrannizantes, quia enim cōſumpſerunt bona ſua viuendo voluptuoſe cum alijs, contingit ꝙ habeant amicos: amantur enim maxime liberales viuēdo & expēdēdo. Et iō contingit cū turbāt Rēpu. ꝙ habeāt amicos fautores & pręficiūtur, ſi aūt nō poſſint præfici in tyrannum, procurant & diſponunt ꝙ alius ſit princeps, vt per hoc acquirentes amicitiam illius, poſſint habere quid expendant: ſicut accidit in ciuitate Syracuſanorum. Hipparinus enim cum conſumpſiſſet bona ſua, & non poſſet præfici in principem, procurauit ꝙ Dionyſius tyrannizaret: Et in ciuitate quæ dicitur Amphipolis, quidam cui nomen erat Cleotinus calcidiētes aduenas induxit & mouit ſeditionē cōtra diuites; ſimiliter in Egina ciuitate, cū quidā mouiſſet cauſam contra Charetem, cum conſumpſiſſet bona ſua, conatus eſt tranſmutare rempub. propter eandem cauſam, vt ſcilicet poſſet habere diuitias ex quib⁹ delitioſe uiueret, conātur ergo iſti tranſmutare rempub. ſecundum hunc modum, vt mox poſſint, & ſi non poſſunt præfici in tyrannos, nec procurare aliquem aliū: furantur, & rapiunt bona communia, & ideo faciunt ſeditiones vel iſti, vel iſti q pugnant contra illos fures & raptores, ex quo contingit mutare rempub. ſicut accidit in Apollonia, quę eſt in Pōto, ibi enim cum quidam cōſumpſiſſet bona ſua, & non poſſet præfici in tyrannū, nec procurare ꝙ alius eſſet, incepit rapere & furari bona communia, & tunc mota fuit ſeditio in ciuitate. Deinde cum dicit.

i ¶ Oſtēdit, qui paucorum ſtatus non de facili corrumpitur, & dicit ꝙ ille ſtatus paucorum non de facili corrumpitur, in quo diuites ſunt concordes ex ſe, & bene utūtur omnibus quæ ſunt reipu. vnoquoque ſecundum gradum ſuum. Signum autē dicit eſſe rempub. quæ erat in ciuitate quæ dicebatur Pharſalum, illi enim qui ibi dominabantur pauci erant, & multorum erant domini, vnde bene vtētes ſeipſis vnicuique attribuebant qđ proportionabile erat, qa tales vniuntur in voluntate finis, & in voluntate eorum, quæ ſunt ad finem & vnū finem intendunt, & ea quæ ſunt ad illum finem. Rempub. aūt taliū nō eſt facile corrūpere, & dicit ex ſeipſa, qa ab exteriori agēte pōt corrumpi. Deinde cum dicit.

K ¶ Ponit quintum modum, & diuiditur in duas. In prima ponit modum illum. In ſecunda declarat quando fit tranſmutatio paucorum potentiæ ſecundum hunc modum, & alios magis ibi. {Fit autem tranſmutatio} In prima dicit quòd contingit aliquando paucorum ſtatum tranſmutari, quando fit tranſmutatio a ſtatu paucorum aſſueto ad alium magis communem & paucorum. Hoc autem contingit quando ſunt pauci principantes,



chiā inducunt, hæc autē eſt quādo toto politeumate pauco exiſtente, maximis principatibus non participant qui pauci omnes, quod quidem in Elide accidit aliquando, politia enim per paucos exiſtente ſenum, pauci omnino fiebant, propter perpetuos eſſe nonaginta exiſtentes

B & propter electionem poteſtatiuam eſſe & ſimilem ei quæ in Lacedæmonia ſenum.

l Fit autem tranſmutatio Oligarchiarum & in bello & in pace. In bello quidem propter diſcredentiam ad populum, militibus coactis vti, cuicumque .n. manus iniecerūt, iſte ſępe fit tyrannus, ſicut in Corintho Timophanes, ſi autem plures iſti amplius acquirunt potētatum.

C qui autem hoc formidant tradunt multitudini politiæ, quia compelluntur populo vti.

m In pace autem propter diſcredentiam adinuicem immittunt cuſtodiā militibus & principante Meſidio qui aliquando fit dominus amborū, quod quidem accidit in Lariſſa in principatu Aloadorum circa Samum & in Abydo in ſodalitatib⁹ quarum vna erat quæ Iphiadæ.

D n Fiunt autem & ſeditiones & ex circunueniri alios ab alijs ipſorum qui in Oligarchia, & ex diſſidere penes nuptias vel ſentētias, puta ex nuptiali quidē cauſa, quæ pri⁹ dictæ, & Oligarchiā quæ in Eretria equeſtrium Diagoras diſſoluit iiuſta paſſus circa nuptias. Ex iudicio autē prætorii quæ in Eraclea ſeditio facta fuit, & in Thebis ex cā adulterii, iuſte quidem, ſeditionaliter autem facientibus punitio-

E nem, iis quidem in Eraclea contra Euritionem, iis autē qui in Thebis contra Archiū, vicerūt .n. ipſos inimici, quare exceperunt in foro in Cyphone.

o Multæ autem & propter valde deſpoticas eſſe Oligarchias

A *gubernationem efficiunt, id eſt, quando eorum ad quos pertinet gubernatio Reipu. qui pauci ſunt ſelectio quædā fit: neque habilitas eſt oībus ad maximos magiſtratus dignitateſq; poſſe aſſumi. Q đ apud Elidē vrbē quādoq; contigit, nam cū paucorū eſſet gubernatio Reipub. admodū pauci eorū ad ſenatoriū ordinē, quæ erat ꝑpetua dignitas, peruenire poterant, ob id quod erat potentium hic ordo, ac perſimilis Lacedæmoniorum ſenatui.*

*Fit autē mutatio gubernationis paucorum, & in bello & in pace. In bello quidem, quòd populo diffidentes cōducto milite uti compelluntur, & qui illis præficitur ſæpe tyrannus euadit, ut Corinth. Timophanes, quod ſi plures præficiuntur ipſi ſibi potentiam parant. Interdum uero iſta formidantes qui regunt populum, recipiunt ad Reipub. communionem, quoniam neceſſitas cogit populo uti.*

*In pace autem propter diffidentiā quam inter ſe habent conductis militibus cuſtodiam tradunt, præficiuntque illis uirum aliquem, qui ad neutram partem magis inclinare uideatur. At iſte ſæpe fit dominus partis utriuſque, quod accidit in Lariſſa urbe Aleuadēſibus Rempub. apud Samum tenentibus, & apud Abydum tempore ſodalitatum, quarum una erat Iphiadi.*

*Oriuntur etiam ſeditiones per excluſionem aliorum ab aliis factam, eorum ipſorum, qui ſunt in paucorum gubernatione, quando de nuptiis, uel de iudiciis concertant, quemadmodum de nuptiis ſupra diximus. Et in Eretria paucorum gubernatio equitum ſublata eſt per Diagoram, qui affectus iniuria fuerat ex nuptiis. Ex iudicio autem apud Heracleā ſeditio extitit, & Thebis ob adulterii iudicium. Atqui utroq; in loco nō iniuſta fuerat accuſatio, ſed ꝑ factionem pœna nimis exaſperata, apud Heracleā quidem aduerſus Euectionē. Thebis uero aduerſus Archiū, quem inimici peruincentes, in foro ligari, ac ceruicem eius anulo ferreo includi fecerunt.*

*Sępe etiam paucorum gubernationes diſſolutæ fuerunt ob nimiam domi*

principantes, & ſint alii viri diuites & inſignes, qui non participant principatibus. Videntes enim quòd nō attingunt ad principatum, reputant ſe contemptos: & ideo mouent ſeditionem, & reducunt illum paucorum ſtatum ad communiorem magis, in quo plures diuites quàm prius principantur, ſicut accidit in Elide ciuitate, Reſpu. enim ipſorū regebatur per paucos. Cuius ratio poterat eſſe, qa illi qui erant principaliores in Reipu. regimine, erant tantum nonaginta, & principatus eorum perpetuus erat. Et iterum aliquo decedente, alii habebant poteſtatem aliū eligendi. Vnde frequentius eligebant amicos & notos, ſicut fiebat in Repu. Lacedæmoniorū, de qua dictum eſt in Secundo huius, propter ꝙ alii videntes ſe contemptos, mouerunt ſeditionem, & mutauerunt Remp. in magis communem ſtatum paucorum. Deinde cum dicit.

l ¶ Declarat, quando fit magis traſmutatio, & primo declarat quòd fit tempore belli. Secundo quòd fit tempore pacis, ibi (In pace autem.) In prima dicit ꝙ tranſmutatur paucorū ſtatus tempore belli, & tempore pacis: & tempore belli ꝓpter hoc quòd diuites diffidunt de multitudine. Multitudo enim inuidet diuitibus, & reputat ſe contemni propter hoc quòd nō reputatur ab eis. Ipſi autem contempti odiūt eos. Vnde rationabiliter hoc præſentientes, diffidunt de eis, & tamen oportet quòd ipſi militantes contra aduerſarios vtantur multitudine habente potentiam. Cogitant etiā quòd quemcumque multitudo eleuauerit in principem ſibi dans poteſtatem eidē, ille principabit, ſicut accidit ī Corintho quòd multitudo inſurrexit & aſſūpſit ſibi vnum tyrannum cui nomen erat Timophanes, & iſte fuit princeps illorū. Si autem plures aſſūpſerit, iſti magis erūt domini, & facili⁹ maiorem habentes poteſtatem, & quia diuites timent iſta tradunt dominium Reipub. multitudini, ne totum amittant, propter enim bellum oportet eos vti multitudine, poſſet enim contingere ꝙ aduerſarii præualerent & quòd amitterent poſſeſſiones ſuas. Deinde cū dicit.

m ¶ Declarat, qualiter corrumpitur tempore pacis, & dicit ꝙ tempore pacis corrumpitur paucorum ſtatus propter diſſidentiam diuitum adinuicem: quia enim diuites diffidunt de ſe inuicem, muniunt ſe ponendo cuſtodiam multam in munitionibus contra inuicem, & tunc contingit quòd populus grauatus propter diſſenſionem ipſorum inſurgit contra ipſos, & contingit ꝙ aſſumit vnum, & ille fit princeps, & dominus diuitum & populi, ſicut in Lariſſa ciuitate accidit in principatu Aleuadēſium: & circa Abydū ſocietatem in ciuitatibus, quarū vna fuit eorū q dicunt Iphiadi, dicti a loco illo, vel regione diſſentiētibus diuitibus inſurrexit populus, & fecit vnum præſidem. Deinde cum dicit.

n ¶ Ponit ſextum modū. Et dicit quòd fiūt ſeditiones, & trāſmutationes paucorū potētiæ propter hoc, quòd illi qui principātur circumueniūt alios, cū enim populus videt ſe deceptū a diuitibus, indignat̄, & mouetur cōtra ipſos faciens ſeditionē, & contingit ꝙ tranſmutet Rempu. illā. Similiter fit tranſmutatio ꝑꝑ diſſenſiones quę fiūt ꝑꝑ nuptias, vel iudicia: ꝑꝑ diſſenſiones quidem, quæ in nuptiis fiunt, de quibus dictū eſt pri⁹, ꝙ cum quidā deſpōſaſſet quandam nolens eā accipere, ductus conſilio cuiuſdā contigit ꝙ ſeditio facta fuit. Similiter paucorum potentia quæ erat in Eretria ciuitate Diagoras princeps equeſtrium diſſoluit ꝑꝑ iniuriam ſibi illatam circa nuptias. Similiter i ciuitate Heraclea facta fuit ſeditio ꝑꝑ ſententiā datam a iudice contra quendam. Similiter Thebis fuit ſeditio ꝓpter quoddam iudiciū adulterii. Et quāuis ille iuſte mouerē tur, tamen mouebātur ſeditionaliter per ſeditionem faciendo violentiam, ſicut & ī Heraclea ciuitate, qdam moti fuerūt cōtra quendam, cui nomen erat Euectio. Et quamuis iuſte mouerentur, tamē ſeditionaliter mouebantur. Similiter in Thebis ciuitate quidā moti fuerunt circa Archiū quendā, contendebant .n. cum inimicis & volebant inimici ipſorum, ꝙ ligaretur in foro, & quàmuis iſti mouerentur iuſte, tamen mouebantur ſeditionaliter. Deinde cum dicit.

o ¶ Ponit ſeptimum modum. Et dicit ꝙ aliquando corrumpitur ſtatus paucorum, quia valde dominatiuus eſt, & principantes

pantes domini, quia enim volunt vti ſubditis, ſicut ſeruis, con- F tingit eos contriſtari & inſurgunt contra eos & aſſumentes ſibi vnum ex illis expellunt alios & corrumpunt paucorum potentiam, ſicut corrupta fuit paucorum potentia, quę fuit in Gnido & illa quæ erat in Chio, quia principantes volebant vti eis ſicut ſeruis, propter quòd inſurrexerunt, & mutauerunt Rem publicã. Deinde cum dicit.

p ¶ Declarat, qualiter corrumpitur ſtatus paucorum per accidens. Et dicit quòd ſtatus paucorum, & Reſpub. transſmutantur quandoq; ab euẽtu, & ſecundum accidens. Et hoc contingit, quando illi qui principantur principatu conſiliatiuo vel iudicatiuo, ſecundũ aliquam honorabilitatem determinatam principantur, puta cum determinatur quantitas diuitiarũ, quam habentes licitum eſt attingere ad principatum. Contingit enim aliquando, vbi determinata eſt & ſtatuta honorabilitas ſecundum quam principãtur & in ſtatu paucorum pauci, & in Repub. medii, poſtmodum multos vel omnes venire ad illam honorabilitatem, & hoc exiſtente fælicitate, vel propter pacem, vel propter aliã bonam fortunam, ita vt omnes digni ſint omnibus principatibus, omnibus autem principantibus ſit ſtatus popularis, quare tranſmutatur ſtatus paucorum in popularem ab euentu. Similiter eſt de Republica. Hæc autem tranſmutatio quandoque ſit paulatim & latenter, quandoque autem celeriter. Deinde cum dicit.

q ¶ Recapitulat, & dicit ꝙ propter iſtas cauſas quæ dictæ sũt, paucorum ſtatus trãſmutantur, & ſuſtinẽt ſeditiones. Vlterius dicit ꝙ ſtatus popularis tranſmutatur ĩ ſtatum paucorũ, quãdoque vero econtrario. Aliquando vero non eſt tranſmutatio Reipub. in aliam Rẽpubl. ſecundum genus, ſed ſecundum ſpeciem aliam, vel modum illius, velut quãdo ſtatus popularis in quo dominatur aliquis ſecundum leges tranſmutatur in illum in quo dominatur tota multitudo, vel aliqui ſecundum ſententias & voluntates, non ſecundum leges. Similiter ſe hábet de paucorum potentia,

ab iis qui in politia contriſtatis diſſolutæ ſunt, ſicut quæ in Gnido & quæ in Chio Oligarchia.

p Fiunt autẽ & ab euentu tranſmutationes, & vocatæ politiæ, & Oligarchiarũ, in quibuſcumque ab honorabilitate conſiliãtur & iudicant & principatibus principantur. Sępe.n. primo ſtatuta honorabilitas ad præſentia tẽpora vt participent in Oligarchia quidẽ pauci, in politia aũt medii facilitate facta pp pacem vel pp aliã aliquam bonam fortunã accidit eaſdẽ poſſeſſiones fieri dignas multiplicata honorabilitate, vt oẽs omnibus participent, quandoq; quidẽ paulatine & ſecundũ modicum facta H tranſmutatione & latẽter, quãdoque autem & celerius.

q Oligarchiæ quidẽ igitur tranſmutãtur & ſeditiones ſuſtinẽt propter tales cauſas. Totaliter autem & Democratiæ & Oligarchię tranſeunt, aliquando nõ in cõtrarias politias, ſed in eas quę in eodẽ genere, puta ex legibus Democraticis & Oligarchicis ĩ eas q̃ dominæ, & ex iis in illas.

LECTIO VI. I

IN Ariſtocratiis autem fiunt ſeditiones hæ quidem propter paucos participare honoribus, qđ quidem dictum eſt mouere & Oligarchias propter Ariſtocratiã eſſe aliqualiter Oligarchiam. In ambabus enim pauci qui principantur non tamen propter idẽ pauci, quoniã videtur propter hoc & Ariſtocratia Oligarchia eſſe, maxime autem hoc accidere neceſſariũ quando fuerit multitudo aſtutorum tamquam ſimilis ſm̃ virtutẽ, velut in Lacedæmonia qui dicebãtur Partheniæ, ex ſimilibus erant, quos deprædãtes cum inſidiati fuiſſent emiſerunt Tarentũ inhabitare. K

*nationem, non probantibus quibuſdã ex ipſis qui gubernabant huiuſmodi exceſſum, ut accidit his qui apud Gnidum & apud Chium per paucorũ potentiam gubernabant.*

*Fiunt etiam caſu mutationes illis, quæ uocantur Reſpub. & gubernationes paucorum, ubicumque a cenſu ſumuntur ad deliberandum, & iudicandum, & ad cæteros magiſtratus. Sæpe enim conſtitutus primo cenſus ad præſens tempus, ut participent, in paucorum quidem gubernatione pauci, in Repub uero medii fælicitate aliqua ſuperueniente, uel per pacem uel per aliam cauſam, contingit eaſdem poſſeſſiones multo maioris prætii fieri, ita que omnes efficiuntur habiles ad cunctos Reipub. gradus, dignitateſque ſuſcipiendas. Idque contingit interdum ſenſim & latenter, interdum celerius.*

*Paucorũ igitur gubernationes mutantur & ſeditionem recipiunt per huiuſmodi cauſas, omnino autem & popularis ſtatus, & paucorum potentiæ conuertuntur. Interdum non in contrarias ſpecies ſed in eas quæ ſunt proprii generis, ceu ex inſtitutis popularibus & paucorum, in ipſa propria, & ex illis rurſus in iſta.*

*LECTIO VI.*

*IN optimatibus autem ſeditiones fiunt. Interdum quidem ex eo ꝙ pauci ſint bonorum participes, quod in paucorũ gubernatione diximus ſeditionem mouere. Nam & optimatum gubernatio, quodam modo paucorum eſt. In utraque enim pauci gubernant. Non tamẽ propter idem pauci, cum uideatur propterea optimatũ gubernatio eſſe paucorum, maxime uero id accidere neceſſe eſt, quando ſit multitudo aliter ſentientium, quaſi ſimilis ſecũdum uirtutẽ, uelut apud Lacedæmonios hi qui Partheniæ nuncupabantur. Ex ſimilibus enim erant, quos depræhenſos res nouas moliri in Coloniam Tarentum miſere.*

LECTIO VI.

POſtquàm Philoſophus determinauit cauſis ſeditionis & tranſmutationis ſtatus popularis & paucorũ, nunc determinat cauſas ſeditionis & tranſmutationis optimarum & Reipub. diſtinctæ contra alias. Et diuiditut in duas. In prima facit quod dictum eſt. In ſecunda concludit quiddam commune omnibus, ibi. {Omnes autẽ ſoluunt &c.} adhuc prima in duas. In prima aſſignat cauſas huiuſmodi tranſmutationis. In ſecunda declarat propter quã cauſam quandoque latẽt huiuſmodi tranſmutationes, ibi. {Maxime autem latẽt &c.} prima in duas, quia duo erant modi optimatum, vnꝰ ſimplex, alter mixtus. Primo declarat cauſas & prĩcipia ſeditionis, & tranſmutationis ſimplicis ſtatus optimatum. Secundo mixti & cum hoc Reipub. ibi. {Soluitur autem maxime &c.} Prima in quinque ſecundũ, quòd ponit quinque modos quibus fit ſeditio, & tranſmutatio ſimplicis ſtatus optimatum. Secunda, ibi. {Aut quando aliqui &c.} Tertia, ibi {Aut quando virilis &c.} Quarta ibi. {Adhuc autem quando.} Qinta ibi. {Adhuc ſi quis magnus &c.} In prima dicit, quòd in ſtatu optimatum fiunt ſeditiones quãdoque, qa pauci ſunt honorati & principãtes principatu, quod quidem mouebat ſeditionẽ, vt dictũ eſt in ſtatu paucorum, ſtatus optimatum aliqualiter eſt ſtatus paucorũ. Eſt autem ſtatus paucorũ, quia ĩ vtraque pauci principantur: non tamen propter eandem dignitatem pauci ſunt principantes in vtraque, quia in paucorũ ſtatu ꝑpter hoc pauci ſunt principantes: quia principãtur propter diuitias. Pauci autem ſunt diuites, in ſtatu optimatum autem principantur propter virtutem, pauci autem virtuoſi ſunt, id eo vtrobique pauci ſunt principantes. Contingit autem maxime huiuſmodi fieri ſeditiones, quando ſunt multi aſtuti, & quaſi ſimiles virtuoſis, quia enim aſtuti ſunt, poſſunt inuenire diuerſas vias ad malum finem, propter quod ſciunt & poſſunt mouere ſeditiones, ſicut accidit in Lacedæmonia, quidam enim dicti Partheniæ, ideſt, honeſti, ſimiles exiſtentes virtuoſis propter apparentiam temperantiæ, quia non participabant principatu, procurauerũt ſeditionem,



ſeditionem, quod alii aduertentes, eos comprehendentes rele- A gauerunt a ciuitate, mittentes eos in Coloniam Tarentum, & ibi inhabitarunt. Deinde cum dicit.

b ¶ Ponit ſecundum modum dicens, ꝙ aliquando contingit fieri ſeditionem, quando aliqui magni & non minus virtuoſi q̃ principãtes inhonorantur a principantibus aliis inhonorationibus non decentibus eos. Indignati enim mouẽt ſeditionem, ſicut Lyſander cum eſſet magnus & non minor q̃ alii prĩcipantes, cum inhonoraretur a regnantibꝰ mouit ſeditionẽ. Deinde cum dicit.

c ¶ Ponit tertiũ modum. Et dicit, ꝙ iterum fit ſeditio in ſtatu optimatum & trãſmutatio quando eſt aliquis virilis & prudens, qui ſecundum ſuam eſtimationem non participat principatu. Talis enim reputans ſe contemptũ mouet ſeditionem, ſicut Cynadon, qui cũ eſſet ſubditus Ageſilao, virilis exiſtens, ordinauit ꝙ inſurrectio fieret cõtra Sparciatas, & hoc modo eos opprimere tentauit.

d ¶ Ponit quartum modum dicens, ꝙ aliquando fit ſeditio in ſtatu optimatum qñ aliqui ſunt valde pauperes, alii valde diuites. Tunc enim contingit ꝙ pauperes inuidẽtes diuitibꝰ, mouent ſeditionem contra illos, & hoc maxime fit tempore belli, propter quod contingit fieri vt frequẽtius ſeditionẽ, ſicut accidit ĩ Lacedæmonia ſub bello contra Meſſinenſes. Pauperes enim tribulati, ꝓpter paupertatem ex bello contingentem mouerunt ſeditionẽ contra diuites, & voluerunt regionem facere æqualem. Hoc autem dicit eſſe manifeſtũ ex dicto Thirtei poetæ, qui hoc dixit in poeſi dicta bona diuiſio. Deinde cum dicit.

e ¶ Ponit quintum modum, & dicit ꝙ ſi ſit aliquis magnus, vel ſecundum genus, vel ſecundum diuitias, vel virtutem, & poſſit, & adhuc aptus ſit fieri maior, & non habeat monarchiã, mouet ſeditionem. Cum enim iſte ſit magnus & potens & reputet ſe maiorem aliis, ſi non principetur, reputat ſe contemptũ, & tunc mouet ſeditionem, ſicut accidit in Lacedęmonia, Pauſanias.n. qui fuerat dux belli aduerſus Medos, & Hanno apud Carthaginenſes cum eſſent magni, & non principarentur, mouerunt ſeditionem. Deinde cum dicit.

f ¶ Determinat cauſas & principia ſeditionis & tranſmutationis optimatum Reipub. mixtæ, & cum hoc Reipub. Et diuiditur in duas, ſecundum ꝙ aſſignat duos modos. Secunda, ibi. {Adhuc autem &c.} Prima in duas. In prima tangit modum il-

lum. In ſecunda oſtendit in quam Rempub. maxime fit huiuſmodi tranſmutatio, ibi. {Totaliter autem, &c.} Adhuc prima in duas. In prima tangit cauſam ſecundum quam habet fieri ſeditio ſecundum iſtum modum. Secundo manifeſtat illam, ibi. {Principium enim &c.} In prima dicit, ꝙ corrumpuntur Reſpub. & etiam optimatũ ſtatus propter tranſgreſſionem iuſtitię quæ eſt in Republ. Et ratio huius eſt, quia Reſpu. ſaluatur propter mutuã communicationem, ſecũdum aliquam ꝓportionem. Huiuſmodi autem communicatio ſecundum ꝓportionem iuſtitia ę, quare Reſpub. ſaluatur iuſtitia exiſtẽte. Si ergo fiat tranſgreſſio, corrumpitur. Deinde cum dicit.

g ¶ Manifeſtat cauſam iſtam, & dicit, ꝙ cauſa & principium quare fit tranſgreſſio iuſti in optimatũ ſtatum, & in Repu. eſt, quia nõ bene mixtæ ſunt ex illis, ex quibus natæ ſunt miſceri, puta Reſpu. non eſt bene mixta ex potentia paucorum, & populari ex quibus componitur. Optimatum vero non eſt bene mixta ex prædictis ſcilicet, paucorũ ſtatu & populari, & cum hoc ex virtute. Maxime autem declinant a iuſto quando non bene mixtæ & proportionatæ sũt quãtum ad duo iſtorum. Dico autẽ iſta duo, paucorũ, & popularem, Reſpub.n. ſunt maxime ex iſtis duabus mixtæ, ſimiliter & multę optimatum. In hoc enim differunt Reſp. ab optimatũ ſtatu, quia Reſpu. ſunt mixtæ tantum ex duobus prædictis, optimatũ ſtatus autem ex eiſdem & ex virtute, quamuis quędã magis ex illis duobus. Et propter hoc ꝙ Reſpub. & optimatum gubernationes ſunt mixtæ ex iſtis, & magis inclinantur ad vnum q̃ ad aliud, manifeſtũ ꝙ quædam ſunt manſiuæ magis, quædam minus. Illæ enim q̃ melius mixtæ ſunt, magis continuari poſſunt q̃ quæ minus. Sicut enim in naturalibus mixtum ex aliquibus, quanto meliꝰ mixtum eſt, tanto plus conſeruatur in eſſe, & quanto peius mixtum eſt & magis inclinatur ad alterum miſcibilium, tanto minus, ſic eſt in Rebuſpub. Illæ enim quæ benę mixtę ſunt, manſiuæ ſunt magis, & quæ malæ, minus. Illas autem Reſpu. quæ declinant ad ſtatum paucorum, vocant aliqui optimatum ſtatum, quia in vtraque fit diſtributio principatus ſecundum excellentiam & dignitatem aliquam virtutis & nobilitatis, & in vtriſque pauci principantur. Et ideo illæ, quæ inclinant ad ſtatus paucorum, dicuntur ſtatus optimatum, illæ Reſpu. quæ declinant ad multitudinem, Reſpub. cõmuni nomine dicuntur.

b Aut quando aliqui inhonorantur magni exiſtentes & nullo minores ſecundum virtutem ab aliquibus honoratioribus, velut Lyſander a regibus.

c Aut quãdo virilis aliquis exiſtens non participat honoribus velut Cinadon qui ſub Ageſilao B ſtatuit inſurrectionem in Spartiatas.

d Adhuc quando ii quidẽ egẽt valde, ii autem abundant, & maxime hoc fit in bellis. Accidit autem hoc & in Lacedæmonia ſub Meſenaico bello. Palam autem hoc ex Tyrtei poeſi vocata eunomia. Tribulati enĩ quidem propter bellum, voluerunt æque partialem facere regionem.

e Adhuc ſiquis magnus fuerit, C & potens adhuc maior eſſe vt monarchizet, ſicut in Lacedæmonia videt̃ Pauſanias qui fuerat dux exercitus in medio bello, & in Carchedone Annon.

f Soluuntur autem maxime politię & Ariſtocratiæ, propter eã quæ in ipſa politia iuſti tranſgreſſionem.

g Principiũ enim id quod eſt, non eſſe mixta bene. In politia quidem Democratiã & Oligarchiam, in Ariſtocratia autẽ hæc D & virtutem, maxime autem ipſa duo. Dico autem duo demũ, & Oligarchiam, hæc autem politiæ tentant miſceri, & multæ vocatarum Ariſtocratiarũ, differunt enim a nominatis politiis Ariſtocratię hoc, & propter hoc ſunt hæ quidem minus, hæ autem magis manſiuæ ipſarum. Declinantes enim magis ad Oligarchiam Ariſtocratias vocant, eas autem quæ ad multitudinẽ E politias. Propter quod quidem ſecuriores tales aliis ſunt. Valẽtius enim quod plus & magis

*Vel quando aliqui inhonorantur cum ſint magni, & nihilo inferiores uirtute quàm illi qui honores capiunt, quemadmodum Lyſander a regibus.*

*Vel quando uir fortis et magni animi non ſit particeps honorum, quemadmodum Cinadon ille, qui coniuratione facta ꝑ Ageſilai tempora, Sparciata opprimere tentauit.*

*Præterea, cum alii paupertate nimia præmuntur, alii diuitiis abundant, quod maxime in bello contingit, & accidit hoc Lacedæmoniis Meſſinenſi bello. Oſtendit hoc etiam Tyrtæus poeta in illo carmine quod inſcribitur Bona diuiſio. Exhauſti enim quidam per id bellum, ac pauperes facti cenſebãt agros æqua portione ciuibus eſſe diuidendos.*

*Inſuper ſiquis magnus, & potens etiam maior fieri, ac ſolus dominari uelit, ut apud Lacedæmonios uidetur Pauſanias ille feciſſe, qui dux belli aduerſus Medos fuit, & apud Carthaginenſes, Hanno.*

*Diſſoluuntur autem maxime & Reſpub. & optimatum gubernationes, propter tranſgreſſionem iuſtitiæ in ſe ipſis factam.*

*Huius autem origo eſt, non bene temperatam ſimul eſſe ac permixtã, in Repu. quidem, popularem gubernationem & paucorum. In optimatibus uero iſta ſimul atque uirtutem maxime illa duo, popularem dico atque paucorum. Hæc enim & Reſpu. conãtur miſcere, & multæ illarũ quæ optimates uocantur. Differunt enim optimates ab illis, quæ appellantur Reſpubl. in hoc, & ob id ſunt aliæ earum minus, aliæ magis durabiles. Illas enim quæ magis declinant ad paucorum potentiam, optimates appellant, illas uero quæ ad multitudinem, Reſpu. uocant. Quapropter tutiores ſunt iſtæ quàm aliæ. Fortius enim eſt id quod plus poteſt, ac magis acquieſcunt,*

Ex

Ex quo manifeſtum eſt ꝙ Reſpub. communi nomine nominata ſecurior eſt q̃ ſtatus paucorum & q̃ ſtatus optimatum. Et aſſignat duplicem rationem, vna eſt, quia in Repu. multitudo dominatur, ſed in ſtatu paucorum & optimatum, pauci; plus autẽ poteſt multitudo q̃ pauci, & fortior eſt, & ideo magis poſſunt conſeruari q̃ aliæ. Alia ratio eſt, quia in Repub. magis fit diſtributio bonorum, & principatuum ſecundum æqualitatẽ q̃ in aliis. In aliis .n. fit diſtributio ſecundum excellentiã quandam. Homines autẽ communiter plus appetunt æquale, & idõ amant plus homines cõmuniter Rempu. q̃ alias, ex quo ſequitur ꝙ plus conſeruatur, & ſecurior eſt q̃ aliæ. Si autem aliqui abundent vel in diuitiis, vel in aliis, ſi Reſpu. ad exceſſum inclinet, ſicut ſtat[9] paucorum ad exceſſum diuitiarum, & ſtatus optimatũ aliqui ad exceſſum generoſitatis, tunc ſequẽtes motum iſtius exceſſus, faciliter iniuriabuntur, volentes ſuperare alios, & tũc fit trãſgreſſio iuſti, qđ erat probandum. Deinde cum dicit.

h ¶ Oſtẽdit, in quas Reſpu. fit tranſmutatio earũdem magis. Et diuiditur in duas. In prima facit quod dictum eſt. In ſecunda manifeſtat dictum per exemplum, ibi. {Accidit autem &c.} In prima dicit ꝙ Reſpub. totaliter aliquãdo tranſmutatur in illam ad quam declinat magis, vtriſq; augentibus quod ſuum eſt, hoc ẽ impetu volentium tranſmutare Rempu. augente inclinationem Reipu. & inclinationẽ Reipub. augentem impetum volentium trãſmutare, ſicut Reſpu. declinat ad ſtatũ popularem, & quandoque in illã tranſmutatur. Similiter ſtatus optimatum ad paucorum ſtatum declinat & in illam tranſmutatur. Si enim in ſtatu optimatum mixto diuites excedant, & fiat diſtributio ſecundum excellentiam diuitiarum, fit ſtatus paucorum. Quandoque vero tranſmutatur in contrarium, ſicut ſtatus optimatum ad popularem, & Reſpub. ad ſtatum paucorum. Cum enim ſtatus optimatum decli net ad ſtatum paucorum, ſi diuites excedant, tunc pauperes videntes ſe grauatos & iniuſta ſuſtinentes, inſurgunt contra eoſdem, & tranſmutant ſtatum optimatum in ſtatum popularem trahentes ad ſe. Similiter Reſpub. tranſmutatur in ſtatum paucorum, quandoque vero in ſtatum popularem. Sola enim illa bene manſiua eſt, in qua obſeruatur æquale ſecundum dignitatem, & traditur vnicuique quod ſuum eſt. Si igitur in Repub. communi nomine dicta, plus attribuatur pauperibus q̃ diuitibus, & diuitibus non attribuatur ſecundum ſuam dignitatem, inſurgunt diuites contra Rempub. & tranſmutant eam in ſtatũ paucorum. Deinde cum dicit.

amant æquale habentes, qui autem in abundantiis, ſi politia det exceſſum, iniuriari quærunt & ſupergredi.

h Totaliter autẽ ad quodcũq; vtique declinauerit politia ad hæc tranſit, vtriſque quod ſuum augentibus, velut politia quidẽ G ad demum, Ariſtocratia autem ad Oligarchiam, vel ad contraria, velut Ariſtocratia quidẽ ad demum, tamquam enim iniuſta patientes trahunt in contrariũ qui magis egent, politiæ autem ad Oligarchiã, ſolum enim mãſiuum quod ſecundum dignitatem æquale & id quod eſt habere quæ ipſorum.

i Accidit autem quod dictum eſt, in Thuriis. Quia quidem .n. H ab ãpliori honorabilitate erãt principatus ad vnius trãſiuit & ad principatiua plura, quia quidem enim regionem totam inſignes poſſidebãt præter legẽ, politia .n. magis Oligarchia erat: Quare poterant ſupergredi, populus autem exercitatus in bello factus fuit valẽtior donec dimitterent regionem quicumq; plus erant habentes.

K Adhuc, quia oẽs Ariſtocraticæ politiæ ſunt Oligarchicæ, I magis plus occupant qui inſignes, velut in Lacedæmonia ad paucos ſubſtãtiæ deueniunt, & licet facere quodcumque voluerint inſignibus magis, & curare de quocumque volunt.

l Propter quod & Locrorũ ciuitas periit ex ea quę ad Dionyſium cura ſingulari, quod in Democratia non vtique fieret, neque vtique in Ariſtocratia bene mixta.

F i ¶ Manifeſtat quoddam dictum per exemplum, ꝙ ſcilicet Reſpu. tranſeat ad Rempu. ad quam declinat. Et dicit, ꝙ illud qđ dictum eſt accidit in Thuriis ciuitate. In illa enim fiebat diſtributio principatus ſecundum quandam honorabilitatem generis vel diuitiarum magnam, ita ꝙ pauci attingebant ad ipſum, & poſtmodum contigit ꝙ mutata fuit, & plures erant principantes, & ꝙ non fiebat diſtributio principatus ſecundum tã tam honorabilitatẽ, ſed ſecundum minorem. Cum inſignes, & diuites principarẽtur, Reſpu. erat magis paucorũ, & ideo poterat facere exceſſum. Poſtmodum cũ populus eſſet exercitatus in bello factus fuit potentior & valentior, & inſurrexit contra illos inſignes & principãtes, & maiores habẽs diuitias, & compellens eos dimittere regionẽ, mutauit Rempub. in ſtatum popularem. Deinde cum dicit.

k ¶ Ponit ſecundũ modum ſeditionis & tranſmutationis ſtatus optimatũ. Et primo ponit illum modum. Secundo manifeſtat per quoddam exemplum, ibi. {Propter quod & Locrorum &c.} In prima dicit, ꝙ iterum fit ſeditio & tranſmutatio ĩ ſtatu optimatũ, quia omnis ſtat[9] optimatum mixtus, magis eſt ſtatu paucorũ, & ideo diuites plus habent de bonis cõmunibus quàm pauperes. Cauſa autem quare in ſtatu optimatum plus attribuatur diuitibus eſt, q[a] in ſtatu optimatum diſtributio honorũ, ſecundum dignitatẽ virtutis fit, ita ꝙ qui plus participant virtute plus recipiunt đ bonis communibus, ſed diuites plus attingunt ad virtutẽ, vel videntur attingere q̃ pauperes. Habent .n. K illud per cuius defectum egeni iniuriantur, ſcilicet diuitias. Et ideo in ſtatu optimatũm plus recipiunt diuites q̃ pauperes. Sicut accidit in Lacedæmonia. In illa enim ciuitate pauci fuerũt diuites & habentes ſubſtantias & attingentes ad principatum, in Repub. etiam illa licet facere inſignibus quicquid volunt, & curare de quocumque voluerunt. Ex hoc enim ꝙ egeni vidẽt diuites plus recipere de bonis communibus q̃ ipſi recipiunt, inuident, & contriſtantur, & inſurgunt contra eos, & contingit ꝙ mutent Rempu. & ſic ſtatus optimatum mixtus mutatur in ſtatum popularem. Deinde cum dicit.

l ¶ Manifeſtat per quoddam exemplum. Et dicit ꝙ propter hoc contigit ꝙ ciuitas Locrorum deſtructa fuit. In ciuitate enĩ ipſorũ diuites plus recipiebant q̃ pauperes, & ex hoc mota fuit ſeditio in ciuitate, & inſurrexit multitudo contra diuites, & aſſumens ſibi in principem Dionyſium trãſmutauit ſtatum optimatum. Poſtmodum ille tyrannizauit, ex quo ciuitas illa deſtructa fuit, hoc autem non contingeret in ſtatu populari, & optimatum

*æquum habentes. Qui uero diuitiis abundant, ſi Reſpub. excellentiam eis tribuat, contumelia cæteros afficere pergunt, nec per habentes conquieſcunt.*

*Penitus enim ad quamcumque ſpeciem declinet gubernatio ciuitatis, in eam tranſmutatur, utriſque ſuum augentibus, uelut Reſpub. ad populum, optimates ad paucorum potẽtiam, uel in contraria, ceu optimatum gubernatio in popularem, tamquam enim iniuriam patientes, in contrarium trahunt qui magis ſunt inopes, Reſpub. uero in paucorum potentiam tranſmutantur. Solum enim ſtabile eſt ſecundum dignitatem æquum, & habere ſua quæ ſunt.*

*Contingit uero id, quod modo diximus in Thuriis. Quod enim a maiore cenſu erant magiſtratus, in minorem facta eſt mutatio, & in plures gubernationes. Et quia agros totos poſſidebat nobilitas contra legem. Nam gubernatio eius ciuitatis erat ipſorum, itaque plus habere poterant. At populus bello exercitatus, ac potentior effectus, quàm illorum cuſtodes, nobilitatem compulit agros, qui contra legem tenebantur dimittere.*

*Inſuper quia omnes optimatum ſpecies ad paucorum potentiam declinãt nobilitas in illis plus habet, uelut apud Lacedæmonios, opes, & diuitiæ in paucis ſunt, ac magnam licentiam habet nobilitas faciendi quodlibet, & cui uelit gratificandi.*

*Quæ cauſa fuit ut Locrorum ciuitas interiret propter Dionyſii clientelas, quod non contigiſſet in populari ſtatu, neque in ea optimatum gubernatione, quæ optime mixta & temperata eſſet.*



optimatum bene mixto. Quare manifeſtum eſt, ꝙ ſtatus optimatum mixtus ex hoc corrumpitur ꝙ diuites plus recipiunt q̃ pauperes. Deinde cum dicit.

m ¶ Declarat propter quam cauſam latẽnt tranſmutationes ſtatus optimatum & Reipu. Et primo ponit rationes. Secundo manifeſtat per exemplum, ibi. {Accidit autem hoc.} In prima dicit ꝙ tranſmutationes ſtatus optimatum vel ipſi ſtat[9] optimatum cum trãſmutantur maxime latent, quia paulatim & ſecundum modica corrũpitur quod fuit dictum prius, vbi dictum fuit de cauſa tranſmutationis cuiuſlibet Reipu. vniuerſaliter. Tranſgreſſio enim eius quod ẽ modicum, cauſa eſt trãſmutationis, quia quando fit tranſgreſſio ſecundum modicum ab eo quod exigitur ad Remp. quia modicum eſt non curatur. Item cum trãſgreſſio ſecundũ aliud modicum fit, negligitur. Sic autem procedendo paulatim permittant maiores motus negligendo quouſque moueant totã Rempu. Sicut enim videmus in actibus moralibus ꝙ vnus actus inclinat ad conſimilẽ actum, & exercitium inducit inclinationem ad conſimiles actus, ſic eſt in Rebuſpu. ꝙ quando prætermittitur illud quod eſt neceſſarium ad Rempu. iſte defectus inclinat ad conſimilem actum. Et ſic tandem per proceſſũ cõtinuum inducitur tãta inclinatio ad cõtrarium Reipub. qđ corrumpitur, quia igitur ſecundum modica fit iſta corruptio & paulatim non apparet. Deinde cum dicit.

n ¶ Manifeſtat qđ dictum eſt per exemplum. Et dicit, ꝙ Reſpu. Thuriorum per hunc modum deſtructa fuit, paulatim ſcilicet, & ſecundũ modica. Nam cum ibi eſſet lex ꝙ null[9] poſſet tenere præturam niſi per quinque annos, contigit ꝙ quidam facti fuerunt bellicoſi & fortes & beniuoli multitudini deputatæ ad cuſtodiam, contemnentes autem vtilitates ciuitatis, & credentes ꝙ poſſent cum multitudine obtinere quod volebant, conati ſunt deſtruere iſtam legem, & ſuaſerunt multitudini ꝙ iidem poſſent tenere ducatum exercitus per totam vitam. Conſiliarii autem principantes habentes poteſtatem ſuper inſtitutione legum & deſtructione, cum mouerentur ad contradicendum, finaliter tamen perſuaſi ſunt iſtud concedere, & conſiderauerunt ꝙ circa alias partes Reipub. de cætero nihil immutarent. Poſtmodum conati iſti fuerunt deA ſtruere aliam legem, & perſuaſerunt multitudini cui erant beniuoli. Cum autem principantes vellent reſiſtere non potuerunt, immo totus ordo Reipub. paulatim & ſecundum modica corruptus eſt & tranſmutatus in potentatum paucorum, & dominium eorum qui conati fuerunt inſoleſcere a Repub. inexiſtente prius, & deſtruere ipſam. Deinde cum dicit.

o ¶ Cõcludit quiddam vniuerſale quãtum ad omnes Reſp. Et dicit ꝙ omnes Reſpu. corrumpuntur vel ex ſeipſis propter diſſenſionem ciuium vel ab aliqua cauſa extrinſeca. Quando enim eſt Reſpu. contraria extra vel prope ciuitatem vel longe, quæ potentiã habet ſupra ciuitatem illam, corrumpit iſtã propter contrarietatem. Vnum enim cõtrarium natum ẽ diſſoluere aliud. Sicut accidit apud Atheniẽſes & Lacedæmonios. Cum enim Athenienſes haberent Rempu. popularem, vbique deſtruebant ſtatum paucorum & mutabant in ſtatum popularem. Et Lacedæmonii cum ſtatũ paucorum haberent, vbique corrumpebãt ſtatum popularem, & mutabant in ſtatũ paucorum. Et tunc recapitulat dicens, ꝙ vnde fiunt tranſmutationes & corruptiones Rerumpub. ferè dictum eſt.

m Maxime autẽ latent Ariſtocratiæ tranſmutantes eo ꝙ ſoluantur paulatim, quod quidem dictũ eſt in prioribus vniuerſaliter de omnib[9] politiis, quod cã tranſmutationũ eſt & quod modicũ. Quando .n. ſecundum aliquid eorũ quę ad politiam prolabuntur, poſt hæc & aliud paulo maius facilius mouẽt, donec vtiq; moueãt totũ mundum.

n Accidit aũt hoc & in politia Thuriorũ, lege .n. exiſtente per quinque annos ducatũ exercit[9] obtinere, quidam virorũ bellicoſi facti & apud multitudinẽ cuſtodiarũ accepti, deſpiciẽtes ea quæ in rebus, & putantes facile obtinere, hanc legẽ ſoluere conati ſunt, primo vt liceret continue eoſdẽ ducatũ exercitus obtinere, videntes populũ ordinãtem ipſos prompte. Qui aũt ſuper hoc inſtituti erant principũ vocati conſiliarii, cũ impetũ feciſſent primo ad contrariandũ, perſuaſi ſunt exiſtimantes cum hanc mouiſſent legẽ ſinere aliã politiã. Poſterius aũt volentes ꝓhibere, aliis motis, nõ adhuc plus faciebant aliquid, ſed trãſmutatus eſt ordo totus politiæ ad potentatum eorũ qui conati fuerant inſoleſcere.

o Omnes aũt ſoluuntur quãdoque quidẽ ex ſe ipſis, quandoq; autem ab extrinſeco, qñ contraria politia fuerit vel prope vel lõge quidẽ, habens autem potentiam, Quod quidem accidit in Atheniẽſib[9] & Lacedæmoniis: Athenienſes quidem .n. vbique oligarchias. Lacedæmonii aũt demos diſſipabant. Vnde quidem igitur trãſmutationes fiũt politiarũ & ſeditiones, dictum eſt ferè,

LECTIO VII.

De ſaluatione autem cõmuniter, & ſingillatim vniuſcuiuſque politiæ, habitum eſt dicere.

*Maxime uero latent optimatum gubernationes paulatim ſeſe diſſoluentes, quod quidem dictum eſt prius uniuerſaliter de omnibus Rebuſpu. idque inter cauſas mutationis minuta paruitas appellatur. Quando enim omittũt aliquid ex his, quæ ad Rempu. pertinent, ac deinde aliud paulo maius, B facilius mouent, quouſq; totam mouẽat Reipub. formam.*

*Quod in Thuriis accidit. Cum .n. legem haberent, per quam non niſi intermiſſo quinquennio, præturam gerere licebat, iuniores quidam rei militaris periti, & apud multitudinem famam habentes, cum cæteros, qui in rebus gerendis uerſabantur, ſpernerent ac faciliter ſe conſecuturos arbitrarentur, legem totam illam tollere aggreſſi ſunt, lata altera lege, ut liceret con C tinue eoſdem prætores eſſe. At enim magiſtratus qui præerat ſuffragiis, appellabantur uero Conſultores, commoti prius ad reſiſtendum, tamen poſtea deſtiterunt putãtes, quàmuis hac una lege ſoluta, tamen cæteras eſſe permãſuras. Poſtea uero prohibere uolentes ne alia mouerentur, nihil proficere ualuerunt, ſed mutata eſt eorum Reſpu. in potentiam eorum qui nouas res aggrediebantur.*

*Diſſoluuntur uero cunctæ Reſpub. D interdum per ſeipſas, interdum per externam cauſam, quando contraria gubernatio ſit, uel prope, uel longe quidem, ſed admodum potens. Quod quidem contigit Athenienſibus & Lacedæmoniis. Athenienſes enim ubiq; potentiam paucorum, Lacedæmonii uero ubique popularem ſtatum euertebant. Vnde igitur Rerumpub. mutationes ſeditioneſque exoriantur, ferè dictum eſt.*

E *LECTIO VII.*

*De conſeruatione autem earũ & communiter, & ſeorſum de uniuſcuiuſq;, conſequẽs eſt ut dicamus.*

LECTIO VII.

Poſtquàm Philoſophus declarauit cauſas, & principia corruptionis & tranſmutationis Rerumpub. & in vniuerſali & in particulari, determinat in vniuerſali & in particulari cauſas & elementa ꝑ quæ ſaluantur. Et primo dat intẽtum ſuũ. Secũdo proſequitur, ibi. {Primo quidem igitur &c.} Eſt autẽ intelligendum, ꝙ in dando elementa, per quæ ſaluantur Reſp. non procedit ſicut ꝓceſſit ſuperius in dando cauſas deſtructionis earum, quia ſuperius primo dedit cauſas corruptionis & tranſmutationis Rerumpub. in vniuerſali. Secũdo in particulari ſecundum vnamquamque Rempub. diuiſim, Sed hic ſic non faciet, ſed ſimul dat elementa per quæ ſaluaẽ vnaqueq; Reſpu. in generali & in particulari. Dans igitur intentionem ſuam dicit, ꝙ poſtquam determinatũ eſt de cauſis & principiis tranſmutationis vniuſcuiuſq; Reipu. in vniuerſali & particulari, conſequenter determinandum eſt de ſaluatione vniuſcuiuſq; Reipu. determinando quę ſunt elementa & in vniuerſali & in particulari per quæ ſaluantur. Deinde cum dicit.

b ¶ Proſequitur.

¶ Proſequitur. Et diuiditur in duas. In prima oſtendit vnde poſſunt accipi elementa per quæ ſaluantur Reſpu. Secundo accipit ipſa, ibi. {In bene autem temperatis &c.} In prima dicit ꝙ primo iſtud manifeſtum eſt, ꝙ ſi habemus quæ ſunt cauſę & principia per quæ corrumpuntur Reſpu. habemus quę ſunt cauſæ & principia ꝑ quæ ſaluantur. Et ratio huius eſt, quia cōtrariorum contraria ſunt principia. Sed corruptio & ſaluatio ſunt contraria, ergo habet contraria principia. Si ergo habemus quæ ſunt principia tranſmutationis, & corruptionis Rerumpub. habem⁹ q̄ ſunt principia ſaluationis, quoniam contraria. Deinde cum dicit.

c ¶ Accipit huiuſmodi principia & eſt intelligendum, ꝙ Reſpub. poteſt corrumpi vel deſtrui corruptione propinqua vł remota. Et ſecundū hoc diuiditur ī duas. In prima dat elemēta quæ præſeruāt Rēpubl. a corruptione remota magis. Secūdo dat elementa quæ præſeruāt eam a corruptione propinqua magis, ibi. {Saluantur autem &c.} Circa primam intelligēdum ꝙ Reſpub. poteſt corrumpi corruptione remota tripliciter. Primo propter negligētiam eius qđ paruum eſt. Secundo propter perſuaſionē adulatorum. Tertio propter malum modum ordinis Reipu. Et ſecundum hoc diuiditur pars iſta in tres. In prima dat elementa per quæ ſaluātur a corruptione, q̄ eſt per negligentiam eius quod eſt paruū. Secūdo illa per quæ ſaluatur a corruptione quę eſt per adulationem. Tertio illa ꝑ quę ſaluatur ab ea q̄ eſt propter malū ordinem. Et incipit ſecunda, ibi. {Deinde non credere &c.} Tertia, ibi. {Adhuc autem videre &c.} In prima dicit, ꝙ in omnibus Rebuſp. bene mixtis hoc oportet obſeruari, ꝙ non fiat trāſgreſſio in aliquo, & maxime ꝙ non fiat ſecundum hoc quod eſt modicum. Aliquando enim contingit, ꝙ ſubintrat talis ſeditio quæ fit ſecundum modica, & latet propter eius paucitatem vel non curatur. Et ſi negliguntur huiuſmodi pręuaricationes, facient vnam magnam pręuaricationem quæ corrumpet Rempubl. Sicut enim paruæ expenſæ frequenter factæ corrumpunt totam ſubſtantiā alicuius, ſic paruæ & modicæ præuaricationes frequenter factæ corrumpunt totam Rempu. Huiuſmodi autem corruptio latet ſæpe, quia non fit ſimul & ſecundum magna, ſed fit paulatim, & ſecundum modica, mens enim quandoque paralogizatur, huiuſmodi enim paruæ præuaricationes paralogizantur ipſam, ſi

F cut quædam oratio ſophiſtica. Arguit enim ſic penes ſeipſum: Si vnaqueque præuaricatio parua eſt, & omnes paruæ ſunt, ſed iſtud verum eſt vno modo, alio modo non eſt verum, quia totum & omnia ſimul ſumpta, non ſunt parua, ſed diuiſim ſumpta parua ſunt. Dicendum eſt igitur, ꝙ li omnes poteſt teneri collectiue vel diuiſiue, ſi diuiſiue vera ē: omnes enim præuaricationes diuiſim ſūptæ paruæ ſunt, ſi collectiue, falſum eſt, omnes enim coniunctæ non ſunt paruū quid, ſed magnum. Et tunc concludit ꝙ vnum elementum ē, vt caueatur ne fiat aliqua tranſgreſſio vel præuaricatio. Deinde cum dicit.

d ¶ Ponit documētum quod pręſeruat a corruptiōe quæ fit per ſuaſionem adulatorum. Adulatores enim ſuadent multitudini quæ placēt illi, & non ſuadent ꝑpter bonum multitudinis, ſed propter bonum ſuum. Vnde cōtingit ꝙ talia quandoque ſuadent ex q̄bus corrumpitur Reſpu. & ideo dicit Philoſophus, ꝙ deinde cauendum eſt ne aliquis credat adulatoribus qui coniungūt ſe multitudini gratia ſophiſmatis, hoc eſt vt decipiant. Quòd autē iſtis non ſit credendum apparet, nā ex operibus poſſunt argui. Secundum autem qđ dicit philoſophus decimo Ethicorum, de his quę ſunt in paſſionib⁹ & actionibus ſermones minus ſunt credibiles operibus. Et ideo ſi ſuadeant aliquid & faciunt contrarium, magis credendum eſt operibus ipſorum q̄ perſuaſionibus. Quæ autem & qualia ſunt per quæ apparenter adulatores decipiūt, dictum eſt prius. Deinde cum dicit.

e ¶ Ponit tertium elementum quod ꝑſeruat a corruptione quæ eſt propter inordinationem, vel in ſeipſis, vel in aliis, & primo ꝓponit quoddam manifeſtum contingens in multis. Secundo ex illo concludit elementum ſuum, ibi. {Propter quod ſi plures &c.} In prima dicit, ꝙ iterum manifeſtum eſt & poteſt videri, ꝙ quædam Reſpub. manſiuę ſunt, non quia ſint recte ordinatæ ſicut ſtatus optimatum ſimplex, ſed quia principantes bene vtuntur, & his quę ſunt in Repub. & his quæ ſunt extra. His autem quæ ſunt ſub Repub. non faciendo iniuſtitiam cōtra illos qui ſunt extra Rempub. & in uocando ad Rempubl. eos qui ſunt principaliores & meliores in multitudine, & non faciendo iniuriam quæ ē per dehonorationem his qui ſunt ambitioſi honoris, vocando etiam populares ad officia & actus, in quibus poſſint lucrari & in bene ſe habendo adinuicē & populariter, ita ꝙ principātes æqualiter

b Primo quidē igitur palā, ꝙ ſiquidē habemus per quę corrūpuntur politiæ, habemus & per quę ſaluantur, contrariorum.n. cōtraria ſunt factiua. Corruptio aūt, ſaluationi contrarium.

c In bene aūt temperatis quidē igitur politiis, ſicut aliud aliquid oportet obſeruare, vt nihil præuaricentur & maxime quod paruum ſerpere, latet.n. ſubintrans præuaricatio, ſicut ſubſtātias paruę expenſæ conſumunt ſæpe factæ. Latet autem ſeditio, quia nō ſimul tota fit: paralogizat.n. mēs ab ipſis, ſicut ſophiſtica oratio, ſi vnūquodq; paruū, & omnia. Hoc aūt eſt quidem vt ſic, ē aūt vt nō: totū.n. & omnia, non paruū, ſed cōponitur ex paruis. Vnā quidē igit̄ cuſtodiā, ad hoc principium oportet facere.

d Deinde non credere iis qui ſophiſmatis gr̄a ad multitudinem applicantur. Arguuntur enim ab operibus, qualia autem dicimus politiarū ſophiſmata, pri⁹ dictum eſt.

e Adhuc autē videre quòd quędam manent non ſolum Ariſtocratiæ ſed Oligarchiæ, non propterea quòd firmę ſunt politiæ, ſed quia bene vtuntur ij qui in principatibus fiunt & iis quę extra politiam & iis quæ in politeumate, non iniuſta facientes in eos quidem qui non participāt, & introducendo principales eorum ipſorum in politiam, & amatores quidem honoris non iniuriando ī inhonoratione, & multos in lucro ad ſe ipſos autem, & ad principantes in vtendo inuicem demotice. Quod enim in multitudine quærunt ęquale qui demotici. Hoc in ſimilibus, non ſolum iuſtum, ſed expediens eſt.

*Illud ergo ante omnia patet: quòd ſi ſciamus per quæ corrumpuntur Reſpub. ſcimus etiam per quæ conſeruantur. Contrariorum enim contrarii effectus. Corruptioni autem, conſeruatio eſt contraria.*

G *In illis igitur Rebuſp. quæ laudabiliter permixtæ, ac temperatæ ſunt, illud eſt diligenter obſeruandum, ne quid ex legibus inſtitutiſque moueatur: maximeque ab eo cauendū quod paulatim repit. latet enim corruptio: quia non tota ſimul fit, decipiturque mens ab illis: ut ſophiſtica illa ratio: ſi unumquodque puſillum, & omnia, hoc autem eſt, ut ſic, & eſt ut non. Totum enim & omnia, non puſillū. ſed compoſita ex puſillis. Vna igitur cuſtodia aduerſus hoc principium, eſt* H *opponenda.*

*Deinde non confidere his: qui finguntur quodammodo, & adumbrātur ad populum. Reprobantur enim ex ipſis operibus, Qualia uero dicamus Reipubl. figmenta, ſuperius eſt oſtenſum.*

*Intueri licet quaſdam Reſpub. durare, non ſolum ex optimatibus, uerū etiam ex paucorum potentiis, nō quia* I *per ſe ipſæ ſtabiles ſint: ſed quia hi qui gubernant, recte ſe gerunt, tam erga eos qui ſunt extra Rempu. quàm erga eos qui in Reipubl. gubernatione uerſantur. Erga eos quidē qui non participes ſunt gubernationis, non afficiendo ipſos iniuriis, ac præſtantiores ipſorū ad participationē Reip. recipiēdo, cupidoſque honoris non deprimendo: neq; multitudinē ſuis cōmodis fraudando. Erga illos uero, qui ſocii in gubernanda Repub. ſunt, humane inuicem populariter ſe gerendo, Aequali* K *tas enim illa quæ in populari ſtatu affectatur. ea in ſimilibus, non ſolum iuſta eſt, uerumetiam utilis.*



æqualiter inter ſe recipiunt. Sicut enim populares quærunt qđ æquale & iuſtum eſt in Repu, illa, ſic non ſolum iuſtum ſed expediens eſt, principantes in ſtatu paucorum æqualiter recipere & quando iſta contingunt, dato ꝙ Reſpub. non ſit recte ordinata, manſiua eſt multum. Deinde cum dicit.

f ¶ Concludit elementum ſuum, & dicit, ꝙ propter hoc ꝙ ſimiles debent æqualiter recipere, ſi plures ſint ſimiles & æquales in Repu. plura ſunt introducenda, quæ in ſtatu populari ſtatuta ſunt, & ordinata. Verbi gratia. Lege ſtatutum ē in ſtatu populari, ꝙ principatus ſint breues, puta ſex menſiū vel alicuius parui tēporis, & non amplioris, & iſtud accipiendum eſt, ſi ſint plures ſimiles in Repub. Et rationem eius duplicem aſſignat. Prima eſt, ꝙ vbi ſunt ſimiles oportet æqualiter recipere, ergo vt omnes poſſint attingere ad principatum oportet accipere legem illam, ſic enim omnes poterūt attingere ad principatum, quia ex quo non durabit principatus niſi per ſex mēſes, multi poterunt ſuccedere in eo. Hoc autem quòd ſimiles æqualiter recipiunt, populare eſt, & ideo in Repu. in qua ſunt plures ſimiles, aliqua popularia ordinanda ſunt: propter quod in talibus, in quibus ſunt multi ſimiles ſiunt duces populi, ſicut dictum eſt prius. Alia ratio eſt, quia ſi ſtatuatur ꝙ principatus non duret niſi ꝑ ſex menſes, tunc ſtatus paucorū & optimatum minus incident in potentiam, ideſt in aliam ſpeciē ſtatus paucorum, in quo valde pauci principantur, diuites valde, & non ſecundum legem. Et ratio eſt, quia nō eſt facile aliquem conſimiliter malignari in pauco tempore, & in multo, quoniam in ſtatu paucorum & populi, propter hoc fiunt tyrannides. Quia autem in vtraque aſſumuntur illi qui excellunt alios tyrannizantes, ſicut in ſtatu populari, duces populi, in ſtatu paucorum, potentes valde, aut quia illi qui habent principatus excellentes, multo tempore principantur. Deinde cum dicit.

g ¶ Ponit principia per quæ ſaluantur Reſpub. a corruptione propinqua, & primo ponit vnum cōmune. Secundo ponit plura ſpecialia, ibi. {Adhuc inſignium contentiones &c.} In prima dicit, ꝙ non ſolum ſaluantur Reſpubl. quia ſunt remotę a principiis corrumpentibus ipſas, ſed etiam quandoque ſaluantur, quia ſunt prope, & hoc quia qui timent de tranſmutatione Reipub. tenent eam quantum poſſunt, & ideo principantes qui curam habent de Repub. oportet ordinare & præparare timores, vt poſſint conſeruare Rempub. & nihil corrumpatur eorum quæ ad Rempub. ordinantur, ſicut debet ordinare propter

A obſeruationem Reipub. vt ciuitas cuſtodiatur de nocte, & præfingere quod illud quod longe eſt, ſit prope, vt ꝙ inimici ſint prope, & debet præcipere ꝙ ſint parati ad arma, quia ciues & etiam populares videntes talia, timebunt, & obſeruabunt melius Rempublicam. Deinde cum dicit.

h ¶ Ponit documēta ſpecialia. Et eſt intelligendū ꝙ Reſpu. corrūpitur aliquando propter honores, vel inhonorationes, aliquando ꝑꝑ inſolentias ciuium, aliqn̄ propter lucrū vel dānum, aliquando ꝑꝑ impotentiam, aliqn̄ corrumpitur ꝑꝑ ineruditionem & inaſſuefactionem. Et ſm̄ hoc iſta pars diuidit̄ in quinq;. In prima ponit documenta q̄ præſeruant a corruptione, quę fit ꝑꝑ honores vel inhonorationes. In ſecūda ponit documentum qđ ꝑſeruat a corruptione quæ fit ꝑꝑ inſolētias ciuium ibi. {Qm̄ autē & ꝑꝑ proprias.} In tertia ponit documentū per quod præſeruatur Reſpu. a corruptione quæ fit ꝑꝑ damnum & lucrum, ibi. {Maximū autē.} In quarta ponit documentū quod præſeruat a corruptione quæ eſt ꝑꝑ impotentiam, ibi. {Et quod ſæpe dictū eſt.} Quinto ponit documentū quod ꝑſeruat a corruptione quæ accidit ꝑꝑ ineruditionem & inaſſuefactionē, ibi. {Et maxime quidē tentare.} Prima in tres, quia Reſpu. pōt tripliciter corrumpi ꝑꝑ honores & inhonorationes. Primò ꝑpter contentionem eorū qui ſunt honorabiles in ciuitate. Secundo ꝑꝑ diſtributionem honorū. Tertio ꝑꝑ intentum honoris præter proportionem, & ſecūdum hoc diuiditur ī tres. In prima ponit documentū qđ præſeruat

E a corruptione q̄ fit ꝑpter contentionem eorum qui ſunt honorabiles in ciuitate. Secundo ponit documētum quod præſeruat a corruptione quæ fit propter diſtributionem honorum, ibi. {Ad eam autem.} Tertio ponit documentum quod præſeruat a corruptione quæ fit propter incrementum honoris præter proportionem, ibi. {Commune.} In prima dicit quòd cum Reſpu. aliquando corrumpatur propter contentionem inſignium: & eorū qui ſunt honorabiles, cauendū eſt per leges & ꝑ alia ſtatuta ne accidant tales contētiones; & ſi acciderint, curandū eſt qualiter poſſint ſedari. Similiter cauendū eſt, ꝙ illi qui nō ſunt in contētione nō ponātur in ipſa. Iſta.n. eſt principiū multorū magnorū malorū. Ad ciuem autem pertinet cognoſcere malum in principio nō ad quencunq; alium, & iō in principio ciues debent obuiare huic cōtentioni: quia ſecundū ꝙ dictū eſt ſuperius, contentiones diuitū valde de facili inualeſcunt. Deinde cum dicit.

i ¶ Ponit ſecundum documentum quod pręſeruat a corruptione quę fit propter diſtributionem honorum, & diuiditur in duas.

f Propter quod ſi plures ſint in politeumate, multa expediunt demoticorū lege ſtatutorū, velut ſex menſiū principatus eſſe, vt oēs qui ſimiles participent, ē.n. ſicut demus iam qui ſimiles, ꝑꝑ quod & in iis fiunt demagogi ſæpe, ſicut dictū eſt prius, deinde minus in potentatus incidunt Oligarchię & Ariſtocratię: non.n. ſimiliter facile malignari pauco tēpore principantes & multo. Quoniā propter hoc in Oligarchiis & Democratiis fiūt tyrannides, aut.n. qui maximi in vtraque præferuntur tyrannide, ii quidem demagogi, ii autē potentes, aut qui maximos habent principatus, quādo multo tempore principantur.

g Saluantur aūt politiæ non ſolum ꝑꝑ longe eſſe a corrumpentibus, ſed aliquando & quia prope, timētes enim per manus habent magis politiā. Quare oportet eos qui de politia ſollicitantur timores præparare vt cōſeruent & non diſſoluant, quemadmodum nocturnam cuſtodiam politiæ obſeruationem & quod longe, prope facere.

h Adhuc inſigniū contentiones & ſeditiones & per leges oportet tentare cauere, & eos qui extra contentionē ſunt antequam cōprehendantur, & ipſi tanquā quod in principio fit malū cognoſcere, ſit non cuiuſcumque, ſed politici viri.

i Ad eam aūt quę per honorabilitatem fit tranſmutationē ex Oligarchia & politia, cū acciderit hoc, manentibus quidē eiſdē honorabilitatibus, abundantia

*Quamobrem ſi plures ſint in gubernatione Reipub. conſtituti, eis per multa populariū inſtitutorū utilia ſunt ceu ſemeſtres eſſe magiſtratus, ut omnes qui ſimiles ſunt, adipiſci ualeant. Sunt.n. tamquam populus quidam illi qui inter ſe pares ac ſimiles ſunt, itaq; in illis frequenter exiſtunt, uelut du-* B *ces quidā populi, ut prius diximus. Deinde minus in potentias incidunt, paucorū gubernationes & optimates. Non.n. ſimiliter facile eſt latere male agentē in breui tempore magiſtratus, & in longo, nam ob hoc in paucorum gubernationibus & popularibus tyrannides fiunt. Aut.n. hi qui maximi ſunt in utraque, tyrannidem inuadunt, hic ductores populi, ibi potētes. Vel qui maximos gerunt magiſtratus, quando longo tempore durant.*

C *Conſeruantur aūt Reſpu. non ſolū ex eo quia procul ſint a periculis, uerum etiā interdū quia propinquæ ſunt. Homines.n. formidantes, uigilantius intendunt ad Reipu. cuſtodiam, Itaq; oportet eos qui Rempub. ſaluam eſſe uolunt, formidines quaſdam parare, ut caueant, neque diſſoluant, quaſi nocturnam quandam cuſtodiam, Reipu. obſeruationem, & quod longe abeſt, propinquum facere.*

*Etiam nobilium contentiones ſeditionesque per leges quoque oportet cu-* D *ſtodire conari, & qui extra contentiones ſunt eos ante capere, tāquam malum ab initio exoriens cognoſcere, non cuiuſuis ſit, ſed ciuilis uiri.*

*Ad mutationes uero quæ propter cenſum fiunt ex paucorum potentia, atque ex Rep, quando contingit hoc manentibus eiuſdem cenſibus, aut pecuniarum copia facta, utile in Republ.*

duas. In prima ponit elementum. In ſecunda tangit inconue-F niens quod accidit propter defectum huius, ex quo apparet ratio dicti, ibi. {In Oligarchiis enim.} In prima intelligendum, ꝙ Reſpub. omnis in principio inſtituta fuit in aliquo ordine, vt ꝙ principatus duret per annum vel biennium, ꝙ habentes tantas diuitias vel tantum honorati attingant ad principatũ, vel aliud huiuſmodi. Contingit autem recedere ab iſto ordine vel ſecundum exceſſum vel ſecundum defectum, remanente tamen illa Republi. Dicit igitur ꝙ cum in Repub. aliquando fiat tranſmutatio ꝓpter honorabilitatẽ, ſicut in ſtatu paucorum & Repub. ſecũdum intenſionem & remiſſionem, & hoc manente eadem Repub. expedit conſiderare ordinẽ, qui nũc eſt in ciuitate conferendo ad ſtatũ in quo Reſpubli. fuit inſtituta a principio, puta ſi in aliqua fuit inſtitutum in principio, ꝙ principatus duraret per annum conſiderare ad iſtud tempus, in maiorib⁹ autem ad triennium vel ad quinque annos. Et tunc conſiderandum eſt, ſi exceſſus ab illo quod fuit a principio inſtitut⁹ ſit multiplex, & ſi defectus ſit ſubmultiplex, & ſiquidem receſſus ſit multiplex remittendus eſt, & ſi ſit defectus intendendus eſt ſecundum ꝓportionem debitam ſecundum primã inſtitutionem lege poſita ꝙ liceat intendere & remittere honorabilitates quãdo videbitur faciendum. Deinde cum dicit.

k ¶ Oſtendit incõueniens quod accidit propter defectum huiuſmodi, & dicit ꝙ vbi ita fiat ſicut dictũ eſt in ſtatu paucorũ & Rebuſp. continget Rempu. tranſmutari in paucorum potentiam: & paucorũ potentiã in magis remiſſam ĩ ſpeciem illam quæ dicitur potentatus, in qua principantur valde diuites & ſecundum ſententias proprias, non ſecundum legem quæ peſſima eſt, & hoc ſi fiat exceſſus ſecundum ſuperabundãtiam, ſi autem fiat remiſſio ex Repub. fiet ſtatus popularis, ex paucorum vero, Reſpub. vel popularis ſtatus. Deinde cum dicit.

l ¶ Ponit elementum quod præſeruat a corruptione quę eſt propter incrementum honoris pręter proportionem: & diuiditur in duas. In prima ponit documentum. In ſecũda adiungit aliud ſecundum documentum, quod præſeruat a corruptione quæ eſt propter exceſſum potentiæ, ibi. {Et maxime quidẽ.} In prima dicit ꝙ iſtud eſt cõmune in ſtatu populari, & paucorum & vniuer-F ſaliter in omni Repub. ad ſaluationem, ꝙ non permittatur aliquis creſcere ſecundũ aliquã dignitatem præter proportionem: vel dignitatẽ, ſed dãdi ſunt parui honores ſm multũ tẽpus magis quàm magni valde & ſecundũ breue tẽpus. Et rõ huius eſt: quia ciuitates propter huiuſmodi excellentias pręter proportionem corrumpuntur. Iterum non omnes poſſunt ferre bonam fortunam hoc enim eſt virtuoſi: ſicut enim dicit Philoſophus in quarto Ethi. Sine virtute nõ eſt facile ferre moderate bonas fortunas. Et iõ ſi dentur alicui non virtuoſo honores præter ꝓportionem ad alios & ad dignitatem ipſius: grauabit eos, & deſtruent ciuitatem. Si autem nõ fiat ita ſemper: ſed dentur alicui a caſu, vel propter aliquam cauſam tales honores, & ſimul: non ſimul auferẽdi ſunt omnes: ſed paulatim, & ſecundũ modica, paulatim .n. adimentes nihil videbiẽ ſibi adimere, modica n. parum reputãtur. Deinde cũ dicit.

m ¶ Ponit documẽtum quod præſeruat a corrupione quę eſt propter exceſſum potentiæ, propter ſimilitudinem ad præcedens, & dicit ꝙ maxime ordinandum eſt a legib⁹ vel alio quocumque conuenienti, ꝙ nullus fiat multum excellens pręter proportionem in potentia, nec amicorũ, nec pecuniarum, tales enim potentiæ de facili ſicut dictum eſt in tertio huius, poſſent corrumpere ciuitatem, ſi autem non ſic ordinetur ſemper ſed contingat aliquẽ vel aliquos excedere alios in potentia, tũc ordinandum eſt, ꝙ habeat manſionẽ diuiſam a ciuitate, qa tunc minus poterit grauare ciuitatem. Deinde cum dicit.

n ¶ Tangit documẽtum quod præſeruat a corruprione quę fit propter inſolẽtias ciuitatis. Et quia exultatio & elatio propiquæ ſunt inſolentiæ quæ eſt ab elatione, adiungit elementum contra exultationem & elationem, ibi. {Et quod iocundũ.} In prima intelligendũ eſt, ꝙ vita vno modo dicitur anima quę eſt principiũ operationis, ſm ꝙ dicimus anima & vita ſunt idem, alio modo dicitur vita operatio, cuius anima eſt per ſe principiũ. Tertio modo dicitur cõuerſatio in qua aliquis aſſuetus eſt, & quæ delectat ipſum, & ſic accipit hic Philoſophus vitã & dicit, cũ ciues inſoleſcant & declinent a Repu. propter proprias vitas, oportet ordinare quendã principatum qui conſideret quis inſolenter viuit in ciuitate, & nociuus eſt ad Rempublicam, ſicut ſunt illi, qui multum expendunt in ciuitate

aũt honorabilitatis facta expedit honorabilitatis cõis multitudinẽ cõſiderare ad præteriẽs. In quibuſcumq; quidẽ ciuitatibus honorantur ſm annum, ſm hoc tẽpus: in maioribus aũt per trienniũ aut quinquenniũ, & ſi ſit multiplex vel ſubmultiplex prioris in quo honorationes inſtitutæ fuerunt politiæ, legem & honorabilitates intẽdere vel remittere, ſiquidẽ excedãt intendentes ſecundũ multiplicationẽ ſi aũt deficiãt remittẽtes, & minorẽ faciẽtes honorationẽ.

k In Oligarchiis .n. & politiis non facientibus quidem ſic, hic quidem Oligarchiã, hic aũt potentatũ fieri accidit. Illo autem modo ex politia quidem Democratiam, ex Oligarchia aũt politiam vel demum.

l Cõe autẽ & in demo & in Oligarchia, & in monarchia, & in oĩ politia, neq; creſcerẽ valde multum pręter cõmenſurationem, ſed magis tentare paruos & multi tẽporis dare honores quã breuiter magnos. Corrumpuntur .n. & non omnis viri ferre bonã fortunã, ſi aũt nõ, neq; cũ ſimul multos totos dederint auferre rurſum ſimul totos, ſed gradatĩ.

m Et maxime quidem tentare legibus, ſic ordinare, vt null⁹ fiat multũ excedens potentia neq; amicorum neq; pecuniarum, ſi aũt non, ſequeſtratas facere ſtationes ipſorum.

n Quoniam autem & propter proprias vitas inſoleſcũt, oportet facere principatum quendã qui conſideret viuentes nociue ad politiã, in Democratia quidem ad Democratiam, in Oligarchia autem ad Oligarchiam: ſimiliter autem & in vnaquaq; aliarum politiarum.

*eſt conſiderare uniuerſum totius ciuitatis cenſum, ac præſens tẽpus ad præteritum conferre, nam in quibuſdam ciuitatibus cenſus agitur annuatim, in maioribus uero per trienniũ, aut quinquennium, & ſi ſit multiplicatus, ac multo maior factus quàm prius erat, illæ ſecundum quẽ ſtatuta fuerat Reipub. gubernandæ habilitas, lege prouidere, ut cenſus, uel augeatur, uel relaxetur, ſiquidem excedat, reſtringatur ſecundum multiplicationem, ſi uero deficiat, relaxetur ac minor fiat cenſus taxatio.*

G *In paucorum enim gubernationibus & in Rebuſpub. niſi hoc fiat, hic paucorum gubernatio, ibi potentia illa nimia inſurget, illo autem modo ex Repub. quidem popularis ſtatus, ex paucorum uero gubernatione Reſpu. aut populus.*

H *Commune autem eſt & in populari, & in paucorum gubernatione, & in omni Repu. neque augere nimium quemquam ſupra modum, ſed magis conari paruos, & longi temporis honores præbere, quàm confeſtim magnos, corrumpuntur enim, nec cuiuſuis eſt hominis proſperitatem ferre. Quòd ſi accumulate dati ſint alicui honores, non ſunt ſimul omnes poſtea auferendi, ſed paulatim.*

I *Maxime uero lege ita prouidere, conandum eſt, ut nemini ſit exceſſiua potentia, neque amicorum neque pecuniarum. Quòd ſi ita contingat per abſentiam remouendæ ſunt huiuſmodi hominum clientelæ.*

*Cum uero ex priuata etiam uita res nouæ oriantur, magiſtratus conſtituẽdus eſt quidam, qui ſit quaſi in ſpecula, ad mores ciuiũ intuendos, ne quis ita uiuat, ut Reipublicæ nocere poſſit,* K *in populari quidem ſtatu, ne aliene uiuat a popularitate, in paucorum autẽ potentia, ne aliene a natura eius gubernationis, eodemque modo de aliis ſpeciebus Rerumpublicarum.*



A ciuitate & neſcitur vnde habeant, vtputa in ſtatu populari qui nocui ſint, ſimiliter etiam in ſtatu paucorum, & ſic de aliis Rebuſpublicis. Si enim tales dimittantur, erit detrimentum ciuitatis. Cum enim nimis expendant cum ſubſtantia eorum finita ſit, oportebit eos iniuriari & accipere ab aliis. Deinde cũ dicit.

o ¶ Adiungit aliud documentum contra exultationem & elationem & dicit, ꝙ cum per exultationẽ & elationem accidãt diſſenſiones in ciuitate & inſolentiæ, diligenti remedio prouidendum: diuiſim, & ſigillatim obſeruãdum eſt, ſi enim dimittantur qualitercumque ſe habere voluerint in huiuſmodi ludis & exultationibus, ſiẽt ad Reipub. bonum ciues inſolentes, & bona ſua expendent ſecundũ ꝙ non oportet. Vnde accidet ꝙ oportebit accipere vndecũque, & propter hoc cauendum eſt qualiter fiant. Eſt autem remedium ad hoc, ꝙ ſemper in huiuſmodi actionibus & elationibus accipiantur partes oppoſitæ, & virtuoſi ponantur cũ multitudine, vt per virtutem multitudinis exceſſus reprimatur. Similiter ponendi ſunt pauperes cũ diuitibus, vt exceſſus eorum adinuicẽ reprimatur. Et ſi multitudo miſceatur cũ diuitibus, adiungendi ſunt medii. Et ſi vna pars vellet excedere, alia pars cum mediis reprimet eã, per hoc enim deſtruũtur ſeditiones, quæ ſunt propter inęqualitatem, quia ſi diuites velint excedere, egeni turbantur contriſtãtes, & ſeditionẽ procurant, per medios autem iſtud ſæpe ſedatur. Deinde cum dicit.

p ¶ Tangit elemẽtum quod præſeruat a corruptione quæ ẽ propter damnum & lucrum, & diuiditur in duas partes. In prima ponit elemẽta ſpecialia præſeruantia a corruptione quæ eſt propter damnum & lucrum. In ſecunda ponit documentũ magis generale, ibi. {Simpliciter autem quæcũq; in legibus &c.} Prima in duas. In prima facit quod dictum eſt. In ſecunda oſtẽdit quot exiguntur ad perfectionem principatus ratione cuiuſdam dicti, ibi. {Tria autem quædam oportet.} Prima in duas. In prima ponit elementum generale quantum ad omnes Reſp. In ſecunda ponit elementa particularia quantum ad quaſdam determinate, ibi. {Oportet autem in Democratiis.} Prima in duas. In prima ponit documentum. In ſecunda manifeſtat, ibi. {Hoc autem maxime in Oligarchiis &c.} In prima dicit ꝙ documentum maximum in omni Republica ad ſaluandum ipſam eſt ordinare & videre, ne principatus ſit lucratiuus, quod poteſt exponi dupliciter. Vno modo ꝙ principatus non vendatur, qa ſi venderetur, tunc qui plus haberet in pecuniis, plus haberet de principatu, quod eſt inconueniens. Alio modo poteſt ſic exponi, ꝙ principatus non ſit lucratiuus, hoc eſt ꝙ principans ex principatu non lucretur. Deinde cum dicit.

q ¶ Manifeſtat ex vtilitate quæ ſequitur in paucorum & populari ſtatu, & ideo primo oſtendit ꝙ huiuſmodi documentũ ſit vtile. Secundo qualiter poteſt fieri ꝙ principatus non ſit lucratiuus, ibi. {Et vbi non furentur.} Prima in duas. Primo manifeſtat ex vtilitate quę ſequitur ĩ paucorum ſtatu. Secundo ex vtilitate quæ ſequitur in populari & optimatum ſtatu, ibi. {Singulariter autem eſt.} In prima dicit ꝙ illud documentum maxime expedit in paucorũ ſtatu, quia ſi diuites prĩcipantur & nihil lucrentur propter principatum, tunc populares ſi excludantur a principatu non indignabuntur nec triſtabũtur, immo gaudebunt ſi permittantur vacare circa propria negocia. Si autẽ credant ꝙ ex principatu lucrẽtur aliqua furantes bona, triſtabuntur propter duo. Primo, quia non participabunt principatu, & tunc reputabũt ſe inhonoratos. Secundo, quia nõ habebunt lucrum ſicut alii, & tunc mouebunt ſeditiones contra diuites. Quare manifeſtum eſt, quòd expedit multum in paucorum ſtatu, ordinare principantes ex principatu nihil lucrari. Deinde cum dicit.

r ¶ Manifeſtat ex vtilitate quæ ſequitur in optimatũ, & populari ſtatu: & diuiditur in duas ſecundum duas vtilitates quas ponit. Secunda, ibi. {Quare accidit &c.} In prima dicit, quòd ſi illud ſtatuatur, ſcilicet ꝙ principantes nihil lucrentur ex principatu, cõtingit eandem Rempub. ſimul eſſe optimatum, & popularem, ſi enim hoc ſtatutum fuerit & inſignes & diuites & populares habebunt ea quæ volunt habere, hoc autem pertinet ad popularem ſtatum, ſcilicet quòd omnibus liceat principari. Quod autem inſignes principentur, pertinet ad optimatum ſtatum. Iſta autem contingent ſi nihil lucrentur ex principatu: quia pauperibus licebit principari: ſed nolunt eo quòd non eſt lucrum: ſed magis volunt vacare circa propria negocia. Sed diuites poterunt principari: quia non indigent bonis communibus: nec propter curam propriam poterunt impediri. Quare manifeſtum eſt, quòd vtrique habebunt quæ volunt: his autẽ ſic ſe habentibus bene ſimul ſaluantur popularis & optimatum ſtatus. Quare manifeſtum eſt: quòd expedit ordinare ꝙ principantes nihil lucrentur ex principatu. Deinde cum dicit.

ſ ¶ Ponit ſecundam vtilitatem & dicit, ꝙ ſi ita ordinentur quòd nihil lucretur diuites ex principatu, accidet, ꝙ egeni erunt diuites, quia poterũt curare de propriis. Inſignes autẽ non ſubiicientur deterioribus. Hoc autem maxime appetunt iſti, ſcilicet non ſubiici

o Et quod iocundũ aũt ciuitatis ſigillatim obſeruare ꝓp eaſdem cauſas, huius aũt remediũ ſuper oppoſitis partibus firmare actiones & principatus. Dico aũt opponi Epiices multitudini, egenos aũt opulentis, & tẽtare cõmiſcere egenorum multitudinẽ & eam quę diuitũ, vel quod medium augere. Hoc .n. diſſoluit eas quæ ꝓp inæqualitatem ſeditiones.

p Maximum aũt in omni politia & legibus & alia prouiſione ſic ordinari, vt non ſit principatus lucrari.

q Hoc aũt maxime in Oligarchiis oportet ſeruare, non .n. ſic indignantur coherciti ab eo qđ eſt principari multi. Immo gaudent, ſiquis ſinit circa ꝓpria vacare, quare ſi putauerint principantes furari cõia, tunc ambo contriſtantur .ſ. honoribus non participare & lucris.

r Singulariter aũt contingit ſimul eſſe Democratiã & Ariſtocratiam ſi hoc inſtituerit aliqs, contingit .n. & inſignes & multitudinẽ vtroſque habere quæ volunt. Licere quidem .n. ſcilicet omnibus principari, Democraticum. Inſignes aũt eſſe in principatibus, Ariſtocraticũ, hoc autem erit cũ non ſit lucrari a principatibus; egeni .n. non volent principari, eo ꝙ nullũ ſit lucrũ, ſed circa propria eẽ magis, opulenti aũt poterunt ꝓp nullo cõmuniũ indigere.

ſ Quare accidit egenis quidẽ fieri opulẽtos ꝓp immorari circa opera, inſignibus aũt, non ſubici quibuſcumque.

*Et ſi quid exultet, elatumque ſit in ciuitate, per partes obſeruare propter eaſdem cauſas: cuius remedium eſt ſemper contrariis partibus magiſtratus & res agendas committere. Contrarias partes uoco, ceu præſtantes uiros multitudini: et diuites pauperibus.* B *Conandumque eſt uel admiſcere pauperes cum diuitibus: uel medios augere: hi enim diſſoluent ſeditiones ob imparitatem procedentes.*

*Maximum uero illud eſt in omni Republica & legibus & cætera omni diligentia conſtituendum: ne ex magiſtratibus lucra proueniant.*

*Id autem maxime in paucorum gubernatione eſt obſeruandum. Leuius enim ferunt populi qui ab Republica* C *excluduntur. Quinimmo gaudent, quòd ſua agere non impediuntur. At ſi exiſtiment eos qui magiſtratus gerunt ex Republica ditari, duplicem capiunt moleſtiam: & quòd ab honore excluduntur, & quòd a lucro.*

*Vnice uero etiam contingit ſimul exiſtere popularem ſtatum: et optimatum, ſi ita quis inſtituat, foret enim, ut & nobiles & plebei haberent quæ utriq; uellẽt, licere enim omnibus Rempublicam gerere, populare eſt, magi-* D *ſtratus uero a nobilibus obtineri, optimatum. Hoc autem accidit quando ex magiſtratibus nõ proueniũt lucra. Pauperes enim magiſtratus non uolent, ſi nil inſit lucri: ſed potius ſuis rebus propriis intendere. Diuites autem quia non indigent ex Republica lucrari, magiſtratus gerent.*

*Atque ita continget, egens quidem ditari ob operam rebus ſuis impenſam: nobilibus uero, non ſubiici* E *cuicunque.*

ſubiici, illi vero diuites fieri, quare erit pax & concordia in ciuitate, hæc autem ſunt cauſa ſalutis ciuitatis, quare manifeſtū eſt quòd expedit ſic ordinari, ꝙ nihil lucrentur ex ipſo principatu. Deinde cum dicit.

t ¶ Declarat qualiter contingit fieri principatus non lucratiuos per duo documēta, & dicit ꝙ ne principantes furentur bona communia, ordinandum eſt, ꝙ communis pecunia tradatur ĩ præſentia omnium ciuium, & ꝙ habeantur reſcripta ſiue literæ ſuper his quæ reponētur apud ſocietates vel contubernia, vel aliquas tribus, ſic enim non poterūt furari de bonis communibus. Secundum documentū eſt, ꝙ loco lucri ordinentur honores qui fiant eis & reuerentiæ, puta ſi veniat ad ciuitatem ꝙ recipiatur cum magna reuerentia & ſolennitate & alia huiuſmodi, ſic enim minus appetēt bona communia. Deinde cum dicit.

p ¶ Ponit elementa particularia per q̄ ſaluantur popularis, & paucorum ſtatus a corruptione quæ eſt a diuitibus propter damnum, & primo ponit illa documenta. Secundo declarat quod expedit vtriſq; ſcilicet populari, & paucorum ſtatui, ibi. {Expedit autē.} Prima in duas. Primo ponit documentum quantum ad popularem ſtatum. Secundo quantum ad paucorum, ibi. {In Oligarchia autē.} In prima dicit, quòd vt ſaluetur popolaris ſtatus, oportet nō ſolum ꝙ poſſeſſiones non ſint æquales, ſed plus habeant diuites q̄ pauperes, imo etiam de fructibus oportet ꝙ non ſint æquales, ſed ꝙ plus participēt diuites, quia aliter diuites mouebunt ſeditionem, & contingere poterit quod corrumpetur Reſpublica: quod patet in quibuſdā Rebuſpub. Sed iſtud magis eſt ordinandum ꝙ nullus faciat expenſas & oblationes ſumptuoſas & non vtiles, puta choreas & ludos, & aliæ tales expenſæ debent prohiberi in ciuitate & conſimiles, quia nō ſunt vtiles, imo ſunt nociuæ. Deinde cum dicit.

x ¶ Ponit documentum quantum ad paucorum ſtatū, & oſtēdit quid oportet facere ne pauperes moueantur contra diuites, & dicit ꝙ in paucorum ſtatu oportet principantes habere multam curam de pauperibus, & eſt expediens, vt dentur eis principatus, ex quibus poſſint aliqua habere. Et ſi aliquis diues iniuriatus fuerit alicui pauperi magis puniatur quàm ſi alicui diuiti, ſic enim non facient pauperes ſeditiones contra diuites. Iterum oportet ordinare quòd hæreditates, perpetuo diſtribuantur & ſecundum genus non ſecundum dominationem, & ad tempus. Et oportet ordinare ꝙ vnus non habeat plures hæreditates q̄ vnam. Et ratio huius eſt, quia ſic poſſeſſiones erunt magis æquales, quod appetūt populares, & plures pauperes poterunt ad abundantiam neceſſariorum pertingere, & ſi ſic fiat, ſaluabitur magis paucorum ſtatus. Deinde cum dicit.

y ¶ Oſtendit quid expedit communiter in vtraque Republ. & dicit ꝙ hoc expedit ĩ populari & paucorum ſtatu, quod ſi bona aliquorum per ſententiā alicuius magiſtratus in communi diſtribui debent, diſtribuantur illa pl° illis, qui non attingunt ad Rempub. in populari ſtatu quidē diuitibus, in paucorum vero ſtatu pauperibus. Veruntamē ſi magiſtratus ſint in quibus ſit plurimum auctoritatis, non debent diſtribui illis q̄ non attingunt ad principatum in populari ſtatu, ſcilicet diuitib°, ſed debet attribui diuitibus in paucorum multitudine in populari, ſed in omnibus aliis iſtud habet veritatem, ꝙ quæ veniūt ad commune, debent diſtribui his qui attingunt ad Rempu, ſic enim optime ſaluabitur vtraque Reſpubl. Deinde cum dicit.

z ¶ Declarat quæ requiruntur ad perfectionem principantis in principali principatu, & primo facit hoc. Secundo mouet quaſdam dubitationes, ibi. {Habet autem dubitationē.} In prima dicit, ꝙ debentem perfecte principari principali principatu, tria oportet habere. Primum eſt amor principatus, oportet enim ſi perfecte debeat principari ꝙ diligat principatū. Et ratio huius eſt, q̄a perfecte principans debet habere prudētiam, quia prudentia eſt recta ratio agibilium. Princeps autē cū hēat regere alios, oportet ꝙ habeat rectam rationē de agibilibus. Quare oportet ꝙ habeat prudentiā perfectam. Sed prudentiam non poteſt habere niſi habeat appetitum rectum ad finē, hoc autem non pōt eſſe niſi diligat finē, & ea quæ ſunt ad finem, ſecundum ꝙ huiuſmodi principatus principiū eſt eorum quę ordinantur ad finem Reipub. Quare manifeſtum eſt, ꝙ bene principantem oportet habere amorem ad principatum & Rempub. Secundo oportet, ꝙ habeat potentiam reſpectu operum principantis, quæ maxima ſunt. Et hoc patet, princeps enim habet dirigere in finem Reipub. ſubditos, inter autem ſubditos quidam ſunt bene perſuaſibiles ratione, & quantum ad tales non eſt opus coactione, alii autem ſunt, quibus non de facili ſuadetur a ratione, ſed ſunt

t Et vbi non furentur quæ cōia traditio fiat pecuniarū præſentibus omnib° ciuib°, & reſcripta penes fraternitates, & cōtubernia, & tribus reponantur. Eius aūt quod eſt ſine lucro principari oportet eſſe honores lege ſtatutos, lege approbatis.

u Oportet aūt in Democratiis quidē opulentis parcere non ſolū in non faciendo poſſeſſiones equæ partiales, ſed neque fruct°: quod in quibuſdā politiarū latet factū. Melius aūt & prohibere volētes oblationes facere ſūptuoſas quidem nō vtiles, puta chorigias quidem & lampadarchias & quæcūque aliæ tales.

x In Oligarchia aūt egenorū facere curam multā, & principat° a quibus receptiones iis tribuere, & ſiquis opulentorū iniuriatus fuerit iſtis maiores increpationes eſſe, quàm ſi ſibi ipſis. Et hæreditates non ſecundū dationem eſſe, ſed ſecundū genus, neque plures quàm vnam eūdem hæreditare, ſic.n. vtiq; æqualiores ſubſtantiæ erunt, & egenorū vtique plures ad abundantiam pertingent.

y Expedit aūt & in Democratia & in Oligarchia aliorum vel æqualitatē, vel poſſeſſionem dare iis qui minus cōicant politia hac, in Democratia quidē opulentis, ĩ Oligarchia aūt egenis, excepto, quicūque principatus ſunt domini politiæ. Hoc autē iis qui ex politia cōmittere ſolis vel pluribus.

z Tria aūt quædā oportet habere futuros principari principales prīcipat°, primo quidē amorem ad conſiſtentem politiam, deinde potētiam maximorum

F *Ad hoc autem ut non ſurripiantur pecuniæ publicæ editio fiat pecuniarū ciuibus omnibus præſentibus, & deſcriptæ per ſocietates, & ordines & tribus deponantur. Quod uero magiſtratus ſint abſque lucro, ſtatuendi p legem ſunt honores his qui optime ſe geſſerint.*

G *Oportet autem in populari ſtatu, diuitibus parcere, ac non modo poſſeſſiones eorum non auferre, ſed ne fructus quidem earum, quod in quibuſdam ciuitatibus imprudenter fit. Melius etiam eſt uolentibus prohibere, ut munera illa ſubeant quæ ſint magni ſumptus, ac nullius utilitatis, ceu choros exhibere, & ludos, & cætera huiuſmodi munera.*

H *In paucorum uero gubernatione, cura eſt pauperū ſuſcipienda diligenter, & officia quibus ſunt ſalaria conſtituta iſtis tradenda, & ſiquis diuitū eos contumelia affecerit, maior pœna eſt conſtituenda, quàm ſi ipſi inter ſe idem feciſſent. Et ſucceſſio in hæreditatibus per cognationem ſit, non per donationem, nec ualeat quiſquam plures hæreditates capere, ſed unam ſolummodo, per hunc enim modum magis æquales erunt facultates, & egenorū permulti ad abundantiam traducentur.*

I *Vtile eſt etiam in populari ſtatu, et in paucorum gubernatione, aliorum uel æqualitatem uel præſtantiam tribuere his, qui minus participant Rep. In populari quidem, diuitibus, in paucorum uero gubernatione, egenis. Exceptis tamen his magiſtratibus, in quibus ius auctoritaſque Reipu. conſiſtit, hi enim ſolis his, qui ſunt ex Repub. committi debent.*

K *Tria uero debent habere illi, qui principales magiſtratus ſunt ſuſcepturi. Primum, ut ament præſentem ciuitatis ſtatum. Deinde, ut habeant potentiam maximam ad ea exequenda*



ſunt inobedientes & inſolentes, & pro talibus indiget potentia coactiua: cohercere autem & punire non poteſt niſi habeat potentiam, quare manifeſtum eſt, quòd oportet quòd habeat potentiam. Tertio oportet quòd habeat virtutem, & hoc apparet ex dictis, oportet enim principantem habere prudentiam, hoc autem non eſt niſi habeat appetitū rectū. Sed rectitudo appetitus eſt per virtutē moralem. Quare oportet quòd habeat virtutem & iuſtitiam ſecūdum quamlibet Rempu. In qualibet enim Repu. intenditur æquale ſecundū aliquam dignitatem propriam ei, & ideo in vnaquaque Repu. oportet eſſe iuſtitiā ſecundum illam Rēpub. Et dico ſecundū illam Rempu. quia non eſt eadem iuſtitia ſecundum vnamquamque. Et hoc apparet, ratio enim habitus ex obiecto ſumitur, obiectum vero iuſtitiæ iuſtū eſt, ergo ratio iuſtitiæ ſumitur ex ratione iuſti. Sed iuſtum non eſt idem ſecundum vnamquamque politiam, ſed ſunt diuerſæ differentiæ eius, ergo iuſtitia nō erit eadem ſecūdum vnā quamque Rempubl. ſed erunt diuerſę differentiæ illius. Deinde cum dicit.

aa ¶ Mouet dubitationes, & diuiditur in duas ſecundum ꝙ mouet duas. Secunda, ibi. {Dubitabit autem vbique &c.} Prima in duas. In prima mouet dubitationem. In ſecunda ſoluit, ibi. {Videtur autem oportere, &c.} In prima dicit, ꝙ dubitationem habet, ſi vnus & idem non habeat iſta omnia, ſed vnus habeat vnū tantum, alius aliud cui attribuetur principatus, verbi gratia, ſi ſit vnus qui habeat potentiam militarem, ſed ſit ſine virtute nequam & Reipu. inimicus, alius autem qui ſit virtuoſus & diligat Rempub. impotens autem, cui attribuetur principatus? vtrū ei qui habet potentiam militarem, ſed eſt ſine virtute & nequitioſus, & non diligat principatum aut ei qui virtutem habet & diligit principatum, ſed non eſt militaris? Deinde cum dicit.

bb ¶ Soluit iſtam dubitationem, & dicit ꝙ in electione principis oportet cōſiderare ad duo, ſcilicet, ad illud quo plus poſſunt ciues attingere ad finem principatus. Et ad illud quo minus. Et ratio huius eſt, quia principatus rationem ſumit ex fine, & ea quæ ſunt ad finem, rationem ſumunt ex fine. Et ideo ille eſt aſſumendus in principem, qui habet illud ſecundum qd̄ poſſunt magis pertingere ad finem Reipub. Et propter hoc in militia ſiue ducatu exercitus, magis conſiderandum eſt ad experientiam q̄ ad virtutem. Quia per experientiam in armis, poſſunt magis pertingere ad finem Reipu. q̄ per virtutem. Virtuoſi autem minus experti ſunt vt frequenter in talibus, ſunt tamē meliores multum. Et ideo ad talem principatū magis debet eligi ille qui habet experientiam cum ſola prudentia imperfecta, q̄ ille qui habet virtutem perfectam, & non habet experientiā. Sed in cuſtodia ſiue in regimine ciuitatis & in adminiſtratione ærarii, debet eligi ille qui habet virtutem, quia in tali principatu, requiritur magis virtus q̄ experientia quam multi habent. Scientia autem eſt cōmunis omnib°, oportet enim ꝙ habeant ſcientiam principes, & in ducatu exercitus, & in regimine ciuitatis, aliter enim non poſſunt dirigere in finem intētum ea quæ ſunt ad finē. Deinde cum dicit.

cc ¶ Mouet ſecundam dubitationem. Et primo mouet eā. Secundo ſoluit, ibi. {An quia &c.} In prima dicit, ꝙ dubitabit aliquis ſiquis diligat Rempu. & potentiā habeat ad quod neceſſaria eſt virtus. Nō enim videtur ꝙ ſit neceſſaria, quia per alia duo .ſ. potentiam & amorem, videtur ꝙ poſſint fieri ea quæcumque expediunt ad principatum. Deinde cum dicit.

dd ¶ Soluit dubitationem, & dicit ꝙ cū potētia & amore ad principatum requiritur virt° ſi debeat bene & perfecte regi, quia habentes potentiam ciuilem & amorem Reipu. contingit eſſe ſicut incontinentes, hoc eſt ſic eē diſpoſitos ad Remp. ſicut incontinens eſt ad ſeipſum, ergo ſicut erat de incontinente, ſic eſt de illis. Nunc autē ſic eſt ꝙ incontinens quāuis habeat rectum iudicium & ſcientiam de agibilibus, & amorē ſui, nihilominus tamen proſequitur cōcupiſcentias & mot° paſſionum. Et ſic nō proficit ei ſciētia quā habet de agibilibus. Sic igitur erit de iſtis ꝙ quàmuis diligant principatum, & habeant potentiā, quia tamen non habent virtutem, per quā regulēt ſuas operationes, deficient & male ſe habebunt in principatu. Deinde cū dicit.

ee ¶ Dat vnum documentum generale. Et dicit, quòd ſimpliciter illa de quibus ſunt leges quæ conferunt ad Rempubli. ſaluant Rempub. Leges enim ſunt de conferentibus ad Rempubli. talia vero ſaluant eam, & ideo de quibuſcumque ſunt leges ſaluant Rempub. Deinde cum dicit.

ff ¶ Poſtquam Philoſophus poſuit elementum per quod ſaluatur Reſpub. a corruptione quæ eſt propter lucrum, nunc ponit elementum per quod ſaluatur a corruptione quæ eſt propter impotentiam. Et primo ponit elementum. Secundo adiungit aliud circa hoc propter conuenientiā, ibi. {Præter hæc &c.} In prima dicit quòd maximum & efficaciſſimum documētum ad ſaluandam Rempub. eſt procurare, vt pars illa quæ diligit, & vult ſaluationē Reipub. ſit valentior & potentior, q̄ alia quæ non vult nec diligit, ſic enim ſemper vel quàm maxime durabit Reſpub. Deinde cum dicit.

operum principatus, tertio aūt virtutem & iuſtitiā in vnaquaq; politia eā quæ ad politiam, ſi.n. non idē iuſtum ſecundum omnes politias, neceſſe & iuſtitiæ eſſe differentias.

aa Habet autē dubitationē qū non acciderit hæc oīa circa eundem, qūo oportet facere diuiſionem, puta ſi militaris quidē aliquis fuerit, nequā autē & nō politię amicus, alius autē iuſtus & amicus qualiter oportet fieri electionem.

bb Videtur aūt oportere reſpicere ad duo quo plus participāt omnes, & quo minus, pp quod in militia quidē ad experientiā magis virtute, minus .n. militia participant. Epiicia aūt plus. In cuſtodia aūt & cameratione cōtrarium: ampliori.n. virtute indiget quam qualem multi habent. Scientia autem communis omnibus.

cc Dubitabit aūt vtiq; aliquis ſi potentia extiterit politiæ, & amor, quid opus eſt virtute, facient enim quæ expediunt per ipſa duo.

dd Aut quæ cōtingit eos q. hæc duo habēt incōtinētes eſſe, quare quemadmodū & ipſis non ſeruiunt ſcientes & amantes ipſas, ſic & ad cōmune nihil prohibet quoſdam ſe habere.

ee Simpliciter aūt quæcumque in legibus vt conferentia dicimus politiis, omnia hęc ſaluant politias.

ff Et quod ſæpe dictū eſt maximum elementū, vt valentior ſit multitudo quę vult politiā quā quæ non vult.

A *quæ magiſtratus requirit. Tertium, ut habeant uirtutem & iuſtitiam, in unaquaque Repub. ad ipſam Rempub. ni ſi enim iuſtum idem ſit in cunctis Rebuſpub. neceſſe foret & iuſtitiæ eſſe differentias.*

B *Habet autem dubitationem, quando hæc omnia nō concurrunt in codē, quemadmodum ſumere oportet, ceu ſi ſit quidam aptus ad rem militarem. Sit autem ille idem improbus, nec Reipubl. amator. Alter uero iuſtus & amator, ſed ad rem militarē non aptus cuius facienda ſit electio.*

*Videtur inſpiciendum eſſe ad duo, cuius magis participent omnes, & cuius minus. Quapropter in re militari quidem, ad peritiam magis quàm ad probitatem eſt reſpiciendum, pauciores enim ſunt rei militaris periti, plures uero probitatis,* C *Contra uero, in cuſtodia & adminiſtratione ærarii. Plus enim probitatis requirit, quàm quantum habeant multi, ſcientia uero huius communis eſt omnibus.*

*Dubitari etiam poteſt, ſi potentia abſit Reipub. & amicitia, quid opus eſt uirtute, ſufficiunt enim illa duo ad Reipub. utilitatem.*

D *An quia fieri poteſt ut duo illa habentes ſint intemperati? itaque ut ſibiipſis non obtemperant ſcientes, & amantes ſeipſos, ſic etiam erga Rempub. nihil uetat ita ſe habere quoſdā.*

*Simpliciter autem, quæcumque in legibus prodeſſe diximus, cuncta illa Rempub. ſeruant.*

E *Et quod ſæpe iam diximus, maximum fundamentum eſt cuſtodire, ut potentior ſit ea pars, quæ Remp. ſaluā eſſe uelit, quàm illa quæ nolit.*

gg ¶ Adiungit circa hoc aliud documentum contra receſſum a medio. Circa quod duo facit. Primo ponit elementum. Secũdo ex hoc concludit aliud, quod ſpeciale eſt in populari ſtatu, ibi. {Peccant autem & cætera.} Prima in tres. In prima ponit documentum. Secundo aſſignat rationem, cum dicit. {Multa enim &c.} Tertio cũ dicit. {Propter hoc &c.} concludit elementum declaratũ. In prima dicit ꝙ prę ter omnia elementa quæ dicta ſunt, oportet non latere, ſcilicet quid eſt medium & proportionale, per quod ſaluatur Reſp. vt conſeruetur, & nõ fiat trãſgreſſio ab eo: receſſus enim ab huiuſmodi medio cauſa eſt tranſgreſſionis factæ in pluribus. Deinde cum dicit.

hh ¶ Aſſignat rationem documenti, & dicit ꝙ bene oportet ſaluare medium, quia videmus quòd multa quæ apparent eſſe popularia, corrumpunt popularem ſtatum propter hoc, ꝙ recedunt a medio. Similiter multa ſunt q corrumpunt paucorum ſtatum quę videntur eſſe paucorũ. Qui autem credunt eſſe virtutis opus intendere quantumcũque ea quæ videntur ſaluare vnamquamque Rempubl. puta credentes opus virtutis popularis eſſe quãtumcumque intẽdere popularia, & paucorum ſtatui intẽdere facientia ad ſtatũ paucorũ, omnia quãtumcumque declinant a medio ſecundũ exceſſum, & corrũpunt volentes ſaluare. Sicut enim eſt in partibus corporis, ſic eſt in Repub. Sic autem eſt in partib⁹ corporis, quòd eſt aliqua determinata cõmenſuratio partium ſecundum quam partes pulcherrime ſe habent. Sicut naris quæ ſi parum tranſgreſſa eſt ad ſimũ vel aquilinũ, adhuc pulchra eſt & gratioſa in aſpectu, ſi tamen pl⁹ declinet ad exceſſum vel defectum primo contingit declinare a media ratione, in qua manet forma naris. Finaliter autem tantum contingit declinare ꝙ non cõtingit remanere formã naris propter excellentiam vel defectũ. Eodem modo ſe habet in aliis partibus corporis. Similiter ſe habet circa alias Reſpub. contingit enim popularem & paucorum ſtatum eſſe in ordine optimo ſecundum illas Reſpubli. ſi autem aliquis declinet vel ſecundum intenſionem vel ſecundũ remiſſionem, faciet Rempub. peiorem. Tandem autem poterit intendere vel remittere quòd corrumpet ipſam omnino. Et ſic manifeſtum eſt, quòd ad ſaluationem Reipub. oportet conſiderare quid eſt mediũ, in quo ſaluatur Reſpubl. Deinde cum dicit.

ii ¶ Concludit elementum iam declaratum, & dicit, propter hoc quòd quædam popularia corrũpunt ſtatum popularem, & quędam ad ſtatum paucorum ꝑtinentia corrumpũt paucorum ſtatum, oportet legiſlatorem, & ciuem non ignorare quæ & qualia pertinentia ad ſtatũ paucorum euertant ſtatum paucorum, & popularia popularem. Nulla enim iſtarum poteſt eſſe ſine diuitibus & ſine pauperibus. Sunt enim de integritate Reipublic. multitudo & diuitię: propter quod ſi aliquis voluerit adæquare ſubſtãtias omnino & ita omnes æqualiter eſſe diuites, non remanebit eadẽ Reſpub. ſed corrumpetur. Et ſic manifeſtum eſt, quòd illi q procedunt excedendo legibus ad hoc ducentibus tranſmutãt & corrũpunt Rẽpu. Deinde cum dicit.

kk ¶ Ponit elemẽtum ſpeciale ad ſaluandum popularem & paucorum ſtatum & dicit ꝙ adhuc manifeſtũ eſt ꝙ in paucorũ & populari ſtatu eſt error. In populari quidem peccant ductores populi ĩ ſtatu populari. ſ. in quo tota multitudo velut monarchia quadam dominatur, non ſecũdum legem, ductores enim pugnantes cõtra diuites diuidunt ciuitatẽ in duo, adulantes enim multitudini mouent eam cõtra diuites, hoc autẽ non eſt faciendum ſi debeat popularis ſtatus ſaluari, ſed multitudo pro diuitib⁹ debet videri facere qđ volunt. Sic. n. ſaluari poterunt. In paucorũ ſtatu, ſimiliter peccat paucorũ potẽtia, opprimens multitudinẽ, ex quo contingit corruptio paucorum ſtatus. Et ideo ſi debeat ſaluari, oportet paucorum potentiam videri facere pro populo, & facere iuramenta contraria eis quæ faciunt, conſueuerunt

gg Præter aũt omnia hæc, oportet non latere qđ vtiq; latet trãſgreſſas politias quod medium.

hh Multa. n. eorum quæ videntur demotica ſoluũt democratias & Oligarchicorum Oligarchias, qui aũt putãt hãc eſſe vnã virtutem trahunt ad exceſſum, G ignorãtes quemadmodũ naris eſt tranſgreſſa quidẽ rectitudinẽ eã quæ pulcherrima ad aquilinum vel ſimũ, ſed tamẽ adhuc pulchra & gratiã habẽs ad aſpectum, non tamen ſi intendat aliquis adhuc magis ad exceſſum primo quidẽ abiiciet mediocritatem partis, finaliter aũt ita qđ neq; narem faciet apparere ꝑꝑ excellentiam & defectũ contrariorũ. Eodem aũt modo habet & de aliis partibus, accidit itaque H hoc & circa alias politias. Etenim Oligarchiã & Democratiam eſt, vt habetur ſufficienter non ex exiſtẽte optimo ordine, ſi aũt aliqs intẽdat magis vtrãque ipſarum, primo quidem deteriorem faciet politiam, tandẽ autem neque politiam.

ii Propter hoc oportet nõ ignorare legiſlatorẽ & politicũ qualia ſaluãt demoticum & qualia corrũpunt Democratiã: & qualia Oligarchiã, neutrum. n. ipſa I rum continget eſſe & ꝑmanere ſine diuitibus & ſine multitudine, ſed qñ æqualitas facta fuerit ſubſtantię, aliã neceſſe eſſe hanc politiam, quare corrumpentes iis quæ ſecundum exceſſum legibus, corrumpunt politiam.

kk Peccant autẽ in Democratiis & in Oligarchiis, & ĩ Democratiis qdẽ demagogi vbi multitudo domina legũ, dominos. n. faciunt ſuper ciuitatẽ pugnantes cũ diuitibus, oportet autem K contrariũ ſemper videri dicere pro diuitibus, in Oligarchiis autem pro populo Oligarchicos. Et iurare contra q̃ nunc iurent Oligarchicos, nunc quidem. n. in quibuſdã iurãt: & populo malignus ero, & conſulam quodcũque habebo malũ, oportet autẽ & exiſtimare & ſimulare cõtrariũ inſinuantes in iuramẽtis qđ non iniuſte agat in populum.

F

*Præter hæc autem omnia latere nõ oportet, quod modo latet eas Reſpublicas, quæ tranſgrediuntur medium.*

*Multa enim quæ popularia videntur, popularem ſtatum diſſoluunt. Multa etiam quæ paucorum eſſe videntur, diſſoluunt paucorum gubernationem. Qui vero exiſtimant hanc eſſe vnam virtutem, trahunt ad exceſſum, ignorantes, quòd quemadmodum naſus excedit rectitudinem laudabilem, ad aquilinum eſſe uel ſimum, ſed tamen adhuc pulchritudinem ac gratiam retinet. At ſiquis magis trahat ad exceſſum, primo quidem abiicit congruentem menſuram partis, tandem uero ita diſponitur, ut non naſus appareat propter excellentiam, ac defectum contrariorum. Eodem modo, & de aliis partibus. Contingit autem hoc & circa alias gubernationes. Nam paucorum quidem potentiam, & popularem ſufficienter ſe habere contingit. Et ſi tranſgrediantur ab optimo ſtatu, quòd ſiquis intendat magis, vtramque earum deteriorem primam faciet, tandem uero, neque Rempublicam eſſe.*

*Quapropter id non ignorari oportet a legis conditore, ac ciuili homine, qualia popularium ſeruent populi ſtatum, & qualia paucorum apparentia, euertant paucorum gubernationem. Nulla enim iſtarum uidetur ſtare poſſe abſque opulentis & multitudine, ſed quando adæquatio fiat facultatum, aliam neceſſe eſt eſſe Rempublicam. Itaque diſſoluentes leges quæ ſunt circa excellẽtiã, diſſoluunt Reſpublicas.*

*Aberrant uero & in populari ſtatu, & in paucorum gubernatione. In populari quidem, ductores populi, ut multitudinẽ dominam legum efficiant. Ob id. n. faciunt ſemper ciuitatem opulentis repugnantem. At oportebat cõtrarium uideri ſemper dicere pro opulentis. In paucorum uero gubernatione, pro populo, eos qui Rempu. gubernant, & contraria iurare quàm nunc iurent. In quibuſdam enim ciuitatibus nunc iurant: Populum odio habebo, & conſilio annitar, ut male habeat. Expedit autem ſimulare ac fingere cõtrarium, atque ita iuramentum concipere, non afficiam populum iniuriis.*



conſueuerunt enim paucorum ſtatus potentiæ cum inſtituuntur in principatibus iurando dicere. Iuro quòd populum odio habebo, & conſilio annitar vt male habeat. Similiter in populari ſtatu, iurat populus, malignus ero diuitibus & conſulam quæ illi mala eſſe ſciam. Hoc autem non eſt faciendum. Sed oportet opinari contrarium eſſe faciendum, & inſinuare in iuramento, quòd potẽtes paucorum nõ facient iniuſtum populo. Et populus debet iurare, quòd non iniuſte aget contra diuites. Deinde cum dicit.

ll ¶ Ponit elementum quod vniuerſaliter ſaluat Rempub. a corruptione quæ eſt propter ineruditionem & inaſſuefactionem. Et primo facit hoc. Secundo reprobat quoddam obſeruatum in populari ſtatu, ibi. {In Democratiis autem &c.} In prima dicit quòd inter omnia elementa maximum & efficaciſſimum ad ſaluandam Rempub. quod modo omnes negligunt eſt, ſcilicet erudiri in legibus. & in eis quæ ordinantur ad Rempub. & aſſuefieri in illis. Ratio autem quare oportet aſſuefieri in illis eſt, quia illa in quib⁹ homines ſunt aſſueti, delectabilia ſunt eis & magis placent, & magis diliguntur. Quæ autem magis diliguntur, magis ſaluantur. Si igitur aſſueti fuerint homines in his quæ ſunt Reipub. plus diligẽt & delectabuntur in illis, & ſic conſeruabunt eam. Si autem non aſſueti & erudi ti fuerint in Repub. & in legibus ſignificantibus ordinem Reipub. puta ſi degentes in paucorum ſtatu non fuerint aſſueti & eruditi legibus paucorum, & populares legibus ſtatus popularis, nulla vtilitas erit eis ex legibus, bonis & glorioſis exiſtentibus. Sic enim continget eſſe in tali ciuitate, in qua ſunt leges optimæ, & tamen ciues non ſunt aſſuefacti in illis, ſicut eſt in incontinente. Sic autem eſt in incontinente, quòd quamuis habeat rectum iudicium rationis aliquo modo, quia tamen ſequitur impetum paſſionum, non ꝓficit ſibi rectitudo rationis. Similiter in propoſito, quamuis ciuitas habeat bonas leges, ſi tamen non ſunt ciues aſſueti & eruditi in illis, non proficient eis, quia non operabuntur ſecundũ illas. Sunt autem erudiendi & aſſueſcere debent non in illis ad quæ ſi poſſunt pertingere delectabuntur tam pauci potentes, quàm populares, ſed in illis in quibus eruditi poterunt obſeruare Rempub. vt populares in illis per quæ poterunt viuere populares & ſeruare popularem ſtatum. Paucorum potentes in illis per quæ poterunt obſeruare paucorum ſtatum, & viuere ſecundum illum. Nunc autem in ciuitatibus accidit cõtrarium, quia in paucorum ſtatu, filii diuitum nutriti ſunt in deliciis, & inclinantur ad eas, & in illis delectantur. Pauperes autem aſſueti ſunt in laborioſis. Propter quod manifeſtum eſt, quòd filii diuitum & pauperum volunt & poſſunt & magis viuere inſolenter quantum ad Rempub. Propter quod manifeſtum eſt, quòd in talibus non ſunt erudiendi. Deinde cum dicit.

mm ¶ Remouet errorem ſpecialiter accidentem in populari ſtatu. Et diuiditur in duas. In prima ꝓponit ipſum & tangit rationem eius. In ſecunda remouet ibi. {Hoc autem prauum &c.} In prima dicit, quòd in populari ſtatu obſeruatur aliquod quod videtur populare, ſcilicet quòd contrarium eſt ei quod confert ad Rempublicam, quòd vnuſquiſque viuat ſecundum quod voluerit. Et ratio huius eſt, quia male diffiniunt liberum. Sunt enim duo ſecundum quæ diffinitus eſt popularis ſtatus, ſcilicet poteſtas & libertas, vt ſcilicet multitudo dominetur & ſecundum libertatem. Illud enim iuſtum dicitur quod eſt æquale. Aequale autem videtur illud in ſtatu populari eſſe, quod videtur multitudini. Liberum autem dicunt, quòd aliquis faciat quicquid voluerit. Propter quod in populari ſtatu quilibet viuit ſecundum quòd vult, & ſecundum quòd poſſibile eſt ei, & ſecundum quòd plus abundat, vt dixit Euripides. Deinde cum dicit.

nn ¶ Remouet iſtũ errorem, & dicit ꝙ non eſt opinandum ſeruitutem eſſe viuere ſecundum Rempub. immo libertatẽ & ſalutem. Et ratio huius eſt, quia ſecũdum quòd vult Philoſophus. Liberum eſt quod ẽ cauſa ſui, vel in genere cauſæ agentis vel finalis. Vnumquodque autem maxime dicitur illud quod eſt principale in eo. In homine vero principale eſt intellectus. Et ideo homo eſt maxime intellectus, vel operatur ſecundum intellectum, ergo homo maxime dicitur liber cum operatur ſecundum intellectum & rationem, & ad bonum ſui ſecundum intellectum & rationem. Cum autem viuit ſecundum Rempub. operatur ſecundum rationem, ergo viuere ſecundum Rempublicam non eſt eſſe in ſeruitute, ſed libertate magis. Et tunc recapitulat & dicit, ꝙ principia ex quibus corrumpuntur & trãſmutantur Reſpu. & principia ex quibus ſaluãtur, & manſiuæ ſunt tot, quot dictæ ſunt ſimpliciter, vt eſt dicere, qđ dicit ꝑꝑ principia ſaluãtia & corrũpentia monarchias de qbus dicet iam.

ll Maximum autẽ omnium dictorum ad permanẽdũ politias quod nunc negligunt omnes. ſ. erudiri ad politias, profectus. n. nullus vtiliſſimarum legũ & cõglorificatarum ab omnibus politizantibus, ſi non erunt aſſueti & eruditi in politia, ſiquidẽ le- B ges demoticæ democicaliter: ſi autem oligarchicæ oligarchicaliter, quæ quidẽ eſt in viro incontinentia, eſt & in ciuitate: ẽ autem erudiri ad politiam non hæc facere quibus gaudent Oligarchizantes & Democratiã volentes, ſed quibus poterunt, ii q bus Oligarchizare, ii autẽ Democratizare, nunc autẽ in Oligarchiis quidẽ principantium filii deliciantur, qui aũt egenorũ fiũt exercitati & laborioſi. Quare & volunt magis & poſſunt in C ſoleſcere.

mm In Democratiis autẽ quæ maxime videnẽ eſſe Democraticæ contrariũ conferentis conſiſtit. Cauſa autẽ huius, quia male diffiniunt qđ liberũ, duo. n. ſunt quibus videtur Democratia diffinita eſſe in id qđ populus eſſe dominũ, & libertate, qđ quidẽ. n. iuſte, æquale videtur eẽ: ęquale aũt quodcumq; videatur multitudini hoc eſſe dominans, liberum aũt & æquale quodcũq; no D luit quis facere, quare viuere in talibus Democratiis vnuſquiſq; non vult, & ad quod abũdat, vt ait Euripides.

nn Hoc autem prauum, non. n. oportet putare ſeruitutem eſſe viuere ad politiam, ſed ſalutem. Ex quibus quidem ergo politiæ tranſmutantur & corrumpuntur & per quæ ſaluantur & permanent, vt ſimpliciter eſt dicere, tot ſunt.

A

*Maximum autem omnium quæ dicta ſunt ad Reipu. ſtabilitatem eſt id quod nunc parui faciunt omnes erudiri ad Reipub. diſciplinam. Nil enim proſunt utiliſſimæ leges quæ a gubernatoribus decernuntur: niſi moribus inſtituti, & diſciplina imbuti homines fuerint, ſi leges populares, populariter, ſi paucorum potentiæ, ad hanc ipſam gubernationem. Nam ſi eſt in uno intemperantia, eſt etiam in ciuitate, diſciplina autem Reipubl eſt non ea facere per quæ lætentur pauci potẽtes, aut populares: ſed ꝑ quæ ualeãt illi quidem paucorum gubernationẽ tenere, hi uero popularem: nunc autem in paucorum potentia gubernatorum filii delitiis intendunt. Tenuiorum autem filii, Gymnaſiis laboribuſque exercentur: itaque, & uolunt magis, & poſſunt res nouas moliri.*

*In populari uero ſtatu, qui maxime uidetur eſſe popularis, contra quã utile ſit conſtitutum eſt, huius rei cauſa eſt, quòd male diffiniunt libertatem. Duo ſunt enim quibus popularis ſtatus diffinitur: poteſtate ſumma populi, ac libertate. Iuſtum autem & æquum uidetur eſſe. Aequum uero quodcunque uideatur multitudini id eſſe ſtabilitum. Liberum autem & æquum quodcunque uelit quis facere: ita quòd uiuit unuſquiſque ut uult, in huius populari ſtatu: & ad quod gliſcit, ut ait Euripides.*

*Sed hoc eſt prauum. Non enim putandum eſt eſſe ſeruitutem, uiuere ad formam Reipublicæ, ſed ſalutem. Ex quibus igitur mutantur Reſpublic. & corrumpuntur: & per quæ ſeruantur, & permanent, ut ſimpliciter dicamus: tot & talia ſunt.*

E

LECTIO VIII.

POſtquam Philoſophus determinauit cauſas & principia corruptionis & ſaluationis Rerumpu. in quibus plures dominantur, determinat cauſas & principia corruptionis & ſaluationis in quibus vnus dominatur, ſicut ſunt monarchiæ. Et diuiditur in duas. In prima determinat quæ ſunt cauſæ & principia corruptionis & ſaluationis Rerumpublicarum monarchiarum. In ſecunda oſtendit, quę illarum eſt minoris durationis, ibi. {Atqui omnium &c.} Prima in duas. In prima præmittit intentum ſuū. In ſecunda proſequitur, ibi. {Exiſtit autē generatio, &c.} In prima dicit, ꝙ poſtquam determinatū eſt quæ ſunt principia ſaluationis & corruptionis Rerumpublicarum in quibus plures dominantur, reſtat conſequenter conſiderandū de monarchia, quæ ſcilicet ſunt cauſæ & principia ex quibus corrūpitur, & quæ ſunt prīcipia & cauſæ ex quibus nata eſt ſaluari. Illa autem quæ accidūt circa monarchiā regalem & tyrannidem, ſunt ſimilia eis q̄ dicta ſunt de aliis Rebuſpublicis. Nam regnum congruit ſtatui optimatum. Sicut.n. aſſumitur princeps ſecundum virtutem in ſtatu optimatum, ſic in regno: tyrannis autem componitur ex ſtatu paucorum vltimo, qui eſt peſſim⁹ inter omnes paucorū ſtatus, & populari ſtatu vltimo, qui ſimiliter peſſim⁹ eſt inter omnes populares ſtatus, propter quod tyrannis ipſa multū nociua eſt ſubditis, cum ſit compoſita ex duobus malis, & habeat peccata & trāſgreſſiones vtriuſque illarum. Deinde cum dicit.

b ¶ Proſequitur, & diuiditur in duas. In prima ꝑmittit quiddam de iſtis monarchiis, quarum quædam dicta ſunt prius. In ſecunda proſequitur de cauſis corruptionis & ſaluationis ipſarū, cum dicit. {Sicut igitur &c.} Circa primum duo facit. Primo oſtendit ex quibus componitur vtraque monarchia. Secundo declarat quoddam dictum de tyrannide, ibi. {Quòd autem tyrannis &c.} Prima in duas. In prima facit quod dictum eſt. In ſecunda oſtendit quid intenditur in vtraque, cum dicit. {Tyrānis autem &c.} Adhuc prima in duas. In prima declarat ex quibus componitur ex vtraque monarchia, vt appareat ex quibus corrumpitur & ſaluatur. In ſecunda declarat quoddam dictum, ibi. {Sicut autē diximus &c.} Adhuc prima in duas. In prima oſtendit ex quibus componitur regnum. In ſecunda ex quibus

F tyrannis, ibi. {Tyrannis vero &c.} In prima dicit, ꝙ vtraque monarchia ex contrariis generatur. Regnum enim factum eſt propter auxilium bonorum contra multitudinem, ne multitudo grauaret ipſos ſtudioſos, & aſſumitur rex ex virtuoſis excedens ſecundum virtutem, vel in opere virtutis, vel aſſumitur ſecundum nobilitatē generis, ne iſti grauētur a multitudine. Deinde cum dicit.

c ¶ Oſtendit ex q̄bus generatur tyrannis. Et primo ex quibus nunc generatur. Secundo ex quibus generabatur antiquitus, ibi. {Quæ autem ante &c.} Dicit igitur, ꝙ tyrannus aſſūptus eſt a populo, & ex populo & multitudine cōtra diuites, & inſignes ne populus moleſtetur a diuitibus, hoc autem manifeſtum eſt ex his q̄ contigerunt. Plures enim tyranni, vt eſt dicere: facti ſūt ex his qui erāt ductores populi quibus multum credebat populus eo quòd libenter imponebant crimina diuitibus calumniantes eoſdem, huiuſmodi autē tyrannides augmentatis ciuitatibus factæ fuerunt. Deinde cum dicit.

d ¶ Oſtendit ex q̄bus generabat̄ prius. Et primo facit hoc. Secundo facilem modum generationis ipſius ex prædictis tangit, ibi. {Omnibus enim inerat modis, &c.} In prima dicit, ꝙ antiquitus tyrannides quę factæ fuerunt ante iſtas, quædam factę fuerunt ex regibus qui leges & conſuetudines paternas in quibus nutriti fuerant tranſgrediebantur, & qui magis volebant principari principatu dominatiuo qui ē domini ad ſeruum, volentes vti ſubditis tamquā ſeruis. Contigit enim, ꝙ aliquis ſecundum hunc modum exiſtēs incepit tyrannizare, & opprimere ſubditos, & ſic ex rege factus fuit tyrannus. Aliquando autē fuit facta tyrannis ex eis, quia electi fuerant ad principatus excellentiores & potentiores, antiquitus populus inſtituit multos principantes & perſpectores populi ſiue rectores. Ex iſtis aūt contingebat aliquos magis ꝑuerſos trahere ad ſe dominiū ciuitatis, & tyrannizare. Aliquando etiā facta fuit tyrannis ex paucorū potentia viris eligētibus vnum potentē ad principatus maximos, qui poſtmodum tyrannizabat. Omnibus iſtis modis fiebat antiquitus tyrannis. Deinde cum dicit.

e ¶ Tangit facilem modū generationis ipſius tyrānidis. Et dicit, ꝙ huiuſmodi tyrannides de facili poterāt fieri ex prędictis, quia potentiam habebant. Quidam enim principabantur principatu regali. Et manifeſtum eſt, ꝙ tales potentiam habebant propter

LECTIO VIII.

REſtat autē ſuperuenire de monarchia ex quib⁹ corrūpitur & per quæ ſaluari nata eſt, ferè aūt conſimilia dictis circa politias, ſunt & q̄ accidunt circa regna, & tyrannides: regnum.n. ſecundum Ariſtocratiam eſt, tyrannis aūt ex Oligarchia extrema componit̄ & democratia, propter qđ vtique & maxime nociua ſubditis eſt veluti ex duabus malis compoſita, & tranſgreſſiones & peccata habens, quæ ab ambabus politiis.

b Exiſtit autē generatio mox ex contrariis vtriq; monarchiarum. Regnum quidem enim ad auxilium quod a populo Epiicis factum ē, & inſtituitur Rex vnus Epiicorum ſecundum exceſſum virtutis, vel actionū quæ a virtute, vel ſecundū exceſſum talis generis.

c Tyrannus autē ex populo, & multitudine ad inſignes, quatenus populus nihil moleſtet̄ ab ipſis. Manifeſtū aūt ex iis quę acciderunt: ferè.n. plurimi tyrānorum facti fuerūt ex dęmagogis, vbi eſt dicere credibiles facti ex contrariari inſignibus, hæc quidem enim hoc modo conſtituerunt tyrannides iam ciuitatib⁹ augmentatis.

d Quæ aūt ante iſtas, ex regib⁹ tranſgredientibus patria & magis deſpoticū principatū appetentibus. Hæ autē ex electis ad principales principat⁹; antiquitus.n. populi inſtituerunt multi tpis conditores populi & ꝓſpectores, Hæ autē ex Oligarchiis eligentibus vnū aliquē dominū ad maximos principatus.

e Omnibus.n. inerat modis iis, ad efficere de facili, ſi ſolum vo

*LECTIO VIII.*

*REſtat nunc uidere de unius gubernatiōe ex quibus corrumpatur, & per quæ ſeruari ualeat. Ferè autem ſimilia ac propinqua ſunt illis, quæ diximus ſupra de cæteris gubernationibus, illa quæ*

G *circa regnum & circa tyrannidem cōtingunt. Nam regia quidem poteſtas, optimatum gubernationi reſpondet, tyrannis autem ex paucorum potentia illa poſtrema, & ex populari componitur. Quapropter pernitioſiſſima eſt his, qui ſub ea ſunt, utpote ex duobus compoſita malis, & tranſgreſſiones et delicta continens, quæ ex ambabus illis proueniunt.*

*Exiſtitque generatio ſtatim ex contrariis utique iſtarum. Nam regia po-*

H *teſtas pro tutela præſtantium uirorū contra populum reperta eſt, & fit rex ex præſtantibus, per excellentiam uirtutis, uel rerum geſtarum, quæ ſint a uirtute, uel per excellentiam huiuſmodi generis.*

*Tyrannis uero originē habet a populo, ac multitudine contra nobilitatem, ut populus iniuriam ab illis non patiatur. Patet hoc ex ipſis his, quæ contigerunt. Ferè enim tyranni, ut plurimum, facti ſunt ex ducibus populorum, fidem adepti ab initio propter ca-*

I *lumnias contra nobilitatem factas, tyrannides igitur aliæ in hunc modum conſtitutæ ſunt, ciuitatibus iam adauctis.*

*Aliæ prius ex regibus tranſgrediētibus patria iura, & affectantibus magis dominari. Aliæ ex electis ad principales magiſtratus. Antiquitus enim populi conſtituebant diuturniores adminiſtrationes et procurationes. Aliæ ex paucorum potentia eligētium unū aliquem ad maximos magiſtratus.*

K

*Omnibus iſtis modis facultas fuit ꝑficiendi, ſi modo uoluerit, per poten-*



propter quod de facili poterant fieri tyranni. Alij autem principabantur principatu qui eſt ſecūdum aliquam honorabilitatē. Tales etiam potentiam habebant, ideo de facili poterant tyrannizare. Et exemplificat. Quidam enim qui dicebatur Phidon apud Argum fuit tyrannus, & quidam alij ſimiliter principātes ex principatu regali. Illi autem qui tyrannizauerunt circa Ioniam & Phalaris aſſumpti fuerūt ex ſtatu paucorum principatibus honorabilibus. Sed Panetius q tyrānizauit in Leuntinis, & Cypſellus q in Corintho, & Piſiſtratus qui Athenis, & Dionyſius qui Syracuſis, & alij qui eodem modo fuerunt tyranni, fuerunt pri⁹ duces ex fauore populorum. Iſti enim potentiam habebāt. Quare manifeſtū eſt, quòd facile fuit iſtos eſſe tyrannos, propter potētiam quam habebant. Deinde cum dicit.

f ¶ Probat quoddā dictum. Dixerat.n. ꝙ regnum eſt inſtitutum ſecundum ſtatū optimatū, hoc probatur. Et prīo facit hoc. Secundo oſtendit qđ eſt officiū regis, ibi. {Vult enim rex &c.} In prima dicit quòd ſicut dictum eſt pri⁹. Regnum eſt inſtitutum ſecundum ſtatū optimatum. Et hoc apparet, quia inſtitutum eſt ſecundum dignitatē vel virtutis, vel generis, vel propter beneficium impenſum regioni, vel propter iſta ſimul, & potentiam. Et hoc apparet, quia omnes antiqui reges, vt ita dicatur, cum feciſſent aliquod beneficium ciuitati, vel genti regionis, vel qui potentes fuerant beneficiare iſtum honorem receperūt, quòd aſſumpti fuerūt in regem, quidam enim, ſicut Codrus qui præliat⁹ fuit contra aduerſarios ciuitatis, & prohibuit ne ſerui eſſēt illis, factus fuit rex. Alij autem quia liberauerunt a ſeruitute, ſicut Cyrus fact⁹ fuit rex Perſarum, quia liberauit a ſeruitute regis Caldeorum. Alij quia ciuitatem conſtituerunt. Alij qui acquiſiuerunt regionem, ſicut reges Lacedęmoniorum, & Macedonum & Moloſſorum. Deinde cum dicit.

g ¶ Oſtendit quod eſt officium regis. Et dicit, quòd officium regis eſt eſſe cuſtodem iuſtitię. Et vult cuſtos eſſe iuſti. Et ideo recurrere ad regem eſt recurrere ad iuſtum animatum. Et hoc apparet, quia rex intendit bonum commune cuſtodire & ſeruare. Hæc autem non poteſt niſi ſit cuſtos iuſti. Et ideo officium ſuū eſt, vt ſit cuſtos iuſti, ita ꝙ habentes poſſeſſiones & diuitias nul-

A lam iniuſtitiam patiantur à non habentibus. Nec populus ſuſtineat aliquam iniuriam a diuitibus. Deinde cum dicit.

h ¶ Oſtendit, quis eſt finis in vtraque monarchia ex quo apparet vna differentia inter ipſas. Et primo oſtēdit quid vtraque intendit. Secundo manifeſtat per effectus, ibi. {Propter quod ſupgreſſionum &c.} In prima dicit, quòd tyrannus non intendit bonum commune, ſed intēdit propriū. Et ratio huius eſt, q2 tyrannus intēdit delectationē ſecundum ſenſum, & ideo appetit illud per quod exiſtimat ſe habere eam, hoc autē eſt ſuperexceſſus pecuniarum, propter quod intendit pecunias acquirere, credit enim per pecunias habere omnia, rex autem intendit bonum commune. Illum enim dicimus regē qui principatur propter bonum multitudinis. Talem autem oportet eſſe virtuoſum, & ita nolle iniuriari ſubditis. Oportet ipſum eſſe diuitem, ne aliquid iniuſte accipere a ſubditis compellatur. Deinde cū dicit.

i ¶ Manifeſtat qđ dictū eſt ꝑ effectus. Et dicit quòd ꝓpter hoc quòd tyrannus appetit delectationes, ꝑ quas appetit pecunias, manifeſtum eſt quòd exceſſus inſup accipiendo pecunias tyrannici ſunt. Intēdunt.n. tyrāni boniſ proprium non commune, ſed ſupergreſſiones honorum regales ſunt magis. Et ratio huius eſt. Quia rex debet eſſe excellens ſecundum virtutem. Excellentiæ vero virtutis debet̄ excellentia honoris. Et ideo ad regem pertinet habere excellentes honores, & magis ſupergreſſionem honorum quàm pecuniarum. Econtrario autem eſt in tyranno, & ꝓpter hoc idē etiam cuſtodia regalis eſt ciuilis, ſed tyrānica eſt ꝑ extraneos. Et ratio huius eſt, q2 rex dominatur ſubditis illis volētibus. Et ideo cōfidit de ipſis, propter quod cuſtoditur ab eis, tyrannus autem cum opprimat eos dominatur eis illis nolentibus, & ideo nō confidit in eis, ꝑ quod cuſtoditur ab extraneis. Poſſet etiam aliter introduci illa pars. Tyrannus autem, vt diceret, quòd intendit aſſignare differentias inter regnum & tyrannidem, & diuiditur in tres propter tres differentias quas ponit. Deinde cum dicit.

k ¶ Manifeſtat quoddam dictum de tyrannide, prius enim dictum fuit quòd cōponitur ex duobus malis: hoc declarat. Et primo declarat quæ mala habet ex ſtatu paucorum. Secundo quæ mala

luiſſent ꝑ potētiā præexiſtere: iis quidē regalis principatus, iis aūt eā quę honoris. Phidō quidē circa Argū & alij tyrāni cōſtitę runt regno exiſtente, qui autem circa Ioniam, & Phalaris ex honoribus. Panetius autē in Leontinis & Cypſelus in Corintho, &

B Piſiſtratus Athenis, & Dionyſius in Syracuſis, & alij eodem modo ex dæmagogis.

f Sicut diximus enim, regnum inſtitutum fuit ſecundum ariſtocratiam, ſecundum dignitatem enim eſt, vel ſecundum genus, vel ſecundum beneficium, vel ſecundum hæc & potentiam, omnes enim cum beneficiaſſent, vel potentes beneficiare ciuitatęs, vel gentes, adepti ſunt honorē hunc, ij quidem ſecundum bellum prohibentes ſeruire: ſicut

C Chodrus, ij autem liberantes, ſicut Cyrus, vel cum inſtituiſſent regionem, ſicut Lacedæmoniorum reges, & Macedonum, & Moloſſorum.

g Vult enim Rex eſſe cuſtos, vt quidem qui poſsident ſubſtantias nihil iniuſtum patiantur: populus autem nullam ſuſtineat iniuriam.

D h Tyrannis autem, ſicut dictum eſt, ſæpe autem nihil commune reſpicit niſi ꝓpriæ vtilitatis gratia. Eſt autem intentio tyrannica quidem, quod delectabile, regalis autem, quod bonum,

i Propter quod & ſupergreſsionum, quæ quidem pecuniarum, tyrannycæ, quæ autem ad honorem, regales magis. Et cuſtodia, regalis quidem, ciuilis, tyrannica autem per extraneos.

E k Quòd autem tyrānis habeat mala, & quæ democratiæ, & quæ oligarchiæ, manifeſtum, ex oligarchia quidē, eo quòd finis ſit diuitiæ, ſic enim ſolū & permanere neceſſarium cuſtodiam & delitias, & multitudini nihil cre

*tiam ſibi præexiſtentem, uel ex regia poteſtate, uel ex honoribus a populo exhibitis, ceu Phidon apud Argos, & alii alibi regiam poteſtatem habentes, tyranni ſunt facti. Circa Ioniam vero tyranni & Phalaris ex honorib⁹. Panetius quoque in Leuntinis, & Cypſellus Corinthi, & Piſiſtratus Athenis, & Dionyſius Syracuſis, & alii eodem modo ex fauore populorum apud quos multum poterant.*

*Vt ergo diximus, regia poteſtas inſtituta eſt ſecundum optimatum gubernationem. Eſt enim ſecundum dignitatem, uel per uirtutem propriam vel generis, vel per beneficia collata, vel per iſta ſimul, ac potentiam. Omnes enim qui maxima beneficia in ciuitates genteſque contulerunt, vel qui eam facultatem habuerunt, vt conferre valerent, hoc honore potiti ſunt. Alii bello conſeruatis populis, ne in ſeruitutem deuenirent, quemadmodū Codrus, alii a ſeruitute liberatis, vt Cyrus, alii quod condidiſſent vrbem, vel quòd regionem acquiſiſſent, quemadmodum Lacedæmoniorum, & Macedonum, & Moloſſorum reges.*

*Vult autem rex eſſe cuſtos, vt qui diuitias habent nihil iniuſtum patiantur. Nec etiam populus afficiatur contumeliis.*

*Tyrannus autem, vt ſæpe iam diximus, ad nullam cōmunem reſpicit vtilitatem, niſi gratia proprii commodi. Eſt autem obiectum tyranni, quod placeat, Regis, quod honeſtum ſit.*

*Quamobrem, & illa in quibus plus habent ſunt, tyrannis quidem, pecuniæ. Regibus autem, honores. Et cuſtodia regi a ciuibus ſuis eſt, tyranno autem, a peregrinis.*

*Quòd uero tyrannis contineat illa mala, quæ ſunt & popularis gubernationis, & paucorum potentiæ manifeſtum eſt. Ex paucorum quidem potentia finem eſſe diuitias. Per has enim ſolas neceſſe eſt permanere, ut cōductos retineat cuſtodes, ut ſumptus*

mala habet ex ſtatu populari, ibi. {Ex democratia autem &c.} In prima dicit quod manifeſtum eſt, quòd tyrannis accipit mala, quæ ſunt in ſtatu paucorum & multitudinis. Ex ſtatu paucorū mala hæc habet, quia ſicut finis ſtatus paucorum ſunt diuitiæ, ſic etiam in tyrannide. Sicut enim dominans in ſtatu paucorum finaliter intendit diuitias, ſic tyrannus. Itē tyrannus eſt ſicut ſolus ſine amicis, ſicut dominās ī ſtatu paucorum. Iſti enim q̄ opprimunt multitudinem odio habētur, & ideo ſunt ſoli ſine amicis, ſic tyrannus ſolus eſt, quia nō habet amicos. Item ſicut oportet dominātes in paucis habere cuſtodiam, quia multos inimicos habent, & ſunt ſine amicis, ſic oportet tyrānum cuſtodiam habere, & quia hoc non poteſt ſine diuitijs, ideo intendit diuitias. Item oportet ipſum non credere multitudini ſicut potentatus paucorum, cū enim odio habeatur a multitudine, non confidit in ipſa, & ideo non credit eidem, & propter hoc prohibet multitudinem non habere arma ſicut potentes paucorum, ne poſſit inſurgere contra ipſum. Item habet turbam ſuſpectā, & ideo expellit eos a munitionibus & ponit extraneos in eiſdē. Itē cōpellit eos morari ī domo, & non habere ſocietatem adinuicem, ne poſſint machinari aliquid contra ipſum. Iſta igitur omnia mala communia ſunt potētiæ paucorum & tyrannidis. Cōſequēter cū dicit.

l ¶ Oſtendit, quæ mala habet ex populari ſtatu, & dicit q̄ ex populari ſtatu habet iſta mala, ſcilicet impugnare diuites, & inſignes interficere, & hoc manifeſte & occulte, vtroque enim modo tyrānus perſequit̄ inſignes, & habet ex ſtatu populari pugnare & relegare eos tamquam illos qui machinantur & inſidias præparant contra principatum. A diuitibus enim & inſignibus fiunt machinationes, & procurantur diſſenſiones, quandoque a quibuſdam, quia volunt principari. A quibuſdam vero, quia procurant forte aliquos alios principari non volentes ſibi obtinere principatum. Vnde tyranni, multum quandoq; eos perſequentur. Vnde Periander dedit conſilium Thraſibulo tyranno qualiter principatus ſuus duraret, habuit in conſilio ab eodem ſicut dictum fuit in Tertio huius, oportunum eſſe excedentes ſpicas euellere, per quod innuebatur quòd diuites & & inſignes oportet interimere.

dere, propter quod & ablationem faciunt armorum, & ſuſpectam habere turbam, & a munitione repellere, & demorari in domo, commune eſt ambarum & Oligarchiæ & tyrannidis.

G l Ex Democratia autem, & oppugnare inſignes & corrumpere occulte & manifeſte, & fugare, tamquam contra machinantes & impeditores aduerſus principatus, ex ijs enim accidit fieri & inſidias, ijs quidem principari volentibus, vnde & Periandri ad Thaſibulum conſilium fuit, excedentium ſpicarum euulſio, quaſi opportunū ſit ſemper excedentes perimere.

H

## LECTIO IX.

Sicut igitur fere dictum eſt transmutationū ipſa principia oportet putare circa politias eſſe & circa monarchias. Propter iniuſtitiam enim & propter timorem & propter contemptum multi ſubditorum inſurgunt aduerſus monarchias, iniuſtitiæ autem maxime propter iniuriam, aliquando autem & propter propriorū ſpoliationem, ſunt autem & fines ijdem, quemadmodum ibi & circa tyrannides, & circa regna. Magnitudo enim diuitiarum, & honoris exiſtit monarchis quæ deſiderant omnes.

b Inſurrectionum autem, hæ quidem ad corpus fiunt principantium, hæ autem ad principatum, quæ quidem igitur propter contumeliam ad corpus, contumelia autē exiſtente multarum partium quælibet ipſarū ſit cauſa iræ. Iratorum autem fere plurimi punitionis gratia inſurgunt, ſed non excellentiæ.

*faciat in educando, vt populo ſuo in nulla parte confidat. Itaque arma ciuibus ſuis adimere, ac multitudinem populi conculcare, ac ex vrbe pellere, & uacuam habitatoribus ciuitatem reddere, communia ſunt paucorum potentiæ & tyrannidis.*

*Ex populari autem habet, uexare nobilitatem, clamque euertere, & aperte in exilium pellere, tamquam aduerſarios, & machinatores contra potentiam ſuam, ex his enim & conſilia aduerſus eos iniri contingit, alias dominationem affectantibus, aliis ſeruitutem fugientibus. Vnde Periandri conſilium Thraſybulo datum, ſupereminentes ſpicas decerpere, tamquam oportunum fuerit eminentiores ciuium de medio tollere.*

## LECTIO IX.

*Vt igitur fere dictum eſt, eadem principia mutationum ſunt exiſtimanda, & in Rebuſpublicis, & in unius gubernatione. Per contumeliam enim, & per mœtum, & per contemptum, inſurgunt plerique ſubiectorum aduerſus dominantes. Iniuriæ uero maxime per contumeliam, nonnumquam, & per ablationem rerum fiunt. Sunt au-*

I *tem & fines ibi tales, quales ſunt circa tyrannides & regna, Opes enim & honores (qui in tyrannis regibuſque maximi conſpiciuntur, affectant omnes.*

*Inſurgunt autem, quandoque in corpus dominantis, quandoque in ipſam dominationem. Quando enim per contumeliam adducuntur homines ad inſurgendum, impetus ſit in corpus.*

K *Cumque ſint contumeliæ partes plures, unaquæque illarum concitat ad iram. Iraſcentium uero plurimi ultionis cauſa impetum faciunt, non cauſa potentiæ.*

E

## LECTIO IX.

Poſtquam Philoſophus præmiſit quædam de monarchia, proſequitur de cauſis & principijs corrumpentibus & ſaluantibus ipſas, & primo de corrumpentibus. Secundo de ſaluantibus, ibi. {Saluātur autem &c.} Prima in duas. In prima determinat de principijs corrumpentibus ipſas in vniuerſali. Secundo determinat de principijs corrūpentibus in ſpeciali, ibi. {Corrumpuntur autem &c.} Prima ī duas. In prima proponit principia corruptionis in vniuerſali. Secundo proſequitur in ſpeciali magis, ibi. {Inſurrectionum autem &c.} In prima dicit, quòd ſicut dictum eſt prius, principia fere tranſmutationis & corruptionis Rerumpublicarum eadem ſunt cū principijs tranſmutationis & corruptionis monarchiarum, nam regnum eſt ſecūdum ſtatum optimatum, & ideo quę ſūt principia corruptionis ſtatus optimatū, ſunt principia corruptionis monarchiæ regalis. Tyrannis. n. eſt ſecundum ſtatum paucorum & popularem vltimū, & ideo quę corrumpūt illos, corrumpunt tyrannidem, Principia autē corrumpētia monarchias ſunt tria; contumelia, metus, & contemptus. Propter enim contumeliam, & timorem, & contēptum inſurgunt ſubditi contra monarchas. Sunt autem aliquando contumeliæ propter iniuriam, quæ ſcilicet eſt in perſona, aliquando vero ſunt per ſubtractionem bonorū propriorum. Itē monarchiarum & Rerumpublicarum prędictarum prius ſunt ijdem fines. Sicut enim intenduntur diuitiarū multitudo, & magnitudo in illis, ſic intēditur magnitudo diuitiarum in tyrannide, & magnitudo honoris in regno. Iſta autem omnia appetunt, & ideo aliquando fit iniuria propter corruptionem iſtorum. Deinde cum dicit. Lectio. II.

b ¶ Proſequitur de iſtis cauſis & principijs corruptionis monarchiarum, & primo proſequitur de illis quæ ſunt principia corruptionis per ſe. Secundo adiungit vnum principium per accidens, ibi. {Eorum autem &c.} Prima in duas. In prima determinat cauſas inſurrectionis. In ſecunda oſtendit, qui maxime inſurgunt propter tales cauſas, ibi. {Maxime autem &c.} Prima in tres. In prima declarat qualiter aliquando fiunt inſurrectiones contra monarchas propter iniuſtitiam, Secundo qualiter propter timorem, ibi. {Similiter autem &c.} Tertio qualiter propter Lectio ſeq.



propter contemptum ibi. {Hoc autem propter.} Prima in duas. Primo enim declarat quòd aliquando fit inſurrectio contra monarchiam propter iniuriā quæ eſt contumelia. Secundo quòd propter afflictionem corporis, ibi {Multi autem propter.} Prima in duas. In prima proponēs diſtinctionem inſurrectionis, aſſignat rationē quare contumelia affecti inſurgunt in corpus. In ſecunda declarat per exempla ibi. {Velut Piſiſtratidarum.} In prima dicit, quòd aliquando inſurrectiones fiunt in monarchiis in corpus principantium, aliquando contra principatum: & quæ fiunt propter contumeliā fiunt contra corpus. Et hoc patet: quia cum ſint multæ partes contumeliæ. quælibet eſt inductiua iræ, vt apparet ſecundo Rhetoricæ. Irati autem ferè mouētur propter punitionem perſonalem magis q̄ propter depoſitionē a principatu: & ideo manifeſtū eſt quòd inſurrectiones quæ fiunt per contumeliam, ſunt in corpus: non contra principatum. Deinde cum dicit.

c ¶ Manifeſtat p exēpla, & primo de contumelia in perſonā coniunctam qualiter ſit cauſa inſurrectionis in corpus monarchię. Secundo de cōtumelia ī perſonam propriam, ibi. {Multæ autem.} Primum declarat per quinque exempla: & ſecundū hoc habet quinque partes. Secunda, ibi. {Inſidiati autem ſūt Periandro.} Tertia, ibi. {Quæ autem Philippi.} Quarta ibi. {Et quę Amintæ.} Quinta, ibi. {Et quæ Eunuchi &c. In prima dicit, ita dictum eſt, quòd ſit inſurrectio cōtra perſonam coniunctam monarchæ: ſicut fuit inſurrectio cōtra filios Piſiſtrati: nam cum cōtumeliam intuliſſēt ſorori Armodii: & vlterius ipſum Armodium compellaſſent, Armodius propter ſororis contumeliam, & Ariſtogiton propter Armodium contra illos inſurrexerunt. Et ſic patet quòd facta fuit inſurrectio propter contumeliam in perſonam cōiunctam. Deinde cum dicit.

d ¶ Ponit ſecundū exemplum & dicit, quòd quidam qui habitabant in Ambracia inſidiati ſunt cuidam, qui dicebatur Periander; quia iſte Periander cum quadam vice biberet cum filiis illorum; dixit illis pueris, ſi erant pręgnantes ex ipſo; ipſe enim forte abutebatur eis: & ideo innuebat quòd illis pueris fuiſſet abuſus: & ideo quærebat, ſi ex ipſo erant prægnantes: tunc alii moti propter contumeliam puerorum, inſurrexerūt contra Periandrum. Deindo cum dicit.

e ¶ Ponit tertium exemplum, & dicit: quòd inſurrectio quæ fuit contra Philippum regem Macedoniæ, facta a quodam A qui dicebatur Pauſanias; facta fuit, quia Philippus permiſit Pauſaniam contumeliam pati a quodam Attalo, qui erat coniunctus eidem Philippo vel conſanguinitate, vel officio. Fuit autem iſte Philippus rex Macedoniæ, pater Alexandri magni. Deinde cum dicit.

f ¶ Ponit quartum exemplū, & dicit q̄ Amyntas occiſus eſt a Darda quia iactaret ſe in illius ætatem, & ſtatum eius irrideret quod erat paſſus. Deinde cum dicit.

g ¶ Ponit quintum exemplū & dicit, q̄ Euahoras Cyprius inſurrexit contra Eunuchum regem: quia eius filiam in concubinam elegerat, & interfecit illū. Sic igitē apparet ex iſtis quòd contumelia facta in perſonā coniunctā, cauſa eſt inſurrectionis contra perſonam monarchæ. Deinde cum dicit.

h ¶ Declarat, q̄ cōtumelia facta in perſonam propriam, cā eſt inſurrectionis cōtra perſonam monarchæ. Et primo proponit. Secundo probat per exempla ibi. {Velut & q̄ Cratęi &c.} Adhuc ſecunda diuiditur in quatuor ſecundum quòd declarat per quatuor exēpla. Secunda, ibi. Cū inſurrexit autē &c.} Tertia, ibi {Paron autem.} Quarta, ibi. {Adamas autem.} In prima dicit, q̄ multæ inſurrectiones factæ ſunt contra monarchas: quia faciebant contra contumeliam vel verecundiam in perſonam alicuius. Deinde cum dicit.

i ¶ Declarat & dicit, ita dictū, eſt pp contumeliam factam in perſonam propriā fiunt inſurrectiones: ſicut fuit facta inſurrectio Cratęi contra Archelaū. Iſte enim Archelaus grauiter ſe habebat, ad Cratæum colloquendo & conuerſando. Cauſa enim quam prætendebat: & ſi vt ſufficiens proponebatur: minor tamen fuit: & occaſionalis magis ſcilicet, quia Archelaus cum promiſiſſet Cratęo dare vnam de filiabus ſuis: nullam voluit dare: ſed filiam primogenitam poſt bellum, quod habuit contra Syriam, & Arabiam dedit cuidam regi qui dicebatur Cleuias, Filiam minorem dedit filio Amintę: credens quod cum ille eſſet filius Cleopatræ, non eſſet aduerſaturus. Iſta enim cauſa inſurrectionis prætendebatur: ſed cauſa principalis, & principium inimicitiæ, & ſeparationis ab eo fuit: quia volebat eum ad concubitum inducere. Deinde cum dicit.

k ¶ Ponit ſecundū exemplum: & dicit quòd Hellanocrates Lariſſæus inſurrexit contra eundem Archelaum propter cauſam eandem. Cum enim ſicut promiſerat eum non deduceret, & abuteretur ętate ipſius: credidit quòd hoc faceret propter con-

c Velut Piſiſtratidarum quidem propter propulſaſſe Armodij ſororem & illuſiſſe Armodio, Armodius quidem enim propter ſororem, Ariſtogiton autem propter Armodium.

d Inſidiati ſunt autem Periandro ei qui in Ambracia tyrāno, B quia ſimul bibens ipſe cum pueris interrogauit ipſe, ſi iam ex ipſo prægnantes ſunt.

e Quæ autem Philippi a Pauſania, quia permiſit contumeliā pati ipſum ſub Attalo.

f Et quæ Amintæ parui Hypoderda, quia inſultauit ad ſtaturam ipſius.

g Et quę Eunuchi Euagoræ Cyprio, quia enim mulier recuſauit filium ipſius, occidit tamquam contumeliam paſſus. C

h Multæ autem inſurrectiones factę ſunt, & propterea quod aliqui monarcharum in corpus verecundiam fecerunt.

i Velut, & quæ Cratæi ad Archelaum, ſemper enim grauiter ſe habebat ad colloquium, quare ſufficiens & minor fuit occaſio propterea quod filiarum nullam dedit cum promiſiſſet ipſi, ſed priorem quidem detinens a bello aduerſus Siriam, D & Arabeum dedit regi Elibeas. iuniorem autem filio Amintæ exiſtimans ſic vtique illum nihil differre, & eum qui ex Cleopatra, ſed ab alienationis principium extitit grauiter ferre ad veneream gratiam.

k Cum inſurrexit autē & Ellanocrates Lariſſæus propter eandem cauſam, tamquàm enim vtens ſtatura ipſius non deduxit ſpondens propter contumeliā, E & non propter amatiuam concupiſcentiam, putauit eſſe factam colloqutionem.

*Quale fuit illud filiorum Piſiſtrati, ob contumeliam enim ſorori Armodii illatam, & ipſum Armodium compellatum, impetus in eos factus eſt, ab Armodio quidem propter ſororē. ab Ariſtogitone autem, propter Armodium.*

*Aduerſus Periandrum quoq; Ambraciæ tyrannum inſidiæ factæ ſunt, ex eo quia in potu, quem amabat puerum interrogauit, an adhuc ex ſe prægnans eſſet.*

*Philippus uero a Pauſania occiſus eſt, quia non ulciſcebatur contumeliam ſibi factam ab Attalo.*

*Et Amyntas paruus a Darda, quia iactaret ſe in illius ætate abuſum eſſe.*

*Et Eunuchus ab Euagora Cyprio, quòd enim mulierem elegerat eius filiam: quaſi contumelia affectus eum necauit.*

*Plurimæ uero inuaſiones factæ ſunt ex eo: quia in corpus uerecundiam intuliſſent.*

*Qualis fuit inuaſio illa Cratæi aduerſus Archelaum, ſemper enim moleſta illi fuerat conſuetudo eius. Itaque parua etiam occaſio ſufficiens fuit, uel quia filiarum nullam ſibi dederat, cum ſe daturum promiſiſſet: ſed primam occupatus bello aduerſus Siriam, & Arrabæum tradidit regi Elibeæ. Alteram uero filiam minorem natu filio Amyntæ coniugauit, exiſtimans per hunc modum minime ſibi fore aduerſaturum ex Cleopatra genitum: ſed in indignationis principium extitit, quòd grauiter ferebat ſe ad libidinis gratiam haberi.*

*Fuit una cum illo a patrem dādam Hellanocrates Lariſſæus ob eandem cauſam. Quod enim abuſus ætate illius, non ut promiſerat, deducebat: ob contumeliam id fieri ratus eſt, non ob amorem.*

pter contumeliam,& non propter amicitiam,& ideo inſurrexit contra eundem. Deinde cum dicit.

l ¶ Ponit tertium exemplum, & dicit quòd Pharon, & Heraclides inſurrexerunt contra Aenij Cotyn & inferentes ſupplicium patri interfecerunt eum. Et hoc fuit propter contumeliã eis factã a filio illius. Deinde cum dicit.

m ¶ Ponit quartũ exemplum, & dicit ꝙ Adamas receſsit a Coty monarcha,q̃a cũ eſſet puer,ille Cotys caſtrauit eum, & tũc Adamas propter iniuriam quam paſſus fuerat, inſurrexit contra illum. Deinde cum dicit.

n ¶ Oſtendit, quòd quandoque fit inſurrectio propter afflictionem in corpore, & diuiditur in partes duas. In prima proponit. In ſecũda manifeſtat cum dicit. {Vt Megacles &c.} In prima dicit, quòd multi qui afflicti fuerant in corporibus ſuſtinentes percuſſiones, vel vulnera, inſurgentes contra ipſum monarcham deſtruxerunt, ſiue interfecerunt. Alij autem paſſi iniuriam propter talem afflictionem, inuaſerunt principatum & potentatum. Deinde cum dicit.

o ¶ Manifeſtat qđ dixit & diuiditur in tres, ſecundum quòd manifeſtat ꝑ tria exẽpla. Secunda, ibi. {Et poſterius &c.} Tertia, ibi. {Et ſurrectionis Archelai &c.} In prima dicit, ita dictũ eſt quòd fiunt inſurrectiones propter afflictionẽ. Sicut enim in Mitilenæ inſula Megacles inſurrexit contra quoſdam conuicinos ſuos & circũſtantes, propter hoc quòd manus iniecerunt in eũ clauis pulſantes, & verberãtes eundem, propter qđ cum amicis ſuis interfecit eos. Deinde cum dicit.

p ¶ Ponit ſecundũ exemplũ & dicit, ꝙ poſtmodum, cum Sinerdes a Pentilone fuiſſet verberatus, & cęſus ab vxore eius euaſiſſet, inſurrexit contra illum, & interfecit eum. Deinde cum dicit.

q ¶ Ponit tertium exemplum, & dicit quòd Dechamnicus fuit dux, & cauſa principalis inſurrectionis, quæ fuit facta contra Archelaum, & fuit primus exacerbans, & commouens illos qui inſurrexerunt in ipſum. Cauſa autem iræ quare alij inſurrexerunt, & ipſe inſurF rexit, fuit, quia Archelaus tradidit eum flagellandum Euripidi poetæ, qui contra ipſum iratus infremuit, quia Dechamnicus dixit, quòd os habebat fœtidum, propter hoc motus Euripides flegellauit Dechamnicum, quod fuit cauſa irę. Propter quod inſurrexit ipſe contra Archelaum. Sic igitur multi inſurrexerũt propter tales cauſas, & quidam ipſorũ interfecti ſunt, alij graues inſidias & turbationes paſſi ſunt. Deinde cum dicit.

l Paron autem, & Heraclides Aenii Cotin perimerunt, patri ſupplicium inferentes.

m Adamas autem diſceſsit a Cotyo, quia puer exiſtens exciſus fuit ab ipſo, tamquam iniuriam paſſus.

G

n Multi autẽ, & propterea qđ in corpus afflicti fuerunt percuſſionibus irati, ij quidem deſtruxerunt, hi autẽ aggreſsi ſunt tãquàm iniuriã paſsi, & ea q̃ circa principat⁹ & regales potẽtat⁹.

o Velut in Megacles Pẽtalidas circunſtantes & verberãtes Corynes inſurgens cum amicis peremit.

H

p Et poſterius Smerdes Penthilum cũ plagas accepiſſet, & ab vxore extractus, peremit.

q Et inſurrectiõis Archelai Decamnichus dux fuit exacerbans inſurgentes primus, cauſa autẽ iræ, quia ipſum tradidit flagellandum Euripidi poetæ. Euripides autem infremuit cum dixiſſet ipſe aliquid aduerſus fetorem oris, & alij autẽ multi propter tales cauſas, ij quidem perempti ſunt, ij autem inſidias paſsi ſunt.

I

r Similiter autem, & propter timorẽ, vnũ enim aliquid erat hoc cauſarum, ſicut politias & monarchias, velut Xerxen Artapanes timens criminationem, quæ circa Darium, quia ſuſpendit cum non iuſsiſſet Xerſes. Sed putans indulgeri tamquàm non memorantem propter cœnam.

K

ſ Hoc autem propter contemptum, ſicut Sardanapalum videns quidam percutientem ſe cum mulieribus, ſi vere hoc fabulantes dicunt, ſi autem non de illo, ſed de alio erit vtique hoc verũ. Et Dionyſio poſteriori Dion inſurrexit propter deſpectionem videns ciues ſic ſe habentes, & ipſum ſemp ebriũ.

t Et amicorum autem quidam inſurgunt propter deſpectionẽ,

*Paron vero & Heraclides Aenii Cotym peremerunt patri mactantes.*

*Adamas uero a Coty rebellauit, quaſi contumelia affectus, quòd ab eo in pueritia exectus eſſet.*

*Multi etiam ob verberatum corpus, vel inter fecerunt ira perciti, vel impetum fecerunt, quaſi contumelia affecti, & contra homines in poteſtate conſtitutos, & contra reges.*

*Vt Megacles apud Mitylenem magiſtratus circum euntes, & clauis pulſantes cũ amicis aggreſſus interfecit.*

*Et poſtea Sinerdes verberibus cæſus, & a muliere tractus Pentilon interemit.*

*Archilei uero necis princeps fuit Dechamnichus. Is enim primus cæteros aggreſſores commouit, & irritauit. Cauſa vero fuit irarum, quòd illum Archelaus Euripidi poetæ verberandum tradidiſſet. Erat vero infenſus illi Euripides, ob maledictum in ipſius inſuauitatem oris iactatum. Et alii complures tali de cauſa, vel interfecti ſunt, vel in periculum inſidiari venerunt.*

*Similiter quoque propter mœtum, hæc enim vna ex cauſis eſt, vt in Republica, ſic etiam in unius gubernatione, ceu Xerxem Artapanes mœtuens calumniam de Dario, quòd eum ſuſpendiſſet Xerxe non iubente, ſed putans illi ueniam eſſe datam propter cœnam quaſi ab ignoſcente.*

*Aliæ uero propter contemptum, ut uidens quidam Sardanapalum regem inter eas mulieres penſa di uidentem, ſi modo hæc fabula uera fuit, & ſi non in illo, attamen hoc in alio uerum eſſet. Et Dionyſium poſteriorem Dion inuaſit, quòd eum contemnebat, conſpiciens ipſum Dionyſium ſemper ebrium, & ciues Syracuſanos ita ſe habere.*

*Amicorum etiam quidam inſurgunt propter contemptum. Ob fidem*

r ¶ Declarat, quòd aliquando fit inſurrectio propter timorẽ, & dicit quòd ſicut fit inſurrectio propter iniuriam, ſic aliquãdo fit propter timorem. Timor enim eſt vna de numero cauſarum inſurrectiõis, ſicut iniuria contra monarchas, ſicut Artapanes voluit repellere Xerxem a principatu monarchico, quia timebat ipſum propter crimen qđ cõmiſerat contra Darium, quia ſuſpenderat quendam notum ei⁹, quàmuis Xerxes non præcepiſſet, ſed credebat quòd indulgeret eidem non memorans factum poſt comeſtionem, ſed cũ recoluiſſet & voluiſſet punire ipſum, timens punitionem inſurrexit contra eum. Deinde cum dicit.

ſ ¶ Declarat, quòd aliquando fit inſurrectio propter contemptum, & primo facit hoc in vniuerſali. Secundo oſtendit quòd amici etiam, quandoque propter contemptum inſurgunt, ibi. {Amicorum autem quidem &c.} Dicit igitur primo, ꝙ fiunt inſurrectiones, aliquãdo propter cõtemptum, ſicut quidam videns Sardanapallum deditum voluptatibus & comeſſationibus, ſemper ludentem cum mulieribus in palatio, nũquàm exeuntem ad prælia, nec exercentẽ ſe in venationib⁹. Si verum eſt hoc de ipſo, ſicut dicunt fabulantes. Si autẽ nõ eſt verũ de illo, tñ de aliquo alio poterit eſſe hoc uerũ, inſurrexit contra illũ. Similiter Dion inſurrexit contra Dionyſiũ q poſterius tyrãnizauit, quia deſpexit eũ videns ipſum ſemper ebrium & voluptuoſum, & videns ꝙ ciues ipſum contẽnebant. Deinde cum dicit.

t ¶ Declarat, quòd amici propter deſpectum aliquando inſurgunt contra amicos, quia contemnunt eos, quia enim confidunt



ſunt de ipſis, & familiares ſunt eis; contẽnunt eos quãdoque credentes quòd obliuiſcantur iniuriæ illatæ propter amicitiam. Nimia enim familiaritas parit contemptũ. Et quia credunt poſſe obtinere principatum, & quia contemnunt, inſurgunt contemnentes periculum: vnde de facili inuadunt; tum quia ſperant obtinere, tum quia potentiã habent, non timẽtes periculum, tum quia cõtemnunt; ſicut duces exercitus aliquãdo monarchas inuadunt propter cauſam iſtam; ſicut Cyrus cõtemneris modum viuendi Aſtyagis turpem & inhoneſtum, & potentiam quæ inutilis erat ad prælia, videns ipſum delitioſe viuere, & pręter rationem; inſurrexit contra ipſum. Similiter autem, & Seuthes dux exercit⁹ de Thracia ꝓuincia, receſſit ab Amadoco propter eandem cauſam: & inſurrexit contra ipm. Sunt etiam alii qui propter plura iſtorũ inſurgunt: & quia cõtemnunt & propter lucrum: ſicut Ariobarzanem Mithridates. Deinde cum dicit.

u ¶ Declarat qui maxime inſurgunt ꝓpter tales cauſas: & dicit quòd maxime qui naturaliter audaces ſunt, ſicut illi in quibus eſt abundantia caloris & ſpiritus & potentiam habẽt, & facti ſunt duces exercit⁹ à monarchis. Inclinatio enim ad opera virilia, ſiue ad audaciam, & potentiam, reddunt hominem audacem in actu; & propter iſta duo quaſi exiſtimantes ſe præualere, inſurgunt.

LECTIO X.

Poſtquam Philoſophus poſuit principia ꝑ ſe corruptionis monarchiarum: conſequenter adiungit vnũ principium eius per accidens, & primo ponit cauſam iſtam ſiue principiũ. Secundo oſtendit ꝙ

propter confidere enim contemnunt, tamquàm oblituri, & putantes poſſe obtinere principatum, modo quodam propter contemnere inſurgunt, tãquam potentes enim & contemnentes periculum propter potentiam inuadunt defacili, ſicut ducentes exercitus monarchis, ſicut Cyrus Aſtyagi, & vitam contemnentes & potentiam, propter potentiam quidem inoperoſam fuiſſe, ipſum autem delitiari. Et Seuthis thrax Amadoco exiſtens dux exercitus.

B

Ij autem & propter plura horum inſurgunt, vt & deſpicientes, & propter lucrũ, ſicut Ariobarzani Mitridates.

v Maxime autem propter hãc cauſam inuadunt, qui quidem natura audaces & honorem habent bellicum a monarchis, virilitas enim potentiam habens audax eſt, propter quas ambas tamquam defacili præualituri faciunt inſurrectiones.

C

LECTIO X.

EOrum autem qui propter amorem honoris inſurgunt, eſt alius modus cauſæ præter dictos prius, non enim ſicut quidam tyrannos inuadunt videntes lucra magna & honores magnos exiſtentes ipſis, ſic & eorum qui propter amorem honoris inſurgunt vnuſquiſque præelegit periclitari, ſed illi quidem propter dictã cauſam, ij autem ac ſi vtique aliqua alia fieret actio ſingularis, & propter quam nominati fierent & noti, ſic & monarchas inuadunt non poſsidere volentes monarchiam ſed gloriam.

D

b Sed tamen paucisſimi numero ſunt propter hãc cauſam impetum facientes, ſupponi enim oportet nihil curare de eo quo eſt ſaluari, ſi non debeat præualere in actione, quibus aſſequi quidem oportet Dionis extimationem, non facile autẽ ipſam adeſſe multis, ille enim cum paucis militauit aduerſus Dionyſiũ ſic habere dicẽs, ꝙ vbicũq; poſsit procedere ſufficiens ſibi tantũ participare actionis, veluti, ſicut modicũ inuaſiſſet terræ, mox accideret mori, huic, bene habere ſibi mortem.

E

A *enim eis adhibitam ſpernunt, tamquam facultatem habentes clam moliendi, & putantes ſe dominationem obtinere poſſe quodammodo per contemptum inuadunt. Tamquam enim potentes, & contemnentes periculum, propter ſuam potentiam, faciliter inſurgunt, vt duces quidam exercituum aduerſus principes ſuos, quemadmodum Cyrus contra Aſtyagem, cuius & vitam, & potentiam contemnebat, cernẽs, & copias eius iam conſenuiſſe, & ipſum in delitiis uitam agere, Et Seuthes Thracius cum eſſet dux exercitus Amadoci. Quidam uero huius plurimum gratia inſurgunt, ceu propter contemptum, & propter lucrum, uelut contra Ariobarzanem Mithridates.*

*Maxime uero propter hanc cauſam inſurgunt hi, qui ſunt natura ſuperbi, & honorem habent ex rebus bellicis apud dominantes & principes. Fortitudo enim potentiam habẽs, ſuperbia eſt, per quas ambas quaſi faciliter ſuperaturi eos aggrediuntur.*

*LECTIO X.*

*EOrum uero qui ob honoris cupiditatem inſurgunt, alius modus eſt cauſæ ultra iam dictos. Non enim, ut quidam, tyrannos inuadunt, ſpe magnorum commodorum, magnorumque honorum quos in illis cernunt, inducti: ſic & qui ob honoris cupiditatem eos aggrediuntur. Sed illi quidem, ut ea ſibi arripiant quæ in tyrannis admirabantur, hi autem ut ex re geſta memorabili atque egregia, famam ac celebritatem nominis conſequantur, non dominationem acquirere uolentes, ſed gloriam.*

*Sunt tamen perpauci, qui ob hanc cauſam moueantur. Conſtituendum eſt enim, ſibi uiuendum non eſſe, niſi rem confecerint, quibus adeſſe oportet Dionis propoſitum, non facile quidem fieri in multis. Ille enim cum paucis militibus contra Dionyſium profectus ait, quantumcumque progredi poſſet, ſatis id ſibi foret, ut ſi uel parum terræ illius inuaſiſſet, pulchrum iam ſibi mori exiſtimaret.*

pauci inſurgunt propter illam, ibi. {Sed tamen paucisſimi.} In prima dicit, ꝙ aliqui vno mõ inſurgũt propter appetitũ honoris. Alio modo inſurgunt q̃ñq; quàm ſint modi prius dicti ſecundum quos aliqui inſurgunt. Sunt enim aliqui qui propter amorem honoris qualibuſcunque inſurgunt: facientes ſeditionem, nõ ſicut alii qui inuadũt eos; vt obtineant diuitias & honores magnos, quos vident eos habere; conueniunt tamen in hoc hi & illi, quòd exponũt ſe periculo & eligunt periclitari: ſed propter aliam & aliã cauſam: quidam ſcilicet propter hoc vt obtineãt diuitias aut principatũ, aut vtrũq;. Alia autem vt faciant aliquam actionem ſingularem, & notabilem: propter quam nominati ſint apud alios; non curantes nec principatũ nec diuitias. Deinde cũ dicit.

b ¶ Oſtendit quòd paucisſimi inſurgunt propter talem cauſã: & dicit quòd quàmuis aliqui inſurgunt contra monarchiam propter appetitũ huiuſmodi honoris, paucisſimi tñ ſunt, quoniã talis qui impetum facit contra monarchiam ſi debeat præualere, oportet quòd non timeat mortem; & ſic exiſtimet ſicut exiſtimabat Dionyſ. cum inſurrexit contra Dionyſium; ſed hoc non eſt facile multis. Ille enim Dionyſ. cum paucis militibus inuaſit & inſurrexit cõtra Dionyſium: & dicebat quod quomodocunque poſſet procedere contra illum, hoc ſufficiebat ſibi, ſi tãtum faceret quòd terram inuaderet, & Dionyſium; & ſi poſtmodum mors ſibi accideret, bene erat ſibi, non curans nec timẽs de ipã. Sed iſtud difficile eſt: & pauci ſunt ſic negligentes vitam propriam, & contemnentes mortem. Propter quod manifeſtum ẽ, quòd pauci ſunt qui inuadãt monarchiam ꝓpter

pter appetitum huiuſmodi honoris. Deinde cum dicit.
c ¶ Determinat cauſas & principia corruptionis monarchiarũ in ſpeciali, & primo tyrannidis. Secundo regnum, ibi. { Regnũ autem &c. } Prima in duas. In prima tangit modos quibus corrumpitur. In ſecunda tangit cauſas propter quas maxime corrumpitur, ibi. { Duabus autem &c. } Prima in duas ſecundũ quòd tãgit duos modos corruptionis tyrannidis. Primus modus eſt a cauſa extrinſeca, ſecundus ab intrinſeca. Secundus, ibi. { Aliquando autẽ ex ſeipſa &c. } In prima dicit, quòd tyrannis vno modo corrumpitur, ſicut quælibet alia Reſpublica a cauſa extrinſeca, vt ſi fuerit aliqua Reſpublica potẽtior cõtraria, propinqua illi, tunc enim illa valentior, quia contraria eſt iſti, ipſam corrumpet. Non enim poteſt dici, quòd per conſilium poterit ꝑcauere ne corrumpatur; quia ad bene cõſiliandum requiritur appetitus recti finis. Conſiliari enim eſt de his quæ ſunt ad finem, & recte conſiliari de his quæ ſunt ad rectum finem. Sed tyrannus non habet rectum finem, nec appetitum rectum, immo electio, ſiue appetitus ipſius eſt cõtrariꝰ recto fini, & ideo non poterit reſiſtere alteri Reipublicæ ꝑpter conſilium, cum alia ſit potẽtior. Omnes enim volentes aliquid agere, ſi habeant potentiam, agunt quæ volunt, & ideo alia Reſpublica contraria & valẽtior corrumpet iſtam. Tyrannidi autem contraria eſt popularis ſtatus, ſicut dixit Heſiodus, per accidens, ſicut figulus cõtrarius eſt figulo. Non enim eſt figulus per ſe contrarius figulo, immo eſt ſibi ſimilis, ſed per accidens inquantum vnus impedit bonũ alterius ſcilicet lucrum; ſic popularis ſtatus contrarius eſt tyrãnidi, non per ſe, ſed inquantum vna impedit aliam, vltima enim ſpecies eius peſſima eſt, quę eſt quædam tyrannis, ſicut patet ex Quarto huius, ſed regnum & optimatum ſtatus per ſe contrarij ſunt, intendunt enim diuerſos fines, quia vnus corrumpit alium. Propter quod contingit, quòd Lacedæmonij multas tyrannides corruperunt, quia potentiores erant, ſimiliter Syracuſani quamdiu habuerunt bonã Rempublicam habebant enim optimatum. Deinde cum dicit.
d ¶ Tangit ſecundum modum corruptionis, & dicit quòd ali-

c Corrumpitur autem tyrãnis, vno quidem modo ſicut aliarũ politiarum vnaquæque ab extrinſeco, ſi contraria aliqua ſit politia valentior, conſiliari quidem enim palã quòd exiſtit propter contrarietatem electionis. Quæ autem volunt potentes agunt omnes, contrariæ autem politiæ, demos quidem tyrannidi ſecundum Heſiodum, ſicut Figulus figulo, Etenim democratia vltima tyrannis eſt, regnum autẽ & ariſtocratia propter cõtrarietatem politiæ: propter quod Lacedæmonij plurimas diſſoluerunt tyrannides & Syracuſani pro tẽpore quo politizabant bene.

d Aliquando autem ex ſe ipſa, quando qui participant ſeditiones fecerunt, ſicut qui circa Gelonem, & nunc quæ eorum, quæ circa Dionyſium. Quæ quidem Gelonis Thraſybulo Hieronis fratre filium Gelonis abducente, & ad delectationes excitante, vt ipſe principaretur, familiaribus autem congregatis, ne tyrannis omnino diſſolueretur, ſed Thraſybulus, congregati autem ipſorum tamquam tempus habentes, eiecerunt omnes ipſos, Dionyſium autem Dion aggreſſus curator exiſtens & aſſumens populum, illum eiiciens peremit.

e Duabus autem exiſtentibus cauſis propter quas maxime inſurgunt contra tyrannides, ſcilicet, odio, & contemptu, alterum quidẽ horum oportet exiſtere tyrannis, ſcilicet odium, ex contemptu autem fiunt multæ diſſolutionum, ſignum autẽ. Eorum quidem enim qui acquiſierunt plurimi conſeruauerũt principatus, qui autem ſuſceperunt mox, vt eſt dicere, peremit omnes. Fruitiue enim viuẽtes facile contemptiui fiunt, & multas opportunitates dant inſurgentibus.

*Corrumpuntur autem tyrannides, vno quidem modo, vt vnaquæque aliarum Rerumpublicarum ab extra, ſi aliqua ſit contraria Reſpublica robuſtior, nam voluntas quidem aderit, propter contrarietatem electionis: quæ autem volunt, omnes efficiunt, modo*
G *poſſint. Contrariæ uero ſunt gubernationes, populus quidem tyrannidi ſecundum Heſiodum, ut figulo figulus, nam gubernatio populi illa poſtrema, tyrannis eſt. Regia uero poteſtas, & optimatum gubernatio, propter contrarietatem gubernandi. Quapropter Lacedæmonii multas euerterunt tyrãnides, & Syracuſani per id tempus, quo Reſpublica eorum recte gubernabatur.*

H *Alio autem modo corrumpuntur cum in ſeipſis ſeditionem habent, quẽadmodum circa Gelonem factum eſt, & nunc circa Dionyſium. Gelonis enim filium Thraſybulus Hieronis frater per illecebras & voluptates traducebat, ut ipſe dominaretur. Domeſtici uero ac neceſſarii per factionem repugnabant, ut non tyrannis omnino ſolueretur, ſed Thraſybulus. Verum alii inter hæc conſpirantes eam occaſionem nacti, ipſos omnes pepulerunt. Dionyſium autem Dion, contra eum*
I *copiis ductis, cum eſſet affinis, ſuſcepto populo illum pepulit, ipſe uero interfectus eſt.*

*Cumque duæ ſint cauſæ propter quas maxime contra tyrannos inſurgitur, odium ſcilicet & contemptus, odium quidem exiſtat oportet in tyrannos, ex contemptu autem plurimæ fiunt euerſiones, huius uero ſignum fuerit, quòd plerique eorum qui dominationes adepti ſunt, eas uſque ad*
K *extremum conſeruauerunt, ſed qui ab illis ſuſceperunt, confeſtim (ut ita dixerim) perierunt omnes. In uoluptatibus enim uiuentes, efficiuntur facile contemnendi, ac multas præbent occaſiones opprimendi ſui.*

F quando corrumpitur tyrannis non a cauſa extrinſeca ſed intrinſeca, contingit enim quòd tyrannus habeat quandoque aliquos familiares qui attingunt aliquo modo ad principatum & participant honoribus. Quando igitur tales faciunt ſeditionem, contingit quòd corrumpitur tyrannis, ſicut contigit circa tyrannidem Gelonis prius, poſterius autem circa eam quæ Dionyſij. Familiares enim Gelonis inſurrexerunt contra ipſum, & expulerunt eum. Similiter & quidam contra Dionyſium. Seditio autem quæ fuit facta contra Gelonẽ fuit facta a Thraſibulo qui frater fuit Hieronis, qui filium Gelonis abducẽs ab eo quod eſt ſecundũ rationẽ traducebat per illecebras & voluptates, vt ſic contemptibilis fieret populo quod repelleretur a principatu; & ipſe Thraſibulus principaretur. Cum igitur congregaſſet familiares & amicos, cauens ne diſſolueretur tyrãnis, ſed ipſe tyrannizaret, conſiderantes tempus conueniens, ipſum Gelonem, & omnes amicos ipſius expulerunt & remanſit Thraſibulus ſolus: contra Dionyſiũ inſurrexit Dion, qui curam habebat de Republica, erat enim familiaris eidem, & aſſumens ſibi populũ in auxilium, inſurrexit contra ipſum, & expulit eum & interfecit. Deinde cum dicit.
e ¶ Tangit cauſas ꝑpter quas maxime corrumpitur, & primo tãgit cauſas iſtas ſecundum ſe & abſolute. Secundo concludit cauſas corruptionis eiuſdem in cõparatione ad Reſpublicas intẽſas, ſcilicet paucorum & popularis ſtatꝰ, ibi. { Vt autẽ in ſumma &c. } In prima tangit illas cauſas. In ſecunda tãgit quãdam aliã quæ reducitur ad vnam illarum, ibi. { Partẽ autem quandam &c. } In prima dicit, ꝙ cũ ſint duæ cauſę propter quas aliqui maxime inſurgunt contra tyrannum, ſcilicet, odium, & contẽptus. Odium debetur tyranno magis per ſe. Et ratio huius eſt, quia ille qui principatur melioribus ſe, & præter vtilitatem ipſorum, & cum hoc intendit bonum proprium, ſolum odio habetur ab illis, talis eſt tyrãnus. Principatur enim tyrannus melioribus ſe, quia virtuoſis, & non intendit niſi bonum propriũ, & ideo tyranno debetur odium. De contemptu autem adiungit, quòd propter contemptum multoties corrumpitur tyrannis.



nis. Et huius ſignum eſt, quia illi qui acquiſierunt principatũ per virtutem & induſtriam propriam, magis conſeruauerunt principatum, quia tales qui acquiſierunt bellicoſi fuerunt, tales autem non ſunt contemptibiles. Sed illi qui receperunt tyrannidem ab alio ſtatim admiſerunt, & propter principatum mortui ſunt, quia enim viuebant delectabiliter vacantes comeſſationibus & venereis, contemptibiles erant, & quia vacabant delitijs dabant multas oportunitates & occaſiones inſurgẽdi alijs, tum quia oportet quòd ponãt ſe quandoq; in poteſtate mulierum, tum quia inebriati ſunt ſępe, & per cõſequẽs impotentes facti. Deinde cum dicit.
f ¶ Tangit aliam cauſam quam reducit ad odium, & eſt illa cauſa ira, & habet duas partes. In prima reducit iram ad odiũ. In ſecunda aſſignat duas differentias inter iram & odium, ibi. { Sępe autẽ &c. } Dicit igitur primo, quòd ira pars ẽ odij, hoc eſt corruptio q̄ fit propter iram, aliquo modo fit ꝑpter odium, vt non oporteat ipsã ponere cauſam diſtinctã. Eſt. n. ira appetitus recontriſtationis, & ideo manifeſtum eſt quòd iratus vult malũ alij, hoc autem pertinet ad odium. Vnde ira aliquo modo eſt cauſa earũdem actionũ, quarum eſt cauſa odiũ. Deinde cũ dicit.
g ¶ Aſſignat duas differentias inter irã & odium, & dicit ꝙ frequenter ira eſt magis operoſa, hoc eſt plus operatur quàm odium. Irati enim cũ maiori impetu & robuſtius inſurgunt q̄ habentes odium. Et ratio huius eſt, quia paſſio iræ eſt ſine ratiocinatione. Iratus enim, & ſi audiat aliqualiter rationem, imperfecte tamen audit. Bene enim audit iratus quòd vindicta eſt accipienda, ſed qualiter accipiẽda nõ audit. Vnde ſimilis eſt famulo qui imperfecte audit mandatũ domini, propter quod contingit, quòd male exequatur quandoque. Similiter eſt de irato. Imperfecte enim audit rationem, & ideo male exequitur vindictam. Vnde furioſus videtur propter iniuriam, & quamuis ira ſit magis operoſa, tamen odium magis nocet. Secunda differentia eſt, quòd ira eſt cum triſtitia, & ideo non de facili iratus poteſt ratiocinari, propter enim motum paſſionis non poteſt, ſed odium eſt ſine triſtitia, & ideo eſt cum ratiocinatione. Deinde cum dicit.
h ¶ Concludit cauſas corruptionis tyrannidis in comparatio-

f Partem autem quandam iræ & odij oportet ponere, modo enim quodam earumdem actionum cauſa fit.

g. Sępe autem & magis operoſa quàm odium, robuſtius enim inſurgunt, propterea quod non vtitur ratiocinatione paſsio, maxime autem ſignificat furoribus aſſequi propter iniuriam, propter quam cauſam Piſiſtratidarum deſtructa eſt tyrannis, & multæ aliarum, ſed magis odium: ira quidem. n. cũ triſtitia adeſt, quare nõ facile ratiocinari, inimicitia autẽ ſine triſtitia.

h Vt autem in ſumma eſt dicere quotcumque cauſas diximus oligarchiæ intemperatæ & vltimæ, & democratiæ extremæ tot & tyrannidis ponendum, etenim hæ exiſtunt entes diuiſibiles tyrannides.

i Regnum autem ab extrinſecis quidem minime corrumpitur, propter quod & multi temporis eſt, ex ſe ipſo autem plurimæ corruptiones accidunt.

k Corrumpitur autem ſecundum duos modos, vno quidem ſeditionem facientibus ijs, qui participant regno, alio autem modo magis tyrannice tentantibus gubernare, quando exegerunt eſſe domini plurium & præter legem.

l Non fiunt autem regna nunc, ſed ſi fiant, monarchiæ & tyrannides magis, propter regnum quidem eſſe voluntarium principatum, dominium autem maiorum, & propter multos eſſe ſimiles, & nullum differentem tantum vt correſpondeat ad magnitudinem & dignitatem principatus, quare propter hoc quidem non permanent volũtarij, ſi autem per fraudem principatur aliquis vel per violentiam, iam hic videtur tyrannis eſſe.

*Particulam vero quandam odii debemus iram exiſtimare, nam quodammodo earundem rerum cauſa exiſtit.*

*Et eſt interdum ira efficacior quàm odium, vehementius enim inſurgunt, quia perturbatio illa non vtitur ratio-*
B *ne. Maxime vero contingit, vt ira deferantur, qui contumelia fuerint affecti, per quam quidem cauſam, & Piſiſtratidarum deleta eſt tyrannis, & multæ aliarum, ſed odium magis ratione vtitur. Nam ira cum dolore fit, quare non facile ratione vtitur, odium vero ſine dolore.*

*Vt autem ſummatim dicamus, quotcumque cauſas diximus paucorum potentiæ, illius poſtremæ & nimiæ, ac popularis gubernationis extremæ, to-*
C *tidem & tyrannidis cauſas eſſe ponendum eſt. Nam & hæ ſunt tyrannides quædam.*

*Regnum autem ab his quæ extra ſunt, minime corrumpitur, quapropter diuturnius eſt. Ex ſe autem ipſo, vt plurimum, euerti contingit.*

*Corrumpitur autem duobus modis. Vno modo ſi ſeditio oriatur inter eos qui participes ſunt regni. Alio modo*
D *ſi tyrannice gubernare pergant, volentes eſſe domini plurium, & contra legem.*

*Non fiunt nunc amplius regna, ſed ſi qua fiunt, monarchiæ & tyrannides magis ſunt, ob id, quia regnum ſpontanea gubernatio eſt, ac maiorum proprie. At plurimi pares ſunt, neque uſque adeo præcellentes, vt ad magnitudinem dignitatemque huius gradus ſe poſſint attollere. Atque*
E *ex eo fit vt ſponte illi non pareatur. Quòd ſi deceptione quis, aut vi damnetur, iam apparet hanc eſſe tyrannidem.*

A ne ad Reſpu. intenſas ſcilicet paucorũ & popularis ſtatus. Et dicit, quòd vt in ſumma dicamus quot diximus principia & cauſas corruptionis paucorum ſtatus intemperate, quæ eſt vltima ſpecies ipſius & popularis ſtatus vltimæ, tot ſunt cauſæ & principia tyrannidis, quia illę Reſpu. ſ. paucorum vltima & popularis ſunt tyrãnides quædam differentes tantum ſecundum hoc, quòd in his tyrannizant plures, in illa autem vnus. Deinde cum dicit.
i ¶ Determinat cauſas & principia corruptionis regni. Et primo regni abſolute & ſecundum ſe. Secundo regni quod procedit ſecundum genus, ibi. { Regnũ autẽ &c } Prima in duas. In prima tangit ex quibus minime corrũpitur regnum. In ſecunda oſtendit quibus modis corrumpitur, ibi. { Corrumpitur &c. } In prima dicit, quòd regnum ab extrinſecis nõ corrumpitur. Et ratio huius eſt, quia rex principatur bonis & ſecundum virtutem ſubditis volentibus. Talis autem Reſpu. nõ corrumpitur ab extrinſecis. Et propter hoc regnum multo tempore durat. Ex ſe autem multis modis corrumpitur. Deinde cum dicit.
K. ¶ Oſtendit, quibus modis corrumpatur ex ſe. Et primo facit hoc. Secundo oſtẽdit quare nunc non fiunt multa regna, ibi. { Non fiunt &c. } In prima dicit, quòd regnum ab extrinſeco duobus modis corrumpitur. Vno modo, quãdo illi qui attingunt ad principatum, & ſunt principes regni faciunt ſeditionem. Contingit enim talibus faciẽtibus ſeditionem, ꝙ propter potentiam, quam habent expellant regem a principatu & mutent monarchiã in aliam Rẽpub. Alio modo corrumpitur, quãdo rex vult principari tyrannice, ſicut qñ vult eſſe dominus pluriũ q̄ debeat eſſe ipſis nolẽtibus, & præter legem. Tunc enim cõtingit, quòd ſubditi inſurgunt contra eundem, & ipſum expellant & mutent Rempublicam in aliam. Deinde cum dicit.
l ¶ Oſtendit, quare non fiunt modo plura regna. Et dicit, quòd modo non fiunt plura regna, & ſi fiãt ſunt magis monarchiæ tyrannicæ quàm regna. Et huius aſſignat duplicem rationem. Prima eſt, ꝙ regnum debet eſſe principatus voluntarius, principatur enim ſubditis nolẽtibus q principatur in principatu regio, & regẽ oportet eſſe dominũ maiorũ in Ciuitate vel regno. Difficile eſt autẽ vnũ inuenire qui volẽtibus pluribus principetur, & qui ſit dignus

dignus dominus eſſe maiorum. Et ideo non fiunt plura regna. Secunda ratio eſt, quia quæ eſt proportio dignitatis & honoris regis ad dignitatem & honorem ſubditorum, eadem debet eſſe proportio virtutis principantis ad virtutem ſubditorum. Nunc autem dignitas & honor regalis multum excellit dignitatem ſubditorum. Igitur virtus regis debet excedere virtutẽ omnium vel pluriũ, talem autem inuenire non eſt poſſibile, vel nimis eſt difficile. Et ideo ſi aliquis aſſumatur in regem, nõ principabitur volentibus ſubditis. ergo non multo tempore principabitur. Si autem aliquis per fraudem vel violenter principetur, non eſt rex, ſed tyrannus, quia non principatur ſubditis volentibus. Deinde cũ dicit.

m ¶ Aſsignat cauſam corruptionis regnorum ſecundũ genus & dicit, quòd regnorum ſecundũ genus, cauſæ & principia corruptionis ſunt eadem cum his quæ dicta ſunt ſuperius, & quæ iam dicentur. Prima eſt, quia multi de facili fiunt contẽptibiles. Contingit enim quòd poſt patrem ſequitur filius, qui omnibus cõtemptibilis eſt propter inhoneſtatem vitę. Ex hoc autem inſurgunt ſubditi & expelſunt eum & mutant Rempublicam. Secũda cauſa eſt, quia nõ habet rex tantam potentiam quãta eſt potentia tyrannica ſufficiens ad puniendũ malos, ſed contingit ipſum regem pati iniuriam. Vbi autem iſta contingunt de facili corrumpitur regnum, quia ſubditis nolẽtibus ipſum principari, ſtatim non eſt rex, ſed tyrannus. Tyrannus enim dominus eſt ſubditorũ nolentium ipſum eſſe dominum. Et tunc recapitulat & dicit, quòd monarchiæ propter iſtas cauſas, & alias ſimiles corrumpũtur.

m In iis autem quæ ſecundum genꝰ regnis ponere oportet cauſam corruptionis cum iis quę dicta ſunt, & quod eſt fieri multos contemptibiles facile, & hoc, qđ eſt potentiam non poſſidentes tyrãnicam ſed regalẽ honorem iniuriari: facilis enim fieret diſſolutio, non volentibus enim mox non erit Rex, ſed tyrannus non volentium, corrumpuntur ergo moanrchiæ propter has & alias tales cauſas.

*In regnis autem illis, in quibus ſucceditur per genus, ponendum eſt corruptionis eſſe cauſam, vltra illas quæ ſupra ſunt dicta, quòd plerumque contemnendi homines ſuccedunt in regnum, Et quòd cum non habeant potentiam tyrannicam, ſed regiam, ſuperbiunt.* G *Eſt enim facilis deiectio regis, ſi enim nolint, ſtatim non erit rex. At enim tyrannus etiam nolentium eſt, Corrumpuntur ergo gubernationes unius per has, & huiuſmodi alias cauſas.*

## LECTIO XI.

Saluãtur autem palam, vt ſimpliciter quidẽ eſt dicere, ex contrariis.

*Seruantur autem ſimpliciter loquendo ex contrariis.*

H b Vt autem ſecundum vnumquodque eo quod ẽ regna qui dẽ ducere ad moderatius, quanto enim pauciorum fuerint domini, ampliori tẽpore neceſſarium manere omnium principatum, ipſi enim, & fiunt minus deſpotici, & moribus æqui magis & a ſubditis inuidetur eis minus.

*Singulariter autem loquendo, per deductionem illarum ad mediocrem modum. Quanto enim magis reſtringitur poteſtas omnis, tanto maiori tempore neceſſe eſt eam durare, nam & ipſi qui regunt minus ſuperbiunt, magiſque moderati ſunt. Et illi qui reguntur inuident minus.*

I c Propter hęc enim & circa Moloſſos multo tempore regnum permanſit, & quod Lacedæmoniorum, propterea quod a principio in duas partes diuiſus fuit principatus, & rurſum Theopompo moderante, & in aliis & inſtituente ephororum principatum, a poteſtate enim auferens auxit tempore regnũ, quare modo quodam fecit non minus ſed maius ipſum, qđ quidem, & ad vxorem reſpondiſſe dicunt ipſum, quæ dixerat ſi nihil verecũdatur minus regnum tradens filijs quàm a patre accepit, non oportet hoc dicere: trado enim diuturnius.

*Propter hoc enim, & apud Moloſſos, longo tempore durauerunt reges. Et apud Lacedæmonios, quòd ab initio ſtatim in duas partes diuiſa fuerit regia poteſtas. Et poſt Theapompus ad mediocritatem magis illum deducens, Ephoros ſuperaddidit, poteſtate quidem minuens, ſed tempore augens regiam auctoritatem, ut faceret eam quodammodo, non minorem, ſed maiorem, ut ad uxorem reſpondiſſe ferunt dicentem, an non erubeſceret, quòd filiis minorem poteſtatem regiam derelinqueret quàm a parẽtibus ipſe accepiſſet?* K *non profecto inquit, nam relinquo eis multo durabiliorem.*

d Tyrannides autem ſaluantur ſecundum duos modos cõtrariiſſimos, quorum alter eſt qui traditus eſt, & ſm̃ quem diſpenſant plurimi tyrannorũ princi-

*Tyrannides vero ſeruantur duobus modis inter ſe contrariiſſimis, quorum alter eſt is, quem per ſucceſſionem traditum plurimi tyrannorum obſeruant. Horum autem multa conſtituiſſe fe-*

## LECTIO XI.

Poſtquam Philoſophus determinauit de principijs corrumpentibus monarchias, determinat de principijs ſaluantibus ipſas. Et primo in generali. Secũdo in ſpeciali, ibi. {Vt autẽ ſecundũ vnũquodq; &c.} In prima dicit, ꝙ monarchiæ vt ſimpliciter eſt dicere ſaluantur ex cõtrarijs q̃bus corrũpunt. Cõtrariorũ.n. extranea ſunt principia. Corruptio & ſaluatio Reipublicæ ſunt contraria. ergo ex contrarijs principijs fiunt. Deinde cum dicit.

b ¶ Determinat in ſpeciali de principijs ſaluantibus ipſas. Et primo de ſaluãtibus monarchiã regalẽ. Secũdo de ſaluantibus tyrannidẽ, ibi. {Tyrãnides aũt &c.} In prima intelligẽdũ, ꝙ regnũ eſt optima Reſpu. & optime ordinata. Et ideo ex ratione ſua maxime ſaluabilis ẽ, pp qđ Philoſophus non tangit niſi vnũ modũ ſaluãdi regnũ. Et primo tãgit ipsũ. Secundo manifeſtat, ibi. {Propter hoc enim &c.} Dicit igit, quòd regnum ſaluat per hoc, ꝙ principatus trahitur ad mediocritatẽ ſecundum vnumquodq;, qđ pertinet ad ipſum, vt ſi aliquid pertineat ad regẽ qui dominus eſt omnium, & in oĩbus principatur in quo videant grauari ſubditi, ꝙ multũ illis diſpliceat illud tẽperare, aut illis remittere. Quanto enim pauciorũ erit dominus, tanto durabilior erit principatus, qa quanto erit pauciorũ dominus tanto minus dominatiue principabitur, & ſic de paucioribus iudicabit, & plures attingent ad principatum, & habebunt quod competit eis ſecundum dignitatem, & tunc videbitur eſſe æqualis ſubditis. Sic autem rege ſe habente, minus ei ſubditi inuidebunt, & ſic ſe habentibus, principabitur ſubditis volentibus, hoc autem facit principatum durabiliorem. Deinde cum dicit.

c ¶ Manifeſtat qđ dictũ eſt per exemplũ. Et dicit quòd propter iſtã cauſam circa Moloſſos regnum multum durauit. Similiter autem & regnum Lacedæmoniorum: a principio.n. diuiſerunt principatũ in duas partes, & ſic moderauerũt eũ, ſimiliter Theopompus q poſterius ibi regnauit, conſequẽter moderauit principatũ. Cũ.n. eſſet dñs oĩum inſtituit principatũ Ephororũ, tradens ipſum alijs quaſi auferens a ſua poteſtate. Ex quo fecit regnũ ſuũ aliquo modo maius, & durabilius multo, pp quod reſpondiſſe dicitur vxori ſuę cum argueret eum. dicens, ſi non verecundabatur, ꝙ regnũ minus traderet filijs ſuis quàm recipiſſet a progenitoribus, dixit, ꝙ hoc nõ debebat dicere, quia quamuis non traderet eis æqualem ſecundum poteſtatem, tradebat tamẽ diutius, quod videtur eſſe melius. Deinde cum dicit.

d ¶ Determinat de principijs ſaluãtibꝰ tyrãnidẽ, tyrãnis.n. qa de rõne ſua inordinata eſt, eſt de facili corruptibilis. Et ideo dat elementa



A elementa plura quibus ſaluari poteſt, ſaluatur autem duobus modis. Vno modo intendendo ipſam. Secundo remittendo, & ſecundum hoc diuiditur in duas. In prima proſequitur modum ſecundum quem ſaluatur per intenſionem. Secundo modum q eſt per remiſſionem, ibi. {Alter autem &c.} Prima in duas. In prima ponit vnũ modum ſecundum quẽ ſaluatur intendendo abſolute. Secundo in comparatione ad regnum, ibi. {Regnum quidem &c.} Prima in tres, quia tyrannis tripliciter intenditur. Vno modo faciendo ſubditos ignorantes. Secundo incognitos. Tertio pauperes. Et ideo diuiditur in tres. In prima ponit modos ſecundum quos fiunt ignorantes. Secundo, modos per quos fiunt incognitos, ibi. {Et omnia facere &c.} Tertio, modos q̃bus fiũt pauperes, ibi. {Et pauperes facere &c.} In prima dicit ꝙ tyrannis duobꝰ modis val de cõtrarijs ſaluatur. Quorum vnus eſt ſecundum intenſionẽ, alius ſecũdum remiſſionem. Et alter iſtorum dictus eſt prius ſecundũ quẽ tyranni diſpenſant vt cõmuniter, ſiue regũt principatũ tyrannicũ. Periander autẽ vt dicit, multa talia inſtituit ex quibus intenditur tyrannis, & multa talia poſſunt accipi a Perſis. Fuerunt autẽ, & aliqua data antiquitus ad ſaluationẽ tyrannidis. Quorum vnum fuit excellentes in potẽtia vel diuitijs interimere, qa tales per potentiam quam habẽt poſſunt inſurgere contra tyrannũ. Iterũ interficere ſapientes, tales.n. per ſapientiam ſuam poſſũt inuenire vias ad expellendum tyrãnidem. Iterum ad ſaluationem tyrannidis expedit non permittere communicationes, nec ſodalitatem ſiue ſocietatem, ne inter ſe vniantur per amicitiam. Ex hoc enim facilius poſſent inſurgere contra tyrannum. Iterum non permittere diſciplinam, & quæcumque poſſunt inducere ſapientiam, ſed omnia vitare, quia tales poſſunt inuenire vias diuerſas ad inſurgendum contra ipſum & expellendum eum, propter quod cauenda ſunt omnia illa, ex quibus fiunt ſapientes vel ſapientia actiua, vel ſpeculatiua, vel etiam illa ex quibus fit perſuaſio & ipſi perſuaſiui. Et ideo nec ſcholas, nec alias collectiones, per quas contingit vacare circa ſapientiam permittendum eſt. Sapientes enim ad magna inclinantur, & ideo magnanimi ſunt, & tales de facili inſurgunt. Deinde cum dicit.

e ¶ Tangit modos quibus fiunt incogniti. Et diuiditur in quinque, ſecundum quòd tangit quinque. Secunda, ibi. {Et præfectos &c.} Tertia ibi. {Et deprehendere &c.} Quarta ibi. {Et ne lateant &c.} Quinta ibi, {Et criminari inuicem &c.} In prima dicit, ꝙ ad ſaluandum tyrannidem oportet ordinare & facere ex quibus ſubditi maxime inter ſe adinuicem erunt ignoti, quia mutua notitia facit, quòd magis credunt ſibi adinuicem. Ex hoc autem quòd credunt ſibi adinuicem facilius vniuntur & potentius inſurgunt. Et ideo ordinanda ſunt talia per quæ maxime ſint ignoti. Deinde cum dicit.

patum, horum autem multa aiunt inſtituiſſe Periandrum Corinthiũ: multa enim talia eſt accipere & a principatu Perſarũ. Sunt autem & olim dicta ad ſaluationem vt poſsibile eſt tyrannidis excellentes perimere, & ſapientes deſtruere, & neque cõ B municationes ſinere, neque ſodalitatem, neque diſciplinam, neque aliud nihil tale, ſed omnia cauere. Vnde conſueuerunt fieri duæ ſapientiæ & perſuaſio, & neque ſcholas, neque alias collectiones permittere fieri vacatiuas.

*runt Periandrum corinthium. Multa etiam ex gubernatione Perſarum eſt aſſumere, ſunt autem hæc illa pernitioſa quæ ſupra retulimus omni conatu a tyrannis fieri, quo dominationem retineant, veluti potentiores decerpere, & ſapientes perimere. Et neque comeſſationes permittere, neque ſodalitates, neque diſciplinam, neque aliud quicquam tale, ſed omnia cauere, vnde conſueuerint oriri inter ciues intelligentia & fides. Et neque ſcholas, neque conuentus aliquos ſcholaſticos fieri concedere.*

e Et omnia facere ex quibus quàm maxime ignoti inuicem erunt omnes, notitia enim fidem facit magis ad inuicem.

*Et omnia facere ex quibus ciues inter ſe quàm maxime incogniti ſint. Cognitio enim fidem generat inter ipſos.*

C f Et præfectos populi ſemp palam eſſe, commorari circa ianuas, ſic enim minime latebit quid agunt.

*Et ſatellites eius apparere ſemper ac verſari foris, quo minus latere poſſit quid quiſque agat.*

g Et deprehendere ſi aſſuefiant modicum ſemper ſeruientes & alia quæcumque talia Perſica & barbara tyrannica ſunt, omnia enim idem poſſunt.

*Aſſueſcantque animum ſubmittere per ſeruitutem continuam, & alia quæcumque talia Perſica & barbara, tyrannidis ſunt, cuncta enim idem valent.*

D h Et tentare non latere quęcũque extiterit quis dicẽs vel agẽs ſubditorum, ſed eſſe attentos velut circa Syracuſanos vocati podagogides, & auribus audientes, quos miſit Hieron vbi fuerit aliqua congregatio & collectio, confident enim minus timentes tales, & ſi confidant, latebunt minus.

*Et ne lateant conari quæcumque quis dixerit, aut fecerit, ſed eſſe exploratores, quemadmodum Syracuſis hi qui deductores nuncupabantur, & auricularii, quos ſubmittebat Hieron, vbicumque foret congregatio aliqua, vel conuerſatio. Minus enim audent, qui talia formidant, & ſi audeant, minus latere poſſunt.*

i Et criminari inuicem, & turbare, & amicos cum amicis, & populum cum inſignibus, & diuites cum ſe ipſis.

*Calumniari quoque inuicem, & collidere amicos cum amicis, & plebem cum nobilitate, & diuites inter ſeipſos.*

E k Et pauperes facere ſubditos tyrannicum, quatenus neq; cuſtodia alatur.

*Et ſubditos ad paupertatem redigere tyrannicæ eſt prauitatis, vt neque ſumptus fiat in cuſtodia.*

f ¶ Ponit ſecundum modum. Et dicit, ꝙ ſecundo ad ſaluationem tyrannidis expedit facere quòd præpoſiti & ſeruientes ſint manifeſti in locis, in quibus debent ſubditi congregari & circa ianuas ciuitatis vel ſubditorum vt videant & ſentiant qđ dicunt vel agũt ſubditi. Sic enim magis erit manifeſtum qđ faciunt, & minus poterunt machinari cõtra tyrannum minus inuicem credentes. Deinde cum dicit.

g ¶ Ponit tertium modum. Et dicit, ꝙ oportet ad ſaluationem tyrannidis ordinare ꝙ ſi ſubditi aliqua malefaciãt, aut in aliquo inſoleſcant & deuient ab eo qđ eſt ordinatum a tyranno, etiam modicũ deprehendere eos a ſeruientibus ordinatis ad hoc, ſimiliter ordinare alia q̃cũque & barbara, & perſica ſunt tyrannica. Omnia enim talia poſſunt idẽ ſ. ſaluare tyrannidem. Ex hoc.n. quod ſubditi erunt occupati in ali quibus timentes magis, minus poterunt inſurgere. Deinde cum dicit.

h ¶ Ponit quartum modum. Et dicit ꝙ tentandum eſt vt nõ lateant quæcumq; dicunt & faciunt ſubditi, ſed diligenter attẽdere quecumq;, & ſic facere ſicut fecerunt circa Syracuſanos tyranni. Ordinauerunt enim quoſdã qui dicebantur deductores, quos miſit Hieron qui audirent & inquirerent quæ dicerẽt & facerẽt ſubditi, ſic ſimiliter ordinãdi ſunt aliq q vbi fuerit aliqua cõgregatio audiãt q̃ dicunt ibi & fiũt. Sic.n. illi qui cõgregabuntur propter timorẽ minus cõſident de ſeipſis, & per cõſequens nihil machinabũtur, aut ſi cõfidant de ſe, minus poterũt latere, & vlterius poterit magis caueri. Deinde cum dicit.

i ¶ Ponit quintũ modũ. Et dicit ꝙ ad ſaluandã tyrãnidẽ, oportet ꝙ tyrãnus procuret, ꝙ ſubditi imponant ſibi inuicẽ crimina & turbẽt ſeipſos, vt amicus amicũ, & populꝰ cõtra diuites, & diuites inter ſe diſſentiãt, ſic.n. minꝰ poterũt inſurgere pp eorũ diuiſionem. Omnis.n. virtus diuiſa minor eſt. Deinde cum dicit.

k ¶ Ponit modos quibus fiunt pauperes. Et diuiditur in quatuor ſecundũ ꝙ ponit quatuor modos. Secunda ibi. {Et occupati &c.} Tertia ibi. {Omnia.n. hæc &c.} Quarta ibi. {Adhuc autem &c.} In prima dicit quòd ad ſaluationem tyrannidis, oportet facere ſubditos pauperes, ſic enim minus poterũt inſurgere contra

contra tyrannum. Facere autem pauperes ſubditos, & ſi contingat multipliciter, contingit tamen ad præſens quadrupliciter. Primo non dando expenſas cuſtodibus ciuitatis de bonis communibus, ſed eos compellere ad ſoluendum ex toto. Deinde cum dicit.

l ¶ Ponit ſecundum modum. Et dicit, ꝙ ordinandum eſt, ꝙ ſubditi ſint occupati circa opera quotidiana vt ſic occupati nō poſſint machinari, vel non ſint vacantes ad machinandum aliquid cōtra tyrannū. Sicut habemus exēplum de tyrannidibus quæ fuerunt circa Aegyptū, vbi ſubditi compellebantur occupari circa opera quotidiana. Sicut apparet de filijs Iſrael, quos occupabant circa lutū & lateres. Similiter donaria Cypſellidarū, ſimiliter edificatio olympi q̄ fuit facta a Piſiſtratide, ſimiliter opera eorum quæ erant de Samo inſula quę erant magnifica. Omnia enim iſta poſſunt idē facere ſcilicet, ꝙ ſubditi non poſſint vacare ad machinandum aliquid contra tyrannū. Ex quo.n. ſunt occupati circa opera talia, non poſſunt tractare qualiter expellant tyrannum. Item poſſunt facere penuriam & paupertatem ſubditorum, ex quo enim cōpelluntur apponere ad ædificia facienda, & occupari circa talia, oportet eos depauperari. Deinde cum dicit.

m ¶ Ponit tertium modum. Et dicit, ꝙ procuranda ſunt vectigalia, hoc eſt exactiones multæ & magnę, ſic enim cito poterunt depauperari ſubditi, ſicut factum fuit in Syracuſis. Ibi enim Dionyſius qui principabatur tantas procurauit exactiones, quòd omnes diuitiæ ſubditorum venerunt ad ipſum in quinque annis. Deinde cum dicit.

n ¶ Ponit quartum modum. Et dicit, ꝙ ad ſaluationem tyrānidis tyrannus debet procurare bella inter ſubditos, vel etiam ad extraneos, ita ꝙ nō poſſint vacare ad aliquid tractandum contra tyrannum, & magis timentes. Sic etiam erunt indigentes præſide, & tunc plura poterit exigere ab eiſdem. Deinde cum dicit.

o ¶ Ponit aliū modū per quē ſaluaē tyrānis in cōparatione ad alias Reſpu. & ad alia quædā. Et diuiditur in quatuor. In prima

l Et occupati circa quotidiana non vacantes ſiut ad machinandum, exemplum autem huius, tyrannides quæ circa Egyptum & anathemata Cypſelidarum, & Olympij ædificatio a Piſiſtratidibus, & eorum quę de Samo opera multi imperij.

m Omnia enim hæc poſſunt idem, ſcilicet non vacationem & penuriam ſubditorum, & illatio vectigalium, velut in Syracuſis, in quinque enim annis ſub Dionyſio ſubſtantiam omnem inferri accidit.

n Adhuc autem & bellorum procurator tyrannus, vt vtique ſine vacatione ſint & permaneant in indigentia pręſidis exiſtentes.

o Regnum quidē ſaluatur per amicos, tyrannicum autem maxime diſcredere amicis, tamquam volentibus quidem omnibus, potentibus autem ijs maxime.

p Et adhuc quæ circa democratiam fiunt vltimam, tyrannica ſunt omnia. Et Ginecocratia circa domos vt enuncient contra viros, & ſeruorum remiſsio propter eandem cauſam, neq; enim machinant ſerui & mulieres cōtra tyrannos, gaudentes quia neceſſarium beniuolos eſſe & tyrannidibus & democratijs.

q Etenim demus vult eſſe monarch⁹, pp qđ & adulator apud vtraſque eſt honoratus, apud demos quidem demagogus: eſt.n. demagogus demi adulator, apud tyrānos aūt qui humiliter colloquuntur, quod quidem eſt opus adulatiōis. Etenim pp hoc Ponirophilon.i.malorū amicus eſt tyrannus, adulatione.n. recipientes gaudent, hoc autē nullus vtiq; faciet ſenſum habens liberum, ſed amant qui Epijces ſi non adulentur, & oportuni maligni ad maligua, clauo.n. clauus, ſicut Prouerbium.

*Et illi quotidianis moleſtiis occupati, vacare non poſſunt ad conſilia contra tyrannos ineunda. Exemplum huiuſmodi ſunt Pyramides Aegypti, & donaria Cypſellidarum, & Olympi edificatio a Piſiſtratidis facta. Polycratis opera circa Samum.*

G

*Hæc.n. oīa fuerūt inſtituta ad ociū & quietem populorū tollendā, & ad inducendā paupertatē per tributorum penſionē, vt etiā Syracuſis factum eſt, Dionyſio enim eam ciuitatem tenente, contingit Syracuſanos in quinq; annorum tempore cunctas facultates ſuas in ſoluendis tributis conſumpſiſſe.*

*Studet etiam bellum concitare tyrannus, vt negociis occupentur ciues, & indigentia Ducis continuo detineantur.*

H

*Et regnum quidem per amicos ſaluatur, tyranni autem eſt maxime amicis diffidere, quaſi velint omnes, poſſint autem maxime amici eum ſubuertere.*

*Et quæ fiunt circa vltimam popularem gubernationem, tyrannica ſunt omnia, vt potentia mulierum domi, quo reuelent virorum ſecreta, & manumiſſio ſeruorum eadem de cauſa.*

I

*Non enim inſidiantur ſerui & mulieres tyranno, & ſi proſpere degant, neceſſe eſt beniuolos fore, & erga tyrannidem, & erga popularem ſtatū.*

*Nam & populus domin⁹ eſſe uult. Ex quo ſit, ut adulatores apud utroſque in honore habeantur. Eſt enim qui populum colit & ducit, populi adulator, tyrannorum uero qui aſſentando conuerſatur, quod eſt opus adulatoris.*

K

*Nam propter hoc prauos amicos habent tyranni, quod adulationibus gaudent. Id autem nemo faceret qui mentem haberet libero homine dignam, ſed amant boni uiri, uel non adulantur, & utiles praui ad praua. Clauus enim clauo, ut dictat Prouerbium.*

F ponit modū per quē ſaluaē in cōparatione ad regnū. In ſecunda ponit modū per quē ſaluaē in cōparatione ad popularē ſtatū, ibi. {Et adhuc quæ fiūt &c.} In tertia ponit aliū modū in cōparatione ad liberū & venerabilē, ibi. {Et nullo gaudere &c.} In quarto ponit aliū modū in cōparatione ad ciues & extraneos, ibi: {Et condiuturnari &c.} In prima dicit, ꝙ regnū ſaluatur per amicos. Subditi.n. diligūt regem & volunt eū principari, hoc autē ſaluat regnū. Et ideo ſaluatur regnū per amicos, tyrannus autē ad ſaluandū tyrannidē, non debet confidere in amicis. Et ratio huius eſt, quia amici potentes ſunt: ex hoc enim, quòd amici ſunt aliqui principis, potentes ſunt. Item inclinantur & volūt principari omnibus. Et ideo non debet cōfidere in eis ſi debeat ſaluare tyrānidē. Deīde cū dicit.

p ¶ Ponit aliū modū in cōparatione ad ſtatū popularem. Et primo ponit ipſum. Secundo aſſignat rationē cuiuſdā dicti, ibi. {Etem dem⁹ vult &c.} In prima dicit quòd ad ſaluandum tyrannidē, tyrannus debet ordinare ea q̄ ſunt circa popularē ſtatū vltimum q pesſimus eſt omnium. Omnia.n. illa tyrannica ſunt, vt mulierū potentiæ corā populo, coram quo permiſſum eſt eis proponere contra viros quę voluerint. Et manumiſſio ſeruorum contra ciues. Mulieres enim quaſi ſunt medietas ciuitatis. Ipſæ autem & ſerui nō machinātur aliquid cōtra tyrānū. Nam gaudent ſerui de manumiſſione. Mulieres vero ſuper libertate prędicta, oportet.n. eos eſſe beniuolos & tyrannidibus & popularib⁹. Et propter hoc nō inſurgunt de facili. Deīde cū dicit.

q ¶ Reddit cauſam cuiuſdam dicti. Dixerat enim quòd in tyrannide ordināda ſunt illa, quæ fiunt in populari ſtatu. Vltimo, huius reddit cauſam. Et dicit ꝙ propter hoc debet tyrannus ordinare quæ ſunt in populari ſtatu vltimo, quia popularis ſtatus vltimus eſt ſicut monarchia, totus enim populus dominatur ſicut vnus monarcha. Vnde adulatores inueniuntur & in populari ſtatu vltimo, & apud tyrannos, & honorantur ab eis. In populari ſtatu quidem, populares ductores populi. Ductor enim, adulator in populari ſtatu



ſtatu eſt, quia dicit quæ placent populo. Apud tyrannos autem honorantur, quia humiliter loquuntur. Hoc autem pertinet ad adulatorem, humiliter enim loquendo & deijciendo ſe credunt placere, propter hoc etiam tyrannus eſt amicus malorum, quia recepit adulatores & congaudet ijſdem, tales autem ſecundum ſe mali ſunt. Sed nullus qui habet ſenſum liberum, hoc eſt qui inclinationē habet ad virtutem hoc faciet, ſed diligit virtuoſos, & eos qui nō adulantur, qui ſecundum ſe boni exiſtentes opportunitatem quandam habent ad reprimendum malignitatem adulatoris, qui ſecundum quod huiuſmodi malignus eſt, quoniam ſicut in prouerbio dicit, Clauus clauo retūditur. diligunt igitur bonos odientes adulatores, vt per eos reprimant malitiam adulatorum. Deinde cū dicit.

r ¶ Ponit alium modum in comparatione ad liberum & venerabilem. Et dicit, quòd tyrannus non debet congaudere libero & venerabili ſiue virtuoſo, quia tyrānus vult eſſe ſolus dominus. Venerabilis.n. & liber contrarij ſunt illi, nec poſſunt ſuſtinere excellētiā quam habet prę ter rationē, nec tyrānidem quam exercet principando dominatiue: pp qđ odiunt tyranni liberos & venerabiles tamquàm diſſoluētes eorū principatū. Deīde cū dicit.

ſ ¶ Ponit aliū modū in cōparatione ad ciues & extraneos. Et dicit quòd tyrannus magis debet conuiuere & aſſueſcere diuturnis comeſſationibus cum extraneis, quàm cū ciuibus, tāquàm ciues ſint aduerſarij, extranei vero non. Iſta igitur & ſimilia ſunt tyrannica & ſaluāt principatū. Nec aliquid malignitatis deficit in talibus, ſed omnē malignitatem & iniquitatē continēt, ſicut mala ſecundū ſeipſa bona, tamē ad ſaluationē tyrānidis, in quo innuit ꝙ nō ſunt faciēda ſimpliciter homini, ſed ei qui voluerit ſaluare tyrannidem quæ ſecūdum ſe mala eſt. Deinde cum dicit.

t ¶ Reducit iſtos modos omnes ad tres, & primo facit hoc. Secundo recolligit illos, ibi. {Ad quos &c. In prima dicit, ꝙ omnia iſta ſub tribus ſpeciebus vt eſt dicere comprehenduntur, qa tyrannus tria conſiderat ad ſaluandum principatum ſuum. Primum eſt vt ſubditi ſint ignorantes & pauca ſcientes. Cuius ratio eſt, quia nullus puſillanimis inſidiatur alicui. Et ideo ne ſubditi inſidientur ei, conſiderat qualiter ſubditi ſint ignorantes. Ignorantia.n. puſillanimes facit. Magnanimū.n. oportet habere ſcientiam magnorum & arduorum, eſt enim virtus qua aliquis inclinaē ad magna & ardua ſimpliciter decentia ipſum. Secundum eſt, quòd ignoti ſint ſibi inuicem ſubditi. Et ratio huius eſt, quia tyrannis non prius diſſoluitur quàm credāt ſibi inuicem. Et propter hoc tyrannus cōtrarius eſt virtuoſis, quia nociui ſunt ad principatum tyrannicum, non ſolum quia nolunt ſubijci tyranno dominatiue, ſed quia ſunt ſibijpſis fideles & alijs conciuibus, nec manifeſtant ea quæ volunt facere vel ipſi, vel alij conciues eorum contra tyrannos. Tertium eſt, quòd reddat eos impotentes faciēdo eos pauperes. Et ratio huius eſt, qa nullus manum mittit ad illa q̄ credit eſſe impoſſibilia, & ideo manifeſtum eſt, quòd non diſſoluetur tyrannis ſi ſubditi non habeāt potentiam. Deinde cum dicit.

v ¶ Recolligit modos iſtos, & dicit ꝙ iſti ſunt tres modi ad quos reducuntur omnia quæ placēt & volunt tyranni. Si.n. aliqs cōſideret, reducet oīa tyrannica ad iſtas tres hypotheſes, quarum vna eſt, vt non credāt ſibi inuicem, alia vt ſint impotentes, alia vt parū ſciāt ſubditi. Vnus igitur modus per quem ſaluatur tyrānis eſt iſte qui eſt intendēdo tyrannidem.

r Et nullo gaudere venerabili, neq; libero, tyrannicum, ipſum enim eſſe ſolum vult tyrannus, qui autē cōtra, venerabilis & liberabilis aufert excellentiam, & quod deſpoticum tyrannidis, odiunt igitur quemadmodum diſſoluentes principatum, & vti conuiuijs.

ſ Et condiuturnari extraneis magis quàm ciuilibus, tyrannicum, tamquàm hos quidem aduerſarios, hos autem non contrariantes. Hęc & talia, tyrannica quidem & ſaluatiua principatus, nihil autem deficit magis malignitatis.

t Sunt aūt, vt eſt dicere, oīa hæc comprehenſa tribus ſpeciebus, cōiecturat.n. tyrannus tria, vnū quidē vt modica ſapiant ſubditi, nulli.n. vtiq; puſillanimus inſidiabitur, ſecundum autem vt diſcredant inuicem, non diſſoluitur enim prius tyrannus antequam credant aliqui ſibi ipſis, propter quod & epijceis aduerſantur tamquam nociuis ad principatum, non ſolum propterea quod non volunt ſubici deſpotice, ſed & quia fideles ſunt ſibi ipſis & alijs, & quia nō produnt, neque ſe ipſos, neque alios. Tertium autem negociorum impoſsibilitas, nullus enim manum mittit ad impoſsibilia, quare neque tyrannidem diſſoluere non exiſtente potentia.

v Ad quos quidem igitur reducuntur volita tyrannorum iſti tres exiſtunt entes: omnes.n. vtique reducet quis tyrannica ad has hypotheſes, hoc quidem vt non credant inuicem, hoc autē vt non poſsint, hoc vt parum ſapiant. Vnus quidem igitur modus per quem fit ſaluatio tyrannidibus, talis eſt.

A

*Nullo quidem honeſto, nulloque libero delectari tyrannicum eſt. Se enim ſolum eſſe talem putat tyrannus. Qui autem ſubditorum vel honeſtati ſtudent vel libertati, minuere excellentiam & præeminentiam tyranni videntur. Oderunt ergo illos tyranni, tamquàm euerſores poteſtatis ſuæ.*

B

*Peregrinos etiam in conuiuia, & familiarē vſum magis recipere quàm ciues, tyrannorum eſt, quaſi illos quidem habeant hoſtes, hos uero non aduerſantes. Hæc & huiuſmodi a tyrannis fiunt pro dominatione retinenda, nec quicquam omittunt prauitatis.*

*Sunt autem, ut ita dixerim, hæc omnia tribus ſpeciebus comprehenſa.*

C

*Tria enim coniectat tyrannus. Vnum ut animos imminuat ciuium. Nemo enim parui animi contra tyrannum inſurgit. Secundum, ut ciues inter ſe diffidentes reddat. Non euertitur enim tyrannus, niſi ciuium aliqui inter ſe fidem habeant. Quapropter & bonos uiros proſequitur quaſi peſtiferos, & aduerſarios dominationi ſuæ. Non ſolum quia non acquieſcunt in ſeruitute uiuere, uerum etiam, quia fides eis, & inter ſe, & ab aliis plurima adhibetur, neque accuſant alios, neque ipſi inter ſe accuſantur.*

D

*Tertium impotentiam agendi. Nemo enim ſibi impoſſibilia aggreditur, itaque neque tyrannidem tollere, ſi potentia deſit.*

*Ad quos ergo fines referantur tyrannorum conſilia, tres iſti ſunt. Ad has enim ſuppoſitiones tyrannica redigi poßunt uniuerſa, partim ne confidant inter ſe ciues, partim ut potentia eis deſit, partim ut puſillanimes efficiantur.*

E

*Vnus ergo modus, quo utuntur tyranni, talis eſt.*

## LECTIO XII.

ALius autem vt ex cōtrario dictis habet curā, eſt autem accipere ipſum ex corruptione regnorum, ſicut enim vnus mod⁹ corruptionis,

## *LECTIO XII.*

*ALter uero modus contrarius iſtis quæ dicta ſunt, diligentiā facit. Eſt aūt deprehendere ipſum ex regnorū corruptiōe. Vt enim regni mod⁹ corruptiōis unus eſt,*

## LECTIO XII.

POſtquàm Philoſophus poſuit vnū modū ſaluationis tyrannidis qui eſt p intenſionē, ponit aliū modū q eſt p remiſſionē. Et primo in generali oſ̄dit qūo per hmōi remiſſionē ſaluaē. Secūdo ī particulari ibi. {Primū enim &c.} In prima dicit, quòd alius eſt modus ſaluandi tyrannidē cōtrarius modis dictis prius, nam modi dicti prius ſaluant tyrannidē intēdēdo ipſam.

Iſte autem modus per remiſſionem, iſtum autem modum contingit accipere per ſimilitudinem ad corruptionem regnorum, quia ſicut vno modo regnum corrumpitur per hoc quod accedit ad tyrannidem declinando a rectitudine rationis, ſic ſaluatur tyrannis per hoc, quòd accedit ad regnum, & ad illud quod eſt ſecundum rationem. Ex ſe enim regnum ſaluabile eſt, & ideo expedit ad ſaluandũ tyrannidem remittere ipſam, & accedere ad regnum ſeruando & retinendo principatum vnius ſcilicet vt ipſe ſolus principetur non quidem ipſis volentibus, ſed nolentibus, ſicut plures faciunt & nõ prætendat velle principari ipſis volentibus. Nam hoc prætendere, eſt prætendere ꝙ ipſe nolit tyrannizare. Et iſtud quòd. ſ. ſolus ſit princeps & tyrannus accipiendum eſt ſicut ſuppoſitio aliorum. Hæc quidem facienda ſunt ſecundum veritatẽ ad ſaluandum tyrannidẽ, alia autem ſimulãda vt videantur ſaltem regalia quàmuis non ſint. Deinde cum dicit.

b ¶ Oſtendit in particulari qualiter ſaluatur ꝑ remiſſionẽ. & primo facit hoc. Secũdo recolligit q̃dã dicta excuſando ſe ab vlteriori conſideratiõe, ibi. {Superfluum &c.} Prima in duas. In prima oſtendit qualiter tyrannis ſaluatur per remiſſionem, cum ciuitas nõ eſt diuiſa. In ſecunda eſt diuiſa, ibi. {Quoniam autem &c.} Prima ĩ quatuor. In prima declarat qualiter ſaluatur per remiſſionem &c.} Primo quo ad pecunias. Secũdo qualiter quo ad conuerſationes, ibi. {Et oportet autem &c.} Tertio qualiter q̃uo ad honores, ibi. {Verumtamẽ &c.} Quarto qualiter quo ad demiſſionem a principatu, ibi. {Si vero &c.} Circa pecunias eſt conſiderare tria. ſ. conſumptionem, ratiocinationem, receptionem, & ſecũdum hoc diuiditur in tres. In prima declarat quid obſeruandum eſt quo ad expenſas rationabiles. Secundo quo ad ratiocinationem cum dicit. {Rationem &c.} Tertio oſtendit quid circa receptionem, ibi. {Deinde redditus.} In prima dicit quòd ad ſaluandum Rempublicã tyrannicam, oportet, ꝙ tyrannus ſic ſe habeat vt videatur habere curam de communi, & quòd non expendat ea quæ accipit a ſubditis gratis, & in ſuperfluuis, vt in talibus quæ contriſtant ſubditos, vt quando accipiunt a ſubditis laborantibus & operantibus aſſidue & poſtmodum abundanter dant meretricibus & extraneis, & quos habent ſibi ſæpe familiares, artificibus, hiſtrionibus: qñ. n. ſic facit tyrãnus, odio habetur a ſubditis & facilius ĩ ſurgũt cõtra ipſum, & ideo cauendũ eſt, ꝙ nõ expendat bona, quæ accipit a ſubditis in illis quæ moleſtãt ipſos. Deinde cum dicit,

regni facere magis tyrannicum principatum, ſic tyrannidis ſaluatio facere ipſum magis regalem, vnius ſeruantem ſolum potentiam, vt principetur non ſolum volentibus, ſed & nolentibus, prætendens enim & hoc prætendit & tyrannizare, ſed hæc quidem ſicut ſuppoſitionem oportet manere, alia autem hæc quidem facere, hæc autem videri ſimulantem quod regale bene,

b Primo quidem, vt videatur curare communia, neque expendat gratuita talia, in quibus multitudines moleſte ferant, quando ab ipſis quidem accipiunt operantibus & laborantibus aſſidue, dant autem meretricibus & extraneis, & artificibus copioſe,

c Rationemque reddat acceptorum & expenſarum, quod quidem iam fecerunt quidam tyrannorum: ſic enim vtique quod diſpenſans, œconomus, ſed non tyrãnus eſſe videbitur.

d Non oportet autem timere, ne forte deficiat pecunijs, dominus exiſtens ciuitatibus, ſed extorribus tyrannis a domo, & expedit hoc magis, quàm delinquere cum congregauerint. Minus enim vtique qui ſeruant inſilient rebus. Sunt autem tyrannorum qui ſeruant terribiliores egredientibus a populo q̃ ciuib⁹, ij quidem enim peregrinantur, hi autem ſubſiſtunt,

e Deinde introitus oportet videri colligere diſpenſationis gratia, & ſi aliquando oportunum fuerit vti ad bellicas opportunitates. Vniuerſaliter aũt

F

gubernationem ipſam regiam magis reducere ad tyrannicam, ita tyrannidis conſeruatio eſt ad regiam gubernationem magis eam referre, unum ſolummodo cuſtodientem vt potentiam retineat per quam non modo volentibus, uerum etiam nolentibus, dominari poſſit, nam ſi hanc abiiciat ſimul abiicit & tyrannum eſſe. Sed hoc, tamquam ſuppoſitionem quandam manere oportet, Cætera vero partim facere, partim quam optime ſimulare vt regia gubernatio videatur,

G

*Primum enim videri communium commodorum curam habere, non effundentem largitiones tantas, ut ciues moleſte ferant, quando quidem ab illis capitur operantibus, ac laborantibus in ſua tenuitate. Donant uero ſcortis, & peregrinis, & hiſtrionibus effuſe.*

H

*Rationem reddentem eorum quæ acceperit & expenderit, quod iam factum eſt a quibuſdam tyrannis, ſic enim adminiſtrans, non tyrannus videbitur, ſed legitimus gubernator.*

I

*Nec erit ei formidandum, ne quandoque ſibi deſint pecuniæ, cum ſit dominus ciuitatis, ſed diſpergentibus tyrannis ex propria domo, & prodeſt hoc magis quàm relinquere congregatas, minus enim cuſtodes ipſi contra tyrannum inſurgerent, ſunt autem formidabiliores abſentibus tyrannis qui cuſtodiunt, quàm ciues, nam illi quidem ſimul abſunt, hi autem remanent,*

K

*Deinde redditus & impenſas apparere oportet, cum gratia diligentis adminiſtrationis, tum etiam, vt ſi quando foret opus, illis vti poſſit ad belline ceſſitates, omninoque ſeipſum præbere*

c ¶ Oſtendit quid obſeruandũ eſt quantũ ad ratiocinationẽ, & primo facit hoc. Secundo remouet dubiũ, ibi {Nec erit ei &c.} In prima dicit, ꝙ ad hoc, ꝙ ſaluet tyrannidẽ & videatur habere curã de cõmuni bono, oportet ipſum reddere rationẽ de acceptis & expenſis factis, quod fecerunt quidam tyranni, vnde diuturniorem fecerunt principatum ſuum. Et ratio huius eſt, qa ille qui ſic diſpenſabit & reget Rempub. videbitur eſſe œconomus quidam, ideſt diſpenſator, videbitur enim laborare propter bonum commune & non videbitur tyrannus. Deinde cum dicit.

d ¶ Remouet dubiũ ſiue reſpondet obiectioni. Diceret. n. aliquis ꝙ ſi tyrãnus reddat rationem de expenſis, deficiet ei pecunia. Remouet hoc & dicit, ꝙ non oportet tyrannum timere, ne pecuniæ & diuitiæ deficiant, omnia enim quæ ſunt ĩ ciuitate, ad vſus & vtilitates cões ſunt eius, cum ſit dominus ciuitatis. Cuius ratio eſt, qa bona exteriora ſunt propter bona animæ & corporis, & bona corporis propter bona animę, & iſta omnia ſunt propter bonum commune ciuitatis: & ideo illius ſunt quodammodo bona ſubditorũ, cui⁹ eſt ordinare omne in finẽ ciuitatis, ſed eius qui dominus eſt ciuitatis eſt ordinare bona exteriora in finem ciuitatis, propter quod ei⁹ ſunt omnia. Et ideo non eſt timẽdum tyranno, quòd deficiat ſibi pecunia, quia poterit accipere a ſubditis, ſecundum tamen quòd ordinari habet in finem ciuitatis, ſed illi timendum eſt magis qui accipit a domibus ſubditorũ pręter rationem. Ex hoc enim odio habetur a ſubditis, & ideo timere debet, ꝙ inſurgant contra ipſum. Vnde magis expedit ipſis ſcilicet dimittere diuitias in domibus ſubditorum, & vti eis ad bonum commune cum neceſſe fuerit, quàm omnino admittere eas congregatas in domo propria, quod fiet ſi inſurgant in eum, cum enim apud ciues fuerit pecunia & nõ extorſerit eam tyrannus, minus inſilient contra ipſum, tunc tyrãni etiã qa accipiũt a ſubditis & ſeruãt penes ſe, magis timent ab illis qui ægrediuntur cũ eis, & cõmilitãt eis quaſi ꝓpinqui eis quàm ciuibus, qa primi cũ peregrinãtur ei extra ciuitatẽ: ciues autẽ magis reſident in ea, & ideo magis poſſunt inſurgere & dirimere theſaurum. Conſequenter cum dicit.

e ¶ Tangit quid obſeruandum eſt circa receptionem pecuniarum & dicit, quòd tyrannus debet redditus & oblationes gratis factas fideliter colligere vt diſpenſet illa, & ſi aliquando oportunum fuerit expendere illa in prelio, & vniuerſaliter debet ſe exhibere tamquam cuſtodem, & camerarium ciuitatis



ciuitatis & bonorum communium non ſicut propriorum, ſic enim minus odio habebitur & erunt magis contenti. Deinde cum dicit.

f ¶ Oſtendit qualiter tyrannis ſaluatur in comparatione: & primo in comparatione ad ad ciues. Secundo cum dicit {Contrarium faciendum.} In comparatione ad totã ciuitatẽ, & diuina. Adhuc circa primum duo facit. Primo oſtendit qualiter ſaluatur per comparationem bene ſe habens quantum ad actus exteriores. Secũdo cum dicit, {Et circa voluptates} qualiter quantum ad delectationes. Circa primum adhuc duo facit. Primo facit quod dictum eſt quantum ad pſonam propriã. Secunndo cum dicit. {Eodemque modo} quantum ad coniunctam. Adhuc primo oſtendit quid obſeruandum eſt ad tyrannidis ſaluationẽ quãtum ad geſtus exteriores. Secundo cum dicit. {Inſuper non} quantum ad actus exteriores in quibus eſt iuſtitia vel iniuſtitia. In prima parte duo tangit. Primum eſt, quòd expedit tyranno ad ſaluandum tyrannidem, quòd non appareat ſubditis ſeuus, ſiue credulis, & ratio huius eſt: quia ex hoc quòd apparet ſubditis ſeuus reddit ſe odioſũ eis: ex hoc autem facilius inſurgunt in eum: ſed debet ſe reddere reuerẽdum propter excellẽtiam alicui⁹ boni excellentis, reuerentia enim debetur bono excellenti, & ſi nõ habeat illud bonum excellens debet ſimulare ſe habere illud. Secundum eſt quod tãgit, & ſequitur ex primo, ꝙ debet ſe reddere talem, ꝙ ſi ſubditi obuient ei, ꝙ non timeant eum timore ſeruili: ſed magis reuereantur. Non timeant quidem: quia ſi timerent eum haberent eum odio, reuereantur autẽ: eſt enim reuerentia triſtitia propter apparentem inglorationem, ex hoc enim quòd aliquis obuiat alicui: & ille habet bonum in quo deficit, reueretur: quia non habet illud, aut non illo modo. Et iõ tyrãnus debet ſe reddere talem quòd videatur ſubditis ipſos excellere in aliquo bono excellenti: in quo ipſi deficiunt ex quo reuereatur. Tamen talem ſe ſic reddere non eſt facile quin ſequitur contemptus: ſi quidem nõ reddit ſe timendum. De facili enim contemnitur qui non timetur: & ideo ſi velit non terribilis videri & cum hoc non contemni, debet laborare ad virtutes & opera ipſa quæ reddunt hominem non contemptibilem propter excellentiam ſuam: & ſi non poteſt habere omnes virtutes & actus eorum; ſaltem laboret ad virtutem ciuilem quæ videtur præcipua, & ſi non habeat eam ſecundum veritatem, faciat quòd opinentur ipſum habere eam: quamuis enim hoc non ſit in ſe bonum, adhoc tamen bonum eſt, vt non ſit facile contemptibilis. Deinde cum dicit.

exhibere ſe ipſum cuſtodem & camerarium, tamquam communium, ſed non tamquam propriorum,

f Et videri non ſæuus, ſed reuerendus. Adhuc autem talem, vt non timeant occurentes, ſed magis verecundentur: hoc tamen adipiſci non facile, non exiſtentem facile contemptibilem. Propter quod oportet, & ſi non aliarum virtutum curã habeat, tamen politicæ, & opinionem efficere de ſe ipſo talem,

g Adhuc aũt non ſolũ ipſum videri, nullũ ſubditorũ iniuriantẽ, neq; iuuenẽ, neq; iuuenculã, ſed neque alium vllum eorum qui circa ipſum.

h Similiter autem & habere vxores familiares ad eas quæ aliorum, tamquàm & propter vxorum iniurias, multæ tyrannides perierunt,

i Et circa fruitiões corporales contrarium facere, quàm nunc quidam tyrannorum faciũt, nõ ſolum. n. mox diluculo hoc faciunt & cõtinue multis diebus, ſed etiam videri alijs volunt hoc operãtes, vt tamquam felices & beatos admirẽtur, ſed maxime quidẽ moderatos eſſe talibus, ſi autem non, tunc videri alijs diffugere, neque enim facile inuaſibilis, neque facile contemptibilis qui ſobrius, ſed qui ebrius, neque qui vigil, ſed dormiens.

k Contrariumque faciendum olim dictis ferè oĩbus, præparare enim oportet & ornare ciuitatẽ, tamquam procuratorẽ exiſtentem, & non tyrannum.

A

*cuſtodem & quæſtorem, non vt ſuarum pecuniarum, ſed ut communium, & publicarum,*

B

*Et videri velle non aſperum, ſed cum grauitate honeſtum, & talem vt eum non timeant obuii, ſed magis uereantur. Hoc autem non facile eſt eum aſſequi qui foret contemnendus. Quapropter opus eſt, vt ſi non aliarum virtutum, at ſaltem ciuilis eum curam habere, ac talem de ſeipſo opinionem afferre.*

*Inſuper non ſolum ipſum uideri, nulli protinus ciuium contumeliam facere, ſed etiam neminem illorum qui circa eum ſunt,*

C

*Eodemque modo ſe habere mulieres ſuas erga cæteras mulieres. Nam & per contumelias mulierum permultæ iam tyrannides perierunt,*

D

*Et circa uoluptates corporis, contrarium facere quàm nunc faciant quidã tyranni, non ſolum enim ſtatim ab aurora id agunt, conuiuanturque per dies plures, uerum etiam apparere uolunt aliis, quôd ita faciant, ut tamquam felices beatoſque admirentur, ſed in talibus maxima erit moderatio adhibenda, uel ſaltem uideri illa fugere, non enim faciliter inuadi poteſt, nec faciliter contemni qui ſobrius ſit, ſed qui ebrius, neque qui uigilet, ſed qui dormiat.*

E

*Contrariumque agendum eſt ſupradictorum ferè omnium. Corroboranda enim & ornanda ciuitas eſt ab eo, tamquam a curatore, ac non tyranno.*

g ¶ Oſtendit quid obſeruandum eſt quantum ad actus exteriores in quibus eſt iuſtitia, & iniuſtitia; & dicit quòd tyrannus ſic ſe debet habere quòd non videatur alicui inferre iniuriam: nec iuueni nec iuuẽculæ, & quod non ſolum ipſe in perſona propria: ſed quòd nullus qui eſt circa ipſũ iniurietur aliis. Deinde cum dicit.

h ¶ Oſtendit quid obſeruandũ eſt quantum ad perſonam cõiunctã, & dicit quòd tyrannus ſic debet facere, quòd vxor ſua ſit familiaris vxorib⁹ ſubditorum: quiá propter iniuriam illatam vxoribus multæ tyrannides deſtructæ ſunt, & ideo debet procurare quòd vxor ſua ſit amica familiaris vxorib⁹ ſubditorum, ſic enim habebit quaſi medietatem ciuitatis: quiá mulieres cum pueris fere ſunt medietas eius ſicut dixit in Secundo. Deinde cum dicit.

i ¶ Oſtendit quid obſeruandum eſt ei quantum ad delectationes corporales: & dicit quòd circa delectationes corporales debet contrarium facere q̃ faciant nunc quidam tyranni. Sũt enim quidã qui non ſolum volunt proſequi huiuſmodi delectationes etiam multis diebus: ſed volunt videri ab aliis proſequi eaſdem tamquã ſint beati & felices ꝓpter ipſas & reputentur ab aliis tales; & ex hoc habeantur in admiratiõe apud eos ſed debet magis, aut moderatus eſſe circa eas: aut ſi non ſic, tñ debet ſe talem exhibere, quòd videatur fugere eas: quia ille qui ſobrius eſt in perſequẽdo huiuſmodi, non de facili inuaditur nec contemnitur ſed ille qui eſt ebrioſus inuaſibilis eſt de facili, & de facili contemnitur. Ille etiam qui vigilat circa actus virtutum, non de facili inuaditur: nec contemptibilis eſt: ſed ille qui dormit hoc eſt qui non operatur ſecundum virtutem de facili inuaditur, & contemnitur. Qui enim operatur ſecundum virtutem: reputatur aliquid magnum propter virtutem quam omnes reputant, & boni, & mali quamuis ſecundum maius & minus. Qui autem reputatur magnus: is non inuaditur de facili nec contemnitur; nullus enim contemnit quem reputat, qui autem inordinate operatur econtrario ſe habet. Deinde cum dicit.

k ¶ Oſtendit quid obſeruandũ eſt in cõparatione ad totã ciuitatẽ & diuina, & primo qd in cõparatione ad totã ciuitatẽ. Secũdo cum dicit. {Videri etiã oportet &c.} quid in cõparatione ad diuina. In prima dicit, ꝙ ad ſaluandũ tyrãnidem faciendũ eſt cõtrariũ eis q̃ dicta ſunt prius. ſ. quòd tyrãnus debet præparare, &

ornare ciuitatem ſcilicet faciendo turres & muros & ædes & habitacula & alia huiuſmodi communia, & ordinando ciues tamquam ſit procurator ciuitatis, & non tyrannus: ſic enim beniuolus apparebit & non tyrannus. Deinde cum dicit.

l ¶ Oſtendit quid obſeruandum eſt in ordine ad Deum, & dicit quòd ad ſaluationem tyrãnidis tyrannus in his quæ ad religionem, & cultum diuinũ pertinent ſtudioſe, & reuerenter ſe debet habere, & tãto magis differenter ab aliis, quanto magis excellit, cuius ratio eſt, quia ſi ſubditi exiſtimẽt principantem religioſum & deicolam eſſe, non timebunt male pati ab ipſo. A diuino.n. nullus expectat malum per ſe & minus inclinabuntur inſidiãtes opinantes ipſum deũ eſſe ſibi propitium & propugnatorem pro eo contra machinantes in eum. Deinde cum dicit.

m ¶ Oſtẽdit quid obſeruandum eſt quantum ad diſtributionem honoris, & diuiditur in quatuor ſecundũ ꝙ quatuor tãgit. Secunda ibi. {Et tales quidẽ.} Tertia, ibi. {Cõis autem.} Quarta ibi. {Si aliqd.} In prima dicit quod oportet tyrannum eſſe ſapientem, vt ſciat cõſiderare finem, & dignitatem hominis vel ſaltem vt videatur eſſe probus & ſine improbitate: & oportet quòd bonos, & virtuoſos ciues quantum ad actus aliquarum virtutum honoret: & ſic vt putent ſe magis honorari ab eo quàm a conciuibus propriis: quia ſic maxime erit beniuolus ſubditis. Deinde cum dicit,

n ¶ Tangit ſecundum & dicit, quòd ad beniuolentiam maiorem honores debent diſtribui per ipſum; ſed ſupplicia debent infligi per alios principes & iudicia. Deinde cum dicit.

o ¶ Tangit tertium dicens; quòd ad cuſtodiam communem omnis monarchiæ multum expediens eſt nullum virum facere magnum valde aut in potentia, aut diuitiis. Magnus enim exiſtens in potentia aut in diuitiis facilius inſurget. Si autẽ oportet facere, magis expedit facere plures. Vix enim erunt vnanimes & vnus iuuabit contra alterum. Deinde cum dicit.

p ¶ Tangit quartum, & dicit, quòd ſi oportet facere aliquem,

F magnum ſecundum potentiam, non debet facere illum, quia audax eſt ſecundum morem & inclinatur ad audaciam: quia talis eſt maxime inuaſiuus ſm omnes actiones, & iõ qa inclinatur ad magna cũ haberet potentiã de facili inſurgeret. Deinde cũ dicit.

q ¶ Oſtendit quid obſeruandum eſt in demiſſione a principatu vel honore: & dicit quòd ſi oporteat aliquem dimittere a potentatu, gradatim debet deponi, vt nõ primo auferatur ei poteſtas tota; ſed pars aliqua, deĩde alia vſque quo totam amiſerit: quia minus contriſtabit illum, & per conſequens minus inſurget & poterit minus inſurgere auferens ſecundum paruum: qa quod paruum eſt, reputatur vt nihil. Si autem totum ſimul vellet auferre, multũ contriſtaretur & poſſet inſurgere. Deinde cum dicit.

r ¶ Oſtẽdit quid maxime obſeruandum quãtum ad iniurias, & primo quòd omnes iniuriæ ſunt cauendæ. Secundo cum dicit. {Inuadentium autẽ} quorum ſunt maxime cauendę. In prima dicit quòd tyrannus volens ſaluare tyrãnidem, omnem iniuriam debet prohibere, & nullam facere. Præcipue autem duas debet vitare ne faciat eas. Prima eſt flagellatio corporis, & alia eſt iniuria, quæ eſt ſecũdum ætatem ſcilicet inhonoratio. Flagellationem quidem corporis, quia iſta ſeruilis eſt, ciues autem liberi volunt eſſe: & ideo ſi iniuriaretur eis flagellando, poſſent inſurgere. Iniuriam puæ eſt ſm ætatem non debet facere; ſed exhibere maximã reuerentiam ſenibus ſm virtutem & amatoribus honorum: quia vnuſquiſque grauiter fert iniuriam circa illud qđ multum diligit: quia amatores pecuniarũ grauiter ferunt, quòd pecunia ipſorum diminuatur, & amatores honori grauiter ferunt ſi inhonorentur vel ſi non reddantur eis honores debiti, & virtuoſi eodem mõ; propter quod ſimiliter oportet, ꝙ ipſe honoret virtuoſos & amatores honoris, vt ſi inferat eis ſuplicia & inhonorationẽ oportet ꝙ videatur, hoc facere propter bonum pacis, & non propter paruipenſionẽ, & correptiones per verba, vel increpationes quæ ſolent fieri ad aliquos facere ad virtuoſos, & ſenes ſecundum ætatẽ, non ꝓpter oſtenſio-

l Adhuc autem quæ ad Deos videri ſemper in ſtudio habẽtem differenter, minus enim timẽt pati aliquid iniquum a talibus, ſi deicolam putant eſſe principẽ & curare de Dijs, & machinantur minus, tamquam habeant propugnatores etiam Deos.

m Oportet autem ſine inſipientia videri talem, bonoſque circa aliquid factos honorare, ita vt putentur numquam honorari magis a ciuibus ſuæ legis exiſtentibus.

n Et tales quidem honores diſtribuere ipſum. Supplicia autem per alios Principes, & pretoria.

o Communis autem cuſtodia omnis monarchiæ, nullum virũ facere magnum, ſed ſiquidem plures, ſeruabunt enim inuicẽ.

p Si aliquid forte oporteat facere magnum, nequaquam ſecundum morem audacem, maxime enim inuaſiuus talis mos penes omnes actiones.

q Et ſi a potentatu aliquem videatur dimittere, gradatim hoc agere, & non totam ſimul auferre poteſtatem.

r Adhuc autem omnem quidẽ iniuriam cohibere, præcipue autem duas, eam. ſ. quæ in corpus flagellatione, & eam quæ in ætatem. Maxime aũt hãc faciendũ reuerentiã, circa amatores honoris, eã quidẽ.n. quæ ad pecunias minorationẽ, amatores pecuniarũ ferũt grauiter, eã autẽ quæ ad inhonorationẽ, amatores honoris, & epijces hominũ: propter quod quidẽ.n. vti oportet talibus, aut ſupplicia videri facientem patrie, & nõ propter paruipenſionẽ. Eas aũt quæ ad ætatem collocutiones, propter amatiuas cauſas, ſed non propter poteſtatem, totaliter enim reputatas inhonorationes redimere maioribus honoribus.

*Videri etiam oportet ipſum erga religionem deorum affici vehementer, minus enim formidabunt populi, ne quid contra iuſtitiam fiat, ſi religioni deditum illum exiſtimabant, ac deorum timorem habere, minuſque contra illum audebunt inſurgere, quaſi deos habeat propitios, & fauentes.*

G *Verumtamen oportet ſine improbitate talem videri, atque eos uiros qui aliqua in re laudabiliter ſe geſſerint, honorare, ita ut non exiſtiment unquam ſe magis honorari a ciuibus is in libertate degentibus potuiſſe.*

*Hos autem honores ipſemet tribuere debet tyrannus. Pœnas uero & animaduerſiones per alios infligere, per magiſtratus uidelicet & iudicia.*

H *Communis uero cuſtodia omnis dominationis unius, eſt neminem unum præ cæteris magnum fecere, ſed plures, nam ſe inuicem cuſtodient.*

*Quòd ſi quem extollere oporteat, non tamen eum qui ſit moribus audax, nam huiuſmodi homines aptiſſimi ſunt ad inuadendum circa res oẽs.*

I *Si uero cuiuſquam potentiæ minuenda eſt, modice ac non uno ſimul impetu, omnis poteſtas eſt auferenda.*

*Inſuper ab omni contumelia abſtinendum, præcipue tamen a duabus, ne in corpus flagris, ne ue in ætatem libidine inſultet, Maximeque id cauendum in illis hominibus, qui honorem magnifaciunt, Nam in pecunias illatam iniuriam auari homines grauiter ferunt, in honorem uero illatam, & qui boni ſunt uiri, & qui honorem*

K *magnifaciunt, permoleſte patiuntur. Quapropter, aut non huiuſmodi hominum opera utendum eſt, aut animaduerſiones in illos patrio more, ac ſine ulla contumelia ſunt faciendæ. In ætatem uero ex amore ſit conuerſatio, non ex licentia, Denique hoc dedecoris impenſione maiorum honorũ eſt redimendum.*



A nem poteſtatis: ſed propter amorem, vt videatur eos diligere, & ſi alicui fierent, aliquæ inhonorationes huiuſmodi, debẽt poſtmodum ei exhiberi maiores honores ad mitigationem ipſorum, Deinde cum dicit.

ſ ¶ Oſtendit quorum iniuriæ ſunt maxime cauendæ, & dicit quòd iniuriæ illorũ, qui inclinãtur ad inuadẽdum perſonam principis maxĩe ſunt cauendę: nam iſti ſũt maxime terribiles, & contra ipſos oportet exhibere maiorẽ cuſtodiam, qui non curant de vita ſua ſi poſſint principem interficere. Et ideo maxime ſunt cauendi ne iniuria fiat eis, vel illis quorum curam gerunt. Si.n. fiat eis aliqua exacerbatio non parcunt inuadentes per furorem. Sicut enim dixit Heraclitus. Difficile eſt pugnare cõtra furioſum: quia talis pro precio paruo ponit animam, ſiue vitam. Deinde cum dicit.

t ¶ Oſtendit quid faciendum eſt ſi ciuitas fuerit diuiſa, & dicit, quòd cum ciuitas conſtituta ſit ex duobus, ſcilicet, ex pauperibus, & diuitibus, oportet iſtos, & illos ſaluari propter principatum: ita quòd tyrannus nec iſtis, nec illis iniuriam faciat. Et debet cauere ne inuicem iniurientur. Meliores autem debet aſſumere ad principatum. Si enim ita fieret, non oportet tyrannum manumittere ſeruos: nec auferre arma a ſubditis. Si enim vna pars velit inſurgere contra ipſũ: alia pars cum principe ſufficiẽs erit ad repellendum ipſam ſi fuerint diuiſi. Deinde cum dicit.

u ¶ Recolligit quædam dicta excuſãs ſe ab vlteriori conſideratione: & primo facit hoc, Secundo cum dicit. {Præterea ægregios viros per familiaritatem ſibi &c.} adiungit quædam. In prima dicit quòd diſcurrere per ſingula quæ faciunt ad ſaluationem tirannidis ſuperfluum eſt: ſed aliquis per rationem poterit diſcurrere. Eſt enim manifeſtũ, quòd oportet principatum non eſſe tyrannicum: ſed tamquam patremfamilias. Et quòd videatur regalis ſubditis,

& non gratia ſui ipſius principari ciuitati: & potius oſtendere ſe procuratorem & tenere ſtatum mediocrium non excellentium. Deinde cum dicit.

x ¶ Adiungit quædam, & primo adiungit vnum quantum ad inſignes. Secundo cũ dicit. {Adhuc aũt.} quantum ad ipſum tyrannum. In prima dicit quòd debet tyrannus eſſe affabilis inſignibus & magnis viris in ciuitate: multitudinem autem debet retinere in obſequio per gratiam: ſic enim principatus nõ ſolum erit pulchrior & magis amabilis, ſcilicet, ſi melioribus principetur & nõ humilibus, nec odio habebitur princeps, nec perſeuerabit in timore, immo principatus erit durabilior. Deinde cum dicit.

y ¶ Adiungit aliud quantum ad tyrannũ, & dicit quod tyrannus ad ſaluationẽ tyrãnidis ſeipſum debet diſponere bene principaliter ſecundum mores & ſecundum virtutem, & magis debet ſeipſum facere ſemibonũ q̃ malignũ & ſemi malignũ q̃ malignũ, & ſi non ſm virtutẽ: tñ ſm apparentiam: quanto enim erit minus malus vel ſecundum virtutem vel ſecundum apparentiam, tanto minus odiẽt ipſum. Deinde cum dicit.

z ¶ Declarat quę iſtarum rerumpub. ſunt breuis durationis per ſe: & quæ nõ, & primo ꝓponit. Secundo ꝓbat ibi. {Plurimo.n. tempore.} In prima dicit, ꝙ inter Reſpub. minoris per ſe duratiõis ſunt paucorum ſtatus ſecundũ vltimam ſpeciem & tyrãnis. Et ratio huius eſt: quia plus recedunt a regno quod per ſe diuturnius eſt & ſunt præter voluntates ſubditorum. Tales autem Reſpu. minoris temporis ſunt quàm aliæ. Deinde cum dicit.

aa ¶ Probat & primo oſtendit qđ quędam iſtarum ſunt duratio nis longæ propter dictas cauſas. Secundo oſtendit propoſitũ ſcilicet, quòd quædam ſunt breuis duratiõis, ibi. {Reliquarum autẽ.} Prima in tres ſecundum quod ĩducit in tribus quæ fuerunt longæ durationis propter dictas cauſas, Secunda, ibi.

ſ Inuadentium autem, ad corporis differentiam, hi maxime terribiles, & indigent ampliori cuſtodia, quicumque non eligunt acquirere viuere cum peremerint, propter quod maxime vereri oportet putantes iniuriam pati, aut ipſos, aut eos, quorum curantes exiſtunt, non parcunt enim ſibi ipſis, qui propter furorem inuadunt ſicut & Heraclitus dixit, dicens, difficile eſſe cum furore pugnare, animæ enim prætium fieri.

t Quoniam autẽ ciuitates, ex duabus partibus cõſtitutæ ſũt, ex egenis hominibus & opulentis, maxime quidem vtroſque oportet exiſtimare ſaluari, propter principatum, & alios ab alijs iniuſtum pati nihil. Quicumque autem fuerint valentiores, hos proprios facere maxime prĩcipatus, quod ſi hoc extiterit rebus, neque ſeruorum liberationem, facere tyrannum, neque armorum ablationem, ſufficiens enim altera pars appoſita ad potentiam, vt valentiores ſint inſurgentibus.

v Superfluum autẽ dicere per ſingula talium. Intentio.n. manifeſta, quia oportet non tyrannicum, ſed œconomum & regalem videri eſſe ſubditis, & non ſuum curantem, ſed procuratorem, & mediocritates vitæ perſequi non excellentias.

x Adhuc autem inſignes quidẽ affari, multos autem demagogizare, ex his enim neceſſarium non ſolum principatum eſſe pulchriorem & magis zelabilem, quàm quod meliores principentur, & non humilẽ, neque odio habitum, & timore perſeuerare, ſed & principatum eſſe durabiliorem.

y Adhuc autem ipſum diſponere ſecundum morem, vel bene ad virtutem, vel ſemibonum exiſtentem, & non malignum, ſed ſemimalignum.

z Equidem omnibus malis politijs, paucioris temporis ſunt oligarchia, & tyrannis.

aa Plurimo enim tempore fuit, quæ circa Sicyonẽ tyrãnis, quæ

*Eorum autem qui ad vim inferendam contra corpus tyranni inſurgunt, illi ſunt formidandi & cauendi, qui ita diſpoſiti ſunt, vt amplius viuere nõ curent, cum occiderint. Quapropter maxime cauendum eſt ab his, qui vel ſeipſos, vel eos quos habebant cariſſimos, contumelia affectos putant,*

B *ſine vlla enim cura propriæ ſalutis irruunt, qui per indignationem & iram aggrediuntur, quemadmodum & Heraclitus inquit, durum eſſe dicens, pugnare aduerſus iram, vita enim id emi.*

*Cum vero ciuitates ex duabus conſtiterint partibus, ex inopibus ſcilicet, & opulentis, maxime quidem de vtriuſque partis ſalute cogitandum eſt ab eo qui gubernat, & alteros ab alteris nulla iniuria affici.*

C *Quicumque tamen eorum ſint potentiores, hi præcipue ſunt a gubernatione vendicandi, ac velut proprii efficiendi, nam ſi hoc extiterit, neque ſeruorum liberationem facere compelletur tyrannus, neque arma adimere. Altera namque pars tyranni potentiæ adiuncta, ſufficiens erit ad ſuperandum eos, qui contra inſurgere vellent.*

*Superfluum autem, particulariter dicere de omnibus iſtis. Intentio enim*

D *manifeſta eſt, quòd oportet non tyrannicum, ſed tamquam patremfamilias, & regem eſſe putari ab illis, qui ſub eo ſunt, nec pro ſe capientem, ſed pro communis utilitatis tutela & cura, & mediocritates in uita ſequi, non & exceſſus.*

*Præterea egregios viros per familiaritatem ſibi coniungere, plebẽ uero, ac multitudinẽ per fauorẽ & gratiã in obſequio retinere: ex his.n. neceſſe ẽ, nõ ſolũ dominationẽ eius eſſe pulchriorẽ, & optabiliorẽ, ex eo qa melioribus*

E *imperet, & nõ abiectis, neq; afflictis, neq; ex eo quod ipſe, neq; odio ſit, neque formidetur, uerum etiam ex eo qđ longiorem, ac durabiliorem eius dominationem fore contingat.*

*Inſuper moribus talem eſſe, ut uel recte ſe habeat ad uirtutem, uel ſemibonus quidam ſit, & non malus, ſed ſemimalus.*

*Atqui omnium gubernationũ breuiſſime durare ſolent paucorum potentia & tyrannis.*

*Quippe illa quæ plurimo durauit tempore Orthagoræ & filiorum, qui*

Orthagori puerorum, & ipſius Orthagori, permanſit enim ipſa annis centum, huius autē cauſa, quia ſubditis vtebantur moderate, & multis legibus ſeruiebant, & quia bellicoſus fuit Cliſtenes, non fuit facile contemptibilis, & quantum ad multa, curis demagogizabat. Dicitur igitur Cliſtenes, reſpondentem de victoria, ipſum quomodo cōronauit. Quidam autem aiunt, eſſe imaginem eius qui iudicauit ſic ſtatuā quæ in foro ſedet. Aiunt autem & Piſiſtratum aliquando ſuſtinuiſſe ſententiam, cum eſſet vocatus ad Ariopagũ.

bb Secunda autem circa Corinthum quæ Cypſelidorum, etenim hæc perſeuerauit annis ſeptuaginta tribus, & menſibus ſex. Cypſellus quidem tyrannizauit annis triginta, Periander autem quadragintaquatuor, Pſammiticus autē qui Gordię annis tribus. Cauſæ autem eædem, & huius, Cypſellus quidem enim Demagogus erat, & a principio permanſit ſine armorum cuſtodia. Periander autem fuit quidem tyrannicus, ſed bellicoſus.

cc Tertia autem quæ Piſiſtraticorum Athenis, non fuit vero continua, bis enim fuit Piſiſtratus tyrannizans, ita vt & in annis triginta tribus, decem & ſeptem annis tyrannizarit, pueri autem decem & octo, quare omnes anni fuerunt triginta & quinque.

dd Reliquarum autem, quæ circa Hieronem & Gelonem, circa Syracuſas, non autem permanſit ipſas multis annis, ſed omnes duobus deficientibus de viginti. Gelon quidem enim ſeptem annis tygannizauit, octauo vitam finiuit, decem autem Hieron, Thraſibulus autem vndecimo menſe excidit. Multæ autem tyrannides, pauci temporis fuerunt omnes penitus. Quæ quidem igitur circa politias, & quæ circa monarchias, ex quibus corrumpuntur & iterum ſaluantur, ferè dictum eſt de omnibus.

F *apud Sicyonios tyrannidem habuere ad centeſimum uſque annum peruenit. Durationis uero cauſa fuit, quód mediocritate quadam erga ſubditos utebantur, multaque legibus ſeruientes agebant, & qui aptus rei militari fuit Cliſthenes non facile contemnendus habebatur. Plurimum uero conuerſatione & uſu familiari fauorem, & gratiam hominum acquirebant. Fertur enim Cliſthenes coronaſſe iudicem qui uictoriæ illius contradixerat.*
G *Aiunt quidam huius iudicis ſtatuam eſſe illam, quæ in foro ſedet. Piſiſtratus, quoque fertur aliquando apud conſilium Ariopagi citatus, iudicium ſubiiſſe.*

*Secunda uero apud Corinthum Cypſellidarum tyrannis, nam ea durauit annis tribus & ſeptuaginta, & menſibus ſex. Cypſellus enim ipſe tyrannidem exercuit annis triginta. Periandrus uero quadragintaquatuor. Pſammetius autem Gordii, annis tribus.*
H *Cauſa vero durationis eadem fuit. Cum enim popularis eſſet Cypſellus, ac gratia apud multitudinem præualeret, ſine ulla corporis cuſtodia in dominatione perſeuerauit. Periander autem eius filius magis tyrannice ſe geſſit, ſed uir erat bello egregius.*

*Tertia Piſiſtratidarum Athenis. Hæc autem non fuit continua, bis enim tyrannide pulſus fuit Piſiſtratus. Itaque ex annis trigintatribus, ſolum annis ſeptem & decem tyrannidem*
I *exercuit, filii uero eius annis decem & octo, atque ita omnes ſimul anni fuerunt quinque & triginta.*

*Ex reliquis uero illa quæ apud Syracuſas fuit Hieronis & Gelonis, ſed non longa fuit hæc, annis enim non amplius quàm duodeuiginti durauit. Gelon enim ſeptem annis cum tyrannidem exercuiſſet, octauo defunctus eſt. Hieron autem decem. Thraſybulus uero menſe decimo excidit. Cæterarum uero tyrannidum pleræque*
K *breui tempore durauerunt omnes. Quæ igitur ſint tam circa gubernationes plurium quàm circa gubernationem vnius ſolius, per quæ & corrumpantur illæ, & ſeruentur, ferè dictum eſt.*

{ Secunda autē &c. } Tertia ibi. { Tertia autem &c. } In prima dicit, ꝙ tyrannis quæ fuit circa Sicyone ciuitatem multo tempore durauit, vbi tyrannizauit Orthagoras & filij eius. Durauit.n.centũ annis. Et rō huius fuit, qa moderate ſe habuerunt ad ſubditos, & ſm̄ aliquas leges diſponebant tyrannidem, & ſeruiebant ſubditis. Cliſthenes enim qui fuit illius Orthagorę quia fuit bellicoſus non fuit contemptibilis & ducebat populũ cum fauore in multis. Et ideo quia iſte moderate vtebatur ſubditis diu tyrannizauit, & intãtum moderauit tyrannidem vtens legibus quibuſdam & inordinatione ſapientum, quòd quandoque de proprijs factis ſubibat iudicium ſeniorum ſicut & alij, & ſuſtinebat ſentẽtias, & ideo dicunt adhuc in ciuitate illa, quomodo Cliſthenes coronauit iudicem q. victoriæ eius contradixit, quia cum requireretur in iudicio de victoria, reſpondit, ſicut quicumque alius de ſubditis nō velut tyrannus. Dixerunt autem quidā ſtatuā, quæ eſt in foro eſſe imaginem iſtius iudicis, qui iudicauit, quem coronandum iudicauit. Dicitur etiā quòd Piſiſtratus, cũ tyrannizaret, cum vocaretur ad Ariopagum, vbi reddebãtur ſentẽtiæ, ſentẽtiā ſuſtinuit, & iō tyrãnizauit longo tempore. Deinde cum dicit.

bb ¶ Tangit ſecundam, & dicit ꝙ ſecunda tyrannis quæ multum durauit fuit circa Corinthum quæ fuit Cypſellidarum ſic dictorum a genere. Iſta enim durauit ſeptuagintatribus annis, & ſex menſibus: quia Cypſellus tyrãnizauit triginta annis. Periãder quadragintaquatuor, imperfectis tamē. Pſammetius qui dicitur Gordii filius tribus annis ſimiliter imperfectis. Et eſt intelligendum ꝙ ſex mēſes pro vno anno accipiebant. Cauſæ aũt, quare tm̃ durauit eędem ſunt cũ prædictis. Cypſellus enim ductor populi erat: & in principio non fecit cuſtodiā armorum. Periander aũt fuit tyrann⁹: ſed fuit valde bellicoſus: & ideo non fuit contemptibilis. Deinde cum dicit.

cc ¶ Tangit tertiam, & dicit ꝙ tertia tyrãnis quæ multũ durauit fuit Piſiſtratidarũ Athenis. Iſta autē non fuit cõtinua: qa Piſiſtratus bis tyrãnizauit ibidē. Ex triginta trib⁹ enim annis ipſe ſeptē, & decē primo tyrãnizauit. Filii vero eius conſequenter tyrãnizauerũt decem & octo: & ſic ſũt in vniuerſo quinq; & triginta anni, quibus durauit illa tyrãnis. Deinde cum dicit.

dd ¶ Oſtendit propoſitũ principale, ſcilicet quæ Reſpu. tyrannicæ fuerunt minoris durationis: & dicit, ꝙ illa tyrannis, quã Hierõ, & Gelon tyrannizauerunt in Syracuſis nō fuit multum diuturna, nō enim durauerunt niſi in 18. annis, quia Gelon 7. annis tyrannizauit, in 8. mortuus eſt. Hieron vero x. annis ſolum. Thraſybulus 9. menſes mortu⁹ eſt, multæ etiam aliæ tyrannides pauci tēporis fuerũt, quia tyrannis contra naturam eſt, quæ autem contra naturam ſunt per ſe breuis durationis ſunt. Et tunc recapitulat, & dicit quòd quæ ſint principia & cauſę quibus corrũpãtur Reſpu. & monarchiæ. & iterum q̃ ſint principia ex q̃bus ſaluentur, ferè dictũ eſt.

LECTIO XIII.

Oſtquam Philoſophus determinauit de ſaluatione, & corruptione Rerũp. ſm̄ intẽtionem propriã, hic intendit reprobare opinionem Platõis de corruptione earundem: & circa hoc primo p̄mittens intẽtionē ſuã, innuit opinionē eius. Secundo cũ dicit. Tãquam natura, approbat eã ĩ quodam bñ̄dicto. Tertio cũ dicit. { Sed hęc quidem &c. } improbat in maledictis.

LECTIO XIII.

N politia autem dicitur quidem de tranſmutationibus a Socrate, non

*LECTIO XIII.*

*N Republica vero Platonis Socrates de mutationibus loquitur, nec tamen re*

Circa



Circa primũ eſt intelligendum, ꝙ opinio Platonis de corruptione Rerumpu. non eſt bene cognita a nobis, Tum quia non venit ad nos per libros eiuſdem, nec expoſitorum eius. Tum quia dicta Ariſto. hic de ea obſcura ſunt valde propter breuitatem ipſorum. Vnde magis videtur eam ſupponere quaſi manifeſtam tēpore ſuo q̃ expreſſe ponere, exceptis quibuſdam paucis. Sed ex ſuppoſitionibus q̃buſdam Platonis in aliis & ex illis breuibus quæ hic ponit Ariſto. & obſcuris, & ex ipſa reprobatione poterit aliqualr̃ videri opinio prædicta ipſius. Poſuit autē Plato ſicut ex aliis apparet, ꝙ ipſum vnũ ſit ſubſtantia eorum quæ dicuntur non diſtinguens inter vnũ quod eſt principium numeri, & vnum qđ eſt ſubſtantiale. Et quia ex replicatione vnius quod eſt principium numeri cauſatur numerus, conceſſit ꝙ ex replicatione vnius ſubſtantialis cauſetur numer⁹. Ex replicatione aũt ſubſtantiæ non generatur niſi ſubſtantia, & ideo conceſſit ſubſtantiam eorum quæ ex pluribus ſunt, eſſe numerum quendam, & formas eorum ſubſtantiales eſſe numeros quoſdam, ſicut formam hominis, leonis, cæli, & etiā animæ. In numeris autem primo inuenitur proportio, quę eſt certa habitudo vnius quantitatis ad aliam. Proportionum autem numeralium quædā ſunt temperatæ magis, in quibus extrema magis accedunt ad naturam vnius, quædam autē intemperatæ magis, ſicut ſexquialtera magis temperata eſt q̃ ſexquiſexta vel ſexquiſeptima, vel dupla, vel tripla, & ideo ſubſtantias entium compoſitorum poſuit conſiſtere in quadam proportione numerali principiorum ex quibus ſunt, ſed quorumdam intemperata magis, quorumdam autem in intemperata, quorumdam autem in
D mediis. Et quia Reſpub. ex pluribus componitur ſicut ex materia, eſt enim ordo inhabitantium ciuitatem ad per ſe ſufficientiam vitæ, ideo poſuit rationem eius conſiſtere in proportione aliqua, cuiuſdam quidem in ea quæ maxime temperata eſt quā dixit eſſe optimam & maxime vnam, vt apparuit ex Secũdo huius, alterius autem in intemperata valde, quam dixit eſſe peſſimam, mediarum autem in mediis, quarum quæ magis accedunt ad temperatam primam, meliores ſunt, quæ autem ad intemperatam, peiores. Secundo aliud principium poſuit, ꝙ in entibus compoſitis ex pluribus, illud quod magis vnum eſt, minus ex ſe eſt corruptibile, tum quia magis accedit ad ſecundum ſe vnum ſeparatum, quod eſt ex ſeipſo, eſt incorruptibile, tum quia etiā quod magis eſt vnum, magis eſt ens in actu ſecundum quod huiuſmodi, quia vnum & ens conuertuntur, & quod magis eſt ens in actu, minus eſt ens in potentia ex ſe, & quod minus eſt in potentia ex ſe, minus eſt corruptibile: propter quod Rempub. pri-
E mam & optimam quę maxime vna eſt, poſuit minime corruptibilem ex ſeipſa. Tertio poſuit ꝙ omnia quæ fiunt hic ſecũdum naturam, reducuntur in ſuperioribus in aliquam figuram cæleſtem, ita ꝙ cum incipit ſenſibilis generatio figuræ in cælo per motum ſtellarum, incipit tranſmutatio ad ſubſtantiam generãdam hic, & cũ generata eſt figura prædicta, generatum eſt ens naturale ab illa, & cum incipit receſſus ſtellarum a prędicta figura, ſimiliter incipit hic declinatio ſequentis figuram illa diſpoſitione naturali. Et cum corrupta eſt figura, corruptum eſt & illud, ita vt profectus & defectus rei naturalis menſuratur ſecundum quantitatem acceſſus ſtellarum ad figuram determinatam, & receſſus ab eadem. Et quantitas iſtius motus celeſtis in ordine ad rem naturalem dicitur periodus eius naturalis, Et quia tēpus acceſſus & receſſus ſtellarum, ſecundum naturam ſunt æqualia, quia vniformiter mouentur, ideo tempus profectus ſeu generationis rei eſt æquale tēpori defectus ſeu corruptionis eiuſdem, quamuis multoties in maiori accidit corrumpi q̃ generari, vel econtrario propter inæqualitatem materiæ, ſicut Ariſto. dicit ſecundo de Generatione, Corruptio autem rei quæ acci-
A dit ſecundum declinationē a prædicta figura cęleſti dicitur corruptio ſecundum tempus a Philoſopho, quia igitur Reſpub. eſt aliquid cauſatum, hic dixit eam cauſari ab aliqua figura cæleſti, & corrumpi per receſſum ab ea in quodam periodo tēporis determinato. Et ſic poſuit optimam Rempub. corrumpi in eam, quæ Lacedæmoniorum, quæ fuit quædã ſpecies ſtatus optimatum non in aliam. De tyrannide autem non dixit ſi corrumpitur, an non, nec ſi corrumpitur, quomodo corrumpatur, nec potuit rationabiliter dicere. Poſuit etiam ꝙ in ſtatu paucorum fiebat tranſmutatio ex optimatum ſtatu ſeu populari, vel aliis huiuſmodi, quia prĩcipantes erant amatores pecuniarum. Et pecunioſi facti prĩcipantur aliis ꝓpter pecuniam cogentes eos ſeruire ad vtilitatem propriam. Hæc igitur vt videtur eſt opinio Platonis in ſumma, quam recitat & reprobat Philoſophus dicens, ꝙ de tranſmutationibus, Rerumpub. dictum eſt a Socrate ideſt, a Platone introducente Socratem loquentē in Repub. ſua non tamen ſecundum rationem, & bene. Dixit enim ꝙ cum multæ Reſpub. eſſent & altera earum eſſet optima illius optimæ & primæ ſimpliciter ſecundum naturam non eſſe tranſmutationem proprie ideſt ex ſe minime eſſe corruptibilē, quia prima & optima Reſpub. maxime eſt vna ſecũdum ipſum, illud autem quod maxime vnum eſt, minime ex ſe eſt corruptibile, ſicut dictum eſt prius. Dixit tamen ccorruptionem eius eē per accidens & ab alio, cuius cauſam dicit eſſe, quia nihil eorũ quæ ſunt hic compoſita ex pluribus ex ſe natum eſt manere cõtinue. Sed neceſſe eſt tranſmutari in aliqua periodo determinata, hoc eſt in aliqua quantitate motus cæleſtis menſurantis durationem ipſius, ſicut dictum eſt prius, principium autem eſſe & permanentiæ illarum Rerumpub. quarum fundus, ideſt ſubſtãtia ſuper quam fundantur omnia accidentia eſt epitritus, ideſt numerus continens proportionem ſexquitertiam quę inuenitur primo inter quatuor & tria, quæ aggregata faciunt ſeptem coniunctus quinario, qui continet proportionem ſexquialterã, quæ primo reperitur inter tria & duo ex quibus aggregatum, puta ex 7. & 5. ſ. 12. continet duas prædictas harmonias ſexqalteram & ſexquitertiam dixit eſſe cauſam per ſe, quia numerus huiuſmodi diagrammatis, ideſt figurationis ſolidus eſt. Conſtat enim ex ductu vnius ſui lateris in alterum, puta tria in quatuor entia autem illa quorum ſubſtantia eſt numerus aliquis ſolidus ſunt maioris durationis. Et non vult aliud dicere vt videtur niſi ꝙ Reſpub. illa cuius ſubſtantia eſt duodenarius numerus continens proportionem ſexquialteram & ſexquitertiam, quę magis ad vnitatē videntur accedere ſolidus exiſtens, eſt maioris durationis, quia numerus iſte ſolidus eſt. Deinde cum dicit.

b ¶ Approbat ipſam in quoda bene dicto dicens, ꝙ Plato dixit quaſdam Reſpub. eſſe maioris durationis propter cauſam prędictam, ac ſi natura producens eas in eſſe produceret quaſdã prauas & quaſdam meliores ſecundum diſciplinam, hoc ipſum dicens forte non male. Contingit enim eſſe aliquos gubernantes, quos ex natiuitate & figura cæleſti in hora natiuitatis impoſſibile, hoc eſt difficile eſt fieri ſtudioſos & bonos. Sunt enim aliqui qui ex diſpoſitione naturali quam acquirunt ex figura cæleſti in principio inclinantur ad turpia & ea quæ præter rationem ſunt. Alii autem qui ex diſpoſitione naturali inclinantur ad honeſta & ea quæ ſecundum rationem. Talem enim inclinationem ad honeſta vel turpia cauſari ex figura cæleſti neceſſe ē dicere, quamuis neceſſitatem non imponat in his, quæ operantur ſecundum intellectum. Deinde cum dicit.

c ¶ Reprobat eam in male dictis. Et primo quantum ad ea q̃ dixit de corruptione optimæ Reipub. Secundo quantum ad ea quæ de corruptione quorumdam aliarum, cum dicit. { Adhuc autem tyrannidis, &c. } Circa primum primo reprobat eam

tamen dicitur bene. Optimæ enim politiæ, & primæ exiſtentis non dicit trãſmutationem proprie, ait enim cauſam eſſe id qđ eſt, non manere aliquid, ſed in aliqua periodo trãſmutari, principium autem eſſe horum, quorum epitritus, fundus quinario
B coniugatus, duas harmonias exhibet, dicens, quando numerus diagrammatis huius, ſolidus fuerit.

b Tamquam natura quandoque producente & meliores, & peiores diſciplina, hoc ipſum dicens forte non male. Contingit enim eſſe aliquos, quos diſciplinari & fieri ſtudioſos viros impoſsibile eſt.

c Sed hæc quidem vtique erit
C propria tranſmutatio eius, quę ab illo dicitur optima politia,

*cte. Illius enim Reipublicæ quæ eſt optima, atque prima, mutatio nulla propria aſſignatur. Inquit enim, cauſam eſſe mutationis, quia ſic natura comparatum ſit, ut nihil permaneat, ſed in ambitu quodam temporis mutationem recipiat. Eſſe vero principium horum inquit, quorum ſeſquitertius quinario coniugatur fundus duas exhibet harmonias. Inquiens quando numerus diagrammatis huius, efficiatur ſolidus,*

*Vtpote natura producente prauos & meliores diſciplina. Hoc ergo forſan inquit non male, fieri enim poteſt vt ſint aliqui, quos diſciplina inſtitui, ac bonos fieri viros, impoſsibile eſt.*

*Sed hæc non propria mutatio foret illius Reipublicæ quam optimam eſſe uult, magis quàm aliorum omnium,*

quantum

quantum ad hoc ꝙ dixit ipſius non eſſe tranſmutationem proprie. Secundo cum dicit. {Adhuc autem &c.} quantum ad terminum tranſmutationis. In prima parte dicit, ꝙ non bene dixit non eius eſſe tranſmutationem proprie, ſed per tranſmutationem figurę cæleſtis in periodo determinata. Hæc enim tranſmutatio cauſata a motu cœli quæ ē omniū eorum quæ fiunt natura, & per tēpus ſaltem ſecundum accidens, inquantum tēpus eſt menſura motus qui facit diſtare quod eſt, vt dicitur quarto Phyſicorum propter qđ dicit omnia quæ fiunt hic naturaliter tranſmutari, & illa quæ ſimul incęperunt tranſmutari, & illa quæ non ſimul, ſimul corrumpi. Sicut ſi aliqua facta fuerunt in die p̄cedente tropicū, hoc eſt conuerſionem ſolis a ſignis meridionalibus, ad ſeptētrionalia, vel econtrario, ſimul terminantur, & finiuntur, magis eſt propria optimæ Reipub. quàm aliarum. Iſtud enim qđ ſimpliciter generaᷣ, ſimpliciter corrumpitur, & quod ſecundū quid generatur, ſecū dum quid corrumpitur, ſicut apparet ex primo de Generatione. Vnde ſubſtantiæ cuius eſt generatio ſimpliciter, eſt corruptio ſimpliciter. Et accidentis cuius eſt generatio ſecundum quid, eſt corruptio ſecundum quid. Reip. autem optimę primę eſt ſimpliciter generatio, quia cum generatio ſit vna in eē eius, magis erit generatio quæ magis eſt ens in gn̄rabilibus dico. Optima autem, & prima i genere Rerumpub. maxime eſt ens. Ergo ipſius erit corruptio & magis quàm aliarum. Sed iſtud quod concludit ratio iſta, ſtat cum dicto Platonis qui dixit, ꝙ Reſpub. optima & prima ex ſe minime eſt corruptibilis, quia maxime vna & actu incorruptibilis eſt & corrumpitur ab alio, & illa corruptio eius eſt corruptio ſimpliciter, quia en eis ſimpliciter, quod concludit ratio Ariſto. Et ideo ſecundum rem non reprobat ipſum, ſed ad illos, qui intelligerent Platonem dixiſſe Reipub. primæ non eſſe corruptionem ſimpliciter, decipi per ęquiuocationem huius termini proprie, quod vno modo ſignificat illud quod ſimpliciter eſt. Alio autem modo illud quod eſt ex ſe, in qua ſignificatione hic vtebatur ipſe. Deinde cum dicit.

d ¶ Reprobat eam quantum ad terminum tranſmutationis dicens, ꝙ adhuc quærendum eſt a Platone, propter quam cauſā ex optima Repub. fit tranſmutatio ſecundum eum in eam quæ Lacedæmoniorum, quæ fuit quædam ſpecies ſtatus optimatum ſicut apparuit ex Quarto, propinqua optimę. Nos enim videm⁹ ad ſenſum ꝙ ſæpius tranſmutatio fit in contrariam Rempub. q̃ in propinquam, ſicut a regno in tyrannidem. Eadem autem ratio eſt de tranſmutationibus aliarum conſequentium ſecūdum ipſum. Dixit enim ꝙ ex Repub. Lacedęmoniorum fit tranſmutatio in paucorum potentiam, ſicut in propinquiorem ei, & ex iſta in popularem ex qua in tyrannidem, ſicut in peſſimam & vltimā, & tamen nos videmus econtrario fieri ſępius tranſmutationem ex ſtatu populari in paucorum q̃ in tyrannidem. Et eſt intelligendum, ꝙ ſi Plato itellexit optimam Rempu. corrumpi in eam quæ p̄pinqua eſt ei natura, & ſimiliter conſequētes in propinquiores eis, ſolum, falſum intellexit, & procedit dictum Ariſtot. contra eum. Si autē non intellexit ſolum, ſed quod facilius, verum dixit, nec Ariſtoteles hoc improbat, immo dicit in ſecundo de Generatione, ꝙ in habentibus ſymbolū facilior eſt tranſitus. Deinde cum dicit.

e ¶ Reprobat quantum ad alias. Et primo q̃a non dixit nec potuit bene dicere đ corruptione tyrannidis. Secundo cum dicit. {Inconueniens autem.} Quia nō dixit de tranſmutatione paucorum potentiæ in alias vel aliarū in ipſum. In prima parte dicit, ꝙ adhuc Socrates ſeu Plato nō determinauit ſi tyrānidis eſt aliqua tranſmutatio, vel non eſt. Et ſi eſt, propter quā cauſam & in quā Rēpub. eſt. Et cauſa huius eſt, quia non facile poſſet illud dicere ſecūdum rationem, quia nō eſt determinatum, nec determinatur ab eo bene ſuppoſitis dictis ipſius, quoniam ſecundum ipſum, ſi corrumpaᷣ tyrannis, oportet eā corrumpi naturaliter in primā & optimam. Quia ſic erit circulus quidam in corruptionibus ipſarum, puta ſi optima corrumpatur in ſtatum optimatum, & hæc in Repub. quæ in ſtatu paucorum, & iſta in ſtatum popularem quæ in tyrannidem, & tyrannis in optimam per conſequens. Sed nos videmus ꝙ non ſic tranſmutatur tyrānis in optimam ſemper, ſed tranſmutatur quandoque tyrannis in tyrannidem, ſicut illa, quæ eſt apud Sicionios ex Mironis in eam quæ eſt Cliſtenis. Tranſmutatur etiam quandoque in paucorum potentiam, ſicut in Calcide tyrannis quæ Antileontis tranſmutata fuit in eam. Item in ſtatum popularem ſicut illa quæ fuit Gelonis in Syracuſis. Et in optimatum, ſicut illa, quæ fuit Charilai apud Lacedæmonios. Et econtrario ex paucorū potentia tranſmutatio facta in tyrannidem, ſicut in Sicilia plurimæ antiquæ paucorum gubernationes tranſmutatæ ſunt, ſicut in Leontinis in tyrannidem Panetii. Et in ciuitate, quæ dicitur Gela, in illam quæ Cleandri. Et in Rhegio, quę eſt ciuitas Calabrię, in eam quæ Anaxilai. Similiter autē ſe habet in aliis ciuitatibus multis. Deinde cum dicit.

magis quàm aliarum omnium, & eorū quæ fiūt omniū & per tēpus, per quod dicit omnia trāſmutari, & quæ non ſimul incępe runt fieri, ſimul tranſmutantur, velut ſi die priori ante tropicū facta fuerunt ſimul trāſmutanᷣ.

*& uniuerſorum quæ fiunt, & ex tempore, per quod inquit omnia mutari, & ex eo quia quæ non ſimul incipiunt ſimulque mutantur. ceu, ſi pridie mutationis facta eſſent ſimul forte mutarentur.*

G d Adhuc aūt pp quam cauſam ex hac in eam quæ Lacedæmoniorū fit trāſmutatio, ſepius. n. in contrariā trāſmutātur oēs politiæ quàm in eā quæ prope. Eadē autē ratio, & de alijs trāſmutationibus, ex Lacedæmoniēſi enim, ait, tranſmutantur in oligarchiam. Ex hac autē in democratiam: in tyrannidem autē ex democratia, & quidem etiam econtrario tranſmutantur, puta ex demo in oligarchiam, & magis quàm in monarchiam. H

*Præterea quam ob cauſam ex illa tranſit ad Lacedæmoniorum Rempu. Sæpe enim in contraria tranſeunt Reſpub. omnes, quàm in ea quæ ſint propinqua. Eadem ratio eſt de aliis quoque mutationibus. Ex Laconica enim inquit mutatio fit ad paucorum potentiam. Ex iſta uero, ad popularem ſtatum ex illo rurſus ad tyrannidem. At qui & contrario mutantur ceu ex populari, in paucorum potentiam. Et magis quidem quàm in tyrannidem.* Tex.cō.25.

e Adhuc autem tyrannidis nō dicit, neq; ſi erit tranſmutatio, neq; ſi non erit, propter quam cauſam, & in qualem politiam. Huius autem cauſa, quia non facile vtiq; haberet dicere. Indeterminatū, n, quoniā & ſecundū illū oportet, & in primā & optimam, ſic. n. vtiq; fieret cōtinuū & circulus, ſed trāſmutatur, & in tyrannidem tyrannis, ſicut q̃ Sicyonis, ex ea quę Myronis in eam quæ Cliſtenis, & in oligarchiam, ſicut quæ in Chalcide, q̃ Antileontis, & in democratiā, ſicut quæ Gelonis in Syracuſis, & in ariſtocratiā, ſicut quæ in Carilai, in Lacedæmonia, & in Carchedone, & in tyrannidem trāſmutatio fit ex oligarchia, ſicut in Sicilia, ferè plurimæ antiquarum in Leontinis in tyrannidē Panetij, & in Gela, eā quæ Cleādri, & in Rhegio in eam quæ Anaxilai, & in alijs ciuitatibus multis ſimiliter. K

*Præterea tyrānidis utrum mutatio ſit, uel non ſit, nil dicit, propter quam cauſam nec in quam Reipub. ſpeciem tranſit. Huius uero cauſa eſt, quòd nō faciliter dicere ualebat. Infinitum. n. Nam ſecundum eum oportebat in primam & optimam, ſic enim utique fieret continuo circulus. Sed mutatur in tyrannidem tyrannis, ut ea quæ apud Sicyonios ex Mironis tyrānide in Cliſthenis. Et in paucorum potentiam, ut* I *illa quæ in Chalcide fuit Antileontis. Et in popularem ſtatum, ut illa, quæ Gelonis fuit Syracuſis. Et in optimates ut illa quæ Charilai apud Lacedæmonios, & Carthaginenſes Et in tyrannidem fit mutatio ex paucorum potentia, ut in Sicilia, plurimæ uetuſtarum, in Leontinis in Panetii tyrannidem, & apud Gelam in Cleandri, & apud Rhegium in Anaxilai, & in aliis com pluribus ciuitatibus eodem modo.*



f ¶ Reprobat opinionem eius quantum ad hoc quod dixit de tranſmutatione paucorum potentiæ, in paucorum potentiam. Et primo reprobat cauſam ipſam trāſmutationis quā poſuit. Secundo cum dicit. {In multiſq; Oligarchiis &c.} propter inſufficientiam. Cauſā autem improbat per tres rationes, quarū ſecūdam ponit cum dicit. {In multiſq; } Tertiam cum dicit. {Incōueniens enim eſt dicere &c.} In prima parte dicit, ꝙ inconueniens eſt credere & dicere ꝙ tranſmutatio fiat in paucorum potentiam ex aliis, puta ex ſtatu populari vel optimatū, vel huiuſmodi, quia principantes ſunt amatores pecuniarū. Et ideo acquirentes vndecumque & qualitercumq; pecunioſi fiunt. Pecunioſi autem facti eſtimantes quaſi ſe habere omnia, & præcellere omnes faciunt ſe dominos per potentiā pecuniarum, & non magis propter hoc, quia excedentes in ſubſtātiis, puta diuites exiſtimant non iuſtum eſſe ſeipſos & pauperes qui nihil poſſidēt habere æquale de honoribus & bonis cōmunibus, ſed ipſos debere plus habere ſecundum præeminētiam diuitiarum propriarum ad eas quæ pauperum. Et eſt intelligendum ꝙ cauſa quam aſſignat Ariſt. huius tranſmutationis, puta non eſtimare eos, & pauperes nō habere æquale, eſt cauſa proxima ipſi⁹. Cauſa autem quam aſſignauit Socrates ē magis cauſa remota & prima. Ex abundancia enim diuitiarum cōcipiunt eſtimationem prædictam, ad quam ſequitur voluntas tranſmutationis Reipub. Deinde cum dicit.

g ¶ Ponit ſecundam rationem dicens, ꝙ adhuc multæ ſunt potentiæ paucorum, in quibus non licet ſuperexcedentem acquirere pecuniam, ſed ſunt leges aliquæ prohibentes excedere quātitatem determinatam, & tamen tranſmutatio ad eas fuit facta, ergo non per acquiſitionem pecuniæ, & hoc eſt intelligendum cum tranſmutatur vnus paucorum ſtatus in aliū. Item in Carthagine regnantes in populari ſtatu, efficiuntur multi pecunioſi, & tamen non tranſmutantur in paucorum ſtatum, ſed in aliā Rempubli. magis, ergo abundantia pecuniæ non fuit proxima cauſa & per ſe tranſmutationis in paucorum ſtatum. Deinde cum dicit.

h ¶ Ponit tertiam rationem dicens, ꝙ irrationabile eſt ciuitatem quæ regitur ſecundum paucorum potentiā habere duas ciuitates, hoc eſt duas communicationes ciuium, vnam videlicet diuitum, & aliam pauperum quę ſibiinuicem contrariantur A non enim eſt ratio, quare hoc magis inueniatur in iſta q̃ in Lacedęmonia quæ fuit optimatum potentia quædam, vel in quacumque alia Republica, vbi non omnes habent æquales poſſeſſiones ſeu diuitias, vel vbi omnes non ſunt ęqualiter boni viri, & ideo ſi in vna non eſt principium corruptionis, nec in aliis. Videmus autē, quòd nullo facto pauperiore, q̃ prius eſſet ex paucorū ſtatu fit trāſmutatio in ſtatū popularem, ſi pauperes ſint plures & potentiores. Et econtrario nullo facto ditiori fit tranſmutatio ex populari Repub. in paucorum, ſi opulēti ſint potentiores q̃ multitudo egenorum, & adhibeant curam ad tranſmutandum Rēpub. alii autem negligant. Quare proxima cauſa tranſmutationis in paucorū ſtatu ex populari, nō eſt ob hoc ipſum ꝙ principantes ſint facti magis pecunioſi. Deinde cum dicit.

i ¶ Reprobat ipſū propter inſufficiētiā cauſæ. Et primo ex hoc ꝙ cum ſint multæ cauſæ p̄dictæ tranſmutationis, vnam tātum aſſignauit. Secūdo cum dicit. {Pluribus autē, &c.} Quia, cum plures ſint paucorum ſtatus & populares, tantum aſſignauit vnam cauſam omnium. In prima parte dicit, ꝙ adhuc cum multæ exiſtant cauſæ, & principia tranſmutationis popularis ſtatus in paucorum potentiam, & econtrario, nō dixit niſi vnam tantū, quia videlicet vſurarii, hoc ē diuites præter rationem ſecundum prodigalitatem expēdentes propria, efficiuntur pauperes, & deinde volentes ditari, corrumpunt Rempub. hoc autem, dicit ac ſi omnes vel plures eſſent æqualiter diuites a principio, hoc autem falſum ē, E ſed magis videtur eſſe cauſa vna, ꝙ quando aliqui magni & præſidentes in ciuitate perdunt ſubſtantias & volunt eas innouare, trahunt ad ſe Rempub. tranſmutantes, vt ex hoc ditentur. Et tunc fit tranſmutatio non magis in popularem Rempub. quàm in quamcumque aliam. Quando autem aliqui communium & popularium ditantur, nihil fit dirum per quod Reſpub. tranſmutetur, vt frequentius, quia non ſunt ita magnanimi. Adhuc autem & ſi reputent ſe dignos honoribus & non participent ipſis, & ſi iniuſtum reputent ſe pati in rebus vel iniurias in perſonis, ſeditiones mouent in ciuitate, & tranſmutant Rempublicam, ſicut dictum eſt prius. Item quamuis non conſumpſerint ſubſtantiam ſeu diuitias, aliquando tranſmutant ipſum propter hoc quòd reputant ſibi licere facere quodcumque voluerint. Cuius cauſam dixit Plato eſſe eam quæ libera eſt, hoc eſt ipſam libertatem. Inſufficienter enim aſſignauit cauſam tranſmutationis prædictarum Rerumpublicarum. Deinde cum dicit.

k ¶ Reprobat

f Inconueniens aūt & putare in Oligarchiam pp hoc tranſmutari, quia amatores pecuniarū & pecunioſi, qui in principatibus, ſed non quia qui multum excedunt in ſubſtantiis non iuſtū putant æqualem participare p ciuitatem eos qui nihil poſſident cum his, qui poſſident. B

*Abſurdum etiam putare in paucorum potentia ideo tranſire, quia homines cupidi & pecuniarum ſtudioſi in magiſtratibus uerſentur, ac non quia plurimi diuitiis ſuperabundantes, non iuſtum exiſtimant par habere in ciuitate eos, qui non habent facultates, & eos qui habent.*

g In multiſque Oligarchiis nō licet pecunioſum fieri, ſed leges ſunt prohibentes. In Carchedone autem democratizantes pecunioſi ſunt, & ſic tranſmutatæ fuerunt.

*In multiſque paucorum potentiis, non licet pecunias quærere, ſed leges ſunt prohibentes. Et apud Carthaginem quæ populariter gubernatur, pecuniis ſtudent, nec tamen adhuc mutati ſunt.*

h Inconueniens. n. eſt dicere, duas ciuitates eſſe eam quæ Oligarchia diuitum & pauperum. Quid. n. hæc magis q̃ Lacedęmonica paſſa eſt, vel quæcumq; alia, vbi non oēs poſſident ęqualia, vel non oēs ſimiliter erūt boni viri, nullo aūt pauperiori facto q̃ prius nihil minus tranſmutantur in demū ex Oligarchia, ſi fiant plures qui egeni, & ex demo in Oligarchiam, ſi valētius fuit ꝙ opulętum, q̃ multitudo: & ii quidem non curent, ii autę adhibeant intellectum. C

*Abſurdum etiam dicere eſſet duas ciuitates ſub paucorum gubernatione, opulentorum & inopum. Quid enim aliud huic, quàm Laconicæ accidit, uel alteri cuicumque, ubi non omnes æqualia poſſideant; aut non omnes æqualiter ſunt boni uiri? Nullo autem pauperiore facto, nihilominus ex paucorum tranſmutantur gubernatione ad popularem ſtatum, ſi plures ſint inopes. Et ex populari in paucorum potentiam, ſi potentiores ſint opulenti, quàm multitudo. Et alteri negligant, alteri intendant.*

i Multiſque exiſtentibus cauſis per quæ fiunt tranſmutationes non dicit, ſed vnā, quia prodigi facti vſurarii fiūt pauperes, vt a principio diuitibus exiſtentib⁹ D omnibus aut plurimis, hoc aūt eſt falſum. Sed quando quidam præſidum perdiderunt ſubſtantias, innouant, quando aūt aliorum, nihil fit dirū, & tranſmutātur nihil magis numq̃ in demū q̃ in aliā politiam. Adhuc autē, & ſi honoribus non participāt, & ſi iniuſta patiantur, vel iniurias, ſeditiones faciunt & tranſ-

*Cumque plures ſint cauſæ ex quibus mutationes fiunt, eas non dicit, ſed unam ſolum quòd prodigaliter uiuentes, uſuris confecti, pauperes efficiuntur. Quaſi uero fuerint omnes ab initio diuites, uel plurimi eorum, ſed hoc falſum. At quando ipſorum potentium quidam patrimonia conſumpſerint, res nouas moliuntur. Quando autem alii, nihil graue accidit, & mutantur nihilo magis in popularem ſtatum, quàm in aliam ſpeciem gubernationis. Inſuper uero, & ſi honores una cum aliis non capiant, ſi iniurias inferant, ſi contumeliis afficiant,*

k ¶ Reprobat ex eo ꝙ cum ſint multę, aſſignauit cauſam ſicut vnius tantum dicens, ꝙ inſufficienter dixit Socrates, q̃a pluribus exiſtentib⁹ ſpeciebus ſtatus popularis & paucorum, ſicut dictum eſt prius in Quarto, aſſignauit cauſas earum tanquã vtraque earum eſſet vna ſecundum ſpeciẽ

mutant politias & ſi non conſumpſerit ſubſtantiam, propter licere ſibi quodcumque voluerunt facere, cuius cauſam, eam quæ valde libera, eſſe dicit.

k Pluribus aũt exiſtentibus Oligarchiis, & Democratiis, tamquam vna exiſtente vtraque, dicit tranſmutationes Socrates.

F *ſeditiones oriuntur, & mutationes in Republica. Fiunt etiam, ſi nulla diſſipauo patrimonii interceſſerit, ex eo quòd liceat quicquid uolunt efficere, cuius rei cauſam eſſe ferunt, nimiam libertatem.*

*Cumque plures ſint paucorum, plures etiam populi gubernationes, tamquam utraque una ſit, mutationes aſſignat Socrates.*

& ſpecies earum adinuicem non differrent, hoc autem falſum eſt. Hæ enim diuerſæ ſunt & ſpecies diuerſas habent, quare & cauſas diuerſas. Diuerſorũ enim oportet eſſe diuerſas cauſas proprias aliquo modo. Et in hoc terminatur intentio Ariſtotelis in hoc Quinto.

# ARISTOTELIS POLITICORVM

## LIBER SEXTVS.

Cum Sancti Thomæ Aquinatis præclariſsimis commentariis.

### LECTIO PRIMA.

POſtquàm Philoſophus determinauit de principiis, & cauſis corrumpentibus & ſaluantibus Reſpub. & in vniuerſali & in particulari; intendit nunc oſtendere ex quibus & quomodo ſunt inſtituendę, & primo declarat ex quibus & quomodo inſtituendæ ſunt Reſpubl. H ſaliter, & etiam iudiciorum, qui reddunt ſententias diſceptantibus. Iterum etiam dictum eſt quę iſtarum cui Reipu. conueniunt principaliter, quia non omnia omnibus competunt. Iterum etiam dictum eſt ex quibus & qualibus cauſis & principiis & quomodo ſe habentibus contingit ſaluari & corrumpi Reſp. & in vniuerſali & in particulari. Deinde cum dicit.

Lectio I. tranſgreſſæ, & in ſecũda parte ex quibus & quomodo Reſpubl. optima & recta ĩ principio ſeptimi, ibi. {De Politia optima} Reſpub. autem tranſgreſſæ erant tres. Paucorum, Popularis & tyrannis, inter quas Tyrannis peſſima eſt nec alicui expedit ſĩpliciter, q̃a nihil malignitatis ei deficit, ſicut dicebat in Quinto. Et ideo de ipſa nõ determinat ex quib⁹ & quomodo ſit inſtituenda. Vnde tantũ in iſto ſexto intẽdit determinare, qualiter aliæ duę ſint inſtituendæ, & diuiditur in duas, quoniam in prima parte premittit intentionem ſuã, & ordinem conſiderandi. In ſecunda cũ dicit. {Hipoteſis quidem igitur.} Proſequitur. Circa primũ duo facit, quoniã primo dat intentionem ſuam. Secundo dat ordinem conſiderandi Lect. ſeq.

### LECTIO I.

QVot quidẽ igitur differentiæ, & quæ eius qđ conſiliatiuum & dominãs politiæ, & eius qui circa prĩcipatus ordinis & de prætoriis, & qualia ad qualẽ politiã coordinata ſunt. Adhuc autẽ de corruptione & ſaluatione politiarum, ex qualibus ſit, & pp quas cauſas, dictum eſt prius.

b Quoniam aũt fuerũt ſpecies plures Democratiæ exiſtẽtes, & aliarũ ſimiliter politiarũ, ſimulque de illis, ſiquid reſiduũ, non deterius cõſiderare & modũ cõgruũ & conferentẽ aſſignare ad vnamquãq;. Adhuc aũt & collectiones ipſorũ dictorũ omni modorũ conſiderandum.

c Hęc enim combinata faciũt politias variari, vt Ariſtocratiæ ſint oligarchiæ, & politiæ ſint magis democratiæ. Dico autẽ

### LECTIO I.

*QVot igitur ſunt differentiæ, & quales, eius quod delibe randum habet poteſtatem, & in quo ſumma Reipub. conſiſtit, & circa magiſtratuum ordinationem circa iudicia, & qualia ad qualem ordinentur Rempub. & præterea de corruptionibus & conſeruationibus Rerũpub, ex quibus proueniant, & quas* I *ob cauſas, dictum eſt prius.*

*Sed cum plures ſint ſpecies popularis, & ſimiliter aliarum gubernationum, de illis ſiquid reſtat, non peius fuerit conſiderare, ac ſimul unicuique earum proprium & conuenientem modum reddere, ac præterea conſiderare coniunctiones ſimul ipſorum modorum.*

K *Nam eorum coniunctio parit Rerumpub. uarietatem, ut & optimatũ gubernationes ad paucorum declinẽt potentiam, & Reſpu. magis popula-*

b ¶ Tangit in vniuerſali quædam quæ reſtant conſideranda & diuiditur in duas. In prima tangit illa. In ſecũda reddit cauſam cuiuſdã dicti cũ dicit. {Hæc enim cõbinata} In prima dicit, ꝙ quia plures sũt ſpecies Reipub. ſicut dictum eſt prius, puta popularis & paucorum, & ſic de aliis. Adhuc etiam plures ſunt ſpecies popularis & plures etiã aliarum Rerumpubl. de quibus aliqua conſiderata ſunt prius ſi aliquid remanſerit d' illis non conſideratũ & non declaratum, & quod minus expediens eſt cognoſcere, conſiderandũ eſt nũc de illo, puta de inſtitutione ſecundũ vnã quamque ſpeciem. Item conſiderandus eſt modus, qui congruit vnicuique illarum, & confert ad conſequutionem finis vniuſcuiuſque: adhuc autẽ & commixtiones modorũ Rerumpub. Deinde cum dicit.

di cum dicit. {Et primo de Democratia.} Circa primum duo facit. Primo enim continuans ſe quædam dicta recolligendo, dat intentionem ſuam in vniuerſali. Secundo cum dicit. {Qualis quidem igitur Democratia.} In particulari. Circa primum duo facit. Primo recolligit quædam determinata prius. Secundo cũ dicit. {Quoniam autem fuerunt.} tangit quæ reſtant conſideranda in vniuerſali. In prima dicit. In præcedentibus, puta in fine quinti huius determinatum eſt, quæ & quot ſpecies differẽtiæ ſunt eius quod conſiliatur in Repub. & etiam eius quod dominatur ſimpliciter, & etiam ipſorum principantium vniuer-

c ¶ Reddit cauſam cuiuſdam dicti immediate. Ad cuius intellectum ſciendum, ꝙ ſunt quædam partes materiales in habentibus materiam, quæ non pertinent ad ſpeciem, ſicut aurum vel cuprum non pertinent ad ſpeciem circuli. Alia autem ſunt quæ pertinent ad ipſam, ſicut carnes & oſſa ad ſpeciem animalis vel hominis; & quia tales partes ad ſpeciem pertinent, ideo ſecundum diuerſitatem iſtarum accidit diuerſificari ſpeciem, in Repub. ſunt quædam partes ſic non pertinentes ad Rempub. ſicut iſte



iſte homo vel ille, vel hoc officium vel illud, quædam autem ſecundum ſpeciem, ſicut principans & conſiliatiuum iudicium, & ſic de aliis, & ideo ſecundum diſtinctionem iſtorum diuerſificantur ſpecies Reipub. Contingit autem commixtiones vel cõbinationes iſtarum fieri, puta ꝙ accipiatur conſiliatiuum vnius & iudicium alterius, A de hac pertractandum eſt nunc breuiter. Conſequenter cũ dicit. f ¶ Dat ordinem conſiderandi, & diuiditur in duo, quoniam primo tangit ꝙ de populari ſtatu primo eſt conſiderandum. Secundo cum dicit. {Sumendũ autem.} Oſtendit quo ordine ſit conſiderandum de ea. In prima dicit, ꝙ primo conſiderandum

& ſic de aliis, & ſecũdum hoc contingit diuerſimode miſceri Reſpu. Et hoc eſt qđ ipſe dicit, ꝙ conſiderandæ ſunt combinationes partium pertinentium ad ſpeciem diuerſarum Rerumpub. Iſtæ enim partes diuerſimode combinatæ faciunt diuerſitatem Rerumpub. ita quòd illę quæ sũt optimatum ſecundũ aliquid videntur eſſe paucorum, ſecundũ aliquid quidem & illæ quæ ſunt Reſpub. ſecundum aliquid videantur populares ſecundum aliud. Dico autem exponendo p̃dictas combinatiões quæ reſtant conſiderandæ, & ab aliis sũt omiſſę, vt ſi in aliqua Repub. vel in aliqua ciuitate conſilium & ea quæ pertinent ad electionem principũ accipiantur ex paucorum ſtatu: id autẽ quod pertinet ad iudicia ex optimatum ſtatu, aut ea quę ſunt circa iudicia, aut etiã circa conſiliũ ex paucorum ſtatu, ea vero quæ ad electionem p̃tinẽt ex optimatum, aut ſecundum aliquẽ alium modum talem quo nunc accipiatur omnia quæ cõueniũt vni Reipub. ex propriis eius, ſed ex his quæ cõueniunt aliis vel aliis. Secundum enim diuerſitatẽ iſtorum contingit diuerſimode miſceri Reſpub. Deinde cum dicit.

d ¶ In ſpeciali magis dat intentionem. Et primo recolligit iterum quædam determinata prius. Secundo cũ dicit. {Attamen oportet.} Declarat quæ reſtant determinanda nunc in ſpeciali. Primo igitur dicit, ꝙ in præcedentibus, puta in Quarto

cõbinationes quas oportet quidem conſiderare, non ſunt autẽ conſideratæ nunc, puta ſi quòd quidẽ conſilians, & ꝙ circa electionẽ principatuum Oligarchice fuerit inſtitutum; quæ autem circa p̃toria ariſtocratice, aut hoc quidẽ & quod circa conſilians oligarchice. Ariſtocratice autem ꝙ circa electiones prĩcipatuũ, aut ſecundum aliquem alium modũ non omnia cõponantur quę politiæ cõueniẽtia.

d Qualis quidẽ igitur democratia ad qualẽ congruit ciuitatem, ſimiliter aũt & qualis oligarchiarũ, quali multitudini, & reliquarũ aũt politiarũ quid q̃bus expediat dictũ eſt prius.

e Attamen oportet fieri palã, non ſolũ qualis harũ politiarũ, ſit optima ciuitatib⁹, ſed & qualiter oportet inſtituere, & has, & alias, pertractemus breuiter.

f Et primo de Democratia dicamus, ſimul enim & de oppoſita politia manifeſtum, hæc autẽ eſt, quam quidam vocant Oligarchiam.

g Sumendũ aũt ad hanc methodũ, omnia quæ demotica, & q̃ videntur democratiis aſſequi.

h Ex his .n. compoſitis Democratiæ ſpecies fieri accidit, & democratias plures vna eſſe, & differentes: duæ.n. ſunt cauſæ, propter quas Democratiæ ſunt plures, primo quidẽ, quæ dicta eſt prius, quia diuerſi populi. fit.n. hæc quidẽ agricola multitudo, hæc autẽ banauſum & mercenarium, quorũ primo aſſumpto cũ ſecundo, & tertio rurſum cum ambobus, non ſolũ differt in fieri meliorem & deteriorẽ democratiam, ſed ex eo quod non eãdem: ſecunda autẽ de qua nunc dicimus: quæ.n. Democratiis

*res exiſtant. Dico autem coniunctiones, quas conſiderare oportet, & nũc uſque conſideratæ nõ ſunt, ceu ſi pars illa quæ in deliberando uerſatur, & ea quæ circa electiones magiſtratuum ita inſtituta ſit, ut conferat paucorum potentiæ, Et circa deliberandum illo* B *modo, circa electiones uero, ad optimatum gubernationem magis declinet, uel per alium quendam modum non omnia inſtituta ſunt Reipublicæ congruentia.*

*Qualis igitur popularis, quali cõgruat ciuitati, & qualis paucorum potentia, quali multitudini, & aliarum gubernationum, quæ quibus cõferant dictum eſt prius.*

C *Verumtamen oportet fieri manifeſtum non ſolum quænam iſtarum gubernationum optima ſit ciuitatibus, ſed etiam quomodo conſtituendæ ſint & iſtæ, & aliæ, breuiter eſt explicandũ.*

*Et primo de populari dicemus. Nam per hanc etiam de contraria illius gubernatione patebit. Hæc eſt autem quam uocant quidam paucorum potentiam.*

*Capienda ſunt autem ad hanc diſciplinam cuncta popularia, & quæ ui-* D *dentur popularium eſſe ſequentia.*

*Ex his enim ſimul poſitis, reſultant ſpecies gubernationis popularis, & plures eſſe eas, quàm unam & differentes continget, Duæ ſunt cauſæ per quas plures exiſtunt populares. Primum, illa quæ dicta fuit, quia inter populos differentia eſt; ſunt enim alii agricolæ, alii opifices, alii miniſtri, quorum primi a ſecundis, & tertii ab utriſque non in eo modo differunt, ꝙ* E *melior aut deterior popularis ſtatus, uerumetiam in eo, quòd non idem ſit. Secunda uero cauſa eſt, de qua nunc dicimus. Quæ enim popularem ſtatum ſequuntur, ac uidentur eſſe pro-*

eſt ex quibus & quomodo inſtituendus ſit popularis ſtatus. Simul enim quãtum ad vnitatem tractat⁹ conſequenter manifeſtum erit de Repu. quæ opponitur illi, quam vocant paucorum potentiam. Poſt hęc autem in ſequenti tractatu dicem⁹ de optima. Deinde cũ dicit.

g ¶ Tangit ordinẽ conſiderandi de populari ſtatu, quod facit primo. Secundo cum dicit. {Ex his enim.} Aſſignat rationem ordinis. In prima dicit, ꝙ in cõſiderando ex quibus & qualibus inſtituenda eſt Reſpu. accipiẽda ſunt illa quæ ſunt ſicut principia & hypotheſes & omnia q̃ aſſequuntur, ſicut p̃prietates vel accidentia ipſi, deinde determinandũ eſt, ex quibus & qualibus inſtituatur. Deinde cum dicit.

h ¶ Aſſignat rationem propoſiti ordinis, & diuidit in duas ſecundum ꝙ duas rationes aſſignat, & incipit ſecunda, ibi. {Oportunum aũt.} In prima dicit, ꝙ bene dictum eſt, ꝙ pri⁹ conſiderandum eſt p̃prietates & accidentia popularis ſtatus, quoniam ex diuerſa compoſitione iſtorũ contingit fieri plures modos popularis Repub. differentes a ſe inuicem, & etiam ſpecies plures, propter enim duas cauſas contingit eſſe plures ſpecies ipſius, quarum vna dicta eſt prius, ſ. diuerſitas multitudinis, Reſpub. enim diuerſificantur ſecundum diuerſitatẽ eius ꝙ principatur in eis: multitudo autem in populari Repu. principatur, & ideo ſecũdum diuerſitatẽ mul

dictum eſt, qualis ſpecies ſtatus popularis, quali multitudini cõueniat, & qualis ſpecies paucorum, quali multitudini inſigniũ conueniat, & ſimiliter de reliquis Rebuſpub. dictũ eſt quæ cui vel qualibus conueniat, non enim quælibet cuilibet expedit, ſicut nec quodlibet genus fiſtulæ cuilibet fiſtulatori, ſed determinatum determinato. Deinde cum dicit.

e ¶ Tangit quę ſunt conſideranda nunc dicens, ꝙ quamuis iſta conſiderata ſint, tamen oportet manifeſtari non ſolum qualis Reſpub. cui multitudini conueniat, ſed etiam qualiter & ex quibus & quomodo vnaquæque illarum ſit inſtituenda, & ideo

titudinis contingit eam diuerſificari. Eſt enim quædam multitudo agricolarum, alia autem opificum, & tertia miniſtrorum quæ mercedem accipit pro labore, in quibus ſi agricolarũ multitudo accipiatur cum ſecunda, puta cum opificibus ſeorſum, & iterum tertia multitudo, puta miniſtrorum cum duabus aliis ſeorſum facient populares ſtatus differentes, non tamen ſecundum melius & deterius, ſed etiam ſecundum ſpeciem, quoniam iſta combinatio & illa diuerſum ordinem multitudinis ad finẽ faciunt, & diuerſitas multitudinis in ordine ad finem diuerſitatem inducit ſecundum ſpeciem popularis Reipub. Alia autem cauſa

cauſa eſt, de qua diximus nunc, quoniam in popularibus poten tijs ſunt quædam hypotheſes & accidẽtia propria diuerſa, quæ diuerſimode compoſita diuerſas reſpub. populares inducunt, puta ſi in aliqua accipiantur plura, in alia autem pauciora, in alia autem omnia, iſta enim diuerſificant eas, ſicut apparebit conſequenter. Deinde cum dicit.

i ¶ Aſſignat ſecundam rationem dicẽs, ꝙ expediens eſt conſiderare principia & proprietates popularis ſtatus ad inſtituẽdam vnamquamque ſpeciem ipſius ad votum, & ad hoc vt aliquid dirigatur in ea, cognoſcere.n. principia & proprietates alicuius operabilis, principiũ eſt ad operandum illud & dirigendum in eo. illi autem, qui reſpu. quæ runt inſtituere, volẽtes congregare omnia conuenientia rei pub. ad inſtituẽdum vnamquamque peccant, ſicut dictum eſt in Quinto hui⁹, vbi dictum eſt quæ ſunt ſaluantia & corrumpentia reſpu. Quædam enim reſpub. cõgregant omnia conuenientia ad ſuppoſitiones, quędam autẽ vel plura, quędã, pauciora, ſicut iam dictũ eſt prius. Nunc autẽ conſequenter dicamus exigentias vel proprietates conuenientes & conſuetudines & ea quæ appetunt ſicut ſines, vel ea quę ſunt ad ſines popularis ſtatus.

LECTIO II.

POſtquam Philoſophus pręmiſit intẽtionem ſuam, proſequitur intentum. Et circa hoc duo facit. Quoniã primo oſtẽdit ex quibus & quomodo inſtituãtur popularis ſtatus & paucorum. In ſecunda cum dicit. ( Conſequens autem eſt &c.) determinat de principantibus pertinentibus ad huiuſmodi reſpu. Circa primum duo facit. Primo oſtẽdit ex quibus, & quomodo inſtituatur ſtatus popularis. Secundo cum dicit. (Fere autem &c.) ex quibus paucorum ſtatus ſibi oppoſitus. Circa primum duo facit. Primo præmittit ſuppoſitiones & conditiones popularis ſtatus. Secundo cum dicit. (Democratijs autem, &c.) determinat ex quibus, & quomodo eſt inſtituenda. Circa primum, primo facit, quod dictum eſt. Secũdo cum dicit. (Quod maxime videtur &c.) mouet dubitationem. Circa primum duo facit. Quoniam in prima præmittit quaſdam ſuppoſitiones ſtatus popularis. Secundo cum dicit. (Talibus autem præſuppoſitis &c.) concludit multas conditiones ipſius. Circa primum duo facit. Quoniam primo præmittit vnam ſuppoſitionem primam & principalem. Secundo cum dicit. (Libertatis autem &c.) ſubdiuidit eam in duas. In prima igitur dicit, ꝙ vna & principalis ſuppoſitio ſtatus popularis eſt libertas, quod probat ex communi dicto aliorũ, quia ſicut om- F nes conſueuerunt dicere, ac ſi ſolum in iſta repu. ciues participarent libertate. Dicunt enim, quòd omnes in ſtatu populari intendunt libertatem aliqualiter. Si igitur dictum commune veritatem habet, oportet libertatem eſſe ſuppoſitionem in ipſa. Et eſt intelligendum, quòd libertas dicitur, quæ aliquid poteſt ex propria voluntate mouere ſe, & ad finem ſibi poſitum, quod apparet, quia liber eſt ſecundum Philoſophum, qui eſt ſuiipſius cauſa, vel in ratione mouentis, in quantum ex propria voluntate mouetur & ex propria ratione, vel etiam inquantũ mouetur vel agit gratia finis proprij non ad finem alteri⁹. Accipitur etiã libertas pro ipſa operatione vel actu, quo aliquis dicitur a ſe moueri vel agi ad finem proprium. Hoc autem ſiue illo ſiue hoc modo ſumatur, aliqui habent ex naturali diſpoſitione, & tales ſunt liberi natura, ſicut dicebatur in primo huius. Aliqui autẽ habent hoc ex ordine reipub, ꝙ nõ generatur ab alio, quàm a ſe, nec ad ſinem alterius, ſed ex ſe, & ad finem reipu. Et ſic appropriãt ſibi popularis ſtatus fautores libertatem. Conſequenter cum dicit.

b ¶ Subdiuidit & ponit quoſdam effectus ipſius. Et diuiditur in duas ſecũdum duos effectus quos ponit, vel ſecundum duo membra in quæ diuidit. ſecunda ibi. (Vnum quidem igitur &c.) In prima dicit, quòd vna pars libertatis vel vnus effectus in populari ſtatu eſt nullum ſimpliciter ſubiici vel principari, ſed omnes ſecundum partem, ita quòd quilibet ſecundum aliquod tempus ſubiiciatur, ſecũdum aliud principetur, aut principetur vno principatu particulari, & ſubiiciatur alij. Ratio autem huius eſt, quoniam iuſtum populare eſt omnes habere de honoribus, vel bonis communibus ſecundum æqualitatẽ quantitatis, non ſecundum dignitatem perſonæ, vel æqualitatem proportionis, ſed tantum pauper, quantum diues, tantum idiota, quantum ſtudioſus. Cum autem cuiuslibet iuſti oporteat eſſe aliquem inſtitutorem & cõſeruatorem, & hoc ſit illud quod principale eſt in multitudine ciuili, cum multitudo popularis ſit principalis in populari ſtatu, neceſſe eſt in ea multitudinem eſſe dominam huius iuſti popularis. Et quia finis in multitudine ciuili eſt illud quod intendit principans, & iuſtum, quod conſiderat in ordine ad finem, manifeſtum eſt, ꝙ neceſſe eſt illud eſſe finem in populari ſtatu, & iuſtum quod videtur multitudini. Dictum autem eſt prius omnes debere habere æquale ſecundum quantitatem, & quia multitudo eſt domina iuſti, & ſimpliciter principatur in ea, & ipſa eſt maior egenorum q̃ diuitũ, accidit egenos magis principari in tali Repub. q̃ diuites, quia dominans

aſſequuntur, & videntur eſſe ꝓpria politiæ huius, ſimul poſita, faciũt Democratias alias, huic quidẽ.n. pauciora, huic aũt aſſequunĩ plura, huic aũt oĩa hæc.

i Opportunum aũt vnumquodque ipſorũ cognoſcere) ad inſtituendum, G quamcũq; ipſarũ aliquis extiterit volens, & ad directiones. Quærũt quidem enim qui politias inſtituũt, omnia cõuenientia ad hypotheſim congregare, peccant autẽ hoc faciẽtes, quemadmodũ in iis, quę circa corruptiones & ſaluationes politiarũ dictum eſt prius, nunc aũt exigentias & mores, & quæ appetunt dicamus.

LECTIO II. H

HYpotheſis quidẽ igitur Democraticæ politiæ libertas, hoc enim dicere conſueuerũt, tamquam in ſola hac politia participãtes libertate: hoc.n. cõiectare aiunt omnem Democratiam.

b Libertatis aũt vnum quidem in parte ſubiici & prĩcipari, etenim iuſtũ Democraticum eſt, habere ęquale ſecũdũ numerum, I ſed non ſecundũ dignitatẽ. Huius autẽ exiſtentis iuſti multitudinem neceſſariũ eſſe dominam & quodcumq; videatur plurib⁹ hunc eſſe finem, & hoc eſt quod iuſtum. Aiunt.n. oportere ęquale habere vnumquemque ciuiũ. Quare in Democratiis accidit magis eſſe dominos egenos diuitibus, plures enim ſunt. Dominans autem quod pluribus viſum. K

*pria ipſius, coniuncta ſimul faciunt uarietatem, nam alicui pauciora conſequentia ſunt, alicui plura, alicui omnia.*

*Vtile uero horum ſingula cognoſcere, & ad conſtituendum quam uelit quis, & ad corrigendum. Quærunt enim qui Rempub. inſtituunt, cuncta, quæ illi propria & conuenientia ſint in unum colligere ad propoſitum ſuũ, ſed aberrant dum hoc faciunt, ut ſupra dictum eſt a nobis, ubi de corruptionibus & conſeruationibus Rerumpub. tractauimus, nunc autem dignitates & mores, & quæ flagitent, dicemus.*

*LECTIO II.*

*PRopoſitum igitur popularis Reipub. eſt libertas, hoc enim dicere conſueuerunt, quaſi in hanc ſolummodo Rempub. libertatem quærentes. Ad hanc enim reſpicere dicunt omnem popularem ſtatum.*

*Libertatis uero ipſius pars una in eo conſiſtit, ut per uices imperent & pareant. Nam iuſtum populare, eſt æquum habere ſecundum numerum, non ſecundum dignitatem. Ex quo ſit ut ſecundum hoc iuſtum, multitudo ex neceſſitate dominetur, & quicquid decreuerit populus, id eſſe ratum, & id eſſe iuſtum. Aiunt enim oportere, ut unuſquiſque ciuium æquum habeat, atque ita contingit in popularibus gubernationib⁹, inopes plus poſſe, quàm opulentos, plures enim ſunt, & id obtinent, quod pluribus uideatur.*

Lect. 7.
Lect. 6.
Lect. 4.



dominans eſt, quod videtur pluribus. Egeni autem ſunt plures A quàm diuites, quia igitur neceſſe eſt aliquos principari, non poſſunt autem omnes ſimul principari, neceſſe eſt omnes in parte principari, & ſubiici. Vnus igitur effectus vel ſignum libertatis eſt, quod dictum eſt, quem omnes in populari ſtatu ponunt, ſicut terminum & ſinem in ea. Deinde cum dicit.

c ¶ Ponit ſecundũ effectum vel ſignum. Et primo ponit ipſum. Secundo cum dicit. {Hinc autem venit &c.} Infert primum ex iſto. In prima dicit, ꝙ aliud ſignum vel effectus libertatis eſt viuere ſecundum voluntatẽ, ita ꝙ vnuſquiſq; operetur ſecundũ motum propriæ voluntatis non coactus ab aliquo, nec determinatus ad aliud determinate operandum. Hoc enim eſt ſecundum ꝙ dicunt operatio libertatis, quod apparet, quia opus ſeruitutis eſt viuere, vel operari, non ſecundum voluntatem propriam, ſed ſecundum alterius libitum, vel votum, non ad finẽ proprium, ſed ad ſinem alterius, ergo ꝑ oppoſitũ opus libertatis eſt operari ſecũdum voluntatem, & ad finem proprium. Iſte igitur eſt ſecundus terminus, quem ponunt populares in ſua Repub. Deinde cum dicit.

d ¶ Infert primum ex ſecundo dicens, ꝙ ex iſto effectu qui eſt operari, vt vult aliquis, ſequitur prim⁹ effectus, ſcilicet nõ velle ſubiici, aut ſimpliciter ſub nullo eſſe, ſi poſſibile eſſet, ſed quia hoc non eſt poſſibile, ſubiici ſcilicet, & prĩcipari, omnes ſimpliciter expedit ſubiici & principari ſecundum partẽ, & ſic ſubiici & principari facit ad libertatem, quæ attenditur in hoc, vel quantum ad hoc, quòd omnes ſunt æquales. Deinde cum dicit.

e ¶ Concludit ex prædictis multas proprietates popularis ſtatus. Et diuiditur in duas. In prima ponit eas. In ſecunda recolligit cum dicit. {Communia quidem &c.} Circa primum tria facit. Quoniam primo ponit conditiones vel proprietates quæ attenduntur circa aſſumptionem principatus, & eorũ qui principantur, & ex quibus, & quando. Secundo cum dicit. {Deinde præmiare &c.} Illas quæ attenduntur quantum ad remunerationem principantium. Tertio cũ dicit. {Præterea &c.} Quæ attenduntur quantum ad conditiones eorum qui ſunt in hac Repub. Circa primum facit duo. Quoniam primo tangit conditiones pertinentes ad aſſumptionem principatus, ſcilicet tempus, & poteſtatem. Secundo cum dicit. {Principatuum autem, &c.} Tangit quis debet eſſe maximus principatus in hac Repu. Circa primum primo tangit eas, quæ pertinent ad aſſumptionem principatus. Secundo cum dicit. {Non bis eundem &c.} Eas quæ pertinent ad durationem principatus. Tertio cum dicit. {Congrationem eſſe dominam &c.} Eam quæ pertinet ad potentiam eius. Circa primum tangit quatuor conditiones. Dicens primo, ꝙ prædictis ſuppoſitis in populari ſtatu, & multitudine principante in eadem, neceſſe eſt has conditiones quæ ſequuntur obſeruari in ea. Primo quidem, omnis principatus tam maiores q̃ minores eligere, ideſt accipere ex omnibus indifferenter, non conſiderando ad dignitatem aliquam, ſic enim omnes magis habebunt quoddã æquale quod eſt iuſtum in eo. Secundo omnes principari ſuper vnumquemque, hoc eſt omnes coniunctim, ſuper vnumquemque diuiſim, & iterum vnumquemque diuiſim, cũ acceptus fuerit ĩ alio & alio principatu, diuiſim ſuper omnes. Sic enim omnes principabuntur & ſubiicientur ſecundũ partem, id autem eſt effectus libertatis primus. Tertio principatus eligi per ſortem, vel vniuerſaliter omnes, vel ſaltem illos, in quibus non indigetur multa ſapiẽtia & prudentia, puta ducatum exercitus vel conſilium. Tales.n. non expedit eligi ſorte. Contingeret.n. ad tales principatus aſſumi idiotam quẽcumque, quod eſſet periculoſum Reipu. Quarto principatus aſſumi, nõ ab aliqua excellentia, vel dignitate virtutis, vel diuitiarum, aut ſaltem a minima, quod dicit propter primam ſpeciem popularis ſtatus, in qua aſſumuntur ad principatum ab aliqua dignitate diuitiarum vel virtutis, ſicut apparuit in Quarto, ſic enim magis æquales erunt, & minus ſubiicientur. Deinde cum dicit.

f ¶ Ponit conditiones duas pertinentes ad durationem principatus, dicẽs primo ꝙ in Repub. hac, expediens eſt, eundem bis non principari in aliquo principatu, vel raro, & in paucis principari, ſic enim plures poterunt attingere ad principatum, præterquam in ducatu exercitus, in quo periculoſa eſt mutatio frequens, propter experientiam longam, quæ exigitur in illo, Secundo expedit par E uæ in eadem, & breuis durationis eſſe principatus, vel ſimpliciter omnes, vel illos ſaltem, qui habent iudicare de omnibus caſibus, quantum ad omnes ciues, vel ſaltem de pluribus, vel de maximis, & principaliſſimis, ſicut de correctione principatuũ aliorum, & de ordine Reipub. & de commutationibus regulandis ſecundum legem iuſtitiæ. Expedit autẽ principatus eſſe breuis temporis, ſi poſſibile ſit, vt plures attingere poſſint ad eos, & principari ſecundum partem. Maxime autem hoc expedit in magnis, ne nimis ditati inſurgant contra multitudinem tyrannizantes. Deinde cum dicit.

g ¶ Tangit conditionem pertinentem ad potentiam. Dicens ꝙ expediens eſt in huiuſmodi Repub. congregationem multitudinis eſſe dominam ſimpliciter omnium in hac Repub. Principatus autem expedit habere nullius dominium ſi poſſibile ſit, aut ſaltem paucorum, & nullo modo maximorũ. Sic enim magis ſaluabitur æqualitas multitudinis, ſi enim principatus dominarentur ſimpliciter, aut in magnis excederent alios præter proportionem, & æqualitatem, quæ in ipſa intenditur. Deinde cum dicit.

h ¶ Manifeſtat

c Vnum quidẽ igitur libertatis ſignum, hoc ꝙ terminum politiæ ponunt oẽs qui demotici, vnum aũt viuere, vt vult quis. Hoc.n. opus libertatis eſſe aiũt, ſiquidẽ ſeruientis ipſum viuere non vt vult. Et Democratiæ quidẽ igitur terminus iſte ſecũdus. B

d Hinc aũt venit id quod eſt nõ ſubiici, maxime aũt ſub nullo, ſi autẽ non, ſecun ſũ partem, & facit hac ad libertatem eã quæ ſecundum æquale.

e Talibus aũt ſuppoſitis, & tali exiſtente principatu, talia demotica. ſ. eligere principatus omnes ex omnibus, principari oẽs quidẽ ſuper vnumquemq;, vnũquemque autem in parte ſuper omnes ſortiales eſſe principat⁹, C vel omnes vel quicũq; non indigent experientia & arte, non ab honorabilitate aliqua eſſe principatus, aut q̃ paruiſſima.

f Non bis eundẽ principari aut raro, aut paucis, exceptis iis q̃ penes bellũ, pauci temporis eẽ principatus iis q̃ penes vel omnes, vel quaſcumq; contingit. Iudicare omnes vel ex omnib⁹, & de omnibus, vel de plurimis, & de maximis & de principaliſ D ſimis, puta de correctionibus & de politia, & de propriis commutationibus.

g Congregationem eſſe dominam omniũ, principatum autẽ nullum nullius, aut q̃ pauciſſimorũ, aut maximorũ dominã.

*Vnum igitur libertatis ſignum hoc eſt, quòd ponunt omnes populares Reipub. finem. Alterum uero, uiuere ut quiſque uelit. Hoc enim aiunt opus eſſe libertatis, ſiquidem ſerui eſt uiuere non ut uult. Hic eſt igitur ſecundus popularis Reipub finis.*

*Hinc profectum eſt, nemini potiſſimum ſubeſſe uelle. Quòd ſi hoc nõ datur, at ſaltem per uices ſubeſſe ac præeſſe, idque pertinet ad libertatem quæ eſt ſecundum æquum.*

*His præſuppoſitis, ac tali exiſtente principio popularia huiuſmodi ſunt ſumi ad magiſtratus omnes ex omnibus, ac præeſſe omnes unicuique, & unumquemque uiciſſim omnibus per ſortem tribuere magiſtratus, uel omnes penitus, uel illos ſaltem, qui non imperitia indigent & arte, a nullo cẽſu eſſe magiſtratus, uel ſaltem a minimo.*

*Non niſi ſemel eundem magiſtratum ab aliquo geri poſſe, uel perraro, & paucos, exceptis his qui uerſantur in bello, parui temporis eſſe magiſtratus, uel omnes, uel quot recipiunt, iudicare omnes, & ex omnibus, & de omnibus, uel de plurimis, & maximis & principaliſſimis, puta de corrigendo, & de Repub. & de priuatis contractibus.*

*Et concionem eſſe omnium dominã magiſtratum uero nullius, aut dominam eſſe concionem rerum maximarum, magiſtratum uero minimarum.*

h ¶ Manifeſtat quis principatus magis neceſſarius eſt in ipſa. Dicens ꝙ principatus maxime neceſſarius in populari ſtatu eſt illud, quod vocatur conſilium, quod habet poteſtatem deliberandi de magnis & arduis. Cuius ratio eſt, quia multitudo popularis, quæ in ipſa dominatur, vt in pluribus, imprudens eſt & ſine virtute, & ideo ſequitur impetum voluntatis in operationibus ſuis, quare ſi debeat recte agere, oportet habere dirigens & regulam, hoc autem eſt conſilium, & ideo cõſilium maxime neceſſarium eſt in ſtatu populari, p̃terquã in illa, in qua laborantes in cõmunibus, præmium accipiunt magnum. Hæc enim multitudo remouet potẽtiam huius principatus, & reducit ad ſe omnia iudicia & deliberationes propter preciũ, ſicut dictum fuit in p̃cedentibus in quarto huius. Deinde cum dicit.

i ¶ Ponit conditionem quæ pertinet ad retributionem, dicẽs ꝙ poſt ea quæ dicta ſunt, expediens eſt remunerari omnes venientes ad congregationes, vt libentius veniant, & ad iudicia vt plures iudicent, & firmior ſit ſententia, & principatus, vt fidelius & magis laborent, & hoc dicunt ſi poſſibile eſt ciuitati. Si autem non eſt poſſibile omnes remunerari, ſaltem oportet prę́miare principat⁹ & iudicia & conſilia, & cõgregationes maximas, & prę́cipuas, & principatus cum quib⁹ neceſſe eſt alios plures ciuitatis conuiuare. Tales enim principatus nullus acciperet propter magnitudinem expenſarum, niſi bene præmiaretur, ſicut ẽ dux exercitus. Deinde cum dicit.

K ¶ Ponit proprietatem quę pertinet ad conditionem gubernantium. Et primo facit hoc. Secundo cum dicit. {In principatibus autem &c.} Reſumit quandam conditionem dictã pri⁹ de principatu, vt aliquid addat. In prima dicit, quoniam ſtatus paucorum & popularis ſunt Reſpub. adinuicem contrariæ quodammodo, & contrariorum ſunt contrariæ proprietates, oportet eas proprietates habere contrarias. Cum igitur in paucorũ ſtatu gubernantes determinentur per nobilitatem generis, & p̱ diuitias, & per virtutem, neceſſe eſt, ꝙ gubernantes in populari ſtatu determinentur per contraria, puta per ignobilitatem generis, paupertatem & ignorantiam, ſeu per ſordidum opificiũ, ita ꝙ ſicut in paucorum ſtatu ſunt principantes nobiles & diuites & virtuoſi, ſic in ſtatu populari viles & pauperes & inordinati. Deinde cum dicit.

l ¶ Reſumit quandam proprietatem dictam prius de principatu, & adiungit alias dicens primo, ꝙ expedit in populari ſtatu nullum eſſe principatum durationis perpetuæ. Si enim eſſet F aliquis perpetuus, pauciores poſſent attingere ad ipſum, & habere æquale & populare, & iterum poſſent ditari improportionabiliter & per diuitias, & potentiam tyrannizare. Adiungit autem ꝙ ſi aliquis principatus deuiet vel declinet ab eo, quod ordinatum eſt in antiqua lege ipſorum, amoueatur ab eo potentia vel principatus ſecundum legis ordinationem: iterum ſi fuerint aliqui principatus eligibiles, expedit mutare modũ aſſumptionis eorum, & facere ꝙ accipiantur ſorte; ſic enim magis aſſumentur ex quibuſcumque. Sed hoc eſt intelligendũ de illis principatibus in quibus non indigetur prudentia magna, & experientia, ſicut eſt conſilium & ducatus exercitus, tales enim oportet eligere conſiderãdo ad dignitates prædictas, ſicut prius dixit Philoſophus. Deinde cum dicit.

m ¶ Recolligit dicta addendo cauſam dicens, ꝙ ea quæ dicta ſunt, ſunt quædã communes proprietates popularis ſtat⁹. Omnes autem huiuſmodi proprietates q̃ videntur eſſe popularis ſtatus, & ordinatio populi in ipſo, ſequuntur ex diffinitione iuſti popularis prius poſita, quæ eſt omnes habere æquale ſecundum quantitatem, non ſecũdum dignitatem aliquam: æquale enim ſecundum quantitatem eſt non magis principari diuites quàm pauperes, nec virtuoſos quàm idiotas, nec aliquos ſolitarios eſſe dominos, ſed omnes æqualiter ſecundum numerum, ſi enim hoc modo ſe habeãt, exiſtimabunt ſe habere ſecundum æqualitatem, & etiam libertatẽ.

h Principatuum aũt, maxime demoticum conſilium, vbi non mercedes de factis omnibus, ii .n. auferunt, & huius principat⁹ potentiã, ad ſe ipſum enim reducit iudicia omnia populus abũdans precio, ſicut dictũ fuit pri⁹ in methodo, quæ ante hanc.

G

i Deinde præmiare, maxime q̃dem oẽs, congregationem, prætoria, & principatus, ſi aũt non principatus & prætoria, & cõſilia, & cõgregationes præcipuas aut principatuũ neceſſe conuiuari cum inuicem.

k Adhuc autẽ, qm̃ Oligarchia, & genere, & diuitiis, & diſciplina determinatur, quæ d̃motica, videtur cõtraria horũ eſſe, ignobilitate, paupertate, banauſia. H

l In principatibus aũt, nullum perpetuũ eſſe, ſi aũt aliquis deficiat ex antiqua trãſmutatione, tunc circũtollere potẽtiã ipſius & ex eligibilib⁹ ſorciales facere.

m Cõmunia quidẽ democratiæ hæc ſunt, accidit autẽ ex iuſto confeſſo eſſe democratico, hoc autẽ eſt æquale habere omnes ſecundũ numerũ. Quæ maxime videntur eſſe democratia & demus, æquale .n. nihil magis I principari egenos q̃ diuites, neque dominos eſſe ſolos, ſed oẽs ex æquo ſecundũ numerum. Sic .n. vtiq; putabunt exiſtere æqualitatẽ ciuitati & libertatem.

## LECTIO III.

QVod aũt poſt hoc dubitatur, quomodo habebũt qd̃ æquale, vtrum oportet honorabilitates diuide- K

*Inter magiſtratus autem populariſſimum eſt conſilium, ubi non omnibus eſt mercedis facultas. Nam tunc quidem adimunt, & huius magiſtratus potentiam. Ad ſe enim reducit iudicia cuncta populus, mercede abundans, ut diximus ſupra, ubi de hac parte tractauimus.*

*Deinde mercedem capere, potiſſimum quidem omnes, concionem, iudicia, magiſtratus, uel ſaltem magiſtratus & iudicia, & conſilium, & conciones principales, uel eos magiſtratus, quos neceſſe eſt in eadem ſimul eſſe commeſſatione.*

*Præterea cum paucorum gubernatio genere, & diuitiis, & eruditione diffiniatur, uidentur quæ popularitatis ſunt, contraria eſſe, ignobilitas, inopia, ſordidum opificium.*

*Præterea poteſtatem nullam perpetuam eſſe, quòd ſi reliqua ſit aliqua ex antiqua mutatione illius, auferre potentiam, & ex electione ad ſortem reducere.*

*Hæc igitur omnia cõia ſunt gubernationum populariũ. Contingunt aũt ex eo iuſto, quod fatentur eſſe populare, hoc eſt æquũ habere omnes ſecundum numerũ. Quod maxime uidetur eẽ popularis ſtatus & populi. Aequũ eſt .n. cum nihil magis gubernant diuites quàm pauperes, nec ſoli poteſtatẽ habent, ſed omnes ex æquo ſecundum numerum. Sic .n. demum exiſtimant paritatem in Repub. eſſe ac libertatem.*

## *LECTIO III.*

*SEd quæritur poſt hæc, quemadmodum habebunt æquũ, utrum oportet partiri in mille eos cenſus qui ſunt quingento-*

## LECTIO III.

POſtquàm Philoſophus præmiſit ſuppoſitiones & cõditiones popularis ſtatus, in parte iſta mouet quandam dubitationem. Et circa hoc tria facit. Primo enim mouet eam. Secundo, circa eius diſſolutionẽ tangit opinionem quorumdam & reprobat, ibi. {Aiunt enim Demotici &c.} In tertia cum dicit. {Quę igitur vtique.} Soluit eam ſecundum intentionem ſuam. In prima igitur mouet dubitationem, quæ oritur ex præcedentibus. Dixerat enim, ꝙ ſi omnes æqualiter principentur non magis diues q̃ pauper in populari ſtatu habebunt ſecundum æqualitatem & libertatem, dicit igitur ꝙ illud quod dubitationem habet ex præcedentibus eſt hoc, quomodo ſcilicet cum in qualibet ciuitate vel Republ. etiam populari ſtatu ſint diuites & pauperes, habebunt tam hi q̃ illi illud, quod eſt æquale & iuſtum, vtrum .ſ. in diſtribuẽdis onoribus



honoribus tantum oporteat diſtribuere vel dare mille pauperibus quantum quingentis diuitibus, & ipſos mille tantam habere poteſtatem in tractatibus communibus, quantã habent quingenti diuites, aut non ſecundum hunc modum, ſed accipiendo mille pauperes ex vna parte & quingentos ex alia diuidendo ſecundum modum prędictum, vlterius ex quingentis diuitibus accipere aliquos paucos per electionem, deinde ex mille pauperibus aliquos, ſimiliter paucos qui in eadem proportione ſe habeant ad ipſos mille, de quibus eliguntur, ſicut illi pauci q̃ accipiuntur ex iſtis quingentis ad illos quingentos, & iſti ſimul congregati ſint domini in diuidendo bona communia, in iudicando & eligẽdo. Eſt igitur dubitatio, vtrum aliquod iſtorũ iuſtũ & æquale in Repub. populari, aut nonnulla iſtorum, ſed magis omnia attribuere maiori multitudini, ita ꝙ multitudo maior ſit omnium domina. Deinde cum dicit.

b ¶ Tangit quorũdam opinionem primo. Secundo cum dicit. {Habent autem ambo &c.} Reprobat vtramque. In prima dicit ꝙ de iſta dubitatione aliter videtur popularibus, aliter dominantibus in paucis. Populares .n. dicunt illud eſſe iuſtum & æquale ſimpliciter, quod videtur pluribus, multitudo enim principatur in tali Repu. & ideo iuſtum attenditur p̱ comparationẽ ad ipſam, ſicut dicebatur prius: in paucorũ potentia autem, illud dicunt eſſe iuſtum ſimpliciter quod videtur habentibus ampliores diuitias. Dicũt enim debere omnia determinari ſecũdum habitudinẽ ad diuitias, quæ ſunt principale in ea. Deinde cum dicit.

c ¶ Reprobat vtrãque. Et primo ſecundum. Secundo cum dicit: {Si autẽ quodcumque &c.} Primũ. In prima dicit ꝙ vtraque iſtorum quæ dicta ſunt, inæqualitatem quandam habẽt in re, & iniuſtitiã in comparatione ad finem. Si enim illud ẽ iuſtum fieri in ciuitate quod videtur diuitibus paucis exiſtentibus, tunc ſequitur Rempub. conuerti in tyrannidem. Cuius ratio eſt, qm̃ ſi illud eſt iuſtum quod videtur ditioribus, & oporA tet omnia ſecundum quantitatem diuitiarum determinari, tũc ſi vnus habeat ampliorem ſubſtantiam q̃ alii, iuſtum erit quod videtur huic ſoli, & omnia oportet determinari ſecundum volũtatem eius, & per conſequens ipſum ſolum principari ſecundũ voluntatem eius. Hoc autem eſt tyrannis, ſi igitur omnia oporteat determinari ſecundum iudicium diuitum, Reſpub. conuertetur in tyrannidẽ. Deinde cũ dicit.

d ¶ Improbat primum dicens, ꝙ ſi illud eſſet iuſtum, qd̃ videtur pluribus, & oportet ſequi iudiciũ plurium, cum plures habeant potentiam maiorem, & etiam ſequãtur impetum voluntatis in iudicando conuertentur ad opera iniuſtitię, diripentes ea quę ſunt diuitum paucorum exiſtentium, ſicut dictũ eſt in Quarto prius. Deinde cum dicit.

e ¶ Diſſoluit eã ſecundum intentionẽ ſuam primo. Secundo cum dicit. {Sed de æquali &c.} Remouet obiectionem quæ poſſet fieri. In prima dicit reſumendo dubitationem & dando intentũ in determinando eam dicens, ꝙ ex diffinitione vel determinatione iuſti ſiue æqualis, quam ponunt vtriq; accipiendum eſt, quę ſit ęqualitas ſiue iuſtitia, quam intẽdũt ſecundũ quam oportet diſtribuere ſingula. Cõueniunt enim in hoc vtrique quod iuſtum eſt eſſe illud dominans & principans in Repu. quod videtur pluribus partibus Reipu. Hoc .n. ſupponatur, non tamen ſimpliciter, ſed cum determinatione quadam. Duæ enim ſunt partes ex quib⁹ ciuitas de neceſſitate componitur, ſcilicet, diuites & pauperes, quod igitur videbitur iſtis & illis ſimul conſentientibus, vt pluribus, non dico totius multitudinis, ſed pluribus de diuitibus, & pluribus de pauperibus, hoc ſit principans, & fiat in tota Repub. Si autẽ contingat ꝙ contrarientur adinuicem, ita ꝙ non omnib⁹ diuitibus idem videat̃, ſed quibuſdam vnũ, quibuſdam aliud, ſimiliter nec omnibus pauperibus, ſed quibuſdã vnũ, quibuſdã aliud, Verbi gratia. Si ponamus ꝙ ſint decẽ diuites & viginti pauperes, vnũ aũt videatur faciendũ ſex diuitibus & quinque pauperibus adiũctis ei⁹.

re ipſis mille, eas quę quingentorum, & ipſos mille æquale poſſe quingentis, aut non ſic oportet poni in ijs æqualitatẽ, ſed diuidere quidẽ ſic. Deinde ex quingentis æquales accipientem, & ex mille hos dominos eſſe diuiſionum & prætoriorũ. Vtrum igitur hæc quæ ſm̃ multitudinẽ B honorabilitatum politia, iuſtiſſima ſm̃ demoticum iuſtum, aut magis quæ ſm̃ multitudinem?

b Aiunt .n. demotici, hoc iuſtũ quodcunq; uideat̃ ampliori ſubſtantiæ, ſecundum multitudinẽ enim ſubſtantiæ aiunt oportere iudicari.

c Habent aũt ambo inæqualitatẽ & iniuſtitiã. Si quidem .n. quodcũq; qui pauci, tyrannis, etenim ſi vn⁹ habeat plura alijs C diuitibus, ſm̃ Oligarchicum iuſtũ, principari ſolum iuſtum.

d Si autẽ quodcunq; qui plures ſm̃ numerum, iniuſta agent depopulantes quæ diuitum & paucorum, ſicut dictum eſt prius.

e Quæ igitur utiq; erit æqualitas quã confitentur utriq;, conſiderandum ex quibus iuſtis determinant. Dicunt .n. ꝙ quodcũque uidebitur pluribus ciuium, D hoc oportet eſſe dominans. Sit itaq; hæc non cã tamẽ omnino, ſed qm̃ duæ partes exiſtunt, ex quibus ciuitas, diuites & pauperes, quodcunq; utriſq; uideat̃, uel pluribus, hoc ſit quod dominans, ſi aũt cõtraria uideantur quodcũq; qui plures, & quorũ honorabilitas amplior, puta ſi ij quidẽ decem, ij aũt uiginti. Videbatur aũt diuitũ quidẽ ipſis ſex, pauperiorũ aũt ipſis quindecim. Adiungant̃ aũt pauperi E bus quidẽ diuitũ quatuor, diuitibus aũt pauperũ quinq;, quorũcunq; igitur honorabilitas excedit, ſimul numeratis utriſque hoc dominans utriſq;. Si aũt æquales euenerint, cõmunẽ hanc putandum eſſe dubitationẽ, ſicut nunc ſi diuiſa in duo congregatio fiat, uel prętorium, aut .n. ſortiendum, aut aliquid aliud tale faciendum.

*rum, & mille æqualiter poſſe quingẽtis, uel non, ſic ponere oportet iſtam paritatem uel partiri quidem ſic. Deinde ex quingentis pares accipientem, & ex mille hos poteſtatem habere partitionum & iudiciorum. Vtrum igitur Reſpub. iſta iuſtiſſima eſt ſecundum populare iuſtum, uel magis illa quæ ſecundum multitudinem?*

*Aiunt enim populares id eſſe iuſtum quod uidetur utique pluribus. Potẽtes uero, quod uidetur his qui pl⁹ poſſident. Pro multitudine enim facultatum aiunt eſſe ſtatuendum.*

*Sed habent hæc utraque imparitatem & iniuſtitiam. Si enim quod pauci, tyrannis eſt, nam ſi unus habeat plura quàm alii opulenti, ſecundum paucorum iuſtum, is ſolus dignus eſt qui gubernet.*

*Si uero quod plures ſecundum numerum, iniuriabuntur, publicantes bona opulentorum ac paucorum, ut ſuperius dictum eſt.*

*Quæ igitur ſit æqualitas quam ambo profitentur, conſiderandum eſt ex his, quæ utrique diffiniunt iuſta. Inquiunt enim, quicquid uidetur maiori parti ciuium, id oportere eſſe ratum. Sit quidem hoc, attamen non penitus, ſed cum duæ partes ſint ex quibus ciuitas conſtat, diuites ſcilicet & pauperes, quod ambabus uideatur, aut pluribus id ratum ſit. Quòd ſi contraria uideantur, quod pluribus & habentibus maiorem cenſum, puta ſi alii decem, alii uiginti, uideatur autem diuitum ſex, pauperũ uero quindecim: accidant uero pauperibus quatuor diuitum, diuitibus autem quinque pauperum, quorumcumque cenſus exuperat, connumeratis ambobus, utriſque id ratum ſit, quòd ſi forſan æquales eſſe contigerit, communem eſſe hanc ambiguitatem, putandum eſt, ut nunc accidit, ſi utrinque paria ſuffragia cõcionis ſint, aut pares in iudicio ſententiæ. Nam aut ſorte dirimendum eſt, aut aliud quiddam huiuſmodi agendum.*

Oppoſitum autem videatur quindecim pauperibus & quatuor diuitibus, tunc iuſtum determinandum erit non ſecundum prædictum modum, ſed ſecundum aliquam excellentiam aliam vel virtutis vel deſiderij ad bonum commune. Et tunc illud quod videbitur parti, quæ excellit ſecundum illud collatione facta iuſtum erit. Si autem æquales inueniãtur, puta in virtute, tunc remanet dubitatio eadem, ſi debentes iudicare in iudicio ſint diuiſi in duas partes, ita ꝙ nõ inueniatur excellentia, quorum ſententiæ ſtãdũ erit, & tunc in vtroq; iſtorum aut determinandum eſt ſorte cui illorum ſit, aut alio aliquo accidente ſimili ſorti. Deinde cum dicit.

f ¶ Remouet obiectionem quæ poſſet fieri: diceret enim aliquis, ꝙ electio principatus & diſtributio bonorum communium, maxima ſunt in ciuitate, maxima autem committere ſorti & viæ per quam cõtingit accipi deteriorem, inconueniens eſt: ergo inconueniẽs videtur quod dictum eſt, ꝙ vbi non inuenitur præeminentia ſit ſortiendum, hoc intendens remouere dicit, ꝙ cum difficillimum ſit inuenire æqualitatem quid ſit iuſtum & æquale in caſibus prædictis & determinare ſecũdum rationem rectã, tamen melius eſt per ſortem dirimere controuerſias q̃ permittere ꝙ ſoli diuites principentur: ſemper.n. de duobus malis minus malum præeligendum eſt, malum eſt aũt ſorti committere & ſolos diuites principari, minus aũt malum eſt ſorti committere q̃ diuites principari, quia pauperes quos quandoque contingit per ſortem principari, magis volunt communiter iuſtitiam & æqualitatem q̃ diuites. Diuites enim ex ipſa abundantia diuitiarum inclinantur ad contumeliam & elationem, & ad alia iniurioſa, & ideo nihil curant de iuſtitia, propter quod ſi oporteat alterum ipſorum eligi, magis eſt eligendum committere ſorti q̃ permittere diuites ſolos principari in ſtatu populari.

f Sed de æquali quidẽ & iuſto, quãuis ſit ualde difficile inuenire ueritatem, de ipſis tamen facilius fortiori, quàm ꝑmittere potentes ſupergredi: ſemper .n. quærunt quod iuſtũ, & quod æquale qui minores, præeminentes autem nihil curant.

G

## LECTIO IIII.

DEmocratijs aũt exiſtentibus quatuor, optima quidẽ quæ prima ordine, quemadmodũ dictum eſt in ſermonibus qui ante hos. Eſt aũt & antiquiſsima omniũ hæc. Dico autẽ primã, ſicut ſiquis diſtinguant populos, optimus .n. populus qui terræ cultiuus eſt.

b Quare & facere cõtingit democratiam, ubi uiuit multitudo ab agricultura uel paſcuis.

c Propter quidem .n. quòd nõ multam ſubſtãtiam habet neq; uacans, ut non ſæpe congregationes faciat. Propterea aũt ꝙ non habent neceſſaria, circa opera immorant, & aliena nõ cõcupiſcũt, ſed delectabiliꝰ ẽ ipſis laborare quàm politizare & prĩcipari, ubicũq; nõ fuerint acceptationes magnæ à principãtibꝰ.

## LECTIO IIII.

POſtquam Philoſophus præmiſit hypotheſes & proprietates ſtatus popularis, intendit hic determinare ex quibus & quomodo ſpecies ipſius inſtituantur. Et diuiditur in duas, qm̃ in prima parte oſtendit ex quibus, & quõ inſtituitur optima Reſpub. popularis. In ſecunda cũ dicit. {Quomodo ergo &c.} Ex quibus & quomodo aliæ. Prima in duas. Qm̃ primo facit quod dictum eſt. Secundo cum dicit. {Vbi aũt & accidit &c.} Oſtendit vbi facile eſt eam inſtituere. Prima diuiditur in partes tres. Qm̃ in prima parte dicit ex quibus eſt optima Reſpub. popularis. In ſecunda cũ dicit. {Ad inſtituendum aũt &c.} Declarat quibus legibus firmanda & inſtruenda. In tertia cum dicit. {Poſt agricolam aũt &c.} Declarat qualiter aliæ multitudines populares ſe habent ad illam, ex qua inſtituitur optima Reſpub. popularis. In prima duo facit. Qm̃ in prima parte declarat ex quibus eſt optima Reſpub. popularis. In ſecunda cum dicit. {Propter quidem.n.&c.} Probat quoddam ſuppoſitum. In prima primo facit quod dictũ eſt. In ſecunda cũ dicit. {Quare & facere &c.} Concludit corollariũ. In prima dicit cũ ſint quatuor ſpecies ſtatus popularis, optima eſt quæ eſt prima ſm̃ ordinem inter illas, ſicut dictum eſt prius.

F Optima.n.Reſpub. ſimpliciter regnum eſt, in qua vnus principatur, deinde ſtatus optimatũ, in quo pauci virtuoſi. Deinde aũt Reſpub. in qua adhuc plures bellicoſi. Deinde autẽ hæc ſpecies popularis ſtatus, in qua plures agriculturam colentes principantur. Deinde aũt aliæ ſpecies ipſius plus & plus deficientes ab ea, ſicut dictũ eſt ĩ Quarto huius. Iſta aũt eſt antiquiſſima omniũ ſtatuũ popularium, & antiquior multitudo, & magis naturalis eſt agricultiua. Dixit aũt ipſam primã eſſe, quia eſt ex prima multitudine & optimo populo, cuiuſmodi eſt terræcultiuus, ſiquis ſupponat diſtinctionem multitudinis popularis in terræcultiuam & nõ terræcultiuam, & cõſiſtit virtus rationis ſuæ ĩ hoc, Optima & prima Reſpub. popularis eſt ex optima & prima multitudine populari, optima autem & prima multitudo eſt terræcultiua; ergo prima & optima eſt Reſpub. popularis ex multitudine agricultiua. Deinde cum dicit.

b ¶ Concludit corollarium dicens, ꝙ quia optimus populus eſt agricultiuus, ideo de facili contingit fieri optimam Rempub. popularem, vbi eſt talis populi multitudo, ex optima .n. materia bene diſpoſita cõtingit fieri optimum compoſitũ, & in his quæ fiunt natura, & in his quę fiunt arte. Deinde cum dicit.

c ¶ Probat quod ſuppoſuit. ſ. ꝙ multitudo agricultiua ſit optimus populus. Et primo facit hoc. Secundo cũ dicit. {Quod quidem igitur &c.} Concludit concluſionẽ principaliter intentã. Primum probat ex tribus, & ſm̃ hoc poteſt diuidi ĩ tres partes. Primo probat, ꝙ agricultiua multitudo eſt optima, quia non eſt machinatiua. Secundo cũ dicit. {Propterea autem &c.} Quia non eſt concupiſcitiua. Tertio cũ dicit. {Adhuc aũt quod domini ſunt &c.} Quia non eſt ambitioſa. In prima parte dicit, ꝙ multitudo agricultiua, quia non habet diuitias multas, nõ multum poteſt vacare ab operationibus exterioribus, ſed neceſſe eſt intendere ad culturã terræ ex qua ſuſtentatur, & ad alia neceſſaria, & quia nõ poteſt vacare ab exterioribus, non appetit facere congregationes, & ideo minus machinari poteſt. Solent enim in congregationibus propter mutuam collocutionem & adinuicem confidentiam machinari, inueniendo vias & modos inſurgendi contra diuites, aut principantes, & quia minus machinatiua eſt, melior eſt ad politizandum. Secundo cum dicit. {Cum enim laborandum ſit illis circa neceſſaria, &c.} Probat quòd eſt optima, quia non eſt concupiſcitiua, dicens quòd huiuſmodi multitudo, propter hoc quòd non habet neceſſaria ad bene viuendum, neceſſe habet intendere circa exteriora opera exterius in regione, & quia operationibus exterioribus intendunt, minus concupiſcunt aliena. Habitantes enim exterius in regione, intendentes propriis operibus, non percipiunt diuitias & bona principantiũ, & quia non aduertunt minus concupiſcunt, imo magis delectabile eſt eis intendere negociationi circa propria q̃ intromittere ſe de Repub. aut principatu, etiã vbi tunc non contingit multũ lucrari in principatu vel Repu. multitudo.n. popularis magis intendit & appetit lucrũ proprium q̃ honorẽ. Hoc .n. eſt eis magis neceſſariũ & ſignũ eius, quod dictum eſt, eſt qm̃ multi tales antiquitus tyrannides crudeles ſuſtinuerunt, & ſtatus paucorum potentatus, & adhuc etiam multi ſuſtinent, cum non prohibentur ab operibus propriis, nec

Sed de æquo & iuſto, quamquam ſit admodum difficile in illis reperire ueritatem, tamen facilius eſt ſortiri, quàm perſuadere his qui plus habere poſſunt. Semper enim, qui imbecilliores ſunt, æquum & iuſtum quærunt, ſed qui plus poſſunt, iſta non curant.

## LECTIO IIII.

*CVm uero quatuor ſint gubernationes populares, optima eſt illa, quam primo gradu poſuimus, ut ſuperioribus libris dictum eſt. Eadem quoque antiquiſsima omnium. Dico autem primam ſecundum diſtinctionem populorum. Nam optimus populus eſt ille, qui ex agricolis conſtat.*

H *Itaque et popularis ſtatus effici datur, ubi multitudo uiuit ab agricultura, uel paſcuo.*

*Negocioſa quidem, quia nondum multum habet, ex quo fit, ut raro cõcionem agant. Cum enim laborandum ſit illis circa neceſſaria ad uictũ, operibus diſtinentur ſuis, & aliena non appetunt, dulciuſque illis eſt opus facere, quàm in Repub. uerſari, niſi magna in gubernando ſint emolumenta ſuſcepturi. Plerique enim magis lucrum appetunt, quàm honorem.*

I K



nec multum aufertur de ſubſtantia eorum, ſic enim intendentes propriis operibus, quidam eorum faciliter fiunt diuites, alii vero non egentes, & quia ſic aliena non concupiſcunt, meliores ſunt ad gubernandum, quia minus inſurgunt & minus rapiunt aut furantur, hoc enim erat vna cauſa corruptionis Rerumpu. determinata ĩ Quinto huius. Deinde cum dicit.

d ¶ Probat idem ꝓpter hoc ꝙ non eſt ambitioſa. Et primo facit hoc. Secundo cõcludit corrolariũ cũ dicit. {Quapropter vtile eſt.} In prima parte dicit, ꝙ ſi huiuſmodi multitudo habeat aliquem appetitum honoris ꝙ neceſſe eſt, quia homines naturaliter honorem appetunt, vt apparet ſecũdo Rhetoricę, appetitui eorũ ſatisfit per hoc quòd in quibuſdã Rebuſpub. popularibus dominium habet in eligendo & corrigendo principatus, quod eſt maximum. In aliis autem popularibus ſtatibus, quamuis nõ attingant ad electionem principatuum, cum principatus per partes, hoc eſt particulares eligibiles ſũt ex omnibus indifferenter, ſicut in Mantinea, vbi hoc ſeruabatur. In aliis autem poteſtatem habet huiuſmodi multitudo ſuper conſilium Reipu. quod ordinat de omnibus, & hoc ipſum quòd dominiũ habet ſuꝑ ipſum conſilium multis eſt ſufficiens ad ſupplendũ appetitum prædictũ, & eſt opinandum, ꝙ iſta quę dicta ſunt ſcilicet multitudinẽ habere poteſtatem in eligendo & corrigendo principatus, & ipſos attingere ad aliquos principatus minores, & habere dominium ſuper conſilium, eſt ſicut quidã ornatus, & bona diſpoſitio ſtatus popularis, ſicut fuit in ciuitate Mantinea prædicta. Deinde cum

e ¶ Cõcludit ad manifeſtationem eius, quod dictũ eſt, quoddam correlarium primo. Secundo cum dicit. {Neceſſe autem politizantes &c.} Aſſignat rationẽ eius. Primo ergo dicit, ꝙ qa ea quæ dicta sũt, ſunt ornatus quidã ſtatus popularis & bona diſpoſitio. Diſpoſitio expediens eſt in prædicta ſpecie ſtatus popularis, & conſueuit obſeruari in ea agricultiuam multitudinem habere poteſtatem ſuper electione

Qui multi.n. magis appetũt lucrum & honorẽ. Signum autẽ, etenim antiquas tyrannides ſuſtinuerunt, & Oligarchicas ſuſtinent, ſiquis ipſos operari non ꝓhibeat, neq; auferat aliquid. Celeriter.n. ii quidem ditantur ipſorum, ii aũt non egent.

d Adhuc aũt, quòd domini sũt eligendi, & corrigendi, ſupplet indigentiã ſi quid ambitiõis habent, qm̃ apud quoſdã demos, quãuis non participent electione principatuũ, ſed quidam eligibiles ſm̃ partem ex omnibus ſicut & in Mantinea. Eius aũt qđ eſt cõſiliari domini ſint ſufficiẽter hoc multis, & oportet putare, etiã hoc ſchema eſſe quoddã democratiæ, ſicut in Mantinea aliquando erat.

e Propter quod vtique & expediẽs eſt prius dictæ democratiæ & exiſtere conſueuit eligere quidem principatꝰ, & corrigere & iudicare oẽs, principari aũt maximis electos, & ab honorabilitatibus maioribus: a maioribus aũt ab honorabilitatibus quidẽ nullum, ſed eos qui poſſunt.

f Neceſſe aũt politizãtes ſic politizare bene, prĩcipatus.n. ſemper meliores erunt populo conſulente, & epiiceis nõ inuidẽte, & epiiceis & inſignibus ſufficere hunc ordinẽ, ſubicientur .n. nõ ſub aliis deterioribus, & prĩcipabũtur iuſte, propter ꝙ correctionũ ſint alii domini, ſuſpendere.n & non omnem licere facere quodcumq; videatur expediens, poteſtas.n. agendi quodcumq; voluerit aliquis non põt ſeruare ꝙ in vnoquoque hominum tribuale.

g Quare neceſſariũ accidere, quod quidẽ eſt maximi profectus in politiis, principari epiiceis impeccabiles exiſtentes, nihil minorata multitudine.

h Quòd quidẽ igitur hęc democratiarũ ſit optima manifeſtũ, & ꝑꝑ quã cauſam, quia ꝑꝑ qualem quendam eſſe populum.

A principatus & correctione, & iudicare cum errauerint & principatus maiores eligi ab ea ex eis qui habent honorabilitates maiores vel virtutum vel diuitiarum, vel ex maioribus ſecundum nobilitatem, aut non eligi per eos qui habent tales honorabilitates magnas, ſed eos qui poſſunt intendere non coacti propter indigentiam circa neceſſaria vacare. Deinde cum dicit.

f ¶ Aſſignat rationem huius dicti primo. Secundo cum dicit. {Itaque neceſſe eſt.} Infert correlarium ex ipſa. In prima parte dicit, ꝙ ſi hoc obſeruetur qđ dictũ eſt, neceſſe erit in tali Repu. optime gubernare, ex hoc.n. multæ vtilitates contingent in Repu. Primo quidem ex parte principis, ſic.n. magiſtratus per meliores regentur, cum aſſumuntur ab aliqua honorabilitate, iterum ex parte populi contingit populum conſiſtere & non inſurgere, nec etiam inuidere excellentibus viris & inſignibus ſufficiet hæc ordinatio, ſi enim principatus aſſumantur ab honorabilibus non ſubiiciẽtur deterioribus ipſis, ſi quidem eos nõ contingat principari iterum principantes magis iuſte principabuntur conſiderãtes, ꝙ ſunt alii in Repu. qui poſſunt corrigere eorũ delicta, ſi iniuſte egerint. Hoc.n. expediens eſt in tali ſtatu populari corrigere & ſuſpẽdere delictum principantiũ, ita ꝙ non liceat eis facere quodcumque videbitur ipſis. Habens enim poteſtatẽ agendi quodcumque videbitur ei, non habet potentiam obſeruandi ſm̃ rationem exceſſus, qui ſunt in vnoquoq; hominũ. Deinde cum dicit.

g ¶ Ex iſtis concludit correlariũ dicens, ꝙ ex his quæ dicta ſunt ſi obſeruentur, neceſſarium eſt accidere in Repu. maxime ꝑfectum ſcilicet, bonos & iuſtos principari, & non delinquere, timentes punitionẽ & correctionẽ & multitudinẽ, nihil minus habere q̃ debeat, ẽ.n. domina maiorũ. Deĩde cũ dicit.

h ¶ Concludit concluſionẽ prĩcipaliter intentã, dicẽs ꝙ manifeſtũ eſt ex dictis, ꝙ hæc ſpecies ſtatus popularis q̃ dicta eſt, optima eſt, & ꝑꝑ quam cauſam, qm̃ propter hoc ꝙ populus ex quo cõſtituitur optimus eſt. Deinde cũ dicit.

*Signum huius eſt quòd tyranndes antiquitus pertulerunt, & nunc paucorum potentiam perferunt, modo ſuã rem agere illis permittatur, neque diripiantur quæ habent. Cito namque alii eorum diuites efficiuntur, alii egere deſiſtunt.*

B *Præterea, ſi qua cupido honorũ eis ineſt, facile adimpletur per poteſtatẽ quam in concionibus habent creandi magiſtratus, & corrigendi delicta. Nam in quibuſdã ciuitatibus, & ſi nõ eligit populus magiſtratus, ſed quidã per partes deputati ex omnibus, ut apud Mantineã, tamen ſatis eße putant, quòd conſulendi deliberandique habent poteſtatẽ, ac putandum eſt hãc eße tamquam formam aliquam popularis gubernationis, ut fuit quandoq; apud Mantineam.*

C *Quapropter utile eſt prius dictæ populari gubernationi, & ita conſuetudo fuit, eligere quidem magiſtratus & corrigere, & iudicare omnes, magiſtratus autem maximos geri per eos, qui electi ſint & a cenſibus maioribus maiores, uel a cenſibus, nullum, ſed per eos qui poßunt.*

D *Neceße eſt autem cum ita gubernatur Reſpub. eam bene gubernari, nam magiſtratus ſemper ab optimis gerentur, populo ita uolente, neque præſtantioribus inuidente, nobilibus autem ipſis & præſtantibus hic gradus ſufficiet, non enim ſuberunt aliis deterioribus. Ipſi uero magiſtratus gerent iuſte, quia pœnam formidabunt, quoniam corrigere ad alios pertinet, compeſci enim ac non licere facere quicquid quis uelit, utile eſt, nam licẽtia agendi quod quiſque uelit, cuſtodire non poteſt ingenitam unicuique hominum prauitatem.*

E *Itaque neceſſe eſt illud euenire, quod optimum eſt in Rebuſpublicis, ut magiſtratus a præſtantioribus gerantur, ſine ulla populi diminutione.*

*Quòd igitur hæc popularium gubernationum eſt optima, patet, & qua de cauſa, quia ob talem aliquem eſſe populum.*

i Ad inſtituendum aũt populũ agricolã, aliquæ legum apud antiquos poſitarũ antiquitus, vtiles oẽs, aut totaliter non licere poſſidere ampliorem terrã mẽſura quadam, aut ab aliquo loco ad municipium & ciuitatẽ.

K Erat autẽ antiquitus in multis ciuitatibus lege ſtatutum neque licere vendere primas ſortes.

l Eſt aũt & quem dicunt Oxyli legẽ eſſe tale aliquid potens nõ mutuare ad aliquam partẽ terræ exiſtentis vnicuique.

m Nunc aũt oportet dirigere, & lege Aphytolorũ, ad id enim quod dicimus, eſt vtile. Illi .n. quidem exiſtentes multi, poſſidentes aũt terram paucam, tamen oẽs terrã colũt: apprecian tur.n. non totas poſſeſſiones, ſed ſecundum tantas partes diuidẽtes, vt habeant excedere preciis etiam pauperes.

n Poſt agricolam aũt multitudinem optimus populus eſt, vbi paſtores ſunt & viuunt ex pecoribus. Multa.n. habet conſimiliter agriculturæ & actionibus ad bellica maxime iſti exercitati ſunt ſecũdũ habitus, & vtiles ſĩt corpora, & potentes venari.

o Aliæ autẽ omnes multitudines fere ex quib⁹ reliquæ democratiæ cõſiſtunt, multo deteriores iis, vita.n. praua, & nullum opus cũ virtute eorum quæ tractat multitudo, & quę banauſorum, & quæ forenſium hominũ, & quæ mercenaria.

p Adhuc aũt, propterea ꝙ circa forũ & circa municipiũ conuerſantur, omne tale genus, vt ẽ dicere, facile congregationes facit. Qui aũt terræ cultores, propterea ꝙ diſperſi ſunt ꝓ regionem, neque concurrunt, neq; ſimiliter indigent ſynodo hac.

F

*Ad conſtituendum autem populũ agricolam, tum leges quædam antiquitus apud multos latæ utiliſſimæ ſunt, tum illud uniuerſaliter, ne liceat cuiquam habere plus agri, quàm menſuram certam, uel ab aliquo loco ad oppidum & ciuitatem.*

G *Erat antiquitus in multis ciuitatibus lege cautum, non licere uenditionem facere bonorum primæ hæreditatis.*

*Eſt etiam lex, quam dicunt Oxyli fuiſſe, ne liceat cuiquam fœnerari ſuper aliqua fundi parte, quam quis haberet.*

*Dirigere etiam id oportet Aphytalorum lege, eſt enim utilis ad id quod dicimus, illi enim quamquam ſint per* H *multi, poſſideant autem exiguam regionem, tamen omnes agricolæ ſunt, quoniam precia conſtituunt, non totarum poſſeſſionum, ſed per tales partes diuidentes, ut etiam pauperes faciliter eas preciis ſuperare poſſint.*

*Poſt agricolarum multitudinem, optimus eſt populus, ubi paſtores ſũt & uiuunt ex animalibus. In multis uero hæc cum agricultura conuenientiã habet, utrique enim corporibus exercitati ad bellicas expeditiones, utiliſſi* I *mi ſunt ac potentes ſub diuo conſiſtere.*

*Cæteræ uero multitudines quaſi omnes, ex quibus alii ſtatus populares conſtant, multo quàm hi deteriores ſunt. Nam opificum quidem ac forenſium, & mercenariorum, uilis eſt uita, nullumq; uirtutis opus eorum quæ tractat multitudo.*

K *Et inſuper, quia huiuſmodi genus hominum circa forum urbemq; ut ita dixerim, aſſidue hæret, faciliter conciones agitat. At agricolæ quia ſparſim habitant per agros, neque in unũ cocunt faciliter, neque ſimiliter indigent huiuſmodi congregatione.*

i ¶ Declarat quibus legibus vtendum eſt ad conſiſtentiam ipſius, & diuiditur in partes quatuor ſecundum quatuor leges, quas dicit expedire ad conſiſtentiam ipſius: ſecunda ibi. {Erat & quem dicunt antiquitus &c.} Tertia cum dicit. {Eſt autem, &c.} Quarto ibi. {Hunc autem oportet &c.} In prima dicit, ꝙ ad inſtituendum populum agricultiuum in populari ſtatu prædicto, ſunt vtiles quædam leges apud antiquos quoſdam poſitæ. Prima quidem eſt non licere poſſidere aliquem in ciuitate quantumcumq; quãtitatem terræ, ſed ſecundum menſurã determinatam, nam ſi liceret poſſidere quãtamcumque poſſent acquirere, & ditarentur nimis, & non remaneret popul⁹ agricola, aut ſi permittatur habere quantamcumque menſurã terræ, non tamen in loco propinquo municipio ciuitatis, ſed in remoto magis, hoc enim modo neceſſe haberet magis habitare in loco remoto a ciuitate quàm in ipſa, & minus poſſet machinari & nocere. Deinde cum dicit.

K ¶ Ponit ſecundã legem & dicit, ꝙ antiquitus ſtatutũ fuit in multis ciuitatibus & lege ordinatum ꝙ aliquid quod ad propoſitum expedit, ſcilicet, non licere vendere vel alienare primas ſortes quas acceperunt a progenitorib⁹, ſicut filiis iſrael non licebat ſecundũ legem alienare ſimpliciter hæreditates, ſed tantum obligare ad tempus ſic enim per alienationẽ poſſeſſionum aliqui nõ efficiebantur pauperes, nec aliis per acquiſitionem ditiores præter proportionẽ. Deinde cum dicit.

l ¶ Ponit tertiam dicens, ꝙ eſt quædã alia lex quam dicunt fuiſſe Oxyli legiſlatoris, quæ eandem potentiam habet cum præcedenti, ſcilicet nõ mutuare aliquid ſuper portionem terræ quam aliquis habet, nec etiam ipſam poſſe obligare, & eſt eadem ratio iſtius legis & præcedentis, niſi ꝙ iſta magis reſtringit q̃ illa, illa enim prohibet alienationem terræ ſimpliciter in qua transfertur dominium, iſta autem obligationem retento dominio etiam. Deinde cum dicit.

m ¶ Ponit quartam dicens, ꝙ adhuc oportet populum agricolam dirigere ſecundum legem & ſtatuta Aphytalorum, id eſt illius gentis, ipſa enim vtilis eſt ad hoc, illi enim quamuis multi exiſterent & haberent paucam terram, omnes erant agricultores: illi enim ſi haberent terras vel poſſeſſiones vltra determinatam menſuram in lege, dabãt ad precium vel ad cenſum pauperibus, vel minus habentibus non totam, ſed diuidentes eas ſecundum aliquas partes, & retinebant ſibi quantum determinatum erat a lege, reſiduum tradentes ſecundum dictum modũ vt ſic etiam pauperes per terram acceptam ad cenſum aliqualiter venirent ad aliquem exceſſum diuitiarũ. Deinde cum dicit.

n ¶ Declarat qualiter multitudines populares aliæ ſe habẽt ad iſtam, & diuiditur in duas. In prima declarat ꝙ multitudo paſtoralis melior eſt poſt iſtam. In ſecunda cum dicit. {Aliæ aũt omnes &c.} Declarat ꝙ omnes aliæ deteriores ſunt ipſa. In prima parte dicit ꝙ optima multitudo popularis poſt agricultiuam eſt illa, quæ eſt ex paſtoribus viuentibus ex pecudibus. In multis enim conſimiliter ſe habet ad agricultiuã, ſicut enim illa neceſſe habet immorari extra ciuitatem circa agricultiuam, ſic iſta circa cuſtodiam & procurationẽ animaliũ. Item iſta multitudo eſt magis exercitata in actionibus bellicis ſecundũ habitus, ſunt .n. exercitati in cuſtodiendo a lupis, & latronibus. Item corpora habent bene diſpoſita, & ſunt fortes ſecundũ corp⁹ aſſuefacti frigoribus, & exercitati circa venationes: tales aũt bene diſpoſiti ſunt ad actus bellicos, vnde Vegetius in Libro de re militari dicit meliores milites eligendos eſſe ex venatoribus & carnificibus & fabris malleatorib⁹. Deinde cum dicit.

o ¶ Declarat, ꝙ aliæ multitudines deteriores ſunt multo, iſta aũt diuiditur in duas ſecũdum ꝙ hoc probat ꝑ duas rationes. Quarum ſecũdã ponit cũ dicit. {Adhuc aũt.} In prima dicit ꝙ oẽs aliæ multitudines popularis ſtatus, puta mercenariorum in ſuis operationibus, & forenſis, q̃ negociatur circa forum venalium & vilium perſonarũ, quæ locat opera ſua mercede, ſunt multo deteriores his quæ dictæ ſunt: parum .n. participant de vita, quę eſt ſecundũ rationem, & nullę operationes eorum ſecundũ ꝙ huiuſmodi ſunt exercitantes ad virtutem. Contrarium autẽ inuenitur in prædictis multitudinibus, quare iſtæ ſunt multo deteriores illis. Deinde cum dicit.

p ¶ Ponit ſecundam rationem dicens, ꝙ præter illud quod dictum eſt, multitudo forenſis & mercenaria, quę circa municipiũ ciuitatis moratur, vt in pluribus volunt facere congregationes, in quibus colligationes & conſpirationes faciunt contra principem, & etiam peruerſe ſententiant, propter hoc quod ab ipſis congregationibus lucrum recipiunt. Iſta autem ſunt corruptiua Reipub. & ideo peiores ſunt ad gubernandum, terræ cultores autem qui habitacula habent diſperſa per regiones iuxta terras quas excolunt, non conueniunt libenter ad huiuſmodi cõgregationes, quia per hoc retardarentur ab operibus neceſſariis, nec indigent, ſimiliter hac congregatione, propter hoc ꝙ magis habent ad vitam neceſſaria curare. Deinde cũ dicit.



q Vbi autem & accidit regionẽ poſitionẽ habere talem, vt regio multũ a ciuitate ſemota ſit, facile & democratiã facere bonã & politiã. Cogitur .n. multitudo ĩ agris facere habitacula.

r Quare oportet, & ſi hæc turba forenſis ſit, non facere in democraticis congregationib⁹ ſine multitudine quæ ꝑ regionẽ.

LECTIO V.

Qvomodo quidẽ igitur oportet ĩſtituere optimam & primã democratiam dictũ eſt. Manifeſtum autẽ & quomodo alias. Conſequent r.n. oportet tranſgredi, & deteriorem ſemper multitudinem ſeparare.

b Vltimam autẽ propterea ꝙ omnes cõmunicant, neq; ferre eſt omnis ciuitatis, neq; facile permanere non bene cõpoſitã legib⁹ & cõſuetudinibus. Quę aũt accidit corrũpere, & hanc & alias politias, dicta ſunt prius plurima fere.

c Ad firmandũ autem hanc democratiã & faciendum populũ impotentẽ, conſueuerunt præſides aſſumere q̃ plurimos, & facere ciues nõ ſolũ legitimos, ſed ſpurios, & eos qui ex vtrocũq; ciue. Dico aũt, puta ex patre vel matre, omne.n. conueniens magis tali populo.

d Conſueuerunt quidem igitur demagogi ĩſtituere ſic, oportet tamẽ aſſumere donec vtiq; excedat multitudo inſigniorũ & mediorũ, & nõ vltra hoc ꝓcedere.

A

*Quibus uero contingit ſitũ regionis talẽ eſſe, ut longe diſtent ab urbe, in his facile eſt popularẽ ſtatum laudabilẽ conſtituere, ac Rempub. ui enim ipſa compellitur multitudo quaſi colonias, per agros efficere.*

B *Quare & ſi forenſis turba ſit, tamen conciones in populari ſtatu non faciet abſque multitudine illa, quæ per agros habitat.*

*LECTIO V.*

*Qvomodo ergo conſtituenda ſit optima illa, ac prima popularis gubernatio, dictum eſt: patet etiam quomodo aliæ, ſubſequenter enim eſt deſcendendum, & deterior ſemper multitudo ſeparanda.*

C *Poſtremam uero ſpeciẽ, quia omnis multitudo ad illã recipitur, neq; cuiuſcumq; ciuitatis eſt eam perferre, neque facile permanere eã, niſi legibus, & moribus bene ſtabilitam. A quibus uero labefactari contingat, & hanc, & alias Reſpu fere dictum eſt prius in plurimis.*

*Sed ad conſtituendã hanc popularem gubernationẽ, & ad populũ roborandũ, conſueuerunt præſidentes recipere cõplures, ac ciues efficere, non ſolum legitimos, uerũ etiam ſpurios ex quouis ciue, id eſt ſiue ex patre ſiue ex matre, omne enim hoc, huic populo* D *magis conueniens eſt.*

*Conſueuerunt igitur hi qui populos ducunt, ita conſtituere, oportet tamen id facere quo ad exuperet nobilium mediorumque multitudo, neque ultra progredi, nam ſi tranſcendunt,*

q ¶ Concludit ex præcedentibus, vbi contingit fieri bonã Rempub. popularẽ. Et primo facit hoc. Secundo concludit documẽtum cum dicit. {Quare oportet.} Dicit igitur primo, ꝙ ſi in aliquo loco regio ſic ſit diſpoſita, aut terra cultiua multum remota ſit a municipio ciuitatis, facile eſt in illa ciuitatẽ bonum ſtatum popularem facere & inſtituere. Cuius ratio eſt, quia multitudo agricolarum cogitur ædificare in locis magis remotis a ciuitate & habitare in illis, propter quod raro venient ad congregationes, & ideo contra principantes non machinabuntur, & ipſi principantes in pace principabũtur. Deinde cum dicit.

r ¶ Concludit documentum quaſi ad remotionem obiectionis quæ poſſet fieri. Diceret enim aliqs ꝙ quamuis agricolæ non multum curent venire ad congregationes propter cauſã prædictam, forenſis tamen multitudo, & mercenaria nolẽt frequenter facere congregationes, & incidet inconueniens cõtra prædicta, quaſi ad huius remotionẽ dicit, ꝙ ſi turba forenſis, & mercenaria ſæpe velit congregari, expedit ordinari per legem vel tenere per conſuetudinem non facere congregationes aliquas, in quibus habeant poteſtatem de magnis non vocatis illis, qui habitant extra ciuitatem in regione, ex hoc enim ſequuntur duo commoda. Primum, ꝙ pauciores erunt congregationes, illi enim non ſæpe conuenire poſſunt propter remotionem & neceſſaria. Secundo quia iſti minus malitioſi ſunt & meliores vt frequentius reprimunt aliqualiter malitiam & aſtutiam forenſis multitudinis.

LECTIO V.

Poſtquàm Philoſophus declarauit, ex quibus & quomodo inſtituenda eſt optima Reſpub. popularis, declarat ex quibus & quomodo ſunt inſtituendę alię ſpecies ipſius deteriores vel inordinatiores, & circa hoc duo facit. Primo enim breuiter tangit ex quibus, & quomodo inſtituantur prædictæ ſpecies. In ſecunda cum dicit. {Vltimam autem &c.} Inſiſtit circa vltimam & inordinatiſſimam. In prima parte dicit, ꝙ ex prædictis manifeſtum eſt quomodo inſtituenda ſit optima Reſpu. popularis, quantum ad bonã ordinationem & primam ſecundum naturam. Ex quo poteſt eſſe manifeſtum, quomodo aliæ ſpecies ipſius ſint inſtituendæ, ſi.n. optima Reſpub. popularis ex multitudine optima inſtituenda eſt, & ſecundum ordinationem optimam ſibi conuenientem, cum alię deficiant ab ipſa, quædam minus, & quædam plus, manifeſtum eſt ꝙ oportet tranſgrediẽdo & a bona multitudine deteriorem accipiendo multitudinem, & a recta ordinatione per mittendo maiorem inordinationem ſecũdum plus & minus, ita ꝙ minus inordinata Reſpu. popularis poſt primã fit ex multitudine minus inordinata, & magis inordinata, ex magis inordinata, & maxime inordinata, puta vltima ex maxime ĩordinata, ſic enim differunt ſpecies ſtatus popularis ſecundum, ꝙ apparuit in Quarto huius. Deinde cum dicit.

b ¶ Inſiſtit circa vltimam, & primo tangit ꝙ non eſt bene manſiua de ſe. Secundo cum dicit. {Ad firmãdum autem &c.} Declarat ex quibus maxime cõtingit eã firmare. In prima dicit, ꝙ vltima ſpecies popularis ſtatus non poteſt bene ſuſtineri a tota ciuitate, puta a diuitibus & pauperibus, nobilib⁹ & ignobilibus, niſi ſit bene ordinata legibus, & conſuetudinibus cõuenientibus ei. Et ratio huius eſt, quia in hac Repub. populari tota multitudo, quæcumque ſit in ciuitate principatur ſicut aliquis vnus, & ſecundum ꝙ ei videtur. Nunc autẽ huiuſmodi multitudo quantũ ad maiorem ſui partem imprudens eſt & inordinata, & in operib⁹ ſuis ſequitur impetum magis q̃ rationem, propter qđ opprimunt maiores & corrumpunt iudicia, ex quo contingit corruptio Reipub. Quæ aũt ſunt quæ poſſunt corrũpere hanc Rempu. & etiam alias Reſpu. in vniuerſali & in particulari dicta ſunt prius pro maiori parte fere, dicit aũt fere, quia poſſunt eſſe aliqua, q̃ prius nõ tangebãtur. Deinde cũ dicit.

c ¶ Oſtendit per quæ contingit firmare hm̃ōi Rempu. Et diuiditur in partes duas, qm̃ primo docet per quæ contingit eã firmare intendendo ipſam. Secundo cũ dicit. {Eſt autem opus.} E Per quę contingit eã firmari remittẽdo. Circa primũ ponit quatuor obſeruandã, per quæ contingit eã firmare intendendo. Et ſcḋm ponit cũ dicit. {Adhuc aũt & talia.} Tertiũ cum dicit. {Adhuc aũt tyrannica.} Quartũ cum dicit. {Et viuere vt quis vult &c.} Circa primũ ponit primo documentũ illud. Secundo cũ dicit. {Conſueuerũt quidẽ igitur &c.} docet ipſum moderari. In prima dicit, ꝙ principes in hac Repu. populari ad faciendũ eã firmiorẽ, & ad faciendũ multitudinẽ popularẽ valde potentem, conſueuerunt coadiungere plurimos extraneos, & aliquando aliquos qui non ſunt legitimi ciues, ſed ſpurii, qui ſunt ex alterutro ciue patre vel matre, hoc.n. conueniens eſt huic Reipu. pluribus enim adiunctis Reipub. fortior eſt multitudo, fortior autem exiſtens magis poteſt reprimere exceſſus diuitum & volentium tyrannizare. Deinde cum dicit.

d ¶ Declarat qualiter moderãdum eſt iſtud documentũ, quia non quocumq; modo obſeruatum expedit dicens, ꝙ ductores

populi conſueuerunt facere, ſicut dictum eſt, hoc tamen aliqualiter expedit, aliqualiter autem non, quandiu enim poteſtas diuitum & nobilium & mediorum inter diuites & pauperes excedit poteſtatem ipſius multitudinis, expedit adiungere extraneos vſquequo potentia multitudinis excedat, ſed vltra hoc notabiliter adiungere q̃ plurimos, non ſimpliciter expedit propter duo. Primo, quia ſi numerus aduenarum excedat multū, accidit Rempublicā magis inordinatam eſſe, quia extranei adiuncti aut imprudētes ſunt & ſine virtute, vt in pluribus, aut non aſſuefacti in ordine Reipublicæ, & ideo ipſis habitis additur quidē ad potentiā & ad indiſcretionem. Exceſſus autem potentiæ ſine diſcretione Rempubl. corrumpit. Secundo, quia cum multi extranei adiunguntur turbantur nobiles & inſignes & magis grauiter ſuſtinent Rempub. propter hoc ꝙ deteriores ipſis aſſumuntur ad dominiū Reipublicæ, & hæc fuit cauſa ſeditionis, factæ in Repub. Cyrenenſium, ſcilicet, notabilis multitudo multitudini aſſumptorum ad Rempubl. ſi enim pauci adiuncti fuiſſent, non eſſēt ita notabiles, nec ita curarent. Paruum .n. malū negligitur, quia illud quod eſt paruū reputatur quaſi nihil, quia propriū ineſt ei, aut quia omnino non cognoſcitur, magnum autem magis eſt manifeſtū, propter quod magis curatur. Deinde cum dicit.

e ¶ Ponit ſecundum documentum dicens, ꝙ præter hæc inſtituta vel ſtatuta quę Cliſthenes inſtituit Athenienſibus ad agendum vel fortificandum ſtatum popularem ipſorum ſunt conuenientia ad firmandum prædictam Rempub. ſimiliter & illa quæ inſtituerunt popularis Reipub. conditores circa Cyrenem. Vnum quidem eorum eſt, ꝙ aliquę tribus de nouo faciendæ ſunt in ciuitate per aliquorum eiuſdem generis receptionē, & inexiſtentes augmentandæ ſunt per coniugia. Secundum vero ꝙ fraternitates & ſocietates circa aliqua particularia & propria plures exiſtentes reducendę ſunt in paucas & communes magis, ita vt ſint pauciores ſecundum numerum ſocietates, plurium autem hominum, & ſic omnia ſunt excogitanda, vt omnes adinuicem in ciuitate ſint permixti, vel ſecundum tribus quod fit per coniugia vel per ſodalitates, quod fit vel per conuerſationes vel congregationes communes: ſic enim magis adinuicem erunt vniti per dilectionem, & per conſequens fortiores, quia omnis virtus coniuncta fortior eſt ſeipſa diuiſa, tamen hoc faciendo obſeruandum eſt, ꝙ eædem leges & conſuetudines obſeruentur nunc & prius: ſi enim mutatis tribubus & ſodalitatibus mutarentur leges & conſuetudines, neceſſe eſſet Rempublicam mutari, quia leges & conſuetudines in Republica inſtituēdæ ſunt ſecundum ordinem ad Rempub. ſicut dicebatur prius in Tertio Libro. Deinde cum dicit.

f ¶ Ponit tertium dicens, ꝙ cum his ſtatuta tyrannorum videntur eſſe vtilia ad ſtatum popularem huiuſmodi, quia iſte ſtatus eſt ſicut quædam tyrannis, ſicut licentia ſeruorum, hoc eſt

Excedentes .n. inordinatiorem faciūt politiam, & inſignes exacerbant magis ad grauiter ſuſferre democratiā. Quod quidem euenit fieri cauſam ſeditionis circa Cyrenem, paucū quidē .n. malū negligitur, multū aūt factum magis in oculis eſt.

G

e Adhuc aūt & talia inſtituta ſunt oportuna ad democratiā talē, uelut Cliſthenes Athenis uſus fuit uolens augere Democratiā, & circa Cyrenem qui demū inſtituebāt. Tribus .n. aliæ faciēdæ plures & fraternitates & in proprijs ſacris, colligendum in pauca & cōmunia, & oīa ſophiſticādū, ut utiq; quā maxime ꝑmiſceātur oēs inuicē. Cōſuetudines aūt cōiūgant quę priores.

H

f Adhuc aūt & tyrannica inſtituta, demotica videntur oīa, dico aūt, puta anarchia ſeruorū. Hæc aūt vtique erit vſque ad aliquid expediens, & mulierum & puerorum.

g Et viuere vt quis vult diſſimulare, multum .n. erit politię tali auxiliās, delectabilius .n. multis viuere inordinate, q̃ tēperate.

I

h Eſt aūt opus legiſlatoris, & volentiū conſiſtere talem quandam politiā, non inſtituere maximum opus, neque ſolum vnū, ſed vt ſaluetur magis. Vno .n.

F

principatus ſuper ſeruos, ſimiliter principatus ſuper mulieres, & ſuper pueros coram quibus competat actio ſeruis contra dominos, & mulieribus contra viros, & pueris contra parentes, iſta enim inſtituunt tyranni, vt per hoc magis habeant beniuolentiam puerorum, mulierum, & ſeruorum, quæ ſunt magna pars ciuitatis, & per eandem rationē hoc expediens eſt in prædicta populari Republica. Sed intelligendum ꝙ hoc vtile eſt vſque ad aliquid, nō autem quantum ad omnia, inſtituere .n. principat⁹ prædictos coram quibus competat actio mulieribus, ſeruis, & pueris, quantum ad omnia quæ poſſent proponere contra viros dominos & parentes inconueniens eſt & diuidere ciuitatem, tamen inſtituere aliquos principatus coram quibus competat actio contra prędictos, tamen quantum ad pauca, & magna non eſt inconueniens in iſta Repub. quamuis ſimpliciter inconueniens ſit, & malum. Deinde cum dicit.

g ¶ Ponit quartum, dicēs, ꝙ adhuc ad firmandum ſtatum popularem talem vtile eſt, ꝙ principantes ī ea diſſimulent viuere ſubditorum vt volunt, non puniendo malas actiones omnes voluntarias, hoc enim multum auxiliatur tali Reipubl. quia multis delectabilius eſt inordinate viuere quàm temperate & ſecundum virtutem. Homines .n. vt in pluribus a ratione recta deficiūt. Ad defectionem autē rationis ſequitur viuere præter rationem & ordinem, pauci autē ſequuntur rationem rectam, & ideo pauci temperate aſſueſcūt viuere, multi autem inordinate, & ideo delectabilius eſt plurib⁹ inordinate viuere, quia magis aſſueſcunt, & ideo magis diligunt Rempu. in qua permittuntur in delectationibus viuere. Et eſt notandum ꝙ non dicit Philoſophus ꝙ præcipiendū ſit in iſta Repub. quantūcunq; ſit male ordinata viuere vt quis voluerit, nec etiā permittendum cū ſcitum fuerit, ſed diſſimulandum q̃d minus eſt. In nulla .n. ſocietate hominū ſi debet manere, præcipiendum eſt hoc, nec permittendū vſquequaq; & paſſim, ſed diſſimulandū quandoque ꝓp qualitatem perſonę, vel alicuius alterius circumſtantiarū, & ideo rationabiliter dixit Cōmentator ſuper ſexto Ethicorū, illum non eſſe verum legiſlatorē, ſed corruptorem magis, qui tales delectationes ſequendas lege ſtatuit vel permiſit paſſim, ſicut fecit Machometus, ꝓp quod in breui tēpore adheſerunt legi ipſius multi, quia delectabilius fuit eis viuere inordinate q̃ ſecundum ordinem. Deinde cum dicit.

K

h ¶ Docet ex quibus firmanda eſt per remiſſionē magis, & circa hoc primo tangit prẹeminentiā huius viæ ad prẹcedentē. Secundo cum dicit. {Qui aūt demagogi.} Ponit documenta. In prima dicit ꝙ ad legiſlatorem, & ad eos qui volunt permanere Rempub. iſtam talem qualē pertinet non multū laborare inſtituendo magnū opus, neque ſolū, ideſt nullū, intendendo eā, ſed magis pertinet ad eos laborare vt ſaluetur plurimo tpe, non .n. difficile eſt Rempu. qualitercumq; ordinatā permanere pauco tēpore vno vel paucis diebus, ſed difficillimū eſt ipſam manere multo

*turbatiorem efficiunt Rempublicam, ac nobilitatem exaſperando magis irritant, quæ cauſa ſeditionis fuit apud Cyrenem. Paruum enim inconueniēs conniuendo tranſitur, magnum uero in oculis hæret.*

*Inſuper, talia conſtituta, utilia ſunt ad popularem ſtatum hmōi, & ad populi corroborationē, qualia Cliſthenes Athenis factitauit, quo populi gubernationē augeret, & apud Cyrenē qui populum conſtituerunt. Tribus enim aliæ conſtituendæ ſunt plures, & ſodalitates priuatorū ſacrorum redigendæ ſunt ad pauca, & publica, & cuncta diligenter excogitanda, quo quàm maxime oēs ſimul admiſceantur, familiaritates, conuerſationeſque primæ diſiungantur.*

*Præterea, tyrannica machinamenta omnia uidentur eſſe popularia, ceu licentia ſeruorum, & mulierum, & puerorum.*

*Vt ſine ullo mœtu uiuant, ut uelint, permulti enim huiuiuſmodi ſtatum ciuitatis amabant, cum pleriſque dulcius ſit diſſolute uiuere, quàm modeſte.*

*Eſt autem opus legis poſitoris, & eorum qui uolunt ſtatum aliquem talē conſiſtere, nam ut cōſtituatur talis ſtatus, non magnum negocium eſt, neque ſolum, ſed magis ut ſeruetur,*



multo tempore, & ideo oportet reducere ad memoriam quæ ſunt ſaluantia & corrumpentia Reſpublicas, de quibus conſideratum eſt in Quinto, & per ea tentare quomodo ſaluetur Reſpublica, fugientes ea quæ corrumpunt ipſam, & inſtituentes leges & conſuetudines non ſcriptas & ſcriptas, in quibus compræhenduntur illa quæ ſaluent eandem, & nō debet aliquis credere, quòd illud ſtatutum ſit magis populare vel paucorum potentiæ, quod magis facit ciuitatē populariter viuere vel ſecundum ſtatū paucorum, ſed illa quæ faciunt eam permanere plurimo tempore, ſicut Philoſoph⁹ ſcripſit prius in Quinto, vbi dixit multa eorum, quæ vidētur popularia ſoluūt populares ſtatus & paucorum: ſi igitur illa expeditiora ſunt per quæ magis contingit ſaluari ſtatum popularem, talia autē ſūt remittentia vel quæ attenduntur ſecundum remiſſionem. Deinde cum dicit.

i ¶ Ponit documēta, quæ attenduntur penes remiſſionē ipſius, & circa hoc primo ponit documentum ſumptum ex diſtributione communium acceptorum ex condemnatione. Secundo cū dicit. {Adhuc autem eas.} Ponit documentū aliud ſumptum ex his quæ ſunt attendenda circa publicas vindictas Tertio cum dicit. {Quoniam autem vltimæ &c.} Ponit alia quæ accipiuntur ex his quæ circa congregationes, & iudicia ſunt ſeruanda. In prima dicit, quòd illi q ſunt ductores populi qui intendunt habere gratiā ipſius, multa inſtituunt in ſtatu populari faciendo in iudiciis ad vtilitatē pauperum apparentem & damum diuitum, puta quòd illa quę obueniunt ex condemnatione aliquorū diſtribuantur multitudini pauperum, propter quod contingit multitudinem male quandoque ſententiare propter dilectionem pecuniæ, & ideo oportet illum qui habet cordi ſaluationem popularis ſtatus, obuiando contrarium intendere & ordinare lege vel ſtatuto, quòd nihil eorum quæ confiſcantur ex bonis condemnatorum diſtribuatur multitudini, ſed dedicetur Deo & fiat ſacrum. Ex hoc enim continget, ꝙ iniuſta volentes agere, non minus dubitabunt q̃ ſi deberent diſtribui multitudini, æqualia enim amittēt modo vtroque, & iterum multitudo minus corrumpet iudicia & ſententias circa ea, circa quæ iudicatura eſt, non ſperans inde lucrum aliquod accipere. Deinde cum dicit.

k ¶ Ponit documentum quod ſumitur ex his quæ obſeruanda ſunt circa publicas vindictas. Circa quod eſt intelligendum ꝙ cum pœnæ quantitas debeat reſpondere quantitati delicti ſecundum legem iuſtitiæ, delictorum autem quædam ſunt occulta, quædam autem manifeſta & publica, oportet pœnam aliquā

aut duobus aut tribus diebus nō difficile manere politizātes qualitercumque: ꝓp quod oportet. de quibus conſideratū eſt prius quæ ſaluationes, & correctiones politiarum, ex iis tentare facere firmitatē, verentes quidē corrumpentia, ponentes autē tales leges & non ſcriptas & ſcriptas, quæ cōprehendent maxime ſaluantia politias & nō putare hoc eſſe demoticū, neque oligarchicum quod faciet ciuitatē q̃ maxime democratizari neque oligarchizari, ſed q̃d plurimo tpe.

B

i Qui aūt demagogi gratioſi, populis multa democratizāt ꝑ prętoria, ꝓp quod oportet, ad hæc contra agere eos qui cordi habent politiā, lege ſtatuentes nihil eſſe publicū, eorum quę cōdemnantur & feruntur ad cōe, ſed ſacrum. Qui quidem .n. iniuſta agunt, nihil minus verētes erunt, damnificabunt .n. ſimiliter: turba aūt, minus corrūpet ſententias de iis qui iudicātur, cum nihil debeat accipere.

C

k Adhuc aūt eas quæ fiunt publicas vindictas, q̃ pauciſſimas ſemꝑ facere, magnis damnis ꝓhibentes eos qui vane ſcribunt, non .n. populares, ſed inſignes conſueuerunt inducere. Oportet aūt politiæ, omnes ciues maxime quidē beniuolos eſſe, ſi autem non, numquam vt aduerſarios putare dominos.

D

l Quoniā aūt vltimę democratiæ multorū hominū ſunt, & difficile congregari ſine mercede, hoc aūt vbi redditus nō exiſtūt ētes aduerſariū inſignib⁹, ab illa

E

A

do eſſe occultam, aliquando autem manifeſtam, occultorū ſcilicet occultam, & publicorum publicam, homines autem naturaliter magis verentur publicam, contingit autem quandoque ꝙ in ſtatu populari multitudo pro minori & occulto delicto inducit publicam pœnam, ex quo contingit inimicitias fieri inter ciues, & hoc eſt quod prohibet Philoſophus in hoc documento di. ꝙ expedit ad ſaluationem Reipub. publicas vindictas cauere, puta fuſtigationem & eiectionem a Repub. vel ad minus valde paucas facere, prohibendo eos qui tales faciunt vel ſcribunt timore magni damni, tales enim vindictas publicas magis aſſueuerūt populares īdicere cōtra inſignes q̃ contra populares, ꝓp quod periculoſiores ſunt, vnde dicit Philoſophus, quia ſunt principia magnæ diſſenſionis, quia ſecundū Philoſophū in Quinto huius, totaliter inſignium diſſenſiones coaſſumere faciunt, & totam ciuitatem, & prius dixerat de diſſenſione dominorum loquens, ꝙ oportet ſubditos vereri & diſſoluere præſidia & potentum diſſenſiones, expedit enim in Repub. ciues omnes ſi poſſibile eſt, beniuolos eſſe, ſi autē nō eſt poſſibile ad minus cauere ꝙ numquam ſint aduerſarii illis q debent dominari ſubditis, facere autē tales publicas vīdictas multas, principium eſt maliuolentiæ, & ideo vitandæ ſunt. Deinde cum dicit.

l ¶ Ponit documēta ſumpta ex his, quę accidunt circa congregationes & iudicia, & circa hoc primo facit quod dictū eſt. Secundo cum dicit. {Tali autem quodam modo &c.} Inducit exempla ad manifeſtationem quorūdam dictorum. Circa primū declarat primo qualiter ſe habendum eſt quantum ad congregationē & iudicia, vbi non exiſtunt redditus. Secundo cum dicit. {Vbi autem ſunt redditus non facere &c.} Qualiter ſe habendū eſt vbi exiſtunt. In prima parte ipſe dicit ꝙ vltima ſpecies popularis ſtatus, de qua nunc eſt ſermo, eſt multorū hominum, quoniam ipſi omnes cōicant & difficile eſt omnes congregari ſine mercede, multos .n. & pauperes congregari ſine mercede difficile eſt, mercedē autem dare omnibus vbi redditus non ſunt, non poteſt eſſe ſine præiudicio diuitum. Neceſſe eſt enim mercedem tribuere ex his quæ inferuntur ab illis, vel quæ accipiuntur ab eis depauperando eos, & ex hoc fiunt mala iudicia malorū, propter quæ deſtructę ſunt multæ Reſpu. populares, oportet in populari ſtatu, in quo non ſunt redditus communes, q̃ pauciſſimas & tantū neceſſarias facere cōgregationes, & iudicia fieri quidem ex multis, ſed paucis diebus, & iſtud quidem expedit ꝓp duo: ſi enim fiant paucæ congregationes, pauciora expendentur in ipſis, & diuites non timebunt

*uno enim, uel duobus, uel tribus diebus permanere, quomodocumq; gubernantibus haud difficile eſt. Quapropter opus eſt ex his, quas ſupra retulimus conſeruationibus, & corruptelis Rerumpublicarum, cautelam aſſumere, cauendo illa quæ corruptiua ſunt, ac leges tales ponendo, & ſine ſcripto, quæ & ſcriptas conſeruationes ſtatus maxime comprehendant, neque putare id eſſe populare, neque paucorum potentiæ, quod efficiat ciuitatem, maxime a multis, uel a paucis gubernari, ſed quòd quàm plurimum tempus.*

*At nunc hi qui ſunt potentes in populis, gratificantes multitudini, multa populariter agunt, per publicationes bonorum in iudiciis factas, quare oportet eos, qui curam ſalutis habent Reipub. contra moliri, leges ponendo, ut damnatorum bona, ſacra ſint & nō in publicum, ſed in ſacrum referantur. Hæc enim lex nihilominus iniurias cōpeſcet, nam pœna eadem erit. Populus autem minus cupide damnabit, cū nihil ſit utilitatis ex damnatione ſuſcepturus.*

*Inſuꝑ, publicas accuſationes quàm rariſſimas facere, magna pœna conſtituta aduerſus eos qui falſo accuſarint, non enim populares in iudicium uocare conſueuerunt, ſed nobiles: oportet autem erga ſtatum Reipub. quantum fieri poteſt, omnes reddere beniuolos, quod ſi id fieri nequeat, ſaltem conari ne hoſtes exiſtiment eos, qui gubernant.*

*Cū uero poſtremæ illæ ſpecies gubernationum popularium in multitudine conſiſtant, ac difficile ſit ut concionibus uacare poſſint, ſine alicuius mercedis ſuſceptione, hoc autem*

paucas expenſas, quàmuis ipſi non accipiunt, ſed pauperes tantum. Secundò, quia multo melius ſi conueniant multi & inſignes & pauperes iudicabunt ſecundum legem iuſtitiæ, plures autem poterunt conuenire ſi paucę fiant congregationes & pauca iudicia, diuites enim vbi non lucrentur nec honorem reportant, nolunt dimittere propria multis diebus vel ſępe, pauco autem tempore magis ſuſtinent. Deinde cum dicit.

m ¶ Declarat quomodo ſe habendum eſt vbi redditus exiſtunt, & primo quid cauendum eſt. Secundo cum dicit. {Sed oportet eum.} Quid ſit obſeruandum. In prima dicit quod in ſtatu populari vbi redditus ſunt, cauendũ eſt ne fiat illud quod ductores populi vel procuratores in ea cõſueuerunt facere. Illa enim quæ obueniunt diuerſis temporibus, cũ obuenerint distribuũt multitudini per partes, & ipſi ſic accipientes de facili conſumunt & ſtatim indigent, hoc enim tale auxilium eſt iſtis, ſicut lagena perforata pauperibus, quicquid enim paulatim immittitur ex vna parte, effunditur ex alia, nec vnquam hoc modo contingit eam repleri. Deinde cum dicit.

n ¶ Tangit quid eſt obſeruandum magis, & primo facit hoc. Secundo tangit vias per quas cõtingit deuenire ad illud cum dicit. {Artificiãdum igitur &c.} In prima dicit, quòd ita dictũ eſt, quòd non oportet facere ſicut ductores populi faciũt, ſed oportet cum quis habet curam popularis ſtatus prouidere qualiter multitudo popularis pauperũ abũdet vel nõ egeat, egeſtas enim ipſius facit eam eſſe prauam, difficile eſt enim indigẽtem exiſtentem operari bene, ſicut dicitur primo Ethicorũ, & ideo laborandum eſt multum, qualiter ſint abundantes continue. Deinde cum dicit.

o ¶ Tangit vias aliquas per quas contingit eos fieri diuites, & diuiditur ſecundũ tres vias quas tangit, & incipit ſecũda pars ibi. {Maxime autem &c.} Tertia ibi. {Et ſi non omnibus &c.} In prima dicit quòd expediens eſt ad vitandum indigentiam in ſtatu populari, congregare in aliqua quantitate notabili ea quę obueniunt ex redditibus communibus, & tunc ſimul pauperibus diſtribuere ſecundum aliquas magnas partes ſimul, vt vnuſquiſque de multitudine ſi poteſt fieri tantum accipiat ſimul, quod poſſit ſibi acquirere fundiculum aliquem, hoc eſt paruam menſuram terræ ex qua vlterius lucrari poſſit, hoc enim expedit diuitibus, quia non grauantur per hoc, & etiam pauperib⁹ magis quàm ſi ſecundũ prauas partes, & ſæpe reciperent quod nunc obſeruant ductores populi ſecundum quod dictum ẽ prius. Deinde cum dicit.

p ¶ Ponit ſecundã dicens quod ſi hoc non poteſt fieri commode, ſaltem dãdæ ſunt eis occaſiones inducentes eos ad negociationes & agriculturam, vt ſic ex altero iſtorũ vel ex vtroque ditentur. Deinde cũ dicit.

q ¶ Ponit tertiam dicens quòd ſi non ẽ poſſibile ſingulis diuitibus aliquid inferre ad diſtribuendum pauperibus, ſaltẽ expedit ipſos immittere aliquam quantitatem pecuniæ, vel ſecundum tribus vel ſecundum fraternitates, vel ſecundum aliquam aliam talẽ collectionem ad diſtribuendum pauperib⁹ in congregationibus neceſſariis, & vt libẽtius hæc faciant tollendę ſunt expenſæ ſuperuacuæ. quas ſolent facere diuites puta expenſę conuiuiorum, & oblationum vanarum. Deinde cum dicit.

r ¶ Manifeſtat per exemplum prædicta, & primo per exemplum Carthaginenſium. Secundo cum dicit. {Bene autẽ habet &c.} Per exemplum Tharentinorũ. In prima parte dicit quod Carthaginẽſes bene politizãtes acquiſiuerunt amicitiã populi ſecundum modum prædictum, ſemper enim inſignes & diuites accipiebãt aliquos de pauperibus deſtinantes eos ad negocia domuum ſuarũ procuranda, & mercedem dantes faciebant eos diuites. Iterum inſignes magis gratioſi & magis ſecũdum intellectum agẽtes, aſſumebãt pauperes dantes eis occaſiones aliquas, per quas prouocabantur ad operationes, ex quibus ditabantur. Deinde cum dicit.

f ¶ Ponit

tione.ii. & depopulatione neceſſarium fieri, & prætoria malorũ quæ multas iã Democratias euerterunt. Vbi quidẽ igitur redditus nõ exiſtunt entes, oportet facere congregationes paucas, & prætoria, multorũ quidẽ, paucis aũt diebus, hoc enim facit, G & ad non timere diuites expenſas, ſed diuites quidẽ non accipiant prętoriale, pauperes aũt, facit aũt & ad iudicare ſententias multo melius. Diuites enim multis quidẽ diebus non volũt a propriis abeſſe, breui autem tempore volunt.

m Vbi autem ſunt redditus nõ facere quod nunc demagogi faciunt, obuenientia enim diſtribuunt, accipiũt autem ſimul, & H rurſum indigent eiſdem, perforata enim lagena eſt tale auxilium pauperibus.

n Sed oportet vere demoticũ prouidere, qualiter multitudo non valde egens ſit, hæc.n. cauſa eius quòd eſt prauam eſſe Democratiam.

o Artificiandũ igitur, qualiter abundantia fiat diuturna. Quoniam autem expedit hoc etiã diuitibus, quę quidẽ a redditibus fiũt I congregantes ſimul tota oportet diſtribuere pauperibus.

p Maxime aũt ſiquis poteſt tãtum congregans quantũ ad fundiculi acquiſitionẽ, ſi autem nõ ad occaſionẽ negociationis & agriculturæ.

q Et ſi non omnibus poſſibile, ſaltem ſm̃ tribus vel ſecundum partem aliquã alteram in parte diſtribuere. In hoc autẽ ad neceſſarios ſynodos diuites inferre mercedem reſpuentes vanas K oblationes.

r Tali aũt quodam modo Carchedonii politizantes, amicum acquiſierunt populũ. Semper.n. aliquos de populo emittẽtes ad negocia domus, faciũt diuites. Gratioſorum autẽ & intellectũ habentiũ inſigniũ eſt & aſſumẽtes pauperes, occaſiones quidẽ dãtes, prouocare ad operationes.

*niſi redditus habeat ciuitas, maxime inimicum eſt præſtantibus uiris, nam ex tributo & publicatione bonorum, & ex iudiciorum improbitate, neceſſe eſt prouenire quòd multas iam popularium Reſpub. ſubuertit, ubi ergo publici redditus non ſunt, facere oportet conciones raras, & iudicia magna quidem, ſed paucis diebus duratura. Hoc autem confert ad illud quod non formidabunt impenſas opulenti, ſi diuites non capient mercedem iudicii, ſed pauperes. Confert etiam ad recte iudicandum multo magis. Nam qui magna patrimonia habent multis diebus abeſſe nolunt, a rebus ſuis Modicum uero abeſſe tempus, nõ moleſte ferũt.*

*Vbi uero ſunt redditus publici, non id facere quod nunc magni quidam in populo faciunt. Superflua enim diuidunt, ac ſimul capiunt, moxque rurſus indigent eiſdem. Eſt enim pauperibus, ceu uas perforatum, huiuſmodi emolumentum.*

*Sed oportet eum qui uere popularis ſit, uidere ne multitudo pauperie nimia prematur. Nam egeſtas prauam reddit populi gubernationem.*

*Conandum eſt igitur ingenioſe, ut abundantia aſſit diuturna. Nam id prodeſt etiam diuitibus. Congregantes uero illa quæ ex redditibus proueniunt, ſimul omnia ægenis tribuere oportet.*

*Præſertim ſiquis poſſit tantum congregare, quantum ſat eſt ad agelli cõparationem, uel ſaltem ad facultatem negociandi, & agrum colendi.*

*Et ſi non omnibus poſſibile, at ſecũdum tribus aut partem aliquam id facere. In hoc autem ad neceſſarios cõuentus mercedem diuites conferre cupidos inanium munerum.*

*Per talem aliquem modum Carthaginenſes gubernantes, amicum retinent populum. Semper enim quoſdã a populo mittentes in aliquas gubernationes eos diuites faciunt. Gratioſorum uero ac mentem habentium nobilium, eſt ſuſcipere ægenos, & occaſionem præbentes conuertere ad res agendas.*



f ¶ Ponit ſecundum exemplum dicens, quòd adhuc expedit ad ſaluandum ſtatum popularem imitari Tharentinos. Principantes enim inter eos diuites exiſtentes iumenta, & fructũ poſſeſſionum ſuarum faciebant communem multitudini dominium retinentes per actum liberalitatis, & ſecundum hoc fecerunt multitudinem pauperũ beniuolam ſibi, iterum oẽs principatus duplices inſtituebant, alteros aſſignatos per electiones, alteros autem per ſortem, per ſortẽ quidẽ aliquos, vt pauperes participarent, per electionem autẽ vt meliores poſſent accipere qui melius regerent Remp. Continget autẽ hoc facere & de diuerſis principatibus vnum accipere ſorte, reliquum electione, & etiam in eodem vnũ principatum ſic, aliũ autem illo modo, & tunc recapitulat dicens, quod quomodo oportet inſtituere ſtatum popularem, & ex quibus, & qualiter firmare maxime, infirmum circa illas dictum eſt.

LECTIO VI.

Poſtquam Philoſophus oſtẽdit ex q̃bus & quomodo inſtituenda eſt Reſpu. popularis, nunc oſtẽdit ex quibus & quomodo inſtituẽda eſt Reſpu. paucorum, & primo circa hoc dans intentionem dicit, quod oſtenſo ex quibus & quomodo inſtituenda eſt Reſpu. popularis, manifeſtũ eſt fere quomodo inſtituendæ ſunt Reſpu. paucorũ. Ferè autẽ dicit propter aliqua quæ ſunt propria Reipu. paucorum: cum enim ſpecies ſtatus paucorum quodãmodo cõtrarientur ſpeciebus ſtat⁹ popularis, & cõtraria ex cõtrarijs inſtituuntur & contrario modo: oportet vnãquamque ſpeciem ſtatus paucorum ex his inſtitui quæ contrariãtur illis ex quibus componitur contraria Reſpu. popularis, & modo contrario illi. Deinde cũ dicit.

b ¶ Proſequitur, & primo declarat ex quibus & quomodo optima Reſpu. paucorum eſt inſtituenda. Deinde cum dicit. {Similiter autem &c.} Ex quibus & quomodo ſpecies cõſequentes. In prima parte dicit, quòd ſpeciem ſtatus paucorum quę reputatur maxime temperata inſtituenda eſt modo conſequenter, hęc autem ſpecies ſtatus paucorũ eſt propinqua ei quę vocatur Reſpu. nomine communi, in qua principantur habentes arma & dignitatem aliquam diuitiarum, ſicut dictum eſt in Quarto etiam, & in qua honorabilitates, quæ attenduntur penes diuitias diſtinguuntur in maiores & minores: ſunt enim quidam habentes maiores diuitias, quidam minores. Similiter principatuum ſunt quidam magis neceſſarij & minores, quidam autem principaliores & maiores, minores autem habentes diuitias inter ipſos participant principantibus magis neceſſarijs, & maiores principalioribus, & licitum eſt in ipſa omnes habentes aliquam dignitatem diuitiarum attingere ad Rempu. Ad inſtituẽdũ igitur iſtã oportet inducere tantam multitudinẽ habentium honorabilitatem diuitiarum determinatam, vt cum ipſa ſint potentiores his qui non participant Repu. & vniuerſaliter oportet iſtam multitudinem aſſumi ex meliori populo: melior enim ſtatus paucorum ex meliori populo habente diuitias inſtituiſ, ſicut in omnib⁹ alijs ex melioribus ſit melius. Deinde cũ dicit.

c ¶ Declarat & qualiter, & quomodo inſtituuntur aliæ, & primo tangit modum inſtituẽdi omnes in vniuerſali. Secũdo cũ dicit. {Oppoſitæ vltimæ &c.} Inſiſtit circa vltimã & peſſime ordinatã. In prima parte eſt intelligendum, quòd ſpecies ſtatus paucorum quatuor conſequenter ſe habent ſecundum ordinem. Prima.n. eſt ex ampliori multitudine & minori honorabilitate diuitiarum, & magis ſecũdum rationem & legem ordinatam, ſequens autem ex pauciori multitudine & maiori abundantia diuitiarũ & minus vtens legibus. Tertia autẽ adhuc ex minori & ampliori multitudĩe diuitiarum, vltima aũt & peſſima ex quàm pauciſſima multitudine, & maxima honorabilitate, & ideo non recta legibus, ſed voluntate principantium, & ideo conſequens ſemper attenditur reſpectu antecedentis. Dicit igitur quod ſimiliter ſpeciẽ Reipu. paucorum conſequentem poſt primã & conſequentẽ poſt illam vſque ad vltimam, oportet inſtituere per intentionem eius quod obſeruatur in inſtitutione pręcedẽtis, vt v.g. ſi prima ex multitudine magna & parua honorabilitate diuitiarum inſtituitur, ſequens ex minori multitudine & maiori honorabilitate, & ſic vſque ad vltimam incluſiue, quę inſtituitur ex quàm pauciſſima multitudine paucorum & maxima honorabilitate diuitiarum. Deinde cum dicit.

d ¶ Inſiſtit circa vltimam & peſſimam, & circa hoc primo oſtendit quòd indiget multa cautela. Secundo cum dicit. {Democratias quidem igitur &c.} Oſtendit quomodo contingit ipſam firmari melius. Circa primum primo proponit. Secundo cũ dicit, {Sicut

f Bene habet autem imitari, & Tarentinorum principatum, illi enim cõmunia facientes poſſeſſa pauperibus ad vſum, beniuolam inſtituunt multitudinẽ. Adhuc autem principatus omnes duplices fecerunt, hos quidem eligibiles, hos autem B ſortiales, ſortiales quidem vt populus ipſis participet, eligibiles autem, vt politizarent melius. Eſt autem hoc facere, & de eodem principatu, partientes, hos quidem ſortiales, hos autem eligibiles. Quomodo quidem igitur oportet democratias inſtituere, dictum eſt.

LECTIO VI.

Erè autem & circa Oligarchias, quomodo oportet, manifeſtum ex C ijs, ex contrarijs enim vnamquamque oligarchiam oportet colligere, ad contrariam democratiam.

b Reputantem bene temperatam quidẽ maxime oligarchiarũ & primã, hæc aũt eſt quæ propinqua vocatę politię, qua oportet honorabilitates diuidere, has quidẽ minores, has aũt maiores faciẽtes. Minores quidẽ a quibus participabũt neceſſarijs D principatibus. Maiores aũt a q̃bus principalioribus habenti q̃ honorabilitatem licere participare politia, tantã populi multitudinem introducentes per honorabilitatem, cum qua valentiores erunt ijs, qui non participant. Semper autem oportet aſſumere ex meliori populo cõmunicantes.

c Similiter autem & communicantes, ſimiliter & conſequentem oligarchiam intendentes E oportet parum inſtituere.

d Oppoſitę vltimæ democratiæ ei quæ maxime poteſtatiua &

*Recte quoque ſe habet Tarentinorum exemplum imitari. Illi enim iumenta facientes communia ad pauperum vſum, beniuolam per hunc modum ſibi plebem conſtituunt. Magiſtratus inſuper omnes duplices faciunt, vt ſint alii per electionem, alii per ſortem. Quo enim populus capiat, per ſortem. Quo autem melius gubernentur, per electionem. Eſt autem hoc facere etiam in vno eodemque magiſtratu, vt alii ſorte, alii electione ad eum gerendum aſſumantur. Quemadmodum ergo oporteat gubernationes multitudinis inſtituere, dictum eſt.*

LECTIO VI.

*De paucorum quoque gubernationibus quomodo agendum ſit, patet ferè ex eiſdem. Nam per contrarium agendum eſt in omni paucorum gubernatione ad oppoſitam ſibi popularis gubernationis ſpeciem.*

*Reputando meram illam ac ſummam cæterarum gubernationem paucorum, & primam. Hæc autem eſt propinqua illi, quæ Reſpublica nuncupatur, in qua oportet cenſus diuidere & alios minores, & alios maiores facere. Minores quidem a quibus neceſſarii magiſtratus capiantur. Maiores uero, a quibus capiantur hi magiſtratus, qui ſunt principaliores, & qui tantum adepti fuerint cenſum, habiles ſint ad Rempublicam gerendã, afferente populo tantam multitudinẽ per ipſum cenſum, vt cum illa potentiores ſint qui gubernant Rempublicã quàm illi q̃ non gubernãt. Semper enim ex meliori populo capiẽdi ſunt illi, qui ad ſocietatẽ Reipu. capiuntur.*

*Similiter autem, in ea gubernatione paucorum, quæ ſequitur, intendentes, parumper eſt inſtituendum.*

*In ea uero quæ oppoſita eſt extremæ popularitati, quæ eſt paucorum*

{ Sicut enim corpora &c.} probat. In prima parte dicit, ꝙ illa ſpecies ſtatus paucorum opponitur vltimæ ſpeciei ſtatus popularis, quæ maxime eſt poteſtatiua & etiam tyrannica, quia in ipſa totus populus, tota multitudo velut vnus tyrannus principatur, tanto indiget ampliori cautela, quanto ipſa eſt peſſima omnium. Conſequenter cum dicit.
e ¶ Declarat hoc p ſimile, & in his quæ fiunt arte, & in his q̄ fiũt natura, quæ ſunt nobis magis nota dicens, ꝙ ſicut corpora animalium quæ bene diſpoſita ſunt ad ſanitatē propter bonam adinuicem primorum compoſitionem vel proportionem, & naues quę bene cõpaginatæ ſunt in ordine ad nauigationem poſſunt ſuſtinere plures errores, vt puta ictus vel paſſiões ab extrinſecis, ita vt nõ de facili corrumpãtur pp illa. Illa autem corpora animalium quæ male diſpoſita ſunt propter malam diſpoſitionē humorum, & naues non bene compaginatæ, ſed quaſi reſolutæ habentes prauos nautas, non poſſunt etiam ſuſtinere modicos errores, immo corpora animalium talium a modicis paſſionibus corrumpuntur, naues vero huiuſmodi ad modicũ impulſum venti vel vndę, vel ictum rupis franguntur, ita eſt & de Rebuſpub. illæ q̄ optime ordinatę sũt ſecundum rationem multos impulſus & magnos ſuſtinere poſſunt. Male autem ordinatæ a modicis corrumpuntur, & ideo maiori indigent cautela, ciuitatē. n. oportet intelligere compoſitam ex pluribus adinuicē ordinatis, ſicut animal ex pluribus membris, & nauem ex pluribus lignis. Deĩde cũ dicit.
f ¶ Docet ex quibus contingit eam firmari, melius, & primo in generali. Secundo cũ dicit. { Quoniam autem &c.} In ſpeciali. In prima parte dicit, quòd Reſpu. populares tyrannicæ & peſſime ordinatæ ſaluãtur propter multitudinem hominum gubernantium in eis, talis enim multitudo potentiam quandam habet, propter enim multitudinem iſtã opponitur iuſto ſecundum dignitatem, ità vt per potentiam eius ſuppeditetur huiuſmodi iuſtum ſecundum rationem in ipſa, ſtatus autem paucorũ ei oppoſiti qui potentatus dicuntur, & ſunt tyrannice, non ſaluantur per potentiam multitudinis, quia talem non habent, & ideo oportet ꝙ econtrario ſaluetur propter

maxime tyrannica oligarchiarum, quanto quidem peſſima, tãto ampliori cautela opus eſt.
e Sicut enim corpora, quæ bene diſponuntur ad ſanitatem, & naues quæ bene ſe habẽt nautis ad nauigationẽ, ſuſtinent plura peccata vt non corrumpãtur propter ipſa, quę autẽ ægrotantia ſe habent corporũ & nauiũ reſolutæ & nautas prauos ſortitæ, neq; praua poſſunt ferre peccata. Ita & politiarum peſsimæ plurima indigent cautela.
f Democratias quidẽ igitur totaliter multitudo hominum ſaluat, hæc. n. opponitur ad iuſtum id, quod ſecũdum dignitatem: oligarchiã autẽ palam quod e contrario a bona ordinatione oportet ſortiri ſaluationem.
g Quoniam autẽ quatuor quidem ſunt maxime partes multitudinis, agricultiua, banauſa, forenſis, mercenaria, quatuor autem quæ oportuna ad bellum, equeſtre, armatiuum, nudum, nauticum, vbi enim accidit regionem equitabilẽ eſſe, hic quidem bene apte habet inſtituere oligarchiam fortem, ſalus. n. habitantibus per hanc potentiam eſt, nutrituræ autem equorum magnas ſubſtantias poſsidentiũ ſunt, vbi autem armatiuam, conſequẽtem oligarchiã, quod enim armatiuum eſt, diuitum magis quàm egenorum.
h Nuda autem potentia & nautica popularis omnino hęc quidẽ, nũc quidẽ igitur vbi eſt talis magna multitudo, cum diſſenſerint agonizant deterius, oportet aũt ad hoc remediũ accipere, a ducibus exercitus bellicis qui combinent ad equeſtrẽ potentiã & armatiuã eam quæ congruit nudorum. Hac aũt præualent in diſſenſionibus diuitibus populares: nudi. n. exiſtentes & ad equeſtrem & armatam agonizant facile, ex ijs quidem igitur conſiſtere hanc potentiam, ſibi ipſis eſt conſtituere.

*potentia, tyrannidi perſimilisq; quanto deterrima eſt, tanto maiori opus eſt cuſtodia.*

*Vt enim corpora bene diſpoſita ad ſanitatem, & nauigia bene inſtructa ad nauigandum, multos ferunt errores, nec ob eos ſuccumbunt, valitudi-* G *naria autem corpora, & nauigia parum firma, nautiſque inſtructa prauis, ne paruos quidem ferunt errores. Ita Rerumpublicarum, hæ quæ deterrimæ ſunt, plurima indigent cuſtodia.*

*Populares igitur gubernationes per multitudinem hominum omnino ſeruantur. Hoc enim opponitur ad illud iuſtum, quod eſt ſecundum dignitatem. Paucorum vero potentium contra, videlicet per rectam ordinatio-* H *nem oportet aſſequi firmitatem.*

*Cum vero ſint multitudinis potiſſimum partes quatuor, agricolæ, artifices, negociatores, mercenarii. Quatuor etiam vtiles ad bellum, equites, pedites, grauis armaturæ, expediti leuis, & turba naualis. Vbi contingit regionem eſſe ad equitatum aptam, ibi locum habet aptiſſimum paucorum potentia, illa ſumma. Nam conſeruatio habitatorum ab equitibus prouenit. Equos vero nutrire, eorum eſt, qui magnas habeant facultates. Vbi au-* I *tem regio ad peditatum eſt apta, alteram ſpeciem affectat paucorum potentiæ. Nam grauis armatura, diuitum eſt magis quàm pauperum.*

*Expediti autem leuis armaturæ, & nautica turba a plebe eſt omnis. Nũc autem vbi talis turba multa eſt, quando ſeditio fit, deterius certant. Sed oportet huius medicinam capere a belli ducibus, qui ad equitum ac peditum robur, expeditos leuis armaturæ ſolent coniungere, & cum his ſuperant* K *populi in ſeditionibus opulentos. Nã leues & expediti, contra equites & contra grauis armaturæ pedites, facile pugnant. Inſtituere igitur ex his potentiam iſtam, contra ſeipſos eſt inſtituere.*

F bonam ordinationem ſecundum rationem & iuſti ſaluationem. Deinde cum dicit.
g ¶ Docet in ſpeciali ex quibus firmatur, & primo declarat ex quibus contingit fieri fortem paucorum ſtatum & minus fortẽ. Secundo cum dicit. { Appoſitionem autem fieri &c. } Ponit elementa ad firmãdum ipsã, adhuc circa primum duo facit, quoniam primo declarat ex quibus contingit cõſtituere magis fortem ſtatum paucorũ & conſequentem. Secundo cũ dicit. { Nuda aũt potentia &c.} Ponit ex quibus minus fortem, & magis inordinatam. In prima parte ad declarandum intentum præmittit diſtinctionem multitudinis in ciuitate, & dicit ꝙ quamuis ſint plures partes multitudinis, ſicut tactum eſt prius, maxime inueniũtur quatuor ad quas aliæ reducuntur, puta agricultiua, ad quam reducatur paſcualis, naualis, & illa quæ circa forum negociatur, & mercenaria, ad quam reducuntur viles artifices. Iterum quatuor ſunt modi hominum qui bene diſpoſiti ſunt ad bellũ, puta equites qui pugnant in equis, & pedites qui bene armati pugnant & nautæ qui in nauibus pugnant, & expediti, leues armaturas habentes, vbi igitur accidit eſſe regionem, in qua ſunt multi bellantes in equis ſecũdum artem contingit fortẽ ſtatum paucorum facere, maxime ſi fuerint vnanimes inter ſe, cuius ratio eſt, ꝙ a ſtatui paucorum inſidiatur potentia multitudinis, ab ipſa autem poteſt ſaluari p potentiam equeſtrẽ, quæ præualet in armis, & iterum nutriturę equorũ ſunt factiuæ diuitiarum, & ideo pertinẽt ad eos qui habent ſubſtantias magnas, cuius modi ſunt in ſtatu paucorum, vbi autẽ eſt multitudo vtentium armis ad pedes & ad defenſionem, ad impugnationem contingit facere fortem ſtatum paucorũ poſt primam, quæ dicta eſt, habere enim multitudinem taliũ armorũ & vſum eorũ magis pertinet ad diuites, quàm ad egenos, qui diuites dominantur in ſtatu paucorum. Deinde cum dicit.
h ¶ Declarat quæ eſt multitudo, ex qua non contingit fieri fortem ſtatum paucorum, & primo facit hoc. Secundo tangit remedia per quæ contingit illam melius ordinari ad fortem ſtatũ paucorum cum dicit. { Oportet autem &c. } In prima dicit, quòd potentia



potentia multitudinis, quæ non vtitur armis, ſed ordinatur ad leues operationes, puta ad curſum, ad aſcenſum murorum, & naualis, quæ in aqua pugnat, omnino ſunt populares non paucorum, tales autem propter defectum virtutis & rationis ſequũtur impetum, & ideo vbi eſt multa multitudo talium, ſi diſſenſionem habeant ad ſuperiores, pugnant, cõtendẽtes deterius cõtra eoſdem, & ideo non bene ordinabiles ſunt ad ſtatũ paucorum. Secũdo cum dicit. { Oportet autem &c.} tangit remedia. Primo vnum. Secundo cum dicit. { Oportet autẽ &c.} aliud. In prima dicit, quòd contra inordinationem & malitiam prædictę multitudinis oportet duces exercitus adducere remedium, videlicet adiungendo ad equeſtrem multitudinem, & etiam ad pedeſtrem, vtentem tamen armis tantũ de multitudine expeditorum quantum eis congruit, & nõ plus, vt videlicet ad tantã multitudinem equeſtrium apponatur tãta multitudo expeditorum quanta eſt eis neceſſaria ad finem, ſic tamen quòd non præualeat in potentia & non ſit maior. Similiter autẽ & ad armatiuam, ratio autẽ quare expedit talem multitudinẽ ordinari bene in exercitu eſt, quia nos videmus, quòd popularis multitudo quãdo diſſentit a diuitibus, p̄ualet contra eos propter virtutem expeditorum, quia expediti faciles exiſtẽtes, faciliter inſurgũt cõtra equeſtres, & etiã contra pedeſtres armatos, quia ipſi diuites ſunt & oppreſſiui ſuipſius, & ideo expedit paucorum potentiæ diuitibus retinere ſibijpſis hanc potẽtiam expeditorum contra populares, & eos conſtituere & ordinare ſic, vt per beniuolentiam & bonam ordinationem cum eiſdem expeditis præualeant contra eos. Deinde cum dicit.
i ¶ Ponit ſecundum remedium, quod etiam eſt ad declarationem dicti, dicens quòd adhuc expedit paucorum ſtatui ad bonã ordinationem expeditorum diſtinguere ſecundum ætates, videlicet in iuniores & ſeniores ipſorum, & iuniores filios ipſorum exercere ad curſum, ſaltum, aſcenſum, vlterius autem magis prouectos & fortiores conſtituere Athletas ad opera facienda, puta vel ad onera portanda, vel ad duellum, vel ad aliquod aliud tale, & ex hoc ſequuntur duo. Primo quòd beniuolentiam expeditorum habebunt quaſi habentes curam & ſollicitudinem de bona ordinatione ipſorum, aliud autem, quia ipſi iuuenes magis exercitati erunt in eis, quæ expediunt ſtatui paucorum. Deinde cum dicit.
k ¶ Ponit elementa ad ſaluandum potentatum paucorum, & primo ponit huiuſmodi elemẽta. Secũdo cũ dicit. {Sed hoc &c.} tangit dicta non obſeruari nũc in paucorum ſtatibus. In prima ponit vnum elementum. Secundo cum dicit. { Adhuc autẽ &c.} ponit. Tertio cum dicit. { Congruit autem ſacrificia &c. } ponit aliud. In prima dicit, quòd ad ſaluandum potentatum paucorũ

i Oportet autem diuiſa ætate, & ijs quidem exiſtentibus ſenioribus, ijs autem iuuenibus. Adhuc exiſtentes iuuenes ipſorum filios, doceri leues & nudas operatiões, ſequeſtratos aũt ex pueris, Athletas eſſe ipſos operum.
k Appoſitionem autẽ fieri multitudini politeumatis, vel quẽadmodum dictum eſt prius, ijs qui honorabilitatem habent, vel ſicut Thebanis abſtinẽtibus per tempus aliquod a banauſis operibus, vel ſicut in Maſſalia diſcretionem facientes dignorum qui in politeumate, & eorum quæ extra ciuitatem.
l Adhuc autẽ & principatibus præcipuis, quos oportet eos, qui in politia, obtinere, opus eſt apponere oblationes, vt voluntarius populus non participet, & compaſsionem habeat ad principes tamquam principantes, multum precium dantes principatus.
m Congruit autẽ ſacrificia immittentes facere magnifica & præparare aliquid communiũ vt ijs quæ circa conuiuationes participans populus & ciuitatẽ videns ornatam, hæc quidem ſurſum ſuſpenſis, hæc autem ædificijs, gaudens videat manentem politiam. Accidet autem & inſignibus eſſe memoralia expenſarum.
n Sed hoc nunc qui circa oligarchias non faciunt ſed contrarium, acceptiones enim quæ-

A *Sed oportet diuiſis ætatibus, cum alii ſeniores, alii iuniores exiſtant. In iuuenili adhuc ætate conſtitutos filios ſuos erudire ad leues & expeditas operationes. Delectos quidem ex pueris, Athletas eſſe ipſos operationum.*

B *Conceſſio autem Reipublicæ populo facienda eſt, vel cum ad cenſum peruenerint, ut dictum eſt prius, uel vt faciunt Thebani, cum certum tempus a mercatura, & huiuſmodi exercitiis deſtiterint, vel vt apud Maſſiliam iudicio facto, qui digni ſint, ad Rempublicam recipi, & qui excludi.*

*Præterea dignitatibus his, quæ ſunt principaliſſimæ, quas ſuſcipere* C *oportet eos qui in Reipublicæ gubernatione verſantur, adiungenda ſunt onera publica, ut populus ſponte ſua eas nolit, & veniam habeat illis qui huiuſmodi magiſtratus ſuſcipiunt, utpote mercedem permagnam pro ea dignitate ſoluentibus.*

*Congruit autem cũ huiuſmodi magiſtratus ineunt, & ſacra magnificentiſſime facere, & publica quædam ædificia ad vſum populi conſtituere, vt multitudo cernens urbem ornari, tum* D *muneribus erga deos, tum ædibus ad uſum publicum, libenter aſpiciat præſentem ſtatum ciuitatis. Continget etiam præſtantibus uiris hæc eſſe monumenta ſuæ largitatis.*

*Sed hoc non fit nunc per eos homines qui magni ſunt in paucorum potentia, ſed contrarium. Lucrum enim*

expedit aliquos de popularibus apponi Reipublicæ, vtputa de his qui aliquam honorabilitatem habent diuitiarum, vel ſicut fiebat Thebis, puta, quòd nullus accipiebatur ad Rempublicã ipſorum qui non abſtinuiſſet a foro venalium per decennium, ſicut dicebatur prius in Quarto, vel ſicut obſeruabant in Maſſilia quadam alia ciuitate, qui diſtinguebant inter dignitatẽ eorum qui attingebãt ad Rempublicã, & eorum qui nõ participabant, & ſi inueniebãt aliquos non participantes digniores vel æque dignos quibuſdam, qui participabant, aſſumebãt ipſos vel aliquos ex eis, per talẽ enim appoſitionem popularium ipſi Reipublicę magis diligunt ipſam, & ideo magis nituntur eam ſaluare, hoc tamen eſt obſeruandum ſicut dicebatur prius, quòd non aſſumatr magna multitudo taliũ, poſſunt enim in ordinatione facere paucorum potentiam, ſed tanta, vt cum ipſa valentiores ſint reliqua multitudine regionis. Deinde cum dicit.
l ¶ Ponit ſecundum elementum dicens, quòd expediens eſt eos qui aſſumuntur ad pręcipuos & honorabiliores principatus in tali Republica facere oblationes denariorum magnorum vel Deo, vel cõmunitati, ex hoc. n. ſequuntur duæ vtilitates: vna quòd populares non affectabũt principatus propter magnitudinem denariorum, & ideo magis quieti erunt, alia quia multum compatientur principantibus videntes eos multa expendere in eis, pauperes enim diuitias maximum bonũ reputãt, ex quo ſequit̃ maior quietatio ipſorũ. Deinde cũ dicit.
m ¶ Ponit tertium dicens, quòd adhuc expedit aſſumendos ad principatum ſacrificia magnifica facere & magnitudinem expenſarum, & facere aliquod conuiuium magnum toti ciuitati, vt ſi populus participans conuiuio, & videns ciuitatem bene di-
E ſpoſitam & ornatam, & ſecundum ædificia communia & propria, & etiam multa ſeorſum poſita & dedicata ad honorẽ Dei gaudeat, & per cõſequẽs velit manere Rempublicam & iterũ magnitudo expenſarum expediens eſt inſignibus ſicut memoriale, & ad diffuſionem famæ, ſicut enim dicit Ariſto. in quarto Ethicorum, amantur maxime liberales omnium aliorum qui alijs præſtant virtutibus, vtiles enim ſunt & profunt dando, propter quod magis diffunditur fama hominis per actum dationis liberalis. Conſequenter cum dicit.
n ¶ Tangit cõtrariũ eſſe in cõſuetudine modernorũ dicẽs, ꝙ ea quæ dicta ſunt nõ obſeruãt moderni, q regũt in paucorũ Repub. vel inſignes, nõ. n. quærũt bonam famã magis, aut etiã honores, ſed magis extorſiones pecuniarũ calumnioſæ, ſeu qualitercũq;, ꝓpter hoc modernæ Reſp. paucorũ sũt prauæ Reſp. populares, in qb⁹ q̃rit̃ magis extorſio pecuniæ, q̃ honor, & tũc recapitulat dicẽs, ꝙ ex qb⁹, & q̃o cõtingit bene firmare ſtatus populares, & paucorum, male ordinatos intantum eſt determinatum.

Lectio

## LECTIO VI.

POſtquam Philoſophus declarauit ex quibus & qualiter inſtituantur Reſpublicę minus rectæ, determinat nunc de principalibus earundem, ſupplendo quod in fine Quarti omiſerat, & circa hoc primo dat intentionem & rationem eius. Secundo cũ dicit. {Primo quidem &c.} proſequitur. Circa primum primo dat intẽtionem ſuam dicens, quòd poſtea quę dicta ſunt, oportet determinare ea quę ptinẽt ad principatus, puta quot ſunt principatus neceſſarij in huiuſmodi Rebuſpublicis, & qui ſecundũ ſpeciẽ, & quorũ ſint domini, ſicut dicebatur prius ĩ fine Quarti. Deinde cum dicit.

b ¶ Dat neceſſitatẽ huius cõſiderationis, & diuiditur in duo. Primo enim aſſignat rationem vnam. Secundo cũ dicit. {Adhuc autem &c.} aliã. In prima parte intendit rationem hãc de illis ſine quibus, aut impoſſibile eſt eſſe ciuitatem, aut bene habitari, & conſequenter oportet determinare vel conſiderare Rempublicam, ſed ſine principibus, aut non eſt poſſibile ciuitatem, aut non bene habitare. ergo &c. maiorem ſupponit ſicut manifeſtam, minorẽ ſubiungens, dicens quod ſine principatibus neceſſarijs, puta ſine principatu principali & ducatu exercitus, & etiam iudicio & alijs huiuſmodi, non poteſt eſſe ciuitas ſine principatibus, aut qui curãt de bono ornatu ciuium quantum ad exteriora vel accidẽtia magis nõ poteſt bene habitari. Deinde cũ dicit.

c ¶ Ponit ſecundam rationem dicens, quòd præterea in ciuitatibus paruis neceſſe eſt pauciores principatus & plures in vnũ coniungi, tum quia pauciores ſufficiunt, tum quia non plures inueniuntur eſſe ſufficientes. In magnis autem ciuitatibus, oportet plures eſſe, & vnum diuidi in plures propter oppoſitas cauſas, ſicut dictum fuit in Quarto huius: oportet igitur ciuem nõ ignorare quales principatus conuenit coniungere in vnum, & quales diuidere in plures, hoc autem non contingit niſi ſciatur, qui & quot ſunt, & quorum domini, & quam habitudinem habent adinuicem, & qui propinquiores, & qui remotiores ſecundum naturam. ergo neceſſe eſt iſta præconſiderare. Deinde cũ dicit.

d ¶ Proſequitur, & eſt intelligendum ꝙ ſimul determinat q & quorum, & quot. Et diuiditur in partes duas, quia primo facit quod dictum eſt. In ſecunda cum dicit. {Horum autem &c.} ad quam Rempublicam pertineant quidam illorum magis. Adhuc circa primum primo declarat de neceſſarijs magis. Secundo cum dicit. {Adhuc autem ſoliciti &c.} De his quæ ad bonum ornatum. Adhuc primo facit, quod dictum eſt. Secundo cum dicit. {Neceſſarie quidem igitur &c.} Circa primum adhuc primo determinat de principantibus Rebuſpublicis. Secundo cum dicit. {Alia autem ſpecies &c.} de his qui curant de diuinis. Circa pri-

F mũ adhuc primo determinat de principantibus minoribus particularibus. Secundo cum dicit. {Præter omnes autẽ hos &c.} de vniuerſali & ſummo. Adhuc prima in duas. Primo facit qđ dictum eſt: Secundo cum dicit. {Quoniã autem &c.} De eo qui habet curam ſuper correctione & emendatione ipſorum. Circa primum adhuc primo determinat de principantibus qui habẽt curã ſuper rebus exterioribus. Secundo, de his qui habent curam de perſonis ciuium cũ dicit. {Poſt hunc autẽ &c.} Circa primum duo facit. Quoniam primo determinat de his qui habent curam ſuper rebus exterioribus. Deinde cum dicit. {Altera autem cura &c.} de eo qui habet curã de reſcriptis ſuper prędictis & acceſſorijs. Prima diuiditur in tres. Primo determinat de eo q habet curam de his quę circa forum. Secundo cum dicit. {Alia autem neceſſaria &c.} De his quæ circa ædificia & immobilia. Tertio cũ dicit. {Aliꝰ aũt principatus &c.} de eo qui habet curã ſuper redditibus cõmunibus. In prima parte dicit, quòd primo oportet eſſe quẽdam principatũ circa forum eorũ quæ ſunt neceſſaria ciuitati, qui aſpiciat quòd contractus talium iuſte & legitime fiant, & etiam ædificia circa forum bene ornata ſint, puta in quibus fiunt huiuſmodi contractus, cuius ratio eſt, quia in omnibus ciuitatibus fere neceſſe eſt aliqua recipere per emptionem, & aliqua emittere per venditionẽ, & quãtum ad totam ciuitatem & reſpectu aliorum, & quãtum ad ciues inter ſe, fere autem dicit, quia contingit eſſe aliquam ciuitatem per ſe ſufficientem, in qua hoc non eſt neceſſariũ, & hoc eſt conuenientiſſimum ad per ſe ſufficientiam: eſt enim ciuitas communitas perfecta omnis per ſe ſufficiẽtiæ terminum habẽs, K vt dicebatur in primo, propter quam conuenerunt in vnam ciuilitatem, quia enim vna domus non eſt ſibi ſufficiens, ideo cõiungitur alij in vico: & quia vnus vicus, nec pauci ſufficiunt ſibi omnino, ideo plures coniunguntur in ciuitate vna quę per ſe ſufficiens eſt, per ſe autem ſufficiens non poteſt eſſe niſi per cõmutationes mutuas, quæ fiunt per emptionem & venditionem, vel inter ſe, vel ad alios legittime factas, hoc autem non eſſet niſi eſſet aliquis dirigens & reducens inæquale ad æqualitatem ꝑ ſapientiam & publicam poteſtatem, hoc autem eſt principatus, eſt igitur neceſſarius principatus quidam circa contractus. Deinde cum dicit.

e ¶ Determinat de principatibus, qui curant de ædificijs publicis & proprijs, & primo de his qui curant de his, quæ in ciuitate. Secundo cum dicit. {Alia autem &c.} de his quæ extra. In prima parte dicit, quòd alius eſt principatus conſequenter ſe habens ad iſtum & propinquus eidem, qui habet curam de ædificijs communibus & proprijs, & ſtratis, & aquæductibus, & alijs huiuſmodi qualiter fiant vt expedit, & bene diſpoſita ſint, ſecundum

runt non minus quàm honorẽ, propter quod quidem bene habet dicere has eſſe democratias paruas. Quomodo quidem igitur oportet firmare democratias & oligarchias, determinatum ſit hoc modo.

*quærunt non minus, quàm honorem. Itaque dici poteſt recte, hos eſſe populares ſtatus paruos. Quomodo igitur inſtituendæ ſint, & paucorum gubernationes, & multitudinis, in hunc modum determinatum ſit.*

## LECTIO VII.

COnſequens autem dictis eſt, diuidere bene quę circa principatus quot, & qui, & quorum, ſicut dictum eſt & prius.

b Sine neceſſarijs quidẽ enim principatibus impoſſibile eſt eſſe ciuitatem, ſine ijs autem qui ad bonum ordinem & ornatũ, impoſſibile habitari bene.

c Adhuc autem neceſſarium in paruis quidem pauciores eſſe principatus, in magnis autem plures, ſicut extitit prius dictũ. Quales igitur congruit ſimul ducere, & quales ſeparare, oportet non latere.

d Primo quidem igitur cura neceſſariorum, quæ circa forum, cui oportet quendam principatum præeſſe aſpicientem circa contractus & bonum ornatũ, ferè enim neceſſarium omnibus ciuitatibus, hunc quidem emere, hunc autem vendere, ad eam quæ ad inuicem neceſſariam vtilitatem, & hoc eſt accommodatiſſimum ad autarciam, propter quam videntur in vnam politiam conueniſſe.

e Altera aũt cura huic habita & propinqua, quæ eorũ quæ cir

## G LECTIO VII.

*COnſequens eſt circa magiſtratus videre diligenter quod hi ſint, & quales, & quibus de rebus, vt ſupra dictum eſt.*

*Sunt enim quidam magiſtratus, ſine quibus ciuitas eſſe non poteſt. Sunt etiam quidam ad cultum ornatumque pertinentes, ſine quibus bene habitari ciuitas non valet.*

H *Præterea, neceſſarium eſt & in paruis quidem ciuitatibus pauciores eſſe magiſtratus. In magnis autem, plures, vt prius oſtendimus. Quales ergo congruat ſimul coniungere, & quales ſeparare, non debet eſſe clam.*

*Primum ergo cura rerum neceſſariarum, vt in foro adſint, uenundenturque. Super qua quidem cura, magiſtratus quidam eſt conſtituendus, cuius officium ſit circa contractus, & circa honeſtatem. Nam cunctis ferè* I *ciuitatibus neceſſarium eſt emptiones uenditioneſque fieri inuicem, pro uſu rerum neceſſariarum, & hæc facultas maxima, & expeditiſſima eſt, ad eandem ſufficientiam conſequendam, cuius gratia, in unam uidentur conueniſſe Reipublicæ ſocietatem.*

*Altera uero cura huic coniuncta, ac propinqua eſt, circa urbem de pu-*



dum quòd expedit ciuitati, & qualiter ruinoſa ædificia reparentur, & qualiter confinia ædificiorum ſic determinentur vt ſint ſine quærela, & de alijs huiuſmodi, quæ ſunt ſimilia huic curæ, quidam autem vocant hunc principatum ędilitatem, prædictus autem principatus plures partes habet ſecundum modum, quarum aliæ & aliæ ad alia & alia ordinãtur in ciuitatibꝰ magnis, puta factores murorum & curatores fontium & cuſtodes portus & fortaliciorum ciuitatis. Deinde cum dicit.

f ¶ Determinat de his, quæ in regione dicens, quòd alius principatus eſt neceſſarius conſimilis prædicto, de illis. n. eiſdẽ, de quibus curat prædictus eſt iſte extra ciuitatem in regione, puta ille qui curat de caſtris & ædificijs, & aquæductibus & confinibus agrorum, & aliorum, quæ ſunt extra ciuitatem. Appellant autẽ quidã iſtos diffinitores, alij cuſtodes agrorum, iſti igitur ſunt tres principatus neceſſarij. Deinde cum dicit.

g ¶ Determinat de eo qui habet curã circa redditus communes dicens, quòd alius eſt principatus, qui habet curam circa communes redditus, ad quem tria pertinent, ſcilicet recipere ipſos a differentibus & cuſtodire receptos, & diſtribuere quod neceſſariũ eſt ĩ vnaquaque diſpenſatione ſecundum ordinationẽ ciuitatis vel ſuperiorum, & vocãtur a quibuſdam receptores a recipiendo, a quibuſdam autem quæſtores. Deinde cum dicit.

h Determinat de eo coram quo fiunt reſcripta de contractibus & iudicijs dicẽs, quòd alius eſt principatus, ad quem referuntur omnia reſcripta circa contractus & iudicia, vt habeant auctoritatem, ſcilicet per ſigni eius appoſitionem, apud quos etiam oportet manere regiſtrum cum reſcripto contractuum & ſententiarum, & etiam eorum qui inducũtur in ciuitate. Iſte vero principatus in ciuitatibus maioribus diſtinguitur in plures, ſed vnum oportet eſſe principalem omnium, ſicut nunc videmus in curijs magnatum aliquem eſſe cancellarium principalem, & alios plures eſſe ſub eo, puta notarios & regiſtrarios & huiuſmodi, & vocantur a quibuſdam præfecti vel memoriales, quia apud eos debet remanere memoria

A magnorum quæ fiunt in ciuitate. Ab alijs autem alijs nominibus propinquis. Deinde cum dicit.

i ¶ Determinat de eo qui principatur ſuper ipſa ſubſtantia ciuium, & primo de eo qui habet curã ſuper actionibus cõdemnãdorum & præſcribendorum. Secundo cum dicit. {Poſt hos autem &c.} De eo qui habet curã ſuper cuſtodia ciuium. Circa primum primo oſtẽdit, quòd principatꝰ talis grauis & neceſſarius eſt. Secundo cũ dicit. {Cõtingitq; } tangit quoddam accidens circa ipſum. Primũ primo facit quod dictum eſt. Secundo cũ dicit. {Præterea melius eſt &c.} tangit quædam expedientia ad mouendũ grauitatẽ ipſius. Circa primũ primo proponit. Secundo cum dicit. {Grauis quidẽ igitur &c.} probat. In prima dicit, quòd poſt præcedentẽ prĩcipatum qui maxime neceſſarius eſt, ſicut primum principium in vnoquoque genere, & eſt maxime difficilis inter omnes, puta ille qui curat de exactionibus condemnandorũ ad mortem, & relegandorum ſecundum accuſatiões inſcriptas, & circa cuſtodiã corporum ipſorum antequam condemnentur, aut proſcribãtur. Deinde cum dicit.

k ¶ Probat vel aſſignat rationem iſtorum, & primo grauitatis ipſius. Secundo cum dicit. {Neceſſarius autem &c.} Aſſignat rationem neceſſitatis. In prima dicit quòd principatus ꝑdictus grauis eſt valde ꝑpter multas inimicitias multorum, amici enim cõdemnandorum & proſcribendorum, habẽt ad ipſum odium vt in pluribus, ſiquidem ille, vel illi qui diligũt aliquos, ſunt inimici inimicorum illorũ, & tanta eſt inimicitia ad ipſum, quòd vbi non contingit multum lucrari, pauci aut nulli ſuſtinerent præeſſe in iſto principatu, & ſi ſint aliqui qui ſuſtineãt, nolunt procedere in ipſo ſecundum rigorem legum, timentes inimicitias, vel offenſionem, timor enim & amor, ſæpe ſolent peruertere iudicium principantis. Deinde cum dicit.

l ¶ Probat vel aſſignat cauſam neceſſitatis dicens, quòd neceſſarius quidem eſt huiuſmodi principatus, quia nihil proficuum eſt recte ſecundum iuſtitiam ſententiare de actionibus, & ſententias

ca municipium publicorum & propriorum, qualiter bonus ornatus ſit & cadentium ędificiorum & viarum ſaluatio & directio, & confinium ad inuicem, qualiter ſine q̃rela ſe habeant & curæ alia q̃cũq; ijs ſimilis modi, vocãt aũt plurimi aſtinomiã talẽ principatũ: hẽt ãt ptes plures B nũero, quarũ ad alias alios inſtituũt ĩ ciuitatibꝰ magis populoſis, velut murorũ factores, & fõtiũ curatores, & portꝰ cuſtodes.

f Alia autem neceſſaria & conſimilis huic. De eiſdem quidem enim, ſed circa regionem eſt, & de eo quod extra oppidum. Vocant autem principes hos, ij quidem agoronomos, ij autem hylores, hæ quidem igitur curæ horum ſunt tres.

g Alius autem principatus ad quem redditus communium referuntur, a quibus cuſtodientibus patiuntur ad vnamquamq: diſpenſationem. Vocant autem receptores hos & camerarios.

h Alius autem principatus, ad quem reſcribi oportet proprios contractus & iudicia ex prætorijs, apud eoſdem autem iſtos, & ſcripturas ſententiarum fieri oportet, & inductiones: alicubi quidẽ igitur partiuntur & hunc D in plures: eſt autem vnus principalis horum omnium, vocantur autem Hieromnimones & præſides, & alijs ijs nominibus propinquis.

i Poſt hunc autem conſequens quidẽ, neceſſarijſſimus autem ferè & maxime difficilis principatuum eſt, qui circa actiones condemnatorum & præpoſitorum ſcriptionibus, & circa cuſtodias corporum.

K Grauis quidem igitur eſt propter multam habere inimicitiã, ita vt vbi nõ eſt magna lucrari, neque principari ſuſtinẽt ipſo, neque qui ſuſtinent volunt agere ſecundum leges.

l Neceſſarius autem eſt, quia nullus profectus eſt fieri quidẽ ſententias de iuſtis, has autem non accipere finem. Quare ſi fa

*blicis priuatiſque rebus, de ædificatione decenti, de viarum conſeruatione ac directione, de finibus regendis, vt ſine quærela ſint, & de ſimilibus. Vocant autem plurimi huiuſmodi magiſtratum ædilitatem, partes eius vero ſunt plures, vt in magnis ciuitatibus aliæ ſuper alias incidunt, ceu mœnibus reſpiciendis præfecti, & fontium curatores, & pontium ac portuum cõſeruatores.*

*Alia uero eſt cura & quidem neceſſaria, atque huic propinqua, nam de eiſdem rebus cæterum non in vrbe, ſed extra vrbem in agro verſatur. Vocant autem huiuſmodi magiſtratum, alii diffinitores, alii cuſtodes agrorum. Hæ igitur procurationes ſunt tres.*

C *Eſt & alius magiſtratus, ad quem redditus publici referuntur, qui apud eos conſeruati, mox diſtribuuntur ad ſingulas opportunitates. Vocant uero iſtos receptores & quæſtores.*

*Alter uero magiſtratus eſt, apud quem præſcribi oportet priuatos contractus & ſententias iudicium, apud quos etiam poſtulationes, uocationeſque in ius præſcribi debent. Quibuſdam in locis huiuſmodi magiſtratum diuidunt in partes plures, ſed eſt una eademque auctoritas iſtorum omniũ, appellantque eos qui hunc magiſtratum gerunt, tum præfectos, tum memoriales, uel ſimilibus nuncupationibus.*

*Qui uero poſt hunc ſequitur, ſumme neceſſarius eſt, ac difficillimus omnium magiſtratuum. Verſatur autem circa executiones eorum qui damnati ſunt, & circa eorum pœnas atque cuſtodias.*

E *Eſt autem grauis huiuſmodi adminiſtratio, propter multas quæ inde proueniunt inimicitias. Itaque niſi magna emolumenta ex eo capiantur, gerere illum omnes recuſant. Et ſi gerãt, ſecundũ leges facere non tolerãt.*

*Sed eſt neceſſaria res. Nam nihil prodeſſent iudicia, aut ſententiæ, niſi forent qui eas executioni mandarent. Quare, ſi hæc*

tentias rectas non deducere ad finem per executionem. In opera bilibus enim iudicium rectum eſt propter operationē ſicut propter finem, agere autem aliquid eorum quæ ſunt ad finem per ſe & non deducere ad finem vel attingere, non eſt proficuum, propter quod ſi impoſſibile eſt communicationem ciuium inuicem ſaluari non factis ſententijs rectis de cōtrouerſijs ſuborientibus inter ipſos, impoſſibile eſt eandem communicationem ciuium adinuicē ſaluari, niſi ſententię latæ recte executioni demandentur. Si igitur neceſſarium eſt in ciuitate cōmunicationē ſaluari neceſſitate, quæ eſt in ordine ad finē, neceſſarium eſt eadem neceſſitate, iuſtas ſententias demādare executioni, hoc autem principaliter fit per huiuſmodi prīcipatū, quare huiuſmodi principatus neceſſarius eſt ſi debeat ſaluari communicatio. Deinde cū dicit.
m ¶ Tangit quædā expedientia circa ipſum, & diuiditur in partes duas. Primo tāgit quędam documēta & rōnem aſſignat. Secundo cum dicit. {In multis autem locis &c.} adiungit aliud. Circa primum primo tangit documenta. Secundo cum dicit. {Quāto .n. &c.} aſſignat rationem. In prima dicit, quòd quia huiuſmodi principatus eſt neceſſarius & grauis, & expedit iſtū principatum non eſſe vnum tantum, ſed diſtingui in plures & alios ex alijs iudicijs accipere, vtputa ꝙ alius ſit qui audiat accuſationē, alius qui inquirat, alius autē qui ſententiat, & ſimiliter eos qui circa reſcripta intendunt oportet tentare diuidere, puta vt vnꝰ ſcribat accuſationem, alius inquiſitionē, aliꝰ ſententiam. Iterum expedit quoſdam de iſtis agere aliqua, & quoſdā alia, puta eos qui magis fuerunt in principatu iudicare minus periculoſa, nouos autem noua, & veteres magis periculoſa, & iterum negociorum inſtantium, ſi alter condemnauerit alterū exequi. v.g. eos quos principantes intra ciuitatem condemnauerint, principantes extra ciuitatem magis puniant exequendo, & econtrario. Deinde cum dicit.
n ¶ Aſſignat rationem dicens, quòd iſta obſeruanda ſunt, quoniam quanto minor erit inimicitia huiuſmodi principantibus,

ctis, non communicare inuicem impoſſibile, & executionibus non factis.

m Propter quod, melius nō vnum eſſe hunc principatum, ſed alios ex alijs prætorijs & circa præpoſitiones eorū quæ reſcripta ſunt eodē modo tentare diuidere. Adhuc aūt quędā agere, & ipſos principatus alioſque & nouorum magis nouos, & eos q instantium cum alter condemnauerit, alterum eſſe exequentē: velut aſtynomus eos qui agoronomon, eos aūt qui ab ijs, alios.

n Quanto enim vtique minor inimicitia infuerit exequentibus, tanto magis accipient finē executiones, eoſdem quidem igitur eſſe condemnantes & exequentes inimicitiam habet duplicem, de omnibus autem eoſdem, aduerſarios omnibus.

o In multis autem locis diuiſi ſunt qui cuſtodit ad eum qui eſequitur, velut Athenis vocatorum vndecim, propter quod melius, & hunc ſeparare, & ſophiſma quærere etiā circa hūc, neceſſarius quidem enim non minus dicto.

p Accidit autem epijces quidē fugere maxime hunc principatum, prauos autem non ſecurum facere dominos. Ipſi enim indigent cuſtodia aliorum, magis q̃ poſſint alios cuſtodire.

q Propter quod oportet, non vnum repoſitum principatum eſſe apud ipſos, neque continue eodem, ſed iuuenum, vbi aliqs epheborum vel cuſtodiarū eſt ordo. Et principatuum oportet ſecundum partes facere curam alios, hos quidem igitur principatus, tamquam neceſſarijſſimos ponendum eſſe primos.

r Poſt hos autē neceſſarios quidem nihil minus, in maiori autem ſchemate ordinatos. Etenim experientia & fide indigent multa, tales autē erūt vtiq; qui

*deſint, communio inter ſe ciuium permanere non poteſt.*

*Præterea, melius eſt non vnum hunc eſſe magiſtratum, ſed partiri in plures, ut alii de aliis iudicia exequantur. Et circa actiones eodem modo conandum eſt diſtinguere, adhuc etiam magiſtratus alios aliis exequendis, & nouorum, magis nouos. Et præſidentium alio condemnante, alii ſint qui exigant, ceu prætores vrbani, ædilium condemnationes, ac rurſus iſtorum, alii.*

*Quanto enim minus inimicitiarum ſit illis, qui executioni demandant, tanto magis res finem ſuſcipient. Si ſint ergo iidem qui condemnant, & qui condemnationes exigunt, duplex contrahitur odium, in omnibus autem eoſdem cunctis inimicum eſt.*

*Multis etiam locis ſeparatur ille qui cuſtodit reos, ab illo qui animaduertit in eos, vt Athenis illi qui vndecim viri nuncupantur. Quapropter melius eſt hunc quoque diuidere magiſtratum, & quaſi adumbrare, & mitigare, eſt enim neceſſarius non minus quàm ſuperior.*

*Contingitque in eo, vt viri boni maxime vitent hoc officium, prauos autem nequaquam tutum ſit ei præficere, cum ipſi potius indigeant cuſtodia & carcere, quàm alios debeant cuſtodire.*

*Itaque oportet hoc, non unum eſſe officium, neque continuo ab eiſdem fieri, ſed ubi eſt aliquis iuniorum ordo, aut cuſtodum, aut magiſtratuum, deputandi ſunt pro tempore alii, atque alii, qui horum officiorum ſuſcipiant curam. Hos ergo magiſtratus tamquam ſumme neceſſarios, ponendum eſt eſſe primo.*

*Poſt hos autem alii ſunt magiſtratus, nec ſanè minus neceſſarii, & maioris quidem dignitatis, nam plurima indigent experientia & fide. Tales uero ſunt circa cuſtodiam urbis, &*

F tanto ſententię & executiones magis de fine accipient. Eoſdem autem eſſe cōdemnantes & exequentes inimicitiam habēt propter duo, tum quia condemnat, tum quia exequitur, eos autem omnia tractare, quæ pertinent ad dictum principatum, inimicitiam habet quātum ad omnia, ſi autem diuidantur, ita quòd alter ſit condemnans & alter ſit exequens, & diuerſa diuerſis attribuantur, diuidetur inimicitia, quare minor erit ad ſingulos; & ſententiæ, & executiones magis finē accipiēt, quod eſt expedientius. Deinde cum dicit.
o ¶ Adiungit aliud dicens, quòd in multis ciuitatibus diuiſi ſunt, ille qui cuſtodit illos qui condemnādi ſunt, & ille qui eſequitur ſentētiam, ſicut Athenis illi q vocabantur vndecim viri, & ideo expediētius eſt & iſtos ſeparare & alia ſophiſmata & adumbrationes circa hoc facere per quæ contingat minorem eſſe inimicitiā, & per cōſequens minus grauem principatum, neceſſarius .n. eſt & non minor prædicto. Deide cū dicit.
p ¶ Tangit accidēs inducens impedimētum circa ipſum, & primo facit hoc. Secūdo cum dicit. {Propter quod &c.} tāgit remedia. In prima dicit, ꝙ propter difficultatem, quæ eſt in iſto principatu, viri boni fugiunt huiuſmodi principatū, malos autem non eſt ſecurū apponere ī ipſo, mali enim magis indigent regula & cuſtodia aliorū quàm poſſint alios regere, vel etiam cuſtodire: regulās enim alium, in ſe oportet eſſe regulatum prius. Deinde cum dicit.
q ¶ Tangit remedia dicens, quòd quia boni fugiunt principatum iſtū propter cauſam prædictam, expediens eſt non eſſe tantum vnum principantem in huiuſmodi negocio, nec etiā cōtinue eoſdem principari, ſed modo hos, modo alios, quia etiā nos videmus, quòd vbi eſt aliquis ordo iuniorum, vel vbi eſt ordo cuſtodiarum ciuiū & principatuū, oportet iſtorum curam facere particulariter, nunc autem illos. Iſti autem principatus qui dicti ſunt, ponendi ſunt neceſſarij & primi reſpectu prædictorum prius. Deinde cum dicit.
r ¶ Inquirit vel proſequitur de eo qui habet curam ſuper cuſtodiam ciuium, & circa hoc primo dat neceſſitatem ipſius. Secundo



Secundo cum dicit. {Hic quidem igitur &c.} tangit eius diuiſionem. In prima ipſe dicit, quòd poſt prædictos principatus neceſſe eſt ponere alios non minus neceſſarios ſi debeat ſaluari communicatio ciuilis, ordinatos tamen in excellentiori gradu dignitatis, quoniam indigent ad executionem principatus prudentia multa, quæ habetur per experientiā longi temporis, & multa fide, id eſt multa fidelitate. Iſti autē ſunt qui cuſtodiūt ciuitatem, & ordinantur ad opportunitates bellicas cōtra inimicos ciuitatis. Expedit enim ſi debeat ſaluari eſſe curatores ipſius, & in tempore pacis, & in tempore belli. Tales etiā ſunt illi ad quos pertinet cuſtodire portas & muros, ſimiliter illi qui habēt curam exquirendi inſidias, & de ordinatione ciuiū adinuicem pacifica. Tales autem ad recte operandum indigent prudentia multa & fidelitate, quia indiſcretio & infidelitas ipſorū, de facili induceret corruptionē ciuitatis. Deinde cū dicit.
s ¶ Tangit diuiſionem ipſius dicens, ꝙ iſta cura in quibuſdā ciuitatibus continet principatus plures, ſicut ī magnis & magis ordinatis ad bellū. In alijs autē pauciores, ſicut in paruis ciuitatibus cōtingit aliquem vnum de ciuibus præfici in tota cura vel aliquos paucos, & aliqui vocāt iſtos principatus, ducatꝰ exercitus, alij principes belli. Iterū ſi in ciuitate inueniātur equites multi, aut pedites, ſicut expoſitum eſt prius, aut ſagittarij, qui ordinantur ad pugnam ſagittando, vel nautici, q pugnant in nauibus; aut aliqui alij tales ſuper vnumquodq; iſtorum in maioribꝰ ciuitatibus ordinant aliqui principantes, ex hac nominationē habentes; ſicut præfecti nauales, & equitum, & legionum. Et adhuc magis particulariter ſub vnoquoq; iſtorum ſunt multi principatus particulares, puta in nauticis præfecti triremiū, ſimiliter & ille q habet curam ſuper diſpoſitione inſidiarū, & illi qui dicuntur præfecti cohortium & tribuni militum, & quicumque alij tales diuerſitatem talem habent. Omnia tamen iſta habent vnam ſpeciem curę communē, quæ dicitur cura belli, & per conſequens vnum principatum ſupremum ad quem omnes alij ordinantur, hoc ergo modo ſe

circa cuſtodiā ciuitatis, & quicunq; ordinātur ad bellicas oportunitates. Oportet aūt & in pace & in bello, portarū, & murorum cuſtodiæ ſimiliter curatores eſſe exquiſitiōis & coordinationis ciuium.

s Hic quidē igitur in omnibus ijs principatus plures ſunt, hic aūt pauciores, uelut in paruis ciuitatibus unus in omnibus. Vocāt aūt duces exercitus & principes belli tales. Adhuc aūt & ſi ſint equites, aut nudi, aut ſagittarij, aut nautici, & ſuper horū unumquēq;, aliquando conſtituuntur principatus uocati nauarchiæ & equiarchiæ, & ordinū archię, & particulariter autē qui ſub ijs trierarchiæ inſidiarū diſpoſitiones & phylarchiæ; & quęcunq; partes horū: quod aūt omne una quædā horum eſt ſpecies curæ bellicorum. Circa hunc quidem igitur principatum habet hoc modo.

t Quoniā aūt principatuū quidam, & ſi nō oēs tractant multa communiū, neceſſariū alium eē ſumentē rationem, & emendantē ipſum nihil aliud tractantē: uocant autem hos, ij quidē correctores, ij autem ratiocinatores, ij autem exquiſitores, ij uero ſynigores.

u Præter oēs aūt hos principatus qui maxime dominans eſt oīum. Idē n. ſæpe habet finē & ephoriam quæ pręſidet multitudini, ubi dominans eſt populus, oportet .n. eſſe cōgregans ꝙ dominans politię: uocantur autē hic quidem præcōſules propter præconſiliari, ubi autem multitudo eſt conſilium magis: politici quidem igitur principatuum tot quidem ſunt.

x Alia aūt ſpecies curæ quę circa Deos, uelut ſacerdotes & curatores eorū quæ circa ſacra, ut ſeruentur exiſtentia, & erigantur decedētia ędificiorū, & aliorū q̄cūq; ordinata ſūt ad Deos.

A *circa illa omnia, quæ ordinantur ad bellicas expeditiones. Opus eſt enim & in pace, & in bello per multis, nam & mœnia ciuitatis curanda, tuendaque ſunt, & diſquiſitiones, deſcriptionesque ciuium agendæ.*

B *Alicubi ergo ſuper his plures ſunt magiſtratus. Alicubi pauciores, veluti in paruis quidem vrbibus, vnus ſuper omnibus. Appellant uero hos prætores, vel conſules. Inſuper ſi ſint æquites, aut pedites, aut ſagittarii, aut turba naualis, ſuper vnoquoq; eorum præfecti quidem ſtatuuntur, appellanturq; præfecti equitum, præfecti legionum, præfecti nauales, & ſeorſum ſub his, præfectus triremis, præfectus cohortis, tribunus militum, & alia huiuſmodi particularia. To-*

C *tum uero, unum aliquid eſt, procuratio ſcilicet rerum bellicarum. Et erga huiuſmodi magiſtratum, hoc modo ſe habet.*

*Cum uero quidam magiſtratuū, & ſi non omnes pertractent multa negociorum publicorum, neceſſe eſt eſſe alium magiſtratum qui rationes repetat atque corrigat, ipſe uero nihil tractet. Vocant uero hos alii correctores, alii rationales, alii ſcrutatores, alii*

D *procuratores.*

*Præter hos uero omnes magiſtratus, unus eſt maxime principaliſſimus omnium, idem enim plerumque habet finem & introductionem, qui præſidet multitudini, ubi populus dominatur. Oportet autem id quod cogit ſummam habere in Republica auctoritatem. Appellantur uero quibuſdam in locis præconſultores, ex eo quia ante deliberant, ubi uero multitudo eſt,*

E *conſilium magis. Ciuitatum igitur magiſtratus ferè tot alii qui ſunt.*

*Alia ſpecies curationis eſt circa rem diuinam, ceu ſacerdotes, & ædituì circa templa, ut conſeruentur quæ ſunt, & erigantur ruinoſa ædificia, & cætera omnia, quæ pertinent ad diuinum cultum.*

habent circa principatum. Deinde cum dicit.
t ¶ Proſequitur de eo, cuius eſt corrigere alios quoſdam principatus dicens, quoniam quidē principantes in ciuitate, quamuis non omnes habent tractare bona communia, ſcilicet colligēdo & diſpenſando. Difficile autem eſt huiuſmodi bona tractare ſine aliqua inquinatione vel appropriatione, eo quòd omnes habent appetitum huiuſmodi bonorum, ſi nō ſint ſtudioſi & fideliſſimi viri, neceſſarium eſt eſſe aliquem principatum ſuper iſtos, cuius ſit ſumere rationē ſuper receptis & expenſis, & corrigere vbi inuenerit delinquentes. Aliter enim cōtingeret diſtractio in bonis communibus ciuitatis & iniuſtitia, expedit autem, quòd ille principatus ſuper nullo alio habeat curam, vt diligentius poſſit curare de prædictis, vocantur autem iſti principatus a quibuſdā correctores, eo quòd corrigere habent delinquentes, a quibuſdā vero rationales, eo ꝙ debent audire rationes, a quibuſdā ſcrutatores, eo quòd habent exquirere diligenter, ab alijs procuratores. Deinde cum dicit.
v ¶ Determinat de maximo principatu dicens, quòd præter prædictos principatus eſt alius neceſſarius, ille ſcilicet qui habet dominium ſuper omnibus, & ad quem omnes alij ordinantur a quo accipiētes rationem operandi diriguntur in eis quæ ſubſunt curæ ipſorum, & ad quem finaliter reducuntur omnes operationes ciuitatis, oportet autem id qđ cogit ſummam habere in Republica auctoritatē, appellant autem quibuſdam in locis pręconſultores, ex eo quia ante deliberāt, vbi vero multitudo eſt, cōſilium dicitur. Deinde cum dicit.
x ¶ Determīat de principatu qui dirigit in his quę ad deum pertinent, & circa hoc duo facit. Primo innuit opportunitatem ipſorum. Secūdo cum dicit. {Accidit autem &c.} Ponit diſtinctionem iſtius principatus vel vnionem in diuerſis ciuitatibus. In prima dicit, quòd alia eſt ſpecies principatus neceſſaria in ciuitate, puta eorum quæ ad diuina pertinent, cuius ſunt ſacerdotes ſacra tractantes, & eorum qui curant de ædificijs ſacrarum domuum, qualiter ſalua maneant, & ſi

& ſi aliqua decidant erigantur, & etiam aliorum quorumcumque, quæ ad cultum diuinum ordinantur. Deinde cum dicit.

y ¶ Ponit diuiſionem & vnionẽ eius Rebuſpu. diuerſis dicẽs, ꝙ iſte principatus alicubi eſt vnus tantum curans de omnibus quę pertinent ad prædictum cultũ, ſicut in ciuitatibus paruis, alicubi aũt ſunt multi & ſeparati principatus, puta ſacrificia offerẽtes & cuſtodes templorum & ærarij ſacrarum pecuniarum Deo dedicatarũ, conſequenter autem ille qui ordinatur ad diſpenſandas immolatiões cõmunes, quas non aſſignauit lex ipſis ſacerdotibus, ſed recipiunt ipſas a mẽſa cõi. Erant. n. apud gentiles quædã quæ immolabantur, quæ ſacerdotes accipiebãt de proprijs, quædam autem quæ miniſtrabantur eis a communi, & iſti a quibuſdã vocabantur reges a quibuſdam vero pontifices maximi. Deinde cum dicit.

z ¶ Recolligit prædictos principatus dicẽs, ꝙ principatus neceſſarij, vt contingit dicere, in ſumma ſũt de his, & circa hoc, puta principatus circa rem diuinam, & principatus circa bellica, & ille qui curam habet ſuper acceptione reddituum & diſpenſatione eorum, & ille qui habet dominiũ circa forũ quãtum ad cõmutationes, & ille q circa municipium ciuitatis & exterius circa portũ & regionem ſubiectã ciuitati, iterũ ille qui circa iudicia & circa ſcripturas commutationum, & circa executiones ſentẽtiarũ, & ille qui habet curã ſuper cuſtodia ciuitatis & regionis, & ille qui habet audire compoſitum & corrigere delinquentes, & finaliter circa conſilia. In ciuitatibus autẽ, q magis vacant ab exteriorib' bellis, & intendũt ſpeculationi, & magis delectantur circa talia, ſunt alij proprij principatus, de qbus nũc dictum non eſt, nec de Repu. taliũ ciuitatũ, ſed tantũ dictũ eſt de principatibus pertinẽtibus ad ſtatũ paucorũ & popularẽ, de qb' erat prius determinatũ, quis qdã iſtorũ pertineant etiã ad prædictas ciuitates. Deinde cum dicit.

y Accidit aũt, curã hanc alicubi quidem eſſe unã, uelut in paruis ciuitatibus: alicubi aũt multas & ſeparatas ſanctitatis. puta ſacrorũ factores & templorũ cuſtodes, & camerarios ſacrarum pecuniarum, habitus autẽ huic qui determinat' ad immolationes cõmunes oẽs quaſcunq; nõ aſſignat lex ſacerdotibus, ſed a cõmuni menſa habent honorẽ. Vocantur autẽ quidẽ principes hos, ij aũt reges, ij uõ prytanes.

Euenit autem alicubi curam hanc eſſe unam, ut in paruis ciuitatibus, alibi vero plures ſeparata a ſacerdotio, vt ſacrificuli, ac æditui, & cuſtodes ſacrarum pecuniarum. Huic conſequens eſt illa quæ circa ſacrificia publica, quotcumque ſacerdoti- G bus lex non committit, ſed ex publico fiunt. Vocant autem eos qui iſtis præſunt, alii reges ſacrorum, alii pontifices maximos.

z Neceſſariæ quidem igitur curæ ſint de ijs, vt eſt dicere ſumatim, circa dæmonia & bellica, & circa redditus, & ea quæ expenduntur, & circa forum, & circa municipium, & portus, & regionem. Adhuc quæ circa prætoria, & commutationes, ſcripturas & executiones, & cuſtodias, & circa ratiocinationes, & exquiſitiones, & correctiones principatuum, & finaliter quæ circa conſilians ſunt communium. Proprij autem ciuitatibus quæ magis vacant & magis gaudent.

Neceſſaria ergo officia ſunt circa hæc, vt illa repetamus circa rem diuinam, circa rem bellicam, circa redditus publicos, & impenſas circa forum, circa vrbem, & portus, & regionem. Inſuper circa iudicia, & H contractus, poſtulationes & executiones, & cuſtodias, & ſuper rationibus & diſquiſitionibus, & ſuper correctionibus eorum, quæ quis geſſerit in magiſtratu, & finaliter circa conſilia hæc communia, proprie autem earum ciuitatum, quæ magis pacatæ atque tranquillæ ſunt.

aa Adhuc autem ſoliciti de bono ornatu, de gyneconomia, de cuſtodia legum, de lege puerorum, de principatu exercitiorum. Adhuc autem cura circa agones gymnaſticos & dionyſiales, & ytique ſi quas tales alteras accidit fieri theorias.

Curam facere de mulierum diſciplina, de legibus ſeruandis, de diſci- I plina iuuentutis, de gymnaſiorum gubernatione. Præterea de ludis gymnicis ac muſicis, & ſiqua alia huiuſcemodi ſpectacula continget fieri.

bb Horum autẽ manifeſte quidam ſunt non demotici principatuum, puta Gyneconomia & pædonomia, egenis enim neceſſe vti mulieribus & pueris tamquàm conſequentibus propter inſeruilitatem.

Horum vero quædam manifeſte ſunt non popularia, veluti diſciplina mulierum & puerorum. Nam pauperibus neceſſe eſt vti mulieribus, & pueris, tamquam miniſtris, quoniam ſeruos non habent.

K

cc Tribus autem exiſtentibus principatibus ſecundum quos eligunt quidẽ principatus principales, ſcilicet cuſtodibus legum, præconſulibus conſilio; qui quidem legum cuſtodes, ariſtocraticum, oligarchicum autem qui præconſules, conſilium vero demoticum, de principatibus quidem igitur in typo ferè dictum eſt de omnibus.

Cumque tres ſint magiſtratus, per quos aſſumunt quidam ſummas poteſtates, conſeruatores legum, & præconſultores, & conſilium. Conſeruatores legum, optimatum magiſtratus eſt, præconſultores uero, paucorum potentiæ. Conſilium autem, populare. De magiſtratibus ergo, ut in figura, ferè dictum eſt omnibus.

F aa ¶ Determinat de principatibus non neceſſarijs magis dicens, quòd adhuc præter principatus prædictos & neceſſarios ſunt alij principatus curantes de bono ornatu ciuitatis & ciuiũ, de mulierum diſciplina, & de cuſtodia legum, ita quòd nullus tranſgrediatur, & de lege puerorum, puta diſciplina & cura ipſorum, de gymnaſiorum gubernatione, iterum de ludis gymnaſticis, in quibus homines exercebant ſe nudi, & de muſicis, & alijs huiuſmodi ſpectaculis. Deinde cum dicit.

bb ¶ Declarat ad quas Reſpublicas pertineat quidem horum principatuum, & prĩo declarat hoc, de quibus minus prĩcipalibus. Secundo cum dicit. { Tribus autem exiſtentibus &c. } De principalibus. In prima dicit quòd quidam iſtorum principatuũ non competunt ſtatui populari, puta principatus mulierum, puerorum lex, vel principatus, & ratio huius eſt, quia in populari ſtatu eſt multitudo egenorũ, egeni autem neceſſe habent vti mulieribus & pueris tamquam quibuſdam cõſequentibus de neceſſitate ad operationes neceſſarias & ſeruiles propter carentiam ſeruorum, hi enim quia ſeruos nõ habent vtuntur mulieribus & pueris ſicut ſeruis. Deinde cum dicit.

cc ¶ Declarat hoc idem de quibuſdam principatibus dicẽs, quòd cum ſint tres principatus ſecundum quos eligunt alios principales principatus, ſcilicet conſeruatores legum, & præconſultores & cõſilium, legum conſeruatores pertinent ad ſtatum optimatum, quia legum conſeruatores prudentia indigent & virtute, quę ſunt principalia in ſtatu optimatum. Præconſultores autem pertinent ad paucorum ſtatum. Conſilium vero ad popularẽ, ſic igitur in typo, & figuraliter dictũ eſt ferè de omnib' magiſtratibus.





# ARISTOTELIS POLITICORVM LIBER SEPTIMVS.

Cum Sancti Thomæ Aquinatis præclariſſimis commentariis.

## LECTIO PRIMA.

Poſtquam Ariſtoteles declarauit ex quibus & qualibus, & quomodo inſtituenda eſt Reſpublica minus recte ordinata, intendit nunc declarare quomodo, & ex quibus inſtituenda eſt ſimpliciter optima, ſiue ſit Reſpublica cõmuni nomine nominata, ſiue Reſpublica optimatum, ſiue regnũ. Et circa hoc præmittit quædam pertinentia ad declarationem intenti ſui. Cum dicit. { De Republica autem ipſa &c. } oſtẽdit ex quibus & qualibus eſt inſtituenda. Ad inſtituendum autem Rempu. optimã oportet præcognoſcere quædam ex parte formæ ipſius Reipu. quæ ſumitur ex ratione ipſi' finis. Quædam autem ex parte materiæ, quæ ſunt ciues ipſi, & loc', & habitatio. Et ſecundum hoc circa primũ duo facit, quoniam primo inquirit de fine ipſius Reipub. Secundo cum dicit. { De reliquis dicẽdum &c. } inquirit de materia. Circa primũ, adhuc primo præmittit intentionem ſuam. Et ſecundo cum dicit. { Putantes &c. } proſequitur. Circa primum dat intentionẽ ſuã reſpectu duorũ; dicens primo, ꝙ qui vult facere inquiſitionem certam & conuenientem materiæ ſubiectæ de Repub. optima ſimpliciter non ex ſuppoſitione, neceſſe habet prius conſiderationem facere, quæ vita ſit eligibiliſſima ſimpliciter, id eſt, quæ ſit actio optima ſimpliciter. Dicitur enim vita vno modo de hoc, quod eſt principium motus ex ſe, ſicut dicitur ꝙ anima & vita ſunt idem. Conſequenter autem dicitur de operatione procedente ab huiuſmodi principio intrinſeco, ſicut dicimus quòd ſentire & intelligere ſunt vitæ quædam, & ſecundum hoc eligibiliſſimum hominis eſt vita optima, vel actio eius ſecundum excellentiorem animæ potentiam. Et rationem huiuſmodi aſſignat, quoniam ſi non fuerit manifeſtum, quæ ſit optima operatio hominis ſimpliciter, nõ erit manifeſtũ quæ ſit optima Reſpu. ſimpliciter, quoniã optime verſantes in Repu. neceſſarium eſt attingere ad optimam vitam, ſeu actionẽ hominis, aut ſimpliciter, aut ſecũdum exigentiam diſpoſitionũ inexiſtentium, ſecundum quarum diuerſitatem neceſſarium eſt actionẽ, ſeu finẽ diuerſificari, ſicut actionem artificis optimã neceſſe eſt diuerſificari propter diuerſitatem materiæ, ex qua operatur. Dico autẽ, ꝙ optime verſantes in Repu. oportet attingere ad optimam operationẽ, niſi fuerit aliquid quod accidet præter rationem, puta vel defectus naturæ, vel alicuius exteriorum, quæ neceſſario exiguntur ad optimam actionem. Igitur volentẽ conſiderare de optima Repu. oportet primo præaccipi, ſicut manifeſtũ eſt, quæ ſit vita optima, vel etiã actio eligibiliſſima omnibus hominibus, vt eſt dicere, ꝙ adiungit propter hoc, ꝙ quidam ſunt male nati, vel in malis conſuetudinibus nutriti, qui vix aut

B numquàm poſſunt attingere ad optimam vitam, ſeu actionem hominis. Conſiſtit autem virtus rationis eius in hoc, quia ad cognitionem cuiuſcumque oportet præcognoſcere ea, ex quibus per ſe ſumitur ratio. Per hanc enim cognoſcitur vnumquodque. Ratio autem optime Reipublicę ſumitur ex optimo fine hominis, ſicut vniuerſaliter ratio operabilium ex ratione finis. Finis autẽ optimæ Reipublicæ eſt optimus finis hominis, quia Reſpublica nõ eſt aliud quàm ordo ciuitatis, ſicut dicitur Tertio huius. Ratio autem ordinis ſumitur ex fine, & iõ ad cognitionem optimæ Reipub. oportet præcognoſcere quis ſit optimus finis hominis ſeu actio. Deinde dat intentionẽ ſuam reſpectu alterius dicẽs, quòd poſt hoc erit conſiderandum, vtrum eadem ſit optima vita vel actio vniuſcuiuſq; ſeorſum viuentis ciuis & totius ciuitatis, an alia & alia huiuſmodi & illius. Deinde cum dicit.

b ¶ Proſequitur, & primo inquirit quæ ſit optima vita hominis, vel optim' finis. Secundo cum dicit. { Vtrum autem &c. } Lectio ſeq. Vtrum eadem vnius & totius ciuitatis, optima autem vita, ſeu actio eſt fœlicitas. Primo igitur inquirit, quæ ſit fœlicitas hominis. Secundo quæ ipſius ciuitatis cum dicit. { Habitum autem eſt &c. } Circa primũ primo præmittit ſuppoſitionem prædictam. Secundo cum dicit. { Nemo enim dicere &c. } manifeſtat eam quantum ad alteram partem. Circa primum intelligendum eſt, quòd bonum hominis eſt eſſe perfectum ipſius hominis, quia bonitas perfectio quædam eſt. Homo autem compoſitus eſt ex corpore ſicut ex ma- E teria, & ex anima ſicut ex forma, & ideo quoddã eſt eſſe eius pfectum quo ad corpus. Quoddam autem ſecundum animam, & adhuc quia ad perfectionem animæ & corporis indiget quibuſdam exterioribus, ſicut organis, puta nutrimento & alijs huiuſmodi. Eſt aliud eſſe perfectum hominis quãtum ad iſta bona exterius, & ideo eſt triplex bonum hominis. ſ. bonum ſecundum animam, & ſecundum corpus, & exteriora bona. Fœlicitas autẽ cum ſit bonũ perfectiſſium ipſius hominis aggregat omnia iſta. Et hoc eſt quod dicit, quòd nos putamus multa ſufficienter dixiſſe de vltimo fine hominis, in his quæ ſunt dicta in extrinſecis ſermonibus, hoc eſt in libro Ethi. qui eſt extrinſecus ab his, quæ conſiderantur in hoc libro per ſe, & nunc vtamur eis ad propoſitum, & vt ad vnam diuiſionem reducamus, nulli dubiũ eſt, quin bonis hominis diſtinctis in tres partes, videlicet in ea quę exterius, puta diuitias & amicos, & in ea quæ ſecundum corpus, puta ſanitatem & viuacitatem ſenſuum & huiuſmodi, & in ea q̃ ſecundum animam, quin omnia iſta neceſſe ſit ineſſe beatis. Beatitudo enim eſt perfectiſſimum bonum hominis. Si ergo omnia

## LECTIO I.

De politia optima facturum conuenientem inquiſitionẽ: neceſſe determinare prius quæ ſit eligibiliſſima vita. Immanifeſto enim exiſtente hoc, & optimam politiã neceſſariũ eſſe immanifeſtã, C optime. n. agere conuenit eos q optime politizat exiſtẽtib' ſibi, niſi aliqd fiat pter rõnẽ, pp qđ oportet prius cõfeſſum eſſe quæ ſit quæ oĩbus (vt eſt dicere) eligibiliſſima vita, poſt hæc vtrum cõiter & ſeorſũ eadẽ vel altera.

b Putãtes igitur ſufficiẽter multa dicere, & eorũ quæ extrinſecis ſermonibus de optima vita, & nunc vtendum ipſis, vt vere. n. ad vnã diuiſionẽ nullus dubita- D bit vtique, quoniam tribus exiſtentibus partitionibus eorum quę extrinſecus, & eorum quę in corpore, & eorũ quæ in anima, oĩa hæc exiſtere beatis oportet.

## LECTIO I.

De optima Republica recte quærere volenti, neceſſarium eſt prius determinare, quæ vita ſit maxime expetenda. Nam ſi id ignotum ſit, neceſſe eſt & optimam Rempublicam ignorari. Optime enim agere conſentaneum eſt, qui ſub optima Reipublicæ diſciplina reguntur ex his, quæ ſibi aſſint, niſi quid accidat præter rationem. Quare primo ſtatuendum eſt quæ vita ſit cunctis, ut ita dixerim, maxime optanda. Deinde vtrum publice & priuate eadem ſit, an alia.

Putantes igitur multa ſufficienter eſſe dicta de optima vita, etiam in externis ſermonibus, & nunc illis vtendum cenſemus. Nempe aduerſus hãc diuiſionem nemo utique refragabitur, quòd tria cum ſint bonorum genera, externa, corporis, & animi, iſta omnia adeſſe fœlici homini oportet.

iſta ſunt bona hominis, neceſſe eſt omnia iſta in eo exiſtere. Si enim aliquod iſtorum deficeret, ex illa parte contingeret imperfectio. Et hoc eſt quod Boetius dicit Tertio de Conſolatione ꝙ fœlicitas eſt ſtatus aggregatione omnium bonorum perfectus. Deinde cum dicit.

c ¶ Probat quantum ad alteram partẽ, ſcilicet quantum ad ea quæ ſunt ſecundum animam ex quodam quod omnes concedunt dicẽs, ꝙ hoc manifeſtum eſt de bonis ſecundũ animã, quia nullus bene diſpoſitꝰ diceret illum ſimpliciter eſſe fœlicem, qui non attingeret ad aliquam partem virtutis, puta fortitudinis, vel temperantiæ, vel iuſtitiæ, vel prudentiæ, q̃ ſunt quatuor virtutes principales, nullus enim diceret illum fœlicem eſſe, qui nõ aggrederet̃ aliqua terribilia, vel formidaret muſcas volãtes, & paueret ad ſonum folij, vel ad apparitionem vmbrę, nec etiam illum qui in vſum ciborum vel venereorum non abſtinet ab aliquo extremorum, ſed appeteret comedere vel bibere quodcumque vel quomodocumq;, & vteretur venereis quomodocũque vel quantumcumque. Similiter autem nec illum qui nullam habens æquitatem iuſtitiæ, ſed gratia quadrantis, quę eſt quarta pars denarij habẽdi quomodocumque vellet perimere amicos dilectiſſimos. Similiter autem ſe habet in his quæ circa prudentiam. Nullus enim diceret illũ eſſe beatum, qui ſit imprudẽs & ſine diſcretione, & mendax eſt, ſicut puer aliquis ſenſum non habens, nec vſum rationis. Hoc autem non eſſet niſi ad beatitudinẽ pertinerẽt operatiões virtutis. Deĩde cũ dicit.

d ¶ Inquirit, hoc ſuppoſito, in quo iſtorũ principaliter cõſiſtat fœlicitas. Et primo tangit errorem quorundam. Secundo cum dicit. { At enim nos &c.} reprobat ex quo apparet intentũ ſuũ. In prima parte dicit, ꝙ omnia prædicta bona pertinere ad fœlicitatẽ concedunt vt omnes, quod dicit propter aliquos ſylueſtres, qui etiam nihil ſciunt de fœlicitate. Differenter tamẽ dicunt iſta pertinere ad ipſam ſecundum quantitatem & exceſſum virtutis vel aliorum. Quidam enim dicunt ſufficere ad fœlicitatem perfectam quantumcumque virtutis etiam modicum, diuitiarum autem & pecuniarum, quæ ſunt diuitiæ accidentales, & potentiæ, & gloriæ, & famę, & omnium talium, dicunt pertinere ad exceſſum infinitum, & ideo ipſam dicunt conſiſtere principaliter in bonis exterioribus. Sed quidam in diuitijs, quidam in gloria, quidam etiam in bonis corporis, puta in voluptate, alij

c Nullus.n.utiq; dicet beatũ eũ qui nullam partem habet fortitudinis, neq; tẽperantiæ, neq; iuſtitiæ, neq; prudentiæ, ſed formidantem quidem uolantes muſcas, abſtinentem aũt a nullo extremorum, ſi appetat comedere vel bibere, gratia quadrantis perimẽtem amiciſsimos amicos. ſimiliter aũt & quę circa prudẽtiam, ſicut imprudẽtem & mendacem, ſicut quidam puerulus vel inſenſatus.

d Sed hæc quidẽ dicta, ut oẽs utiq; concedent, differunt autẽ in quãto & exceſsibus, uirtutis quidẽ n. quãtãcunq; habere ſufficiens eẽ putant. Diuitiarũ aũt & pecuniarũ, & potentiæ & gloriæ, & omniũ talium infinitum quærunt exceſſum.

e Nos autẽ ipſis dicemus quod facile quidem de ijs & per opera prouenire fidẽ, uidentes quia acquirant & cõſeruant non virtutes extrinſecis, ſed illa ijs, & viuẽdo feliciter ſiue in gaudere eſt, ſiue in uirtute omnibus, ſiue in ambobus, quia magis exiſtit ornatis moribus quidẽ & intellectu ad exceſſum, circa extrinſcã aũt poſſeſsionẽ bonorũ mediocribus q̃ ijs qui illa quidem poſsident ampliora optimis, in ijs autem deficiunt.

f Quinimmo & ſecundũ rationẽ conſiderantibus facile cõſpicabile eſt. Quæ quidẽ .n. extra habent terminum, ſicut organũ quoddam, omne autẽ quod utile eſt eorum exceſſum aut nocere neceſſarium, aut nihil proficuũ eſſe habentibus. Bonorũ autẽ quæ circa aĩam vnũquodq;, quanto quidem utique excedit tanto magis utile eſſe, ſi oportet, & in ijs dicere non ſolum quod bonum, ſed & quod utile.

G *Nemo enim fœlicem diceret eum, qui nullam partẽ fortitudinis habeat, neque temperantiæ, neque iuſtitiæ, neque prudentiæ, ſed timentem etiam circumuolantes muſcas. Temperantem vero a nulla penitus edendi bibendique extrema cupiditate, & gratia quadrantis vnius, dilectiſſimos interficientem. Similiter & mente tam ſtultum, atque ignarum quaſi puerum quendam, vel inſanum.*

H *Sed iſta quidem ſic, vt dicta ſunt, omnes concederent. Diſcordent tamen in quanto, atque exceſſu. Nam virtutis quidem ſatis habere ſe putant, quantulumcumque habeant. Diuitiarum vero atque pecuniæ, potentiæq;, & famæ, & huiuſmodi omnium, infinitum exceſſum ſequuntur.*

I *At enim nos illis dicemus, quia facile eſt de his etiam per opera ipſa fidem ſuſcipere, cernentes, quia homines acquirunt & conſeruant non uirtutes externis bonis, ſed extrema virtutibus. Ipſaque beata vita, ſiue in gaudio poſita eſt, ſiue in uirtute, ſiue in ambobus, magis exiſtit moribus & intellectu in exceſſum ornatis. Mediocria vero externa poſſidentibus, quàm his qui in externis plura poſſident quàm opus ſit, & in illis deficiunt.*

K *Quinetiam ratione licet hoc intueri. Nam externa quidem bona fidem habent tanquam inſtrumẽtum quoddam. Omne autem utile tale eſt, ut eius exceſſus uel noceat habenti, uel certe nil proſit. At bona animi quanto magis excedunt, tanto magis utilia ſunt. Siquidem non ſolum honeſti, uerumetiam utilis appellationem tribuere illis oportet.*

F vel in aliquo huiuſmodi principaliter. Per poſterius autẽ in virtute ſcilicet, ſecundum ꝙ ordinantur ad illa. Deinde cum dicit.

e ¶ Reprobat opinionem iſtam, oſtendens contrarium, ſcilicet ipſam principaliter conſiſtere in virtute. Et circa hoc primo ponit rationes hoc oſtendentes. Secundo cum dicit. { Quod igitur fœlicitatis &c.} inducit concluſionem ſubiungendo quaſdam perſuaſiones. Circa primum ponit quatuor rationes: Secunda ibi. { Quinetiam &c.} Tertiã ibi. { Omninoque patet &c.} Quartam ibi. { Inſuper animi gr̃a &c.} Circa primum dicit, quòd nos reprobantes dictum iſtorũ dicemus, quòd eſt facile facere fidem ex ipſis operationibus nobis magis manifeſtis de his, ꝙ fœlicitas ſiue conſiſtat in operatione virtutis, ſiue in delectatione, ſiue in vtroque, magis exiſtit, & principalius ĩ moribus, ideſt in cõſuetudinalibus operationibus ordinatis ſecundum rationem, & in excellentia operationis perfecte intellectualis, cum mediocri poſſeſſione bonorum exteriorum, quàm in abundantia præter opportunum huiuſmodi bonorũ exteriorum, & deficiẽtia virtutis vel intellectualis operationis. In illo enim bono principalius fœlicitas conſiſtit quo acquiruntur & conſeruantur, & bene ordinantur alia quàm in illis, quæ acquirũtur, conſeruantur & diriguntur per alia. Illud enim quo aliquid dirigitur & menſuratur principalius videtur, ſed nos videmus ad ſenſum, ꝙ bona exteriora & quædam corporis acquiruntur, conſeruantur, & diſpenſantur ſecundũ rationem rectam per operationem virtutis & intellectus, & non econtrario. Vnde dicitur in quarto Ethi. quòd ſine virtute non eſt facile bene ſuſtinere bonas fortunas. Diuitiarũ.n. abundantia ſm ſe inclinat ad id, quod præter rationẽ eſt. Vnde ſecundo Rhetoricorum dicitur, ꝙ diuites contumelioſi & elati & iactatores ſunt patientes aliquid a poſſeſſione diuitiarum, ergo principalius conſiſtit fœlicitas in excellentia virtutis & operatione intellectus quàm bonorum exteriorum. Deinde cum dicit.

f ¶ Ponit ſecundã rõnẽ dicens, ꝙ inſuper facile põt videri volẽtibus cõſiderare ſm rõnẽ, ꝙ fœlicitas cõſiſtit p ſe & principalius in actione aliqua ſm virtutẽ. In illo.n. bono per ſe & principaliꝰ conſiſtit fœlicitas, cuius appetitus nullũ terminũ habet q̃ in eo quod habet appetitum determinatum, ſicut enim dicitur in primo huius. Finis medicinalis eſt ad ſanare in infinitum, & cuiuſlibet artium finis eſt in infinitum, quàm maxime enim illum volunt



volunt facere. Eorum autem quæ ad finem non in infinitũ, ſed appetitus bonorum exteriorum terminum habent. Appetitus autem eorum quæ circa animam non habent, ergo principalius conſiſtit in bonis animæ quàm in exterioribus. Minorem iſtius rationis probat ſic dicens, quòd bona exteriora terminum quendam habent in ordine ad appetitũ, quęruntur enim ſicut organum quoddam neceſſarium ad operationem. Omne autẽ quod rationem organi & vtilis habet ſi excedat ab eo, quod eſt ſecundum rationem, neceſſarium eſt eſſe nociuum, aut nihil proficere, ſicut de fiſtula apparet, quoniam ſi ſint maiores, aut plures quàm poſſint moueri a fiſtulãte, nocent aut nõ proficiunt. ergo de neceſſitate terminum quẽdam habent vſque ad quem quæruntur & nõ vlterius. Bona autem ſecũdum animã quanto magis excedunt tanto vtiliora ſunt, ſic oportet iſta non ſolum bona dicere, ſed etiam vtilia, quod adiungit, qui ſecundum veritatẽ in bonis ſecundum animam eſt aliquid qđ habet rationẽ boni & non vtilis, puta vltimus finis qui nõ eſt propter aliud, vtile autẽ dicimus qđ ordinatur in finẽ aliũ. Hoc autem non eſſet niſi appetitus bonorum, ſecundum animam infinitus eſſet, & quęrerentur ſine termino. Sic igiť patet, ꝙ bona exteriora terminum quendã habent. Illa autem q̃ ſunt ſecundũ animã nullum in ordine ad appetitum. Et hæc fuit minor propoſitio. Deinde cũ dicit.

g ¶ Ponit tertiã rationẽ dicens, ꝙ vniuerſaliter manifeſtũ eſt, ꝙ optimam diſpoſitionẽ cuiuslibet ad inuicem reſpectu alterius dicimus attendi ſecundum exceſſum, quem habet diſpoſitio reſpectu diſpoſitionis alterius, diſtantiã, ideſt per diſtantiam quam ſortitur. Per diſtantiam illarum rerum, quarum dicimus eſſe illam diſpoſitionem & aliam, & per hoc totum nihil aliud intendit vt videtur, niſi quòd illa diſpoſitio in vnoquoque eſt optima, quæ conſequitur naturam optimam. Si igitur anima melior & excellentior eſt quàm poſſeſſiones exteriores, & quàm ipſum corpus, & ſimpliciter ſecundum rem, & quo ad nos, neceſſe eſt diſpoſitionem animæ ad diſpoſitionem corporis & poſſeſſionis exterioris proportionabiliter ſe habere, & ideo ſicut anima eſt optima pars hominis, neceſſe eſt diſpoſitionem eius ſecundum ſe eſſe optimam, quare ſi optima diſpoſitio hominis eſt fœlicitas ipſius, neceſſe eſt fœlicitatẽ ipſius conſiſtere in aliquo bono animæ. Deinde cum dicit.

h ¶ Ponit quartam rationẽ dicens. Fœlicitas conſiſtit principaliter in illo bono, cuius gratia quæruntur alia, & non ecõtrario.
Cap. 8. Hoc.n. dicimus finẽ vltimũ, ſicut dicitur Primo Ethi. Sed bona corporis & exteriora eligũtur gratia ipſius animæ, & tantũ quęrũtur inquantũ ſunt vtilia ad actionẽ & opus. Et hoc videmus

g Totaliterque palã quod aſſequi dicemus diſpoſitionẽ optimã vniuſcuiuſque rei ad inuicẽ ſecũdum exceſſum quem diſtantia quidem ſortita eſt, quãtum dicimus eſſe, ipſas has diſpoſitiones. Quare ſiquidem eſt aĩa pręcioſior & poſſeſsiõe & corpe &; ſimpliciter & nobis:, neceſſe & diſpoſitionẽ optimã vniuſcuiuſq; ꝓportionaliter iis habere.

h Adhuc autẽ, & animę gratia eligibilia nata ſunt hæc, & oportet omnes eligere bene prudentes, ſed nõ illorũ gratia animã.

i Quod quidem igitur vnicuique fęlicitatis adiacet tm̃, quantum quidem virtutis & prudentiæ, & eius quod eſt agere ſecundũ has, ſit cõfeſsum nobis teſte Deo vtentibus, qui fælix quidẽ eſt & beatus, ꝓp nullum autem extrinſecorũ bonorum, ſed propter ſeipſum ipſe, & propterea ꝙ qualis quis eſt ſecundum naturam. Quoniam & bonam fortunam à fælicitate, propter hoc, neceſſarium eſſe alteram, Bonorum quidẽ enim quæ extra animam cauſa caſus, & fortuna, iuſtus aũt nullus neq; tẽperatus à fortuna, neq; ꝓp fortunam eſt.

k Habitũ autẽ eſt & eiſdẽ rationibus oportunum & ciuitatem fęlicem eſſe eam quæ optima & agentem bene. Impoſsibile aũt bene agere ijs q nõ bona agũt. Nullum aũt bonũ opus, neq; viri. neque ciuitatis, ſine virtute, & prudentia, fortitudo aũt ciuitatis & iuſtitia & prudentia eandem habet potẽtiam & formã, quibus participans vnuſquiſque hominum dicitur iuſtus & prudens & temperatus.

*Omninoque patet quod ſequi dicimus, diſpoſitionem optimam cuiuſq; rei adinuicem ſecundum exceſſum diſtantiæ illorum, quorum dicimus eas eſſe diſpoſitiones. Quare ſi eſt anima precioſior corpore & pecuniis, & ſimpliciter & nobis neceſſarium eſt, &* B *diſpoſitionem vtriuſque optimam eodem modo illis correſpondere.*

*Inſuper animi gratia illa expeti nata ſunt, & ita recte ſentientes expetere omnes oportet. Non autem animum gratia illorum.*

*Quod igitur fœlicitatis tantum vnicuique contingit quantum virtutis, atque prudentiæ, & quantum ſecundum has operatur, confeſſum nobis exiſtat, teſte deo fretis, dicente, fœlicem* C *eſſe atque beatum non per aliquod externorum, ſed per ſeipſum, quia talis eſt ſecundum naturam. Cum & bonam fortunam aliud eſſe quàm fœlicitatem propter hæc neceſſarium eſt. Nam externorum quidem bonorum cauſa eſt fortuna & caſus. At iuſtus & temperatus nemo a fortuna eſt, neque per fortunam.*

*Conſequens vero eſt, & hiſdem ra-* D *tionibus conſentaneum, ciuitatem quoque beatam eſſe, quæ optima ſit, & quæ bene agat. Impoſſibile autem bene agere eos qui bona non agant. Nulla uero bona actio eſt neque viri, neque ciuitatis, ſine uirtute, atque prudentia. Fortitudo autem & iuſtitia, & prudentia ciuitatis eandem habent uim ac formam ijs, ſecundum quas unuſquiſque hominum dicitur iuſtus, & prudens, & temperatus.*

A omnes & bene prudentes eligere, & non econtrario animam, & bona ipſius quærere gratia iſtorum. In bonis igitur animę principalibus conſiſtit fœlicitas. Deinde cum dicit.

i ¶ Inducit concluſionem principaliter intentam cum quibuſdam perſuaſionibus dicens, ꝙ ſic igitur propter prędictas rationes tantum vnicuique adiacere fœlicitatis practicæ quãtum virtus moralis, & prudentiæ, & virtutis intellectualis, & actionum quæ ſunt ſecundum has virtutes ſic nobis conceſſum, & manifeſtum inuocantibus deum in teſtẽ, qui Beatus eſt ſimpliciter. Attingit enim ad optimũ ſuum non propter aliquod extrinſecũ ſibi, ſed propter ſeipſum, quoniã ſi fœlicitaretur propter aliquod extrinſecum, cum fœlicitas ſit finis, haberet aliquem finem diuiſum a ſeipſo, & eſſet aliqd melius ipſo. Finis.n. melior eſt eis quæ ſunt ad finem, quod eſt nephas dicere. Et ideo fœlix eſt ꝓpter ipſam naturam ſuã, ita quòd fœlicitas eius ſit ipſa natura eiꝰ differens ratione tantum. Si.n. nõ eſſet ipſa natura eius, ſed aliquid additum ei, ſequeretur in eo eſſe compoſitionem, & ꝙ eſſet aliquid prius eo, quod eſſet principium compoſitionis, & aliquid melius eo, ſicut dictum eſt, quæ valde abſurda ſunt, & ideo fœlix eſt ſecundum naturam ſuam & nõ per aliquod extrinſecũ. Et propter hoc ſcilicet, quia fœlicitas non conſiſtit in exterioribus bonis, ſed in his quæ ſunt ſecundum animam, dicimus bonam fortunam eſſe diuerſam a fœlicitate. Bonorum enim quæ ſunt extra animã fortuna & caſus ſunt cauſa, vnde E & dicũtur bona fortunæ. Virtuoſus autẽ, puta iuſtus, aut tẽperatus nullus eſt nec a fortuna, nec propter fortunam, ſed propter conſuetudinem & rationem rectam. Et ideo huiuſmodi bona animæ altera ſunt a bonis fortunæ. Deinde cum dicit.

k ¶ Oſtendit, quæ ſit fœlicitas, ſeu vita optima ciuitatis. Et primo facit hoc. Secundo cum dicit. { Sed hæc quidẽ tantum &c.} excuſat ſe a certiori cõſideratione de iſtis. In prima parte dicit, quòd conſequenter opportunum eſt oſtendere, & per virtutem quarundam rationum eorundem de fœlicitate ciuitatis, quę eſt. Illam.n. ciuitatem dicimus eſſe fœlicem, & etiã optimã quæ optima operatur. Fœlicitas enim ſupponit̃ eſſe optima operatio ex primo Ethi. Impoſſibile autem eſt optime operari illos, qui nõ Cap. 10.
optima operantur, bonum enim in operatione ſequitur bonitatem obiecti, ſiue operati. Sed nullum bonum opus eſt, neque vnius viri ſecundum ſeipſum, neque ciuitatis ſine virtute morali & prudentia intellectuali, ergo impoſſibile eſt ciuitatem eſſe fœlicem & optimam ſimpliciter ſine virtute morali & intellectuali, conſiſtit igitur fœlicitas in aliquo pertinente ad virtutem. Sed quia aliquis poſſet dicere, quòd fortitudo, & iuſtitia, & aliæ

aliæ virtutes morales non ſunt vnius naturæ, & ideo non oportet quòd ſi fœlicitas vnius hominis conſiſtat in actionibus iſtarum, quòd propter hoc fœlicitas ciuitatis conſiſtat in actionibus earundem, quaſi hoc volens remouere, dicit ꝙ fortitudo ciuitatis, & iuſtitia, & prudentia, & aliæ virtutes eandem habent

l Sed hæc quidē in tm̃ ſint prohemialiter dicta ſermone, neq; enim nō attingere ipſa poſsibile, neque oēs cōuenientes rationes cōtingit ediſcere, alteri⁹.n. ſtudij opus ſunt hæc. Nunc aūt ſupponantur tm̃, ꝙ vita quidem optima & ſeorſum vniuſcuiuſque & cōiter ciuitatibus, quę cū virtutē redundante in tantū, vt ſit participare ijs quæ ſecūdum virtutē actionibus. Ad dubitātes aūt dimittentes in pręſenti methodo conſiderandum poſteri⁹, ſiqs dictis exiſtit nō perſuaſus.

## LECTIO II.

VTrum autem fœlicitatē eandem eſſe dicēdum vniuſcuiuſque hominū & ciuitatis vel non eandem, reliquum eſt dicere.

b Manifeſtum autē & hoc, omnes.n. vtique confitebuntur eſſe eandem. Quicunque.n in diuitijs viuere bene ponunt in vno, iſti & ciuitatem totā ſi fuerit diues, beatificāt. Et quicunq; tyrānicā vitā maxime appretiātur, iſti & ciuitatē plurimis principantē fœlicisſimā eſſe dicēt vtique, ſi etiā aliquis vnū ꝑꝑ virtutem recipit, & ciuitatē fęliciorē, dicet eā quæ ſtudioſorum.

c Sed iam duo hæc ſunt quę cōſideratione egent, vnum quidē, vtrum eligibilior vita, quæ per ſimul politizare & communicare ciuitate, vel magis quę peregrina, & à politica communione abſoluta. Adhuc aūt quā politiam ponendum & qualem diſpoſitionem ciuitatis optimā, ſiue omnibus exiſtente eligibili communicare ciuitate, ſiue & quibuſdam quidem non, pluribus autem.

potentiam in ordine ad operationē, & formam quãtum ad naturam ipſam in ſe cū fortitudine, & iuſtitia, & prudentia, & alijs virtutibus, quibus informatur vnuſquiſque homo ſecundum ſeipſum, & dicitur iuſtus, prudēs, tēperatus. Et eſt intelligendum, ꝙ virtus totius ciuitatis, & virt⁹ vniuſcuiuſq; eſt eiuſdem naturę in ſe & in ordine ad operationem non differēs, niſi ſicut totū a parte & amplius a minori. Virtus enim moralis ciuitatis aggregatur ex virtutibus partialibus ciuium, & ideo ſicut vnius naturę eſt riſibilitas in vno homine & in centū, ita eadem eſt virtus in vno & in tota ciuitate. Deinde cū dicit.

l ¶ Excuſat ſe a certiori conſideratione de iſtis dicens, ꝙ de fœlicitate vnius hominis & totius ciuitatis tantum dictum ſit rōne per modum procœmij, reſpectu ſequentium. Nō enim declaratione dictorū de ipſa poſſibile eſt intelligentem effugere omnem rationē, ſunt enim quædā manifeſta ex ſe, ex quibus declarantur prędicta. Nec etiā poſſibile eſt pertrāſire omnes rationes, quæ poſſent adduci propter multitudinē earū, & breuitatē tractatus. Omnes.n. iſtas dicere alterius ſtudij eſt opus. Iſtæ.n. pertractatæ ſunt in Primo & in 10. Ethi. de fœlicitate quæ eſt ſecundum vnū, nunc vero ſupponatur ad propoſitam intentionē, quòd vita optima, & fęlicitas, & vniuſcuiuſque ſecundum ſeipſum & totius ciuitatis eſt perfectio, quæ eſt cum virtute, non ſecundum quòd habitus quidam eſt, ſic enim in potentia eſt ad vlteriorem perfectionē, ſed ſecundum quòd redundat in opus intantum vnumquemq;, vel ciuitatem contingat participare actionibus virtutis, dimittētes in præſenti conſideratione alia, quæ conſiderari poſſunt, cōſiderātes ipſa poſterius, ſi aliquis nō credat rationibus prædictis.

## LECTIO II.

POſtquam Philoſophus oſtendit quæ ſit optima vita vnius, & quæ optima ciuitatis, vult inquirere nunc, vtrum eadem ſit vnius ſecundum ſeipſum. Et primo facit hoc. Secundo cum dicit. {Sed hæc iam duo &c.} mouet quaſdam dubitationes. Et circa primum præmittit intentionem ſuam. Secundo cum dicit. {Manifeſtum autem &c.} Proſequitur. In prima dicit, ꝙ poſt prædicta relinquitur conſiderandum, vtrum fœlicitas vniuſcuiuſque hominis ſecundum ſe, & ciuitatis communiter ſit eadem ſecundū rationē, vel altera. Hoc.n. fuit ſecundum propoſitorum prius. Deinde cum dicit.

*Hæc hactenus præmiſſa ſint, neque enim non attingere illa poſſibile fuit, neque omnino omnes eorum proprias rationes explicare, nam alterius ocij iſta ſunt. Nunc autem ſupponatur nobis, quòd vita optima & priuatim vnicuique, & publice ciuitatibus eſt cum virtute intantum externis facultatibus adiuta, vt actiones ſtudioſas conficere poſſit. Sed de his nunc prætermiſſis poſtea conſiderandum erit, ſiquis forſan dictis non acquieſcit.*

## *LECTIO II.*

*VTrum autem eadem ſit dicenda fœlicitas ſingulorum hominum, & ciuitatis, uel nō eadem, reliquum eſt uidere.*

*Manifeſtum vero, & hoc, omnes enim faterentur eſſe eandem. Nam quicumque in diuitiis beatam uitam poſuerunt, hi ciuitatem quoque totam, ſi opulenta ſit, beatam fatebuntur. Et quicumque tyrannicam uitā aliis præferunt, hi ciuitatem late dominantem beatiſſimam eſſe dicent, quiſque id unum per uirtutem recipit, is & ciuitatem beatiorem dicet, ſi ſit ſtudioſior.*

*Sed hæc iam duo ſunt, quæ indigent conſideratione. Vnum, numquid uita illa præferenda ſit, quæ uerſatur in Republica, & in communi ſocietate, an potius uita peregrina & a ciuili ſocietate remota. Præterea quā ſpeciem Reipublicæ, & quam diſpoſitionem ciuitatis optimam putare debeamus, ſiue ab omnibus expetenda ſit communio ciuitatis, ſiue a quibuſdam non, ſed tamen a pluribus.*

b ¶ Declarat ipſam eſſe eandem quaſi ex communi opinione omniū dicens, ꝙ manifeſte apparet fœlicitatem vnius hominis & ciuitatis eſſe eādem & vnius ratiōis, quoniam omnes loquētes de fœlicitate, hoc videntur dicere. Quicūque enim ponunt fœlicitatem hominis in diuitijs conſiſtere, iſti etiam dicunt ciuitatem beatam eſſe ſi fuerit abūdās diuitijs. Qui autem vitam tyrannicā qua aliquis viuit prīcipans tyrānice alijs, dicunt eſſe excellentiſſimam, iſti ciuitatem fœliciſſimam eſſe dicūt, qui plurimis ciuitatibus & regionibus principātur tyrannice. Si etiam aliquis dicit aliquē vnū fœlicem eſſe propter operationē virtutis, ille dicet ciuitatem eſſe optimam, quę magis ſtudioſa eſt, & magis participat actionibus virtutis, & ſic de alijs. Per quodcūque enim dicit aliquis aliquem fœlicitari, per illud idem dicit & totam ciuitatem. Omnes igitur cōfitentur vnam eſſe fœlicitatē vniuſcuiuſque hominis ſeorſum & ciuitatis. Et hoc rationabiliter contingit, quoniam quorum eſt vna natura, eorum eſt vnus vltimus finis. Vnus autem homo & omnes ciues ciuitatis ſunt vni⁹ ſpeciei, ergo vnius & omniū ciuium eſt vnus vltimus finis. Deinde cum dicit.

c ¶ Mouet duas dubitationes ad declarationem dictorum. Et primo mouet eas. Secūdo cū dicit. {Quod igitur neceſſarium ſit &c.} proſequitur eas. Et circa primum primo facit quod dictum eſt. Secundo cum dicit. {Quoniam autē & politici &c.} manifeſtat modum conſiderandi de eis. In prima dicit, ꝙ circa prædicta incidunt duæ dubitationes, quæ ſunt dignæ conſideratione, ad euidentiam dictorum & dicendorum conſequenter. Quarum vna eſt, cum ſint duæ vitæ hominis magis principales, ſcilicet practica & ſpeculatiua, quæ iſtarum ſit eligibilior, vtrum illa quæ conſiſtit in communicatione ciuili inſimul viuendo ciuiliter ſcilicet actiua, vel illa quæ peregrina eſt & abſoluta ab huiuſmodi communicatione ciuili, ſcilicet cōtemplatiua. Vocat autem vitam contemplatiuam abſolutam & peregrinam, quia principaliter conſiſtit in applicatione hominis ſecūdum intellectum ad primum obiectum eius & optimū, quę non poteſt eſſe ſine ſeditione motuum & perturbationum, ſine quibus non eſt uita ciuilis, & ideo oportet ipſam eſſe abſolutam



A abſolutam a communicatione ciuili, & per conſequens peregrinam. Peregrinum enim dicitur quod longe ab habitudine conſueta eſt. Magis autē conſueta vita cōiter eſt vita ciuilis. Et propter hoc dicit Euſtratius ſupra primum Ethi. ꝙ ſpeculatiuus ſeparatus eſt a corpore & ſenſibilibus ſecundum electionē, quàmuis non ſecundum rē. Secūda dubitatio eſt, quæ ſit optima Reſpu. ſimpliciter, & quæ optima ordinatio ciuitatis, ſuppoſito ꝙ ſit magis eligibilis vita ciuilis vel omnibus hominib⁹, vel ſi non omnibus, ſed tamen pluribus, & ſi omnes homines non eligant viuere ciuiliter. Sunt enim q̃dam, qui aut nō poſſunt cōmunicare ciuiliter propter defectum naturæ vel conſuetudinis, ſicut beſtiales homines, aut quia reputant ſe per ſufficientes, non eligunt vitam ciuilem, ſicut hoīes diuini, ſicut dicitur in Primo huius, plures tamen eligunt ipſam. Deinde cum dicit.

d ¶ Dat modum cōſiderandi de iſtis dubitationibus dicens, quoniam conſiderare de hoc, quod eſt eligibile omnibus, aut etiam plurimis eſt opus intellectus ciuilis, & pertinet ad ſpeculationem eius, nō autem conſiderare illud quod eſt eligibile huic vel illi, quoniam conſiderat bonum commune ꝑ ſe, bonum autem huius vel illius nō niſi in ordine ad bonum cōe. Ideo nos intendimus hunc modum ſpeculatiōis circa p̄dictas dubitatiōes cōſiderando eas ſecundum ꝙ referūtur ad totam ciuitatem, & non ſecundum ꝙ referuntur ad hunc vel ad illum ciuem. Hoc enim modo conſiderare de ipſis eſt acceſſorium. Primo autē modo principalis intentionis eſt, ita ꝙ intendit Philoſophus, vt videtur quātum ad primam dubitationem, vtrum vita ſpeculatiua totius ciuitatis non minus ſit eligibilior quàm Reſpublica. Et quantum ad ſecundam, quæ ſit optima diſpoſitio ciuitatis non huius vel illius. Deinde cum dicit.

e ¶ Proſequit̃ iſtas dubitatiōes. Et primo p̄mittit quādā ſuppoſitionē dicēs, ꝙ ex ſe manifeſtū eſt, ꝙ illa Reſpu. & ille ordo ciuitatis optimus eſt, ſm̃ quē quilibet vel plurimi operant̃ optime & viuūt fœliciter. Optima.n. oꝑatio & fœlicitas finis ſunt optimæ Reip. & ideo ex hoc habet rationē ciuitas. Deinde cū dicit.

f ¶ Proſequit̃, & primo proſequit̃ eas rōcinādo. Secundo cū dicit. {Ad eos autē &c.} Determinādo. Prima adhuc in duas, quoniā primo arguit ad primā. Secūdo cū dicit. {Ij quidē igitur &c.} arguit ad ſecundā. Prima adhuc diuiditur in partes duas. Primo enim adhuc reſumit dubitationē. Secundo cū dicit. {Putāt aūt ij quidē &c.} arguit ad ipſam. In prima parte dicit, ꝙ ab illis qui dicunt optimam vitam hominis eſſe in optima operatione virtutis, dubitatur vtrū vita ciuilis, quæ conſiſtit in cōicatione ciuili, & actiua, quæ conſiſtit in directione vel ordine operationū, q̃ ſunt ad alterū ſit eligibilior, vel illa quæ eſt abſoluta a turbatione ciuili & actionibus exterioribus magis, quam dicimus contēplatiuā, quā ſolam intendimus Philoſophos intēdere: has enim

d Quoniam autē. & politici intellect⁹ & theoriæ hoc eſt opus, ſed non circa vnūquodque eligibile: nos autem nunc hanc eligimus ſpeculationem, id quidem acceſſorium vtiq; erit, hoc autē opus methodi huius.

B e Quód quidem igitur neceſſarium eſſe politiā optimam hāc, ſecūdum quem ordinem & quicunque vtique optime aget & viuet beate, manifeſtum eſt.

f Dubitatur autem ab ipſis qui confitentur vitam cum virtute eſſe eligibiliſsimam, vtrum politica & actiua vita eligibilis vel magis abſoluta ab omnibus exterioribus, velut contemplatiua quędam, quam ſolam quidā aiūt eſſe philoſophicam. Ferè enim has duas vitas hominum honoratiſsimi ad virtutem videntur, C præeligentes, & priorum, & eorum qui nunc, dico autem duas, politicam & philoſophicā. Differt autem non modicum, vtro modo ſe habeat veritas, neceſſe enim bene prudētem ad meliorē coordinare intentionē & hominum vnicuiq; & cōi politiæ.

g Putant autem, ij quidem proximis principari: deſpotice quidem factum cum iniuſtitia eſſe maxime, politice autem q̄d D quidem iniuſtum non habere, impedimētum autem habere qui circa ſeipſum iucunditati.

h Iis autem ex cōtrario, alij exiſtunt opinantes, viri enim ſolam vitam actiuam eſſe & politicā: in vnaquaque enim virtute non eſſe actiones magis ſolitarijs, quàm ijs qui cōmunia agūt & politizantibus.

i Ii quidem igitur ſic exiſtimāt, ij autem deſpoticum & tyran-

*Cum uero ciuilis intelligentiæ & ſpeculationis hoc ſit opus, non autem circa unumquodque expetendum, præferamus & nos hanc cōſiderationem. Nam illud quidem extra propoſitum eſſet. Hoc autem ſecundum propoſitum huius inueſtigationis.*

*Quòd igitur neceſſarium ſit illam eſſe optimam Rempublicam, per cuius inſtitutionem unuſquiſque optime agat, & beate viuat, manifeſtum eſt.*

*Sed dubitatur etiam ab his, qui vitam cum virtute maxime eligendam putant, vtrum vita ciuilis & actiua ſit præferenda, an potius illa vita, quæ ſit ab omnibus externis ſoluta, ceu contemplatiua, quam ſolam putant quidam eſſe ſapientis. Ferè enim has duas vitas præſtantiſſimi ad virtutem homines anteponere uidentur, & antiqui & recentes. Dico autem duas, ciuilem, & Philoſophicam. Sed refert non parum, utrum hoc uel illo modo ueritas ſe habet, neceſſe eſt enim illum qui recte ſapit ad melius propoſitum ſe diſponere, & priuatim unumquemque hominem & publice ciuitatem.*

*Putant quidam in gubernando alios, ſi cum dominatu fiat, iniuriam eſſe ſummam, ſi ciuiliter ceſſare quidem iniuriam, ſed impediri uitæ tranquillitatem.*

*Alii uero contra hæc omnino putant ciuilem & actiuam uitam ſolam eſſe uiri, in ſingulis enim uirtutibus nulli eſſe maiorem operandi facultatem, quàm his qui in Reipublicæ gubernatione uerſantur.*

*Sunt etiam qui aliis dominari, & tyrannicum Reipublicæ modum putāt*

duas vitas homines excellentes, qui honoratiſſimi ſunt propter virtutē, & q̃ nūc ſunt, & qui nos præceſſerunt videntur ferè præeligere ſicut p̄cellentes. Ferè autem apponit, quia ſunt q̃dam homines beſtiales rectū vſum rationis non habentes, q̃ vitam pecudum eligunt, puta voluptuoſam, nō aliquam prędictarum duarū. Dico autem duas vitas, ſcilicet ciuilē & philoſophicā, ſiue contēplatiuā, nec refert parū ſcire quæ iſtarum eligibilior ſit, & quo modo veritas ſe habet. Neceſſe enim eſt ſapientem & optimū virum, & ciuitatē optimam ad meliorē ipſarum dirigere intentionem ſuam, nō poteſt autē ad meliorem intentionē dirigere, niſi ſciatur quę ſit melior, & ideo neceſſe eſt ſapiētem cognoſcere, quomodo ſe habeat veritas circa prædictam dubitationem. Deinde cum dicit.

g ¶ Arguit, & primo quòd abſoluta ſit melior. Secundo cum dicit. {Ijs autē ex contrario &c.} quòd ciuilis. In prima parte arguit dupliciter, ꝙ cōtemplatiua ſit melior dicens, ꝙ quidā opinantur, ꝙ principari domīatiuæ, hoc eſt principatu domini ad ſeruum, & alios ciuiles actus exercere, non poteſt eſſe ſine iniuſtitia magna. Optima autem vita huiuſmodi iniuſtitiam, quę magis accidit in ciuili communicatione nō habet, quia optima vita ni-E hil pręter rationem habet, igitur optima vita non eſt ciuilis, ſed abſoluta magis. Secundo hoc idem arguit. Illa vita quæ præſtat impedimentum delectationi, quæ circa ipſum, non eſt optima, optimam enim vitam oportet habere maximam delectationē, ſed vita ciuilis impedimentum pręſtat huic delectationi, non eſt igitur optima ſed magis abſoluta. Deinde cum dicit.

h ¶ Ponit rationē in oppoſitū dicēs, ꝙ alij econtrario opinantur dicentes, ꝙ ad virum optimū pertinet ſola vita actiua & ciuilis. Illa.n. vita ꝑtinet ad optimū virū, in qua ſunt plures actiones & excellentiores virtutes, nūc autē plures actiones ſecundū vnamquamque virtutē nō ſunt ducentibus vitā ſolitariā quàm his qui ducunt ciuilē, & tractantes cōia. Iſti.n. exercent opera fortitudinis & liberalitatis, quæ non multum pertinent ducentibus vitam ſolitariam, ſed magis econtrario. ergo ciuilis vita magis pertinet ad optimum virum, erit igitur optima. Hi quidem igitur habent hanc opinionem. Deinde cum dicit.

i ¶ Videtur arguere ad ſecundam dubitationem: fuerunt enim

quidam qui dixerunt optimam ciuitatem & optimam diſpoſitionem ciuitatis eſſe vitam dominatiuam & tyrannicam, qua quis principatur pluribus tyrannice. De hoc igitur intendit inquirere hic, & primo arguit, ꝙ talis diſpoſitio Reipub. ſit optima. Secūdo cū dicit. {Quamuis videbit vtiq; &c.} arguit in oppoſitū. Tertio cū dicit palā igit &c.} Ex rōnibus cōcludit veritatem. Prima pars diuiditur in tres partes. Primo enim adducit rationem ſumptam ex termino legis & Reipu. Secundo dicit. {Adhuc autem in gentibus &c.} Ex honoratione dominantium. Tertio cum dicit. {In aliquib[9] enim & leges &c.} ponit rationem ſumptam ex prouocatione quæ per leges eſt. In prima parte dicit, quòd quidam fuerūt qui dixerunt ordinē Reipu. tyrānicum & dominatiuū, quo aliquis principatur principatu dominatiuo ſolum fœlicem eſſe & maxime homini eligibilem. Quorum vna ratio videtur, quoniā ille videtur optimus modus Reipu. & optimus finis, ad qđ ordinantur leges & Reſpub. lex enim & Reſpu. rationem ſumunt ex fine. Nūc autē videmus, ꝙ apud quoſdā leges & Reſpu. ad hoc ordinantur finaliter, quatenus pluribus principentur dominatiue, propter quod quamuis legalia pluribus ſint diuerſa, (vt eſt dicere) & non ordinata ad vnum finem, ſed quædam ad vnū, quædam ad alium, ſi tamen alicubi ordinātur ad vnum, videm[9] quòd omnes intendunt finaliter hoc vt principentur vicinis pluribus, ſicut apparet in legibus Lacedæmoniorum & Cretenſium, tota enim diſciplina iuuentutis & legum multitudo ad hoc coordinata ſunt ferè, vt plures eis ſubijciantur, & ipſi pluribus principentur tyrannice ad vtilitatem ipſorum nō ſubditorum, ergo talis modus Reipublicæ eſt optimus. Deinde cum dcit.

K ¶ Ponit ſecundā rationem quæ videtur eſſe. Ille modus Reipu. optimus videtur propter quem homines maxime honorantur. Excellentiæ

F enim boni debetur honor, ſed non videmus quòd in omnibus gentibus quæ poſſunt alios ſupergredi principando, talis potentia ſupergrediendi vel dominandi honorata eſt, ſicut apud Scythas, & apud Perſas, & Thraces, & Gallos, ergo talis modus Reipublicæ optimus eſt. Deinde cum dicit.

l ¶ Ponit tertiam rationem, cuius virtus eſt, ille modus Reipublicæ optim[9] ad quē leges maxime intendunt prouocare, legis enim latoris eſt ciues quales quoſdam facere, quoniam boni operatores prouocando per remunerationem bene operantes, ſed ad talē modū Reipub. plures leges prouocant, ergo talis modus Reipub. optimus eſt. Minorē propoſitionem ipſe declarat quaſi in quatuor legibus obſeruatis apud diuerſos, dicens primo, ꝙ apud aliquos ſunt aliquæ leges prouocātes ad virtutem, qua aliqs pōt ſupergredi plurībus, ſicut dicitur quādam legē fuiſſe apud Carthaginenſes tot ornatus ex annulis accipere quot militijs militauerit vincens aduerſarium. Fuit etiam lex in macedonia militem, qui nullum inimicū occidiſſet circumcingi capiſtro in vituperiū. Itē apud Scythas nō licebat ſecundum legem & conſuetudinē in quodam feſto pateram circumlatam exhibere ei, qui non interfeciſſet aliquem inimicorum in vituperium, ei aūt qui interfecerat licebat ad laudem & ad honorē ipſius. Inter Hyberos quoq;, quæ ſunt gētes bellicoſę multum tot obeliſcos numero apponūt circa ſepulchrū alicuius militis, quot interfecerit inimicos, & alia talia multa apud alios diuerſos, quorum quædam ordinata ſunt legibus, alia ſola conſuetudine obſeruantur. Deinde cū dicit.

m ¶ Ponit rōnes tres in cōtrariū, quarū ſecūdā cū dicit. {Inconueniēs āt &c.} Et tertiā cū dicit. {Aut nō erit vtiq; &c.} In prima pte dicit ita, qdā dixerūt, ꝙ mod[9] Reipub. tyrānic[9] eſt optimus, q̄uis videat valde incōueniēs, & pter rōnē eē ſi aliq voluerūt cōſiderare hoc eē op[9] ad ciuē ptinēs. ſ.



nicū modū politiæ aiunt ſolū eſſe fœlicē, apud quoſdam autem iſte & legū, & politiæ terminus, quatenus deſpotizent vicinis. Propter quod & plurimorū legalium diſperſim, vt eſt dicere, poſitorū apud plurimos, tamē ſi alicubi aliquid ad vnum leges reſpiciunt, vt imperent coniecturant omnes, ſicut in Lacedæmonia & Creta ad aduerſarios coordinata ſunt ferè diſciplina & legum multitudo.

k Adhuc autem in gētibus omnibus potentibus ſupergredi, talis potentia honorata eſſet, velut inter Scythas & Celtas.

l In aliquibus n. & leges quædā ſunt prouocātes ad virtutē hāc, ſicut in Charcedone aiunt ornatū ex lilijs accipere quotcumq; militijs militauerunt. Erat autē aliquando, & circa Macedoniā lex, eū qui nullū occidiſſet inimicorū virū circumcingi capiſtro. Inter Scythas autē non licebat bibere in feſto quodā cyphū circumportatum ei, qui nullum inimicū occidiſſet. Inter Hiberos autē, qui ſunt gēs bellicoſa, tot numero obeſiſcos cōmaſsāt circa ſepulchrū, quot vtiq; peremerint inimicorum, & alia multa vtique apud alios ſunt talia, hæc quidē legibus comprehenſa, hæc autem cōſuetudinibus.

m Quāmuis videbitur vtique valde incōueniēs eſſe forte volētib[9] cōſiderare, ſed hoc eſt op[9] politici, poſſe ſpeculari qualiter principetur & deſpotizet vicinis & volēribus & nō volentib[9]. Qualiter .n. vtiq; erit hoc politicū, aut lege feribile qđ neq; legale eſt, non legale autē, non iuſte ſolum, ſed & iniuſte principari. Imperare autem eſt & nō iuſte, neq; .n. medici, neq; gubernatoris opus eſt ſuaſiſſe, aut ſanaſſe, huius quidē eos qui curātur, huius aūt nautas. Sed vidētur multi deſpoticā putare eſſe politicā, & quod quidem ſinguli ſibi non aiunt eſſe iuſtum neque expediens, hoc non verecundantur ad alios ſtudentes. Iſti quidem enim apud ſe iuſte principari quęrunt, ad alios autem nihil curant iuſtorum.

*ſolum eſſe beatum, & in quibuſdam ciuitatibus hic eſt finis legum, vt finitimis dominentur. Itaque cum pleraque conſtituta paſſim, vt ita dixerim, taceant apud plurimos, tamen ſiquid vnum leges reſpiciunt, id coniectant omnes vt ciuitas dominetur, ſicut in*
G *Lacedæmone & Creta ad bellum ferè ordinata eſt diſciplina iuuentutis & legum multitudo.*

*Præterea apud gentes omnes, quæ poſſunt præualere huiuſmodi honoratur potentia, ceu apud Scythas & Perſas, & Thraces, & Gallos.*

*Quibuſdam enim leges ſunt ad huiuſmodi prouocationes virtutum, vt*
H *apud Carthaginenſes ornatum ferunt annullorum accipere pro numero expeditionum, in quibus militauerint. Fuit etiam quandoque in Macedonia lex, reum qui nullum hoſtem interfeciſſet capiſtro cingi. Apud Scythas uero non licebat ſolennibus epulis pateram circumlatam accipere ei, qui nullum occidiſset hoſtem. Apud Hiberos quoque pugnacem gentem tot obeliſcos erigere circa ſepulchrum mos eſt, quot homines ex numero hoſtium necauerit. Et alia apud alios*
I *ſunt huiuſmodi complura legibus, aut moribus conſtituta.*

*Atqui uideretur forſan nimis abſurdum eſſe ſiquis conſiderare uelit, an hoc propoſitum eſſe debeat eius qui legibus inſtituit ciuitatem, prouidere ſcilicet ut illa dominetur finitimis & uolentibus & inuitis. Quomodo enim id ciuile, aut lege ſanciendum, quod ne legitimum quidem eſt, neq; enim*
K *legitimum non ſolum iuſte, uerumetiam iniuſte dominari, ſubdere uero eſt & non iuſte. Atqui nec in aliis ſcientiis ita uidemus, nec enim medici, neque gubernatoris eſt id perſuadere ægrotis & nautis, uel uim afferre, ſed plerique uidentur exiſtimare ciuilem diſciplinam eſſe dominari, & quod in ſeipſos fieri nollent, hoc in alios facere non erubeſcunt. Ipſi pro ſe iuſtitiam quærunt, pro aliis vero nulla eis iuſtitiæ cura eſt.*



poſſe conſiderare qualiter principetur principatu dominatiuo quocumque, ſiue volentibus, ſiue nolentibus, hoc enim non videtur. Illud enim quod illegale eſt, vel illegitimum non eſt ciuile, aut lege ordinabile, leges enim ordinantur de legitimis & legalibus. Principari autem vicinis non ſolum iuſte, ſed etiam iniuſte, manifeſtū eſt quòd legale non eſt, nec legitimū, & principari contingit non ſolum iuſte, ſed etiā non iuſte. ergo principari quocumq; modo non eſt ciuile, aut ordinabile ſecūdū legem. Et iterum ſicut eſt in alijs artibus operatiuis, ita in Republica & legiſlatiua. In alijs autem ſic eſt, puta in medicina opus medicorū eſt nō ſuadere ægroto vt ſanetur, ſed ipſum ſanare. Similiter in gubernatiua, op[9] eſt gubernantis non curare nautas ab infirmitate, ſed dirigere ad gubernandum nauē. ergo ſimiliter in Repub. & legiſlatiua opus erit ciuilia & legalia ordinare non illegalia, & principari eis, qui nati ſunt & debēt ſubijci. Adiungit autem increpationem cōtra contrariū opinantes, dicens, ꝙ quàmuis ita ſit, ſicut concluſum eſt prius ſecūdum veritatem, tamen plures videntur opinari modum Reipub. dominatiuū optimum eſſe, nō verecundantes ordinare ſicut iuſtum & expediens, quod ſibijpſis non credunt iuſtū eſſe & expediēs ad finem, ipſi enim volūt ſibijpſis iuſte principari & fieri, quæ ſunt expedienda, ꝙ autē alijs principentur iniuſte non curant, & hoc valde verecundum eſt. Siquidem verecūdi eſt de turpi. Turpe autem eſt homini præter rationem rectam agere. Recta autē rō dr̄ nō facere, alij quod ſibi nō vult fieri. Deinde cum dicit.

n ¶ Ponit ſecundam rationem & eſt. Inconueniens eſt & irrationabile illis principari dominatiue, qui non ſunt nati ſubijci dominatiua ſubiectione. Hoc enim contra naturam videtur, & per conſequens violentum, & violentum præter rationem eſt, quidam autem ſunt, qui non ſunt nati ſubijci tali ſubiectione. Inconueniens enim eſt ſi ſint aliqui nati ſubijci tali ſubiectiōe, & alij non nati nec diſpoſiti ad hoc, ſicut inconueniens eſt aliquem non eſſe ſeruum, & aliquem liberum naturaliter, ſed omnes ſeruos. ergo irrationabile eſt principari omnibus dominatiue. Quare ſi veritas hoc modo ſe habet, non oportet ſecundum rationem tentare velle dominari omnibus, ſed illis qui nati ſūt, ſicut nec optimum eſt homines venari ad menſam vel ſacrificiū quodcumque animal, ſed illud quod ad hoc venabile, quod ad hoc conueniens eſt, puta eſibile & mundum, vnde venabile animal dicimus quodcumque ſylueſtre fuerit aptum ad generandū nutrimentum. Deinde cum dicit.

o ¶ Ponit tertiam rationem dicens, ꝙ adhuc poſſibile eſt eſſe aliquam ciuitatem ſecundum ſeipſam, ab alijs ſeparatam, vnam bene gubernantem & fœlicem exiſtentem, puta ſi contingat aliquam eſſe talem ciuitatē remotam ſecūdum ſitum ab alijs, quæ regatur legibus rectis ordinabilibus in finē rectū, & tñ ordo Reipublicæ illius, & leges hanc ſignantes, non ordinantur ad bellū,

A neque ad ſubijciendum vicinos, neque ad dominandum aduerſantibus qualitercumque. Supponatur enim, ꝙ non ſint aliqui propinqui, quibus poſſint & velint dominari, ſed habet bonum ſuum in ſeipſa. Hoc autem non eſſet ſi optimus modus Reipublicæ eſſet principari alijs qualitercumque iuſte vel iniuſte. Nō eſt igitur optimus ordo Reipu. dominatiue principari vicinis. Deinde cum dicit.

p ¶ Ex rōnibus prædictis concludit veritatem. Ad cuius euidentiam eſt intelligēdum, ꝙ actiones bellicæ in ciuilibus per ſe ordinātur ad duo, ſcilicet ad repellendum inſurgētes & iniuriantes, ne ſeruiant iniuſte, & ad compellendum ſeruire illos, qui nati ſunt & debent ſeruire, & cū ordinantur ad alterum iſtorum duorum bonæ ſunt & eligibiles ſecundum rationem rectam. per accidens autem contingit ꝙ ordinentur ad repellendum eos, quibus nati ſunt ſeruire, vel ad impugnādum nō natos ſeruire, & ſic nec bonæ, nec ſecundum rationem eligibiles, & ideo actiōes bellicæ & preparatio curæ earū abſolute, nec bonæ, nec eligibiles ſunt, ſed tantum ſecundum primū modum, & adhuc tunc non ſunt querendæ, ſicut vltimus finis, vel ſicut illud quod ordinatur in finē. ſ. in pacem & tranquillitatem ciuitatis. Et hoc eſt quod intēdit concludere primo dicens, ꝙ manifeſtum eſt ex rationibus prædictis, ꝙ omnes curæ & preparationes eorum quæ ad bellū ad repellendum violentias, vel ad impugnandum alios ſecundum rationem rectam, bonæ quidem ſunt & eligibiles, ſicut dictum eſt prius, non tamē in hoc conſiſtit optimum Reipub. vel ciuitatis. Non enim gratia huius quæruntur alia, & ipſum non propter aliud, ſed ipſum gratia alterius finis. Nullus enim eligit bellare eius quod eſt bellare gratia, neque præparare bellum, videtur enim quis occiſor violentus eſſe, ſi amicos oppugnatores faceret, vt pugnæ & occiſiones fierent, ſicut dicitur in 10. Ethico. & ideo ad legiſlatorem,
E cuius eſt bonum ciuitatis procurare, pertinet conſiderare ipſam ciuitatem, & quantum ad fortitudinem quæ eſt ex ſitu, & quantum ad ordinationem Reipublicæ, & etiam modum hominum, quem habent ex naturali inclinatione, & aliam communicationem eorum adinuicem, & alios, ſcilicet ad quam vitam ordinabiles ſunt ex natura. Omnibus iſtis penſatis, ſiue ſit optima ſimpliciter, ſiue optima his, & tunc ordinare leges & ſtatuta, per quæ poterunt attingere ad hanc optimam vitam & fœlicitatem conuenientem ſibi, differentiam tamen quandam oportet eſſe huiuſmodi ſtatutorum legalium. Primo quidem ſecundum diuerſitatem finium & vitæ, ad alium & ad alium enim finem, alias & alias oportet ordinare leges. Secundo, quia quędam ſunt de his, quę immediate ordinantur in finem, quædam autem de his, quæ ordinantur ad aliud eorum quàm ad finem, quædam autem ad remouendum prohibentia, iterum ad legiſlatorem pertinet conſiderare ſi aliqui ſint vicini ciuitatis, quales ſunt eorum diſpoſitiones, ſi fortes,

n Inconueniens autem, ſi non natura hic quidem deſpotizans eſt, hic autem non deſpotizans. Quare ſi quidem habet hoc modo, non oportet omnibus temptare deſpotizare, ſed deſpotibus, ſicut neq; venari ad falſiciam vel hoſtiam homines, ſed ad id quod eſt ad hoc venabile, eſt autem venabile quodcumq; ſilueſtre fuerit eſibile animal.

o Autem non erit vtique, & ſecundum ſe ipſum vna ciuitas fœlix quę politizat, videlicet bene. Siquidem contingit ciuitatem habitari alicubi ſecundum ſe ipſam legibus vtentem ſtudioſis, cuius coordinatio politiæ non ad bellum neque ad imperandū erit aduerſarijs, nihil enim exiſtit tale.

p Palā ergo, quia omnes quę ad bellum curas, bonas quidem ponendū, nō autē tamquàm finem omnium ſummum, ſed illius gratia has. Studioſi autē legiſlatoris eſt conſiderare ciuitatē, & genus hominum, & omnē aliā communionem, vita bona qualiter participabūt & cōtingente ſibi fœlicitate. Different tamē ſtatutorū quædā legaliū, & hæc legis latiuę eſt videre ſi aliq extiterint vicini, quali ad quales ſtudēdū, aut qualiter deuenientibus ad quoſcumque vtendū. Sed hoc quidem poſterius vtiq; ſortietur congrua conſideratione ad quem finem oportet optimam politiam tendere.

*Hoc autem abſurdum, niſi tales ſint natura, vt alter dominari debeat, alter non, Quod ſi eſt ita, non eſt conandum omnibus dominari, ſed illis duntaxat, qui dominabiles ſunt, ſicut nec venari hominis ad menſam, vel ſacrificium, ſed illud quod venabile*
B *eſt. Eſt autem venabile omne animal, quod ſit natura ferum, & eſui aptum.*

*Enimuero fieri poteſt ut ſit ciuitas una ſeorſum per ſeipſam beata, uidelicet ſi gubernetur recte, nam poteſt eſſe ſita in loco penitus ſeparato, & legibus uti laudabilibus, cuius Reipublicæ conſtitutio non ad bellum, neq; ad ſuperandum hoſtes ſit,*

C *Patet igitur, quòd omnia rei bellicæ ſtudia bona ſunt exiſtimanda, ſed non ut finis ſupremus, ſed gratia illius. Studioſi autem legum poſitoris eſt conſiderare urbem, ac naturam hominū, & omnem aliam communionem uitæ laudabilis quo participent quantum fieri poteſt fœlicitatem. Differentia tamen erit in quibuſdam legum inſtitutis conſtituendis, & hoc pertinet ad eam diſciplinam, quæ eſt de legibus ponendis uidere, ſiqui ſunt finitimi populi, qualia ad quales exercenda ſint,*
D *& quemadmodum cum ſingulis conuerſandum. Verum de hoc poſtea ſuo loco conſiderationem faciemus, ad quem finem debeat optima Reipublicæ conſtitutio tendere.*

vel affeminati, ſi liberi naturaliter vel ſerui, & tunc conferendo conditiones ciuium & ciuitatis aliorum ad conditionem ciuitatis propriæ, conſiderare qualiter ſe habendum ad illos, & qualiter vtendum ad quoſcumque ex contingentibus, puta ſi ſint ſerui natura & effeminati debellandum eos, ſiquidem ciues ſint cōtrariæ diſpoſitionis. Si autem viriles & liberi ſecundum naturam ciuibus econtrario ſe habētibus, aut ſeruiendum eis ſicut natura inclinat, aut pacem habendum. Sed de iſtis erit conueniens conſiderationem in ſequentibus facere, ad quem finē oportet tendere Rēpub. optimam, & qualiter ordinanda ſunt ea quæ ad finem talē. Deinde cum dicit.

q ¶ Intendit ſoluere prædictas dubitationes. Sed eſt intelligendum, quòd diſſolutio ſecundæ pēdet ex diſſolutione primæ: ſi enim declaratum fuerit quæ ſit eligibiliſſima vita ſimpliciter, ſtatim oſtēſum erit, quę ſit optima Reſpublica & optimus ordo eius, illam enim Rempublicam, & illum ordinē eiꝰ oportet eſſe optimum ſecundum ſe, quæ vnitur optime, & in quibus intenditur optima vita, & idō tantum ſoluit principaliter primam, ſed quia circa primā dubitationem fuerunt opiniones ſubcontrariæ, primo declarat, quòd vtraque illarū quantum ad aliquid recte, & quantum ad aliquid non recte dicit. Secundo cum dicit. {Quòd ſi hæc &c.} diſſoluit eandem. Circa primum primo facit quod dictum eſt. Secundo cum dicit. {Quinimmo reſpondebit &c.} remouet obuiationem quæ poſſet fieri. Et circa primum primo proponit. Secūdo cum dicit. {Vtrique eorum &c.} manifeſtat. In prima parte dicit, quòd ad illos qui opinantur vitam, quæ conſiſtit cum virtute eſſe optimam & eligibiliſſimam, differunt tamen in vſu cuius virtutis exiſtat. Dicēdum ad vtroſque, quoniam vtrique in aliquo dicunt recte, in aliquo autem non recte. Quidam enim ipſorum reprobantes ciuiles principatus tamquam præter rationem exiſtentes, putant vitam liberi, hoc eſt abſolutam & contemplatiuam alteram eſſe, vel diuerſam omnino a ciuili & eſſe optimam & eligibiliſſimam inter omnes. Alij autem econtrario, vitam ciuilem optimam dicunt eſſe, rationem adducentes, quoniam vita contemplatiua in vacatione, & in vacando videtur conſiſtere. Nunc autem impoſſibile eſt eū, qui nihil agit bene agere. Bona autem actio & fęlicitas ſunt idē, hoc enim dicimus fœlicitatem, ergo impoſſibile eſt ducentem vitam cōtemplatiuam habere fęlicitatem ſimpliciter. Ciuilis autem vita multas actiones bonas & pulchras habet. ergo videtur quòd illa vita ſit eligibilior alia. Deinde cum dicit.

r ¶ Manifeſtat in quo dicentes vitam contemplatiuam optimam, bene & malę dixerunt, ex quo apparet in quo alia opinio male dixit quodammodo per oppoſitum, & primo in quo bene. Secundo cum dicit. {Putare vero omnium &c.} In quo male. Ad euidentiam primi & quorundam poſterius dicendorum intelligendum eſt, quòd ſicut Philoſophus dicit in primo Metaphiſicæ. Liber eſt qui eſt ſuijpſius cauſa, quod non poteſt intelligi ſic, quòd aliquis ſit cauſa ſuijpſius primo. Nihil enim eſt cauſa ſui, ſed eſt intelligendum quòd liber ſit ille, qui ſecundum aliquid proprium ſibi eſt cauſa ſibi operandi, & tunc veritatem habet, quòd liber eſt ſuijpſius cauſa in duplici genere cauſæ, & in

q Ad eos autem qui confitentur quidem vitam, quæ cum virtute eſſe eligibiliſsimam, differentes autem de vſu ipſius, dicē dum nobis ad vtroſq; ipſos, ij quidē.n. reprobāt politicos prīcipatus, putātes vitā liberi alterā quandā eſſe a politica & omniū eligibiliſsimā, ij aūt hāc optimā. Impoſsibile.n. nihil agentem agere bene. Bonam autem actionem & fœlicitatē eſſe idē.

r Quia hæc quidem vtrique dicunt recte, hæc autem nō recte, ij quidem quòd liberi vita melior quàm deſpotica, hoc enim verum, neque enim ſeruo inquātum ſeruus vti venerabile, iuſsio enim quę de neceſſarijs nullo participat honeſtorum.

ſ Putare vero omniū principatū eſſe deſpotiā, non rectum, nō enim minus diſtat liberorū principatus ab eo qui ſeruorū q̃ rurſum quod natura liberum a natura ſeruo, determinatum eſt autem de ipſis ſufficiēter in primis ſermonibus.

t Magis autē laudare ſine actione eſſe quàm agere, non verum, fœlicitas enim actio eſt. Adhuc autē multorum & pulchrorum, finem habent quæ iuſtorum & temperatorum actiones.

*Ad confitentes autem vitam cum virtute eſſe maxime recipiendam; ſed contendentes de illius vſu dicendum eſt nobis. Sunt enim qui deſpiciunt magiſtratus ciuitatis, putantes ingenui hominis eſſe aliam vitam quàm ciuilis & omnibus præferendam. Alii vero hanc optimam putant. Impoſſi-* G *bile enim nihil agentem bene agere. Bene autem agere, ac fœlicem eſſe idem eſt.*

*Vtrique eorum quædam dicunt recte, & quædam non recte, nam liberi quidem hominis vitam meliorem eſſe quàm in dominando occupati, verum eſt. Nihil enim ægregium eſt ſeruo vti inquantum ſeruus. Iuſſus enim domini in rebus neceſſarius nihil habet decorum.*

H *At putare omnem gubernationem eſſe dominationem, nequaquam eſt ucrum, non enim minus diſtat liberorum gubernatio a dominatione ſeruorum, quàm differat natura liber a natura ſeruo, de quo ſufficienter in ſuperioribus libris determinatum fuit.*

*Sed laudare magis nihil agere, quàm agere non eſt rectum, nam fœlicitas actio eſt. Præterea multorum & præclarorum finem habent iuſtorum, temperatorumque actiones.*

F ratione agentis, & in ratione finis. In ratione agentis in quantum per aliquod principium quod eſt principale in eo operatur. In ratione autem finis inquantum operatur ad finem ſibi debitum ſecundum principium illud. Et quia homo maxime in eſſe conſtituitur per intellectum, eſt enim intellectus, vel maxime ſecūdum intellectum ſecūdum Ariſtotilem in .x. Ethi. & ideo homo liber dicitur, qui per virtutem intellectualē exiſtētem in eo operatur non accipiens ab alio rationem operandi, nec impedimentum habens ex parte materiæ, & qui operatur ad finem, qui debetur ei ſecundum naturam prædictam. Et quanto magis natus eſt operari ſecūdum illud quod perfectius eſt in intellectu in eo, & ad finē excellentiorem ſecūdum idipſum, tanto liberior, & ideo qui ſimpliciter operatur ſecundum virtutem intellectualem, & ad finem ſecundum intellectum perfectiſſimum, perfectiſſime liber eſt. Ecōtrario autem, homo ſeruus dicitur, qui non eſt natus operari ſecundū virtutem intellectus proprij, ſed virtutē & rationem operandi accipiens ab alio obediens, operatur. Et quia finis correſpondet agenti, ſeruus etiā eſt qui operatur prīcipaliter ad finē alterius, & ideo ſicut liber homo eſt qui eſt ſuijpſius cau- I ſa, & in ratione finis & agentis, ita ſeruus qui neutro iſtorum modorum principatur ſibi, & hoc propter imperfectionem intellectus in eo ſecundum ſe, vel ex diſpoſitione materię, & ita vita liberi dicitur vita ſecundum rationem propriam, ſerui autem ſecundum rationem alienam. Dicitur igitur, ꝙ opinantes vitā cōtemplatiuam eſſe optimam, rationabiliter dicunt in hoc qđ dicunt, ꝙ vita liberi eſt operatio ſecundum rationem propriā melior eſt quàm vita dominatiua, hoc eſt ſeruilis. Semper enim in vnoquoque genere illud quod eſt per ſe, melius eſt eo, quod eſt per accidēs. Iſtud enim ſimpliciter verum eſt, quoniam ſeruus ſecundum quod ſeruus, deficiens eſt, bonum autem honorabile eſt bonum excellens, iuſſio enim paſſiue quę eſt de his, quæ ſunt neceſſaria ad vitam, quæ fit ei a dominio non eſt aliquid ſecundum ſe honeſtum, quia honeſtum eſt quod ſecundum ſe quæritur, vt in ſecundo Rheto. dicitur, iuſſionem autem paſſiuā nullus bene diſpoſitus eligeret. K Deinde cum dicit.

ſ ¶ Declarat in quo male, & diuiditur in duas ſecundum quòd declarat in duobus, in quo male dixerunt. Secunda ibi. {Magis autem laudare &c.} In prima parte ipſe dicit, ꝙ vlterius in hoc, quòd acceperunt omnem principatum vniuerſaliter eſſe dominatiuum, ideſt principatum domini ad ſeruum non recte dixerunt. Eſt enim quidam principatus liberorum & quidam ſeruorum, & differunt iſti principatus adinuicem, non minus quàm naturaliter liberum & naturaliter ſeruum, oportet enim principatus differre adinuicem ſecundum differentiā ſubditorū. Principatus.n. ad ſubditum dicitur. Natura autē liberū & natura ſeruum differunt ſecundum rationem, & de hoc dictū eſt ſufficienter in primo Tractatu libri iſtius, ergo principatus liberorum & ſeruorum ſecundum rationem differunt. Nō igitur omnis principatus eſt dominium vel ſeruitutis. Deinde cum dicit.

t ¶ Declarat in quo male dixerunt ſecundo, dicens quòd vlterius in eo quòd dixerunt laudabiliorem vitam illam quę eſt ſine



ſine actione q̃ illam quæ eſt cum actione non recte dixerunt. Fœlicitas enim actio quædam eſt, & fęlicitas optima, eſt optima vita. Ergo optima vita eſt actio non priuatio actionis. Ad hoc operationes quæ ſunt ſecundum habitum iuſtitię & temperantiæ finem habent multorum bonorum & bene ordinatorum., ita ꝙ actio aliqua iuſtitiæ finis eſt eorum quę ſecundum temperantiam quæ ſecū dum iuſtitiam proximius, & actio aliqua ſecundum temperātiam finis eſt propinquus, & ſimiliter ſe habet de his quæ ſūt ſecundum alios habitus virtutum. Vlterius tamen iſte actiones ad alium finē vlteriorem ordinātur, quæ eſt actio quædā, & ideo tam finis proximus agibilium q̃ finis remotus actio q̃dam eſt, finis autem actionis vita eſt optima. Ergo optima vita eſt actio & nō priuatio actionis. Deinde cum dicit.

u ¶ Tangit obuiationem quam primo ponit. Secundo cum dicit. {Hoc illi forſan &c.} Remouet eā In prima parte dicit ꝙ forte aliquis poteeit opinari per ea q̃ determinata ſūnt de optima vita, ſcilicet, ꝙ ipſa eſt actio, ꝙ optimum ſit eſſe dominium omniū qualitercumque. Optimum enim eſt attingere ad optimam vitam, optima autem vita videtur eſſe ſecū dum prædicta ſecundum quam principatur omnibus. Optima enim vita eſt optima actio, dominans autē omnium dominus eſt plurimarum actionum & pulcherrimarū, & ideo optimum videtur principari omnibus, propter quod ſi verum eſt optimum virum potentem aliis principari, non expedit parcere cuicumque quantumcumque proximo, quin principetur eidem ſicut patet, neque patrem reputare filios, neque filios patrem, neque vniuerſaliter amicus amicum vt non principetur eiſdem, nec curare, quantumcumque ſint coniuncti vel boni vel qualiter aliter ſe habentes. Vniuerſaliter enim id quod eſt optimum eligibiliſſimum eſt, optime autem agere optimum videtur eſſe, ergo eſt eligibiliſſimum. Si igitur principari qualitercumque & quibuſcumque eſt optime agere, eſt eligibiliſſimum. Deinde cum dicit.

x ¶ Remouet obuiationem quod primo facit. Secundo cum dicit. {Propter quod & ſi aliquis.} Remouet obiectionem quādam. Primo igitur remouet obuiationem prædictam, declarans non eſſe optimum principari omnibus qualitercumque dicens, ꝙ hoc quod dictum eſt vere dictum eſt, forſitan ſi quidem ita eſſet ꝙ principantibus priuando alios iure ſuo, & inclinatione naturali & inferendo violentiam ineſſet illud quod eſt eligibiliſſimum homini. Sed hoc forte eſt impoſſibile quod adiungit, qa magni opinabantur contrarium, ipſi tamen hoc ſupponunt, ſicut ſecundum ſe manifeſtum. Sed hoc eſt impoſſibile, quoniā actiones principantis non contingit eſſe optimas, niſi idē principans tantum differat ab eis, quibus principatur in diſpoſitione naturali & acquiſita, quantum diſtat vir a muliere aut pater

u Et quidem forte vtique exiſtimabit aliquis, iis ita determinatis ꝙ dominans eſſe omniū optimum, ſic.n. vtique plurimarū & pulcherrimarum dominus erit actionū. Quare non oportet potentē principari parcere proximo, ſed magis auferre, & neq; patrem pueros, neq; pueros patrem, neq; totaliter amicū, amicum nullū reputare, neque ad hoc curare. Quod.n. optimum eligibiliſſimū, bene autem agere optimum.

x Hoc quidē igitur vere dicūt forte, ſiquidē exiſtit priuantibꝰ & vim inferentibus, quod entiū eligibiliſſimū, ſed forte non eſt poſſibile exiſtere, ſed ſupponūt hoc, non.n. adhuc bonas actiones contingit eſſe ei qui non differt tm̃, quantum vir a muliere aut pater a natis, aut deſpotes a ſeruis. Quare qui tranſgreditur nihil vtique tm̃ dirigere poſteriꝰ quantum iam trangreſſus eſt virtutem: ſimilibus.n. bonum & iuſtum in parte, hoc.n. æqnale & ſimile, non æquale autem æqualibus & non ſimile ſimilibus præter naturam, nullum aūt eorum quæ præter naturam bonum.

y Propter quod & ſi aliquis aliꝰ fuerit melior ſecundū virtutem & ſecundū potentiam actiuam optimis, huic bonum aſſequi, & huic obedire, iuſtū, oportet aūt non ſolū virtutē ſed ēt potentiā exiſtere ſm̃ quam erit actiuus.

z Sed ſi hęc dicimus bene, & fœlicitatem bonam operationem

*Quinimmo reſpondebit fortaſſe aliquis quòd poteſtatem habere optimum eſſet, ſic enim plurimas ac pulcherrimas res agere poſſet. Itaque is qui dominus agendi eſſe poteſt, hanc facultatem dimittere aliis non debet, ſed ſibi arripere, neque filium patris, neq;* B *parentem filii, neque amicum amici rationem habere, nam quod optimum ſit, id nobiſipſis aſciſcere debemus, optimum autem eſt bene agere.*

*Hoc illi forſan recte dicerent, ſi modo exiſteret auferentibus ac uiolantibus illud quod eſſet omnium maxime optandum, ſed fortaſſis id fieri non poteſt, falſoque hoc ſupponunt: non .n. amplius bonas actiones illas eſſe contingit, niſi tantum ipſe præſtet quan-* C *tum uir mulieri, & pater filiis, & dominus ſeruo. Quare is qui uiolaret, nihil tantum proficeret poſtea, quantum iam a uirtute ipſa receſſit, paribus enim honeſtum & iuſtum in parte, hoc enim iuſtum ac par, non par autem paribus, & non ſimile ſimilibus præter naturam eſt, nihil autem bonum, quod ſit præter naturam.*

*Quapropter & ſi alius quidem ſit melior ſecundum uirtutem, & ſecun-* D *dum potentiam actiuam in rebus optimis, hunc ſequi honeſtum eſt, & huic parere, iuſtum. Sed oportet illi nō uirtutem ſolum, uerumetiam potentiam exiſtere per quam ſit actiuus.*

*Quòd ſi hæc uera ſunt, & fœlicitas in bene agendo eſt reponenda, & pu-*

A a filiis, aut dominus a ſeruis. Actiones enim diuerſificantur ſecūdum diuerſitatem agentiū vt agentia ſunt. Si igitur aliquis tranſgrediatur volens dominari aliquibus non habens hanc differentiam ad illos, quam vir habet ad mulierem, vel pater ad natum, vel dominus ad ſeruum, non optime operabitur principando, nec etiam poterit tātum recte agere in poſterioribus quantum trāſgreſſus eſt in principio, volens principari nō diſpoſitus ad hoc: paruus enim error in principio magnus eſt in principiatis, & iterum eos qui ſunt ſimiles, & ęquales & ſecūdum naturam & ſecundum virtutem, bonum eſt & iuſtum omnes principari non ſimpliciter, ſed ſecundum partē, puta vnum in vno tēpore, alium in alio, vel vnum in vno prīcipatu, alium in alio. Iuſtum enim eſt ſimiles & æquales ſimile & æquale habere, nō æquales autem neq; ſecundum virtutem, neque ſecundum naturam habere æquale, vel ecōtrario ęquales habere inæquale, & non ſimiles habere ſimile, hoc eſt præter naturam: ſimiles enim & æquales ad æqualia ſimilia inclinantur ſecūdum naturam, ſed nullum eorum quæ ſunt præter naturam bonum eſt, quoniam quod eſt p̄ter naturam eſt violentum, & nullū violentum eſt bonū, ergo aliquem principari quibuſcumq; qualitercumque non eſt bonum. Deinde cū dicit.

y ¶ Remouet obiectionem quæ poſſet fieri, crederet .n. aliquis propter prędicta, ꝙ non expediret aliquem vnum principari omnibus aliquo modo, ſed eſſet præter naturam, quod ē contra regni rationem, quod eſt optima Reſpub. Hoc intendēs remouere dicit quaſi concludendo ex dictis ꝙ propter hoc, quia ſimiles & æquales iuſtum eſt habere ſimile & æquale in principando ſecundum partem, ſi aliquis inueniatur in ciuitate qui fuerit melior aliis, etiam bonis exiſtentibus ſecundum virtutē E & ſecundum potentiam actiuam in regēdo, per quam poſſit cohercere malos, huic bonum eſt ſubici, quia naturale eſt ꝙ deficiens ſupponatur perfecto in vnoquoque genere, & etiam iuſtum eſt obedire ſibi vni ſoli principanti. Iuſtum eſt enim vnūquemque ſecundum dignitatem propriæ virtutis habere, talis autem ponitur eſſe melior aliis ſecundum virtutem & ſecundū potentiam. Expedit autem debentem bene principari habere non ſolum virtutem, per quam inclinetur in bonum & ſciat dirigere actiones ſubditorum, ſed etiam oportet ipſum habere potentiam, per quam poſſit ſic agere cohercendo, declinando a rectitudine rationis. Deinde cum dicit.

z ¶ Diſſoluit primam dubitationem, ex cuius diſſolutione apparet diſſolutio alterius, & primo diſſoluit eam. Secundo cum dicit. {At vero neque ſine actione &c.} Reſpondet rationi adductæ in oppoſitum. Circa primum eſt intelligendum ꝙ fœlicitas eſt operatio hominis ſecundum intellectum. In intellectu autem eſt conſiderare ſpeculatiuū, cuius finis eſt cognitio veritatis,

ſitatis, & practicum, cuius finis eſt operatio. Et ſecundum hoc duplex fœlicitas aſſignatur hominis. Vna ſpeculatiua, quæ eſt operatio hominis ſecundum virtutem perfectam contemplatiuam quæ eſt ſapientia. Alia autem practica, quæ eſt perfectio hominis ſecũdum perfectam virtutem hominis practicam quæ eſt prudentia. Eſt autem quædam operatio ſecundum prudẽtiam, & ſpeculatio ſecundum ſapientiam hominis ſecundum ſeipſum ſolum. Et ẽ quædã operatio prudentiæ & ſpeculatio totius ciuitatis, & iõ eſt quędam fœlicitas practica, & ſpeculatiua quædam hominis ſecundum ſeipſum, & eſt quædam fœlicitas practica totius ciuitatis, & quædam cõtemplatiua totius ciuitatis. Fœlicitas autem ſpeculatiua ſecũdum vnum hominẽ, melior eſt practica q̃ eſt ſecundum vnum hominem, ſicut euidenter docet Ariſto. in decimo Ethi. quoniam illa pfectio intellectus eligibilior ẽ quæ eſt reſpectu obiecti magis intelligibilis, quia ratio perfectionis ſumitur ex obiecto, talis autem eſt ſpeculatiua. Fœlicitas enim eſt perfectio intellectus reſpectu primi & maxime intelligibilis. Fœlicitas autem practica ẽ perfectio intellectus reſpectu agibilis ab homine, ꝙ multo deficit a ratione intelligibilis primi, ergo fœlicitas contemplatiua vnius, eligibilior ẽ quàm fœlicitas practica, & iterum magis eſt continua & ſufficiens & delectabilis hęc quàm illa. Et eadem ratione contemplatiua totius ciuitatis eligibilior eſt quàm politica ſeu ciuilis, & contemplatiua totius ciuitatis ſimpliciter eligibilior eſt contemplatiua quę eſt ſecundum vnum. Similiter ciuilis practica quę eſt ſecundum vnum, & hoc eſt quod intendebat dicere Ariſto. primo Ethico. ſi idem eſt vni & ciuitati maiuſque & perfectius quod ciuitati videtur & ſuſcipere & ſaluare. Amabile enim & vni, melius vero & diuinius genti & ciuitati. Et ratio huius poteſt eſſe, quia contemplatiua & ciuilis ciuitatis comparantur ad contemplatiuam ſecundum vnum, ſicut totum ad partem, totum autem rationem magis perfecti & maioris boni habet quàm pars, & ideo iſta quàm illa, hoc ſuppoſito dicit Ariſto. quòd ſi ea quæ dicta ſunt prius bene dicta ſũt, & fœlicitas eſt optima operatio hominis ſecundum virtutẽ perfectam, vita autem perfecta eſt operatio optima & perfecta, neceſſe eſt optimam vitam & totius ciuitatis & ſecundum vnumquemque eſſe actiuam & in operatione conſiſtere. Sed optima vita actiua non exiſtit in directione operationum quæ ſũt ad alium in principando & communicando qualitercumque ſecundum quòd quidam credunt. Nec etiam illæ ſolæ meditationes intellectus actiuæ ſunt quæ ſunt de operabilibus, vel gratia operabilium contingentium, ſed multo magis illæ conſiderationes & meditationes optimæ ſunt quæ ſecundum ſe perfectæ ſũt & ſecundum ſe queruntur non propter aliquid aliud. Et ratio huius eſt, quoniam optimus finis hominis & ciuitatis eſt bona actio. Non poſſunt autem duæ vel plures actiones differentes ſpecie optimæ eſſe. Quare optimus finis hominis ẽ aliqua actio hominis, & illa ſecundum quam maxime agere dicitur. Maxime autem agere dicitur ſecundum intellectum ſpeculatiuum, maxi-

ponẽdum, & cõmuniter omnis ciuitatis vtique erit & ſecundũ vnumquẽque optima vita quæ actiua, ſed actiuã non neceſſariã eſſe ad alteros, ſicut putant quidam, neque meditationes ſolas has eſſe actiuas, eas quæ eueniẽtium gratia fiunt ex agere, ſed multo magis eas quę per ſe perfectæ, & eas quæ ipſarum gratia theorias & meditationis: bona enim actio finis, quare actio aliqua, Maxime autem agere dicimus & dominos extrinſecarum actionum architectorias intelligentibus.

aa At vero neq; ſine actione eẽ neceſſarium ciuitates ſecundũ ſe locatas, & ita viuere eligẽtes: contingit.n. ſecũdum partes & hoc accidere. Multę.n. communicationes ad inuicem partibus ciuitatis ſunt. Similiter autẽ & hoc exiſtit circa vnumquemq; hominum, vacationem.n. vtiq; Deus habebit bene, & totus mũdus quibus non ſunt extrinſecæ actiones præter proprias quæ ipſorum.

bb Quòd quidem igitur eandẽ vitam neceſſariam eſſe optimã vnicuique hominum, & cõmuniter ciuitatibus, & hominibus manifeſtum eſt,

*blice totius ciuitatis & priuatim ſingulorum uita illa erit optima quæ ſit actiua. Verumtamen actiuam non eſt neceſſarium eſſe ad alios, quemadmodum quidam putant.* G *Neque eas meditationes ſolum eſſe actiuas, quæ gratia eorum fiunt, quæ ex agendo proueniunt, ſed multo magis quæ in ſeipſis finem habent, & ſuiipſius gratia fiunt contemplationes & meditationes. Bene agere enim finis eſt, quare & actio quædam. Maxime autem proprie dicimus agere etiam externis actionibus, eos qui intelligentia & cogitatione operibus præſunt, ut architecti.*

H *Quinimmo neque ſine actione eſſe neceſſarium eſt eas ciuitates quæ poſitæ ſint in ſolitudine, & ita uiuere eligentes. Fieri enim poteſt ut partibus inter ſe agere contingat, multæ enim communicationes adinuicem ſunt partibus ciuitatis, ſimiliter autem hoc exiſtit unicuique homini. Vix enim Deus bene ſe haberet, & mundus totus, quibus non ſunt actiones externæ præter proprias ipſorum.*

I *Quòd igitur neceſſarium ſit candem eſſe uitam optimam priuatim unicuique hominum & publice ciuitatibus & hominibus, manifeſtum eſt.*

F me enim dicimus agere illos qui ſecũdum quod huiuſmodi dominium habent extrinſecarum actionum omnium, tales enim ſunt ſicut architectonici. Speculatiui autem maxime dominiũ habent operationum extrinſecarum, ſicut rationem imponentes & ſicut architectores. Intellectus enim practicus qui dirigit in operationibꝰ exterioribus ſupponit ſicut principium rectum appetitũ finis. Et rectus appetitus finis non eſt ſine rectitudine voluntatis. Rectitudo vero voluntatis ſupponit rectitudinem intellectus bonum vel finem oſtendentis. Siquidẽ voluntas nihil vult, quòd non ſit intellectum prius, ſicut dicitur primo Rhetoricæ. Iſte autem intellectus eſt intellectus non practicus, ſed ſpeculatiuꝰ, ſi practicus per ſe depẽdet a voluntate, iſte autẽ non, quare prima regula agendi vniuerſaliter ẽ intellectus ſpeculatiuus ſecundum ipſum, igitur agere dicimus, quare optima actio hominis eſt ſpeculatio, & per cõſequens vltimus finis eius. Non igitur meditatio de agibilibus eſt optima operatio hominis, ſed conſideratio vel ſpeculatio ſpeculatiua, & maxime illa quæ ẽ de primis, aut de primo ſimpliciter. Deinde cum dicit.

aa ¶ Reſpondet ad rationem in oppoſitum quod primo facit. Secundo cum dicit. {Quòd quidem igitur &c.} Inducit concluſionem principaliter intentam. Fuit autem ratio quòd optima vita hominis eſt vita actiua, ſed contemplatiua vita ſiue abſoluta ſine actione eſt, igitur &c. Ad quam reſpondet concedendo maiorem per interemptionem minoris, dicens quòd ciuitates ſecundum ſe locatæ non principantes exterioribus ciuibus, & ita viuere eligentes inter ſe inuicem communicantibus, & etiam ſpeculantes non ſunt ſine actione omnino, ſed habent multas & pulchras actiones, quàmuis enim non habeant actiones ad extrinſecos in principando vel ſubiiciendo aliis: inter ſe tamen habẽt vnam partem reſpectu alterius, quoniam multas habent communicationes partes ciuitatis adinuicem, ſimiliter hoc ſe habet & K circa vnumquemque hominem ſecundum ſeipſum, quàmuis enim non habeat actiones ad alterum, nihilominus tamen cõtingit ipſum habere actiones perfectas in ſpeculando ſecundũ ſeipſum, talem enim vacationem quæ eſt in operationibus ſpeculatiuis, Deus qui eſt maxime perfectus habet optime, & totũ etiam vniuerſum operationes habet, & tamen Deus non habet operationem extrinſecam, quę ſit alia ab operatione ſua, nec etiam mundus habet operationes in aliquid extrinſecum præter illas quæ ſunt partium adinuicem. Non igitur eſt verum, ꝙ homo ſiue ciuitas ducens vitam ſpeculatiuam ſit ſine actione. Deinde cum dicit.

bb ¶ Inducit concluſionem principaliter intentam prius, dicens, ꝙ ex his quæ dicta ſunt eſt manifeſtum, ꝙ optimam vitam vniuſcuiuſq; hominis ſecundum ſeipſum & totius ciuitatis, neceſſe eſt eſſe vnam & eandem ſecundum rationem, puta ſpeculationem, differunt tamen differentia partis ad totum.





## LECTIO III.

POſtquàm Philoſophus inquiſiuit de his quæ ſupponenda ſunt ad futuram optimam Rempu. ex parte finis ipſius, inquirit nunc de his quę ſupponenda ſũt ex parte materiæ ipſius, & circa hoc primo præmittit intentionem ſuã & ordinem conſiderandi. Secundo cum dicit. {Putant plerique &c.} Proſequit. Circa primum tria facit. Primo dat intentionem ſuam. Secundo cũ dicit. {Neque enim fieri &c.} Probat ꝙ oportet aliquia ſupponi conſiderãtem de Repu. optima ex parte materię. Tertio cũ dicit. {Eſt autem ciuilis &c.} Tangit quæ ſunt illa. In prima parte dicit, quoniam ea quæ dicta ſunt prius de fine optimæ Reipu. introducta ſunt ſicut quoddam proœmiũ ad euidentiam dicendorum, & de Rebuſpub. minus bene ordinatis, puta de ſtatu paucorum & multitudinis, determinatum eſt in præcedenti Libro ex quibus & quomodo ſunt inſtituendæ, relinquitur nobis conſiderãdum nunc quales ſuppoſitiones ex parte materiæ Reipub. oportet ſupponẽ ad optimã ordinationem futuram ſecundum votũ ipſius Reipub. puta ex parte ciuium & regionis, & quæ ſunt ſicut materia ipſius. Deinde cum dicit.

b ¶ Probat, ꝙ oportet aliqua ſupponi ꝑ duas rationes, quarũ ſecũdam ponit cum dicit. {Vt enim &c.} In prima parte intẽdit rationem hãc, ad optimam Rempub. futuram oportet ſupponere omnia illa, ſine quibus nõ poteſt inſtitui vel eſſe, ſicut ex ſe eſt manifeſtũ. Sed non eſt poſſibile eſſe optimam Rempub. ſine abundantia multorum moderata, tamen oportet multa ſupponi ſi debeat inſtitui optima Reſpub. quaſi optantibus illa, quamuis non obtinentibus, non tamen impoſſibilia haberi. Dico autem multa oportere ſupponi quantũ ad multitudinem ciuiũ & regionis. Deinde cũ dicit.

c ¶ Ponit ſecundam rationem & eſt, ſicut eſt de aliis conditoribus, hoc eſt artificibus, ita eſt de ciuili. De aliis autem artificibus, puta textore & nauiculario & quocumque alio tali, ſicut vidimus ꝙ ſi debeant recte operari ſecundum artem, oportet prę exiſtere materiam conuenientem exiſtentem & organa conuenientia, ſicut textoris fila, nauiculari ligna & ſerram bene diſpoſitam. Videmus etiam ꝙ quanto huiuſmodi organa & materia melius diſpoſita ſumit, tanto operatio quæ ſecundum artem eſt melior & conuenientior. Eſt ergo ſimiliter ciuili viro & legiſlatori ad ordinationem ciuium & ciuitatis conuenientem, oportet pręexiſtere materiam & organa idonea. Deinde cum dicit.

## LECTIO III.

QVoniam aũt prohemialiter dicta ſunt, q̃ nunc dicta ſunt de ipſis, & circa alias politias nobis conſideratum eſt prius: principiũ reliquorum dicere, primo quales quaſdam ſuppoſitiões oportet eſſe de futura conſiſtere ad votum ciuitate.

b Non.n. poſſibile eſt politiam fore optimã ſine moderata abũdantia, pp quod oportet multa præſupponi, quẽadmodũ optantes eſſe, tamen nihil horũ impoſſibile: dico aũt, puta de multitudine ciuium, & regionis.

c Sicut.n. & aliis conditoribus, puta textori, & nauifico, oportet materiã exiſtere idoneã exiſtentem ad operationẽ: quanto .n. hæc extiterit præparata melius, neceſſe & q̃d fit ab arte eſſe melius, ita & politico & legiſlatori oportet conuenientem materiã exiſtere idonee ſe habẽtẽ.

d Eſt aũt politici ſucceſſus, primum multitudo hominũ, quos, quot, & quales quoſdã exiſtere oportet natura, & ſecundũ regionem ſimiliter quantam eſſe, & qualem quandam hanc.

e Putant quidẽ igitur plurimi congruere magnã eſſe fœlicem ciuitatem, ſi autem hoc verum, ignorant qualis magna & qualis parua ciuitas, ſecundum numerum enim multitudinem inhabitantium iudicant magnã.

f Oportet aũt magis nõ ad multitudinem, ſed ad potentiã aſpicere: eſt.n. quoddam & ciuitatis opus, quare potentem maxime

## *LECTIO III.*

*CVm uero iſta nunc præmiſſa ſint ac de aliis Rebuſpu. fuerit prius a nobis conſideratum. De reliquis dicendi initium faciamus, quales aliquas ſuppoſitiones eſſe oportet pro ea ciuitate, quæ maxime ſecundum uotum ſit conſtitutionem ſuſceptura.*

B *Neque enim fieri poteſt ut optima ſit Reſpub. niſi opportune aſſint facultates, ex quo neceſſe eſt multa præſupponere, quaſi optantes eſſe, tamen nullum eorum impoſſibile. Dico autẽ ceu de multitudine ciuium ac de regione.*

C *Vt enim cæteris artificibus, puta textori, & nauiculario, materiam ſubeſſe oportet aptam ad opificium. Nã quanto melior hoc exiſtit, tanto id q̃d fit ex arte erit præclarius, ſic & gubernatori Reipub. & legum poſitori, oportet propriam ſubeſſe materiam apte ſe habentem.*

*Eſt autem ciuilis facultatis primo uidere de multitudine hominũ, quàm multos & quales natura eſſe oportet.* D *De regione quoque eodem modo, & quanta, & qualis eſſe debet.*

*Putant plerique magnam eſſe debere beatam ciuitatem, id & ſi uerum eſt, ignorare tamen uidetur qualis magna, & qualis parua dicenda ſit ciuitas. Exiſtimant enim magnam ex numero habitantium.*

E *Sed oportet non tantum ad numerum, ſed magis ad potentiam reſpicere. Eſt enim ciuitatis opus quoddam, quare quæ maxime id efficere poteſt,*

A d ¶ Tangit quæ ſunt illa, quæ ſunt ſupponenda, dicens ꝙ ad ſucceſſum ciuilem pertinet primo & præexigitur multitudo hominum, ſicut materia ſcilicet, qui & quot, & quales ſecundũ diſpoſitionem naturalem debeant eſſe, vel oporteat eos exiſtere. Et ſecundo ad ipſum pertinet regio ſcilicet, quantam oporteat eſſe ſecundum quantitatem, & qualem ſecundum diſpoſitionem ad bonam ordinationem futuram. Deinde cum dicit.

e ¶ Proſequitur & diuiditur in partes duas, quia primo inquirit de his quæ ſupponenda ſunt ex parte materiæ remotæ Reipub. ſ. ciuium & regionis. Secundo cũ dicit. {Cum vero.} Inquirit de illis quæ ſupponenda ſunt ex parte materię propĩquę quę ſunt cõſiliatiuum, bellicum, agricolæ, loca munita & ædificia. Circa primum adhuc primo inquirit de magnitudine & multitudine ciuium & regionis. Secundo cum dicit. {Nunc quales autem &c.} De diſpoſitione naturali ipſorũ. Circa primũ adhuc primo inquirit de magnitudine ciuitatis quantum ad multitudinem ciuium. Secũdo cum dicit. {De regione autẽ &c.} De ea quæ regionis. Circa primum inquirendo primo ponit opinionem quorundã de magnitudine ciuitatis, & reprobat eã. Secundo cum dicit. {Cum & bonũ &c.} Determinat de ea ſecundum intentionẽ ſuam. Circa primum ponit opinionẽ aliorum. Secundo cum dicit. {Sed oportet &c.} Arguit in contrarium. Circa primam partem dicit, ꝙ multi antiquorũ opinati ſunt ciuitatẽ illam fœlicem eſſe quę magna eſt, quàmuis hoc veritatẽ habeat, ſcilicet ciuitatem fœlicem magnam eſſe, ipſi tamen non bene determinant cuiuſmodi ciuitas magna, & cuiuſmodi parua ſit, nec bene accipiunt magnitudinem ipſius. Opinantur enim magnitudinem ciuitatis debere attendi ſimpliciter ſecundum multitudinem ciuium ſine aliqua determinatione, ſicut ſi magnum exercitum diceremus ſimpliciter qui eſt ex pluribus bellatoribus. Deinde cum dicit.

f ¶ Ponit rationes in contrarium per quas probatur ꝙ magnitudo ciuitatis non cõſiſtit in multitudine ciuium abſoluto, ſed cum determinatione aliqua, & ſunt tres. Quarum ſecundã ponit cum dicit. {Quinimmo &c.} Tertiam. {Quando etiam & re &c.} Circa primum eſt intelligendum ꝙ omnis res eſt propter ſuam operationem per ſe. Hæc enim eſt vltima eius perfectio. Omnes autem diſpoſitiones rei, puta quantitas, qualitas ſunt propter ipſam rem, & ideo tam res quàm diſpoſitiones eius ſunt propter operationem, & quia ratio eorum quæ ſunt ꝓpter

aliquid ſumitur ex eo propter quod ſunt, neceſſe eſt rationẽ rei & omnium diſpoſitionum eius ſumi ex ratione operationis. Secundum rationem autem operationis eſt ratio potentię, quę eſt principium immediatum ipſius. Hoc igitur ſuppoſito, dicit ꝙ in determinando magnitudinem ciuitatis, non oportet reſpicere ad multitudinem ciuium ſecundum ꝙ huiuſmodi, ſed magis ad potentiam ipſius, per quam poteſt in operationem ſuã. Ciuitatis enim ẽ aliqua propria operatio, puta illa quæ eſt ſecundũ virtutẽ principalem. Si igitur ratio magnitudinis ſumatur ex ipſa operatione quæ eſt ſicut finis, illam ciuitatem oportet dicere magnã ſimpliciter, quæ poteſt in operationẽ ſibi debitam perfecte, ſicut Hippocratẽ non dicimus eſſe maiorem hominem aliquo excedẽte ipſum ſecundum magnitudinem corporis, ſed dicimus eum maiorẽ medicum illo, qm̃ excedit ipſum in arte medicinæ, quàmuis excedatur ab illo magnitudine corporis. Deinde cum dicit.

g ¶ Ponit ſecundã rationem, & quia in eo quod cõponitur ex pluribus partibus neceſſe eſt magnitudinẽ includere multitudinem quandam partium, Dicit, ꝙ nõ ſolũ oportet magnitudinem ciuitatis attendi ſecundum rationem operationis, ſed ſi oportet cõſiderare ad multitudinẽ ciuium ex quibus cõponitur, non tamen ad quorũcumq; multitudinem vel quamcumque contingentem, quoniam in ciuitatibus eſt quędam multitudo ſeruorũ, & quædam aduenarũ & extraneorum confluentium ad ipſam, tales autem non ſunt per ſe pars ciuitatis, ſicut cõſequẽter oſtẽdetur, & ideo magnitudo ciuitatis non ẽ accipienda ſecundum multitudinem iſtorum. Sed qm̃ magnitudo rei attenditur ſm multitudinem partium, ex quibus componitur ſecundum aliquem modũ, magnitudo ciuitatis debet attendi ſecundum multitudinem partium per ſe, cuiuſmodi ſunt liberi, & bellici, & conſiliantes. Exceſſus .n. multitudinis iſtorũ ſignum eſt magnitudinis ciuitatis. Illam aũt impoſſibile eſt magnam eſſe ſimpliciter, ex qua poſſunt egredi multi numero mercenarii aut ſerui, viri aũt bellici pauci, aut cõſiliantes pauci, iſti enim ſunt per ſe pars, illi aũt non. Non enim dicimus idem eſſe ciuitatem magnam & multorum hominum, quia magnitudo ciuitatis attenditur ſecundum multitudinem partium per ſe ipſius, & non omnes homines inhabitantes eam ſunt per ſe partes eius. Deinde cum dicit.

h ¶ Ponit tertiam rationem, d. ꝙ non ſolum ex dictis manifeſtum eſt, ꝙ manignitudo ciuitatis non attendatur ſecundũ mul-

F titudinem hominum quantamcumque, ſed etiam ex operibus accidentibus poteſt hoc videri, videmus enim, ꝙ difficile eſt vel etiam impoſſibile ciuitatem quæ eſt multorum hominum, valde bene legibus & conſuetudinibus bene regi, difficile quidem ſi ſint multi prudentes, impoſſibile aũt ſi pauci. In Repub. autẽ oẽs vel plures idiotæ ſunt, nulla etiam illarum ciuitatũ quæ bene gubernatur remittitur ad recipiẽdum quantamcumq; multitudinem, & iterum per rationem poteſt hoc idem apparere. Lex .n. ſecũdum quã regitur ciuitas, ordo quidã eſt, & bona legiſlatio bona quædã ordinatio, & ideo ꝙ non eſt facile, aut nõ poſſibile ordinari, non eſt facile, aut nõ poſſibile bene legibꝰ regi. Nunc aũt excellens multitudo hominũ non poteſt participare ordinẽ. Excedentem .n. multitudinẽ ordinare eſt opꝰ diuinæ virtutis, quæ totũ hoc vniuerſum continet & ordinat, ergo difficile, aut nõ poſſibile eſt multitudinem excedentẽ hominum bene legibus regi. Sed hæc eſt operatio ciuitatis regi legibꝰ rectis, ergo ciuitas nõ debet eſſe quãtæcũq; multitudinis excedentis hominũ. Deinde cum dicit.

i ¶ Inquirit de magnitudine ciuitatis, & primo declarat ꝙ magnitudo ciuitatis conſiſtit in quadam multitudine determinata. In ſecunda cũ dicit. {Propter quod &c.} Concludit quæ ſunt illa. Prima in duas, quia primo concludit hoc ex præcedentibus. Secũdo cũ dicit. {Sed eſt magnitudinis ciuitatis quædã &c.} Probat hoc per ſimile in naturalibus. In prima parte dicit, ꝙ in omnibꝰ habẽtibus per ſe magnitudinem & multitudinem bonitas cõſiſtit aliqualiter in multitudine partiũ ad ſeinuicem ordinatarum & ad finẽ, & in magnitudine aggregata ex multitudine, quam conſequitur virtus, per quam poteſt in finem, & hoc ſecundũ aliquam rationẽ. Ciuitas aũt habet ꝑ ſe multitudinem quandã & magnitudinẽ: ergo ciuitatem illã dicemus optimam quæ habet magnitudinẽ & multitudinem ſecundum dictũ terminum, qui anteceditur ſecundũ tria quæ apparent ex tribus rationibus præcedentibus .ſ. ſecundum ordinẽ ad finem & operationẽ quod accipiebatur in prima, & ſecundũ partes principales quod accipiebatur in ſecunda, & ſecundũ ꝙ bene regibilis legibus rectis, quod in tertia, ita ꝙ ſecundũ illam ciuitatem dicimus magnã ſimpliciter, quæ habet multitudinẽ tantam partium per ſe, ꝙ bene poteſt legibus regi & attingere ad operationem per ſe ipſis. Deinde cum dicit.

k ¶ Probat idem per ſimile in naturalibus, & primo proponit ſimilitudinem. Secundo cũ dicit. {Similiter aũt & ciuitas &c.}

Applicat

hoc efficere, hanc eſſe maximũ, velut Hippocratẽ non hominẽ, ſed medicũ, dicet vtique aliqs eſſe maiorẽ differentiæ ſecundũ magnitudinem corporis.

g Non ſolum, ſed & ſi oportet iudicare reſpicientes ad multitudinem, non ſecundum cõtingentem multitudinẽ, hoc putãdum. Neceſſarium.n.fore in ciuitatibꝰ exiſtere & multorũ ſeruorũ numerũ, & aduenarũ & extraneorũ. Sed quicũq; ſunt pars ciuitatis, & ex quibus cõſtat ciuitas propriis partibus: horũ.n. exceſſus multitudinis magnæ ciuitatis ſignum, ex qua autẽ banauſi quidẽ multi numero egrediuntur, armorum autem viri pauci, hanc impoſsibile eſſe magnã: non.n idem magna ciuitas & multorum hominum.

h Non ſolũ, ſed & hoc ex operibus manifeſtum. quia difficile. Forte aũt impoſsibile bene legibus eam quæ valde multorũ hominũ, earum.n. quæ videtur politizare bene, nullam videmus exiſtentem remiſſã ad multitudinẽ, hoc autem pãlã eſt ꝑ ſuaſionem rationum. Lex.n.ordo quidã eſt, & bonam legiſlationem neceſſariã bonam ordinationẽ eſſe, valde autẽ excedens numerus nõ põt participare ordine. Diuinæ.n. vtique potentiæ opus hoc, quę & hoc oẽ cõtinet.

i Qm̃ quod bonum in multitudine & magnitudine conſueuit fieri, ꝑꝑ qđ & ciuitatẽ, cuius cũ magnitudine dictus terminꝰ exiſtit, hãc eẽ optimã, neceſſariũ.

k Sed eſt magnitudinis ciuitatis quædã menſura, ſicut & aliorum omnium aĩalium, plantarũ

*hanc exiſtimandam eſt eſſe maximã ciuitatem, ceu Hippocratem non hominem, ſed medicum quis diceret eſſe maiorem quàm alium qui magnitudine corporis eum excedat.*

*Quinimmo ſi ex multitudine iudicandum ſit, non ex quauis multitudine* G *ideſt exiſtimandum, neceſſe eſt.n. forſan in ciuitatibus eſſe ſeruorum, & inquilinorum, & hoſpitum grandem numerum. Sed ex his qui ſunt pars ciuitatis, & ex quibus ciuitas conſtat. Horum enim præcellens multitudo ſignum eſt magnæ ciuitatis. Ex qua uero ciuitate operarii quidem permulti exeunt, bellatores autem pauci, hanc impoſſibile eſt eſſe magnam. Non enim idem eſt magna ciuitas & populoſa.*

H

*Quin etiam re & effectu patet, quia diff cile eſt, & forſan impoſſibile, ut quæ nimiũ populoſa ſit ciuitas optime gubernetur. Earum certe quæ bene gubernari dicuntur, nullam uidemus in populoſam multitudinem eſſe diffuſam. Patet etiam ex rationum fide. Nam lex ordinatio quædam eſt, & bonam legis poſitionem neceſſarium eſt eſſe bonam ordinationẽ. At* I *multitudo nimium magna non poteſt recipere ordinationem. Diuinæ enim potentiæ id opus eſſet, quæ & hoc totum continet.*

*Cum & bonum quidem in multitudine ac magnitudine conſueuit fieri. Quapropter & ciuitatem illam cuius cum maguitudine dictus terminus exiſtit, optimam eſſe, neceſſe eſt.*

K *Sed eſt quædam menſura magnitudinis ciuitati, quemadmodum & aliorum ommium animalium, plantarum,*



Applicat eam ad propoſitum. In prima parte dicit, ꝙ magnitudinis ciuitatis eſt aliqua determinata menſura, & ad maius & etiam ad minus, quam non contingit tranſgredi ſecundum rationem, ſicut magnitudinis rerum naturalium. Naturalium.n. puta animalium & plantarum eſt terminus quidam determinatus ad plus, & etiam ad minus, quem non eſt tranſgredi ſecundum naturam. Omnia .n. naturalia habent formas determinatas per ſe, ad quas conſequuntur quantitates & paſſiones determinatæ. Et hoc ẽ quod Ariſto. dicit ſecundo de anima, omnium natura conſtãtium poſitus eſt terminus, & ratio magnitudinis, & augmẽti. Et hoc quidem cõtingit videre ad ſenſum, quoniam vnumquodque iſtorum ſi deficiat a magnitudine ſibi determinata ad minus, vel ſi excedat magnitudinẽ determinatam ad maius, non habet propriam virtutem, per quam determinatur. Sed aliquando quidẽ deficit a natura ſpeciei propriæ, puta cũ multum deficit aut excedit. Aliquando autem & ſi attingat ad naturam ſpeciei prauæ, tamen attingit quãtum ad diſpoſitiones, puta cũ parua deficit aut excedit ſicut nauis ſi fuerit vnius palmi, ſpeciem nauis nõ habebit omnino. Similiter nec ſi ſit duorum ſtadiorũ, ſi autem habeat aliquam magnitudinẽ parum deficientem aut parum excedentem magnitudinem ſibi naturalem, male ſe habebit ad operationem eius quæ eſt nauigatio, aut propter paruitatem, aut propter exceſſum. Deinde cum dicit.

l ¶ Applicat ſimile ad propoſitum. d. ꝙ ſimiliter ciuitas cum ſit a natura inclinante & ratione perficiente quæ imitatur eam, habet magnitudinem determinatam ad minus & etiam ad maius. Illa enim quæ componitur ex paucis ciuibus, non eſt per ſe ſufficiens, ſicut nec vicus. Ciuitas autem eſt communitas per ſe ſufficiens, ſicut dictum eſt prius, ergo illa quæ eſt ex paucis ciuibus valde rationem ciuitatis non habet. Illa autem quæ eſt ex multitudine ſuperabundanti, per ſe ſufficiens eſt ſibi in neceſſariis ad vitam, ſicut regio aliqua, ſed non ſicut ciuitas. Ciuitatẽ enim oportet habere ordinem quendam ciuilem. Multitudinẽ autem ſuperabundantem habere ordinem ciuilem aut difficile eſt valde, aut impoſſibile, & ideo illa quæ ex multitudine ſuperabundanti eſt, proprie rationem ciuitatis non habet. Sic ergo illa quæ deficit a multitudine determinata, & illa quæ excedit proprie ciuitates non ſunt. Nullus enim dux exercitus poteſt principari multitudini excedẽti ad maius, ſed determinate, nec aliquis eſt preco qui non habet aliquam magnitudinem vocis, ſicut fuit quidam nomine Stentor. Deinde cum dicit.

m ¶ Concludit quis eſt terminus magnitudinis ciuitatis, & primo quis eſt terminus eius ad minus. Secundo cum dicit. {Contingit autem &c.} Quis eſt ad maius. In prima parte di-

A cit ꝙ propter hoc, quia ciuitatem opportet eſſe per ſe ſufficientem, & per ſe ſufficiens non eſt ex paucis exiſtens primam ciuitatem ſecundum viam generationis qua minor rationem ciuitatis non habet, neceſſarium eſt eſſe illam quæ ex tanta multitudine componitur, quæ eſt per ſe ſibi ſufficiens ad bene viuendũ ſecundum communicationẽ ciuilem propter diuerſitatem officiorum & artificiorum, qua minor non eſſet per ſe ſufficiens. Deinde cum dicit.

n ¶ Declarat quis eſt terminus eius ad maius, & circa hoc primo proponit. Secundo cum dicit. {Sunt enim&c.} Probat. Tertio cum dicit. {Patet. igĩt &c.} Concludit intẽtum recapitulando. In prima parte dicit, ꝙ contingit ciuitatem quę excedit eam quę dicta eſt ſecũdũ multitudinem eſſe maiorem ciuitatem, ſed non contingit exceſſum eſſe in infinitum ita vt quæ magis excedit, magis ſit ciuitas. Quis autem ſit terminus talis exceſſus, vltra quem non eſt ciuitas, facile eſt conſiderare ex operationibus. Deinde cum dicit.

o ¶ Manifeſtat hoc ex duobus. Secundo ibi. {Inſuper &c.} In prima parte eſt intelligendum, quòd ſicut dicitur in primo huius, omnia quæcũque ſecundum naturam & artẽ ſunt diffinita, ſunt virtute quadam & operatione, in quam cum poſſunt dicuntur, cum autem non poſſunt, non dicuntur, niſi ęquiuoce. Ciuitas vero eſt aliquid eorum quæ ſecundum aliquid eſt a natura, & ſecundum aliquid ab arte, & ideo operationem determinatam habet, in quam cum poteſt dicitur ciuitas, cum autem non poteſt, non dicitur. Operatio autem principalis ciuitatis attenditur ſecundum partem principaliorem in ea, quæ eſt ipſe principans. Operatio autem principalis principantis eſt dirigere ſubditos ſecundum rationem pręcipiendo, & diſtribuendo bona communia & iudicando recte, ad quæ præexigitur cognitio ciuium. Dicit igitur, quòd ciuitatis ſunt aliquæ operationes: quædam quas exercet per principantes, quædam autem quas per ſubditos. Operatio autem principantis eſt iudicare & præcipere recte & diſtribuere recte principatus, quia iſtę competunt ſibi per virtutem quæ eſt prudentia quæ eſt propria ei. Ad hoc autem quòd recte iudicet de iuſtis, & quòd recte diſtribuat principatus & bona communia ipſis ciuibus, neceſſarium eſt ipſum cognoſcere ciues quales quidem ſunt ſecundum virtutem, & quam differentiam habent inuicem ſecundum virtutem, vt ſecundum exigentiam dignitatis virtutis diſtribuat principatus, & iudicet, & differenter ſecundum differentiam dignitatis eorum, aut ſi vbi non ſit ſecundum hunc modum, oporteat diſtributionem bonorum communium & iudicia praue ſe habere. Circa enim iſta operari non ſecundum rationem rectam, ſed ſecundum

proprium

organorũ. Etenim horum vnũquodque neque valde paruũ, neque ſecundum magnitudinẽ excedens habebit ſuam potentiã, ſed aliquando quidem totaliter erit priuatũ natura, aliquandõ autem praue habẽs: puta nauis palmi quidẽ nõ erit nauis oĩno, neq; duorum ſtadiorum: ad aliquam autem magnitudinem veniens, qñque quidem propter paruitatẽ prauã faciet nauigationẽ, qñque aũt ꝑꝑ exceſſum.

l Similiter autẽ & ciuitas, quæ quidem ex paucis valde nõ per ſe ſufficiens, ciuitas autem per ſe ſufficiens. Quæ autem ex multis valde, in neceſſarijs quidem per ſe ſufficiens ſicut gens, ſed non ciuitas, politiam enim non facile exiſtere. Quis enim dux exercitus erit valde excedentis multitudinis, aut quis preco nõ magnæ vocis.

m Propter quod primam quidem ciuitatem neceſſariam eſſe eam quæ ex tanta multitudine, quæ prima multitudo cã per ſe ſufficiẽs eſt ad viuendũ bene, ſecundũ politiæ communionem.

n Contingit autem & eam quæ excedit ſecundum multitudinẽ eſſe maiorem ciuitatẽ. Sed hoc non eſt, ſicut diximus, infinitũ. Quis autem ſit exceſſus terminus, ex operibꝰ videre facile eſt.

o Sunt.n.actiones ciuitatis, horum quidem principantium, horum autẽ ſubditorũ, principantis aũt opus eſt iuſsio & iudiciũ. Ad iudicãdũ aũt, de iuſtis & ad.

*inſtrumentorum. Nam horum ſingula neque parua nimium, neque magnitudine exceſſiua, ſuam potentiam retinebunt. Sed aut deſtituta erunt omnino a natura, uel male ſe habebunt, ceu nauis unius palmi, non erit penitus nauis, neque duorum ſtadiorum.* B *Sed ſi proceſſerit ad aliquam magnitudinem, quandoque propter paruitatem male faciet nauigationem, quandoque propter exceſſum.*

*Ita & ciuitas ſi ex nimium paucis ſit, non eſt per ſe ſufficiens, ſin ex nimium multis ſufficiens quidem in neceſſariis erit, ut gens, ſed non ut ciuitas, Rempub. enim non facile eſt in illis conſtitui. Nam quis dux eſſet tam exceſſiuæ multitudinis, aut quis præco non Stentorius.* C

*Quo circa neceſſe eſt primam eſſe ciuitatem illam quæ ex ea multitudine conſtat, quæ multitudo prima per ſeipſam ſufficiens ſit ad bene uiuendum in ciuili ſocietate.*

*Recipitur uero ut ea quæ multitudinem hanc excedit ſit maior ciuitas, ſed hoc eſt, ut diximus, infinitum. Quæ* D *uero ſit huius exceſſus determinatio, ex operibus intelligi faciliter poteſt.*

*Sunt enim actus ciuitatis imperantium atque parentium. Imperantis quidem opus eſt iubere ac iudicare. Ad iudicandum uero ſecundum iuſtitiam, & ad magiſtratus demandando,*

E

proprium impetum periculoſum eſt & iniuſtum; & tamen hoc neceſſe eſt accedere in ciuitate quæ eſt ſuperabũdantis multitudinis. Non enim omnes ciues a principāte bene poſſunt cognoſci; tantam igitur oportet eſſe multitudinem ciuium ad plus in ciuitate quæ recte debet operari, quãta pōt a principante cognoſci. Deinde cũ dicit.

diſtribuendum principatus ſecundum dignitatem, neceſſariũ cognoſcere inuicem ciues quales quidem ſint, tamquam vbi hoc non accidit fieri, praue neceſſe fieri quæ circa principatus & iudicia. Circa vtraque enim nõ iuſtũ proprio impetu agere, qđ quidẽ in ea quæ valde multorũ hominũ exiſtit manifeſte.

p Adhuc autem extraneis & aduenis facile tranſumere politiã, nõ enim difficile latere propter exceſſum multitudinis.

q Palam igitur quòd iſte eſt ciuitatis terminus optimus, multitudinis maximus exceſſus ad autarchiciam vitæ facile conſpirabilis. De magnitudine quidẽ igitur ciuitatis, determinatum ſit hoc modo.

p ¶ Probat idẽ ex ſecundo ſic. In ciuitate ſuperabundantis multitudinis contingit eſſe multos extraneos & aduenas: & alios non diligentes Rēpu. Extraneis autem & aduenis & nõ diligentibus Rēpub. facile eſt Remp. trãſmutare propter multitudinem ipſorum. Nõ enim difficile eſt latere eorũ machinationẽ propter exceſſum multitudinis. Magis enim latẽt male operãtes in maiori multitudine q̃ minori. Hoc autem eſt malum ciuitati & cõtra naturã eius: ergò malum & contra naturam ciuitatis eſt ipſum eſſe ſuperabundantis multitudinis. Deinde cum dicit.

q ¶ Inducit concluſionem intentam dicens. Manifeſtum eſt igitur ex his quæ dicta ſunt, ꝙ optimus termin⁹ ciuitatis eſt exceſſus multitudinis maximus, qui eſt ſufficiẽs ad per ſe ſufficientiam vitę; & eſt facile auxiliabilis & ordinabilis ſecundũ rationem rectam, ita ꝙ terminus ciuitatis ad minus accipitur a ratione ꝑ ſe ſufficiente: ad maius autem a ratione bonæ ordinationis. Sic igitur determinatũ ſit de magnitudine ciuitatis.

## LECTIO IIII.

CONſimiliter aũt & quæ de regione habent, de eo quidem enim ꝙ eſt qualem quãdam, palam quia ꝑ ſe ſufficiẽtiſsimam, omnis quicumque laudabit vtique, talem autem neceſſarium eſſe omnia ferentem, omnia enim exiſtere, & nullo indigere autarces.

b Multitudine autẽ & magnitudine tantam vt poſsint habitantes viuere vacantes libere ſimul & temperate. Hunc autem terminum, ſi bene vel non bene dicimus, conſiderandum poſterius diligentius, quando totaliter de poſſeſsione & de ea quæ circa ſubſtantiã abundantia, accidet facere mentionẽ qualiter oportet habere & qũo ipſam ad vſum. multæ enim circa cõſiderationẽ hãc ſunt dubitationes. propter trahentes ad vtrumq; exceſſum vitæ, hos quidẽ ad tenacitatẽ, hos autẽ ad delitias.

## LECTIO IIII.

POſtquam Philoſophus inquiſiuit de his quæ ſupponenda ſunt ex parte magnitudinis ciuitatis ciuilis: inquirit nunc de his quæ ſupponenda ſunt ex parte regionis adiacẽtis. Et circa hoc primo facit quod dictum eſt. Secũdo cum dicit. {De regione quidem igitur &c.} recapitulat determinata. Regio autẽ quęritur ſecundum ꝙ vtilis eſt ad bene viuendum ciuiliter. Ad hoc autem oportet ipſam eſſe quantam & qualem & bene poſitam. Et ſecundum hoc diuiditur pars iſta in partes duas. Quia primo declarat qualem & quantam oporteat eam eſſe. Secũdo determinat de ſitu ipſius cum dicit {Speciem autem &c.} Circa primum primo oſtendit qualem oporteat eam eſſe. Secundo cum dicit. {Multitudine autẽ & magnitudine &c.} quantam ſm quantitatem. In prima parte intelligendũ eſt, ꝙ cum regio omnis quæratur per ciues vel vſum ipſorum: oportet ipſam eſſe proportionatam ciuibus: & diſpoſitionem ipſius quærere ſm ꝙ competit vſui ipſorum. Et ideo dicit, ꝙ illa quæ ad regionem pertinent,

F proportionaliter ſe habent his quæ dicta ſunt de magnitudine ciuitatis quo ad ciues, qualem enim oporteat ipſam eſſe, manifeſtum eſt, per ſe ſufficientem vſui inhabitãtium. Quilibet enim regionem talem laudat quæ ſufficiẽs eſt ad omnia illa quæ ſunt neceſſaria ab bene viuere. Talem autem oportet fertilem eſſe & ferre omnia ex quibus ſuſtentatur natura hũana quo ad potum & cibũ, & quo ad prohibitionẽ intemperantiæ incontinẽtis. Hoc enim dicimus per ſe ſufficiẽs qđ omnia habet & nullo indiget. Regionem igitur talẽ oportet eſſe ſm qualitatẽ ꝙ poſſit omnia ferre quæ ſunt neceſſaria ad ꝑ ſe ſufficientiam vitæ. Hoc autẽ poteſt facere ſi fuerit temperata ſecundum qualitates primas, calidũ, frigidũ, humidũ, ſiccũ, quod conuenit ei per conuenientem habitudinem ad figuram cęleſtem & loci diſpoſitionem. Deinde cũ dicit.

*ſecundum dignitatem, neceſſarium eſt, vt ſeinuicem cognoſcant ciues quales ſint. Quare ubi hoc non fieri contingit, neceſſe eſt ut male res procedant circa magiſtratus demandandos: & circa iudicia. In utroque certe horum nequaquam eſt temere proce-* G *dendum, quod in nimia multitudine manifeſte contingit.*

*Inſuper hoſpitibus & inquilinis facile eſt ad Rempub. reperere, cũ non difficile ſit in tanta hominum multitudine latere.*

*Patet igitur quòd hæc eſt optima determinatio ciuitatis, ut ſit maximus multitudinis exceſſus, quæ ſit per ſe ſufficiens ad uiuendum, & facile inter ſe cognoſci poßit. De magnitudine ergo ciuitatis, determinatum ſit in* H *hunc modum.*

## *LECTIO IIII.*

*DE regione autem eadem fere dici poſſunt. Nam qualis eſſe debeat, clarum eſt, quòd ſufficientiam omnes laudabunt. Hanc autem neceſſe eſt feracem eſſe omnium. Nam omnia in ſeipſa habere, & nullius indigere ſufficientis eſt.*

I *Multitudine uero ac magnitudine tantam, ut queat habitatores ocioſos nutrire, liberaliter ſimul temperateq; uiuentes. Hoc autem, utrum bene uel non bene dicatur, poſtea diligentius erit conſiderandum, ubi de poßeſſionibus & facultatibus mentionem fieri continget, qualiter & quemadmodum ſe habere erga uſum ipſum oportet. Permultæ enim circa conſiderationem iſtam dubitationes cadunt, propter trahentes in utramque partem uitæ exceßum, alios ad tenuitatem, alios* K *ad largitatem.*

b ¶ Declarat quantam oportet eã eſſe: & quia nõ quæritur regio, vt dictum eſt, niſi ſm ꝙ ordinatur ad vitam humanam: dicit ꝙ oportet eſſe tantam ſecundũ magnitudinẽ totius & ſecũdum multitudinem conſideratam ſecundum diuerſitatẽ terræ ſatiuæ & nõ ſatiuæ, conſitæ & paſcualis. Et huiuſmodi, ꝙ homines in ea poſſint viuere ſecundum ꝙ competit homini ſecũdum ꝙ homo, hoc autem eſt ſecundum virtutẽ, & ideo tãtam oportet eſſe ipſam ꝙ habitãtes in ea poſſint viuere, quæ eſt directiua eorum ex quibus ſuſtentatͬ natura quę eſt temperantia & liberalitas. Temperantia quidem ſecundũ ꝙ ex ipſa ſuſtẽtatur natura abſolute, liberalitas in cõparationem ad alterũ. Tantã igitur oportet eſſe eam, ꝙ habitãtes poſſint viuere tẽperate non declinantes ad delitias, & liberaliter non retracti per tenacitatem. Vtrum autem iſte terminus magnitudinis ciuitatis bene aſſignatus ſit vel non, poſterius conſiderabimus diligentius, quando conſiderabimus de poſſeſſione & abundantia ſubſtantiæ. Quantam enim oporteat eã eſſe, & quomodo ordinare ad vſum, ſunt multæ dubitationes & contrariæ propter inclinationes naturales ad vtrumque exceſſum. Horũ quidem ad delitias & intemperantiam. Horum autem ad parcitatem, ſolent enim frequenter homines in agibilibus. Forte autem & in ſpeculabilibus formare ſibi opiniones ſecũdum inclinationes, vt qui inclinantur ad delitias, opinantur in ipſis ſummum bonum eſſe, & diuitias debere quæri ſecundum ꝙ faciũt ad delitiandum, & ſimiliter in aliis, vt frequenter. Hoc aũt eis accidit propter infirmitatem



mitatem intellectus eorum non potẽtis ſupergredi ſenſum, nec diſcutere veritatem propter naturæ inclinationem. Deinde cum dicit.

c ¶ Determinat de ſitu regionis, & primo in ſe. Secundo cũ dicit. {Ciuitatis autem potentiam &c.} In comparatione ad mare & aridam. In prima parte dicit, ꝙ facile eſt conſiderare ſecundum rationem qualem oportet eſſe ſpeciem, ideſt diſpoſitionem vel ſitum regionis, & conueniẽs eſt perſuaderi ad hoc ab his qui obſeruant vel dicunt hi qui experti ſunt circa ducatum exercitus. Dux enim exercitus circa diſpoſitionem regionis negociatur & expertus eſt. Dicendũ eſt igitur ſecundum ꝙ ab ipſis ſuperſuaſi ſumus, quod oportet ipſam eſſe difficile adibilem ab impugnãtibus & facile exibilẽ ab inhabitantibus, ſi enim eſſet facilis aditus aduerſariis faciliter deſtrueretͬ ab eis, ſimiliter & ſi eſſet difficilis exitus ipſis, nõ de facili poſſent repellere aduerſantes, fit autem hoc per habitudinem locorum conuenientem in habitudinem ad montes vel fluuios vel loca prerupta, adhuc oportet multitudinẽ hominum in ciuitate eſſe bene conſpicacem, ita ꝙ quælibet pars ſi indigeat poſſit de facili auxiliari a qualibet vel iuuare. Eſt autem intelligendum, ꝙ ſicut animal eſt aliquod vnum cõpoſitum ex partibus diuerſis vnitis in toto, ita ꝙ operatio cuiuslibet ad bonũ cuiuſlibet ordinatur, ſicut operatio oculi ad bonum pedis, & illa quę pedis ad bonum oculi, & ſic de aliis, ita & ciuitas eſt communitas ex pluribus compoſita, quorum operationes ad bonũ ſint ſingulorum, ordinabiles ſunt, ſaltem ſecundum ꝙ ſunt partes ciuitatis, ita & ſimiliter regionẽ oportet eſſe aliquod vnum compoſitum ex pluribus partibus ſic diſpoſitis, ꝙ quælibet ordinabilis ſit ad bonum cuiuſlibet, & ideo oportet ipſam eſſe ſic diſpoſitam ſecundum ſitum, ꝙ quęlibet pars poſſit auxiliari a qualibet quantum ad defenſionem ab aduerſariis, vel quantum ad neceſſaria vitæ, vel aliquid aliud huiuſmodi. Deinde cum dicit.

d ¶ Determinat de ſitu ciuitatis in comparatione ad mare & aridam, & primo facit hoc. Secundo cum dicit. {De nautica autem.} Inquirit de potentia & turba nauali, vtrum expediat ciuitati vel non. Circa primum primo declarat quomodo oportet ciuitatem eſſe ſitam ad aridam & mare. Secundo cum dicit. {De communicatione autem.} Mouet dubitationem. In prima parte dicit, ꝙ ſi oportet poſitionem ciuitatis ad votum habere, oportet ꝙ bene ſituetur in ordine ad aridam & ad mare, ita vt aliqualiter vtrique communicet ſi poſſibile eſt. Et huius vna ratio eſt quę dicta eſt prius, quoniam oportet ciuitatem bene &

c Speciem aũt regionis non difficile dicere, oportet aũt quædã ſuaderi & ab iis qui circa ducatũ exercitus ſunt experti, quia oportet quidem aduerſariis eẽ difficile adibilẽ, ipſis autem facile exibilem, adhuc autẽ ſicut multitudinem hominũ dixim⁹ oportere facile conſpicabilem eſſe, ita & regionẽ, quod autem facile conſpicabile, eſt regionẽ eſſe facile auxiliabilem.

d Ciuitatis autẽ potentiam, ſi oportet facere ad votũ, ad mare conuenit poni bene & ad regionem, vnus quidẽ qui dictus terminus, oportet.n. adeſſe auxilia locorum omniũ. Reliquus aũt ad delationes fructuum qui naſcuntur, adhuc autẽ eius qui circa ligna materiæ, & vtique ſiquam aliã operationem talem regio exiſtat præſidens facile deportabilem.

e De communicatione aũt ad mare, vtrũ proficua ſit bene legibus rectis ciuitatibus aut nociua, multa exiſtunt dubitantes.

f Aduenire .n. aliquos in aliis nutritos legibus incõferẽs aiũt eſſe ad bonã legiſlationẽ, & hominum multitudinem fieri quidem.n. ex vſu maris, emittentes & ſuſcipientes negociatorũ multitudinem, contrariam aũt eſſe ad Politizare bene.

g Quòd quidẽ igitur, ſi hoc nõ accidit, melius & ad ſecuritatẽ & ad abundantiã neceſſariorũ ciuitatẽ & regionẽ participare, mari, non immanifeſtum.

A facile auxiliabilem eſſe contra impugnantes, hoc autem magis inerit ſi ſit communis duorum, ſcilicet maris & aridæ habens auxilium ab vtroque. Alia autem eſt, quia oportet ciuitatem ſuſtẽtari ex fructibus regionis propriæ vel alterius, quod non poteſt fieri niſi deferantur ad ipſam, facilius autem deferuntur, ſi fuerit communis maris & aridæ. Iterum materia lignorum & ſi aliquid aliud tale ſit, qđ inueniatur in regione neceſſarium ciuitati, expedit ꝙ poſſit de facili deferri ad ipſam, hoc autem fit ſi fuerit communis maris & aridæ, & ideo expedit eam eſſe cõmunẽ vtriuſque illorũ. Deinde cũ dicit.

e ¶ Mouet dubitationem de propinquitate ad mare, & proponit primo circa hoc dubitationẽ antiquorum. Secundo cum dicit. {Aduenire enim aliquos &c.} Proſequitur ipſam. In prima parte dicit ꝙ de propinquitate & communicatione ciuitatis ad mare, vtrum expediat ciuitatibus bene gubernantibus & rectis bene legibus, multi dubitant, multas adducẽtes rationes ad vtrãque partem. Deinde cum dicit.

f ¶ Proſequitur eã, & primo tangit nocumenta quæ accidunt ex ipſa. Secundo cũ dicit. {Quòd quidem igitur &c.} vtilitates maiores cõſequentes. Tertio cũ dicit. {Sibi.n. &c.} Docet vitare nocumenta ex propinquitate poſſibilia contingere. In prima parte tangit duo propter q̃ videretur ꝙ non expediret ciuitatem eẽ propinquã mari, neceſſe enim conuenire multos inſtitutos vel inſtructos in aliis legib⁹ & exercitatos in aliis conſuetudinibus, ſicut videm⁹ nũc de omnibus ciuitatibus & villis propinquis mari, nutriti autem in aliis legibus & E exercitati in aliis conſuetudinibus, diſtrahunt ciues ab obſeruantia propriarũ legum, & ab his ad quæ ſunt aſſueti propter communicationem & conuictum, ex conuictu enim formantur mores, hoc autem inconueniens eſt ciuitati & corruptiuũ Reipub. ergo non expedit eam eſſe propinquam mari. Secundum eſt, quoniam in ciuitate propinqua mari neceſſarium eſt aggregari multitudinem nociuam Reipub. propter opportunitatem enim maris emittentes in quibus ſuperabundant, & ſuſcipientes in quibus deficiunt, neceſſe eſt ſubintrare multitudinem negociatorum ſeu mercatorum, talis autem multitudo cõtrariatur ad bene gubernare, quia lex ipſorum facit diuitias magis eẽ præcioſas virtute, quare contrariatur recte Reipu. & ideo non videtur expedire ciuitatem eſſe propinquam mari. Deinde cum dicit.

g ¶ Arguit in oppoſitum, tangens vtilitates prouenientes ex propinquitate, & primo proponit eas. Secundo cum dicit. {Etenim ad facilius.} Manifeſtat eas. In prima parte dicit, ꝙ nõ immanifeſtum

*. Formam uero regionis non eſt difficile perſcribere, credendumque eſt in quibuſdam rei militaris peritis, aſſerentibus talem eße oportere, ut ab hoſtibus quidem non facile inuadi poſſit, ciuibus autẽ facilis ſit in aliena egreſſio. Præterea ut hominum multitudinem facile inter ſe cognoſci poße di-* B *ximus oportere, ſic etiam regio ſit ſubiecta conſpectui, ideſt ut cognoſci & ſuccurri faciliter poſſit.*

*Vrbis autem ſitus, ſi formanda nobis illa eſt ſecundum uotum, opportune & ad terram & ad mare debet iacere. Vna iam determinatio præmiſſa eſt, oportere ad auxilia ferenda cõmunem eße locorum omnium, undequaque aptitudinem. Altera ad importationem fructuum. Præterea ad* C *lignorum materiem, & ſiquid aliud ſimile opificium regio in ſe habeat facilem aduectionem.*

*Communio autem maris, utrum utilis ſit ciuitatibus uel damnoſa, permultæ ſunt diſceptationes.*

*Nam & frequẽtare aduenas quoſdam alienis educatos legibus inutile putant, ad rectam ciuitatis diſciplinã,* D *& turbam popularem multiplicari ex uſu maris tranſmittentibus & recipiẽtibus negociatorum multitudinem, contrarium eße dicunt rectæ ciuium inſtitutioni.*

*Quòd igitur ſi iſta non contingant, melius ſit & ad ſecuritatem & ad copiam rerum neceſſariarum communionem maris habere urbem & regionẽ, non eſt obſcurum.*

immanifeſtum eſt, ꝙ multo melius ē regionem eſſe propinquā mari, vſque ad aliquid & ꝑꝑ maiorem abundantiam neceſſariorum ad vitam, & ad ſecuritatem maiorem ipſius, ſi poſſent prędicta inconuenientia vel nocumenta vitari. Deinde cum dicit.

h ¶ Manifeſtat & primo primum dicens ciuitatem ſi non debeat ſeruire, oportet ſic eſſe diſpoſitam ꝙ faciliter & ſine damno poſſit ſuſtinere impetus debellantium, ad faciliter autem ferre ipſos, & cum minori damno facit, quòd poſſint ſe iuuare contra eos per mare & ꝑ terrā, etenim ſi nō poſſunt ledere eos q. ſic debellant, tamen ſecundum alterā magis poterunt, ſi communicētur ambobꝰ: ab arida enim iuuabunt ſe in mari & a mari in arida contra eos. Expediēs eſt igitur eam communicare mari. Deinde cū dicit.

i ¶ Docet vitare nocumenta quæ videntur ſequi ex dicta cōmunicatione. Duo autem illa quæ tangebantur ad vnum videbantur reduci: ꝙ enim aliqui nutriti ī aliis legibꝰ, aut multitudo negociatorū aduenientiū per mare noceant ciuitati, hoc eſt inquantū diſtrahunt ciues ab ordine ciuili, & ideo ſimul docet vtramque vitare. Et circa hoc duo facit, quoniā primo inquirit vſq; ad quantum quærenda eſt in ciuitate negociatio. Secundo cum dicit. {Quoniam autem & nunc.} Docet vitare prædicta nocumenta. Circa primū eſt intelligendum, ꝙ negociatio in ciuitate quæritur propter commutationem neceſſariorum ad bene viuendum, huiuſmodi autem commutatio quæritur propter per ſe ſufficientiam vitæ, & ideo negociatio in ciuitate vſque ad hoc quærenda eſt per ſe, quod facit ad per ſe ſufficientiam ipſius & non amplius, ſicut ea quæ ſunt ad finem quæruntur ſecundū ꝙ competunt fini, & propter hoc non eſt quærenda ꝑꝑ alios principaliter. Dicit igitur, ꝙ ciuitatem quæ non ſibi ſufficit in omnibus ad bene viuendum, expedit eſſe negociatiuam ſibi, hoc eſt ſecundum ꝙ facit ad per ſe ſufficientiam ipſius, ſed non aliis, ideſt non ad per ſe ſufficientiam aliarum ciuitatum vel regionū principaliter. Illi autem qui exhibēt ſe negociatiuos ad omnes quaſi facientes forum omnium in propria ciuitate, faciunt hoc gratia acquiſitionis diuitiarum, nimis reputantes diuitias precioſas, quod eſt nociuum Reipub. rectę. Ciuitatem igitur illam quam non oportet participare acquiſitionem ſuperfluarum diuitiarum, non oportet recipere ſuper excedentem multitudinē negociatorum, ſed tantam quantam facit ad per ſe ſufficientia vitæ. Deinde cum dicit.

k ¶ Docet vitare nocumenta prædicta, dicens ꝙ ſic faciendū eſt in ciuitate bene ordinanda circa communicationem ad mare, ſicut videmus fieri & exiſtere in regionibus & ciuitatibus bene ordinatis & propinquis ei, ſic autem videmus ꝙ in talibus F & regionibus & ciuitatibus municipium ciuitatis diſtantiā quādam habet a mari, ita vt ſuburbia & portus in quibus recipiuntur negociatores ſint diſpoſita apte inter ciuitatem & mare, ita vt ipſa ciuitas non occupetur a mari, nec ſit valde longe ab eo, ſed ſint muri & alię munitiones puta turres vel caſtra interiacētia ciuitati & ſuburbio, cō ſimiliter faciēdum eſt ī ciuitate fiēda ad votum, ſi poſſibile ſit. Manifeſtum eſt enim ꝙ ſi ita ſe habeat & mare fuerit ſic propinquum ciuitati vt dictum eſt, ꝙ ſi aliquod bonū poſſit contingere ꝓpter communicationē ad mare inerit ciuitati ſic diſpoſitæ, ſi autē ad nocumentum poſſibile ſit euenire, id cauendum eſt per leges diuerſas determinantes, quos oportet recipere ad municipium, & quos non oportet & vſq; ad qd, & quibus oportet cōiungi per mercimonia & quibus non & quomodo. Sic igitur apparet ꝙ ciuitatem eſſe coniunctam mari omnino non expedit, tum ꝓpter dicta nocumenta q̄ Ariſt. tangit, tum quia magis egrotatiua eſſet, & ꝓpter alia multa, nec etiam expedit eā eſſe nimis remotam, multas enim ab eo recipit vtilitates ſicut ipſe tangit, & ſic medio modo expedit eam poni ad mare vt vtilitates quæ a mari ſunt inde recipiat de facili, & incōmoditates poſſit vitare. Deinde cū dicit.

l ¶ Inquirit de potentia & turba nauali, quomodo ciuitas ſe habet ad eas, & circa hoc duo facit. Primo enim manifeſtat ꝙ potentia naualis vſque ad aliquem terminum expedit ciuitati. Secundo cū dicit. {Multitudinem autem &c.} Oſtendit ꝙ turba naualis non debet eſſe pars ciuitatis, quamuis neceſſaria ſit. Circa primum primo oſtendit, ꝙ K potentia naualis expedit ciuitati. Secundo cum dicit. {De multitudine autem iam & magnitudine &c.} Declarat vſq; ad quē terminum. In prima parte dicit, ꝙ de potentia nauali quæ ordinatur ad bellum per mare, manifeſtum eſt, ꝙ optimum eſt ipſam ineſſe ciuitati bene ordinatæ vſque ad aliquem terminum multitudinis, quoniam expedit ciuitatem non ſolum ſibiipſis viuere, ſed etiam ad alios, puta vicinos, debellando eos ſi iuſtum ſit eis ſeruire, aut prohibēdo inſultus eorum ſi velint debellare iniuſte. Quapropter oportet ꝙ ſint terribiles eis, & poſſint ſibi auxiliari multipliciter contra eos. Hoc autem erit, ſi habeant potentiam, ſicut per terram pedeſtrem, ita per mare naualem. Expedit igitur ciuitati potentiam habere nauticam. Deinde cum dicit.

m ¶ Declarat vſque ad quid dicens, ꝙ de multitudine & magnitudine potentiæ naualis vſque ad quem terminum expediat ciuitati conſiderandum eſt inſpiciendo ad vitam, ideſt ad finem per ſe intentum in ciuitate. Illud enim quod ordinatur ad finē intentum quærendum eſt, inquantum vtile eſt ad ipſum & non amplius.

h Et enim ad facilius ferre aduerſarios facile auxiliabiles, oportet eſſe ſecundum ambo ſaluandos & per terram, & per mare, & ad lædēdū inuadētes, ſi nō ſm̄ ambo poſſibile, tamē ſi ſecūdū alterā exiſtet magis, participabit ambobus. Quæcūq; autē nō extiterūt apud ipſos entia ſuſcipere hæc & ſuperflua naſcentiū emittere ſunt neceſſariorū.

i Sibi aūt negociatiuā, ſed non aliis oportet eſſe ciuitatē. Qui aūt exhibent ſe ipſos omnibus forum, acquiſitionis gratia hoc agunt, q̄ autē ciuitatē non oportet tali participare ſuperacquiſitione, neq; negociatoriū oportet habere tale.

k Quoniam autē & nunc videmus multis exiſtens & regionibus & ciuitatibꝰ ſuburbia & portus bene iacentia ad ciuitatē, vt neque occupetur ipſum municipiū, neq; ſit longe valde, ſed optime muris & aliis talibus firmaculis, manifeſtum, ꝙ ſiquidē bonū aliquod accidit, fieri ꝑꝑ cōmunicationem ipſorū, exiſtet ciuitati hoc bonū, ſi autem aliquid nociuū, caueri legibus facile dicētes & determinātes quos non oportet, & quos oportet, miſceri ad inuicem.

l De nautica autē potentia, qđ quidē opportunū exiſtere vſq; ad aliquā multitudinē, non immanifeſtum, non.n. ſolū ſibi ipſis & vicinorū aliquibus oportet & terribiles eſſe & poſſe auxiliari, ſic vt ꝑ terram & mare.

m De multitudine autē iam & magnitudine potētiæ huius aſpiciendum ad vitā ciuitatis. Siquidē.n. ducali & politica viuat vita, neceſſariū & hanc potētiam exiſtere ad actiōes cōmēſuratā.

*Nam ad facilius ferendum hoſtes per opportuna facultas ſuccurrendi auxiliandique ſuis terra & mari eſſe debet, & ad nocendum inuadentibus ſi non utrinque poſſibile. At altera ex parte magis exiſtit amborum participantibus, & quæ apud eos non exiſtunt importari, & quæ ſuperabundant deportari, ex neceſſariis eſt.* G

*Si enim ipſi mercabilem, non aliis ciuitatem eſſe oportet, qui autem omnibus mercatum apud ſe præbent, hi faciunt quæſtus cupiditate. Quòd ſi non expedit ciuitati hanc cupiditatem habere, neque mercatum certe huiuſmodi debet recipere.*

H *Nam & nunc quidē uidemus multis regionibus & ciuitatibus ſtationes ac portus opportune iacere, ut neque intra urbem ſint, neque ualde diſtantes, muriſque circundari, & aliis huiuſcemodi munitionibus. Clarum eſt enim quòd ſiquid boni proueniet ex tali communione, ciuitas id bonum ſuſcipiet, ſin aliquid mali, caueri ab eo facile erit per leges iubentes ac determinantes, quos oportet, & quos non oporteat, inuicem admiſceri.*

I *De nauali autem potentia quòd melius ſit eam habere uſque ad aliquam quantitatem, manifeſtum eſt, non ſolum enim ſibiipſis, ſed finitimis quibuſdam oportet & auxiliari poſſe, & eſſe terrori, quemadmodum terra, ſic etiam mari.*

*Magnitudo autem ac multitudo huius potentiæ ad mores ciuitatis erit accommodanda; nam ſi ea fuerit ciuitas quæ magnam præſtantiam auctoritatēque habere cōſueuit, neceſſariū erit hanc potentiam rebus eſſe conformē.*



amplius. Si igitur finis alicuius ciuitatis ſit vita ducalis & ciuilis, hoc eſt finis ad quem ordinatur ducatus exercitus, ſcilicet ſubiugare alios & ciuiliter regere illos, tunc potentia naualis debet eſſe commenſurata, ita vt tanta ſit, vt per ipſam & pedeſtrē potentiam poſſint debentes ſibi ſeruire debellare, & inſurgentes in eos repellere, non maior neque minor ſecundum ꝙ poſſibile eſt. Deinde cum dicit.

n ¶ Declarat, ꝙ turba nautica nō debet eſſe pars ciuitatis, qđ primo facit. Secundo cum dicit. {Multitudine autem exiſtente &c.} Declarat ꝙ eſt neceſſaria ei. In prima parte dicit, ꝙ multitudinem hominū quę eſt circa turbam naualem non expedit ineſſe ciuitatibus ſicut partem, neque ipſos nauticos oportet eſſe partem ciuitatis, ſuperexceſſiuos enim in iniuriis & q. volunt eſſe liberi omnino à ſubiectione quacumque, & qui ſunt pedeſtres ad virtutem deficientes ab ipſa, non debent eſſe pars ciuitatis, quoniam illos qui ſunt pars ciuitatis oportet eſſe non iniurioſos, & ſubiici in parte, & ordinabiles ad virtutem. Nautica autem turba quæ dominatur nauigio & obtinet ipſum huiuſmodi eſt, quia iniurioſa eſt & ſubiici nō vult & deficit a virtute, ſicut frequenter & in pluribus, ergo non expedit eam eſſe partem ciuitatis. Deinde cum dicit.

o ¶ Declarat, ꝙ multitudo naualis neceſſaria ē ciuitati dicēs, ꝙ cum in ciuitate ſit multitudo ſeruorū & tenuiorū hominum, neceſſarium eſt in ipſa exiſtere multitudinem agricolarum excolentium terram regionis & multitudinem nautarum. Et hoc quidem apparet per inductionem. Sic enim videmus in pluribus ciuitatibus bene ordinatis, & ſpecialiter in ciuitate Heracleotarum. Quàmuis enim ciuitas eorum ſit contractior, ideſt minor ſecundum multitudinem multis aliis, multas poſſunt de E viris nauticis ordinatis ad bellum implere triremes, ideſt naues trium ordinum remorum. Deinde cum dicit.

p ¶ Recapitulat determinata, dicens ꝙ iam in præcedentibus dictum eſt de regione, quantam & qualem oportet eam eſſe, & de portu & ciuitate qualiter ſe debeat habere ad mare, & de potentia nautica quòd neceſſaria eſt ciuitati & vſque ad quid. Priꝰ autem dictum fuit de multitudine ciuili, quantam oportet eam eſſe, & vſq; ad quē terminum expediat ciuitati bene ordinatæ.

n Multitudinem autem hominum quæ ſit circa nauticam turbam, non neceſſariam exiſtere ciuitatibus. Neque enim ipſos B oportet eſſe partem ciuitatis, quod quidem enim ſupergreſſiuū liberū et pedeſtriū eſt qđ dominans eſt, & obtinet nauigiū.

o Multitudine autem exiſtente vernaculorum & regionis agricolarum copiam neceſſariū eſt eſſe & nautarū, videmꝰ aūt hoc & nūc exiſtēs quibuſdā, puta ciuitati Heracleotarū: multas.n. replet trieres, ędificata ciuitate, magnitudine aliis cōtractiore. C

p De regione quidem igitur & portubus & ciuitatibus, & mari, & de nautica potentia, ſit determinatum hoc mō. De ciuili aūt multitudine, quē quidē terminū oportet exiſtere, priꝰ diximꝰ.

*Turbam vero nauticam, & huiuſmodi hominum multitudinem, non neceſſarium eſt ciuitatibus exiſtere: nulla enim ciuitatis pars huiuſmodi homines eſſe debēt, nam pugnatores qui naues conſcendunt, ingenui ſunt homines, terra quoque militare conſueti: hi præſunt nauali turbæ et imperant.*

*Exiſtente vero multitudine tenuiꝰ fortunæ hominum qui circa nos habitant, & agricolarū qui in regione rem ruſticam exercent, neceſſarium eſt abundantiam eſſe nautarum, uidemus etiam nunc iſtud fieri in quibuſdam ciuitatibus, ceu Heracleotæ multas implent triremes. vrbem poſſidentes magis exiguam quàm cæteri.*

*De regione igitur, & portubus, & vrbibus, & mari, & nauali potentia, in hunc modum determinatum ſit: de multitudine quoque ciuitatis, quam determinationem habere decet, prius dixeramus.*

## LECTIO V.

QVales autem quoſdam non oportet eſſe, nunc dicamus, ferè itaque deprehēdet vtique quis hoc reſpiciens ad ciuitates approbatas Græcorum, & ad totū orbē terræ, vt occupatus eſt gentibus.

b Quæ quidē.n. in frigidis locis gētes, & q̄ circa Europā ſūt quidē plenę animoſitate, intellectu

## LECTIO V.

D *NVnc autem quales natura ciues eſſe oportet a nobis dicetur, forſan uero id deprehēdet quis, ſi inſpiciat ad ciuitates græcorum: quæ bene gubernari dicuntur, & ad totum terrarum orbem, ut a gentibus uariis incolitur.*

*Nā quæ frigidas regiones incolūt gentes, & quæ per Europā animo quidem abūdant, ingenii uero, & artificii*

## LECTIO V.

POſtquàm Philoſophus de ciuili multitudine determinauit, tranſit nunc ad inquirendum quales ſecūdum naturam oporteat eſſe gubernantes rectè, & circa hoc primo præmittit intentionem ſuam cum ordine conſiderandi. Secundo cum dicit. {Quæ quidem enim in A frigidis &c.} Proſequitur. Tertio cum dicit. {De politizantibus quidem &c.} Recapitulat dicta. In prima parte ipſe dicit, ꝙ determinato de his quę ſupponenda ſunt ex parte magnitudinis ciuitatis in generali, reſtat conſequenter dicere quales ſecundum naturalem diſpoſitionem oporteat eſſe futuros bene gubernantes, quod ſecūdo proponebatur prius inquirendum. Ferè autem fiet hoc manifeſtum, ſi aliqs voluerit conſiderare inſpiciendo ad ciuitates Græcorum quas dicimus bene gubernare, & etiam ad totum orbem terræ, ſecundum ꝙ eſt occupatus gentibus & ciuitatibus conſiderando diſpoſitiones naturales earū, ex iſtis enim aliqualiter poterit concludi intentū. Deinde cū dicit.

b ¶ Proſequitur & circa primo ꝓmittit diuerſas diſpoſitiones regionum ad gubernandum. Secundo cum dicit. {Patet igitur &c.} Ex hoc infert intentum, & circa primum adhuc primo tangit, qui ſūt inepti ad gubernandum naturaliter. Secundo cum dicit. {At græcorum genus.} Qui ſūt apti magis. Circa primum eſt intelligendum, ꝙ quāuis intellectus per ſe non cōmunicet corpori in operatione ſua, communicat tamen corpori communicanti ſecūdum Cōmētatorem libro de Anima. Quicquid enim intelligit in fātaſmatibus ſenſibilibus intelligit, quia cum ſpeculatur neceſſe eſt ſimul fantaſma aliquod ſpeculari. Fantaſmata autē in actu ſenſibilia ſūt in actu, ſicut dicitur tertio de Anima. Senſibile vero in actu & ſenſus in actu, ſunt vnum in actu, & ideo ſm̄ diuerſam diſpoſitionē ſenſus in actu diuerſimode diſponiť intellectus ad intelligendū. Senſus aūt in actu diuerſimode diſponitur ſm̄ diuerſitatē organi & ſpiritus, ſpecialiter in ſubtilitate & groſſitie, in quo primo videtur ſigillari formæ ſenſibiliū. Et ideo ſm̄ diuerſitatē ſpiritus in groſſitie & ſubtilitate, & aliis hmōi, diuerſimode diſpōniť intellectus ad intelligendū, ita vt qui habent ſpiritus ſubtiles & claros bene repræſentatiuos formarū ſenſibiliū, bene nati ſunt ītelligere, qui aūt groſſos & turbidos praue. Multitudo etiā ſpiritus naturalis & ſanguinis, & ꝑ conſequēs caliditatis facit homines robuſtos. Robur.n. facit ſpiritus ſm̄ Philoſophū libro de Somno, & multitudo calidi animoſos & exceſſiuos, quia calidū maxime actiuū eſt inter qualitates. Habitantes aūt in regionibus calidis caliditate regionis poros aperiente exhalat humidū, trahens ſecū calidū intrinſecū, & ideo ſunt pauci ſanguinis & caliditatis. Spiritus aūt & ſi paucos habeant, claros tñ & mundos habent, & ideo bene intellectiui ſunt. Habitantes aūt in frigidis, frigiditate extrinſeca poros concludente, fortificatur calidū intertius, & ſunt fortis digeſtionis & plurimo indigent cibo. Spiritus aūt multos habent ꝑꝑ multitudinem calidi, groſſos tamen propter groſſitiē & multitudinem alimenti, & propter minorem exhalationē.

Et ideo propter abundantiam caliditatis & ſanguinis animoſi ſunt, propter groſſitiem autem ſpirituum & turbulentiam minus intellectiui. Qui autem habitãt in temperatis regionibus, medio modo ſe habent inter iſtos mediocriter diſpoſiti ad animoſitatem & ad operationem intellectus. Hoc ſuppoſito, dicit ꝙ habitantes in regionibus frigidis, & circa Europam quæ eſt regio protenſa ad aquilonem in parte remota a via ſolis ſũt naturaliter animoſi propter abundantiã ſanguinis & caliditatis, propter cauſam dictam, in intellectu autẽ ſpeculatiuo ſcilicet & arte, hoc eſt intellectu factiuo inueniuntur deficientes magis, & ideo quia animoſi ſunt & potentes, libere viuunt in regionibus propriis, potentes & audentes repellere inſultus inſurgentium, neſciunt autem bene gubernare nec principare vicinis ppter defectum intellectus & prudentiæ, quę requiruntur ad bene gubernãdum & principandum recte. Habitantes autem in regionibus calidis, & circa Aſiam, quæ eſt regio protenſa ad meridiem prope viã ſolis, bene intellectiui ſunt & artificioſi multum ſecundum animam, propter ſubtilitatem & mũdiciam ſpirituum in eis cauſa prædicta, tamen timidi & ſine animoſitate ſunt propter defectum ſanguinis & caliditatis naturalis, & ideo ſubiecti ſunt & ſeruiunt aliis, non audentes nec potentes repellere debellantes, niſi forte quandoque per fraudem & dolum excogitata per intellectum quem habent ſubtilẽ. Deinde cũ dicit.

c ¶ Declarat qui ſunt magis apti, dicens ꝙ illi qui medium locum tenẽt inter prædictas regiones Europam & Aſiam ſicut genus Græcorum, ſicut medium tenent ſecundum locum, ita & ſecundum diſpoſitiones. Non enim tantum eſt frigidum apud eos, ſicut in ſeptentrione, nec tantum calidum ſicut apud eos qui circa Aſiam, & ideo temperati exiſtentes ſecundum calidum & frigidum ambobus participant, ſunt enim intellectiui, minus tamen q̃ qui circa Aſiam, & etiam animoſi minus quàm qui circa Europam, & ideo permanent liberi in regione ſua, potentes & audentes aliqualiter repellere debellantes, bene etiam nati ſunt gubernare inter ſe & principari aliis ſecundũ aliquam vnã Rempub. propter vigorem intellectus & rationis in eis. In ipſa etiam regione Græcię inuenitur differentia gẽtis alicuius ad alias in eadem regione, quę totius Græcorũ ad duas prædictas, ita ꝙ in aliqua eius parte habitantes habent naturã quaſi vnius membri vel diſpoſitionis vnius, puta quia accedunt ad ſeptentrionem magis inter Græcos, magis animoſi ſunt inter ipſos naturaliter. Habitantes autem in alia parte alterius diſpoſitionis ſunt, ſicut habitantes in parte propinquiori Aſiæ, magis intellectiui ſunt inter eos. Alii autem ſunt bene mixti ſiue proportionati ad vtraſque potentias iſtas, ſcilicet intellectiuam & animatiuam, ſicut illi qui magis accedunt ad medium per æque diſtãtia. Sed contra iſta argueret aliquis rationabiliter, quòd cum ea quæ ſunt naturalia ſemper vel in pluribus eodem modo ſe habeant, ſed græci ſunt nati principari aliis, non autem illi qui circa Aſiam vel Europam, ſequeretur, ꝙ græci ſemper vel in maiori parte principarentur aliis & alii non ipſis, cuius contrariũ apparet ex hiſtoriis antiquorum, Chaldæi enim & Perſæ qui ſunt circa Aſiam, multo tempore dominati ſunt ipſis & vicinis eorum, monarchiam tenentes. Similiter Romani qui circa Europam ſunt plurimo tempore dominati ſunt Græcis q̃ econtrario, diuturnior enim fuit monarchia Romanorom q̃ Græcorũ, ergo videtur ꝙ ipſi non ſint nati principari aliis, ſeu magis ecõtrario. Ad hoc eſt intelligendum, ꝙ diſpoſitiones naturales rerũ naturalium quæ ſunt hic, reducuntur in diſpoſitionem celeſtẽ, ſicut dicit Philoſophus in primo Metheororum dicens. Eſt autem ex neceſſitate continuus iſte mũdus ſuperioribus lationibus, vt omnis ſui virtus gubernetur inde. Vnde motus princi- Cap. 2.

F pium omnibus illam cauſam putandum eſſe, & hoc ſatis oſtendit octauo Phiſicorum. Diſpoſitio autem cœleſtis per comparationem ad ea quæ ſunt hic, duplex eſt, vna communis quæ attenditur ſecundum propinquitatem vel remotionem a via ſolis, qui maxime mouet iſta inferiora. Et ſecundum hoc quidam hic exiſtẽtes ſunt calidi, quidam frigidi, quidam temperati, & inclinantur ad ea ad quę iſta diſponũt, & quantum eſſet de inclinatione naturali græcorum in tali diſpoſitione magis temperati eſſent natura & magis attingerent ad vtrumque dictorum prius, ſcilicet animoſitatem & intellectum proportionaliter, & magis nati eſſent gubernare, & principari aliis & ſeptentrionales magis animoſi deficientes intellectu, qui autem circa Aſiam ecõtrario. Alia autem ẽ diſpoſitio cœleſtis in ordine ad ea quæ ſũt hic, quæ attenditur ſecundum figuram ſtellarum erraticarũ ad ſeinuicem & ad fixas, & in ordine ad ea quæ ſunt hic, & iſta diſpoſitio vel iſta figura continuę alia & alia eſt aliquo modo, quamuis non ſenſibiliter hoc appareat, & reſpectu alterius & alterius loci alia & alia, ita quòd ſi reſpectu huius regionis ſit nunc talis figura cœleſtis, conſequenter in alio tempore erit alia, & ſi reſpectu huius regionis ſit talis, reſpectu alterius erit alia. Si igitur aliqua diſpoſitio inſit alicui ciuitati vel regioni ex tali figura cœleſti durante figura inerit diſpoſitio illa naturaliter, & ſecũdum hunc modum poteſt dici, ꝙ græci ex figura cœleſti tali aliquando nati fuerunt bene gubernare & principari aliis, aliquando autem alii, puta Chaldæi vel Romani, & ſi iſta figura non permanet nunc, nunc non ſunt nati ad eadem, ſed ad alia ſecundum exigentiam figuræ nunc exiſtentis. Vlterius I etiam intelligendum eſt, ꝙ diſpoſitio ciuitatis vel regionis naturalis non tantum conſideratur ex figura cœleſti abſolute, ſed etiam ex diſpoſitione partium regionis vel ciuitatis ſecundum habitudinem quam habet ad montes vel mare vel loca paludoſa vel munda. Virtus enim figurę cœleſtis non recipitur in contento, niſi mediante continente proximo. Et ſecundum hoc poteſt contingere ꝙ quamuis aliqua ciuitas vel regio ſit frigida naturaliter & inclinetur ad ea quæ diſponit frigidum, quantum eſt ex diſpoſitione figuræ cœleſtis communis, tamen ſecũdum diſpoſitionem regionis per comparationem ad montes vel mare, contingit eam eſſe calidam excellenter, aut etiam temperatã vel econtrario. Ex quo contingit ꝙ quamuis exiſtentes in aliqua regione non inclinentur ad gubernandum bene ex figura cœleſti communi, tamen ex ſpeciali diſpoſitione ipſius hoc poteſt ei contingere. Tertio eſt intelligendum, ꝙ virtus cœleſtis cum ſit materialis & corporea, intellectus autem immaterialis, K & ſeparatus non agit per ſeipſum, ſed tantum per accidens inquantum dependet ex ſenſu, & ideo intellectus & voluntas nõ neceſſitantur in operationibus ſuis a virtute cœleſti per ſe. Vnde poteſt cõtingere ꝙ quamuis aliqua ex virtute cœleſti vel naturali diſpoſitione non inclinentur ad gubernandũ, nec ad operationes intellectus vel virtutis, ſi tamen per electionem intendant ſtudio ſapientiæ & exercitio virtutum, continget eos eſſe intellectiuos & bene gubernantes, & econtrario ſi bene nati ad illa dent ſe ocio & exercitio in malis operationibus, efficientur inſipientes & male gubernantes, & ſerui aliorum fient. Et hoc forte fuit vna cauſa deſtructionis regni Romanorũ & Græcorum, tenentes enim monarchiam viuentes in tranquillitate dederunt ſe ocio & voluptatibus carnalibus & auaritiæ, nolentes vacare ſapientiæ, & ideo facti minus intelligentes & minus exercitati in actionibus ciuilibus & bellicis, non potuerunt gubernare nec principari bene aliis, & ideo rebellauerunt ſubiecti ipſis neſcientibus & impotentibus obuiare. Per prædicta apparet ſolutio ad obiectum. Deinde cum dicit.

aũt & arte magis deficiẽtes, pp quod libere quidẽ perſeuerant magis, nõ politizare aũt & vicinis principari nõ potentes. Quę aũt circa Aſiã intellectiuæ quidem & artificioſę ſecundũ animam, ſine animoſitate aũt, propter quod ſubiectæ quidẽ & ſeruientes perſeuerant.

c Genus aũt Græcorum, ſicut mediat ſecundũ loca, ita ambobus participat. Etenim animoſum & intellectiuum eſt, propter quod quidẽ liberum pſeuerat, & maxime politizans, & potens principari omnibus vna ſortiẽs politia, eandem autem differentiam & græcorum gentes ad inuicem, hæ quidem enim habẽt naturam monocolam, hæ autẽ bene mixtæ ſunt ad vtraſq; potentias has.

*parum habent. Quapropter in libertate magis perſeuerant, diſciplinam uero Reipublicæ difficulter recipiunt, ac finitimis dominari non poſſunt. Quæ uero Aſiam incolunt, ingenio, & arte abundant, ſed animoſitatem non habent, propter quod & parere* G *dominantibus, & ſeruire perſeuerant.*

*At græcorum genus ut mediam regionem locorum ſortitum eſt, ſic etiã amborum eſt particeps, nam & animoſum & ingenioſum eſt. Ex quo ſit, ut in libertate degat, & diſciplinam Reipublicæ optime recipiat, & unius Reipub. conſtitutionem ſortitum, imperare omnibus poſſit. Eandem quoque differentiam habent græcorum gẽtes inter ſe, quædam enim habent na-* H *turam ad unum illorum, quædam uero permixtæ ac tẽperatæ ſunt ad utrãque illarum potentiarum.*

d ¶ Infert



d ¶ Infert ex præcedentibus quales nati ſunt bene gubernare & principari, & primo facit hoc. Secundo cum dicit. { Nam qđ de &c. } Manifeſtat hoc ex dicto quorumdam. In prima parte dicit ꝙ quia græci bene gubernant & principantur aliis naturaliter, quia animoſi ſunt & bene intellectiui, aſiani autem ſerui ſunt aliorum, quia inanimoſi ſunt, quãuis vigeãt intellectu. Septemtrionales autem aliis non principantur, quia deficiũt intellectu, quamuis ſint animoſi, manifeſtum eſt, ꝙ oportet eos eſſe de numero legiſlatorum qui debent eſſe boni ductores ad virtutem & bene gubernare inter ſe, & principari aliis eſſe animoſos, vt poſſint malos cõpeſcere & debellantes impugnare, & bene intellectiuos vt ſciant ſe dirigere & alios in operationibus. Deinde cũ dicit.

e ¶ Probat hoc ex dicto quorumdam, & circa hoc primo ex parte illius dicti oſtẽdit intentum. Secundo cum dicit. { Non bene aũt habet &c. } Reprobat alterã partem eiuſdem dicti. In prima parte dicit ꝙ illud quod quidã dicunt, oſtẽdit quòd oportet bene gubernãtes eſſe animoſos. Dicũt enim ꝙ oportet cuſtodes aliorum & principantes eſſe amatiuos notorum, ad ignotos autem ſylueſtres & duros magis. Signum autẽ primi eſt, quia animus hominis magis attollitur colloquendo & bene faciendo reputans ſe debere magis reputari ab eis reſpectu notorum & conſuetorum q̃ reſpectu ignotorum putãs ſe paruipendi. Noti .n. & conſueti magis reputantur amici, ignotus autem quaſi non amicus, & ideo diſponitur homo ad notũ & conſuetũ ſicut ad ſeipſum; ad ignotos autem ſicut ad inimicum, & propter hoc ſicut quilibet reputat ſeipſum & magnipẽdit, ita vult reputari & magnipendi ab amico & noto, ab inimico autem & ignoto, putat non reputari & paruipendi. Non autem ꝙ cuſtodes oportet eſſe amatiuos, quia animus, ideſt volũtas eſt quę facit homines amatiuos inuicem, hæc enim potentia principium eſt dilectionis. Propter quod Archilocus quærelans de amicis diſputat ad animum, quaſi ad amicum dicens, ꝙ homines non ſuſtinent vulnerationes a lanceis ab amicis, ſed bona magis. Amare enim eſt velle alicui bonum propter ipſum. Velle autem eſt actus voluntatis, ergo & diligere. Inclinatio autem ad principandum & ad actus libertatis eſt ab iſta potentia omnibus qui ad hoc inclinantur, principatiuum enim & inuincibilem & liberum dicimus animum, quia principari primo & per ſe eſt agere, immediatum autem principium agendi in nobis eſt animus ſiue voluntas, & ideo animus eſt principatiuum quid. Libertas autem eſt quæ in natura intellectiua per virtutem eius quod principale eſt in ea, & intrinſecum agit in finem proprium ſecundum illud idem. Agere autem in natura intellectuali ad finem proximo competit animo & voluntati ſecundum Ariſto. nono Metha. Et ideo libertas eſt virtus quædam voluntatis in ordine ad intellectum pręcedẽtem & finem ſequentem. Si igitur animus eſt ſecundum quem principamur & liberi ſumus, & animus eſt quo amamus quod competit principantibus & cuſtodibus, vt iam dictum eſt, cõuenienter dictum eſt quod principãtes oporteret eſſe animoſos. Deinde cũ dicit. Tex. cõ. 10.

f ¶ Reprobat alteram partẽ dicti aliorum dicens, ꝙ non conuenienter dicunt in eo quod aiunt, ꝙ principãtes vel ſuperiores i ciuitate oporter eſſe infeſtos & diros ad ignotos, non enim expedit ad aliquem hominem bonum eſſe tales, quia facto & verbo expedit magis ſe reddere amabiles: viri etiam magnanimi qui ſunt digni principari, non ſunt ſerui ſeu diri ad aliquos niſi cõtra iniuſtos, quia non expedit eos eſſe diros, niſi eis qui contrariatur eis ſecundum ꝙ huiuſmodi. Ipſi autẽ ſecundum ꝙ huiuſmodi, virtuoſi ſunt vel debent eſſe, magnanimitas enim eſt ornatus virtutum, vt dicitur quarto Ethi. Virtuti autem cõtrariatur malitia ſeu iniuſtitia ſecundum ꝙ iniuſtitia ſe extendit ad omnem malitiã. Magis autẽ duri ſunt ad notos ſeu amicos, ſi fuerit mali, ſiue putẽt ſe iniuſte pati ab eis, & hoc rationabiliter faciunt: ſi enim ab amicis iniuſte patiũtur, nocumentum reportant ab eo a quo credebant ſe iuuari debere, & ipſo priuãtur, ppquod indignantur magis, amicus .n. eſt velut alter ipſe, vt dictum eſt. Et ideo ſicut aliquis ad ſeipſum diſponiẽ, ita ad amicum. A ſeipſo aũt expectat vnuſquiſq; bonũ & non nocumentum, pp quod & ab amico, vnde ſi putet reportare nocumentũ, indignatur, & quanto magis amicus, tanto magis creditur teneri ad beneficentiã. Et ideo dicitur prouerbialiter ꝙ fratrũ inimicitia crudelis eſt valde, & ꝙ illi qui valde diligunt ſeinuicẽ, fiunt valde inimici ex caſu, ſicut eadẽ ſiunt calidiſſima & frigidiſſima ſicut dicit Ariſt. Quarto Metheo. Dicimus .n. de magno amico magnum inimicũ fieri. Sic igitur nõ expedit magnanimum vel principantem eſſe agreſtem ad aliquem, niſi ad iniuſtum, & magis ſi fuerit amicus prius. Deinde cum dicit. Cap. 8. Tex. cõ. 3.

g ¶ Recapitulat dicens ꝙ de viuentibus in ciuitate determinatum eſt quot oportet eſſe ſecundum multitudinem in ciuitate ordinata, & quales ſecundum naturalẽ diſpoſitionem. Iterũ

d Manifeſtum igitur ꝙ oportet intellectiuos eſſe & animoſos natura eos qui debent eſſe euagogi legislatori ad virtutem.

e Quod quidem enim aiũt quidã oportere exiſtere cuſtodib⁹ ſcilicet amatiuos quidem eſſe notorum, ad ignotos autem ſilueſtres, animus eſt qui facit qđ amatiuum, hæc enim eſt animæ potentia, qua diligimus: ſignum autem, ad conſuetos enim & amicos animus attollitur magis quàm ad ignotos paruipẽdi putans, ppter qđ & Archilocus cõuenienter amicis quærelans diſputat ad animum. Non .n. ab amicis a lanceis perforationes, & qđ principãs aũt, & qđ liberũ a potẽtia hac exiſtit oĩbus, principatiuũ .n. & inuĩcibile anim⁹.

f Non bene autẽ habet dicere, graues eſſe ad ignotos, ad nullũ .n. oportet eſſe talem, neq. ſunt q magnanimi natura agreſtes, niſi ad iniuſta agentes, hoc aũt magis adhuc ad conſuetos patiuntur, quod quidem dictũ eſt prius, ſi iniuſte pati putẽt, & hoc accidit ſecundum rationem: apud quos .n. deberi beneficẽtiã putant cum nocumento, & hac priuari putant, vnde dictum eſt, ſeueri enim inimici fratrum, & ij quidem vltra diligentes, ij autem & vltra odiunt.

g De politizantibus quidem igitur quot oportet exiſtere & quales quoſdam natura. Adhuc autem regionem quantam quandam, & qualem quãdam, determinatum eſt fere: nõ enim eandem certitudinem oportet quęrere per rationes, & eorum quæ fiunt per ſenſum.

*Patet igitur, ꝙ oportet & intelligẽtiam & uigorẽ animi natura exiſtere illis, qui futuri ſint idonei, quos legum poſitor ad uirtutem inſtituat*

*Nam, quod de cuſtodibus aiunt quidam oportere, ut beniuoli ſint erga notos: erga ignotos uero, infeſti. Vi-* B *gor animi eſt qui beneuolentiam facit: illa eſt enim potentia animæ, per quam amamus, ac beniuoli ſumus. Cuius rei ſignum eſt, quòd magis irritatur animus contra familiares & amicos, quàm contra ignotos: ſi contemptum ſe putet. Quapropter Archilocus recte cum amicos incuſaret, ad animum loquitur, inquiens. Non tu quidem ab amicis lanceis transfixus es. Quod dominatur & quod libertatem ſeruat, ab hac potentia animi exiſtit, dominus enim, & inuictus eſt* C *animus.*

*Nec bene ſe habet dicere, quod aduerſus ignotos debent eſſe infeſti: nam aduerſus neminem eſſe tales oportet. Neque ſunt magnanimi homines natura infeſti, niſi cõtra iniuriantes, hoc autem magis contra notos familiareſque patiuntur, ſi iniuriatos ſibi exiſtimant. Et hoc non ſine ratione contingit. A quibus enim deberi ſibi beneficium expectant, ab eiſdem non ſolum priuari beneficio, ſed inſuper ſe lædi putant. Vnde in prouerbio dicitur, fra-* D *trum contentiones & iræ ſunt acerbiſſimæ, & qui ſe nimium amant, hi ſe nimium oderunt.*

*De hominibus quidem igitur qui in Repub. futuri ſint, & quot eſſe oportet, & quales natura, & de regione quantam & qualem, fere determinatum eſt. Non enim eadem certitudo quædam eſt in his quæ per rationes, & in his quæ fiunt per ſenſum.*

E

de regione dictum eſt, quantam & qualem oportet eam eſſe ad bene habitandum in ciuitate per rationes veriſimiles, & concordantes ſenſui. Non enim eandem certitudinem oportet quęrere eorum quæ ſunt manifeſta, ratione ſola non conueniente vſquequaque ſenſui, & eorum qui conueniunt cum ſenſu.

## LECTIO VI.

Poſtquàm Philoſophus inquiſiuit de his quæ ſupponenda ſũt ad Rempub. rectam ex parte materiæ remotæ, inquirit nũc de his quæ ſupponẽda ſunt ex parte materiæ propinquę. Lect. 9. Ciuitatis autem materia propinqua eſt duplex. Vna proprie ſicut liberi principantes & ſubiecti qui attingunt ad ciuilitatem. Alia autem domus & ædificia ciuitatis & regionis quæ magis ſe habent in ratione organi. Lect. ſeq. Diuiditur igitur pars iſta in duas, quia primo inquirit quæ ſunt partes ciuitatis propriæ dictæ. Secundo de ædificiis & domibus & diſpoſitione ciuitatis & regionis, cum dicit. {Ciuitatem autem &c.} Adhuc in prima parte oſtendit primo quę ſunt neceſſaria ad conſiſtentiam ciuitatis. Secundo cum dicit. {Determinatis autem &c.} Inquirit quę eorum ſunt partes ciuitatis. Circa primũ adhuc oſtendit, ꝙ non omnia quæ requiruntur ad conſiſtentiam ciuitatis ſunt partes ipſius. Secundo cum dicit. { Quoniam autẽ &c. } Declarat quæ exiguntur ad conſiſtentiam eius. Primũ oſtendit duabus rationibus. Secundum ponit, ibi. { Vnum enim aliquid &c.} In prima parte dicit: ſicut eſt in his quæ fiunt & conſtant ſecundũ naturam, ita in ciuitate quæ eſt a natura inclinante & ratione perficiente. In his autem quæ fiunt & conſtant natura, non omnia quæ requiruntur ad conſiſtentiam ipſorum ſunt partes illorum, ſed quædam ſunt ſicut materia, quædam autem ad ornatum, & quædam ad alia, ſicut in animali alimentum & humores non ſunt partes in actu, ſed ſicut materia, pili autem ad ornatum ſunt ſeu ad protectionem. Sudores autem ſicut decidentia a natura, ergo manifeſtum eſt, ꝙ neque ciuitatis, neque communicationis alterius cuiuſcumque ex pluribus ex quibus fit aliquod vnum ratione omnia dicenda ſunt partes, ſine quibus nõ exiſtunt. Deinde cum dicit.

b ¶ Ponit ſecundam rationem ad idem quæ eſt hæc, omnium partium per ſe alicuius totius eſt ad vnum commune, per quod determinantur & ſunt, & hæc eſt forma totius. Et ad hoc attingunt omnes ſiue æqualiter ſiue inæqualiter per tranſmutationẽ factam ad illud ex aliqua materia, ſiue illa ſit alimentum, ſicut in animalibus & plantis, ſiue multitudo hominum in regione, ſiue in ciuitate, vel aliquid aliud ſicut in quibuſcumque aliis, quando vero aliqua plura ſic ſe habent, ꝙ vnum eſt gratia alte-F rius vt finis, alterum autem eſt ſicut finis ipſorum, non eſt aliquod vnum commune ſecũdum rationem, ſed ad alterum iſtorum pertinet attingere aliquod principaliter: ad alterum autẽ attingere accipiendo virtutem ab alio, ſicut ſe habet organum ad opus factum, & ad agens principale, quibus non eſt aliquid commune ſecũdum rationem, ſicut domui & ædificatori nihil eſt commune ſecundum ꝙ huiuſmodi, ſed ars ædificatoria & organa ædificãdi ſunt propter ipsã domum: igitur quorum vnum eſt gratia alterius ſecũdum ꝙ huiuſmodi, non ſunt partes alicuius vni⁹, poſſeſſio vero in ciuitate eſt gratia poſſidentis: quàmuis igitur ſit neceſſaria ciuitati non erit aliqua pars ciuitatis, cuius partes ſunt poſſidentes per ſe: ſed multa ſunt animata quę ſũt poſſeſſio alterius, ſicut iumentum & ſeruus qui eſt organum animatũ alterius poſſeſſio exiſtens, ſine quibus tamen non ẽ ciuitas, ergo multa ſunt in ciuitate quæ nõ ſunt partes ipſi⁹. Ciuitas enim eſt cõmunitas quædam ex pluribus ſimilibus ſecundum naturam cõpoſita gratia per ſe ſufficientis, & optimæ vitę. Deinde cum dicit.

c ¶ Intendit declarare quæ ſunt neceſſaria ad conſiſtentiã ciuitatis. Et circa hoc primo tangit ex quibus ſumitur diuerſitas Rerumpub. & ciuitatum. Secundo cũ dicit. {Conſiderandum &c.} Ex quibus ſumitur numerus eorum quæ ſunt neceſſaria ad ciuitatem. Tertio cũ dicit. { Ex iis enim &c. } Sumit eorum numerum. In prima parte eſt intelligendum quòd ratio eorum quæ ſunt ad finem ex fine ſumitur, & ideo diuerſitas eorum primo eſt ex diuerſitate finis, deinde ex diuerſo K modo ſe habendi ad ipſum, finis autem ciuitatis fœlicitas eſt, & ideo dicit, quoniam fœlicitas eſt optimum quod intenditur, ſicut finis in ciuitate, fœlicitas autem eſt operatio ſecundum virtutem perfectam & exercitium illius perfectum, & contingit aliquos in ciuitate habitantes attingere ad huiuſmodi operationem perfectam. Alios autem contingit attingere modicum. Alios autem nihil, ſed ad contrarium magis, manifeſtum eſt quòd hęc eſt cauſa quare ſint diuerſæ ſpecies & differantiæ Rerumpublic. diuerſitas enim Rerumpublic. eſt ex diuerſitate finis, vel ex diuerſo modo ſe habendi ad finem. Ex hoc enim quòd diuerſos fines eligunt vel eundem, alio & alio modo, & per alia & alia venantur, diuerſas vitas faciunt, & per conſequens diuerſas Reſpublic. Diuerſi enim modi viuendi, diuerſæ Reſpublic. ſunt. Diuerſæ igitur Reſpubl. ſunt ex diuerſitate finium, vel ex diuerſo modo ſe habendi ad finẽ. Deinde cum dicit.

d ¶ Declarat ex quibus ſumitur numerus eorum quæ ſunt neceſſaria ad ciuitatem. Et pręmittens intentionem ſuam dicit, ꝙ poſt

## LECTIO VI.

Voniam aũt, ſicut aliorum ſm̃ naturam conſtantiũ, nõ hę ſunt partes totius conſiſtentiæ, ſine quibus totũ non erit vtiq;, palam quòd neq; ciuitatis partes ponẽdũ quaſcũq; ciuitatib⁹ neceſſariũ exiſter, neq; alteri⁹ cõmunionis G vllius, ex qua vnũ aliqd genere.

b Vnum.n.aliquid & cõe oportet eẽ, & hoc cõmunicãtibus, ſiue æquale ſiue inæquale tranſumãt, veluti ſiue alimẽtũ hoc ẽ, ſiue regionis multitudo, ſiue aliquid aliud taliũ eſt, qñ aũt fuerit hoc quidẽ huius gratia, hoc aũt cuius gratia, nihil in iis cõe, ſed aut huic quidẽ facere, huic aũt accipere. Dico aũt, puta organo oĩ ad id qđ fit op⁹ & cõdẽ- H tibus, domus.n.ad ædificatorẽ, nihil eſt qđ ſit cõe, ſed eſt dom⁹ gratia ædificatorũ ars, pp quod opus eſt poſſeſſione ciuitatibus: poſſeſſio aũt nulla pars ẽ ciuitatis, multa aũt aĩata ſunt partes poſſeſſionis, ciuitas aũt cõmunitas quædã eſt ſimiliũ, gratia aũt vitæ contingentis optimę.

c Quoniam aũt ẽ fœlicitas qđ optimum. Hęc aũt ciuitatis operatio & vſus quidã pfectus, accidit aũt ſic, vt hos quidẽ contingat participare ipſa, hos aũt mo I dicum, aut nihil, palã quód hæc cauſa, quare fiant ciuitatis ſpecies & differentiæ & politiæ plures, alio.n.modo & per alia ſinguli hæc venantes, & vitas alteras faciunt & politias.

d Conſiderãdũ aũt, & quot ſint hæc, ſine quibus ciuitas nõ erit vtiq;, etenim q̃ dicim⁹ eẽ partes

## *LECTIO VI.*

*Vm uero, ut aliorũ ſecundũ naturã conſiſtentium non hæ ſunt partes totius conſiſtentiæ, ſine quibus totũ eſſe non poſſunt, palam ꝙ nec ciuitatis ponendum eſt eſſe partes, quæcumq; ciuitatibus exiſtere neceſſario oportet, nec alteri⁹ G cuiuſquam communionis, ex qua ſit unum aliquod genus.*

*Vnum enim quid & commune eſſe debet communicantibus, ſiue æquale, ſiue inæquale ſuſcipiant, ceu ſi alimentũ id ſit, ſiue agri quantitas, ſiue aliud tale. Sed quando hoc gratia huius, hoc autem non gratia nihil in his commune, ſed aut huic quidẽ facere, huic autẽ accipere. Dico autem, ueluti organo omni ad id opus quod fit, et opificibus. Domui enim ad ædificatorem nihil eſt* H *quod fiat commune, ſed eſt domus gratia ædificatorum ars. Quapropter poſſeſſione quidem indiget ciuitas, nulla tamen pars ciuitatis eſt poſſeſſio. Multa uero animata ſunt poſſeſſionis partes. Ciuitas autem communio quædam eſt ſimilium, gratia uitæ, ut maxime fieri poteſt, optimæ.*

*Cũ uero ſit fœlicitas optimũ, ipſa tamen uirtutis operatio, & uſus quidã pfectus. Contingat aũt, ita ut aliqui illi⁹ recipiant participationẽ, alii parũ, aut* I *nihil, manifeſtũ eſt ꝙ hæc eſt cauſa, quare ciuitatis ſpecies & differentiæ exiſtunt. Pluresq; Rerumpu. formæ: per aliũ.n. modũ, & aliis uiis ſinguli hoc appetentes, & alios uiuẽdi modos fecerunt, & alias Reipub. diſciplinas.*

*Conſiderandũ eſt quot ſint illa, ſine quibus ciuitas eſſe non poteſt. Nam quas dicimus eſſe ciuitatis partes, eas*



poſt hæc conſiderandum eſt nobis quę & quot ſunt illa quæ ſũt A neceſſaria ad conſiſtentiam ciuitatis. Inter iſta enim inueniuntur illa quæ per ſe ſunt partes illius. Et quia vnumquodque eorum quæ ſunt natura vel arte, determinatur aliqua propria operatione, ſicut dicitur primo huius, ſumendæ ſunt operationes eorum quę ſunt in ciuitate. Ex diuerſitate enim iſtarum, manifeſta erit multitudo neceſſariorum ad eã. Deinde cum dicit.

e ¶ Primo aſſumit operationes neceſſarias ciuitati. Secundo cum dicit. {Neceſſe igitur &c.} Concludit multitudinem eorum quæ requirũtur ad conſiſtentiam eius. Circa primum, primo aſſumit operationes dictas. Secundo cum dicit. {Opera quidẽ igitur &c.} Probat eas eſſe neceſſarias. In prima parte dicit, quòd ciuitati cuicumque ſi debeat eſſe ciuitas, oportet præexiſtere præparationem alimenti, ſiquidem debeant viuere & nutriri. Deinde autẽ operationes artium, puta fabricationem & carpentationem & huiuſmodi, multis enim indigent organis exiſtentes in ciuitate quæ p̃parantur per huiuſmodi opera. Deinde tertio oportet in ipſis eſſe arma, communicantibus enim cõmunicatione ciuili, ſunt neceſſaria propter duo. Primo quidem ad ſeipſos ad puniendum inſolentes & tranſgredientes leges vel principat⁹ gratia inobediẽtium cõſtituti mandatum. Secundo ad repellendum extrinſecos volentes inferre moleſtiam iniuſte. Deinde oportet eos habere pecuniarum abundantiam aliquam ſimiliter propter duo. Primo propter opportunitates ad commutationes inter ſe faciendas. Secundo ad expeditiones bellorum ſi emergant. Deinde autem quinto expedit ineſſe ciuitati ꝙ principium eſt inter dicta, curam & cultum diuinum, quod appellatur ſacerdotium. Sexto oportet ineſſe rectam deliberationem de conferentibus & nociuis, & iudicium iuſtum de his quæ veniunt in diſceptatione. Deinde cum dicit.

f ¶ Probat huiuſmodi opera eſſe neceſſaria vna ratione communi, dicens ꝙ huiuſmodi operationes ſunt neceſſatiæ ciuitati omni, vt ita dicatur, quod adiunctum eſt propter aliquas ciuitates, quæ propter diſpoſitionem regionis, non ſimiliter indigẽt omnibus prædictis, aut non indigent ſimiliter vt forte abundãtia pecuniarum propter abundantiam diuitiarum naturalium. & ratio huius quod dictum eſt, quoniam ciuitas communitas quædam multitudinis ciuium eſt, non quæcumque, ſed per ſe ſufficiens ad bene viuere vt eſt dicere. Si vero aliquod prædictorum operum contingat deficere in aliqua multitudine, vtputa præparationem alimenti vel artificiatorum, aut etiam arma, nõ erit per ſe ſufficiens ad bene viuere, vt ex ſe manifeſtum eſt, ergo non erit ciuitas. Si ergo debeat eſſe ciuitas, neceſſe ẽ omnia huiuſmodi opera ineſſe ipſi. Deinde cum dicit.

g ¶ Concludit numerum eorum quæ ſunt neceſſaria in ciuitate dicens, ꝙ ſi huiuſmodi operationes ſunt neceſſariæ, & ipſæ non poſſunt eſſe ſine quibuſdam aliis, puta præparatio alimenti ſine agricolis, opera artium ſine artificibus, opera armorũ ſine pugnantibus, diuitiæ ſine opulẽtis nec cultus diuinus ſine ſacerdote, nec iudicium ſine iudice, manifeſtum eſt, ꝙ ad conſiſtentiam ciuitatis, neceſſarii ſunt agricolæ, artifices, bellici, diuites, ſacerdotes, & iudices.

## LECTIO VII.

Poſtquàm Philoſophus oſtẽdit quæ ſunt neceſſaria ad cõſiſtentiam ciuitatis, declarat quæ iſtorũ ſunt partes ipſius, & quæ nõ, & gratia huiuſmodi inquirit q̃ iſtorum contingit attribuere vni, & quę non, & quomodo. Et circa hoc primo Lect. ſeq. facit quod dictum ẽ. Secundo cum dicit. {De diſtributione autem &c.} Quia dixerat agricolas non debere eſſe partes ciuitatis optimæ, determinat đ diuiſione regionis, & quos oportet eſſe agricolas. Circa primum primo facit quod dictum eſt. Secundo cum dicit. {Quod quidem igitur &c.} Recapitulat. Circa primũ adhuc facit quod dictum ẽ. Secundo cum dicit. {Videtur autem &c.} Declarat illud non eſſe nouum, ſed ab antiquis inuentum prius. Circa primum dans intentionem ſuam ponit dubitationem, vtrum omnia prædicta vel quædam poſſent eidem conuenire: ſecundã ſoluit cum dicit. {Sed non &c.} Declarat intentum. Primo igitur dicit quòd poſt declarationẽ dictorum, relinquitur cõſiderandum, vtrum omnia prædicta ſex ſint communicanda omnibus in ciuitate, ita ꝙ idem ſit agricola, artifex & miles & ſic de aliis. Hoc enim bene poſſibile eſt, ſcilicet eoſdem eſſe agricolas & conſiliarios, & ſic de aliis.

ciuitatis, in iis vtique erit, propterea qđ neceſſariũ exiſtere, ſumendũ igitur operũ numerũ.

e Ex iis.n.erit palam. Primo quidem igitur oportet exiſtere alimentũ, deinde artes, multis.n. organis indiget id quod eſt viuere, tertio aũt arma, communi B tates.n. neceſſariũ & in ipſis habere arma & ad principatũ, in obedientiũ gratia, & ad conantes iniuſta inferre extrinſecus. Adhuc pecuniarũ aliquam abũdantiã, quatenus habeant & ad oportunitates quæ ſecũdum ſe ipſos & ad bellicas. Quinto autem & præcipue ea quę circa diuinorũ curã, quam vocãt ſacerdotium. Sextum aũt numero & omnium neceſſariiſſimum iudicium de conferentibus & iuſtis C ad inuicem.

f Opera quidẽ igitur hæc ſunt quibus indiget omnis ciuitas vt dicere, ciuitas.n. multitudo eſt non quæcumq; ſed ad vitam p ſe ſufficiens, vt diximus. Si autẽ aliquid horũ contingat deficere, impoſſibile ſimpliciter per ſe ſufficientem communionem hanc eſſe.

g Neceſſe igitur ſecũdũ operationes D has conſiſtere ciuitatem oportet ergo agricolarũ eẽ multitudinẽ, quę præparet alimenta, & artifices, & qđ pugnax, & qđ opulẽtũ, & ſacerdotes, & iudices neceſſariorũ & cõferẽtiũ.

## LECTIO VII.

Eterminatis aũt iis, reliquũ cõſiderare, vtrũ omnibus communicãda omnia hęc. Contingit enim E eoſdem oẽs eſſe, & agricolas & artifices, & conſiliarios & iudicantes, aut ſm̃ vnũquodq; opus dictorũ alios ſupponendũ. Aut hæc quidẽ propria, hæc aũt cõmunia horũ ex neceſſitate ſunt.

*neceſſarium eſt in iſtis ſubeſſe. Capiendus eſt igitur operum numerus.*

*Ex his enim illud apparebit. Primum igitur debent exiſtere, alimenta. Deinde artes, Multis enim inſtrumentis indiget uita. Tertium, arma.* B *Nam qui ſimul in communione uiuũt, neceſſarium eſt ipſis habere arma, quibus & magiſtratibus parere inobediẽtes compellantur, & quibus uis propulſetur externa, Præterea pecuniarum habendarũ facultas quædam, quo illas habere poſſint, & ad proprias indigentias, & ad bellum. Quintum ac primum, circa rem diuinam cultus quod uocãt ſacrificium. Sextum, quod eſt omnium ſumme neceſſarium, iudicium pro utilitate & iuſtitia contrahentium.*

*Hæc ſunt igitur opera quibus indiget ciuitas omnis. Eſt enim ciuitas multitudo non quæcumque, ſed illa quæ ad uitam per ſe ſufficiens ſit, ut diximus. Si uero aliquod horum deficiat, impoſſibile eſt ſimpliciter per ſe eſſe ſufficientem huiuſmodi ſocietatem.*

*Neceſſarium eſt ergo his operibus ciuitatem conſtare. Eſſe igitur oportet multitudinem agricolarum, qui uictum conferant, & artifices, & pugnatores, & locupletes, & ſacerdotes, & iudices neceſſariorum atque utilium.*

## *LECTIO VII.*

*Is determinatis, reliquum ẽ conſiderare, utrum omnes communicare debeant, ho* E *rum omnium (fieri non poteſt ut iidẽ ipſi ſint & agricolæ, & artifices, & conſultores, & iudicantes) an in unoquoque opere ſupradictorum alios ponendum eſt? An quædam eſſe propria, quædam uero communia neceſſarium eſt?*

b Non in omni aũt politia hęc. Sicut enim diximus, cõtingit & omnes cõmunicare omnibus, & non omnes omnibus, ſed quoſdam quibuſdam, hæc enim & faciunt politias alteras. In democratiis enim participãt omnes omnibus, in oligarchiis autem econtrario.

*Sed non in omni Repub. hoc, ut diximus, contingit. Nam fieri poteſt, ut omnes participent omnium, & non omnes omnium, ſed quidam quorumdam. Hæc enim faciunt Rerumpub. uarietatem. Nam in populari quidem participant omnes omnium. In paucorum autem potentia, contrarium eſt.*

c Quoniam aũt exiſtimus conſiderãtes de optima politia, hęc aũt ſecundum quam ciuitas vtique erit maxime fœlix: fœlicitatem aũt, quod ſine virtute impoſſibile eſt exiſtere, dictum eſt prius. Manifeſtũ quòd in optima politizante ciuitate, & habẽte iuſtos viros ſimpliciter, ſed non ad ſuppoſitionem, neq; banauſam vitam, neque forẽſem, oportet quærere ciues. Vilis .n. talis vita, & ad virtutem ſubcõtraria: neque oportet agricolas eſſe, opus eſt .n. vacatione & ad virtutis generationẽ & ad actiones politicas.

*Cum autem conſideratio noſtra ſit de optima Repu. Ea uero eſt per quã ciuitas eſſet maxime fœlix. Fœlicitatẽ autem quòd ſine uirtute impoſſibile ẽ exiſtere, primo diximus. Manifeſtũ eſt ex his quòd in ciuitate quæ optime gubernetur, & quæ iuſtos habeat ciues ſimpliciter, ac non ad ſuppoſitionem, neque artifices, neque mercatores, ciues eſſe oportet. Vilis eſt enim huiuſmodi uita, & uirtuti aduerſa, nec certe agricolas eſſe oportet eos qui futuri ſint ciues. Opus eſt enim quiete & ocio ad uirtutem comparandam, & ad Rempub. gerendam.*

d Quoniam aũt quod bellicũ, & quod conſiliatiuũ de conferentibus, & iudicans de iuſtis ineſt, & videntur maxime eſſe partes ciuitatis. Vtrũ altera & hoc ponendum, aut eiſdem dandum ambo.

*Cum uero hi ſuperſint qui bello intendunt, & hi qui conſultant de utilibus, & iudicant de iuſtis, & non iuſtis, qui quidem maxime uidentur partes ciuitatis, utrum & hos eſſe alios ponendum ſit, an eiſdem hominibus ambas partes tribuendum.*

e Manifeſtum vtiq; & hoc, quia modo quidem aliquo eidẽ, modo aũt aliquo & alteris, qua quidem enim alterius ætatis vtrũq; operũ, & hæc quidem indiget prudentia, hæc aũt potẽtia alteris. Qua aũt impoſſibiliũ eſt, potẽtes violẽter agere, & prohibere, hos ſufferre ſubiectos ſp, hac eoſdẽ: qui .n. armorũ domini & manendi & non manendi politiã ſunt dñi. Relinquitur igitur eiſdẽ quidẽ vtriſq; dare politiã hãc, nõ aũt ſimul, ſed ſicut aptũ natũ eſt, potẽtia quidẽ in iunioribus, prudentia aũt in ſenioribus eſt. Igitur ſic ambob[9] diſtribui expedit & iuſtũ eſſe videt: habet enim hæc diuiſio quod ſecundum dignitatem.

*Clarum eſt, quòd quodammodo eiſdem, & quodammodo aliis. Qua .n. alterius uigoris utrumque opus & alterum prudentia, alterum uiribus indiget aliis? Qua uero impoſſibiliũ eſt eos qui afferre uim, & prohibere hos poſſunt ſubiectionem pati ſemper eiſdem? Qui enim armorum domini ſunt iidem etiam ſunt domini ſtatus, uel mutationis Reipub. Reſtat igitur ut eiſdem quidem ambobus Reſpub tradatur, non ſimul quidem, ſed ut natura fert. Vires quidem in iunioribus ſunt, prudentia uero in ſenibus. Sic inter eos diſtribui commodum eſt, & iuſtum eſſe uidetur. Habebit enim hæc diſtributio id, quod eſt ſecundum dignitatem.*

Aut vnumquodque iſtorum attribuendum eſt vni conditioni hominum, puta ꝙ quidam ſint agricolæ, alii autem & diuerſi milites, & ſic de aliis. An magis quædam iſtorum ſint attribuenda eiſdem, quædam autem omnino diuerſis. Hoc enim dubitationem habet, cuius determinatio valet ad declarandum intentum principale. Deinde cum dicit.

b ¶ Diſſoluit dubitationem, & primo ponit ſolutionem in generali. Secundo cũ dicit. {Cum autem &c.} Manifeſtat eam in ſpeciali. Primo ergo in generali ſoluit eam dicens, ꝙ in ciuitate bene ordinata non expedit omnia prædicta communicare omnib[9], ſed nec ſingula ſingulis, ſed quædam ipſorum oportet eſſe propria quorundam tantum & non aliorum, quædam autem communia pluribus neceſſario. Sed hoc non habet veritatem in omni Repub. ſed in bene ordinata tantum, ſicut enim prius dicebatur in Tertio hui[9] contingit omnia prædicta communicare omnibus exiſtentib[9] in ciuitate & nõ omnia omnibus, ſed quędam quibuſdam, & hoc diuerſimode, & ſecundum hoc diuerſificari Reſpu. in ſtatu populari. Igitur quæ male ordinata Reſpub. eſt, omnib[9] omnia prædicta neceſſe eſt communicare, quia ſcilicet in ea tota multitudo dominatur. In ſtatu autem paucorum econtrario quædam quibuſdam, vt arma, ſacerdotium, opulentũ & iudicium eiſdem forte vt diuitibus, qui dominantur, agricultura autem quibuſdam aliis & artificiũ aliis omnino diuerſis. Deinde cum dicit.

c ¶ Manifeſtat ſolutionem in ſpeciali. Et primo facit hoc. Secundo cum dicit. {Sine quibus quidem &c.} Recolligit eam. Circa primum primo declarat quæ dictorum non ſunt partes ciuitatis. Ex quo apparet ꝙ quædam dictorum non poſſunt eiſdẽ attribui. Secundo cum dicit. {Cum vero &c.} Declarat quæ cõtingit eiſdem attribui. Ex quo apparet quæ per ſe ſunt partes ciuitatis. Circa primum conſiderandum eſt ꝙ ratio partis per ſe conſideranda eſt ex ratione totius, & ratio totius in his quę ordinantur ad finem ſumitur ex fine, & ideo ratio partium per ſe ciuitatis quærenda eſt ex ratione Reipub. Et ratio Reipub. ex ratione fœlicitatis quæ eſt finis eius. Fœlicitatem autem impoſſibile eſt exiſtere ſine virtute quæ eſt principium eius, & propter hoc ratio partium ciuitatis optime per virtutem determinatur. Hoc ſuppoſito dicit, quoniam intendimus facere conſiderationem de Repub. optima ſimpliciter, non ex ſuppoſitione, ſecundum quam dicimus partes per ſe ciuitatis attingere ad fœlicitatem ſimpliciter quæ eſt finis eius. Fœlicitas autem non poteſt exiſtere ſine virtute, ſicut dictum eſt prius, eſt enim operatio hominis ſecundum virtutem perfectam, manifeſtum eſt ꝙ mercenariorum vitam ducentes vel etiam forenſem ſeu mercatiuã, non oportet dicere eſſe ciues vel partes per ſe ciuitatis optime ſe gubernantis, habentis viros ſimpliciter bonos, nõ ex ſuppoſitione. Cuius ratio eſt, quia ciues in ciuitate optima oportet operari ad fœlicitatem, & habere illud quod eſt principium ipſius. Hoc autem eſt virtus ciuilis, ergo oportet ciues in huiuſmodi ciuitate virtuoſos eſſe, mercenariam autem vitam ducentes aut forenſem, virtuoſi non ſunt vt huiuſmodi. Vita enim eorum vilis exiſtens ad eam non dirigit, nec ordinatur, immo magis eſt non conueniens vel ſubcontraria ei, ergo tales non ſunt ciues, neq; pars ciuitatis optimę. Nec etiã agricolæ ſeu terram colentes, quoniam ciuibus neceſſaria eſt vacatio ab operationib[9] neceſſariis & vilibus, & intendere contẽplationi quãdoque & operationibus liberalibus ad generationem virtutis, & ad actiones communes, per quas determinantur, huiuſmodi autem vacatio nõ poteſt ineſſe agricolis, cum ſint deditι agriculturę & laboribus extrinſecis, ergo nõ ſunt ciues vel pars ciuitatis. Deinde cum dicit.

d ¶ Inquirit quæ prędictorum poſſunt ineſſe eidem. Et primo declarat ꝙ bellicum & conſiliatiuũ debent eidem attribui aliquo modo. In ſecunda cum dicit. {Reliquum eſt &c.} Declarat ꝙ iſta eadẽ & ſacerdotium eidẽ aliquo modo, & alteri alio aliquo modo attribuenda ſunt. Circa primum primo mouet dubitationem. Secundo cum dicit. {Palam igitur &c.} Diſſoluit eam. Circa primum eſt intelligendum ꝙ aliquis bene conſiliatiuus eſt per habitum prudentiæ per quem ex ſine bene ratiocinatur, & inquirit de his quæ ſunt ad finẽ, ſicut autem aliquis ſe habet ad prudẽtiam perfectã, ita & ad alias virtutes morales, quia ſimul ſunt & non ſunt: & ideo conſiliatiuũ determinatur virtute, bellicum etiã oportet habere virtutem per quã ſit aggreſſiuus terribiliũ, & per conſequens prudentiã aliquam ad hoc neceſſariam, & alias aliqualiter virtutes, vnde & dicebat prius Philoſophus in Secundo huius, ꝙ militaris vita multas habet partes virtutis, & ideo bellici & conſiliatiui ſimpliciter determinantẽ virtute, & quia illi qui determinantur virtute ſunt partes ciuitatis optimæ, ideo tales ſunt partes ipſius per ſe, & ideo hoc ſuppoſito, dicit, ꝙ illi qui ordinantur ad bellũ in ciuitate optima, & ad conſiliandũ de conferentibus, & ad iudicandũ iuſte inter diſceptantes neceſſarii ſunt in eadẽ. Et maxime videntur eſſe partes ipſius propter rationẽ prædictam, inquirendum eſt dubitando, vtrum iidẽ ſint ordinandi ad bellũ & ad conſiliũ, an alii ad hoc, alii autem & diuerſi ad illud. Deinde cum dicit.

e ¶ Diſſoluit, & primo manifeſtat ꝙ iſta duo aliquo modo eidem, aliquo modo alii ſunt attribuenda. Secundo cum dicit. {At vero & poſſeſſiones &c.} Oſtendit quot iſtorũ eſſe debent poſſeſſiones. Et in parte iſta dicit, ꝙ manifeſtũ erit ex dicendis, ꝙ & bellicũ & conſiliatiuũ ſunt attribuenda eidem vno modo, alio modo alteri. Dicitur enim ad præſens idem & diuerſum dupliciter. Idem, ſ. ſecundũ ſuppoſitum & ſecundũ formam, ſicut Sortes



f At vero & poſſeſſiones oportet eſſe circa hos, neceſſariũ .n. abundantiã exiſtere ciuibus, ciues aũt iſti, quod .n. banauſum nõ participat ciuitate neq; alia nulla pars quæ nõ virtutes conditiua eſt, hoc aũt palam ex ſuppoſitione, fœlicitari quidem .n. neceſſariũ exiſtere cũ virtute, fęlicem aũt ciuitatẽ non ad partẽ aliquam ipſius reſpiciẽtes oportet dicere, ſed ad oẽs ciues. Manifeſtum autẽ, & quòd oportet poſſeſſiones eſſe horũ, ſiquidẽ neceſſariũ agricolas eſſe ſeruos aut barbaros, aut vernaculos.

*Atqui poſſeſſiones quoq; circa hos eſſe oportet. Neceſſe eſt enim facultates adeſſe ciuibus, hi autem ſunt ciues. Nam turba quidem urbana uiliũ miniſtrorum, nulla pars eſt ciuitatis, nec aliud genus quodcumq;, quod nõ ſit uirtutis effector, Patet hoc ex eo ꝙ præmiſimus. Fœlicitas .n. neceſſe eſt ut per uirtutem fiat. Fœlicem uero dicere ciuitatem debemus, non ad partẽ aliquam eius reſpicientes, ſed ad omnes ciues. Manifeſtum igitur ꝙ horũ eſſe poſſeſſiones oportet, ſiquidem neceſſe eſt agricolas eſſe ſeruos, uel barbaros, uel miniſtros.*

g Reliquum aũt ex dinumeratis, quod ſacerdotũ genus, manifeſtum aũt & horũ ordo, neq; enim agricolã neque banauſum ſacerdotem conſtituendũ, a ciuibus .n. decet honorari Deos, qm̃ autem diuiſum eſt id quod ciuile in duas partes, hoc ẽ in id quod armorum, & quod in conſiliatiuum. Decet autem cultũ

*Reliquum eſt ex his, qui ſupra memorati ſunt, genus eſſe ſacerdotũ, quorum inſtitutio manifeſta eſt. Neque enim agricola, neque artifex, neque uilium exercitiorum quiſquam ſacerdos eſt deputandus. Honos .n. diis eſt a ciuibus impendendus. Sed cum diſtincti ſint ciues in partes duas, hoc eſt in eos qui arma tenent, & in eos qui conſultant, & decens ſit diis cultum*

Sortes idem eſt ſuppoſito. Ipſe autem & Plato diuerſi. Sortes autem & Plato albi, ſunt idem in forma. Sortes autẽ albus prius & niger, poſterius eſt alter a ſeipſo, ſicut Porphyrius dicit, quòd Sortes ſenex differt a ſe puero differentia accidentali. Intendit igitur, ꝙ bellicum & conſiliatiuum eidem ſecundum ſuppoſitũ ſunt attribuenda, differenti tamen ſecundum prius & poſteri[9] & ſecundum fortius, & minus forte, magis prouectum & minus, ſecundum enim ꝙ alteri ætati oportet attribuere bellicũ puta iuuentuti, & alteri conſiliatiuum, puta ætati magis prouectæ, & ſecundum conſiliatiuum indiget prudentia, quæ magis viget in ętate prouecta, & bellicũ robore corporali, qđ magis in iuuentute oportet ea alteri attribui. Bellicum quidem iuuenibus, conſiliatiuum autem prouectis. Secundum vero ꝙ impoſſibile eſt eos, qui poſſunt violentiam inferre & deiicere principãtes facere ſemp ſubiectos, oportet vtrumque eidem attribui. Viri autem bellici, qui ſunt armorũ domini potentiam habent faciẽdi manere Rempub. & non manere propter armorum violẽtiã, & ideò relinquitur vtrumque iſtorũ dari debere eiſdem in Repub. recta, ſed non ſecundum idem tempus, ſed vnicuiq; dare illud tempore, in quo magis aptum eſt ad illud. Sed in iuuenibus viget virtus corporalis magis q̃ prudentia, vel virtus quæ maxime neceſſaria eſt in bellicis, & ideo bellicum attribuendum eſt ipſius in tempore iuuentutis. Prudentia autem & virtus magis vigent in prouectis, quæ magis ſunt neceſſariæ ad conſilium & iudicium, & ideo conſiliatiuum & iudicatiuum attribuenda ſunt eis, quando ſunt prouectæ ętatis. Sic igitur ambo oportet attribui eiſdem, in alia tamen & alia ætate, & hoc iuſtum videtur. Iuſtum enim eſt vnumquemque habere ſecundũ dignitatem. Diuidere autem ſic ſecundum dignitatem videtur. Dignum eſt enim vnumquodque ordinari ad illud, ad quod magis natum eſt, ac quando magis natum aptum eſt, ſic enim facit natura. Iuſtum eſt igitur iſta diſtribui ſecũdum prædictum modum. Deinde cum dicit.

f ¶ Declarat, quot iſtorum debent eſſe poſſeſſiones in eadem dicens, ꝙ adhuc expedit in ciuitate optima poſſeſſiones eſſe circa hos, ita ꝙ ipſi ſint earum domini, aut maxime, quia neceſſarium eſt ciues in ipſa abundantes eſſe. Siquidem ciuitas optima ordinatur per ſe ad ſufficientiam ſecundum diſpoſitionem ſuã. Iſti autem qui dicti ſunt, ciues ſunt ſimpliciter. Artifices autem & quicumque alii, qui non ſunt factiui operationum virtutis non participant ciuilitate per ſe. Et huiuſmodi declaratio eſt ex ſuppoſitione, quoniam nullus poteſt fœlicitari niſi cum virtute, quæ eſt principium fœlicitatis. Ciuitatem autem optimam dicimus eſſe fœlicem ſimpliciter, non quantum ad aliquam partem, & quantum ad aliquam non, ſed quantum ad omnes ciues, vt eſt dicere. Omnes igitur ciues oportet eſſe virtuoſos, qui ergo non ſunt virtuoſi ſecundum ꝙ huiuſmodi, non ſunt ciues. Si igitur ciues oportet eſſe abundantes, vt prędictum eſt, & hoc non poteſt eſſe niſi ſint domini poſſeſſionum aut maxime, neceſſe eſt eos eſſe dominos poſſeſſionis, & hoc ſi ſupponamus ꝙ expedit in tali ciuitate agricolas eſſe ſeruos, & hos aut barbaros aliunde venientes, aut miniſtros. Deinde cum dicit.

g ¶ Declarat, ꝙ ſacerdotium aliqualiter eſt attribuendum eidem, & aliqualiter diuerſis cum prędictis, & quibus non ẽ attribuendum dicẽs, quòd ex his quæ dicta ſunt neceſſaria ciuitati, enumeratis prius, relinquitur genus ſacerdotum, cuius ordo ad alios ſatis eſt manifeſtus. Non enim expedit ĩ Repub. bene ordinata artificem, ſeu agricolam, vel forenſem ſacerdotem cõſtituere. Sacerdos enim ordinatur ad cultũ diuinum celebrandum & honorem deo exhibendum pro ſubditis. Nunc autem conueniens eſt cultũ exhiberi deo & honorẽ a principalioribus ciuibus. Omnia enim excellentiora exhibẽda ſunt Deo propter eius excellentiam, a quo eſt omne bonũ & quicquid eſt. Si igitur agricolæ, & artifices, vel forenſes ciues non ſunt, vt probatum eſt prius, non expedit eos eſſe ciues in ciuitate bene ordinata, ſed quoniam ciues diſtincti ſunt ĩ duo, ſicut dictum eſt prius, videlicet, in ordinatos ad arma, & conſiliarios, quos aliquando contingit abdicatos eſſe propter intolerantiam laboris, & emeritos propter exercitium præteritum in bellicis & iudiciis, & oportet eos habere requiem maxime in ſpeculatiuis, cum motus paſſionum ſenſibilium ſint omnino in eis ſedati vt in pluribus. Eos autem qui intendunt honori & cultui diuino oporteat habere requiem & vacationem contemplationis, expedit eos promoueri ad honorem ſacerdotii, & aſſignari ad ſanctificationem hanc eos, qui abdicati ſunt propter labores in præterito paſſos, & emeriti propter honeſta exercitia in bellicis & conſiliis. Eſt autem intelligendum, quòd ſicut natura illud quod eſt perfectius & in tempore, in quo perfectius eſt ad perfectionem ordinat operationem, ſeu finem, ſic & ratio vel ars, quę imitatur naturam. Homines autem poſt tempus eruditionis & exercitii in diſciplinabilibus imperfectiorem prudentiam habent propter motum fortiorem paſſionum in eis. Robur autem corporale & magnanimitatem habent maiorem propter iuuentutem, hoc autem magis competit in bellicis, & ideo rationabiliter tales in ętate illa ad bellica docet ordinare Philoſophus. Deinde autem procedente ætate repreſſo calido, & aliqualiter remiſſis motibus paſſionum remittitur robur & magnanimitas ſecundum aliquid, ratio autem & prudentia magis vigent. Sedendo enim & quieſcendo fit anima ſciens & prudens. Iſtud autem conuenit deliberationi & iudiciis, & ideo ſecundum rationem tales ordinandi ſunt ad conſilia & iudicia. Vlterius autem magis procedente ætate remiſſo calido propter tempus & ferè mortificatis paſſionibus, vt eſt

dicere, aut regulatis propter longum exercitium, ferè deficit robur corporale, & maxime viget intellectus. Illud autem maxime requiritur in his, quæ ordinantur ad cultum diuinũ. Oportet enim eos vacare ab exterioribus actionibus, & maxime intendere ſpeculationi diuinorum, & ideo in ætate tali conueniẽter aſſignandi ſunt ciues ad cultũ diuinũ, ita vt primo exercitẽtur in bellicis, deinde in agibilibus. Vltimo autem vitam finiant in ſpeculatione diuinorũ, in quo ponitur vltim⁹ finis hominis. Deinde cum dicit.

h ¶ Recolligit determinata dicens, ꝙ ſic igitur determinatum eſt, quæ ſunt illa, quæ ſunt neceſſaria ad conſiſtentiam ciuitatis, & quot illorũ ſunt partes ipſius. Agricolę enim & artifices, & mercennarii qui pro mercede commutãt opera, neceſſarii ſunt in ciuitate. Sed nequaquam ſunt partes ipſius per ſe. Bellici autẽ & cõſiliatiui, & ſacerdotes ſunt partes ciuitatis, & ſunt diſtincti a præcedentibus ſecũdum omne tempus. A ſe autem inuicem ſecundum partem tẽporis, ita vt idẽ pri⁹ ordinetur ad bellũ, deinde ad cõſilium, & vltimo ad ſacerdotium. Deinde cum dicit.

i ¶ Declarat iſta fuiſſe ab antiquis inuenta. Et primo narrando. Secundo cum dicit. {Quòd autẽ omnia &c.} Per ſignum. Circa primũ primo declarat diſtinctionẽ bellicorum & conſiliariorum ab aliis, & inſtitutionem conuiuiorum ciuilium fuiſſe antiqua. Secundo cum dicit. {Ferè quidem igitur.} Concludit idem de aliis. Circa primum primo facit quod dictum eſt. Secundo cum dicit. {Conuiuiorum quidem igitur.} Declarat quod iſtorum a quo inſtitutum fuerit primo. Circa primum primo declarat diſtinctionem prædictorum inſtitutã eſſe ab antiquo. Secundo cum dicit. {Quæ autem circa &c.} Diſtinctionẽ conuiuiorum. Circa primum dicit, ꝙ volentibus phiſice conſiderare de Repub. apparet hoc non nunc primo, neq; recenter eſſe notũ, quod oportet in ciuitate genus bellicorum & conſiliariorum eſſe diſtinctum ab agricolis & artificibus & mercenariis ſecundum ꝙ huiuſmodi. In Aegypto enim, vbi F primo conceſſum eſt ſtudere ſecundum ꝙ dicitur primo Metaphi. primo obſeruauerunt leges ſtatuentes. Deinde autem poſterius in Creta, quæ eſt inſula in Græcia. Dicunt enim, ꝙ Seſoſtres legiſlator Aegyptiorum hoc primus ordinauit legem, de quo ſit memoria. Circa Cretam autẽ Minos legiſlator ipſorũ. Deinde cum dicit.

k ¶ Declarat inſtitutionem conuiuiorum ordinatam eſſe ab antiquis dicens, ꝙ inſtitutio conuiuiorum ciuilium, quib⁹ participant omnes ciues determinatis feſtis vel tẽporibus, videntur eſſe facta ab aliis multis Cretenſibus ſcilicet, & Italicis. Sed illa quæ ordinata fuerũt in Creta ordinata fuerunt maxime circa temp⁹ regiminis Minois regis. Illa autem quæ ĩ Italia, multo fuerũt antiquiora ꝓdictis. Dicũt enim Coſmographi illius regionis quẽdam regem fuiſſe Italum nomine, in illa, quæ tunc dicebatur Oenotria, a quo accipientes nomen, dicti prius Oenotri, vocati ſunt Itali, & hanc partem Europæ quæ ſita eſt inter ſinum maris Scyllaticum, ita dictum a ſcylla periculo maris in quo ſæpe periclitãtur naues propter colliſionem ad rupes præruptas, & ſinum Lamedicum quod videtur eſſe, qđ diuidit prædictam Italiã ex parte oppoſita, quæ videntur adinuicem parum differre circa locum, in quo concurrunt, videlicet ꝑ intermedię diei dicunt aſſumpſiſſe nomen Italiæ ab eodẽ. Hic igitur Italus dicitur collegiſſe paſtores illi⁹ regionis, primo in vnum ordinẽ ciuilem & conſtituiſſe quoſdã eorũ agricolas, alios autẽ fortes artifices, & alios bellicos, & leges ordinaſſe determinantes regulam viuendi eiſdem, & inſtituiſſe cõuiuia communia omnib⁹ primo. Propter quod & nũc ibidem obſeruant conuiuia, & leges quaſdam ordinatas ab illo, quod intelligendum eſt ꝑ tẽpore Philoſophi. Apud Tyreniam autem quæ eſt alia pars Italiæ habitabãt pri⁹ Opici dicti, & tunc habitabant pro tempore ſuo; apud Iapygiã autem & Ionium, quę eſt alia pars Italiæ vocata prius Syrtes habitabant dicti Chaones, qui fuerunt quondam de genere Oenotriorum, qui dicuntur fuiſſe græci quidam. Vnde & quædã pars Italiæ

exhibere diis, & requiẽ habere circa ipſos eos qui ꝑꝑ tempus abdicati ſunt, hos aſſignandum vtique erit ſanctificationibus.

h Sine quibus quidẽ igitur ciuitas non conſiſtit, & quot partes ciuitatis, dictũ eſt. Agricolas enim & artifices, & omne qđ mercenarium, neceſſarium exiſtere ciuitatibus, partes aũt ciuitatis id quod armorũ & conſiliatiuũ, & ſeparatum eſt vtique vnũquodq; horũ, hoc quidẽ ſemper, hoc aũt ſecundũ partem.

i Videtur aũt non nunc neque recenter hoc eſſe notũ iis qui de politia philoſophizant, ꝙ oportet diuiſam eſſe ſeorſum ſecundum genera ciuitatem, & quod bellicum alterũ eſſe, & quod terræ cultiuum, in Egypto.n. habet hoc modo. Adhuc autẽ & nunc, quæ circa Cretam. Quod quidem igitur circa Egyptũ Seſoſtris, vt aiunt ita lege ſtatuit. Minos aũt quę circa Cretã, aliqua aũt videt̃ eſſe & cõuiuiorũ inſtitutio. Quę quidẽ circa Cretã facta circa regimen Minois.

k Quæ autem circa Italiã multo antiquiora iis, aiunt enim hiſtoriæ inhabitantium ibi Italũ quẽdam fuiſſe regem Oenotriæ a quo nomen trtnſumentes Italos, pro Oenotriis, vocatos eſſe, & oram hanc Europæ Italiæ nomen accepiſſe, quæcumque exiſtit intra ſinum Scylleticum & Lameticum. Diſtant autẽ hæc ab inuicem itinere mediæ diei. Hunc itaq; Italum dicũt Oenotrios paſtores exiſtentes feciſſe agricolas, & leges ipſis alias poſuiſſe, & conuiuia conſtituiſſe primo, propter quod * & nunc vocati cognominatione Auſones. Quòd autem ad Iapigiam & Ionium Chaones vocatã Syrtem, erant autem & Chaones œnotrii genere.

*exhibere, & requiem ſuſcipere eos, qui pro tempore in his laborauerunt, ac defeſſi ſunt, his utique eſſet ſacrorum cura demandanda.*

*Quæ ſint igitur, ſine q̃bus ciuitas ſtare non poteſt, & quot ſint ciuitatis* G *partes, dictum ſit. Agricolas enim & artifices, & omne miniſterium ciuitatibus exiſtere neceſſarium eſt. Sed partes ciuitatis ſunt, qui arma tenent, & qui conſultant, & ſeparatum eſt unumquodque iſtorum, hoc quidem ſemper, hoc uero ſecundum partem.*

*Videtur autem non nunc, neque paulo ante, hoc notum fuiſſe his, qui de Republica philoſophantur, quòd per genera ſit ciuitas diſtinguenda. Et pugnatorũ genus aliud eſſe, aliud* H *agricolarum. Nam in Aegypto uſque ad hoc tempus in hunc modum ſe habet & in Creta. In Aegypto quidem Seſoſtri legem ferente, & in Creta uero Minoe.*

*Antiqua uidetur eſſe etiã comeſſationum inſtitutio, quod in Creta factũ* I *eſt Minoe regnante. Sed multo prius hoc in Italia, quàm in Creta conſtitutũ fuit. Tradunt enim periti homines illorum locorum fuiſſe Italum quendam, Oenotriæ regẽ, a quo mutato nomine, pro Oenotris, Itali ſunt uocitati, orãq; illam maritimã Europæ, quæ eſt inter Scillaticũ & Lamedicũ ſinum, diſtant uero hæc loca inter ſe, meridiei iter, Italiæ nomen primo cæpiſſe. Hunc ergo Italũ tradunt agriculturam Oenotrios docuiſſe, cũ prius eſſent paſtores uagi, ac palantes, illiſque leges poſuiſ-* K *ſe, & comeſſationes inſtituiſſe primũ. Quapropter etiã nunc quidã illorum populorum comeſſationibus utuntur, & legibus quibuſdã ab illo poſitis. Incolebant aũt eam Italiæ partẽ, quæ ad Tyreniã uerſa eſt Opici, qui nunc Auſonii nominantur. Alterã uero partẽ, quæ ad Iapygiã & Ioniũ pertinet incolebant Chaones, Syrtim appellatã, & ipſi quoque ab Oenotris orti.*



Italiæ quondam magna Græcia dicebatur. Sed eſt intelligẽdũ, A quòd propter mutationem inhabitantium regionem prædictã, vel propter bellum, vel occupationem, vel epidimiam plura prædictorum nominũ partium regionis prædictæ mutata ſunt, aut etiam oblita, & alia impoſita, & ideo neſcimus bene communiter quas partes regionis illius quædam ꝓdictorum nominum ſignificent. Deinde cum dicit.

l ¶ Declarat, quòd iſtorum a quo primo fuit inuentum dicẽs, quòd inſtitutio conuiuiorum cõmuniũ legitur primo facta fuiſſe in Italia a prædicto Italo, diſtinctio autẽ ciuilis multitudinis ſecundum modum prædictũ in Aegypto, inſtitutio enim quę fuit facta ſub regimine Minois apud Cretam multo poſterior fuit quàm illa, quæ fuit facta in Aegypto, quam dicitur feciſſe legiſlator eorum Seſoſtres. Deinde cum dicit.

m ¶ Concludit idẽ de alijs ciuilibus dicens, ꝙ oportet credere prædicta, & alia ferè ciuilia inuenta, & obſeruata prius multo t̃pe, aut magis infinities. Si.n. ſupponamus, ꝙ omnia quę ſunt hic reducantur in motum & figuram cœleſtem de neceſſitate, & motus cœli eſt æternus ſecundum opinionẽ Philoſophi, oportebit iſta inferiora circulari infinities, vt videtur ſecundum ordinationẽ ciuiliũ q̃dam ſunt neceſſaria ad viuendum abſolute, ſicut agricultura, quædã autem ad bene viuẽdum. Illa igitur, quæ ſunt neceſſaria, primo inuenerunt ipſa neceſſitate coacti, quæ vero ordinantur ad bene viuẽdum iſtis exiſtẽtibus inuenta fuerunt, & rationabiliter acceperunt incrementum. Similiter & circa Reſpublicas totas, illa enim quæ eſt neceſſaria ad viuendum abſolute, rationabiliter inuẽta eſſe creditur prius, quæ autem ordinatur ad bene viuendum & optima eſt, poſterius procedendo ab imperfecto ad perfectum ſecundum modum naturæ. Deinde cum dicit.

n ¶ Manifeſtat dicta per ſignum dicens, quòd ſignum ꝙ omnia ciuilia antiqua ſint & inuenta prius ſunt ea, quæ fuerunt in Aegypto, & ſunt adhuc obſeruata, iſti enim ſunt antiquiſſimi Philoſophantes & ordines ciuiles inſtituentes, leges & ordinem ciuilem inuenientes & obſeruantes, ſicut etiam Plato dicit in Primo Thimei, & ideo eis quæ dicta ſunt prius, & ab eis obſeruata, vtendum eſt gubernantibus bene ciuitates. Si autem aliqua omiſſa ſunt ab eis, vel etiam a nobis, tentandum eſt ea inuenire. Deinde cum dicit.

o ¶ Recapitulat quædam determinata dicens, quòd ſic igitur determinatum eſt prius, quòd regionem & poſſeſſionem principaliter oportet eſſe bellicorum & aliorum participantium Republica, puta conſiliariorum & ſacerdotũ, & ꝙ agricolas & mercennarios, & artifices non expedit eſſe ciues in optima ciuitate, prius autem dictum fuit quantum ſecundum quantitatem, & qualem ſecundum diſpoſitionem, oportet eſſe regionem optimam.

## LECTIO VIII.

Poſtquam declarauit Philoſophus quæ ſunt partes ciuitatis per ſe, & quæ non, & quòd agricolas non expedit eſſe partes ipſius, quorum eſt excolere regionem, trãſit nunc ad determinandum diuiſionem regionis, & quos & quales oportet ẽe cultores ipſius, & circa hoc primo determinat de diuiſione regionis quomodo facienda eſt. Secundo cum dicit. {Terrã autẽ &c.} quos & quales oportet eſſe cultores ipſius. Circa primum præmittit quaſdam ſuppoſitiões cũ intentione ſua. Secũdo cum dicit. {Neceſſariũ igitur &c.} ex dictis cõcludit regionis diuiſionem. Tertio cũ dicit. {Vt duabus ſortib⁹ &c.} rationẽ aſſignat. Circa primum primo ꝓmittens intentionẽ ſuam, primo præmittit quaſdam ſuppoſitiones ex parte poſſeſſionum. Secundo cum dicit. {De conuiuijs autem &c.} ex parte conuiuiorum. Tertio cum dicit. {Adhuc autem &c.} quãdam ex parte expenſarum in cultu diuino factarum. Primo igitur dicit, quòd poſt prædicta dicendum eſt de regione qualiter diſtribuenda eſt, & de cultorib⁹ eius, quos ſecundum ſcientiam, & quales ſecundum conditionem oporteat eos eſſe: ſupponentes primo quòd non expedit in ciuitate bene ordinata poſſeſſiones eſſe communes, ſicut Plato & ſequaces eius dixerunt, ſicut oſtenſum fuit in ſecundo. Magis enim negligeretur cura ipſarum neceſſaria. De communibus enim minus curant homines quàm de proprijs, quia magis propria diligunt. Sed expedit eas appropriatas eſſe ſingulis quantum ad proprietatem & curam, facere autem eas communes alijs quantum ad vſum per actum liberalitatis & amicabiliter. Secundo ſupponendum eſt, ꝙ non expedit in eadem ciuitate aliquem ciuem indigere alimento, & eis quæ ſunt neceſſaria ad vitam, quia Ciuitas optima, eſt per ſe ſufficiens, & ciuis per ciuitatem determinatur. Deinde cum dicit.

b ¶ Præmittit tres ſuppoſitiones ex parte conuiuiorum cõmunium, quarum prima eſt, ꝙ de conuiuijs communibus, ſimul videtur cum pręcedẽtibus opportunũ eſſe ea fieri in ciuitate optima. Cauſa vero propter quam opportunũ eſt & nobis videtur, in ſequentibus huius libri dicetur, diſponunt.n. ad familiaritatem ciuium & amicitiam ipſorum. Secũdo de eiſdem ſupponendum eſt

l Conuiuiorũ quidẽ igitur inſtitutio, hinc facta fuit prius, ſeparatio autem quæ ſecundum genus ciuilis multitudinis ex Aegypto, multis.n. excedit temporib⁹ regimẽ Minois Seſoſtris.

m Ferè quidem igitur & alia oportet putare inuenta fuiſſe ſæpe in multo tempore, magis autem infinities, neceſſaria quidẽ enim opportunitatẽ ipſam veriſſimile eſt docere, quæ autẽ ad bonam aptitudinem & circũſtantiam exiſtentibus iam ijs, rationabile acccipere incrementũ. Quare & circa politias oportet putare eodẽ modo habere.

n Quòd autẽ omnia antiqua, ſignũ quæ circa Egyptum ſunt, iſti.n. antiquiſſimi quidẽ videntur eſſe, leges autem ſortiti fuerunt, & ordines politicos, propter quod oportet dictis quidẽ ſufficienter vti, prætermiſſa autem tentare quærere.

o Quòd quidem igitur oportet regionem eſſe arma poſſidẽtium, & participãtium politia, dictum eſt prius, & quòd agricolas oportet eſſe alteros ab ipſis, & quãtam, & qualem oportet eſſe regionem.

## LECTIO VIII.

De diſtributione autem, & de agricolis, quos & quales eſſe oportet, dicendũ primo, quoniã neq; cõmunẽ dicimus oportere eſſe poſſeſſionem, ſicut quidam dixerunt, ſed vſui amicabiliter factã communem, neque egere alimento aliquem ciuium.

b De conuiuijs autem ſimul videtur optimum eſſe omnibus ci

*Inuentio igitur comeſſationum hinc primum extitit. Diuiſio autem ciuitatis per genera apud Egyptum incepit. Seſoſtris enim multis temporibus ante fuit quàm Minos in Creta regnaret.*

*Et alia ferè credendum eſt eodem modo inuenta fuiſſe multotiens in lon-* B *go tempore, immo uero infinities, nam & quæ neceſſaria ſunt ad uſum uitæ indigentiam ipſam docuiſſe rationabile eſt, & illis repertis additamenta poſtmodum facta fuiſſe ad expolitiorem uiuendi formam, quod eodem modo in conſtitutione Rerũpublicarum accidiſſe credendum eſt.*

*Eſſe uero cuncta uetuſta, ſignum eſt, quòd Aegyptij quorum antiquitas maxima putatur, leges habuerunt* C *& ciuilem inſtitutionem, quapropter utendum eſt his, quæ ſufficienter tradita ſunt, & quæ deficiunt reperire, conandum.*

*Quòd igitur agri & poſſeſſiones eorum eſſe debent, qui arma tenent, quique partes ſunt ciuitatis, dictum eſt, & qua de cauſa cultores illarum, alios eſſe oportet, & quanta & qualis debet eſſe regio.*

D

## *LECTIO VIII.*

*De diſtributione vero ipſius regionis, & qui & quales debent eſſe cultores dicendum eſt, quandoquidem neque communes omnium cenſemus eſſe debere poſſeſſiones, vt quidam tradidere, ſed vſu amicabili communes fieri, neque deeſſe ulli ciuium alimenta.*

E *De comeſſationibus videtur quoque omnibus vtile eſſe, ut aſſint bene*

nitatibus bene inſtitutis exiſtere, propter quam antē cauſam ſimul videtur & nobis, poſterius dicemus. Oportet autem ijs cōmunicare omnes ciues, non facile autem egenos a proprijs afferre, quod ſtatutum, & gubernare aliam domum.

c Adhuc autē quę ad Deos expenſæ, ſunt communes toti ciuitati.

d Neceſſarium igitur in duas partes diuiſam eſſe regionem, & hanc quidem eſſe communem, hanc autem propriam, & harum vtramque diuiſam eſſe dupliciter omnibus, communis quidem altera pars ad oblationes ad Deos, altera autem ad expenſas conuiuiorum, eius autem quæ ſingulariū, altera pars ad proprias neceſsitates, altera autem ad ciuitatem.

e Vt duabus ſortibus vnicuiq; diſtributis, vtriſq; locis omnes participant, quod enim æquale ſic habet, & quòd iuſtum, & ad municipales vicinos aduerſarios magis conſentaneum, vbi.n. nō hunc habet modū, ij quidē paruipendent inimicitiam ad vicinos, ij autem nimis curant, & præter id quod bonum.

f Propter quod quibuſdam lex eſt, vicinantes cū terminis nunc participare honore eorum quæ ad ipſos præliorum, tamquam propter proprium, non vtique potentes conſiliari bene, regionem quidem igitur neceſſe eſt diuidi hoc modo, propter prædictas cauſas.

g Terrā autē culturos maxime quidem, ſi oportet ad votū, ſeruos eſſe, neq; omnibus eiuſdē tribus, neq; animoſi: ſic.n. vtiq; ad operationē erunt vtiles, & ad nihil inſoleſcere ſecuri: Secūdo autem barbaros vernaculos conſimiles dictis ſecūdum naturam, horum autem proprios quidē in proprijs eſſe poſsidentiū ſubſtātias, eos aūt quæ in cōi terra, cōmunes. Quo autē modo oportet vti ſeruis, & quia melius omnibus ſeruis præmiū proponi libertatem, poſterius dicemus.

*inſtitutis ciuitatibus, Quam uero ob cauſam nobis quoque idem uideatur, poſtea dicemus: oportet autem ciues uniuerſos ad earum communionem admitti, at non facile eſt, ut qui pauperes ſint, contribuere ſtatutam penſionem ex proprio poſſint, & cæteram domum gubernare.*

G *Præterea in ſacrificiis, cultuque deorum ſumptus communes eſſe debent totius ciuitatis.*

*Eſt igitur neceſſarium in duas partes regionem diuidere, & aliam eſſe publicam, aliam priuatorum. Vtraque illarum partium rurſus diuidenda eſt, illius namque partis, quam publicam eſſe debere diximus, vna pars deorum cultui deputanda eſt, altera*
H *vero ad comeſſationum impenſam. Rurſus vero, priuati agri, pars vna ad proprias neceſſitates eſt deputanda, altera vero ad ciuitatem.*

*Vt duabus ſortibus vtrimque diſtributis, amborum locorum omnes participes ſint, æquum enim & iuſtum ita ſe habet, & ad finitima bella concordatius: vbi enim hic modus non ſeruetur, alii faciliter proſiliunt ad finitimorum inimicitias, alii nimium illas refugiunt & contra dignitatem.*

I

*Quāmobrem apud quoſdā lex eſt, vt qui agros habent vicinos, hi non admittantur ad conſilium belli aduerſus illos ſuſcipiendi, quaſi ob priuatam ſui cauſam recte conſilium dare non valentes. Agrorum igitur per hunc modum facienda partitio eſt, ob cauſas antedictas.*

*Cultores autem ipſi maxime qui-*
K *dem, ſi ſecundum votum optandum, eſt, ſerui eſſe debent, neque omnes vnius generis, neque animo elati, ita & ad faciendum opus, vtiles forent, & nihil noui ab eis metueretur, Secundo autem loco, barbari miniſtri, natura ſimiles his quos ſupra diximus, horum autem in priuatis quidem agris, & ipſi priuatorum dominorum ſint, in publicis vero, publici. Quemadmodum autem ſeruis vtendum ſit, & quale, melius eſt omnibus ſeruis præmium libertatis eſſe propoſitum, poſtea dicemus.*

dum eſt, quòd oportet omnes ciues tam diuites quàm pauperes communicare ipſis, aliter enim non eſſent communia toti ciuitati, per quam determinatur ciuis. Tertio accipiendum eſt, ꝙ cum ſint egeni vel minus diuites, paucas habentes poſſ. ſſiones, nō eſt facile eos ſine grauamine magno afferre ad conuiuia communia quod proportionale eſt, & ſuſtentare familiam propriā de modica ſubſtantia ſua, modica enim poſſeſſio, ad duo minus eſt ſufficiens. Deinde cum dicit.
c ¶ Ponit vnam ſuppoſitionem quātū ad expenſas diuinorum dicens, quòd adhuc accipiendum eſt, ꝙ expenſæ quæ fiūt in cultu diuino, puta in ſacrificijs & ędificijs, & alijs ad hoc ordinatis, cōmunes ſunt toti ciuitati, ſiquidē prædictus cultus cōmunis eſt. Deinde cum dicit.
d ¶ Infert diuiſionē regionis ex dictis ſuppoſitionibus dicens, ſi veræ ſunt prædictę ſuppoſitiones, expedit ī ciuitate optima poſſeſſionum regionis eſſe diuiſam, & alteram partem eius eſſe communem ad cōmunes eius expenſas faciendas, & alteram propriā vnicuiq; ad familiares opportunitates, & quælibet iſtarum partium diuiditur in duas, ita vt vna pars poſſeſſionis communis ordinetur ad oblationes vel cultum diuinum, altera autem ad expē ſas communes in cōuiuijs communibus faciendas. Altera autē pars eius, quæ propria eſt ſingulis ordinetur ad neceſſitates proprias vnicuique, alia vero ad negocia communia ciuitatis, puta ad munitionē, cuſtodiam, & ornatum. Deīde cū dicit.
e ¶ Aſſignat diſtinctionis prædictæ rationes duas, quarum ſecundam ponit cum dicit. {Quāmobrem. &c.} In prima parte dicit, ꝙ ſic conuenienter diuiſa eſt regio in duas ſortes, & quælibet illarum diſtincta in duas. Et hoc rōnabiliter, quia ſic ea diuiſa per diuerſas ſortes, omnes in ciuitate participabunt vtræque diuiſioni, quia omnes participabūt poſſeſſione cōmuni, ſaltem in quantū participant conuiuijs cōmunibus. Propria au-
F tem manifeſtum eſt, quòd participant omnes. Hoc autem æquale & iuſtum videtur, & per conſequens rationabile. Rationabiliter igitur diuiditur ſecundū prædictū modū. Deinde cū dicit.
f ¶ Tangit ſecundam rationem, & eſt. Expedit poſſeſſiones regionis diuidi ſecundum quòd magis conueniens eſt ciuibus in ordine ad vicinos cōterminales eiſdem & potentes aduerſari, ſed eam diuidi ſecundum modum prædictum magis conueniens eſt ipſis in reſpectu ad vicinos municipij ciuitatis volētes aduerſari, cuius ſignū eſt, quia vbi nō obſeruant iſtum modum, ſed vbi omnes poſſeſſiones ſunt cōmunes paruipendūt inimicitiam vicinorum, non curantes ſi occupēt partem poſſeſſionis ciuitatis: minus enim dolent de omiſſione communium, vbi autem omnes poſſeſſiones ſunt propriæ, vel ferè nimis curant de inimicitia vicinorum, & pręter illud quod bonum eſt, verentur enim amittere poſſeſſiones proprias, eas magis diligētes q̃ cōmunes, & ideo in quibuſdā ciuitatibus ſolet eē lex, vicinos cōterminales non participare honore vel cōſilio eorum in ordine ad bellum, vel qđ cūq; aliud magnū, quaſi non poſſent bene conſiliari propter affectionē aliquā propriam inimicitię vel amoris. Expediēs eſt igitur regionem diuidi ſecundum prædictum modū, propter prædictas rationes. Deinde cum dicit.
g ¶ Declarat quos & quales oportet eſſe cultores regiōis dicens, quòd in ciuitate optima terræ cultores ſi poſſint haberi ad votum, oportet eſſe ſeruos robuſtos corpore, vt bene elaborare ipſam poſſint deficiētes intellectu, ne ſint inuētiui fraudum cōtra dominos. Sed circa hos oportet duo obſeruare: Primo, quòd nō ſint eiuſdem tribus, ſic.n. vniti adinuicem magis poſſunt eſſe fortes quàm ciues. Secūdo quòd nec animoſi, ſi enim eſſent, magis auderent inſurgere. Expedit igitur eos eſſe robuſtos corpore, deficientes intellectu, puſillanimes, & non eiuſdē tribus, ſic enim



## LECTIO IX.

Ciuitatem autem, quòd quidem oportet communem eſſe aridæ & maris, & regionis omnis ſimiliter, ex contingentibus dictum eſt prius.

B b Ipſius autē ad ſe ipſam, ſi ad votum oportet adipiſci poſitionem quatuor vtique reſpicientes, primum quidem tamquàm neceſſarium ad ſanitatem, quæ enim ad ortū declinationem habent, & ad vētos flantes ab oriēte, ſeniores, Secundo autē ad Boream. Recentiores.n. hæ magis, reliquorum autem ad politicas actiones, & ad bellicas, benehabere. Ad bellicas quidē igitur, ipſis quidē boni exitus eſſe oportet, aduerſarijs autem difficile
C adibilem, & difficile comprehenſibilem. Aquarum autem & riuorum, maxime quidem exiſtere multitudinem conuenientem, ſi autem non hoc inuentū eſt, per præparationem ſuſceptaculorum aquarum imbrium copioſorum & magnorum, vt nūquam deficiant, prohibiti a regione propter multitudinem.

c Quoniam autem oportet de ſanitate inhabitantium ſolicitati, hoc autem eſt imponi locū in tali & ad talem bene: Secun-
D do autem aquis ſanis vti, & huius curam habere non acceſſorie, quibus enim plurimis vtuntur ad corpus & ſepiſsime, hæc

## LECTIO IX.

*Vrbs autem quòd terræ, mariſque particeps eſſe debet, & quòd ad totam regionem ſimiliter debet eſſe communis quantum fieri poteſt, dictum eſt prius.*

*Ipſius autem ad ſeipſam optandum eſt poſitionem ſortiri ad quatuor reſpicientes. Primum ad ſanitatem quod eſt neceſſarium, ad orientem enim ſolem conuerſæ urbes, & ad eos uentos qui inde perflant, ſalubriores ſunt. Secundo loco, quæ ſunt ſecundum boream ſitæ, hæ namque ſunt ad hiberna potiores. In reliquis uero, ut ad ciuiles res, & ad bellicas, opportune ſe habeat: Ad bellicas quidem, ut facilis ſit ciuibus in aliena egreſſio, hoſtibus autem, difficilis aditus, ac difficilis circundatio. Aquarum autem & ſtagnorum abundantiam habeat maxime naturalem, quòd ſi naturalis deficiat, ex aqua pluuia ciſternæ, & lacus, qui magnam uim aquarum ſuſcipiant comparentur, ita ut deeſſe aqua, ſiquando obſiderentur, numquàm poſſit.*

*Sed cum oporteat de ſanitate habitantium curam habere, hoc autem ſit primum in ſitu, & qualitate loci, ſecundum in aquarum ſalubrium uſu, in ea quoque re eſt diligentia merito adhibenda. Quibus enim plurimum & fræquentiſſime utimur ad corpus, ea plurimum important ad ſanitatem.*

enim magis vtiles erunt ad terræ elaborationem, & nihil inſoleſcent contra dominos machinantes. Deinde autem expedit ſi iſti non poſſunt haberi terræ cultores eſſe barbaros in alia regione natos, & natos ſeruire, & miniſtros natura, tales enim ſunt ſimiles prædictis ſecundum diſpoſitionem naturalem, ſed colentes terras proprias vniuſcuiuſque ciuis oportet eſſe proprios illorum, quorū ſunt terræ, eos autem qui terram communem, expedit eſſe ſeruos communitatis. Quo modo autem dominus ſe debeat habere ad ſeruos in vtendo ipſis, & melius eſt ad inducendum eos ad bene operādum proponi eis libertatem in præmium ſi bene operentur, cum autem verbere vel afflictione affici debeant, in ſequētibus huius tractatus dicetur.

LECTIO IX.

Poſtquam Philoſophus declarauit ea, quæ ſupponenda ſunt ex parte multitudinis ciuilis ad rectam Rempublicam, vult nunc declarare, quæ ſupponēda ſunt ex parte ſitus ciuitatis, & ædificiorū eius & regionis in ſpeciali magis, & primo oſtendit quæ ſupponēda ſunt ex parte ſitus ciuitatis in ſpeciali. Secundo cum dicit. {De locis autē &c.} qui ex parte munitionum & ædificiorum. Circa primum recolligit quædam dicta prius de ſitu ciuitatis. Secundo cum dicit. {Ipſius autem ad ſeipſam &c.} declarat q̃ vlterius ſupponenda ſunt circa ſitum eius in ſpeciali. Primo igitur dicit, ꝙ prius determinatum eſt a nobis, quòd ſi ciuitas optima debeat ſituari ad votum, oportet quòd communicet mari & terræ ſecūdum quòd contingit melius, vt ex vtroque poſſit iuuari, & in neceſſarijs ad vitam, & contra vicinos debellātes. Deinde cū dicit.
b ¶ Declarat quæ attendenda ſunt de poſitione ciuitatis in ordine ad ſanitatem & ad bellica, & primo facit hoc. Secundo cum dicit. {Qm̄ aūt oportet &c.} de quibus iſtorum magis ſolicitandum eſt propter ſanitatem. Circa primum tangit quattuor, ad quæ oportet reſpicere in bona poſitione ipſius, quorum duo prima per ſe ordinantur ad ſanitatem. Tertium ad bellicas opportunitates. Quartum vero ad hoc & ad neceſſitatem vitæ. Dicit igitur, quòd ſi oportet ciuitatem ipſam ſituari ad votū, oportet reſpicere ad quatuor principaliter. Primo quidem, ꝙ declinationem habeat, & ſit propatula, ſi fieri poteſt ad orientem, & ad ventos flantes ab ortu, qui ſunt ſaniores alijs, tamquàm hoc ſit opportunum ad bonam diſpoſitionem ciuium, ſcilicet ſanitatē. Sunt venti orientales ſaniores, quoniam plurima materia ipſorum plus moratur ſub via ſolis, & ideo calidiores ſunt ſecundū Philoſophum. 2. Metheororum. Propter caliditatem autem ſuā nubes reſoluūt, & aerem ſubtiliant & mundificant, quæ faciūt ad bonam diſpoſitionem & ad ſanitatem. Siquidem aer paludoſus, & nubiloſus, & groſſus, eſt egrotatiuus. econtrario vero ventus occidentalis frigidus eſt & parum moratur ſub via ſolis, nec eſt fortis flatus vt frequentius, & ideo propter frigiditatem va-
A pores congregat & aerem ingroſſat, & propter paruitatem flatus non poteſt nubes propellere, iſta autem non conueniunt ad bonam diſpoſitionem corporum, & ideo loca propatula ad occidētem non ſunt ſalubria bene, vt frequentius. Secundo expedit ciuitatem declinare ad boream & ad ventos boreales, ſic enim recentior erit & magis remota a putrefactione, quia venti illi recentiores ſunt & ſaniores. Cuius ratio eſt, quia ventus ſeptētrionalis frigidiſſimꝰ eſt & fortiſſimi flatꝰ, & ratione fortitudinis flatus & nubes, & vapores groſſos propellit ab aere mundificando ipſum, ratione vero frigiditatis congregat calidū intrinſecum claudendo poros exterius, & ꝓpter primum prohibet putrefactionem, propter ſecundū confortat digeſtionem, & iſta bene competunt ſanitati. Econtrario ventus auſtralis calidus eſt & tortuoſi flatus, & virtute caliditatis eleuat vapores, & poros aperit, & virtute flatus tortuoſi nubes congregat, & ideo ingroſſat aera, & ad putrefactionem diſponit, & debilitat digeſtionē, quæ ſunt principia ægritudinis, & ideo ventus auſtralis non eſt bene ſalubris. Tertio autem oportet ciuitatem ſituari, vt bene ſe habeat ad actiones ciuiles, & ad opportunitates bellicas propter quas oportet eam ſic diſponi, vt ſit boni exitus ciuibus & facilis, difficilis autē & mali aditus debellantibus, & per conſequens difficile comprehenſibilis, quòd ſit vel per naturalem diſpoſitionem, vel montium, vel rupium, vel aquarum, vel per artificialem, puta turrium, vel munitionum. Quarto expedit eam ſic poni, quòd habeat multitudinem aquarū fontalium, vel fluuialium conuenientium ſanitati & munitioni ſi poſſibile eſt, ſi autem hoc non eſt poſſibile, oportet inuenire & præparare ſuſceptacula aquarum fluuialium & defoſſarum, puta ciſternas & puteos potentes continere copiam multam ipſarū, ita vt non contingat eos deficere propter multitudinem, etiam
E ſi ab aduerſarijs prohiberētur aquæ exteriores. Deinde cū dicit.
c ¶ Declarat de quibus prædictorum magis ſolicitandum eſt ad ſanitatem, quod primo facit. Secundo cum dicit. {Propter quod &c.} ponit quoddam documentum. Primo dicit, quoniā conditorem ciuitatis oportet eſſe ſolicitum multum de ſanitate inhabitantium ciuitatem. Primo enim & principaliter oportet eſſe ſolicitum de bona diſpoſitione animę. Secundo de bona diſpoſitione corporis in ordine ad animam, bona autem diſpoſitio corporis, ſeu ſanitas primo videtur cauſari ex diſpoſitione ciuitatis ad talem vel talem ſitum, puta ad orientem vel boream propter bonam diſpoſitionem aeris. Secundo vero cauſatur ex vſu aquarum bene diſpoſitarum, puta dulcium & leuium, & ideo de iſtis, & de aere principaliter non acceſſorie, illa enim multum conferunt ad ſanitatem & bonam diſpoſitionem, quibus vt plurimum & frequentiſſime vtuntur homines ad vitam corporis ſuſtentandam. Hæc ſunt natura aquarū & aeris. Aqua enim vtuntur ſecundum ſe ad potum & ad cibum ſaltem ſecundum ꝙ

dum quòd mixta eſt. Acre autem ad reſpira tionem. ergo multũ conferunt ad ſanitatem, oportet igitur con ditorẽ ciuitatis multum ſollicitari de bona diſpoſitione aquarum & aeris, forte autẽ magis de diſpoſitione aeris. Siquidem aer inſpiratus cum mi nori alteratione peruenit ad principium vitæ, ſcilicet ad cor. Deinde cum dicit.

d ¶ Ponit quoddã documentũ circa naturam aquarum in ciuitate dicens, quòd propter hoc, quia aquæ multum conferunt ad ſanitatem, ſi non fuerint omnes aquæ in ciuitate ſimiles, nec copioſæ diſtinguuntur ſeorſum accipiendo eas de numero ipſarũ quæ ad alimentum ſunt con uenietes & ſeorſum, alias quæ ad alias opportunitates in ciuitatibus ſapienter ordinatis, vt conuenietibus ad alimentum, ſi copioſæ non fuerint, non vtantur ad alia, necnon conuenientibus vtantur ad alimentum. Deinde cum dicit.

e ¶ Inquirit de his quæ ſupponenda ſũt ex parte munitionũ & ędificiorum, & circa hoc pr̃io facit qđ dictum eſt. Secundo cum dicit. { Sed immorari &c. } excuſat ſe ab vlteriori conſideratione taliũ. Circa primum primo declarat quæ ſupponenda ſunt circa munitiones & ædificia in ipſa ciuitate. Secundo cum dicit. { Etenim in principantibus &c. } quæ in regione exterius. Circa primum primo inquirit de munitionibus & ædificijs communibus ciuitatis. Secundo cum dicit. { At vero neque &c. } De his quæ ordinãtur ad principalia opera ciuitatis. Circa primũ primo tangit, ꝙ non eodem modo ſe habet de munitionibus

plurimum conferunt ad ſanitatem, aquarum autem & ſpiritus natura, hanc habent naturam.

d Propter quod quidem in bene ſapientibus ciuitatibus oportet diſtingui, ſi non omnes ſimiles, neque copioſæ ſint talium aquarum, ſeorſum eas quæ ad alimentum aquas, & eas quæ ad aliam opportunitatem.

e De locis autem munitis non omnibus politijs ſimiliter habet quod expediens, puta arx, oligarchicum & monarchicum, democraticum autẽ æqualitas, ariſtocraticum autem neutrũ, ſed magis fortia loca plura.

f Diſpoſitio autem familiariũ habitationum delectabilior putatur & vtilior, ad alias actiões, ſi bene penetrabilis ſit ſecundũ modum iuniorem & domatiuum equorum. Ad bellicas autem ſecuritates econtrario, vt habebant ſecũdum antiquum. Difficilis enim exitus illa extraneis, & difficile perſcrutabilis inuadentibus, propter quod oportet vtriſque ijs participare. Contingit enim ſiquis ita præparauerit, ſicut inter agricolas quas vocant quidem vinearum ſiſtadas.

g Et totam quidem ciuitatem non facere facile penetrabilem, ſecũdum partes autem & loca, ſic enim ad ſecuritatem & ad ornatum bene habebit.

h De muris autem dicẽtes, nõ oportere habere virtuti contra factas ciuitates valde antique exiſtimant, & hoc videntes opere redargutas eas quę illo modo decorantur.

*Aquarum autem & uentorum potentia talem habet naturam.*

*Quapropter in ciuitatibus quæ recte ſapiunt, diſtinguendus eſt aquarum vſus, ſi non omnes ſunt pares, nec abundantia ſit earum aquarum,* G *vt aliæ ſeorſum aquæ ad cibum & potum, aliæ ad aliam indigentiam deputentur.*

*Loca autem munita non pariter cũctis ciuitatibus vtilia ſunt, vtputa arx ad dominationem vnius vel paucorum, In populari uero uiuendi modo æqualitas loci. In optimatum uero gubernatione neutrum iſtorum, ſed magis loci plures ardui.*

*Priuatarum autem domorum forma gratior & commodior ad cæteras res exiſtimatur ſecundum nouiorem* H *iſtum hippodamium morem, ſed ad ſecuritatem tutelamque ciuitatis utilior erat antiquorum ædificatio, habent enim illorum ædificia inextricabiles aditus, ex quibu, niſi conſueti euadere uix poſſunt, & inſcrutabiles latebras, ſi qui aggrederentur, ex qua utriuſque horum participare debent, põt enim hoc fieri, ſiquis ita diſponat, ut ſolent agricolæ illos quos uocãt quidam, uinearum tramites.*

I *Et cæteram urbem non facere penetrabilem, ſed partes quaſdam & loca, ſic enim & ad ſecuritatem, & ad ornatum ſe bene habebit.*

*Mœnia uero qui dicunt non oportere adeſſe ciuitatibus illis quæ uirtutem poſſideant, nimium priſce loquuntur, & hoc uident per experientiam reprobatum in his ciuitatibus, quæ ſibi id ad gloriam iactabant.*

F miliares fortiores faciebant propter aduerſarios & rudiores, qa non ita erant experti, poſteriores autem magis delectabiles & vtiliores ad quædam & ſubtiles magis propter maiorem experientiam. Dicit igitur, quòd diſpoſitio habitaculorum familiarium & hippodamium, ideſt domicilium equorum, ideſt ad equos nutriendos, ſi fuerit bene penetrabilis, hoc eſt propatula & bene euẽtabilis ſecũdum modum ædificandi poſteriorũ, eſt magis delectabilis ad inhabitandum, & vtilior ad aliquas actiones, puta ad nutritionem animaliũ, ſed diſpoſitio eorum ſecũdum modum antiquũ vtilior eſt propter ſecuritatem ab inſurgentibus ꝓpter fortitudinẽ, & min' delectabilis propter ruditatem ipſius, erat enim difficilis introitus impugnantibus & difficile penetrabilis eis, & ideo ſi debeant diſponi ad votum familiaria habitacula, opòrtet quòd habeant iſta duo, vt ſcilicet ſint fortia cõtra bebellantes, & difficilis aditus eis ſecũdum diſpoſitionem antiquorum, & delectabilia & vtilia ad actiões familiares ſecundum diſpoſitionem poſteriorum: ſi enim aliquis ita præparauerit, continget habitationem eius eſſe ſimilem habitationi agricolarum, quos vocant quidam cuſtodes vinearum, quia in vineis & in cãpis ſolitarie immorãtur, quorũ habitacula ſic ſunt diſpoſita vt dictum eſt prius, vt bene ſe habeant ad actiones familiares & contra volentes nocere. Deĩde cũ dicit.

g ¶ Inquirit de diſpoſitione munitionum totius ciuitatis, & primo in generali. Secũdo cũ dicit. { De muris autem &c. }

& in omnibus Rebuſpublicis. Secundo cũ dicit. } Priuatorum autem &c. } inquirit de ipſis & de ædificijs in ciuitate optima. In prima parte dicit, ꝙ illud quod eſt expediens & melius circa loca munita, non eodẽ modo ſe habet in omnibus Rebuſpublicis ſed in ſtatu paucorum & monarchia expedit eſſe arcẽ, ideſt partẽ ſuperiorem ciuitatis fortiſſimam eſſe, in qua dominãtes in paucorum ſtatu & monarchæ morantes poſſint defendere ſe, ſi opus ſit, ab impetu multitudinis inſurgentis ſi contingat. In ſtatu autem populari, expedit æqualitas ædificiorum vt nullus propter fortitudinem munitionis alios expugnans, tyrannizet vel dominetur ſolus. In ſtatu autem optimatum in quo principantur plures virtuoſi, intendentes bonum commune, neutrum iſtorũ expedit, ſed magis multitudo locorum fortium per quos poſſit tueri ciuitas communiter. Deinde cum dicit.

f ¶ Declarat qualem oporteat eſſe diſpoſitionem habitationũ propriarum & munitionum, & primo inquirit de diſpoſitione habitationum familiarium propriarum. Secundo ibi. { Et totã quidem &c. } De communibus, puta de muris & munitionibus. Circa primum eſt intelligendum quòd antiqui habitationes fa

ſpecialiter de muris. In prima parte dicit, ꝙ ſimiliter ſicut di- K ctum eſt de familiaribus habitationibus, quod expedit eas eſſe diſpoſitas dicto modo, ita dicendum eſt rationabiliter quòd expedit totam ciuitatem eſſe diſpoſitam quantum ad munitiones, vt non ſit facile penetrabilis aduerſarijs, ſcilicet turribus & foſſis & alijs huiuſmodi diſpoſitis ſecundum partes & loca quibus magis competunt, ſi enim ſic ſe habeat, melius ſe habebit ad ſecuritatem propter ipſas munitiones & ad ornatum, & per conſequens ad delectationem propter debitum ordinem & ſitũ earum. Deinde cum dicit.

h ¶ Inquirit de muris: fuit autem opinio quorundam, quòd muri non ſunt neceſſarij ciuitati optimæ, quæ habet optimos viros, tum quia propter confidentiam murorum forte redderentur negligentes in actionibus bellicis, tum quia vbi eſt maior fortitudo & melior, non competit multis minor: fortitudo autem virorum optimorum maior eſt & melior ad defenſionem ciuitatis quàm ea quę murorum, ergo videtur fortitudo murorum nõ competere eidem. Primo igitur proponit opinionem iſtam ſimpliciter non eſſe tenendam, innuens rationem ad hoc. Secundo cum



cum dicit. { Eſt autem ad conſimiles &c. } declarat quibus non competunt multum, & quibus ſunt neceſſarij. Tertio cum dicit. { Si ergo per hunc modum &c. } concludit ex dictis eſſe multum curandum de eis & propter quas cauſas. Circa primum dicit, quòd dicentes de muris non oportere eos circumponere ciuitati bene ordinatæ ad virtutem, & habẽti viros virtuoſos valde antiquam habent æſtimationem, & ſimpliciter & præter rationem, maxime cũ videãt illas, quæ hoc modo decorantur ſine muris in ſola multitudine confidentes ex ipſo opere redargutas & ductas ad inconueniens, multæ enim fuerunt ciuitates habẽtes viros fortes & bonos, quę propter defectum munitionis & murorum ſuccubuerunt & captæ ſunt. Deinde cũ dicit.

i ¶ Declarat, reſpectu quorum non multum competunt & reſpectu quorum ſunt neceſſarij, & primo facit primum. Secundo cum dicit. { Quoniam autem & accidit &c. } ſecundum. In prima parte dicit quòd ciuitati habenti bonos viros, non multum cõpetit ſaluari per munitionẽ murorum & conſimilibus ſecũdum virtutem, & non multum differentibus ſecundum multitudinem, in loco enim ꝓprio in quo potẽtiores videntur ciues virtuoſi videntur ſe poſſe defendere a conſimilibus virtute vel parũ excedẽtibus, & ideo non ſunt eis neceſſarij muri ad hoc, quia non eſt faciendum ꝑ plura, quod bene poteſt fieri per vnum, & iterum opprobrioſum eſt, ꝙ aliquis qui poteſt expugnare per propriam virtutem, nitatur expugnare ꝑ propriam & alienam. Deinde cum dicit.

i Eſt autem ad conſimiles quidem, & non multum differentes multitudine, nõ bonũ tẽtare ſaluari per murorum munitionẽ.

k Quoniã autẽ & accidit & cõtingit, maiorẽ exceſſum fieri inſurgentiũ q̃ ſit virtus humana, & ea quę in paucis, ſi oportet ſaluari & non pati male, neque iniurias ſuſtinere, firmiſsimã munitionem murorum exiſtimandum eſſe bellicoſiſsimam, aliterque & nunc inuentis ijs, quæ circa ſagittas & machinas ad certitudinem inſultus.

l Simile enim velle muros non circumponere ciuibus, & regionem facile ingreſsibilem quærere, & circum tollere montana loca. Similiter autẽ & proprijs habitationibus non circumponere muros, tamquàm non viri libus futuris habitatoribus.

m At vero, neque hoc oportet latere, ꝙ circũponentibus quidẽ muros circa ciuitatem, licet vtroq; modo vti ciuitatibus, & tamquam non habentibus, ijs autẽ quæ nõ habẽt, non licet.

n Sed vtique hoc habet modo, non quia muri ſolum circumponendi, ſed & de ijs curandum, quatenus & ad ornatum habeãt ciuitati decenter, & ad bellicas oportunitates & ad alias, & ad nunc adinuentas, ſicut enim inuadentibus cura eſt, per quos modos ſupergrediuntur, ſic hæc quidem inuenta ſunt, hæc autẽ quærere oportet & philoſophari cuſtodientes, A principio enim neque conantur inuadere bene præparatos.

o Q̃m autẽ oportet multitudinẽ quidẽ ciuiũ in conuiuijs di-

*Eſt enim ad pares, ac non multo excedentes multitudine, non ſatis decorum per mœnia ſeruari velle.*

*Sed cum aliquando contingat & fieri poſſit, vt multo maior hominum multitudo, & maiori virtute ſuperueniat, ſi ſaluos eſſe oportet, neque perire, neque contumelijs affici, firmiſſimam munitionem murorum, putandum eſt opportuniſſimam eſſe in bello, præſertim hoc tempore, in quo tormenta & machinæ ad obſidiones vrbium, cum omni ſubtilitate ſunt adinuenta.*

*Simile eſt enim ciuitatem non circundandam mœnibus cenſere, & regionem facilem ad inuadendum quærere, & deijcere montoſa loca, & priuatis domibus non circundare parietes, quaſi viles futuri ſint habitatores.*

*Atqui, ne id quidẽ latere oportet, quòd qui mœnibus circundantur, eis licet in vtramque partem vti vrbibus, & tamquam muros habentibus, & tamquam non habentibus, ſed eis qui mœnia non habent, non licet.*

*Si ergo per hunc modum ſe habet, non ſolum mœnia circundanda ſunt vrbi, verumetiam curandum, vt & ad ornatum ciuitatis ſe habeant decenter,* D *& ad bellicas opportunitates, tum alias, tum ad illas quæ nunc repertæ ſunt, ut enim aggreſſoribus cura eſt, quibus modis vincant, ita quædam iã reperta ſunt, quædam inueſtigare atque philoſophari oportet eos qui defendunt. Principio enim non aggrediuntur expugnare eos, qui bene ſe præparauerunt.*

*Cum uero multitudo ciuium in comeſſatiões diſtributa eſſe debeat, mœ*

A tollere, hoc eſt de circuitu tollere montana loca, ideſt fortia loca prohibentia aduerſarios, & regionem facere facilem penetrabilem ab ipſis, ſimiliter dicere muros non circumponere habitationibus proprijs, ac ſi timeretur quòd non eſſent futuri habitatores viriles, ſimile eſt facere eam penetrabilem furibus & raptoribus, nunc autem inconueniẽs eſt ciuitatem, aut propriam inhabitationem facile penetrabilem facere aduerſantibus, ergo inconueniens eſt muros non apponere vtrique. Deinde cum dicit.

m ¶ Ponit tertiã rationem dicens, quòd adhuc oportet intelligere, quòd ſi circũponantur muri ciuitati habẽti viros virtuoſos poſſunt repellere inſultum aduerſantium, & per muros, & per virtutes ipſorum, & vti contra eos, & tamquàm habẽtes murum, & tam quàm non habentes, quæ autẽ muros non habent, non poſſunt niſi altero tantum: nunc autem melius eſt plurib' modis viciſſim reſiſtere aduerſario, quàm vno tantum. Deinde cum dicit.

n ¶ Concludit curandum eſſe de muris, & ꝓpter quas cauſas. d. ꝙ ſi ea quæ dicta ſunt ſe habent vt dictum eſt, manifeſtum eſt, ꝙ non ſolũ circumponendi ſunt muri ciuitati, ſed etiam multum curandum eſt de eis, vt bene ſint diſpoſiti ad ornatum & decorem ciuitatis, ſed etiam ad repellendas opportunitates bellicas aduerſariorum, & quæ nunc inuentæ ſunt, & quas contingit inueniri, & ad eos impugnandum. Sicut enim inuadentes curant diligenter quibus modis poſſunt ſupergredi inuaſos, vtẽ

k ¶ Oſtendit, quòd reſpectu ſuperexcellentis multitudinis & virtutis ſunt neceſſarij, & ad hoc adducit rationes tres, quarũ ſecundam ponit cum dicit. { Simile enim velle muros &c. } Tertiam cum dicit. { At vero neque &c. } In prima parte dicit, quoniam virtutem inſurgentium cõtra ciuitatem contingit eſſe maiorem multo quàm ſit virtus eorum qui inhabitãt ciuitatem & paucorum, & illi qui ſunt maioris virtutis multo vt frequentius debellant eos qui minoris; munitio murorum bellicoſiſſima, ideſt apta ad bellandum, neceſſaria eſt ciuitati quæ minoris virtutis eſt, vt pluribus modis poſſit reſiſtere impugnantibus, & propter alia multa, & ad euitandum & ad repellendum ictus ſagittarum & machinarum diuerſarum, quæ inuentæ ſunt ad certitudinem inſultus. Dicit autem munitionem murorum eſſe neceſſariam non ſimpliciter, ſed ex ſuppoſitione finis ſi debeat ciuitas ſaluari, nec pati nocumentum aut iniuriam ſuſtinere, aut fieri ſeruam. Deinde cum dicit.

l ¶ Ponit ſecundam rationem dicens, quòd ſimile idem videtur dicere muros non circumponendos eſſe ciuitatibus, & circum-

tes inſtrumentis inuentis & tentantes inuenire alia, ſic cura debet eſſe inuaſis quomodo poſſint ſe cuſtodire, vtendo eis quæ in- E uenta ſunt, & quærendo nõ inuenta per viam phiſicam, ſi enim inuadentes ſcirent inuadendos bene munitos eſſe & potentes reſiſtere, non multum conarentur eos inuadere a principio. Nullus enim conatur ad illud quod credit eſſe impoſſibile vel ſimpliciter vel ſibi. Deinde cum dicit.

o ¶ Determinat de diſpoſitione habitationum quæ ordinantur ad actus principales, & primo diſpoſitionem earum quæ ordinãtur ad quoſdam actus communes omnibus. Secundo cum dicit. { Quoniam autem ciuitatis &c. } earũ quæ ordinantur ad actus ſpeciales quorundam. Circa primum primo manifeſtat diſpoſitionem eorum quæ ordinantur ad cultum diuinum & cõuiuia. Secundo cum dicit. { Venalium autem &c. } eorum quæ ordinãtur ad commutationem. Circa primum primo dat intentionẽ ſuam. Secundo cum dicit. { Et hæc quidem &c. } proſequitur. In prima parte dicit, quoniam in ciuitate perfecta neceſſarij ſunt muri, vt dictum eſt prius: & neceſſarium eſt eos eſſe diſtinctos ꝑ obſeruatoria, & turres poſitas in locis opportunis ad defenſionem &

ſtem & ornatum. Adhuc autem expedit communitatem ciuilē conuiuia cōmunia facere, & expedit eam eſſe diſtinctam in eis, ſecundum quòd quidam in ipſa inueniuntur excellentiores, quidam autem minus excellentes habitationes diſpoſitas ad huiuſmodi conuiuia diſponet aliquis rationabiliter, ſecundum quòd dicetur. Deinde cū dicit.

p ¶ Proſequitur, & circa hoc primo declarat quales debeant eſſe ſecundum ſe habitationes huiuſmodi. Secundo cum dicit. {Eſſet vero &c.} in comparatione ad ciues. Circa primum primo declarat quales oportet eas eſſe interius. Secundo cum dicit. {Decet autem &c.} quales exterius. Circa primum eſt cōſiderādum, q omnia quæ hic ſunt & nos & operatiões noſtrę, ex bonitate & munificentia diuina cauſantur, & ideo tenemur ei ad reuerentiā & honorem, cum aliter attribuere nō poſſumus, reuerentia autem & honor per cultum exhibentur, quē oportet fieri ī aliquo loco determinato ad hoc, & ideo in ciuitate vnita ex ſimilibus oportet eſſe aliquem vnum locum conuenientē ad hoc ordinatum, & quia antiquitus gentiles conuiuia communia faciebant tēporibus ordinatis ad cultum diuinum, & ob reuerentiam diuinorum, ideo habitationes ad conuiuia erant eædē cum his quæ ordinabantur ad cultum diuinum. Dicit igitur Philoſophus, q habitationes illas quæ ordinantur ad cultum diuinorum & ad cōuiuia principaliſſima ab antiquis ordinata temporibus prædicti cultus, expedit habere locum conuenientem & excellentem, ita vt diſpoſitio eius oſtendat præeminentiam eius cui exhibetur cultus & reuerentia colentium, ad ipſum & vnum & eundem principalem in tota ciuitate, ne ſi plures eſſent, eſſent occaſio diuiſionis ciuitatis, K niſi in aliquibus partibus ciuitatis, lex quæ ordinat de cultu diuino determinauit eſſe aliquem talem, habitationem ſeorſum, vel aliquas dependentes, tamen ad primam & principalem in quibus cultus exhibeatur alicui oraculo, vel Apollinis, vel vniuſcuiuſque alterius reſponſiui ſecundum opinionem gentilium, qui ſtellas opinabantur quoſdam deos. Locus autem iſte conueniens erit, ſi bene fuerit diſpoſitus quantum ad duo. Primo quidem quòd habeat poſitionem bene ſe habentem ad apparentiā virtutis. Secundo, quòd eminentior ſit reſpectu partium ciuitatis. Ex ipſa enim eminentia ſitus eius qui colitur & ex apparētia virtutis diſpoſitio colentium. Deinde cum dicit.

q ¶ Declarat quales decet eſſe iſtas habitationes exterius, dicēs, quòd expediens eſt ſub loco huiuſmodi habitationum, & ad meliorem euentationem & ad deductionem eſſe quendam forum præparatum inter ipſas & reliquas habitationes, quòd quidē dicunt debere eſſe liberum vel ab immunditijs & turpibus, vel qa ibi exiſtentes & confugientes aliquam libertatem habeant, vel

F vtrumque, huiuſmodi autem locū oportet eſſe ſegregatum ab omnibus venalibus, quia locus iſte, locus vacationis eſt, & ideo oportet ipſum eſſe ſequeſtratum a tumultu. Venalia autem non tractantur ſine tumultu. Et iterum locus hic ordinatus eſt ad virtutum exercitia. Negociatio vero quæ eſt circa venalia remota eſt ab hoc. Et iterum expediens eſt mercenarios & agricolas & alios tales viles quorum operationes per ſe non ordinantur ad virtutes, non accedere ad locum hunc, niſi vocentur ab aliquo principum propter aliquam neceſſitatē, ſi locus iſte totaliter ordinatus eſt ad exercitia virtutum. Deinde cum dicit.

r ¶ Declarat quales oportet eas eſſe in cōparatione ad ciues, dicens quòd locus p̄dictus bene gratioſus erit & conueniēs cultui diuino, ſi diſtinctus fuerit ſecundum grad⁹ diuerſos, ita vt aliqua pars ordinetur ad gymnaſia ſeniorum exercēda. Alia autem ad diuinorum actus ſecundum ordinem, & ſic præeminentia illius ad iſtum in diſpoſitione & ornatu ſecūdum præeminētiam ſeniorū ad iuuenes. Rōnabile enim eſt locum habitationis, & ornatum eius diſtinctum eſſe ſecundum diſtinctionē ætatum, ita vt ipſa diſtinctio loci diſtinctionē reſidentium oſtēdat, & expedit etiam q tempore prædicti cultus inter iuniores, ſint aliqui principantes, & matronæ apud principes reſideant, ſic enim minus præter rationem agent iuuenes ex feruore iuuentutis, & mulieres ex mutabilitate earum. In præſentia enim ſeniorum cauſatur verecundia vera quæ eſt timor de turpi, & timor liberalis q eſt turbatio ex fantaſia futuri mali, quæ ſolent retrahere magis mulieres & iuuenes ab operatione turpi. Differentia eſt inter timorem liberum & ſeruilem, quia liber eſt quo aliquis timet amittere bonum honeſtum & ſecundum rationem, ſeruilis autē eſt quo aliquis timet amittere bonum ſecundum corpus, vel pati malum ſecundum ipſum. Corpus enim ſeruus eſt quodammodo reſpectu animæ. Deinde cum dicit.

ſ ¶ Declarat diſpoſitionem habitationum quæ ordinantur ad commutationem dicens, q forum rerum venalium oportet eſſe aliud & remotum a loco prædicto, quia locus venalium locus tumultuoſus eſt, & locus prędictus ad vacationē ordinatus quietem exigit, & expedit quòd habeat ſeorſum locum congregatiuum bonorum quę a mari immittuntur, & ſeorſum aliorum, quæ ab ipſa regione, & vlterius in ſpeciali ſecundum diuerſitatem generum rerum venalium, ita quòd alia pars ordinetur ad pannos, alia ad calciamenta, alia ad alia: ſic enim facilius expedientur commutationes, ſi ſciuerit vnuſquiſque locum determinatum ad vnumquodque commutabilium. Deinde cum dicit.

ſtributum eſſe, muros autem diſtinctos eſſe obſeruatorijs & turribus in locis opportunis, & hęc quidē vtiq; hoc mō diſponet aliquis. Eas aūt quę diuinis appropriantur habitationes, & principaliſſima antiquorū conuiuia, congtuit locū idoneū habere. G

p Et eundē quęcumque non ſacrorum lex determinauit ſeorſum, vel aliquod oraculū aliud Apollinis reſponſiuum, erit autem vtique talis locus qui apparentiam habet ad virtutis poſitionem, ſufficiēter & ad vicinas partes ciuitatis eminenter.

q Decet aūt ſub hoc qdē loco, talis quidē fori eē p̄parationē, qualē & circa Theſſaliā nominā̄t H quē liberū vocā̄t, hoc aūt eſt qđ oportet purū eſſe a venalib⁹ omnibus, & neque banauſum, neque agricolam, neque alium aliquem talem appropinquare, nō vocatum a principibus.

r Erit autē vtiq; bene gratioſus locus, ſi & gymnaſia ſeniorū habeant ordinē hūc: decet.n. diuiſum eſſe ſecundū ętates & hunc ornatū, & apud iuniores quidē principes aliquos demorari, matronas aūt apud principes. Quę I enim in oculis præſentia principum maxime efficit veracem verecundiam, & eum qui liberorum timorem.

ſ Venalium autem forum oportet eſſe aliud ab hoc, & ſeorſum habens locum euſynagogum ijs quæ a mari mittuntur, & ijs quę a regionibus omnibus.

*nia vero ſint præſidiis quibuſdam, & turribus per opportuna loca interpoſitis, munienda, clarum eſt, quòd res exigit aliquas comeſſationū in illis ipſis præſidii collocari.*

*Et hæc quidem per hunc vtique modum uidentur conſtituenda. Aedes uero deorum, ac principaliſſime magiſtratuum comeſſationes idoneum locū habere debē̄t, & eūdē ſacra quotcūque lex nō ſeparat, aut reſponſum oraculi. Eſſet autem talis locus, quiſquis ſupereminentiam haberet, & ad edendam uirtutem ſufficienter, & ad uicinas partes ciuitatis excellenter.*

*Decet autem ſub hunc locum conſtructionem fori eſſe talem, qualis eſt in Theſſalia eius, quod liberum uocā̄t, ideſt quòd debet eſſe purum ab omni mercatu. Et neque opifices, neque agricolas, neque alios ullos tales illi appropinquare, niſi a magiſtratibus uocarentur.*

*Eſſet uero is locus gratior, ſi & gymnaſia ſeniorum in eo ſint conſtituta. Decet enim ſecundum ætates diſtribui hunc ornatum, & in iunioribus magiſtratus quoſdam uerſari. Seniores autē magiſtratibus aſſiſtere. Præſentia enim magiſtratuum ante oculos poſita, gignit ueram reuerentiam, liberalemque pudorem.*

*Venalium autem rerum, aliud forum eſſe debet, & alio loco ſitum acceſſu facile, quo & a terra, & a mari facilis ſit importatio omnium.*





t ¶ Declarat diſpoſitionem habitationū eorum qui ſunt principaliores in ciuitate dicens, quoniam autem multitudo partiū ciuitatis diſtinguitur in ſacerdotes qui ordinantur ad cultum diuinum, & principes qui curant de ordine ciuili, opportunum eſt habitationem ſacerdotum & locum ad conuiuia ipſorum ſituari iuxta ſacras ædes ordinatas ad cultum diuinum, vt locus habitationis ipſorum non ſit remotus a loco cultus ad quem ordinatur, & quia expedit eos habere locum quietum propter contemplationem in qua maxime debent viuere inter alios. Principes autem qui ordinantur ad directionē cōtractuum & ad ſentētiandum ſuper diſceptationibus ſuper eiſdem, & ad ſcripturas ſententiarum & vocationum ciuium, & ad alias huiuſmodi diſpenſationes tales, & qui ordinantur ad regulandum agros, vel agreſtes, & qui ad regulandum corpus ciuitatis, & expedit habere habitationes circa forum commune, & in loco vbi cōmuniter concurrunt plures, qualis eſt locus qui eſt circa forū rerum venalium, qa hic locus ordinatur ad neceſſarias commutationes quibus plures indigent. Locus autem ad cultum ordinatus qui eſt in ſuperiori parte indiget vacatione. Deinde cum dicit.

v ¶ Declarat diſpoſitionem habitationum exterius in regione, dicens quòd ſimiliter in regiōe exterius, oportet ædes & habitacula diſpoſita & diſtributa eſſe ſecundum ordinationem proportionalē ei quæ eſt ī ciuitate. Sūt enim ī ipſa principes & magiſtratus quos oportet habere habitacula conuenientia principatui ipſorum & ad ornatum, & ad fortitudinem. Iterum oportet eſſe in regione ædes communes ī diuerſis partibus regionis, vt opportunum eſt ad cuſtodiendum redditus & bona communia exterius collecta. Et iterum expedit in regione exterius eſſe ſacras ædes, ſeu templa particularia in diuerſis partibus ſecundū quòd opportunū eſt diſtributa. Aliqua q-

A dem ad cultum deorum, alia vero ad cultum Heroum, quod dicit ſecundum conſuetudinem gentilium, qui cultum diuinum exhibebant animabus virorum, qui excellentes fuerunt in virtute heroica. Deinde cum dicit.

x ¶ Excuſat ſe a diligentiori conſideratione de his dicens, q de iſtis tanta ſunt dicta & reſtant dicēda plura. Sed immorari diutius in diligenter inquirendo & determinando de ipſis, non eſt vtile propter facilitatem. Non enim multum difficile eſt cōſiderare quare oporteat illa ordinare ſecundum rationem, ſed facere ipſa magis difficile eſt propter raritatem eorum quæ ad hoc ſunt neceſſaria. Determinare enim talia & cōſiderare ſecūdum intellectum, eſt facere opus voti, ſeu voluntatis. Ipſa autem fieri vel eſſe, pendet ex fortuna magis, quia bona diſpoſitio ciuium & abundantia bonorum exteriorum quę ſunt neceſſaria ad p̄dicta, aliqualiter dependet ex ea, & ideo illa quæ vlterius poſſent cōſiderari de ipſis, prætermittuntur ad præſens.

t Quoniā autem ciuitatis multitudo diuiditur in ſacerdotes & in principes, decet & ſacerdotum conuiuia habere ordinem circa ædes ſacras, principatum autem quicumque circa cōtractus faciūt curā, & circa ſcripturas ſentētiarū, & vocationes, & aliam talem diſpenſationē. B Adhuc autem circa Agoranomiā, & eā quæ vocatur aſtynomia apud forum quidē oportet & in concurſu quodam communi conſtitui, talis autem qui circa neceſſarium forum locus eſt. In vacatione.n. eſſe id quod ſuperius ponimus, hoc autem ad neceſſarias actiones, diſtributa autem eſſe oportet dicto ordine & quæ circa regionem.

v Etenim in principātib⁹ quos C vocant ij quidem Hylores, ij autem Agronomos & ſeruatoria, & conuiuia ad cuſtodiam neceſſariam exiſtere, eſt autem ſacra per regionē eſſe diſtributa, hæc quidē dijs, hæc quidē Heroib⁹.

x Sed immorari nunc diligēter exquirētes, & dicētes de talib⁹ inutile eſt, nō.n. difficile eſt talia intelligere, ſed facere magis. Dicere quidē.n. voti opus eſt, euenire aūt, fortunæ, propter qđ de talibus quidem, quod quidē D ad plus dimittatur nunc.

*Cum vero multitudo ciuium diuiſa ſit in ſacerdotes & magiſtratus, decens eſt ſacerdotibus circa ædes ſacras eſſe comeſſationes inſtitutas. Magiſtratuum autem quicumque de contractibus ius dicunt, & qui de accuſationibus cognoſcunt, & qui circa vocationes in ius, & aliam huiuſmodi adminiſtrationem intendunt, Et inſuper qui ædilitatis, & vrbanarum rerum curam gerunt, iuxta forum in loco celebri, communique ſunt comeſſationes ſtatuendæ, talis eſt locus illius fori in quo neceſſaria venundantur. Nam alterū illud forum ſuperiori loco ſitum debere eſſe, diximus ocioſum. Hoc autem ad negocia rerum neceſſarium deputari, hunc eundem ordinem in regione quoque imitandum eſſe dicimus.*

*Sunt enim magiſtratus quidam apud ruſticos, quos alii cuſtodes, alii rectores appellant, quibus & loca ad cuſtodiam regionis & commeſſationes ſunt iiſdem in locis conſtituendæ: templa quoque per agros diſtributa eſſe debē̄t, partim dijs, partim heroibus.*

*Sed immorari nunc circa iſta ſuperfluum eſt, cum ſint illa non difficilia cognitu, ſed magis factu, dicere enim voti eſt, euenire autem fortunæ. Quapropter circa talia inſiſtere ad præſens omittamus.*

## LECTIO X.

De ipſa aūt politia ex q-bus & qualibus oportet conſiſtere ciuitatē quæ debet eſſe beata & polītizare bene, dicendum. Quoniā aūt duo ſunt, in quibus ſit bene omnibus, horū autē eſt, vnū quidē in eo quod intentionē & finē actionū poni recte, vnū autē inuenire actiones ferētes ad finē, cō- E tingit.n. hæc & diſſonare ab inuicem & cōſonare, aliquando enim intentio quidem latet bona, in agere autem vt adipiſcantur ipſam peccant, aliquādo autem omnia quidem quæ ad finē adipiſcuntur, ſed finem poſuerunt prauum, aliquando autem in vtroque peccant, velut circa medicatiuam, neq; quale quid oportet eſſe, quod conualeſcit corpus iudicant aliquando be-

## LECTIO X.

*De Republica autem ipſa ex quibus & ex qualibus conſtare debet ciuitas quæ beata ſit futura, & recte gubernari, dicendum eſt, duo ſunt in quibus omnis commendatio bene agendi conſiſtit: vnum ut propoſitum ac finis agēdi recte ſubiaceat, aliud, ut eas quæ ad illum finem ferant actiones inueniamus. Fieri enim poteſt, ut & concordent hæc inter ſe, & diſcordent. Nam quandoque illud ad quod intenditur, recte iacet. Sed in actionibus per quas illo potiri credimus aberratur. Quandoque autem omnia ad finem diriguntur, ſed finis ipſe eſt praue poſitus. Quandoque etiam in utroque eſt error, ueluti circa medicinam. Neque enim quale aliquid eſſe oportet ſanum corpus recte iudicat interdum, neque ad ſubiectum ſibi finem opera dirigun*

## LECTIO X.

Poſtquam inquiſiuit Philoſoph⁹ de his quæ ſupponenda ſunt ad inſtituendā optimam Rempublicam ex parte finis & materiæ ciuitatis ipſius, tranſit nunc ad declarandum ex quibus & qualibus inſtituenda eſt optima ciuitas. Et circa hoc primo præmittit intentionem ſuam dicens, declarato quæ ſupponenda ſunt ad futuram optimā Rēpublicam, nunc determinandum eſt nobis de ipſa Republica ſcilicet ex quibus & qualibus inſtituenda eſt ciuitas quæ debet fęlicitari & bene gubernare ſimpliciter. Secundo cum dicit. {Quoniā autē &c.} proſequitur. Et circa hoc primo oſtendit, quòd illos ex quibus conſtituitur optima ciuitas oportet eſſe ſtudioſos. Secundo cum dicit. {At vero boni &c.} declarat p quot, & quomodo efficiuntur tales, quia non ſufficit in agibilibus ſcire

bus ſcire qualem oportet eſſe vnumquemque, quoniam bonum & ſtudioſum, ſed qualiter contingit fieri talem. Circa primum adhuc primo oſtendit, qualem oportet eſſe ciuitatem optimam, quoniam ſtudioſam. Secundo cum dicit. {At vero ſtudioſa &c.} ex hoc concludit, quales oportet eſſe ciues ex quibus componitur, quoniam ſtudioſos. Ciuis enim diffinitur per ciuitatem, & quoniam ciuitas optima determinatur per finem optimum, primo prȩmittit quædam de ipſis. Secundo cum dicit. {Quoniã autẽ &c.} ex ipſis oſtendit quæ ſunt neceſſaria ad ciuitatem optimam, & qualem oportet eam eſſe. Circa primũ primo tangit ea quæ requiruntur ad hoc ꝙ homo ſit optimus. Secundo cũ dicit. {Qđ quidem igitur &c.} quòd non omnes homines eodem modo ſe habent ad illud optimum. Circa primum eſt intelligendum, ꝙ ſicut in vniuerſo inuenitur duplex bonum, ſcilicet ſeparatum, & bonũ ordinis, & bonum ſeparatum maius eſt q̃ bonũ ordinis, quod determinatur per ipſum ſecundum Ariſto. 12. Metha. bonũ autem perfectum ex iſtis bonis aggregatur, ſicut in homine qui dicitur minus vniuerſum, duplex inuenitur bonum quodammodo. ſ. ꝙ eſt finis, & bonum ordinis eorum quæ ad finem, per finem determinantur, & perfectum bonum hominis ex iſtis duobus bonis aggregatum eſt. Hoc igitur ſupponens dicit, quoniam duo ſunt ꝑ quæ contingit omnes homines eſſe bonos, & ſunt boni, & qui boni ſunt, quorum vnus eſt finis operationum rectus, & intentio ipſius recta, aliud autem eſt inuentio actionum organorum ordinatorum ad ipſum finem. Optimum enim vniuſcuiuſque conſiſtit in optimo fine eius, & in ordinatione aliorum ad ipſum. Accidit autem aliquando iſta diſſonare & conſonare ad ſeinuicem. Diſſonare quidem, quia aliquando finis bonus ponitur & intentio recta ad ipſum ſubeſt. Peccatũ autem eſt in actione eorum quæ ſunt ad finem, vel in ordine. Aliquando autem econtrario illa quæ ordinantur ad finem ſubſunt omnia & recte ordinata, ſed finis poſitus & intentus malus eſt conſonare quidem, quia aliquando contingit quòd peccatum in vtroque & in fine, & in his quæ ad ipſum, ſicut circa medicinam accidit aliquando, quòd medicus non recte iudicat quale contingit fieri corpus quod cõualeſcit, & ad quem terminum ſanitatis contingit ipſum deduci. Nec etiam bene accipit illa vel ordinat quæ deducit ad ſuppoſitum terminum ſanitatis. Aliquando autem vtrumque recte accipit, rectum ponens & intendens finem, & ea quæ ſunt ad ipſum recte ordinans, homines vero in omnibus artibus & ſcientijs, & vniuerſaliter virtutibus finaliter intendunt optimum in illis, & ideo oportet ſi debeant fieri in illis optimi attingere ad ambo, puta ad finem rectum & ad ordinationem actionum & organorum quæ ad finem. Apparet igitur, ꝙ in qualibet arte & ſcientia ſpeculatiua, vel practica, homo eſt optimus per finem optimum, & ea quæ ad ipſum. Deinde cum dicit.

b ¶ Declarat quòd non omnes homines eodem modo ſe habẽt ad ſuum optimum, ſeu fœlicitatem dicens, ꝙ manifeſtum eſt ex ſe, quòd omnes homines naturaliter appetunt bene viuere. Omnia enim naturaliter appetunt ſuam perfectionem. Sed non omnibus hominibus ineſt æqualiter habilitas ad adipiſcẽdum hoc, ſed quidam ſunt diſpoſiti bene ad acquirendum eam. Quidam autem indiſpoſiti, aut propter materiam, aut propter naturalem

ne, neque ad ſuppoſitum ipſis terminum adipiſcũtur factiua. Oportet autem in actibus, & ſcientiis hæc ambo obtineri finem, & eas quȩ in finẽ actiones.

b Quod quidem igitur bene viuere, & fȩlicitatem appetũt omnes, manifeſtum. Sed hæc adipiſcendi, iis quidem poteſtas, iis autem non, propter quandã fortunam aut naturam. Indiget. n. & ſucceſſu aliquo viuere bene, hui⁹ autem minori quidem qui meli⁹ diſpoſiti, ampliori aũt qui deteri⁹, hi aũt mox nõ recte q̃rũt fȩlicitatem poteſtate exiſtente.

c Quoniã autẽ propoſitum eſt, optimam politiam videre, hæc autem ſecundum quam optime politizabit ciuitas, optime vtique autem politizabit, ſecundũ quam fȩlicitari maxime continget ciuitatem, palã quia fȩlicitatem quid ſit oportet nõ latere.

d Dicimus autem & determinauimus in Ethicis, ſi quæ poſitionum illarum vtilitas eſt, operationem eſſe, & vſum virtutis perfectum, & hanc non ex ſuppoſitione ſed ſimpliciter.

e Dico autem ex ſuppoſitione, quæ neceſſaria, ſimpliciter autẽ

F complexionem, per quam inclinatur ad operationes inordinatas, aut propter formam, quia aliquod bonorũ fortunæ quæ ſunt neceſſaria deficit eis. Indiget enim debens fȩlicitari & bene viuere inclinatione naturali ad hoc & ſucceſſu aliquo in exteriorib⁹ bonis. Siquidem priuatum omnibus bonis fortunæ impoſſibile eſt bene operari. Sed illi qui melius diſpoſiti ſunt ex natura, ad hoc minori indigẽt ſucceſſu, qui autem minus, ampliori. Alii qui etiam ita deprauati ſunt per conſuetudinem vel aliquid aliud, quòd quamuis inclinentur ex natura ad fœlicitatem & bene viuere, non tamen recta via vel modo quærunt eam, & ita quòd aliquis non fœlicitetur, poteſt cõtingere, aut quia nõ recte ponit fælicitatẽ, aut quia non recte quærit quæ ad ipſam, aut propter vtramque. Deinde cum dicit.

c ¶ Declarat qualem oportet eſſe optimã ciuitatem. Et primo oſtẽdit, quòd ad hoc primo neceſſariũ eſt præintelligere quid eſt ipſa fœlicitas. q. ꝑmittens intentum. Secundo cum dicit. {Diximus autẽ &c.} declarat illud. In prima parte dicit, quoniam propoſitum intentionis noſtræ eſt conſiderare de optima Repub. qualis ſit. Optima autẽ Reſp. eſt ſecundum quam ciuitas optime gubernat & viuit. Ciuitas autem optime gubernat & viuit, quæ attingit ad fœlicitatem optimam. Et ideo oportet nos præconſiderare illud, per quod determinatur. Ciuitatẽ autem, ſeu Rempublicam optimam, per fœlicitatem determinamus, vt dictum eſt. Deinde cum dicit.

d ¶ Declarat intentum. Et primo præmittit diffinitionem fœlicitatis & eam explanat. Secundo cum dicit. {Vtetur quidem vtique &c.} oſtendit qualem oportet eſſe ciuitatem optimam. Circa primum, primo præmittit diffinitionem fœlicitatis in alijs poſitam, dicens, quòd ad manifeſtationem intenti diximus & determinauimus in libro Ethico. Si quidẽ ea quæ determinata ſunt, bene vtilia ſunt ad propoſitum. Fœlicitatem eſſe operationem & vſum virtutis perfectum ſimpliciter, & non ex ſuppoſitione. Fœlicitas quidem eſt operatio, quia habitus in potẽtia eſt & imperfectus. Fœlicitatem autem perfectum bonum dicimus, virtutis autem, quia virtus eſt quæ habentem perficit & operationem eius bonam reddit. Fœlicitas autem bonum hominis eſt perfectum, ergo ſecundum virtutem eius. Vſus autem perfectus eſt, q̃a vna operatio ſola non facit hominem fœlicem, ſed multæ & continuæ. Continuatio autem alicuius actus vſus perfectus eſt illi⁹ actus, ſecundum quòd vſus eſt idem quod exercitium. Vnde iſta diffinitio eadem eſt ſecundum rem, ei quæ ponitur primo Ethic. qua dicitur, quòd eſt operatio hominis ſecundum virtutem perfectam, & in vita perfecta, ita vt quòd ponitur hic vſus perfect⁹, ſit idem ei, quòd ibi ponitur in vita perfecta. Deinde cum dicit.

e ¶ Explanat vltimam particulam, ſcilicet non ex ſuppoſitione. Ad cuius euidentiam eſt intelligendum, quòd finis ſecundũ ſe rationem boni habet. Eorum autem quæ ordinantur ad ipſum, quædam ſunt quæ rationem boni de ſe habent aliquam, & aliquam ex ordine ad finẽ, ſicut medicina dulcis. Alia vero quæ ſecundum quòd huiuſmodi rationem boni & eligibilis non habent, ſed tantum ex ordine ad finem, ſicut medicina amara, ſecũdum ſe enim eligibilis non eſt, ſed propter ſanitatem tantum. Et prima bona dicuntur ſimpliciter bona: ſecunda autem bona dicuntur ex hoc ſolum neceſſaria. Dicit igitur, quòd operationem bonam

*tur. Oportet autem in artibus & ſcientiis hæc vtraque obtineri finem, & eas quæ ſunt ad finem actiones.*

G *Quod igitur bene uiuere ac fælices eſſe omnes cupiunt manifeſtum eſt, ſed aliis poteſtas eſt adipiſcendi, aliis non propter fortunam aliquam uel naturam. Opus eſt enim adiumentis quibuſdam ad bene uiuendum. Minoribus quidem illis qui melius diſpoſiti ſunt. Maioribus autem qui peius. Alii vero ſtatim non recte quærunt fœlicitatem, cum poſſint.*

*Cum autem propoſitum noſtrum ſit optimam Rempu. videre. Ea uero eſt per quam ciuitas optime guberne tur. Optime autem gubernatur ſi fœlicitatem maxime recipiat. Manifeſtũ* H *eſt quòd ſit felicitas latere non debet.*

*Diximus autem in Ethicis, ſi modo illorum librorum vtilitas vlla eſt, operationem eſſe, & vſum virtutis perfectum Et hunc non ex ſuppoſitione, ſed ſimpliciter.*

*Dico autem ex ſuppoſitione quæ neceſſaria ſunt. Simpliciter autem quod in ſeipſo commendationem habet, ve-*



bonam ex ſuppoſitione dico quæ neceſſaria quidem eſt ad finẽ, ſed ſecundum ſe rationem boni non habet. Simpliciter autem bonam dico, quæ ſecundum ſe rationem boni habet, non tantũ ex fine ſicut in actionibus iuſtitiæ. Sententiæ enim condemnandorum, & ſupplicia & punitiones eorum procedunt a virtute iuſtitiæ, & neceſſariæ quidem ſunt in ciuitate, quia aliter non ſaluaretur ciuitas, nec communicatio, & [illegible] em boni ha[illegible] conſu[illegible] neceſſariȩ. [illegible] um ſe autem eligibiles non ſunt abſolute. Eligibilius enim eſſet, ſi contingeret quòd homines vel ciuitates talibus non indigerent. Sed actiones quæ ſunt circa honores & circa abundantiam exteriorum, ſunt ſimpliciter eligibiles & ſecundum ſe. Rationẽ autem quare primæ ſunt eligibiles, & nõ iſtæ, tangit dicens ꝙ electio ſententiarum & ſuppliciorum & aliorum huiuſmodi in ciuitate, eſt electio alicuius, quod malum eſt, ſecũdum quòd huiuſmodi, ſed in ordine ad finem. Electio autem eorũ quæ circa honores, & circa diuitias & actiones eorum econtrario, eſt electio cuiuſdam boni ſecundum ſe, quia ſunt diſpoſitiones quædam ad bonum & generationes eius. Honor enim diſponit & factiuus eſt boni ſecundum animam, inquantum aliquis propter honorem operatur magna & honorabilia. Diuitiȩ autem naturales ſunt factiuæ boni ſecundum corpus principaliter. Deinde cum dicit.

f ¶ Declarat ex dictis qualem oportet eſſe ciuitatem optimam. Et circa hoc, primo ipſe declarat qualiter ipſe ſtudioſus vtitur bonis prædictis vtriſque. Secundo cum dicit. {Palam autẽ &c.} declarat quòd vſus iſtorum qui eſt ſecundum virtutem ſtudioſus eſt. Tertio cum dicit. {Neceſſarium igitur &c.} ex dictis concludit qualem oportet eſſe ciuitatem optimam. In prima parte dicit, quòd vir ſtudioſus qui virtutem perfectam & appetitũ ordinatum habet, bene vtitur his quæ ſecundum ſe rationem boni non habent. Sunt tamen ordinabilia in finem, puta paupertate & ȩgritudine, defectu amicorum & huiuſmodi: ſecundum illud quod beatum eſt & perfectius eſt in vſu contrariorum, puta diuitiarum, & ſanitatis, & amicorum. Meliorem enim operationem facit ex ſuppoſitione iſtorum, quia ſecundum quòd determinatum eſt a nobis in ſermonibus moralibus ad Eudemum, Bonus & ſtudioſus eſt, cui ſimpliciter bona ſunt bona propter ipſã virtutem. Cui autem ſimpliciter optima non ſunt optima, non eſt bonus vel ſtudioſus, quemadmodum neque eſſe ſanus videtur, cui ſana ſimpliciter non ſunt ſana. Sed ſanitas & diuitiȩ ſecundum ſe, rationem boni habent. ergo bene vtetur eis ſtudioſus propter virtutem, ſtudioſus etiam ſecundum rectam rationẽ vtitur omnibus datis, quia per rationem operatur. Ratio autem recta dicit, quòd vtatur vnoquoque ſecundum quòd contingit melius ad finem. Si igitur paupertas & ægritudo, & eorum contraria ordinabilia ſunt in fœlicitatem, vtetur ſtudioſus iſtis pro paupertate & diuitijs meliori modo, quo contingit ad ipſam. Similiter & eorum oppoſitis. Sed paupertate aut ægritudine ſuppoſitis, minus perfectas faciet operationes, cum ſecundum ſe non ſint bona. Diuitijs autem & ſanitate ſuppoſitis, perfectiores, quia ſecundum ſe rationem boni habent, ſicut bonus coriarius ex corio dato meliores calceos quos contingit facit, ſed ex meliori meliores, ex peiori autem peiores. Eſt autem intelligendum ad euidentiam dictorum & dicendorum iam, quòd fœlicitas per ſe non exiſtit in bonis exterioribus, puta in diuitijs, nec etiam in vſu earum: in ipſis quidem non exiſtit per ſe, quia fœlicitatem nullus quærit propter aliquid aliud, diuitias autem quȩrunt propter aliud, vel propter neceſſitatem vitæ, vel propter operationem virtutis. ergo in ipſis non exiſtit per ſe. In vſu autẽ eius per ſe non conſiſtit, quoniam optimus vſus diuitiarum qui

qđ bene, puta quæ quidem circa iuſtas actiones ſententiæ, ſupplicia, punitiones a virtute quidem ſunt, neceſſaria aũt, & qđ bene neceſſario habẽt. Eligibilius quidẽ. n. nullo taliũ indigere, neq; virũ, neq; ciuitatẽ. Quæ aũt ad honores & abundantias B ſimpliciter ſunt optimæ electiones. Alterũ q̃dẽ. n. mali cuiuſdã electio eſt, tales aũt actiões econtrario, ꝑparationes. n. bonorũ ſunt & generationes.

f Vtetur autem vtiq; ſtudioſus vir & paupertate & ȩgritudine, & alijs prauis fortunijs bene, ſed quod beatum in contrarijs eſt, etenim hoc determinatum eſt ſecũdum morales ſermones, quod talis eſt, qui ſtudioſus cui propter virtutẽ bona ſunt, quæ C ſimpliciter bona.

g Palam autem & qđ neceſſariũ vſus hos ſtudioſos & bonos

A eſt in conſumendo eas, vt dicit Ariſt. primo Rhetoricæ, videtur ordinari per ſe immediate ad bonum corporis, puta ad ſuſtentationem naturæ, vel ſaltem ad aliud ordinatur, fœlicitatem autem non dicimus ad aliud ordinari. Et adhuc fȩlicitas operatio virtutis perfectiſſimæ eſt. Bonus autem vſus diuitiarum non eſt operatio perfectiſſimæ virtutis, quia liberalitas, ſeu magnificentia quarũ eſt operatio, nõ ſunt perfectiſſimæ virtutes, ſed prudentia, aut ſapientia magis. ergo in vſu ipſarum non conſiſtit per ſe fœlicitas, oportet tamen ipſas præexiſtere ipſi fœlicitati. Fœlicitas enim conſiſtit in optima operatione intellectuali per ſe. Ad operationem autẽ optimam quamcumque, ſeu ſpeculatiuam, ſeu practicã, oportet præſupponere conſiſtentiam ſubiecti & bonam diſpoſitionem. Conſiſtentia autem & bona diſpoſitio, nõ ſunt ſine ſuppoſitione eorum quæ ſunt neceſſaria ad vitam & bonam diſpoſitionem, quæ ſunt diuitiæ, ſeu bona exteriora, ergo diuitias neceſſe eſt præexiſtere fœlicitati tam ſpeculatiuæ quàm practicæ, quàmuis alia ratione ſpeciali ſint præneceſſariȩ practicæ ſeu ciuili. Quod autem eſt præneceſſarium ad aliquid, videtur ordinari ad ipſum ſicut ad finem, & ſicut inſtrumentum ad operationem. Et ideo diuitiæ ordinantur ad fœlicitatem ſicut ad finem, & ſicut organum ad operationem. Ea autem quæ ordinantur ad finem, vel ſe habent ad aliud, ſicut organum ad operationem, oportet eſſe commenſurata, ſeu proportionata fini ſeu actioni, & non excedere vel deficere a media ratione. Diuitias igitur quas neceſſe eſt præexiſtere fœlicitati, oportet eſſe commenſuratas ei, ita vt nec maiores, nec minores quærantur D quàm ſint neceſſe ad ipſam, maiores tamen exiguntur ad practicam, ſeu ciuilem quàm ad ſpeculatiuam. Ad ſpeculatiuam enim ſufficiunt ſecundum quòd vtiles ſunt ad ſuſtentationem vitæ, & bonam diſpoſitionem corporis. Ad practicam autem, ſeu ciuilem exiguntur ad hoc, & ad expeditionem operationum practicarum, ſeu ciuilium, & quanto parfectior eſt, tanto maiores. Et ſi a prædicta commenſuratione ſuperexcedant, aut totaliter tollunt fœlicitatem, aut ſaltem diminuunt ipſam, ſicut tanta poteſt eſſe magnitudo fiſtulæ, quòd peior erit fiſtulatio, & adhuc tanta, ꝙ penitus nõ erit. Similiter ſi deficiant a menſura ſecundum quam ſunt neceſſariæ diuitiæ ad perfectam fœlicitatem, ſecundum aliquid parum diminuent ipſam. Si autem ſecundum multum, totaliter tollent, ſicut ſi minor ſit fiſtula quàm quȩ nata eſt moueri a fiſtulatore, parum debilior erit fiſtulatio, ſi autem multum, omnino non erit, ſic igitur fœlicitas per ſe non exiſtit in diuitijs, nec in vſu earum per ſe. Verumtamen ipſæ & E vſus earum qui non eſt ſine ipſis, ſunt præneceſſaria ad ipſam ſecundum quandam menſuram & proportionem, a qua ſi deficiãt ſecundum minus & parum, minus perfecta erit fœlicitas. Et hoc intendebat Ariſtoteles quando dixit, quòd ſtudioſus vtetur paupertate & ægritudine bene, vt contingit. Quod autem beatum in contrarijs eſt. Si autem multum non erit omnino, eodem autem modo ſe habet & ſi excedat ſecundum maius a prædicta menſura. Vtrum autem neceſſarium ſit eas præexiſtere per ſe vel per alterum, vel ſicut proprias, vel ſicut communes, non refert ad propoſitum, dum tamen præexiſtant ſecundum hoc, ꝙ commenſuratæ ſunt. Ille tamen modus præexiſtendi vel præhabendi eas eligibilior videtur, quo habentur ſecundum hoc, quòd neceſſariȩ & commenſuratæ ſunt ipſi fini, & quo minus impediuntur homines a rectitudine operationis, ſiue per affectum ſiue per ſolicitudinem inordinatam circa eas. Deinde cum dicit.

g ¶ Declarat, quòd vſus prædictos oportet eſſe ſtudioſos, dicens, quòd manifeſtum eſt quòd neceſſe eſt vſus prædictorum

*luti circa res iuſtas iudicare, punire, ſupplicio afficere, a virtute quidem eſt, ſed ex neceſſitate, commendationemque habet ex compulſione. Eligibilius namque foret nullo tali indigere, neque hominem, neque ciuitatem. At enim ad honores & opes ſim-* B *pliciter ſunt optimæ actiones. Nam alterum quidem illud mali alicuius electio eſt, hæ autem contra. Effectiones enim bonorum ſunt & generationes.*

*Studioſus enim vir, & paupertate & morbo, & aliis fortunæ aduerſitatibus laudabiliter vtitur. Verumtamen fœlicitas in contrariis exiſtit. Nam & hoc determinatum fuit in Ethicorum libris, quòd talis eſt ſtudioſus, cui per virtutem bona ſunt ſim-* C *pliciter bona.*

*Patet autem, quòd & vſus iſtos neceſſarium eſt ſtudioſos & bonos*

honorum, ſcilicet diuitiarum & ſanitatis, & huiuſmodi ſtudioſos eſſe & bonos: quia vſus qui ſunt ſecundum virtutem ſtudioſi ſunt & boni: ſed vſus prædictorum bonorum a ſtudioſo per ſe a virtute ſunt. Studioſus enim ſecundum quòd huiuſmodi, virtuoſus eſt. ergo oportet vſus prędictos ſtudioſos eſſe, propter quod credunt bona extrinſeca: quorum vſus ſtudioſus eſt; & a virtute eſſe. Similiter cauſas fœlicitatis quę eſt operatio ſecundum ipſam exiſtimantes, ſicut ſi aliquis exiſtimaret ꝙ lyra eſſet cã bene citharizãdi magis quàm ars: hoc autem incõueniens eſt. Ars enim principalis cauſa citharizãdi eſt vt vnde principiũ & ratio motus, lyra autem ſicut materia vel organum motum ab arte. Similiter virtus ſeu ratio principium eſt fœlicitatis: ſicut vnde motus vel ratio: bona autem exteriora ſicut materia vel organum motũ ab illis. Deinde cum dicit.

h ¶ Concludit qualem oporteat eſſe ciuitatem optimam dicens. Si ciuitatem optimam oportet fœlicitari, fœlicitas autem eſt operatio vel vſus perfectus ſecundum virtutem, vſus autem perfectus ſecũdum virtutem eſt vſus bonorum operũ a ſtudioſo. Neceſſarium eſt ipſam ciuitatem, quam ſecundũ votum quærimus optimam habere abũdantiam bonorũ exteriorum, quorum vſus neceſſarius eſt: & ipſam eſſe ſtudioſã, ſi vſum oportet eſſe ſtudioſum, quorum primum neceſſe eſt præexiſtere; cuius fortuna eſt domina. Dicimus enim ipſam eſſe dominam huiuſmodi bonorum. Secundum autem oportet legiſlatorem procurare per diſciplinam & conſuetudinem, ſcilicet ipſam eſſe ſtudioſam. Studioſitas enim ciuitatis non eſt opus fortunę: quia K ſecundum rationem eſt, & fortuna eſt cauſa præter rationem. Sed eſt operatio ſcientiæ dirigentis, & electionis inclinantis. Deinde cum dicit.

i ¶ Declarat ex dictis quales oportet eſſe ciues, quoniam ſtudioſos dicens, quòd ciuitas ſtudioſa non eſt, niſi quia ciues participantes Reipublicæ ſtudioſi ſunt. Ciuitas enim non eſt aliud quàm communitas quædam ciuium ſecundum aliquam rationem. Si ergo ciuitatem optimam oportet ſtudioſam eſſe vt probatum eſt, oportet omnes ciues in ea ſtudioſos eſſe. Nos enim ſupponimus nunc quòd in optima ciuitate omnes ciues participant Republica. Et ideo vlterius conſiderandum eſt nobis, qualiter ciuis fiat ſtudioſus: quamuis autem bonum & eligibile ſit vnumquemque diuiſim ſtudioſum eſſe. Melius tamen & eligibilius eſt ſi contingat omnes collectim eſſe ſtudioſos. Quia illud quod eſt poſterius ſecundum viam generationis, perfectius & melius eſt in bonis & eligibilius, eo quòd prius eſt ſi actus bonus melior eſt potentia ad ipſum. Sed omnes collectim eſſe ſtu-

eſſe ſimpliciter, propter quod & putant homines fœlicitatis cauſas extrinſecas bonorum eſſe, ſicut eius quod eſt cytharizare pulchre & bene, pro cauſa habetur lyra, magis quàm ars.

G h Neceſſarium igitur ex dictis hoc quidem exiſtere, hoc autem præparare legislatorem. Quare ad votum optamus ciuitatis cõſiſtentiam quorum fortuna domina, dominam enim exiſtere ponimus, ſtudioſam autem eſſe ciuitatem, non adhuc fortunæ opus eſt, ſed ſcientię & electionis.

H i At vero ſtudioſa ciuitas ẽ in ciues participãtes politia ſtudioſos eẽ, nobis aũt oẽs ciues participãt politia, hoc ergo cõſiderãdũ qualiter vir ſit ſtudioſus. Etenim ſi oẽs cõtingit ſtudioſos eſſe, nõ ſecundũ vnũquemq; aũt ciuiũ, ſic eligibilius, aſſequitur enim ei quod ſecundum vnumquemque, & id quod omnes.

k At vero boni & ſtudioſi fiunt per tria. Tria aũt hæc ſunt, natura, conſuetudo, & ratio.

I l Etenim naſci oportet primũ, puta hominem, ſed non aliorũ aliquod animalium, ſic & qualẽ quendam ſecundum corpus & ſecundum animam.

m Quædam autem nulla vtilitas naſci, conſuetudines.n. tranſmutari faciunt, quędam enim ſunt per naturam ad vtrumq; ſe habentia, per conſuetudines autem ad deterius & ad melius.

*eſſe ſimpliciter. Quapropter exiſtimant omnes externa bona cauſam eſſe fœlicitatis: Ceu ſiquis bene pulſandi cauſam putat eſſe lyram, magis quàm artem.*

*Neceſſarium eſt ergo ex his quæ dicta ſunt alia ſubeſſe, alia parare legispoſitorem. Ex quo ſecundum votum optamus conſtitutionem ciuitatis in his quorum domina eſt fortuna, dominam enim illam poſuimus. Sed ſtudioſam eſſe ciuitatem non eſt fortunæ opus, ſed ſcientiæ, ac electionis. Atqui ſtudioſam eſſe ciuitatem, eſt ciues illos qui in Republica verſantur eſſe ſtudioſos.*

*Nobis autem omnes ciues participes ſunt Reipublicæ. Hoc igitur conſiderandum eſt quomodo vir fiat ſtudioſus. Nam ſi recipiatur omnes eſſe ſtudioſos, non autem ſingulos ciuium, ſic foret optabilius. Sequitur enim ad ſingulos eſſe, & omnes eſſe.*

*Atqui boni quidem & ſtudioſi fiũt propter tria. Sunt autem hæc tria, natura, mos, & ratio.*

*Etenim naſci oportet primum, ceu hominem & non aliud animal, & ſic quale aliquem ſecundum corpus & animam.*

*Quædam etiam naſci nulla vtilitas eſt, mores enim mutari faciunt: nam aliqua per naturam ad vtrumque apta, per mores ad peius, vel ad melius conuertuntur.*

F dioſos aſſequitur ſecundum viam generationis, eo quòd eſt vnũquemque diuiſim ſtudioſum eſſe, vtroque exiſtente eligibili & bono. Ergo melius eſt & eligibilius. Deinde cum dicit.

k ¶ Declarat per quot, & quomodo efficiantur boni & ſtudioſi. Et circa hoc declarat primo per quot, & quæ efficiuntur tales. Secundo cum dicit. {Quod quidem itaque &c.} quales oportet eſſe eos ſecundum hoc. Circa primum, primo propon[it] depr[ehendens] quot & quæ ef[ficiun]tur ſtudioſi. S[ecun]do cum dicit. {Etenim naſci oportet &c.} declarat[ur]. In prima parte dicit, quòd viri fiunt boni ſecundum virtutem, & ſtudioſi ſecundum rationem per tria. Iſta autem tria ſunt naturalis diſpoſitio ad virtutem. Et illud quod eſt ſecundũ rationem. Et conſuetudo in operatione. Et etiam ratio dirigens. Deinde cum dicit.

l ¶ Declarat, & primo quòd natura faciat ad hoc. Secundo cum dicit. {Quædam autem &c.} Quod conſuetudo. Tertio cum dicit. {Alia quidem igitur &c.} Quod ratio. In prima parte dicit, quòd debentem fieri bonum & ſtudioſum oportet eſſe diſpoſitum a natura primo, omnibus enim quæ fiunt natura vel arte, oportet ſupponi materiam & bonam aptitudinem eius: ſi quod recipitur in alio recipitur per modum recipientis: & ideo debentem ſibi bonum & ſtudioſum oportet eſſe bene natum ad hoc, puta ꝙ ſit homo habens intellectum & rationem, ſed non aliquod brutum irrationale. Et vlterius ſic exiſtẽs homo ſit bene diſpoſitus ſecundum corpus, & per conſequens ſecundũ animã. Bene enim diſpoſiti ſecũdũ corpus, bene diſpoſiti ſunt ſecundũ animã vt in pluribus. Si.n. anima ſecundũ ſe vnius rationis ſit ſecundũ ſpeciem in omnibus hominibus & non ſuſcipiat intenſionem & remiſſionem, cũ ſit forma ſubſtantialis, diuerſitas operationũ ipſius & proprietatũ, erit propter diuerſitatem corporum & materiæ, vel alicuius extrinſeci alterius. Deinde cum dicit.

m ¶ Declarat, quòd conſuetudo ad hoc faciat dicẽs quòd quoſdam homines nõ eſt vtilitas naſci, hoc eſt ex natiuitate nõ ſunt diſpoſiti ad bonum, nec ad opus intellectus, per conſuetudinem autem tranſmutantur: ſunt enim quidam qui per naturam indifferenter ſe habent ad virtutem & ad contrarium, per conſuetudinem autem in operatione reſpectu alterius determinantur ad alterum, puta vel ad melius, vel ad deterius. Sed illi qui bene diſpoſiti ſunt ad virtutem, puta conſuetudine, indigent in operatione ad hoc vt fiant boni, qui autem ad vtrumque æqualiter nati ſunt, ampliori indigent, qui autem ad contraria inclinantur ex natura, non poſſunt fieri boni, aut cum difficultate & multa conſuetudine. Deinde cum dicit.





n ¶ Declarat, quòd ratio, dicens quòd alia animalia ab homine ſola naturali inclinatione, hoc eſt memorijs & imaginationibus agunt actiones ſuas, quædam autem parua ſecundum quantitatẽ agunt aliquas actiones per conſuetudinem, ſicut illa quæ bonã eſtimatiuam habent, vt canis, equus, & ſimilia. Homo vero actiones ſuas dirigit ratione, ſolus enim inter animalia rationẽ habet, per quam determinatur. Quare hoc oportet conſonare inter ſe, ſcilicet naturã, conſuetudinem, & rationẽ, ſemper enim poſterius præſupponit prius, multa enim ſunt quæ agunt homines præter naturã & conſuetudinẽ propter rationem, ſi ſuadeatur ab illa contrarium eſſe melius, ſicut in continente apparet, q quàmuis inclinetur ad proſequutionem paſſionis, ſequitur tamen rationem perſuadentẽ cõtrarium. Deinde cum dicit.

o ¶ Declarat quales oportet eos eſſe. Et primo continuat dicta ad dicenda. Secundo cũ dicit. {Cũ vero &c.} Proſequitur. In prima parte dicit, ꝙ prius determinatum eſt quales oportet eſſe ſecundũ naturam futuros ſtudioſos & bonos, vbi dictum eſt quales oportet eſſe bene gubernantes, nunc autem conſiderandum eſt nobis quales oportet eſſe ſecundũ diſciplinã, ad quam reducuntur conſuetudo & ratio, addiſcũt enim aliqua per aſſuefactionem, aliqua autem audientes ratiocinantem alium. Deinde cum dicit.

p ¶ Proſequitur. Volens autem oſtendere quales oportet eſſe ciues ſecundum diſciplinam, quoniam in ciuitate in qua ſunt quidam principantes & quidam ſubiecti, primo inquirit, vtrum eandem oporteat eſſe diſciplinam principantium & ſubiectorũ Lect. ſequẽ. in optima ciuitate. Secundo cum dicit. {Quoniã aũt ciuis &c.} proſequitur principale intentum. Et circa hoc primo præmittit intentionem ſuam & modum conſiderandi. Secundo cum dicit. {Siquidem igitur &c.} proſequitur. In prima parte dicit, quòd omnis ciuitas compoſita eſt ex principãtibus & ſubiectis. In omnibus enim quæ ex pluribus conſtituta ſunt, ſiue natura, ſiue arte ex quibus eſt vnum aliquod commune, ſiue ex coniunctis, ſiue ex diuiſis, videtur eſſe principans aliquid, & aliquid ſubiectũ, ſicut oſtẽſum eſt in Primo huius. Conſiderandũ eſt a nobis iam, vtrum expedit in ciuitate optima aliquos & diuerſos eſſe principantes & ſubiectos per vitam, aut eoſdem ſecũdum ſuppoſitum differentes ſecundum aliquam diſpoſitionem, quia manifeſtum eſt quòd conſequenter ſe habebit huic diuiſioni de diſciplina ipſorũ de qua intendimus nunc. Si enim omnino ſint diuerſi principantes & ſubiecti, & diſciplinam oportebit eſſe aliam, ſi autem idem eandem proportionaliter. Cuius ratio eſt, quia illud per quod determinantur principans & ſubiectum, eſt diſciplina recta in ordine ad operationem, diuerſitas autem vel vnitas determinatorum eſt ſecundum vnitatem vel diuerſitatem determinãtium. Si igitur principãtes & ſubiecti diuerſi ſunt omnino, & diſciplina ipſorum diuerſa erit, & ſi ijdem & eadem proportionaliter. Deinde cum dicit.

q ¶ Proſequitur, & primo inquirit, vtrum expedit eoſdem eſſe principãtes & ſubiectos, aut nõ. Secundo cũ dicit. {Quarũ & di-

n Alia quidem igitur animaliũ maxime quidem natura viuunt, parua autem quædam & cõſuetudinibus, homo autem & ratione, ſolus.n. habet rationem. Quare oportet hæc conſonare inuicem, multa enim præter cõſuetudines & naturã agunt propter rationẽ, ſi perſuadeantur B aliter habere melius.

o Quòd quidem itaque natura quales eſſe oportet futuros facile ductibiles a legislatoribus, determinauimus prius, reliquũ iam opus diſciplinæ, hæ quidem enim aſſuefieri addiſcunt, hęc autem audientes.

C p Quoniam autem omnis politica cõmunitas conſtat ex principantibus & ſubiectis, hęc omnia conſiderandum, ſi alios oportet eſſe principantes & ſubiectos aut eoſdem per vitam, palam enim quòd conſequi oportebit & diſciplinam ſecundum diuiſionem hanc.

D q Siquidẽ igitur fuerint tãtũ differẽtes alteri ab alteris, quantum Deos & Heroes extimamus ab hominibus differre, cõfeſtim primo ſecundum corpus multã habẽtes excellentiã, deinde ſecundum animã vt indubitata ſit & manifeſta excellẽtia principãtium reſpectu ſubiectorũ, palã quia melius ſemper eoſdẽ, hos quidẽ principari, hos autem ſubijci ſecundum ſemel.

*Cætera igitur animalia maxime uiuunt ſecundum naturam, parum uero aliquid & ſecundum mores. Homo autem & ſecundum rationem, ſolus enim rationem habet. Itaque oportet hæc ſimul concordare, multa enim præter mores & præter naturam agunt homines, propter rationem, ſi perſuadeatur melius eſſe aliter agere.*

*Natura igitur quales eſſe oportet eos, qui legum poſitori ſint pariturì, determinatum eſt prius. Reliquum opus eſt iam diſciplinæ, quædam aſſueſcendo diſcuntur, quædam audiendo.*

*Cum uero omnis ſocietas ciuilis cõſtet ex imperantibus & parentibus, hoc iam conſiderandum eſt, utrum alios eſſe oportet qui imperant, & alios qui parent, an eoſdem per uitam, patet enim quòd & diſciplina ſecundum hanc diuiſionem ſequi debebit.*

*Si ergo differrent alteri ab aliis tantum, quantum dii & heroes ab hominibus differre putantur, ut primo ſtatim corpore, ac poſtea animo longe antecellerent, ac manifeſte, indubitateque appareret eorum ſupereminentia, clarum eſt quòd ſemper eoſdem iſtos melius foret imperare, alios uero parere.*

A ſciplinã &c.} Ex hoc concludit proportionale de diſciplina. Circa primũ primo oñdit, vbi expedit eoſdẽ principari ſemper & alios ſubijci. Secũdo cũ dicit. {Quoniã aũt hoc nõ facile &c.} Declarat ꝙ cõiter melius eſt & magis neceſſariũ eoſdẽ eſſe principãtes & ſubiectos in alio & alio tẽpore. Circa primũ intelligẽdũ eſt prius, quòd principãs ſe habet ad ſubiectum ſicut agens ad paſſum, & mouẽs ad motum, principantis enim eſt mouere & dirigere ſubiectum, ſubiecti vero moueri & dirigi ſecundum quòd hmõi. Mouens autẽ & agẽs ſecundum ꝙ tale excellẽtius eſt paſſo & moto ſecundum ꝙ hmõi, quia illud eſt in actu, hoc aũt in potẽtia, & ideo principãs in eo quòd principãs oportet eſſe excellẽtius ſubiecto ſecundum ꝙ ſubiectũ, excellẽtia aũt mouentis reſpectu moti attenditur in ordine ad operationẽ quãtũ ad formã eius principaliter. Deinde autẽ quãtũ ad diſpoſitiões materiæ ſubſtãtis ipſi formæ. Tertio quãtũ ad exteriora coadiuuantia ad ipſam, & ideo oportet ꝙ excellẽtia principantis reſpectu ſubiecti in ordine ad finẽ attendatur principaliter ad formã ſecundum quam agit vt hmõi. Deinde aũt quãtũ ad diſpoſitiões materiæ, & vltimo quãtũ ad exteriora. Forma aũt ſecundum quam operaẽ principans in optima Rep. eſt diſciplina recta ſecundũ rationẽ rectam, puta prudẽtia & virtus ciuilis. Diſpoſitiões autẽ materiæ ſunt bonæ diſpoſitiones ipſius ad iſtas, ſicut inclinatio naturalis & bona diſpoſitio corporis, coadiuuantia autem exterius ſunt potẽtia & diuitiæ, & ideo expedit principantem in optima Republica, ſi poſſibile eſt excedere ſubiectum & quantum ad prudẽtiam & virtutem quæ ſunt bona animæ, & quantum ad bona corporis & quantum ad exteriora. Vnde dixit Philoſ. 8. Ethi. Non eſt rex qui non eſt per ſe ſufficiens & omnibus ſuperexcellens, & Cap. 7. ideo ſi inueniatur aliquis vnus in ciuitate vel regno, qui omnibus iſtis ſuperexcellat alios, iuſtum eſt ipſum principari ſolum quandiu eſt talis, ſi autem ſecundum ſucceſſionem inueniantur tales in aliquo genere, expedit ſecundum genus principari ſicut prius, vt in Tertio dictum eſt. Si autem inueniantur plu- E res qui ſic excedant reliquam multitudinem, expedit eos principari per vitam. Et hoc eſt quod ipſe dicit, ſi fuerint aliqui in ciuitate qui tantum differant ab alijs quantum credimus deos, ideſt diuinos homines, & heroes, ideſt attingentes ad virtutem heroicam, quæ eſt perfectiſſima virtutum ſiue intellectualium, ſeu moralium differre ab alijs hominibus communiter, ita vt primo ſecundum viam generationis multam habeant excellentiam ſecundum corpus, ideſt ſecundum diſpoſitiones materiales, puta ſecundum magnitudinem & pulchritudinem & inclinationem ad virtutem. Deinde autem & ſecundum perfectiones animæ, ita vt excellentia iſtorum reſpectu illorum ſit manifeſta ſine dubitatione, manifeſtum eſt quòd melius eſt ſemper eoſdem in tota vita, hos quidem eſſe principantes, ſcilicet excellentiores, hos autem eſſe ſubiectos, ſcilicet deficientes, excellentius enim & perfectius, quandiu eſt huiuſmodi, natum eſt principari ei quod deficit ſecundum naturam reſpectu illius. Deinde cum dicit.

r ¶ Declarat, quòd melius & magis neceſſarium eſt cõmuniter eos principari & ſubijci ſecundum aliud & aliud tempus. Et primo declarat, quòd melius eſt eoſdem eſſe principantes & ſubiectos ſecundum aliud & aliud tempus. Secundo cum dicit. {At vero quòd &c.} quod neceſſe eſt eoſdem ſecundum aliquid eſſe alteros. Tertio cum dicit. {Qualiter igitur &c.} qualiter expedit eoſdem eſſe & alteros. Circa primũ intelligẽdum eſt, ꝙ aliquos eſſe ſicut excellentes totam multitudinem, vt prædictum eſt, rarum valde propter ſummam perfectionem ipſorũ, rarum autem difficile eſt inuenire, & iõ dicit, quoniam non eſt facile nunc in ciuitatibꝰ accipere vel inuenire aliquos excellentes in tãtum reliquam multitudinẽ, nec inueniuntur reges tantum differentes a ſubditis, quantũ heroes ab hominibꝰ, ſicut Scylax dixit eſſe inter Indos, manifeſtum eſt quòd melius & magis neceſſarium eſt eoſdem quãdoq; principari, quãdoque autem ſubijci ſecũdum partem, propter multas rationes. Illi enim qui ſunt ſimiles ſecundum naturã & virtutẽ, habẽt idem iuſtum & ęquale, & æqualiter debẽt recipere de communibus, principari autẽ honor communis eſt, & ideo illi qui sũt ſimiles ſecũdũ prædictum modum, æqualiter debent principari, ſed non poſſunt ſecundum idem tempus omnes. ergo ſecũdum aliud & aliud. Iterum Reſpublica fundata ſuper iniuſtum ſubditorum nõ eſt bene manſiua, qa cum ſubditis grauatis per iniuſtitiã sũt omnes mali & inſolẽtes in regiõe, qui volentes de facili poſſunt corrumpere Remp. ſed Reſp. in qua idẽ ſemper principantur ſimilibus exiſtentibus ſuper iniuſtum fundatur & inęquale, ergo bene manſiua non eſt. Sed qa aliquis diceret quòd potentia ſubditorum & inſolentium reprimi poteſt per potentiam principantium, quaſi remouens hoc, dicit. Subditi & inſolentes in regione multi ſunt, & magnam potentiam habent valde. Tot autem inuenire ſecundum multitudinem in Republica principantes qui ſunt potentiores omnibus iſtis, eſt aliquid de numero impoſſibilium, ergo illorum potentia per iſtos reprimi non poteſt. Deinde cum dicit.

ſ ¶ Declarat, quòd oportet eoſdem eſſe aliqualiter alteros dicens. At enim manifeſtum eſt conſideranti ſecundum rationẽ & indubitanter, quòd principantes & ſubiectos oportet habere aliquam diuerſitatem, quia principans ad ſubditum ſe habet ſicut mouens & ens in actu ad motum, & ens in potentia, iſta autẽ ſecundum ſe differentiam aliquam habent. ergo principantem & ſubditum oportet aliqualiter differre, & ideo oportet legiſlatorem & ciuem conſiderare qualiter oportet illos eſſe eoſdem & alteros, & qualiter ſic ſe habentes principabunt principatui & ſubiectioni. Deinde cum dicit.

r Quoniam aũt hoc non facile accipere, neque eſt ſicut inter Indos, ait Scylax, eſſe reges tãtũ differentes a ſubiectis, manifeſtum quòd propter multas cauſas neceſſarium omnes ſimiliter communicare, eo quòd eſt ſecũdum partem principari & ſubici, quòd enim æquale idem ſimilibus, & & difficile manere politiam cõſtitutam pręter id qđ iuſtum, cum ſubditis enim exiſtunt omnes volentes inſoleſcere, qui per regionem, totque multitudine eẽ eos q in politeumate vt ſint valentiores ijs omnibus, vnũ aliqđ ĩpoſſibiliũ eſt.

ſ At vero quòd oportet principantes differre a ſubditis, indubitatum eſt.

t Qualiter igitur hæc erunt & qualiter participant, oportet cõſiderare legiſlatorem. Dictum eſt autem prius de ipſo. Natura enim dedit electionem faciens, eidem enim hoc quidẽ iunius, hoc autem ſenius, quorum hoc quidem ſubici decet, hos autem principari. Indignatur nullus ſecundum ętatem ſubditus, neque putat eſſe valentior, aliterque, & futurus ſuſcipere talem honorem, cum fortius fuerit adueniente ætate: eſt quidem igitur, vt eoſdem principari & ſubici, dicendum eſt autem vt alteros.

u Quare, & diſciplinam eſt vt eandem neceſſario, eſt autem vt alteram eſſe, futurum enim bene principari, ſubditũ fuiſſe primo aiunt oportere.

x Eſt autem principatus, ſicut in primis dictum eſt ſermonibꝰ,

F

*Sed cum facile non ſit hoc reperire, nec ſit, vt apud indos Scylax eſſe ait, reges tantum a populis differre, manifeſtum eſt, quòd propter multas cauſas neceſſarium eſt, vt omnes ſimiliter participes ſint viciſſim imperandi & parendi, Aequum enim idẽ*

G *ſimilibus, & difficile eſt ſtare Rempublicam quæ conſtituta ſit præter iuſtitiam, cum illis enim qui ab imperando excluderentur, concurrerent omnes, qui ſunt in regione, ſtatum mutare cupientes, & tantam eſſe multitudinem in Reipublicæ gubernatione, vt ſit potentior iſtis, vnum aliquid impoſſibilium eſt.*

*At enim quòd oporteat eos, qui in magiſtratu ſunt differre a ſubiectis, indubitabile eſt.*

H *Quomodo ergo hæc futura ſint, & quomodo participent conſiderare debet legiſlator, ut prius diximus, natura enim oſtẽdit quemadmodum hæc diſtinguenda ſint. Facit enim eoſdem genere, alios iuniores, alios ſeniores, quorum alteri debent parere gubernantibus, alteri gubernare. Indignatur autem nemo propter ætatem maiori alteri concedere, nec putat illum cui cedit potiorem eſſe ſe, præſertim cum & ipſe quando ad id ætatis peruenerit, eundem honorem ſit recepturus.*

I *eſt ergo, vt eoſdem eſſe dicere eos qui parent & imperant, eſt etiam ut diuerſos.*

*Itaque & diſciplinam, ut eandem dicere neceſſe eſt, & ut diuerſam, qui enim imperare uelut recte oportere aiũt, ipſum prius ſub imperio fuiſſe.*

*Imperium vero, ut in Primis libris dictum fuit, aut gratia imperantis*

t ¶ Declarat, qualiter oportet eos eſſe eoſdem & alteros, dicens quòd prius vbi determinatum eſt de partibus ciuitatis per ſe, dictum eſt de hoc, natura enim faciens in eodem genere hominũ aliud iunius, aliud ſenius procedẽdo de imperfecto ad perfectũ, dedit nobis modum per quem poſſimus eligere, quando idem magis debet principari quàm ſubijci. Manifeſtũ eſt enim, quòd idem ſecundum ꝙ iunius eſt, magis expedit ſubijci. Iunius .n. ſecundum ꝙ huiuſmodi imperfectiꝰ eſt, ſecundum quòd huiuſmodi, & robuſtius ad operandum opera miniſterialia, hæc autem ad ſubditum pertinent. Senius autẽ perfectius eſt, quia poſterius ſecundum generationem, & ſecundum virtutem & ſecũdum intellectũ. Non enim pueri iudicant ſenibus præſbyteris, vt dicitur Septimo Phiſic. Per hæc autem determinatur principans, vt dictum eſt prius. Sed quia aliquis diceret, quòd iuuenes indignantur, ſi ſecũdum ętatem illã ſint ſubditi, hic remouet dicens, ꝙ nullus iuuenis bene ordinatꝰ indignabitur, ſi ſubijciatur in ætate iuuentutis, nec putat ſe valentiorem eſſe ſenioribus & progenitoribus ſuis, ſiquidẽ eos reuereatur. Non credens autem valẽtior eſſe non indignabitur ſi ſubijciatur. Et aliter, qa futurus eſt, ſuſcipere honorẽ prĩcipatꝰ ex ordine Reipublicæ cũ fuerit perfectus: in ætate ſenili vero habet rationẽ per quam debeat indignari, ſi nunc non principetur. Sic igitũ dicendum eſt, ꝙ expedit eoſdem principari & ſubijci vno modo, puta ſecundũ appoſitũ, alteros aũt ſecundum alium modum, puta ſecundum iunius & ſenius. Deinde cum dicit. Tex.cõ20.

K v ¶ Concludit proportionaliter ſe habere de diſciplina primo. Secundo cum dicit. {Eſt autem principatus &c.} diſtinguit principatũ vt appareat in quo prædicta veritatem habeant, & in quo non. Primo igitur concludit, quòd ſi in ciuitate bene ordinata oportet eoſdem eſſe principantes & ſubiectos ſecundum vnum modum, alios ſecundum alium, neceſſe eſt diſciplinam ipſorum vno modo eſſe vnam, alio autem modo alteram, quia principans & ſubiectum in optima ciuitate determinantur per diſciplinam, puta per prudentiam & virtutem, per quas hic recte obedit, ille recte præcipit, & ideo ſicut principantes & ſubiecti ſunt idem vel alteri, ita & diſciplinam oportet eſſe eandem vel alteram, dicũt enim quòd illum qui debet principari oportet prius ſubditum fuiſſe, & ſubditum addiſcere quæ oportet principantem facere; non enim bene principatur qui non quandoque ſub principe fuit, vt dicitur in Tertio huius. Deinde cum dicit.

x ¶ Diſtinguit principatum, vt appareat in quo veritatem habet quod dictum eſt, quod primo facit. Secundo cum dicit. {Differunt autem quidem, &c.} declarat vnde aſſumenda eſt differentia



differentia ſubditi in vtroque principatu. In prima parte dicit, quòd duplex eſt principatus ſicut dictum eſt in primis ſermonibus, ideſt in Tertio lib. Vnus quidem qui principaliter eſt ad bonum principantis, propter autem bonum ſubditi ſecundum accidens. Alius autem eſt qui principaliter eſt propter aliquod bonum ſubditorum, vel alicuius cõmunis prĩcipãti & ſubiecto, ex conſequenti propter vtilitatem principantis, & primus iſtorũ dicitur principatus dominatiuus, qui eſt domini ad ſeruos: in principatu igitur dominatiuo non expedit eundem eſſe principantem & ſubiectũ ſecũdum aliquod tẽpus, ſed eoſdem eſſe principãtes ſemper, puta ſeruos ſecundũ naturam, non enim ſunt ſimiles ſecundũ naturam. In principatu autem politico expedit quod dictũ eſt quantum ad principari & ſubijci & quantum ad diſciplinam, ſunt enim iſti ſimiles ſecundum naturam, quia liberi. Deinde cum dicit.

y ¶ Declarat, ex quo ſumenda eſt differentia per ſe vtrorumq; principãtium. Et eſt intelligẽdum, ꝙ operum miniſterialium quędam ſunt honeſta magis, quędam autem inhoneſta & ſeruilia, honeſta opera miniſterialia ĩdifferẽter conueniunt ſubditis in vtroque principatu, ſed ad alium & alium finem, dicit igitur quòd quædam præcepta, puta honeſta, communiter ſeruis & liberis quantũ ad operationem non differunt; eodem.n. modo ea exequũtur & liberi, ſubditi & ſerui, ſed magis differũt in ordine ad finẽ, qa ſeruus operatur gratia domini, liber autẽ gratia ſui vel boni cõmunis, & hoc accidit propter hoc, quia honeſtum eſt iuxta liberos ſubditos, multa eorum quæ videntu miniſterialia opera exercere, ſicut dictum eſt, & actiones non ſic differunt honeſto & inhoneſto ſecundum ſe acceptę ſicut in ordine ad finem, gratia cuius ſunt, & dicuntur magis honeſtæ & inhoneſtæ quàm ſecundum ſe, & vt naturales ſunt.

hic quidem principãtis gratia, hic autem ſubditi, horum autẽ, hunc quidem deſpoticum eſſe dicimus, hunc autem liberorũ.

y Differunt autem quædã pręceptorum non operibus, ſed eo quod alicuius gratia, propter quod multa eorum quę vidẽtur eſſe miniſterialia opera, & iuuenum liberis honeſtum miniſtrare, ad honeſtum enim & nõ honeſtum non ſic differunt actiones ſecundum ſe, vt in fine, & eo quod cuius gratia.

## LECTIO XI.

QVoniam autem ciuis & principantis eandẽ virtutem eſſe dicimus & optimi viri, eundem autem ſubditũ prius oportere fieri & principantem poſterius: hoc utique erit legiſlatori tractãdum, qualiter viri boni fiant, & per quas adinuentiones & quid quod finis optimæ vitæ.

b Diuiſæ ſunt autem duæ partes animæ, quarum hæc quidẽ habet rationẽ ſecũdũ ſe, hæc autem nõ habet quidẽ ſecũdũ ſe, rationẽ aũt obedire poteſt, quarũ dicimus virtutes eſſe, ſecũdũ quas vir bonus dicitur aliqualiter, harum aũt in qua magis, qđ finis diuidẽtibus quidem ſicvt nos dicimus, nõ in manifeſtum qualiter dicendum. Semper.n. quod deterius melioris gratia eſt, & hoc manifeſtũ ſimiliter in ijs quæ ſecũdum artem, & in ijs quæ ſecundum naturam.

A *eſt, aut gratia ſubiectorum, horum alterum ſeruorum eſſe diximus, alterum liberorum.*

*Mandatorum vero, quædam inter ſe differunt, non in agendo, ſed in cuius gratia, quapropter multa quæ vi-*

B *dentur eſſe miniſtrorum opera, & adoleſcentium liberis hominibus pulchrum eſt miniſtrare, ad pulchrum enim & non pulchrum non tantum differunt actiones propter ſeipſas, quantum in fine, & gratia cuius.*

## *LECTIO XI.*

*CVm vero ciuis & præſidentis eandem virtutem eſſe dixerimus, quæ optimi vi-*

C *ri, & eundem prius parere debere, poſtea imperare, hoc vtique erit legumpoſitori intuendum, laborandumque vt boni viri efficiantur, & per quæ exercitia, & quis finis vitæ optimæ.*

*Diuiſæ autem ſunt duæ partes animæ, quarum altera rationem per ſe habet, altera non habet quidem per ſe, verumtamen rationi obtemperare poteſt, quarum diximus eſſe virtutes illas, per quas vir bonus dicitur quo-*

D *dammodo, ſed in vtraque iſtarum magis eſt finis, quam ita diuidunt, vt nos facimus, his ambiguum non eſt quomodo ſit dicendum, ſemper enim deterius melioris gratia eſt, patet hoc in his, quæ ſunt ſecundum artem, & in his quæ ſunt ſecundum naturam.*

### LECTIO XI.

POſtquam Philoſophus oſtendit, quòd in Republica recta principantis & ſubiecti eſt eadẽ diſciplina vno modo, & altero alia, tranſit nunc ad declarandum qualiter, & per quas adinuentiones efficiantur ciues bene diſciplinati, ſeu ſtudioſi, & circa hoc primo dat intentionẽ ſuam & ordinem conſiderandi. Secundo cum dicit. {Diuiſę ſunt autem &c.} proſequitur. In prima parte dicit, quoniam intendimus principaliter conſiderare qualiter, & per quę ciuis efficiatur diſciplinatus & ſtudioſus. Eadem autem eſt diſciplina, ſeu virtus ciuis optimi in optima Republica ꝑ quam ordinatur in fœlicitatem perfectiſſimam, quæ eſt finis, in illa etiam principantis in ipſa, ſimiliter autem optimi viri, & ſi eundem oportet prius ſubditum eſſe cum eſt iuuenis & imperfectus. Poſterius autem principantem cum eſt perfectus, magis conſiderandum eſt ciuitatem gubernanti, ſeu legiſlatori, qualiter & per quas adinuentiones fiũt optimi viri & bene diſciplinati, & quia ratio iſtorum ſumitur ex fine vltimo vitæ humanæ, conſiderandum eſt quis eſt ille finis, hoc enim oſtenſo, apparebit qualiter, & ꝑ quas adinuentiones ciues fiant bene diſciplinati & ſtudioſi. Deinde cum dicit.

b ¶ Proſequitur, & primo declarat quis eſt finis vltimus vitæ humanæ. Secundo cũ dicit. {Quoniam autem idem finis &c.} declarat quòd virum & ciuitatem fœlices oportet habere omnes virtutes. Tertio cum dicit. {Qualiter autem & per quæ &c.} declarat per q̃ & qualiter erunt bene diſciplinati, ſeu virtuoſi. Quid autẽ ſit fœlicitas declarat per diuiſionem partium animæ primo. Secundo cum dicit. {Diuiſa eſt autem vita tota &c.} declarat vitam humanam & agibilia ab homine proportionaliter diuidi, & ſe habere partibus animæ prædictis. Circa primũ primo oſtendit fœlicitatem conſiſtere in eo quod pertinet ad partem animæ rationalem per eſſentiam. Secundo cum dicit. {Melius autem &c.} declarat eam conſiſtere in operatione partis animæ rationalis ſpeculatiuæ. Circa primum eſt intelligẽdum ꝙ vltimus finis vitæ humanæ non cõſiſtit principaliter in aliquo eorum, quæ ꝑ ſe pertinent ad corpus. Corpus enim & perfectiões ipſius sũt propter animam, ſed magis in aliquo eorũ, quæ ad animam pertinet, quæ eſt excellentior pars hominis. In anima autem eſt conſiderare partem rationalem quocũque modo & irrationalem omnino, in actu autem partis animę irrationalis omnino non poteſt conſiſtere vltimus finis vitæ humanæ, quoniam neceſſe eſt ipſum conſiſtere in aliquo, quod eſt

E proprium hominis, in quo diſtinguitur ab alijs, quia vltimus finis hominis eſt proprius ei, pars autem animæ irrationalis omnino communis eſt ſibi & alijs, ergo non conſiſteret in aliqua perfectione pertinente ad partem illam, ſed magis in aliqua pertinente ad partem animæ rationalem aliquo modo, ſed cũ hæc pars animæ diuiſa ſit in plures, vult declarare Philoſophus in perfectione cuius illarum conſiſtat, dicens partes animæ rationem habentis ſunt duæ diſtinctæ adinuicem, quarum altera eſt quæ eſt rationalis per eſſentiam accipiens rationem in ratione quodquideſt, alia autem eſt quę ſecundum ſe non eſt rationalis, nec accipit rationem in ratione dicente quid eſt, ſed rationalis eſt ſecundum quandã participationem, quia nata eſt obedire rationi vel ordinari, vel deduci ab ea. Cuiuslibet autem iſtarum partium animæ rationalis ſunt aliquæ virtutes morales, puta temperantia iuſtitia in irrationali. In rationali autem per eſſentiam ſunt rationes, puta prudentia, ſapientia, & manifeſtum eſt ex dictis, quòd in actu alicuius harum

conſiſtit vltimus finis hominis, ſed in qua & cuius actu manifeſtum eſt qualiter eſt dicendum eis, qui diuidunt partes animæ rationalis ſecundum quòd nos diuiſimus eas. In vnoquoque.n. genere illud quod deterius eſt & minus bonum, eſt gratia melioris, & hoc apparet per ſe, & in his quæ fiunt a natura, & in his quæ fiunt arte. In natura .n. materia eſt gratia formæ, & elementa prima ſimplicia propter mixta, in quib9 imperfecta ſũt gratia perfectorum, puta in genere animalium: ſimiliter & in his quæ ſunt ſecũdum artem ſe habet, ligna enim & lapides ſic diſponuntur gratia formæ domus, domus autem eſt gratia habitationis, ratio autem dicti eſt, quoniã id quod deterius eſt ĩ vnoquoque genere, rationem imperfecti & entis in potẽtia habet, melius autem in eodem rationem perfecti & entis ſecundũ actum. Imperfectum autem & ens in potẽtia ſe habent ad ens perfectum, & ens in actu, ſicut potẽtia ad actum in eodem genere. Potentia autem eſt gratia actus in eodem genere, ergo ens in potentia & ens imperfectum, eſt gratia entis in actu & perfecti. Et vlterius deterius gratia melioris ĩ eodem genere, ſed rationale per eſſentiam melius eſt in partib9 animæ rationali participatione, quia illud quod per eſſentiã eſt tale, melius & perfectus eſt eo quod p aliud eſt tale. ergo rationale participatione erit gratia rationalis per eſſentiam, & per conſequens perfectio eius gratia perfectionis iſtius. Si igitur illud cuius gratia aliud eſt, rationem finis habet reſpectu illius, pars animæ rationalis per eſſentiam, & aliqua perfectio eius erit finis partis animæ rationalis per participationem & perfectionem eius. Deinde cum dicit.

c ¶ Declarat, quòd vltimus finis vitę humanæ conſiſtit in operatione partis animæ ſpeculatiuæ, dicens ꝙ pars animæ rationalis per eſſentiam diuiſa eſt in duas partes, ſicut communiter ſolemus diuidere, quarum altera eſt practica, quæ ratiocinatur de agibilibus poſſibilibus aliter ſe habere, altera autẽ ſpeculatiua, quæ negociatur principaliter circa naturam entium & impoſſibilium aliter ſe habere ſecundum quòd huiuſmodi. Et quia operationes conſimiliter diuiduntur principijs, & ſe habent adinuicem proportionaliter ſicut illa, neceſſe eſt operationes huiuſmodi partium diuiſas eſſe, & alteram eſſe operationem practicam; alteram autem ſpeculatiuam, & iſta ſe habere adinuicem proportionaliter, ſicut practicum ad ſpeculatiuum ſe habet, & per conſequens operationes melioris partis ſecundum naturam oportet eſſe meliores ſecundum ſe & eligibiliores illis, quæ poſſunt ſortiri illis, aut omnibus operationibus, aut ſaltem duabus ſi nõ fuerint niſi duæ, operatio enim ſequitur naturam per ſe, & ideo perfectioris eſt perfectior, & vnicuique illud eſt magis eligibile, quo poteſt attingere ad ſummum & perfectiſſimum, hoc autem eſt operatio perfectioris ſecundum naturam, ex quibus accipienda eſt iſta propoſitio, quòd melioris partis animæ, & excellentioris melior eſt operatio, & magis eligibilis ſimpliciter, & per conſequens magis rationem finis habens, ſed pars animæ ſpeculatiua melior & perfectior eſt natura quàm practica, quod quidem

c Melius autem quod rationẽ habet. Diuiſum eſt autem dupliciter, ſecũdum modum quo cõſueuimus diuidere, hæc quidem practica ratio eſt, hęc autem ſpeculatiua. Eodem igitur modo neceſſe & hanc partem diuiſam eſſe, videlicet, & actiões proportionaliter dicamus habere, & oportet natura melioris eligibiliores eſſe potentibus ſortiri, aut omnibus, aut duabus. Semp em̃ vnicuiq; hoc maxime eligibile, quo ſortiri eſt ſummi.

d Diuiſa eſt autẽ & tota vita, in non vacationẽ & vacationẽ, & bellum & pacem: & agibilium, hæc quidem in neceſſaria & vtilia, hęc aũt in bona, de quib9 neceſſe eandem electionem eſſe & partibus animę & actionibus ipſarum, bellum quidẽ pacis gratia. Non vacationem autem vacationis, neceſſaria autem & vtilia bonorum gratia.

e Ad omnia quidem igitur aſpicienti politico leges ferendæ & ſecundum partes animę, & ſecundum actiones ipſarum, magis autem ad meliora & ad fines. Eodem autem modo & circa vitas & rerũ diuiſiones, oportet enim poſſe nõ vacare & bellare, magis autem pacẽ ducere & vacare, & neceſſaria & vtilia agere, magis aũt oportet bona.

F apparet ex ratione obiecti, illa enim pars animæ intellectualis perfectior & melior eſt in genere intellectus, cuius obiectum magis habet rationem intelligibilis, quia natura potentiæ conſideratur ex ratione obiecti, & magis intelligibile ſecundum naturã perfectius eſt in genere intelligibilium, ſed obiectum intellectus ſpeculatiui magis habet rationem intelligibilis, quàm obiectũ intellectus practici. Huius enim obiectũ eſt bonum agibile & poſſibile aliter ſe habere, quæ minus rationem intelligibilis propter rationẽ motus & poſſibilitatis adiunctorum habẽt. Obiectum autem intellectus ſpeculatiui eſt natura entium intrãſmutabilium, aut non ſecundum quòd tranſmutabilia, quæ magis rationem intelligibilis habent, ſicut remota magis a motu & materia, ergo pars animæ ſpeculatiua excellẽtior & nobilior erit practica, ſequitur igitur ꝙ operatio ipſius perfectior & eligibilior erit, & magis habens rationem finis, iſtius principalis rationis: maiorem ſolum ponit Philoſophus cũ declaratione eius. Deinde cum dicit.

d ¶ Declarat primo totam vitam humanam & agibilia ab homine conſimiliter diuidi partibus animæ & actionibus, & diuidentia proportionaliter ſe habere illis. Secundo cum dicit. {Ad omnia quidem igitur &c.} ex dictis concludit quædã correlaria. Tertio cũ dicit. {Qui autem nunc &c.} reprobat opinionem quorundam contrariam dictis. Primo igitur dicit, quoniam actus & obiecta proportionaliter diuiduntur ipſis potentijs, & ſe habẽt adinuicem diuidentia, ſicut & ipſæ potentiæ ad ſe, tota vita humana.i. conuerſatio ſecundũ rationem, quæ eſt actus animæ rationẽ habentis, diuiſa eſt proportionaliter partibus animæ dictæ in negocium.i.in exercitium virtutum moraliũ principaliter, quæ ſunt ad alterum, & in ocium.i.in exercitiũ virtutũ contẽplatiuarum, quod magis in ocio fit, & in exercitiũ belli & pacis: & agibilia ab homine diuiſa ſunt in bona neceſſaria & vtilia ad finem, & in bona ſecundum ſeipſa, circa quę oportet ſe habere electionem, ſicut circa partes animæ, vt ſicut pars animæ rationalis per participationem eſt gratia rationalis per eſſentiam, & huiuſmodi gratia ſpeculatiuæ, ita hic bellum quærendum propter pacem & exercitium virtutum practicarum propter ocium in contemplatione, vt conſequenter magis dicet, & bona neceſſaria & vtilia in finem propter illa, quæ ſunt ſecundum ſe bona. Deinde cum dicit.

e ¶ Concludit correlaria duo, Secundum ibi. {Quare ad has &c.} In prima dicit, quia ciuilis gubernatoris & legiſlatoris eſt per leges & conſuetudines facere bonos ciues ciuitatis, gubernatorem expedit aſpiciendo ad omnia prædicta leges ordinare, puta inſpiciendo partes animæ debet quidem ferre leges, per quas bene diſponantur ad virtutes & actiones, & per quas actiones ipſarum dirigantur ſecundum rationem, & magis debet eſſe ſolicitus ad ordinandum meliora, & quæ rationem finis habent, puta circa partem animæ principaliorem & actiones eius, ſic enim videmus naturam magis ſolicitam eſſe circa nobiliora, eodem modo expedit

*Melius autem illud quod rationem habet, diuiditur dupliciter, ut nos conſueuimus diuidere, eſt enim ratio, alia actiua, alia cõtemplatiua. Sic ergo neceſſe eſt & hanc partem diuidere, & actiones, clarum eſt quòd correſpondenter ſe habere dicemus, & oportet eas actiones quæ ſunt meliores ſecundum naturam, magis expetendas eße ab illis qui conſequi poſſũt, aut omnia, aut illa duo, ſemper enim cuique id eſt maxime expetendum, cuius potiri eſt ſummum.*

G

*Diuiſa eſt autem uita tota in negocium & ocium, bellumque & pacem: & agibilium quædam ſunt neceßaria & utilia: quædam honeſta, in quibus neceßse eſt eandem eſſe optionem: &*

H *partibus animæ & ipſarum actionibus Bellum quidem gratia pacis, negocium autem gratia ocii: neceſſaria & utilia gratia honeſtorum.*

*Ad cuncta igitur hæc aſpicere debet, qui legem ponit & ad partes animæ, & illarum actiones, magis uero ad ea quæ meliora ſunt, et finis: eodem modo & circa uitas, & rerum diuiſiones. Poſſe enim oportet & in negocio uerſari & in bello, præferenda tamen eſt pax & ocium: neceſſaria & uti-*

I *lia poße agere, præferenda tamen ſunt honeſta.*

K



expedit ipſum ferre circa vitas, ideſt conuerſationes & circa diuiſiones agibilium, puta circa vtilia & ſecundum ſe bona ad dirigendum in eis. Expedit enim ciuibus habere potentiam operandi operationes virtutum practicarum & debellare quandoq; quòd ſit in non vacando, & vlterius in ocio & in tramquilitate viuere, & magis quãto hoc eſt melius ꝙ ſit in vacatione, & oportet eos vtilia in finem poſſe agere, magis autem ea quæ ſũt ſecundum ſe bona. Ad omnia autẽ iſta indigent aut habitibus quibuſdam, aut conſuetudine inclinantibus, aut legibus & ratione dirigẽtibus. Deinde cum dicit.

f ¶ Concludit ſecũdum correlarium, intendens ꝙ quia ex ſimilibus operationibus ſimiles habitus fiunt & operationes per leges diriguntur, nec parum differt ſic vel ſic a iuuene aſſuefieri, ſed multum expediens eſt in ciuitate ordinata, pueros adhuc exhiſtẽtes, ad intentiones legũ erudiri & aſſuefieri, obedire eis & operari ſecundum eas, ſimiliter eos qui ſunt alterius ætatis indigentis eruditione & aſſuefactione. Conſueta enim ſunt delectabiliora. Delectabiliora autem libẽtius & facilius operantur. Deinde cum dicit.

g ¶ Reprobat opinionem contrariam quibuſdam prædictorum, & Primo tangit opinionem ipſam, & reprobat eam. Secundo cũ dicit. {Quod autem oportet &c.} manifeſtat quoddam acceptum prius. Circa primum primo tãgit opinionem erroneam. Secundo cum dicit. {Quæ & ſ̃m rationem &c.} reprobat eam. Tertio cum dicit. {Neque itaque &c.} concludit contrarium ipſius, quod eſt principale intentum. In prima parte dicit, ꝙ quidã græcorum q̃ optime dicuntur a quibuſdã gubernare & legiſlatores inſtituentes Reſp. ipſorum, contra prædicta peccauerunt in duobus. Primo quidem, quia ordinẽ ciuilẽ nõ ordinauerunt ad finem optimum hominis. Secũdo, quia leges quæ ſignificant ordinem ciuilem & eruditionem, nõ inſtituerunt ad operationes virtutũ optimarũ, ſed magis declinauerunt ad ea q̃ videntur vtilia, per quæ poſſent ditari & ſupergredi dominando alijs, ſimiliter autem & quidam philoſophantes qui de Repub. ſcripſerunt poſterius enunciauerunt eandem opinionem, puta Plato & alij quidam, qui laudantes Remp. Lacedæmoniorũ, laudauerunt intẽtionem legiſlatoris, quia omnia ſtatuta ordinauit ad principandum a vicinis, & ad bellum per quod ſubijcerẽtur. Deinde cum dicit.

h ¶ Reprobat eam & primo ex ipſis operationibus manifeſtat ipſam redargutam. Secundo cum dicit. {Non recte autem &c.}

f Quare ad has intentiones & pueros adhuc exiſtẽtes erudiendum, & alias ætates quæcumq; indigent eruditione.

g Qui autem nũc optime videntur politizare grecorũ & legiſlatorũ, q has inſtituerũt politias, neq; ad optimũ finẽ videtur ordinaſſe quæ circa politias, neq; ad virtutes, leges, & eruditionẽ. Sed grauiter declinauerunt ad eas quæ vidẽtur eſſe vtiles & ſupergreſsiuas. Conſimiliter autẽ ijs & quidam eorum qui poſterius ſcripſerunt, protulerunt eãdem opinionem, laudãtes enim Lacedæmoniorũ politiam, laudant legiſlatoris intentionem, quod omnia ad imperare & ad bellum legis ſtatuta fecerunt.

h Quæ & ſecundum rationem facile ſunt arguibilia, & operib9 ſunt redarguta. Sicut enim plurimi hominum zelãt multis dominari, quia multo ſucceſſu fiũt eufortuniorũ, ſic & Thybron videtur laudans Lacedæmoniorũ legiſlatorẽ, & aliorum vnuſquiſque ſcribentium de politia ipſorum, quia propterea quod exercitati fuerunt ad pericula, multis principabantur.

i Quamuis palam, ꝙ quoniam nunc quidem non adhuc ineſt Lacedæmonibus principari nõ fœlices, neq; legis lator bonus. Adhuc aũt hoc ridiculum, ſi manentes in legibus ipſis, & nullo impediente ne vterentur legibus abiecerunt viuere bene.

k Non recte autem exiſtimant, neq; de principatu, quem oportet videri honorãtem legiſlatorem, eo.n qđ eſt deſpotice principari, liberorũ principatus melior, & magis cum virtute.

l Adhuc autẽ, nõ ꝑꝑ hoc oportet ciuitatem fœlicem putare,

A per rationes. Ex operibus autem docet eam redargutam dupliciter. Secundum facit ibi. {Quamuis palam &c.} In prima parte dicit, ꝙ Reſp. & leges & ſtatuta prędictorum facile poſſunt redargui per rationem, & factis contingentibus redarguta ſunt: ſi enim ordo ciuilis ipſorum & leges & eruditiones eſſent optima, tunc ex virtute aliorũ prĩciparẽtur alijs, nunc autem hoc nõ videmus, ſicut enim plures homines appetunt principari pluribus, quia principantes, fortunatos videntur habere ſucceſſus, ſic Thibron & quilibet alius ſcribens de Repu. Lacedæmoniorũ laudauerunt legiſlatorem eorum, quia multis principabantur, non quidem propter ordinem ciuilẽ per ſe, ſed quia exercitati erant ad pericula bellorũ, quamuis etiã manifeſtum ſit, quòd nunc pluribus non principãtur, nec etiam ſunt fœlices remanente eadẽ Rep. Legis igitur lator in ordinando prædictã Remp. bon9 nõ fuit. Deinde cum dicit.

i ¶ Ponit ſecundum dicẽs, quòd adhuc dignum eſt deriſiõe, ſi Lacedæmonij prædicti perſeuerantes in eiſdem legib9, quib9 prius nullo prohibẽte eos viuere ſecundũ eas non viuunt bene ſecundum rationem. Irrationabile.n. eſt, ſi leges eorum & Reſp. rectæ ſunt, ꝙ viuentes ſecundum eas nõ viuant recte. Palã autem eſt, ꝙ ipſi tenentes eaſdem leges, non ducant optimam vitã, leges igitur & ordinatio Reipu. ipſorum rectæ non ſunt. Deinde cum dicit.

k ¶ Docet eam eſſe redarguibilem per rationem, & principaliter quantũ ad principatũ. Et circa hoc primo ponit rationẽ vnam. Secundo cum dicit. {Præterea &c.} aliam. In prima parte dicit ꝙ legiſlator Lacedæmoniorũ & aliorum prædictorum, non rectam exiſtimationem habent de principatu ſupremo in Republica, quẽ maxime videntur honorare & iudicant honorandum ſicut optimum, principatus enim ipſorum eſt principatus dominatiuus, quo principantur etiã indigni ſeruire. Tali enim principatu eſt alius principatus ciuilis liberorum excellentior & magis ſecundum virtutem, quare magis laudandus erit. Deinde cum dicit.

l ¶ Ponit ſecundam rationem dicens, quòd non eſt rationabile credere ciuitatem eſſe fœlicem, & legiſlatorem ipſius laudare, quia poteſt principari ſuper vicinos qualitercumque, principari enim ipſis quomodocumque optimum non eſt, ſed magnum nocumentum affert ciuitati: ſi enim hoc optimum eſſet, ſi in ciuitate aliquis inueniretur prępotens alijs expedire ipſum propriæ ciuitati principari ſolum, & tentare qualiter poſſet eam totam ſubijcere ſibi, de quo ſicut de in-

*Itaque ad hæc, tamquam ad ſignum, & pueri adhuc exiſtentes, & aliæ ætates quæ indigent, per diſciplinam ſunt dirigendi.*

*Nam qui nunc græcorum recte gubernari videntur, & legum latores, qui eas Reſpublicas inſtituere, neque ad optimum finem videntur aſpe-*

B *xiße, neque ad omnes virtutes diſciplinam & leges direxiße, ſed onerose declinauerunt ad illas uirtutes quæ videntur vtiles, ac plus habere faciũt, ſimiliter quoque poſteriorum quidam ſcriptores, opinionem ſuam eandem oſtenderunt: laudantes enim Lacedæmoniorum Rempublicã admirãtur & commendant legiſlatoris eius propoſitum, quòd omnia ad potentiam & ad bellum direxerit.*

C *Quæ & per rationem refelli poſſunt, & per facta ipſa nunc reprobata ſunt: vt enim plurimi hominum dominari late cupiunt, quoniam exinde multa proueniunt fortunæ commoda, ſic Thibron admirari laudareque videtur Lacedæmoniorum legiſlatorem, & quicumque alter qui de Republica illorum ſcripſit, quod propter exercitationem eorum ad pericula, multorum dominationem ſibi compararunt.*

*Atqui patet, quòd cum non ha-*

D *beant nunc dominationem Lacedæmonii, nec fœlices amplius eßent, nec legiſlator eorum bonus. Inſuper illud ridiculum, ſi permanentes in legibus eius, nulloque impediente illis legibus uti, omiſerunt bene uiuere.*

*Non recte uero ſuſcipiunt, neque de dominatione ad quam intendiſſe legiſlatorem oſtendunt, nam imperium liberorum melius eſt, ac magis ex uirtute, quàm dominari ut ſeruis.*

E *Præterea non per hoc ciuitas fœlix eſt exiſtimanda, neque legiſlator*

& legislatorẽ laudare, quia præualere potuit ad principari ſuper vicinos. Hæc.n. magnũ habent nocumẽtũ: palã.n. ꝙ & ciuiũ potenti hoc tẽtandũ proſequi, qualiter poſsit propriæ ciuitati principari, de quo quidem accuſant Lacedæmones Pauſaniam Regem, & quidem habentem tantum honorem. G

m Neq; itaq; talium legum & rationum politica nulla, neque proficua, neque vera eſt. Hæc.n. optima & ſigillatim & cõiter legiſlatorem efficere oportet, hęc in animabus hoĩum. Idq; qđ hominũ, & quod aduerſariorũ ſtudium, non huius gratia oportet meditari, vt ſeruituti ſubijciãt indignos, ſed vt primo ipſi non ſeruiant alijs, deinde vt zelent H præſidatum gratia vtilitatis ſubditorũ, ſed non gratia deſpoticæ omnium, Tertio autem deſpotizare dignis ſeruire.

n Quòd autem oportet legiſlatorem magis ſtudere gratia ordinis & pacis, teſtantur ea quæ fiunt rationibus, plurimę enim talium ciuitatum, bellantes quidem ſaluantur. Poſtquàm autem obtinuerũt principatum, pereunt, rubiginem enim contrahunt, ſicut ferrum pacem du I centes. Cauſa autem legiſlator, non erudiens poſſe vacare.

o Quoniam autẽ idem finis eſſe videtur & cõmuniter & ſigillatim hominibus, & eũdem terminum eſſe neceſſariũ optimo viro, & optimæ politiæ, manifeſtum quòd oportet eas quæ ad vacationem virtutes exiſtere.

p Finis enim ſicut dictũ eſt, ſæpe pax quidẽ belli, vacatio autẽ K

*laudandus quòd vincere docuerit, & finitimis dominari: hæc enim magnum continent nocumentum; nam & aduerſus ciues hoc aget qui poterit; & ciuitati ſuæ dominari quæret: de quo accuſant Lacedæmonii Pauſaniam, licet in tanta dignitate conſtitutum.*

*Nec ſane aliqua huiuſmodi ratio eſt, aut lex ciuilis, neque utilis, neque uera: eadem enim optima & priuatim, & publice legiſlatorem inducere oportet in animos hominum, neq; exercitatio rerum bellicarum ob id eſt meditanda, ut in ſeruitutem adigant immerentes, ſed primum ne ipſi ſeruire aliis compellantur, deinde ut imperium quærant gratia utilitatis ſubiectorum, non autem omnium dominationem. Tertio ut eis dominentur qui ſeruire ſunt digni.*

*Quòd autem oporteat legiſpoſitorem ſtudere vt prouiſio ſua circa res bellicas, & circa alias inſtitutiones ad ocium & ad pacem referatur, id atteſtatur, quòd pleræq; talium ciuitatũ bellum gerentes conſeruantur, ſed cũ dominationem adeptæ ſunt, deſtruuntur. Splẽdorem enim, ueluti ferrum per pacem amittunt, cauſa huius eſt legiſpoſitor, qui non ita inſtituit, ut ocio ſtare poſſint.*

*Cum ergo idem finis eſſe uideatur publice & priuatim hominibus, & eandem diffinitionem eſſe neceſſe ſit uiro optimo & optimæ Reipu. manifeſtum eſt oportere uirtutes eas, quæ ad ocium ſpectant illi exiſtere.*

*Finis enim eſt, ut ſæpe iam diximus belli pax, negocii ocium: ſunt*

de inconuenienti Lacedæmones increpauerunt Pauſaniam regem ipſorum qui honorem regalem habens apud eos, & diuitias & poſſeſſiones multas, voluit propriæ ciuitati ipſorum principari ſolus, prædictus igitur modus principandi optimus non eſt. Deinde cum dicit.

m ¶ Concludit contrarium dicens, quòd ex prædictis rationibus manifeſtũ eſt, ꝙ nulla legũ prædictarum & rationum, q̃ ad prędictum modũ gubernandi ordinatur ciuilis eſt, hoc eſt ordinata optime, neque proficua ciuitatibus, neque etiam vera eſt in ſe, quia non ordinata ad optimũ finem, vt prætendũt. Eadem enim optima & priuatim & publice inducere oportet in animos hominum legiſlatorem & ſtudium ciuiũ quod habent & ad ciues, & etiam ad aduerſarios non ordinari ad hoc vt ſubijciant ſeruituti eos qui nõ ſunt naturaliter ſerui. Talis enim principatus cũ ſit contra inclinationẽ naturalẽ nõ põt eſſe continuus, nec amicabilis, ſed debent intendere primo, ꝙ ipſi non efficiãtur ſerui aliorũ indigni exiſtentes. Secundo, ſi appetant principatũ, appetant ipſum propter vtilitatem ſubditorum non propriã, nec propter hoc vt principentur eis dominatiue, hęc enim eſt differentia inter dominatiuum principatum & ciuilem, q. principans principatu dominatiuo principatur per ſe propter vtilitatem ſubditi, econtrario eſt de ciuili, ſicut dictũ eſt ĩ Tertio huius. Tertio aũt debent intendere qualiter principabũtur eis qui nati ſunt eis ſeruire, hoc.n. eſt iuſtũ, & ad tales contingit mouere iuſtũ bellũ, ſi fuerint rebelles. Deinde cũ dicit.

n ¶ Declarat quoddã ſuppoſitũ per ſignũ dicẽs, ꝙ ea quæ apparent ad ſenſum teſtificantur rationi, quia magis oportet legiſlatorem intendere ad pacem quàm ad bellum, & magis ſtudere gratia huius q̃ illius, ſicut ſuppoſitũ eſt prius. Videmus.n. ꝙ plurimæ ciuitates q̃ diu ſunt in exercitio belli cõtra aduerſarios, ſaluãtur. Cũ autẽ obtinuerint cõtra eos & viuũt in pace, corrũpitur Reſpu. eorum: Bellantes.n. multas virtutes habẽt, ſicut dictũ eſt prius, puta temperantiæ, fortitudinis, liberalitatis, & religionis, ꝓꝑ quas ſibijnuicẽ minus ſunt iniurioſi, pacẽ autẽ habentes occaſionẽ exercitãdi in actibus hmõi virtutũ nõ habẽt, dant aũt ſe voluptatibus cõgregãtes diuitias per quas eſtimãt ſe poſſe voluptuoſe viuere, ꝓꝑ qđ efficiuntur ſibijnuicẽ iniurioſi & ſeditionẽ inducũt, delicatã.n. & quietã vitã ducẽtes quaſi rubiginẽ prauorũ habituũ & cõſuetudinũ contrahunt, exercentes autẽ ſe in bellicis clarificantur per actus virtutum, ſicut ferrũ quia tum de facili rubiginẽ contrahit, elaboratum autẽ quamuis vſus conſu- F mat, clarificat tamen & emendat, ſicut Seneca dicit: cauſa autem huius fuit legiſlator ipſorũ qui non ordinauit eis honeſtas occupationes quibus vacarent cum ceſſarent a bellis, puta exercitium ſtudij in philoſophia & partibus eius, hoc.n. multas & admirabiles delectatiões habet puritate & firmitate, ſicut dicit Philoſophus. 10. Ethicorum. Cap. 10. Deinde cum dicit.

o ¶ Declarat ꝙ ciuitatẽ & vnumquemq; exiſtẽtes ſimpliciter fœlices oportet habere omnem virtutẽ. Et primo hoc declarat. Sc̃do cũ dicit. {Quòd quidem igitur &c.} concludit hoc declaratũ, adiungens quãdã perſuaſionẽ. Circa primũ primo oſtẽdit, ꝙ debentem fœlicitari ſimpliciter oportet præhabere oẽs virtutes, quæ exiguntur ad vacationẽ. Secundo cũ dicit. {Finis eſt.n. &c.} oſtendit ꝙ oportet præhabere oẽs virtutes; & quæ ad vacationẽ, & quæ non ad vacationem ordinãtur. Circa primum eſt intelligendum ꝙ ſi finis eſt, neceſſe eſt præexiſtere ea quæ ad finem ſunt per ſe, ſicut ſi fiſtulatio eſt, neceſſe ẽ præexiſtere fiſtulas. Vltimus autem finis vniuſcuiuſque hominis eſt contemplatio aliqua alicuius intelligibilis, & idẽ eſt finis toti[9] ciuitatis optime ordinatæ, ſicut oſtenſum eſt in principio illius Septimi. Ad hanc autem ordinantur primo habit[9] intellectus perfectiſſimus cuius eſt actus. Deinde habitus imꝑfecti ipſius per quos dirigitur in ſpeculando entia, quorum cognitio via eſt in cognitionem intelligibilis primi. Tertio habitus partis animę appetitiuæ, per quos regulatur appetitus, ne præter rationẽ diuertatur homo ab intelligibilib[9] primis, detentus circa paſſiones & motus irrationales. Deinde autem virtutes per quas acquirit bona exteriora, ſecundum quòd neceſſaria ſunt ad finem, & repellit motus impedientium ab ipſo, ergo neceſſe eſt ſi finis vniuſcuiuſque hominis vel ciuitatis exiſtat, præexiſtere huiuſmodi virtutes omnes, & ideo dicit, quoniam idem finis videtur eſſe & cõmuniter omnium hominum ſecundum quòd homines ſunt ſimpliciter, & vniuſcuiuſque ſingulariter accepit ſecundum quòd homo, & idẽ vltimus terminus actionum optimi viri & optimæ Reipublicę, ſicut oſtenſum eſt prius in iſto Septimo. Huiuſmodi autem eſt ſpeculatio perfecta intelligibilium primorum, quæ in vacationem ab exterioribus exiſtit, maxime autem ad hunc ordinantur omnes virtutes quæ ſunt ad quietem hominis ab exterioribus, manifeſtum eſt quòd ſi homo ſecundum ſeipſum vel tota ciuitas fœliciteur neceſſarium eſt pręexiſtere omnes virtutes quę ſunt ad vacationem, ſeu quietem. Deinde cum dicit.

p ¶ Declarat quòd neceſſarium eſt præhabere omnes quæ ad vacationem



non vacationis, vtiles aũt virtutum ad vacationẽ & deductionem ſunt, quarũ in vacatione ẽ opus, & quarũ in nõ vacatione. Oportet.n. multa neceſſariorũ exiſtere, vt deinceps vaces, ꝓꝑ quod tẽperatam eſſe ciuitatem conuenit, & fortẽ & perſeuerantiuam: ſecundũ Prouerbiũ.n. non eſt ſeruis vacatio. B

q Qui aũt non poſſunt periclitari viriliter, ſerui inuadẽtium ſunt, fortitudine quidẽ igitur & perſeuerantia opus eſt, ad nõ vacationẽ, philoſophia aũt ad vacationẽ, temperantia aũt & iuſtitia in vtriſq; tẽporibus, & magis pacẽ ducentibus & vacantibus, bellum quidem.n. cogit iuſtos eſſe & tẽperate agere, fruitio aũt bonæ fortunæ & vacare cum pace, iniuriatores facit ma C gis, Multa igitur indigent iuſtitia & multa tẽperãtia, qui optime videatur agere & omnibus beatis frui, velut ſiqui ſunt, ſicut Poetæ aiunt in beatorũ inſulis, maxime.n. ii indigebunt philoſophia, & tẽperantia, & iuſtitia, quanto magis vacant in abundantia talium bonorum.

r Quòd quidẽ igitur futuram fœlicitari, & ſtudioſam futurã ciuitatẽ oportet iis virtutibus participare, manifeſtũ, cum.n. D ſit turpe non poſſe vti bonis, ad huc aũt magis non poſſe in vacatione vti, ſed non vacantes quidem & bellantes videri bonos, pacem aũt ducentes & vacãtes, ſeruiles. Propter quod oportet, non ſicut Lacedæmoniorũ ciuitas virtuti ſtudere. Illi quidẽ.n. non hac differunt ab aliis in nõ putare eadẽ aliis maxima bonorũ, ſed in fieri hæc magis, ꝑ quandã virtutẽ. Quoniã aũt maiora bona quàm q̃ belli hæc, & frui- E tionẽ horũ, aut eã quæ virtutũ, & quia ꝓꝑ ipsã, manifeſtũ ex iis.

*autem utiles ad ocium, & quietem uirtutes, quarum opus in ocio eſt, & quarum in negocio. Oportet autem multa negociorum nobis exiſtere, ut liceat in ocio eſſe, quapropter temperatam ciuitatem eſſe oportet, ac fortẽ & patientem, nam (ut eſt in Prouerbio) nullum ocium ſeruis.*

*Qui uero non poſſunt fortiter pericula ſubire, ſerui ſunt inuadentium. Fortitudine igitur & conſtantia opus eſt ad negocium, philoſophia uero ad ocium, temperantia autem & iuſtitia in utroque tempore, ſed magis in pace & ocio, nam bellum quidem ipſum cogit homines eſſe iuſtos ac temperatos, fortunæ autem proſperæ fruitio, & ocium cum pace, petulantes magis facit, multa igitur iuſtitia multaque temperantia indigent hi, qui in optimo ſtatu conſtitui uidentur, & in fruitione omnium rerum quæ beatos facere putantur, ueluti ſiqui ſunt, ut Poetæ tradunt, in beatorum inſulis, maxime enim hi philoſophia, & temperantia, & iuſtitia indigerent, quanto magis ocioſi ſunt in abundãtia talium bonorum.*

*Qua igitur de cauſa beata & ſtudioſa futura ciuitas his indigeat uirtutibus, manifeſtum eſt. Turpe eſt enim non poſſe frui bonis, ſed in negociis quidem & bello, uiros probos uideri, in ocio autem & pace, ſeruiles. Quãobrem oportet, nõ quemadmodum Lacedæmoniorum ciuitas uirtutem exercere. Illi enim non eo ab aliis differũt quòd non putent eadem maxima bona quæ cæteri, ſed eo quòd prouenire illa exiſtimant magis per aliquam uirtutem. Cum uero maiora ſint hæc bona, quàm ea quæ belli, & fruitio eorũ quàm uirtutum, & quia illius gratia, manifeſtum ex his.*

vacationem, & quæ ad non vacationem. Et primo facit hoc. Secundo cum dicit. {Qui autem non pñt &c.} Tangit quæ virtutes ordinantur ad vacationem & non vacationẽ, & quæ ad vtrũque. Circa primum intendit, ꝙ ſicut dictum eſt, omnes virtutes quę ordinantur ad vacationẽ præexiguntur ad fœlicitatẽ vniuſcuiuſq; ciuitatis, ſed ad vacationem contemplationis ordinãtur omnes virtutes, & quæ ad vacationẽ, & quæ ad non vacationẽ ſunt, ergo omnes præexiguntur ad fœlicitatem, minorẽ huius declarat dicẽs, ꝙ ſicut ſupra dictum eſt ſæpe, finis belli ẽ pax, nullus enim bellatur belli gratia, ſed pacis magis, ſicut dicitur. 10. Ethico. Et finis operum quę non in vacatione ſunt, ſũt ea quę in vacatione, quia ea quorum op[9] in vacatione & non vacatione vtilia ſunt ad vacationem & delectationem quæ in ea, aut quia in earũ operatione conſiſtit finis, aut quia diſponũt ad ipſum, aut remouent prohibẽtia. Si enim aliquis debeat vacare multa oportet pręexiſtere, neceſſarium ẽ igitur ciuitatem & vnumquemque debentem fœlicitari habere tẽperãtiam, & iuſtitiã, & ſapientiam, & cæteras huiuſmodi virtutes, quæ ad vacationem ſunt, & fortitudinem, & perſeuerãtiam, & quæ ad non vacationem, dico autem ciuitatem debẽtem fœlicitari, oportere pręhabere virtutes quæ ad vacationem quãtum ad partes principales eius, quæ ſunt liberi, non quantum ad ſeruos. Ad ſeruos enim non pertinet vacatio, ſicut Prouerbiũ dicit. Deinde cum dicit.

q ¶ Tangit quæ ſũt virtutes, quæ per ſe ordinantur ad vacationem vel non vacationem, vel ad vtrũque, intendens ꝙ illis virtutibus opus ẽ ad non vacationẽ & bellum, quibus prohibentur ne ſint ſerui aliorum, ſed illi qui non ſunt diſpoſiti aggredi pericula maxima quæ in bello, nec ſunt perſeueratiui in eis, ſerui ſunt eorum qui inuadunt eos qui prohibentur per fortitudinem & perſeuerantiam: fortitudinis igitur & perſeuerantiæ virtutibus opus eſt ad non vacationem, philoſophia autem neceſſaria eſt ad vacationem contemplationis, contemplatio.n. eſt opus eius. Ad vtrumque aũt neceſſariæ ſunt, temperantia per quam reprimuntur motus concupiſcentiarũ, & iuſtitia per quã diriguntur operationes hominis ad alterum, magis tamen vacantibus & ducentibus pacem q̃ non vacantibus propter exercitium belli & periculum quod in eo eſt, diſponuntur ad opera temperantiæ, quia ſecundum poetam. Ocia ſi tollas, periere cu- A pidinis arcus, ſed ad opera aliarum virtutum multarum. Militaris enim vita multas partes habet virtutis, ſicut dicebatur in Secundo huius, econtrario, fruitio bonorum fortunæ in tranquillitate diſponit ad iniurias, poſſeſſio enim diuitiarum contumelioſos & ælatos facit, credentes enim omnia habere per ipſas, credũt omnia bona poſſidere in poſſidendo eas, ſicut dicitur ſecũdo Rhetoricæ, & iõ efferuntur per elationem & contemnunt alios, propter quod eis qui volunt fœliciter agere & frui omnibus, quæ ad beatitudinem pertinent, neceſſaria eſt temperantia & iuſtitia multa, ſicut ſi qui ſunt in inſulis beatorũ, ſicut Poetæ dicunt, dicentes inſulas quaſdam eſſe, in quibus animæ bene operantium dũ viuunt fœliciter perſeuerant poſt mortẽ. Talibus autem maxime neceſſaria eſt philoſophia, ĩ cuius actu conſiſtit vltimus finis, & temperantia, ꝑ quam ſedantur concupiſcentiæ, & iuſtitia, per quam regulãtur operationes ad alterum, & tãto magis quanto magis perſeuerant in abundantia bonorum taliũ. Deinde cum dicit.

r ¶ Recolligit dicta adiungendo quandã perſuaſionem dicẽs, ꝙ ex his quę dicta ſunt, manifeſtũ eſt ꝙ ciuitatẽ, quæ futura ẽ fœlix & virtuoſa ſimpliciter omnes virtutes oportet habere & quæ ad vacationẽ, & quæ ad non vacationem ſunt. Si.n. turpe eſt hominem qui determinaẽ ratione nõ poſſe vti ſecundũ rationem bonis interioribus & exteriorib[9], adhuc magis turpe ẽ non poſſe vti eiſdem ſecundum ipſam cũ vacat a bellicis operationibus, cũ tunc magis intendere poſſit, & pauciora habens impedimenta, ſed nõ vacando ab exteriobus, & bellando videri facere opera bonorum, vacando autem & pacem ducẽdo, ducere vitam ſeruilẽ & præter rationẽ, & ideo non oportet ciuitatem debentẽ fœlicitari tantũ intendere & ſtudere virtuti, hoc ẽ fortitudini quæ ordinatur ad bellũ, ſicut fecerũt Lacedæmonii, non.n. differenter ſe habuerunt ad alios, in hoc ꝙ non crederẽt eadem eſſe maxima bona hominis quæ alii. ſ. opera virtutũ, ſed magis in hoc ꝙ opinabantur hoc fieri ꝑ vnam virtutem, alii autem ꝑ aliam: ipſi.n. opinabantur optimum bonũ hominis conſiſtere in actu fortitudinis bellicæ, alii aũt in actu ſapientiæ magis. Manifeſtũ eſt igitur ex his quæ dicta ſunt, qm̃ contingit eſſe quædã bona maiora hominis q̃ quæ ſm̃ bellum ſunt, & eſſe iſta magis contingit in fruitione & actu q̃ in habitu, & iſtorum illa magis quæ propter ſeipſa quæruntur, q̃ quæ propter alia.

LECTIO

## LECTIO XII.

Poſtquam Philoſophus oſtēdit quis ſit vltimus finis optimæ vitæ humanæ, tranſit ad declarandum qoaliter & per quas adinuentiones ſiunt optimi viri in ordine ad ipſam. Et circa hoc primo præmittit intētionem ſuam & ordinem conſiderandi. Secundo cum dicit. {Manifeſtum vtique &c.} Proſequitur. In prima parte dicit ꝙ declarato quis ſit vltimus terminus optimæ vitæ humanæ, cōſequenter conſiderādū eſt, per quæ & qualiter fient boni & ſtudioſi in ordine ad ipſum. Diſtinximus autem prius tria quæ neceſſaria ſūt ad hoc, ſcilicet natura, conſuetudo, & ratio, ſecundum quales oportet eē futuros ſtudioſos, & bene gubernātes ſecundum naturam, quoniam intellectiuos & animoſos, ſicut dictū eſt prius, & ideo relinquit nūc conſiderandum quales oportet eſſe ſecundum conſuetudinem & *diſciplinam*. Prius tamen conſiderandū eſt, vtrum prius inſtruendi ſunt ſecundum rationem vel intellectum, aut ſecundum cōſuetudinem ſeu appetitū, & vtrū prius diſponi ſecundum animam, aut ſecundū corpus, oportet enim iſta conſonare adinuicem conſonantia debita, ita ꝙ illud quod natum eſt prius diſponi ſecundum naturam diſponatur prius, & qđ poſterius, poſterius. Cōtingit enim multoties peccare rationem ab eo, quod eſt optimum, & duci per ſimilia & apparentia quædam, ad ea quæ præter naturā ſunt, ita vt pri⁹ nitatur diſponere, quod poſterius natum eſt perfici, ſed cum ratio poſterior ſit natura & imitetur eam, optimum eſt in his quę rationis ſunt ſequi diſpoſitionem ipſius naturæ, ita vt prius conſideret & diſponat, quæ prius nata ſunt conſiderari & diſponi ſecundum naturam. Deinde cum dicit.

b ¶ Proſequitur. Et primo declarat ꝙ futuri ſtudioſi & boni prius diſponendi ſunt ſecundum corpus q̃ ſecundum animam, & ſecundum appetitum q̃ ſecundum intellectum. Secundo cū *dicit*. {Siquidem igitur &c.} Qualiter diſponendi ſunt ſecundum iſta. Circa primum, primo oſtendit ꝙ generationem hominis & conſuetudinem oportet ordinari ad rationem & intellectum. Secundo cum dicit. {Deinde vt corpus & anima &c.} Oſtēdit ꝙ appetitus irrationalis prior eſt q̃ intellectus in actu perfecto. Tertio cum dicit. {Propter quod &c.} Concludit ex iſtis ꝙ prius oportet curare de diſpoſitione corporis q̃ animę, & appetitus irrationalis q̃ intellectus. Primo igitur dicit, in omnibus in quibus eſt aliquis finis ea quæ ſunt ad finem oportet ordinare in ipſum & diſponere ſecundum ꝙ ipſi congruunt: manifeſtum eſt autem ꝙ ſicut in aliis qui ſunt ſecundum naturam & ſecūdum artem, generatio incipit ab aliquo principio primo F imperfecto & terminatur in aliquid perfectum & finem. Huiuſmodi autem finis hoc eſt terminus eſt alicuius moti ab aliquo principio imperfecto, ita & in homine generatio incipit ab aliquo imperfecto, & tendit in aliquid perfectum & finem. Huiuſmodi autem terminus & finis naturalis hominis eſt ratio & intellect⁹ in actu nō in potentia, quare generationē ipſius hominis & ſtudium circa conſuetudines & diſpoſitiones ipſius, oportet ordinari ad rationem & intellectum perfectum, & ipſa diſponi ſecundū ꝙ ipſi congruunt. Deinde cum dicit.

c ¶ Oſtendit ꝙ appetitus irrationalis generatione pręcedit intellectum in actu dicens, ꝙ poſtea ſicut corpus & anima ſunt duo differentia adinuicem, quia corp⁹ rationem materiæ, & ſubiecti habet, anima autem rationem actus, ita animam hominis videmus duas partes habere, quarū altera rationem moti & ſubiecti habet, reliqua autem rationem principalis mouentis, videlicet appetitus irrationalis, qui natus eſt regulari a ratione, & rationalis pars per eſſentiam quæ rationem mouentis habet, & iſtorum duorum ſunt duo habitus differentes ſecundum numerum. Primi quidem virtus moralis, ſecūdi autem intellectualis, & alterum iſtorū appetitus eſt, alterū autem intellect⁹ ſeu ratio. Sicut igiť corpus ſecundum viam generationis præcedit animam, ita appetitus irrationalis intellectum & rationē in actu, & hoc apparet ex hoc ꝙ anim⁹, ideſt virtus iraſcibilis, & voluptas & cōcupiſcentia inſunt pueris ſtatim ex natiuitate. Intellectus autem & ratio in actu, non inſunt niſi procedente tempore. Si aliquis argueret contra K hoc quod dictum eſt, quoniam appetitus irrationalis in homine eſt qui non eſt regulatus ratione ſecundum ſe, regulatus tamen a rationali per eſſentiam, ſed rationale ſecundum ſe prius videtur eſſe q̃ regulatum a ratione, tum quia mouens eſt prius moto, tum quia ſimplex prius compoſito, ſicut albedo q̃ albū. Et eſt dicendum ad hoc, ꝙ prius dicitur aliquid alio, hoc quidē ſecundum ſubſtantiam & perfectionem, & ſic intellectus præcedit appetitum, ſicut mouens motum & forma materiam. hoc autem ſecundum viam generationis, ſicut materia prior eſt forma, & tunc appetitus poteſt conſiderari ſecundum ꝙ natus eſt regulari a ratione, & ſic prior eſt generatione intellectu ſeu ratione determinante ipſum, aut ſecundum ꝙ regulatus in actu, & ſic poſterior eſt ſicut compoſitum ſimplici, & per hoc apparet ſolutio ad rationem. Deinde cum dicit.

d ¶ Cōcludit ex dictis, ꝙ prius oportet diſponi corpus q̃ animam, & appetitum q̃ intellectum, dicens, ꝙ propter hoc quia prius oportet quærere & diſponere ea quæ ſunt ad finem quàm ipſum finem, & corpus ordinatur ad intellectum & rationem, ſicut

## LECTIO XII.

Qvaliter aūt, & per quæ erit hoc, vtique ſpeculādum, diuiſimus itaque prius quod natura & cōſuetudine & ratione opus eſt. Horū aūt quales quidem quoſdam oportet natura determinatum eſt prius. Reliquum autem conſiderare, vtrum inſtruendi prius ratione vel conſuetudinibus, hæc enim oportet adinuicem conſonare conſonantia optima, contingit enim peccare, & rationē ab optima ſuppoſitione & per ſimilia duci.

b Manifeſtum vtique hoc, primo quidem ſicut ī aliis, quomodo generatio a principio eſt, & finis ab aliquo principio alteri⁹ finis. Ratio autē nobis & intellectus naturæ finis. Quare ad hoc generationum, & conſuetudinum ſtudium oportet præparare.

c Deinde ſicut corpus & anima duo ſunt, ita & animæ videmus duas partes, quod irrationabile, & rationem hebens, & habitus horum duos ſecundum numerum, quorū hic quidem eſt appetitus, hic aūt intellectus, ſicut aūt corpus prius generatiōe quàm aīa, ita & qđ irrationabile quàm rōnem hn̄s. Manifeſtū aūt ex hoc: animus.n. & volūtas, adhuc aūt, & concupiſcentia, & mox natis exiſtunt pueris, ratiocinatio autem & intellectus, procedentibus nata ſunt infieri.

d Propter quod primo quidem corporis curam neceſſariam eē

## *LECTIO XII.*

*Qvomodo autem, & per quæ id erit utique conſiderandū diximus ſupra, diuidentes quòd & natura, & more, & ratione indigemus. Ex his autem quales aliquos natura eſſe oportet, determinauimus, reſtat uidere, utrū ratione prius an moribus ſit eruditio facienda. Hæc enim ſimul concordare debent optima concordatione. Contingit enim rationem aberrare ab optima ſuppoſitione, & ſimiles per mores duci.*

*Clarum eſt hoc, primum quidem, quemadmodum in aliis, quòd generatio eſt a principio, & finis a principio aliquo alterius finis. Ratio autem nobis et mens naturæ finis, quare ad hæc generationem ac morum inſtitutionē parare oportet.*

*Deinde ut anima et corpus duo sūt, ita quoque duas uidemus eſſe animæ partes, unam irrationalem, alteram quæ habet rationem, habitus quoque earum duos, quorum alter eſt appetitio, alter mens. Vt autem corpus in generatione antecedit animam, ſic pars irrationalis antecedit eam partem quæ habet rationem, patet id in pueris, quibus ſtatim ira & uoluntas, & concupiſcentia exiſtit, at ratio & mens procedente ætate in illis fieri natæ ſunt.*

*Quapropter, corporis curam neceſſe eſt prius ſuſcipere quàm animi.*



ſicut in finem, vt probatum eſt prius, & appetitus ſimiliter ſicut A materia ad formam, manifeſtum eſt ꝙ prius oportet facere curam corporis q̃ animæ. Deinde eam quę appetitus propter ipſum intellectum, & gratia ipſius & gratia iſtius eiuſdem curare omnia illa, quæ ſunt ipſius animæ, omnes enim partes animæ & habitus ordinantur ad perfectionem, quæ ſecundum intellectum eſt. Deinde cum dicit.

e ¶ Declarat qualiter, & per quæ diſponendi ſunt ad virtutem. Et primo qualiter ſecundum corpus & appetitum. Secundo cū dicit. {Quòd quidem igitur &c.} in principio octaui, qualiter ſecūdum intellectum & rationē. Circa primum primo præmittit intentionem ſuam & ordinem conſiderandi. Secundo cum dicit. {Oportet quidē igitur &c.} Proſequiť. In prima parte dicit quoniam legiſlatorem optimū primo oportet intendere qualiter, & per quę ciues optime diſponantur ſecūdum corpus. Diſpoſitio autē optima ciuium primo dependet ex bona diſpoſitione generātium in actu generationis, qui ſit per coniunctionem maris & fœminæ per copulam nuptialem: ergo conſiderāda ſunt ei ea quæ ſunt circa huiuſmodi copulam ſeu coniugiū, videlicet qua ætate, & quo tempore, & qualibus exiſtentibus copulādis ineūda eſt huiuſmodi coniunctio nuptialis. Deinde cum dicit.

f ¶ Proſequitur, & quoniā bona diſpoſitio ciuium, ſicut dictum eſt, primo pendet ex diſpoſitione generantium, deinde ex diſpoſitione matris, tempore geſtationis. tertio autem ex conuenienti alimento & cōſuetudine poſt natiuitatem. Primo declarat qualiter diſponendi ſunt generantes ad bonam diſpoſitionem prolis futuram. Secundo cum dicit. {Oportet autem & pręgnantes &c.} Qualiter prægnantes. Tertio cum dicit. {De reſeruatione autem &c.} Qualiter curandi ſeu diſponendi ſunt pueri poſt natiuitatem. Circa primum primo oſtendit quando facienda eſt copula nuptialis. Secundo cū dicit. {Qualibus autem quibuſdam &c.} Quales oportet eſſe copulandos ſecundum habitudinem corporis. Circa primū primo oſtendit qua exiſtente ętate vtriuſque, oportet eam fieri. Secundo cum dicit. {De eo quidem igitur &c.} Quali exiſtente temperatura ſeu diſpoſitione continentis. Circa primum primo oſtendit, ꝙ oportet eam fieri tēpore & ætate determinatis. Secundo cum dicit. {Quoniam enim determinatus eſt &c.} Declarat quæ ſunt tempus & ætas determinata, in quibus oportet fieri. Primum ipſe primo declarat per rationem ſumptā ex cautela diſſenſionum & diuerſitate copulandorum. Secundo cum dicit. {Deinde ad puerorum ſucceſſionem &c.} Per rationem ſumptam ex eis quæ accidunt ſecundum ſucceſſionem puerorū ad patres. Tertio cum dicit. {Adhuc autem &c.} Ex ea quæ ſumitur ex bona diſpoſitione prolis vel puerorum futura. In prima parte dicit, ꝙ oportet legiſlatorem intendentem bonam diſpoſitionem puerorum futuram ordinare leges & ſtatuta circa A communicationem nuptialem ciuium, conſiderando ad diſpoſitionem ipſorum tempore quo copulantur, vt ſcilicet ſint perfecta in ſe, & bene ſe habentia ad generationem, & conſiderando ad tempus vitæ vtriuſque & maris & fœminæ, quantum ſcilicet vterque ſecundum naturam viuere poteſt, ita vt conueniant ad actum generationis, primo in ætate qua hic perfecte poteſt generare, & illa concipere, ſuppoſita bona diſpoſitione ipſorū in ſe, & in ordine ad finem temporis vitæ eorum, vt ſimul vel ferè hic poſſit generare & illa cōcipere, & non diſſonent potentiæ, ita vt iſte poſſit generare, & illa nō concipere, aut econtrario, iſta poſſit concipere, ille vero non generare, propter diſpoſitionem iuuentutis vel ſenectutis: iſta enim inducunt diſſēſionem & diuerſitatem inter ipſos. Si.n. copulentur tempore quo vnus poſſit generare, alter nō, propter ætatem adinuicē diſſentiunt, & ideo copulam alteram petūt quod eſt inconueniens, vt igitur videtur diſſenſio & diuerſitas inter eos copulandi ſunt in ætate conueniente vtrique in ordine ad tempus durationis ipſorum. Deinde cum dicit.

g ¶ Ponit ſecundā rationem dicens, ꝙ ſecūdo copulādi ſunt in ętate conuenienti conſiderando ſucceſſionem puerorum ad patres, ſicut enim parentes ſecundum legem naturæ tenētur filiis ad nutrimentū & diſciplinam vſque ad perfectum, ita neceſſitate quadam parentibus impotentibus factis, tenentur filii ſubuenire in neceſſitatibus, auxilium autem quod poteſt accidere ſenioribus parentibus a pueris genitis in ſenectute eorum ſine profectu, eſt propter impotentiam puerorum, ſimiliter auxilium quod poteſt accidere pueris in ſenectute genitis a parentibus ſenioribus exiſtētibus, debile eſt propter impotentiam eorum ex ſenectute, & ideo non expedit copulam nuptialem fieri ſenibus exiſtentibus, neque etiam valde prope principium natiuitatis, hoc eſt nimis iuuenibus exiſten- E tibus, multū enim diſplicet quandoque iuuenes exiſtentes pueros habere quaſi coætaneos & minus verentur filii parentes iuuenes, & verecundantur minus male in eorum conſpectu, quaſi coæui & nutriti cum eis propter conſuetudinem, & magis conquæruntur in inuicem circa ea quæ ad mutuam diſpenſationē pertinent, cum ſint ſimul ęque potentes vel impotentes æque, & ita cum filius requirit a patre iuuari in neceſſitatibus, poteſt reſpondere ipſum æqualiter poſſe ſibi & econtrario. Deinde cum dicit.

h ¶ Ponit tertiam rationem, dicens ꝙ adhuc idem poteſt oſtēdi per rationem ſumptam ex his quæ *diximus* prius, vnde incępimus ſermonem de hoc, oportet enim copulam nuptialem tali ætate, & tali tempore fieri, quibus corpus puerorum naſcentium contingat diſponi melius ad virtutem, & ſecundum intentionem legiſlatoris, hoc autem magis contingit fieri ſi fiat tempore & ętate determinatis, vt conſequenter apparebit, ergo expedit eam fieri tempore determinato, ſic igitur omnia quæ ſunt circa

priorem quàm eam quæ animæ, deinde eam quæ appetitus, gratia uero ītellect⁹ eā q̃ appetitus, huius autem eorū quæ animæ.

e Siquidem igitur a principio legiſlatorē videre oportet, qualiter corpora optima fiant eorū quæ educātur, primo quidē curandum circa coniugiū, qn̄ & B quales quoſdā exiſtētes oportet facere nuptialē collocutionē.

f Oportet autē leges ferre circa hanc communicationē aſpicientē ad ipſos & ad tēpus viuēdi, vt cōueniant ætatibus ad idē tēpus & nō diſſonēt potētię, huius quidē adhuc potētis generare, hac autem non potente, aut hac quidem, viro autem non: hæc enim faciunt & diſſenſiones ad inuicem & diuerſitates.

g Deinde ad puerorum ſucceſſionem, oportet enim neq; ſubdeficere pueros ætatibus patrū, ſine profectu enim ſenioribus gratia quæ a pueris, quod autē a patribus auxilium pueris, neque valde prope eſſe, multam enim habet diſplicentiam, verecundiaque minus exiſtit talibus, tamquam coætaneis, & circa diſpenſationem quærulosum quod propinquum.

h Adhuc aūt vnde incipientes huc deuenimus, quatenus corpora natorum exiſtant ad legiſlatoris volūtatem, ferè itaq; oīa accidunt ſecūdū vnam curam.

*deinde appetitus. Curam tamen appetitus gratia mentis, curam uero corporis gratia animi.*

*Si ergo ab initio prouidendum eſt a legiſpoſitore, ut optima ſint corpora eorum qui educantur. Primo quidem circa coniugia prouidere debet, quàm* B *ætate, & cuiuſmodi exiſtentes ſint in matrimonium copulandi.*

*Hoc autem inſtituet legiſpoſitor inſpiciens ad ipſos & ad uitæ tempus, ut ætatibus in idem concurrant, nec diſcrepet gignendi potentia. Viro enim generare adhuc potente, ſi mulier ipſa concipere non poſſit, uel muliere quidem ad concipiendum apta, ſi uir ipſe non poſſit, lites ac diſcordiæ inter eos oriuntur.*

C *Ad filiorum quoque ſuſceptionem eſt inſpiciendum, ne nimis diſtent ab ætate paterna, quoniam nec ipſi ſenioribus gratiam referre ullam poßunt, nec parentes filiis adiumenta præſtare, nec etiam nimis proximi ad ætatē paternam accedere debent filii, habet enim hoc turbationem non paruam, cum neque tanta ſit reuerentia huiuſmodi filiis erga genitores, utpotè quaſi æqualibus, & circa gubernationem domus querelæ ex iſta quaſi paritate* D *ſoleant prouenire.*

*Inſuper quòd dicere incipiētes huc digreſſi fuimus, ut corpora natorum ſint ſecundum legiſpoſitoris uoluntatem, ferè quidem hæc omnia prouenient per unam diligentiam.*

circa curam nuptialem vnam communem curam habent ferè, vt ſcilicet fiat tempore determinato, ferè autem dicit forte, quia non idem tempus determinatum conuenit omnibus propter diuerſitatem materiæ. Deinde cum dicit.

i ¶ Intendit declarare, qua ætate expedit eam fieri ex termino generationis in vtroque, & ex inconuenientibus, quæ accidunt ſi fiat nimis cito, & ſecundum hoc primo pmittit quę dam neceſſaria ad declarationem intenti. Secundo cum dicit. {Propter qđ has quidem &c.} Ex illis cōcludit intentum ſuū. Circa primū primo tangit quid ſit terminus generationis in vtroq; ſecundū quē oportet conſiderare. Secundo cum dicit. {Eſt autem iuuenum vel iuniorum &c.} Oſtendit ꝙ coitus iuuenum nō eſt conueniens ad generationem. In prima parte dicit, vltimus terminus generationis hominibus determinatus eſt, ſicut & aliis. In omnibus enim q̃ contingit eſſe & nō eſſe, eſt tempus determinatū quo contingit eſſe, & per conſequens agere, ſicut dicitur Primo Cœli & mundi: & iſte terminus maſculis, vt in pluribus eſt ſeptuaginta anni, quia tunc ſenſibiliter debilitatum eſt calidum naturale, quãuis in aliquibus ſit longior, in aliquibus breuior, ꝑpter diſpoſitionē materiæ aliam & aliam, fœmellis autē quinquaginta, vt in pluribus. Breuior autem eſt periodus generationis mulieris q̃ viri, quia mulieres naturaliter ſunt minoris virtutis & caliditatis q̃ viri, & quia expedit propter diſſenſionem vitãdam in cōiugandis ſimul terminare potentiam generationis in vtroque, oportunum eſt in determinando principium ipſius cōndeſcēdere commenſurando ad tempora hæc. Deinde cum dicit.

i Quoniam.n. nō determinatus eſt finis generationis, vt ad plurimum eſt dicere, viris quidē numerus ſeptuaginta annorum vltimus, quinquaginta aūt mulieribus, oportet principiū cōniugationis ſecundū ætatem ad tempora hæc deſcendere.

G

k Eſt autem iuuenum vel iuniorum coitus prauus ad puerorum procreationē, in omnibus eñ animalibus imperfecti iuuenū fæt⁹ & fœmelletoca magis, & parui ſecundū formam: quare neceſſarium hoc ipſum & in hominibus accidere. Argumentū autem, in quibuſcunque.n. ciuitatum laxatur iuuenes coniugari & iuuēculas imperfecti & parui corporis ſunt.

H

l Adhuc autem in partubus iuuenes dolēt magis & perimūtur plures, propter quod & oraculū quidē aiunt factū fuiſſe pp talē cauſam Trezenijs, tãquam multis pereuntibus propter nubere magis iuuēculas, & nō ad fructuum productionem.

m Adhuc autem & ad temperantiam expedit coitus facere ſenioribus. intemperantiores enim videntur iuuenculæ, quæ vſæ fuerint coitibus.

I

n Et maſculorum corpora lędi videntur ad augumentum, ſi adhuc corpore creſcente fecerunt coitū, etenim huius quodam tēpus determinatur, quod non excedit multum adhuc.

k ¶ Oſtendit, ꝙ coitus iuniorum eſt prauus. Et diuiditur in quatuor partes ſecundū quatuor rationes quas adducit ad hoc. Secundam ponit cum dicit. {Adhuc autem in partibus &c.} Tertiam cum dicit. {Adhuc autem & ad temperantiam &c.} Quartam cum dicit. {Et maſculorum corpora &c.} Primo igitur ponit primam quæ ſumitur ex ordine ad generationem dicens, ꝙ coitus iuniorum ſiue maſculi, ſiue fœmellæ prau⁹ eſt ad generationem puerorum, & hoc quidem apparet ad ſenſum, q̃a in omnibus animalibus partus iuniorum ſunt imbecilles & imperfecti, quia imperfectio partus eſt ex imperfectione principiorum generantium, ſicut vniuerſaliter imperfectio effectus, eſt ex imperfectione cauſarum, & fœminæ crebrius q̃ mares, & parua corpora gignuntur, cum enim principium generatiuū in ſemine non poteſt digerere menſtruum mulieris propter indigentiam caliditatis, vt deducat ad ſimilitudinem ſuam ſecundū omnes diſpoſitiones, ſed magis vincatur propter ſuperabundantiam frigidi & humidi, de neceſſitate tranſmutat in contrarium & in fœmellam, talis autem diſpoſitionis ſunt ſemina iuniorū. Et iterum generati ab eis parui ſunt ſecundum formam, ideſt ſe-

F cundum figuram, extenſio enim ſecundum figuram cauſatur a magnitudine calidi, cuius eſt mouere ſurſum, quod eſt imperfectum in iunioribus, vt dictum eſt, quare ſi ſic accidit in omnibus animalibus, neceſſe eſt ita accidere in hominibus, in quibus argumentum ſpeciale apparet ad hoc, quoniam in quibuſcumque ciuitatibus ſeu regionibus permittuntur iuuenes, & iuuenculæ coniugari & permiſceri ad generationem, generantur parui & imꝑfecti ſecūdum corp⁹, & per cōſequens minus vtiles ad opera bellica. Deinde cum dicit.

*Nam cum ſit finis gignēdi ut plurimum uiris quidem ſeptuageſimus annus, mulieribus autem quinquageſimus, ita coniugandi ab initio ſunt, ut ætatibus ad hunc finem concurrant.*

*Eſt autem adoleſcentium coniunctio improba ad filios. In cunctis enim animalibus iuueniles partus imꝑfecti ſunt, & fæminæ crebrius quàm mares: & parua corporis forma gignuntur, quo circa neceſſe eſt hoc idē in hominibus prouenire. Huius autem conicctura fuerit, quòd in quibuſcunque ciuitatibus conſuetudo eſt adoleſcentes mares puellaſque coniugari, in eiſdem inutilia ac puſilla hominum corpora exiſtunt.*

*In partu quoque laborant magis puellæ ac pereunt plures, ex quo reſponſum oraculi Trezeniis datum quidam exiſtimant, ob iſtam cauſam, quaſi multis pereuntibus propter immaturitatem nuptiarum, non propter fructuum collectionem.*

*Ad continentiam quoque utile eſt nuptias fieri ſeriores, intemperatiores enim eſſe uidentur cum puellæ ueneri aſſueſcunt.*

*At maſculorum corpora creſcere impediuntur, ſi adhuc augente ſe corpore, conſuetudinem ineant, nam huiuſmodi terminus hic eſſe uidetur, quē non multum excedit amplius.*

l ¶ Ponit ſecundã, quæ ſumitur ex accidenti parturientibus dicens, ꝙ ad hoc mulieres concipientes ĩ ætate imperfecta in partu maiorem ſuſtinent dolorem, & plurimæ moriuntur, tū propter membri ad hoc ordinati arctitudinem, tum propter virtutis debilitatem: quanto enim virtus minor eſt ad reſiſtendum, tanto dolor maior, ſicut videm⁹ onera eadē grauiora apparere debilibus. In iunioribus autē ſupponimus virtutē minorem eſſe, & ideo maiorem dolorē accidere, qui tantus poteſt eſſe ꝙ mortem ĩducit, & propter hoc dixerūt Antiqui apud gręcos factū eſſe oraculum Trezeniis, vt dolor eius adiutorio mitigaretur, & fætus ad ortum produceretur, cum multæ in iuuentute mulieres morerentur, & fructus non veniret ad productionem ꝑpter imperfectionē. Deinde cum dicit.

m ¶ Ponit tertiam quæ ſumitur in ordine ad virtutem dicēs, ꝙ adhuc coitus eſt minus expediens iunioribus ad temperantiã & magis expedit ſenioribus exiſtentibus, iuuenculæ enim quæ magis aſſuetæ ſunt coire in iuuentute intemperantiores ſunt, illa enim ad quæ aſſueti ſumus magis ſunt delectabilia, & ad ea q̃ ſunt magis delectabilia, magis inclinamur. Deinde cum dicit.

K

n ¶ Ponit quartam rationem dicens, ꝙ adhuc corpora maſculorum coeūtium in imperfecta ætate dum corpus eſt in augmēto, læduntur & defectum patiuntur a quantitate eis determinata & in complexione, alimentum enim digeſtum principium ē nutritionis & augmentationis & generationis, tempore enim augmenti totū quod conuertitur de alimento adueniente, vel ferè neceſſarium eſt ad nutritionem & augmentum, & parum vel nihil eſt de ſuperfluo, quod ordinatur ad generationem: & ideo ſi multum coeant, neceſſarium eſt, ꝙ illud quod deberet tranſire in augmentum & nutritionem conuertatur in ſemen, quare detrimentum patientur in augmento & nutritione, eſt enim quoddam tempus determinatum, in quo animalia nata ſunt augmentari, quod non multum exceditur a tempore deputato ad generationem: ſtatim enim deficiente augmento, & perfectis corporibus cum plus conuertitur de alimento q̃ ſit neceſſarium ad nutritionem conuenientius ordinatur ad generationem, coitus etiam non perfectis corporibus detrimentum inducit quantum ad complexionem propter exiccationem & infrigidationem,



frigidationem, ſimul enim conducitur calidum & humidum, vnde Philoſophus dicit in Lib. de Cauſis lon. & bre. vitæ, ꝙ coitiua & multi ſpermia cito ſeneſcunt, quia ſperma ſuperfluum exiſtens amplius deſiccat emiſſum, & ideo mulus longioris vitę eſt q̃ ea ex quibus generatur, quia minus ſpermatizat, & paſſeres maſculi breuioris q̃a magis coitiui ſūt. Deinde cum dicit.

o ¶ Concludit ex dictis quando & qua ætate opportunum ē fieri copulam nuptialem dicēs, ꝙ propter hoc quòd finis generationis in viris, vt ĩ pluribus eſt ſeptuageſimus annus vel circa, mulieribus autē quinquageſimus vel circa vt in pluribus, & expedit coniugatos ſimul deficere a potentia generandi, vt probatum eſt pri⁹, & coitus iuniorum ĩ imperfectis corporibus prauus eſt: corpora autem mulierū vt in pluribus perficiuntur in decem & octo annis vel circa, virorum autē in trigintaſex, aut parum plus, aut minus, expediēs eſt magis eos cōiugari muliere exiſtente decem & octo annorum vel circa, viro autem trigintaſex aut parum plus vel minus. Sic enim cōiungētur corporibus perfectis, & per conſequens virtutibus, quibus exiſtentibus erit coniugatio ipſorum in tempore conuenienti ad perfectionem generationis puerorum, virtutibus etiam perfectis perfectior erit actio, & etiam ipſum generatum, & iterum ſucceſſio puerorum ad patres opportunius fiet ſi ſtatim cū copulati ſunt muliere. 18. viro. 36. annorum exiſtentibus ſtatim generent, ſuccedent enim filii parentibus in principio ſtatus corpore perfecto, ſcilicet circa. 30. annum matre agente quinquageſimum, patre ſeptuageſimum vel circa impotentes ferè exiſtentes quaſi reſoluta ætate, impotentia tamen eorum ſupplebitur per filiorum potentiam perfectorum exiſtentium, quando igitur oportet fieri coniugium conſiderato bono coniugatorum & generandorum, dictum eſt. Eſt autem intelligendum quòd quàmuis viri & mulieres ſint eiuſdem ſpeciei, non tamen idem periodus eſt vitæ vtriuſque ipſorum, quia tempus durationis ipſorum non ſequitur eos ratione ſpeciei communis vtrique, ſed ſequitur virtutem complexionis, virtus autem complexionis multo fortior eſt in viro quàm in muliere propter abundantiam calidi, & meliorem proportionem eius ad alias qualitates, & ideo viri longioris vitæ ſunt ſecundum naturam mulieribus. Et q̃a illud quod perfectius eſt pluri tempore indiget ad ſui perfectionem, quanto plura exiguntur ad eius perfectionem, viri autem perfectiores ſunt mulieribus, ideo pluri tempore indigent ad ſui perfectionem quàm mulieres, vt in pluribus, quàmuis propter indiſpoſitionem materiæ poſſit accidere econtrario: Philoſophus autem determinauit tempus perfectionis mulierum. 18. annos vel circa, virorum autem. 37. vel circa, quia ſic apparebat ei forte, vt in pluribus, aut quia ſecundum proportionem horum numerorum adinuicem excedit virtus complexionis viri, virtutem complexionis mulieris ſecundum naturam. Si autē obiiciat prius debere fieri coniugationem nuptialem quàm determinat Philoſophus: primo, quia generatio fit ex ſuperfluo alimenti, quando igitur primo incipit eſſe ſuperfluum alimenti, & primo incipiunt ſpermatizare, videtur ꝙ deberet fieri talis copulatio, hoc autem contingit multo tempore prius quàm determinet Philoſophus, puta tempore pubeſcentiæ, ergo prius videtur debere fieri. Et præterea hoc iura determinant quę videntur conſiderare bonum commune, matrimonia, ſcilicet poſſe fieri muliere exiſtente. 12. annorum, viro exiſtente. 14. vel circa. Ad hoc eſt intelligendum ſecundum intentionem Phi-

o Propter qđ has quidem congruit circa ętatē decē & octo annorū cōiugari, hos aūt circa triginta ſeptē aut parū. In tãto.n. tēpore pfectis corporibus coniugatio erit, & ad profectū puerorū procreationis cōueniet tēporibus opportune. Adhuc aūt ſucceſſio puerorū, iis quidē erit inchoante acmi, ſi fiat ſm̃ rationem mox generatio, iis aūt reſoluta iã ętate ad numerum ſeptuaginta annorū.

B

p De eo quidē igitur qđ eſt qñ oportet fieri cōiugiū, dictū eſt. His aūt quæ circa tēporaneitatem tēporibus oportet vti, quib⁹ multi vtuntur, bene etiã nūc determinãtes hyeme fieri commorationē hãc. Oportet aūt & ipſos ſpeculari ad puerorū procreationē, & quæ a medicis dicunt, & q̃ a Phyſicis. Medici.n. tempora corporū dicunt ſufficienter, & de ſpiritibus Phyſici, boreales auſtralibus laudantes magis.

C

A loſophi, quòd ſi conſideremus bonam diſpoſitionem generantium & bonam habitudinem generandorum futuram, & per cōſequens vtilitatem communem ciuitatis ſeu regionis per ſe, melius eſt coniunctionem iſtam fieri perfectis corporib⁹ vtriuſq;, quod eſt tempore determinato a Philoſopho, vel circa vt in pluribus, perfectis enim corporibus perfectæ erunt virtutes, nec detrimentum aliquod patientur in augmento, aut complexione ſecundum quòd huiuſmodi, niſi propter ſuperfluitatem, aut aliquid huiuſmodi. Et pueri melius erūt diſpoſiti quãtum ad corpus, quia a magis & melius diſpoſitis generabuntur, & per conſequens ſecundū animam, quia bona diſpoſitio corporis diſponit ad bonam diſpoſitionē animæ, & ſic magis apti erūt ad virtutes & actus ciuiles, propter accidens tamen aliquod expedit tardius, vel citius fieri in aliquibus, puta ſi tardius vel citius perficiantur corpora, aut ſi timeatur fornicatio cū alienis, aut aliquid huiuſmodi, quàmuis autem prius in aliquib⁹ inueniatur ſuperfluum alimenti, & emiſſio ſeminis, nō tñ ſequitur ꝙ tūc melius & aptius ſit ad generationē, ſicut accipiebat ratio in oppoſitū. Non.n. oportet in his quæ procedunt de imperfecto ad perfectum, quòd quando aliquid poteſt aliquid primo, quòd tunc perfecte poſſit, ſicut quando aliquis poteſt cytharizare qualitercumque, non ſequitur quòd optime poſſit, ſed magis econtrario, quę enim ſunt priora ſecundum viam generationis imperfectiora ſunt, quæ autem poſteriora perfectiora, ſicut vir puero, vt dicitur Nono Meth. Iura autem non determinant optimum eſſe fieri matrimonium tempore pubeſcentiæ, ſcilicet muliere exiſtente. 12. annorum vel circa, viro. 14. vel circa, ſed tunc concedunt poſſe fieri primo, quia tunc primo poteſt valere conſenſus propter vſum rationis tunc primo, vel circa inexiſtente, & quia tunc primo incipit aliquod ſuperfluum alimenti fieri vt in pluribus, quàmuis imperfectum. Deinde cum dicit.

D

p ¶ Declarat, qua temperie vel diſpoſitione aeris expediētius ſit fieri hanc coniunctionem. Circa quod intelligendum eſt, ꝙ bona diſpoſitio generari ſequitur bonam diſpoſitionem principiorum generantium in actu. Diſpoſitio autem generantium ſequitur aliquam diſpoſitionem continentis, vnde & locus dicitur principium generationis, ſicut & pater a Porphyrio: diſpoſitio autem continentis mutatur ſecundum diſpoſitionem temporum & ventorum & aliorum huiuſmodi, & ideo eſt expediēs intendentem bonam diſpoſitionem generatorum conſiderare bonam diſpoſitionem continentis & temporis & ventorum. Et ideo dicit, quòd ad huiuſmodi copulam vel coniunctionem faciendam, oportet vti temporibus, & his quæ circa temperiē, hoc eſt diſpoſitionem aeris ſecundum tempus, quibus vtuntur multi bene & rationabiliter, dicentes hanc debere magis fieri tēpore hiemis, tunc enim frigiditate continentis clauſis poris fortificatur calidum interius & congregatur virtus, & fortior eſt. In æſtate autem poris apertis exalat calidum interius, fortiore autem exiſtente virtute & calido melius eſt commiſceri ad generationem, expedit autem conſiderare ad generationem puerorum ea quæ dicuntur a Philoſophis naturalibus & a medicis. Medici enim ſufficienter dicunt diſpoſitionem temporum in ordine ad corpora reſpectu operationum diuerſarum, Naturales autem eas quæ ventorum, dicentes boreales & orientales meliores auſtralibus & occidentalibus ad bonam diſpoſitionē corporum, ſicut dictum & expoſitum fuit prius, vbi determinatū fuit de optimo ſitu ciuitatis. Deinde cum dicit.

E

*Quapropter, puellas quidem circa ætatem decem & octo annorum nuptui tradere congruit, maſculos autē circiter ætatem annorum ſex & triginta In hoc enim tempore & uigentibus corporibus coniungentur, ac procedēte tempore ſimul apte deſinent procreare poſſe, & filiorum ſuſceptio partim erit ab initio eis ætate uigentibus, ſi recte procedat ſtatim generatio, partim iam uergentibus ad annum ſeptuageſimum.*

*Quibus igitur ætatibus coniugia ſint facienda dictum ſit, tempus autem anni, ut nunc multi obſeruant, recte per hiemem aptius ad nuptias eſſe uidetur, ſed conſideranda ſunt in procreatione liberorum quæ a medicis, & quæ a phiſicis traduntur. Medici autem tempora corporum ſufficienter oſtendunt, phiſici autem de ſpiritibus, borealia magis quàm auſtralia laudant.*

q ¶ Declarat,

q Qualibus aũt quibuſdã corporibus exiſtẽtibus maxime vtilitas erit iis qui generantur, ſciẽtibus quidẽ magis dicẽdũ in iis quæ de diſciplina, typo aũt ſufficiens dicere & nũc, neq; .n. qui athletarũ optimꝰ habitus ad politicam bonã habitudinẽ, neq; ad euexiã, neq; ad ſanitatem, & puerorũ procreationẽ, neq; qui curis indigens, & male habens valde, ſed medius horum.

r Oportet quidẽ igitur habere habitum labores, paſſiuum autẽ labores non violentos, neq; ad vnũ ſolũ, ſicut athletarũ habitus, ſed ad actiones liberorũ. Similiter aũt oportet idẽ exiſtere & viris & mulieribus.

ſ Oportet aũt & prægnãtes curare de corporibus, neque deſidia torpentes, neq; ſubtili cibo vtentes. Hoc aũt facile legiſlatori facere præcipienti quotidie aliquod iter facere ad Deorum reuerentiã, iis quæ ſortitæ ſunt eũ qui de generatione honorem. Intellectũ vero econtrario corporibus pigrius cõgruit deducere. Quæ.n. generãtur videntur abſumẽtia ab ea quæ habet, ſicut naſcentia a terra.

t De reſeruatione aũt & alimẽto genitorũ ſit lex, nullũ orbatũ nutrire, pp multitudinem aũt puerorũ, ordo gentium prohibet nihil reſeruari genitorum.

*Quæ autem corpora maxime utilia ſint, magis dicendum eſſet, ubi diſciplina liberorum tractatur. Summatim uero ſat fuerit nunc dixiſſe, neq; enim athletarum habitudo utilis foret ad ciuilem habitum, neque ad ſanitatem & procreationem liberorum, nec rurſus humilis & imbecilla nimium,*

G *ſed media iſtarum.*

*Laborioſam enim habitudinem habere oportet, exercitatam uero laboribus non uiolentis, neque ad unum laborem ſolum, ut athletarum habitudo, ſed ad liberalia opera. Hæc autẽ ſimiliter uiris, mulieribuſque exiſtere debent.*

H *Prægnantes quoque mulieres curam habere corporum oportet, non pigreſcentes neque ſubtili utentes alimonia Hoc autem facile eſt legumpoſitori prouidere ſi iubeat ſingulis diebus iter quoddã facere debere ad deorum ſacra mulieres, quæ ſortitæ ſint cõcipiendi honorem. Mens tamen, contra quam corpus, in tranquillitate eſt traducenda, quæ enim ſiunt, ab ea quæ continet, capere uidentur, quemadmodum illa quæ naſcuntur a terra.*

I *Circa expoſitionem autem, uel educationem filiorum, lex ſit, nihil orbatum natura fore educandum, in aliis uero, ſi mores inſtitutaq; ciuitatis prohibeant, natos exponere.*

q ¶ Declarat quales oportet eſſe copulandos ad generationem ſecundum habitudinem corporis, & circa hoc primo declarat, quales oportet eſſe quo ad quantitatem. Secundo cum dicit. {Oportet quidem igitur habere habitum labores.} In comparatione ad exercitium. In prima parte dicit, ꝙ quælibet exiſtẽtibus corporibus eorum qui copulantur ſecundum habitudinem quantitatis, maxime vtilia erunt ad bonam diſpoſitionẽ eorum qui generantur, dicendum eſt in his quę pertinent ad diſciplinam ciuium, figuraliter autem & in ſumma ſufficit dicere nunc. Manifeſtum eſt enim ꝙ habitudo corpis athletarum qui ſunt valde magni corpore non eſt perfecte bona diſpoſitio corporis, tũ propter ponderoſitatem, tum quia virtus ſpiritus & calidi euaneſcit in tanta protẽſione membrorum, Nec etiam ad ſanitatem propter eaſdem rationes, & per conſequens nec ad rationem intellectus & rationis quę ſequũtur diſpoſitionẽ corporis vt in pluribus, & quia bona ciuilis cõmunicatio ĩdiget bona diſpoſitione quãtum ad corpꝰ & quãtum ad animam, nõ eſt optima ad eam. Similiter habitudo imperfectorum ſecũdum quantitatem & morbidorum qui indigent maiori cura, non eſt optima propter imperfectionẽ, & improportionem, ſed media habitudo magis, in omnibꝰ.n. & quæ ſunt ſecundũ naturam, & quæ ſecundum rationẽ media ſũt eligibilia magis, & ideo habitudo media ſecundum quantitatem in generantibus eligibilior eſt. Deinde cum dicit.

r ¶ Declarat quales oportet eſſe per comparationem ad exercitia dicens, ꝙ expedit ad bonam diſpoſitionem generandorũ futuram habere bonam habitudinem corporis & exercitatos eſſe per aliquos labores ad exercitandum virtutem & caliditatẽ, quæ per motum excitantur, non tamen per violentos, ne per laboris violentiam ſpiritus exaletur & debilitetur. Et ideo oportet exercitari vel laborare non in aliquo vno ſolum, ſicut athletæ laborant ad ſuperandum, ſed multis pertinentibus ad ciues & liberos, expediens enim eſt exercitari futurum bonum ciuẽ in multis operationibus liberorum, vt conſequenter facilius & magis cum delectatione illas operentur, oportet autem & viros & mulieres exercitari, ſed vnumquemque in operationibus decentibus eum. Deinde cum dicit.

ſ ¶ Declarat, ꝙ curandum eſt de mulieribus prægnantibus ad bonam puerorum diſpoſitionem di. ꝙ oportet legiſlatorem curam habere de bona diſpoſitione corporum mulierum prægnãtium, pueri enim generati nutrimentũ videntur aſſumere a muliere habente in vtero per venas & poros a natura ad hoc ordinatos, ſicut terræ naſcentia per radices aſſumunt a terra, nutrimentum autem aſſumptum a muliere conſimiliter diſponitur complexioni mulieris, & puer de neceſſitate diſponitur ſecundum diſpoſitionem nutrimenti ex quo nutritur, & maxime in

F principio, & ideo oportet puerum diſponi ſecundum diſpoſitionem mulieris geſtantis. Igitur expediens eſt ad bonam diſpoſitionem prolis futurã, curare de bona diſpoſitione mulieris, ſpecialiter autem expedit curare ne ſint torpentes multum per deſidiam, quæ frequenter accidit mulieribus prægnantibus propter defectum calidi & ſuperabũdantiam humidi groſſi indigeſti, ſi enim prægnãs torpeat nimis per deſidiam oportebit calidum & ſpiritus in puero torpere, deinde expedit cauere ne vtantur cibo nimis ſubtili, tum quia facilis digeſtionis exiſtens facit repletionẽ quãdam inanem magis q̃ veram, tum q͡a ſtatim propter facilẽ digeſtionem eius aſſumitur in membris fortioris virtutis ſecundũ totum vel ferè, ita ꝙ parum aut nihil erit ſuperfluũ, quod tranſeat in nutrimentum fœtus. Facile autem erit cauere deſidiam legiſlatori, ſi præcipiat prægnantibus quę ſortitæ ſunt honorem generationis & fugerũt opprobrium ſterilitatis ſecundũ antiquos facere aliquam peregrinationem quotidie, vel bis, vel ter in ſeptimana vel aliqđ huiuſmodi ad aliqđ oraculũ propter deorum reuerentiam, vt quos habuerunt propitios in cõceptu, beniuolos habeant vbi magis neceſſe eſt, ſcilicet in partu, & loquitur ſecundum opinionem Gẽtilium antiquorum qui opinabantur multitudinem deorum eẽ, & illos vel corpora ſupercęleſtia vel virtutes aliquas in corporibus, quàmuis autem ad bonam diſpoſitionem puerorum futuram ad Rempubl. oporteat mulieres labores aliquos exercere, vt ſint ſine pigritia tamen natos iam & incipientes diſciplinari ad bonum intellectus quod eſt ſpeculatio, non oportet multum laborare, ſed pigrius diſponi corpora ne per laboris continuitatem diſtrahantur a diſciplina, & per motum ſpiritus nimis accendãtur, vt ſint

K nimis mobiles quod non competit ſpeculationi. Oportet enim formas ſenſibilium, in quibus ſpeculatur intellectus fixionẽ habere in ſubiecto primo eorũ, quod eſt ſpiritus. Deinde cũ dicit.

t ¶ Declarat qualiter pueri poſtquam ſunt nati ſint diſponẽdi, & quia non expedit de omnibus curare, aut non ęqualiter, aut propter imperfectionem, aut propter multitudinem, & primo tangit qualiter ſe habendum eſt ad orbatos, & vbi excedũt ſecundum multitudinem. Secundo cum dicit. {Satis autem pueris.} Qualiter perfecti & multitudinem conuenientem non excedentes diſponendi ſunt. Circa primum, primo declarat qualiter ſe habendum eſt ad orbatos. Secundo cum dicit. {Oportet enim determinatam &c.} Qualiter ſe habendum eſt, vbi excedunt multitudinem determinatam. In prima parte dicit, ꝙ ſi contingat aliquem vel aliquos eſſe orbatos ſenſu aliquo vel ſenſibus, vel membro aut membris, quibus minus ſint vtiles ad operationes intellectus & Rempub. de reſeruatione ipſorum & alimento adminiſtrando feratur lex a legiſlatore, nullũ talem nutriri, quod eſt intelligendum cum tanta cura & diligentia, cum quanta



u Oportet enim determinatã eſſe multitudinem puerorum ꝓcreationis, ſi autem aliquibus fiant propter hoc combinatis antequam ſenſus inſit & vita, fieri oportet aborſum, quod .n. ſanctum & quod non determinatum, & ipſo viuere erit.

B x Quoniam autem principiũ quoddam ætatis viro & mulieri determinatũ eſt, quãdo oportet incipere coniugationem, & quanto tempore deſeruire congruit ad puerorum procreationem, ſit determinatum. Seniorum enim fœtus, ſicut & iuniorum, imperfecti ſiunt & corporibus & intellectibus. Qui autẽ decrepitorum debiles, propter quod ſecundum intellectus acmens, hoc autem ẽ in plurimis, quam quidem poetarũ aliqui dixerunt menſurantes ebdomadibus ætatem circa tẽpus quinquaginta annorum, vt quatuor aut quinque annis excedentem ætatẽ hanc, dimittere oportet eam quæ ad manifeſtã gñtionẽ.

y Quod autẽ reliquũ ſanitatis gratia, aut alicuius alterius talis cauſa, oportet videri facientes collocutionem.

*At ſi multitudo tanta prolis alicui contigerit ut duplicatus ſit filiorum numerus, nam is diffinitus eſſe debet, ad multitudinem nimiam euitandam ante uenire oportet, ne fœtus concipiantur, nam poſtquam concepti ſunt, & ſenſum aut uitam acceperint, nefas eſt attingere eos.*

*Cum uero determinatum ſit qua ætate uir & uxor ſint ab initio coniugãdi, quanto tempore liberis operam dare conueniat, determinemus, ſeniorũ enim fœtus, quemadmodum iuniorũ, imperfecti ſunt, & corporibus, & intellectibus. Seneſcentium quoque fœtus ſunt irrobuſti. Quapropter illud maxime tempus probãdum eſt, in quo maxime intelligentia uiget in nobis. Id autem eſſet in plurimis circiter annum quinquageſimum, ut poetarum quidam dixerunt, ſeptenario numero*

C *ætatem dimetientes. Itaque qui quatuor aut quinque annis hanc ætatem exceſſerint, derelinquere debent in aperto procreandi ſtudium.*

*Ac de cætero, uel ſanitatis, uel alterius huiuſmodi cauſa, concubitum facere uideri.*

quanta nutriendi ſunt perfecti nati. Illud enim quod ordinatũ eſt ad aliquem finem, quanto magis natum eſt attingere ad ipſum, tanto magis diſponendum eſt ad ipſum, & quanto minus tanto minus curandum: ſic enim videmus naturam magis ſollicitam eſſe de perfectioribus, pueri autem nati perfecti membris & ſenſibꝰ, perfectius nati ſunt attingere ad finem humanum. ergo magis diſponendi ſunt. Orbati autẽ aut ſenſu aut membro, nati ſunt attingere aliqualiter, ex quo animam & intellectũ habent: ſed nõ æque perfecte, & ideo curãdum eſt de eis: ſed non æqualiter, vt de perfectis, & vniuerſaliter inquantum vnuſquiſque natus eſt attingere ad finem, in tantum diſponendum eſt, cum ſit propter ipſum, loquimur autem hic de fine humano ſecundũ vitam præſentem: q͡a ſic loquitur de ipſo Philoſophus. Deinde cum dicit.

u ¶ Declarat quid faciendum eſt ſi excedant ſecundum multitudinem. Eſt enim intelligendum ꝙ cũ ciuitas ſit communitas per ſe ſufficiẽs ad vitam, oportet ciues per ſe ſufficientes eſſe & non pauperes, & ideo cauenda ſunt illa in ciuitate quæ in opiam inducunt, hoc autem eſt multitudo filiorum debentium ſuccedere in hæreditate, magna enim & multa hæreditas parentum cum diuidetur in multitudinem filiorum, valde tenuis erit ſecundum vnumquemque, maxime in tertiam vel quartam generationem, ſicut ad ſenſum videmus, non enim placuit Philoſopho lex ſeu conſuetudo de ſucceſſione primogeniti ſecundum totum, tum quia cum primogeniti ſint ſinguli, poſteriores autem multi vt frequẽter, ſequeretur plures liberorum eſſe pauperes q̃ diuites: tum quia habentes poſſeſſiones ſunt partes ciuitatis, non habẽtes autem, non, ciuium enim oportet eſſe poſſeſſiones, vt dictum eſt prius, quare ſi poſteriores geniti non ſuccederent in aliquo parentibus plures liberorum non contingeret eſſe ciues, ſed expelli a ciuitate: tum quia poſterius nati ſicut & primi, poſſunt eſſe bene nati ad magna, non habentes autem vnde operentur ad quæ nati ſunt, compelluntur accipere vndecumque; inſidiantes ciuibus & aliis per furtum, per rapinam, & homicidia, & cõiungunt ſe aduerſariis, quæ omnia ſunt inconuenientia. Suppoſito igitur ꝙ omnes ſuccedere debeant in hæreditate qualitercũque. Primo proponit ad vitandam ſuperfluam multitudinem filiorum legem ſeu conſuetudinem quarumdam gentium. Secundo cum dicit. {Quoniam autem principium quoddam.} Ponit documentum ad hoc ſecundum intentionem ſuam magis. In prima parte dicit, ꝙ ad vitandam multitudinem puerorum ſuperfluam, ordo, ideſt lex vel conſuetudo gentium quarumdam prohibet nullum genitorum vltra multitudinem determinatã debere reſeruari, oportet enim ſi debeat ciuitas eſſe diues determinatam eſſe multitudinem ipſorum, aliter enim depauperaretur ſi dimitteretur quilibet generare quantumcumque: ſed quia durum eſt pueros non reſeruari ad vitam, declarat ſi neceſſe ſit iſtud fieri qualiter cum minori culpa fiet dicens, ꝙ ſi aliquibus coniugatis fiant plures q̃ ſit determinatum a lege, & neceſſe eſt eos exterminari, magis procurandum eſt fieri aborſum antequã ſenſus & vita inſint q̃ poſtquam inſuerint: procurans enim aborſum poſtquam inſuerint, homicida a lege reputatur & magis peccant: ſemen enim & non ſemen determinatur per ſenſum & motum. ſic igitur Ariſtotel. non dicit ſecundum intentionem

A ſuam, ꝙ debeant exterminari aliqui nati: ſed ſecundum legem gentium, nec ꝙ procurandus ſit aborſus abſolute: ſed ſi interficiendi ſunt ab aliquibus magis faciendum eſt hoc ante ſenſum, & vitam non ſicut bonum ſecundum ſe: ſed ſicut minus malum. Deinde cum dicit.

x ¶ Ponit documẽtum ad hoc ſecundũ intentionem ſuam, ſumptum ex determinatione temporis deputati ad generationem, circa quod tria facit. Primo declarat qualiter determinandum eſt tempus deputatum ad generationem ad vitandum ſuperfluitatem puerorum. Secundo cum dicit. {Ac de cætero.} Ex hoc concludit commixtionem vltra tẽpus illud nõ debere fieri propter generationem. Tertio cum dicit. {De ea autem quæ ad aliã.} Declarat ꝙ huiuſmodi commixtio non ẽ facienda cum alieno vel aliena. In prima parte dicit, quoniam principium ætatis ad generationem deputatæ determinatum eſt viro & mulieri, huic quidem. 37. illi vero. 18. annus vel circa: ſimiliter autem & finis viro ſcilicet, 70. mulieri. 50. ſecũ cundum naturam cõmunem, oportet tẽpus intermediũ quo poſſunt generare magis determinari & breuiari ad ſuperfluam multitudinem vitandam: manifeſtum eſt enim ꝙ fœtus ſenrorum etiam citra. 70. annum in viro, vel 50. in muliere imperfecti ſunt & corporibus & intellectibus propter debilitatem

D virtutis generantium, quæ quanto magis diſtat a ſtatu minor eſt, ſicut & fœtus iuniorum etiam circa tempus determinatum a natura. Fœtus vero decrepitorum vltra tempus deputatum a natura omnino debiles ſunt corpore propter debilitatem virtutis in eis, & propter hoc: quia calidum remiſſum eſt in eis, & paſſiones ſedatæ ſunt naturaliter, & multa experti ſunt propter tẽpus, ſunt etiam in ſtatu ſecundum intellectum, anima enim ſedendo & quieſcendo ſit ſciens & prudens, ſicut dicitur ſeptimo Phy. hæc autem vera ſunt vt in pluribus, ideo ætatem hanc deputatam ad generationem manifeſtum eſt, quam quidam poetarum determinauerunt hebdomadibus quibuſdam annorum, videlicet ſeptenario numero, itaque qui quatuor aut quinque annis hanc ætatem exceſſerint, relinquere debent procreãdi ſtudium, vſque ad. 50. annum, vel ad ætatem excedentem tempus hoc, quatuor vel quinque annis in viris, vt ſic viri deſeruiant

E manifeſte generationi a. 37. anno vſque ad. 55. annum ad plus, & mulieres proportionaliter a. 18. vſque ad. 37. annum, tunc enim vterque ipſorum maxime eſt in ſtatu perfecto ſecundum naturam, & virtutes magis perfectæ ſunt, propter quod pueri, & melius diſpoſiti generabuntur & pauciores. Deinde cum dicit.

y ¶ Concludit vltra tempus hoc non debere fieri commixtionem propter generationem dicens ꝙ in reliquo tempore non debent coniugati commiſceri adinuicem manifeſte propter generationem: ſed ſi commiſceantur, permittatur hoc gratia ſanitatis aut alicuius alterius. Contingit enim aliquando quòd in vaſis ſeminariis ẽ multitudo ſeminis, aut naturalis quę propter multitudinem grauat naturam, aut innaturalis ibi vel in aliis partibus corporis, quas contingit euacuari per coitum, & per conſequens alleuiare naturam & melius diſponi ad ſanitatem. Deinde cum dicit.

z ¶ Declarat

z De ea autem quę ad aliam & ad aliũ ſit quidẽ ſimpliciter nõ bonum tangentem videre nulla tenus nullo modo cum fuerit & appelletur connubiũ, circa tempus aũt puerorum procreationis, ſiquis appareat tale quid agens damnificetur inhonoratione decenti ad peccata.

*Coitus uero omnis alterius quàm coniugis penitus ſit interdictus, quandoquidem ſit & appelletur coniunx. Quod ſiquis deprehendatur contrafacere per tempus procreationis, dignã pro delicto pœnam reportet.*

G

aa Satis autem pueris, magnã putari eſſe differentiã ad corporum potentiã alimentum, quale quoddam vtiq; ſit, apparet & per alia animalia conſiderantibus & per gentes, quibus cura ẽ inducere bellicum habitum, lactis abundans alimentũ eſt maxime familiare corporibus, magis autem ſine vino propter ægritudines.

*Suſceptis autem filiis, multum referre putandum eſt ad corporis robur quali uictu nutriantur. Apparet uero ex cæteris animalibus & ex cæteris gentibus quibus cura eſt aſſidua bellicæ habitudinis, nutrimentum lactis maxime proprium eſſe corporibus, abſtemium autem magis propter ægritudines.*

H

bb Adhuc autẽ & motus quoſcumq; contingit facere tantillos, expedit. Ad non defluere autem mẽbra propter teneritudinem vtuntur, & nunc quædã gẽtium inſtrumentis quibuſdã mechanicis, quæ faciunt imperuertibile corpus animaliũ & taliũ.

*Et præterea motus quoſcumque in ea ætate fieri datur, conferunt, ne mẽbra uero ob teneritudinem diſtorta fiant, utuntur adhuc gentes aliquæ organis quibuſdam & machinis, quæ corpus a talibus illæſum conſeruant.*

z ¶ Declarat, ꝙ mixtio talis non debet fieri ad alium vel ad aliam perſonam, propter quod eſt intelligendum ꝙ mixtio maris & fœminæ naturaliter in homine eſt ad generationem prolis & nutritionem & eruditionem, ad hoc autem neuter iſtorũ ſufficit per ſe, & ideo oportet ꝙ vniantur ad hoc per cõſenſum mutuum, non per aliquod paruum tempus: ſed vſq; ad perfectionem prolis ſecundum corpus & ſecundum animam, quod erit ſi incipiant generare in tempore determinato a Philoſopho circa finem vitæ eorum: puer enim ſi fuerit maſculus non perficitur vſque ad. 37. annum vel circa: & ſi iſti. 37. adiungãtur. 37. annis patris generãtis antequam generaret erunt. 74. quãdo impotens erit naturaliter ad generandum & circa finẽ vitę, & ideo communicatio maris & fœminæ per totam vitã & ad perfectionem prolis eſt a natura inclinante, & omnis cõmixtio quæ ſit præter huiuſmodi cõmunicationem innaturalis eſt, & ideo dicit ꝙ de commixtione viri cum aliena muliere, vel mulieris cũ alieno viro ſit lex & teneatur vt bonum non permittere, nec etiam velle videre tãgentem alienum aliquo modo, ſi enim permittatur aliquis accedere ad aliquam quæ ſua non eſt per fornicationem, cum poſt mixtionem non maneant mixti per conſenſum ad educationẽ prolis, ſequitur malum & imperfectio eius maxime: nullo ergo modo permittatur fieri commixtio cum alio vel alia vbi eſt & appellatur coniugium. Tunc enim & ſequitur malum prolis & incertitudo & iniuſtitia, minime vero permittendum eſt circa tempus procreationis filiorum, tunc enim maxime accideret error per incertitudinem, & ſi aliquis appareat tale aliquid faciẽs puniatur punitione commenſurata peccato, vt ſecundum menſuram peccati ſit plagarum modus, vt alibi dicitur, ita ꝙ prohibet Philoſophus hic primo ſicut malum per ſe commixtionẽ cum aliena, quamuis ſit libera, magis autem commixtionem cum ea quæ eſt alterius propter iniuſtitiam, maxime autem cũ ea quæ eſt alterius tempore deputato ad generationem. Deinde cum dicit.

aa ¶ Declarat qualiter curandi ſunt pueri perfecti & reſeruandi poſt natiuitatem, & primo qualiter in prima ætate quæ extẽditur ſecundum Philoſophum vſque ad tertium annum. Secundo cum dicit. {Habitam autem huic.} Qualiter in ſecũda quæ extenditur vſque ad quinq; annos incluſiue. Tertio cum dicit. {Tranſactis autem quinque annis.} Qualiter in tertia quæ extẽditur vſque in finem ſeptimi. Circa primũ primo declarat qualiter curandi ſunt & diſponendi ſunt quantum ad nutrimentũ conueniens. Secundo cum dicit. {Adhuc autem & motus.} Quantum ad exercitia & conſuetudinem. In prima parte dicit. Cum pueri nati ſunt ex matribus, manifeſtum eſt ꝙ alimẽtum magnam facit differentiam ad potentiam corporum & diſpoſitionem ſecundum differentiam qualitatis ſuæ, quale enim eſt ſecundum virtutem tale facit & corpus. Virtus enim alimẽti quod conuertitur in illud quod alitur remanet in eo, ſicut ſaporem pabuli videmus apparere in lacte, & vim vini in aceto, & virtutem lactucæ in ſanguine generato ex ea, ſicut enim virtutes miſcibilium manent in mixto, quamuis formæ corrumpantur, ita & virtus illius ex quo generatur aliud aliqualiter in eo quod generatur, patiuntur enim agentia naturalia a contrariis. Manifeſtum eſt autem, & conſiderando in aliis animalibus, & etiam in gentibus diuerſis quibus cura eſt in pueris inducere habitum & diſpoſitionem ad bonum, ꝙ lactis natura abundans

F eſt alimentum conueniens, & familiare corporibus humanis, etenim alia plura animalia fœtus poſt partum ad tempus ex lacte nutriunt, & ſimiliter gentes bene volentes diſponere pueros, quoniam ſicut Ariſto. dicit ſecundo de Generatione, ex eiſdem ſumus & nutrimur. Nutrimentũ enim conuertitur in ſubſtantiam rei alitæ, & eiuſdem ſubſtantiæ, & formę oportet eſſe materiam vnam, & ideo quanto alimentum aliquod ſimilius eſt ei ex quo generatur aliud, tanto conuenientius eſt ad nutriendum ipſum. Lac autem valde ſimile ẽ ſecundum cõplexionẽ menſtruo ex quo generatur puer: ſuperfluum enim alimenti deriuatum a natura ad matricem menſtruum eſt, deriuatũ autem ad mamillas, & dealbatum ibi eſt lac, & ideo conuenientiſſimum alimentum pueris poſt partum eſt lactis natura, & magis mulieris q̃ beſtiæ, & adhuc maxime matris propriæ q̃ alienæ, vnde illi qui nutriuntur ex lacte matris propriæ, melius debẽt eſſe diſpoſiti ſecundum naturam, propter quod Auicenna dicit, ꝙ extremũ mamillæ matris propriæ ponere in ore infantis valde confert ad remouendum omne nocumentum, lac tamen matris propriæ ſtatim poſt partum non eſt conueniens puero, donec complexio diſtemperata per partum temperetur, expedit autem pueris non conferre vinum in nutrimentum propter ægritudines accidentes ex ipſo, vinum enim multum vaporatiuum eſt propter caliditatẽ, & humiditatem, & pueris multum aſcendit nutrimentũ ad partes ſuperiores, & ideo pueris bibentibus vinum multus fit deſcenſus euaporationis a capite. I Vnde contingit quandoq; coarctatio pori & reſpirationis quod eſt epilepſia & alię infirmitates ex hac materia generare: ſimiliter & accenſio coleræ rubeæ, & q̃ accidunt ex ea, nec differt dare vinum pueris & nutricibus ſecũdum Ariſto. ſed ſi oportet bibere oportet quod ſit modicũ & aquaticum valde. Deinde cum dicit.

bb ¶ Declarat qualiter curandi ſunt quantum ad exercitia & conſuetudines, & primo declarat in quibus aſſueſcendi ſunt. Secundo cum dicit. {Circa primam quidam &c.} Quòd ſecundum ordinem determinatum. Circa primum oſtendit ꝙ aſſuefaciendi ſunt ad motum. Secundo cum dicit. {Expedit autem, &c.} Quòd ad frigora. In prima parte dicit ꝙ adhuc pueros ſtatim poſt natiuitatem expedit aſſueſci ad motus tantillos quoſcumque & paruos, puta manuum & pedum aliarum partium. Motu enim ipſarum partium exercitatur & acuitur calor naturalis in eis, qui conſumens humidum ſuperfluum in eis exiccat K corpus & fortius facit, & Auicenna adiungit ꝙ cum motu procuranda eſt conſonantia muſicę, & vox cantilenæ ad delectandum in conſonantiis muſicis propter cauſam dicendam poſterius, adhuc autem ꝙ membra puerorum propter fluxibilitatem humidi abundantis non effluant a figura debita, conſueuerunt quædam gentes vti quibuſdam inſtrumentis mechanicis, quibus cum alligantur membra puerorum, faciliter, & ſubtiliter fiunt imperuertibilia, ſicut cunabulo vtuntur ad directionem totius corporis & pileo rotundo ad debite figurandum caput, oportet enim in iſta ætate nutricem ſuauiter membra tangere, & quod dilatandum eſt dilatare, & quod ſubtiliandũ eſt ſubtiliare, & vnumquodque conuenienti figura figurare, & manus & brachia ad genua ducere, & crura & tibias faſcia ligare, & caput pileo rotundo aſtringere, tunc enim puer eſt bene ſuſceptibilis, & ducibilis, ſicut cera mollis. Deinde cum dicit.





cc Expedit autẽ mox etiã a frigore conſueſcere ex paruis pueris. Hoc .n. & ad ſanitatem & ad bellicas actiones maxime proficuum, propter quod apud multos barbarorũ eſt conſuetudo, iis quidem in fluuium frigidum abluere natos, iis aũt inuolucre paruum circũponere, puta Celtis. Omnia .n. quæcumq; poſſibile aſſueſcere mox inchoãtibus, melius quidem aſſueſcere, gradatim autẽ aſſueſcere, bene aũt apta puerorũ habitudo pp caliditatẽ ad frigidorũ exercitium.

dd Circa primam quidẽ igitur expedit facere curam talem, & huic conſimilem.

*Confert etiam ſtatim a pueritia frigori aſſuefacere. Hoc enim & ad ſanitatem, & ad res bellicas utile eſt. Quapropter apud multos barbarorũ conſuetudo eſt, uel gelido omne natos immergere, uel parua ueſte amicire, ut faciunt Galli. Ad cuncta enim ad quæ poſſibile eſt, ſtatim ab initio melius eſt aſſueſcere. Eſt autem apta puerorum natura ob eorum calorem ad frigus exerceri.*

B

*Circa primam igitur ætatem hæc, & huiuſmodi diligentia eſt adhibenda.*

ee Habitam autẽ huic ætati vſque ad quinq; annos in qua nõdum neque ad eruditionem aliã bene habet adducere, neque ad neceſſarios labores vt non impediant incrementum, oportet tanto ſortiri motu, vt diffugiãt inertiam corporum quã oportet inſtituere & per alias actiones & per ludum. Oportet autẽ & ludos eẽ neq; illiberales neq; ſuper laborioſos neq; remiſſos.

*Sequenti uero ætate vſq; ad annos quinque, qua nondum ad diſciplinam aliquam ſunt admouendi, neque labores perferre cogendi, ne creſcere impediantur. Motus ſolummodo quoſdã ſuſcipere debent, quo pigritiam corporis euitent, qui motus præparandi ſunt illis & per alios actus, & per ludum. Ludi uero ipſi neque illiberales, neq; laborioſi eſſe debent, neque remiſſi.*

C

ff Et de ſermonibus aũt & fabulis, quales quoſdã oportet audire tantillos, cura ſit principibus quos vocant pędonomos. Omnia enim talia oportet pręuia facere ad poſteriores conuerſationes, propter quod ludos plures, oportet eſſe mutationes poſterius ſtudendorum.

*Quas autem narrationes & fabulas illa ætate pueri audire debeant, cura ſit his, qui pueris publice præficiũtur. Cuncta enim talia ad conuerſationes poſtea futuras accõmodanda ſunt itaque ludi ut plurimum tales eſſe debent, ut ſint imitationes eorum quæ poſtea ſerio erunt facienda.*

D

gg Cohibitiones autẽ puerorũ in ploratibus non recte deteſtãtur qui prohibent in legibus, cõferunt enim ad incrementũ, fit enim quodãmodo exercitatio corporibus. Detentio .n. ſpiritus facit robur laborantibus, quod accidit & pueris qui cohibẽtur.

*Cohibitiones uero puerorum, & interruptiones ploratus qui legibus prohibent, non recte non faciunt. Sunt .n. utiles ad augmentum, cum ſint quodã modo exercitationes corporum. Spiritus .n. compreſſio facit robur laborantibus. Quod contingit etiam pueris ploratum cohibentibus.*

E

hh Conſiderandũ aũt pedenomis horũ deductionẽ & aliã & quomodo q̃ minime cum ſeruis erunt, hanc .n. ætatem & vſq; ad

*Prouidẽdum eſt ab his quibus puerorum cura publice commiſſa eſt circa huiuſmodi educationẽ & aliam, & ut quàm minime cũ ſeruis uerſentur.*

cc ¶ Declarat, ꝙ aſſueſcendi ſunt ad frigora, dicens ꝙ expedit ad bonam diſpoſitionem puerorum in hac ætate ad frigora moderata aſſueſcere paruos exiſtentes hoc enim proficit ad ſanitatem corporis & ad bellicas actiones futuras, cum enim aſſueti ſunt a iuuentute ad tollerantiam frigoris, non grauantur in ſuperueniente ætate a frigore in bellicis, vbi neceſſe eſt quandoque, nec patiuntur ægritudines quæ ab ipſo ſunt. Iterum propter conſuetudinem ad frigus fortificatur calidum & fortiora redduntur corpora, & ideo conſuetudo ẽ apud multos barbarorum quibuſdam abluere pueros in aqua frigida ſtatim natos. Aliis autem paruo inuolucro induere eos, ſicut cõtingit Gallis morantibus circa plagã occidentalem, vniuerſaliter enim omnia quæcumque poſſibile eſt aſſueſcere ad bonum habitum futurum, melius eſt aſſueſcere ſtatim a principio quando ſunt magis ducibiles, non parum enim differt ſic vel ſic a puero aſſueſci, ſed multum, magis autem omne tunc aſſueſcit, ſicut dicitur Primo Ethicorum. Deinde cum dicit.

dd ¶ Declarat ſecundum gradum dicens, ꝙ ad exercitiũ in tollerando frigora expedit aſſueſcere ſtatim ſecũdum gradum, tum vt primo aſſuefiant ad tollerãda magis temperata frigida. Deinde excedentia magis & magis ſecundum ꝙ magis fortificantur virtus vel complexio, & hoc propter calidum fortificandum, & alias vtilitates, cauendo autem ne grauetur natura propter exceſſum frigidi cui exponitur, ſimiliter autem ſe habet de aſſuefactione in alijs conuenientibus, natura enim puerorum propter teneritudinem & mollitiem nata eſt aſſueſci ad quæcumque non dura nec grauantia naturam ipſorum. Circa primam igitur ætatem optimum eſt talem curam & ſimilem habere circa eos. Deinde cum dicit.

ee ¶ Declarat quomodo curandi ſunt in habita ætate quæ incipit in tertio anno, & circa hoc primo declarat quibus ſunt aſſuefaciendi. Secundo cum dicit. {Cohibitiones vero puerorum &c.} A quibus prohibendi ſunt. Circa primum primo declarat ꝙ aſſuefaciendi ſunt in ætate hac quibuſdam motibus. Secundo cum dicit. {Et de ſermonibus autem &c.} Quòd in his quæ pertinent ad auditum. In prima parte dicit ꝙ in ætate conſequente quæ incipit a tertio anno & protenditur vſq; ad finem quinti, in qua non ſunt nati ad eruditionem ſeu diſciplinam propter

A tenuitatem complexionis & virtutum imperfectionem, nec ad magnos labores, vt propter violentiam non impediantur creſcere, oportet eos exercere in aliquo modico motu, vt exercitata caliditate reſoluente humidum ſuperfluum diffugiat inertia corporum, huiuſmodi autem exercitium in motu oportet fieri & per actiones alias, & p ludos, ludos autem oportet eſſe nõ declinantes ad ſeruilitatem, ſed liberales magis, nec etiam ſup laborioſos vel violẽtos, vt non grauẽtur virtutes propter exceſſum, neque nimis molles & remiſſos ne cõprehẽdantur a deſidia. Deinde cũ dicit.

ff ¶ Declarat, quòd expedit eos in ætate hac exerceri in his q̃ ad auditum pertinẽt, dicens, ꝙ expedit eos in ætate hac exerceri in audiendo aliquos paruos ſermones, & fabulas aliquas, propter hoc vt exerceantur in locutione & rationibus nominum, & de hoc debent habere curã principes eorũ publice illis p̃fecti. Sed hoc obſeruandũ eſt in hac ætate, ꝙ omnia in quib⁹ aſſuefiunt, & motus, & operationes, & ludi, ſermones, & fabulæ quos audiunt, & etiam ea quæ vident ſint imagines quædã eorũ, in quibus poſterius ſerio conuerſari debent, & quaſi via ad illa in quibus cõſequẽter ſtudere debẽt ſeu intendere, ad illa .n. quę aſſueſcũt ĩ primis magis poſterius inclinãtur, q͞a aſſueta ſunt magis delectabilia. Deinde cũ dicit.

gg ¶ Declarat a quibus prohibendi ſunt, & primo tangit ꝙ cohibitio a fletu ꝓdeſt eis. Secundo cum dicit. {Conſiderãdum aũt &c.} A quorũ cõuerſatione auditu & viſione cauẽdi ſunt. Primo igitur dicit, ꝙ quidam ciuitatis gubernatores ſeu legiſlatores non inconuenienter deteſtãtur in ordinatione & Rebuſp. ſuis cohibitiones puerorũ a ploratibus, hoc .n. expediẽs eſt & conferens ad augmentũ virtutis & nutrimentũ: fit .n. per hoc quædam exercitatio corporis ad iſta, cũ .n. cohibentur a ploratu fit retentio ſpiritus interius, in ploratu autẽ diffuſio exterius. Retentio aũt ſpiritus interius robur facit: propter .n. congregationem ipſius interius fortificantur, virtus enim vnita fortior eſt ſeipſa diſperſa, fortitudo aũt ſpiritus ad incrementum & ad alia multa valet. Deinde cum dicit.

hh ¶ Declarat primo a quorum conuerſatione auditu & viſu cauendi ſunt. Secundo cum dicit. {Iam de miſſione & ab ebrietate &c.} Tangit per quid faciliter hoc poteſt fieri, excuſando ſe ab vlteriori inquiſitione de talibus. Tertio cum dicit. {Forte autem non male & cætera.} Reprobat circa hoc opinionem

contrariam. Circa primum primo oſtendit ꝙ cauendi ſunt a conuerſatione cum ſeruis. Secundo cum dicit. {Totaliter quidem igitur turpiloquium &c.} Quòd a turpium auditione. Tertio cum dicit. {Quoniam autem dicere &c.} Quòd ab inhoneſtorum viſione. Circa primum dicit ꝙ puerorum rectores quorum eſt regulare pueros, conſiderare debent educationẽ puerorum quomodo bene regulentur, ipſi enim in omnibus debent eſſe eorum regula, ſicut in eodem ratio eſt regula viriũ inferiorum, vnde ſicut in eodẽ tota deordinatio virium inferiorũ rationali parti animæ imputatur; ſic tota deordinatio puerorum quam accipiunt in prima ætate imputanda eſt magiſtris, debent autem curare & quantum ad alia & quãtum ad hoc, vt quanto min⁹ poterit cũ ſeruis conuerſentur, in hac .n. ætate vſque ad ſeptimum annum neceſſe habent conuerſari in domo & alimentum accipere in ea, in qua ſerui negociantur, cõuerſantes enim cum ſeruis accipiunt quãdam inclinationẽ ad illiberalitatem & ad actiones ſeruiles ex eis quę audiunt & vident ſeruos dicentes & operantes, etiam cum ſint parui & bene informabiles ad quamcumque. In eis enim, in quibus aſſueſcunt maxime in prima ætate delectantur, delectati autem faciliter inclinantur ad ipſa. Deinde cũ dicit.

ii ¶ Ex hoc infert ꝙ cauendi ſunt a turpium auditu dicens, ꝙ oportet bonum legiſlatorem turpiloquia, puta de venereis, & de aliis quæ ſunt præter rationẽ, & honeſtatem omnino exterminare ex ciuitate, ſicut quodcumque aliud turpe, ex hoc enim ꝙ aliqs de facili dicit aliquid turpe, conſequitur ipſum prope facere, ſæpe enim dicendo aliquod turpe agibile ſepius meditatur de eodem, & ex frequenti meditatione de ipſo ſequitur inclinatio maior ad ipſum faciendum, & quamuis vniuerſaliter ſit prohibendum a ciuitate, maxime tamen prohibendum eſt iuuenibus & ad præſentiam ipſorum, ita vt nec loquantur ipſi nec audiant ab aliis aliquid tale, omnia enim quæ audiunt vel vident vel operantur in prima ætate, admirantur tamquam noua eis, propter quod & ea meli⁹ memorantur & magis delectantur, miranda enim ſunt delectabilia, ad ea autem in quibus delectantur facilius inclinantur, ſi autem aliquis tranſgrediatur dicens aut faciens aliquid contra huiuſmodi prohibitum, ſi fuerit liber non adeptus aliquam dignitatem puniatur, priuando ipſum de menſa in conuiuiis communibus, & aliquibus dehoneſtationibus & verberibus decentibus tranſgreſſionem, ſi autem fuerit ſenior ætate præcedentibus & adeptus aliquam dignitatem, puniatur inhonorationibus ſeruilibus, non decentibus ſtatum eius propter vtilitatem, cum operatus ſit non decentia ipſum, prælatus enim ſi peccat manifeſte amplius puniendus eſt quàm priuata perſona, & quia trãſgreditur in peccando, & quia præbet ſubditis occaſionem peccandi credẽtibus bonum eſſe & ſibi licere quicumque viderũt ipſum facientem aut dicentem. Deinde cum dicit.

kk ¶ Declarat, ꝙ cauendi ſunt a viſione inhoneſtorum dicens, quoniam facere aut dicere aliquid turpe dicimus debere exterminari a ciuitate, manifeſtum eſt, quòd videre picturas aut ſermones inhoneſta repreſentantes cauendum eſt in ciuitate, & maxime a iuuenibus, ex viſione enim taliũ inficit imaginatio, & memoria ipſorum, & maxime iuuenibus exiſtentibus propter admirationem, ad imaginationem autem fortẽ eorum contingit diſponi appetitũ & virtutes motiuas ab ipſa, fantaſia enim & intelligentia habent rerum virtutes, ſicut dicit Ariſtoteles in libro de Motibus animalium, & ideo principes cauere debent, ne ſculptura quæ fit per inciſionem, neq; pictura quę fit per appoſitionem quę ſint repreſentatiuæ iſtorum, fiant in loco priuato nec publico, niſi forte in oraculis aliquorum deorum quibus lex attribuit aliquas laſciuias, ſicut Veneri laſciuiam circa venerea, & loqtur ſecũdum opinionem gentilium antiquorum. Ad cultum autem illorum, vbi tales laſciuiæ fiunt, aut ſunt imagines earum repreſentatiuæ lex permittit parentes magis prouectos exiſtentes pro ſe & pueris deos huiuſmodi honorare. Iuuenes autem non eſſe inſpectores iſtorum, neque iamborum neq; tragœdiarum aut comędiarum, in quibus repreſentantur geſta, & mores ruſticorum ſeu ruralium vſque ad ætatẽ in qua debent communicare menſa communi, in conuiuiis publicis, puta quãdo in eis incipit vigere ratio. Deinde cum dicit.

ll ¶ Declarat, per quæ poſſunt faciliter prohiberi excuſando ſe ab vlteriori cõſideratione de iſtis dicẽs, ꝙ ab inhoneſtorũ auditu & viſione, & ab ebrietate, & vniuerſaliter a turpiũ operatione ꝓhibebuntur, & impoſſibiles erunt ſi occupentur in aliqua diſciplina & aſſuefaciant delectari in ea, occupati .n. cũ delectatione ĩ ipſa ad alia nõ attendũt, ſed de talibus nũc pertranſeundo dictũ eſt, poſterius aũt inſiſtẽdo, determinabitur magis, ſi oportet puerorũ eſſe aliquã diſciplinã vel nõ dubitando, & ſi oportet, qualiter eſt, & qualiter inſtruendi ſunt, nunc aũt de hoc recordationẽ fecimus ſecundum ꝙ neceſſarium erat. Deinde cum dicit.

mm ¶ Inducit

ſeptem annos neceſſariũ domi alimentum habere. Rationabile igitur aſſumere illiberalitatẽ ab auditis & viſis, & tantillos exiſtentes.

ii Totaliter quidem igitur turpiloquium ex ciuitate, ſicut aliquid aliud, oportet legislatorẽ exterminare, ex dicere .n. de facili quodcumq; turpiũ fit & ipſum facere prope. Maxime quidem igitur ex iuuenibus quatenus neque dicant neq; audiant nihil tale. Siquis aũt apparuerit aliquid dicens aut agens vetatũ liberum quidẽ, nondum aũt dignificatũ demiſſione, in conuiuiis dehoneſtationibus punire, & verberibus, ſeniorem aũt ætate hac inhonorationibus illiberalibus vilitatis gratia.

kk Quoniam aũt dicere aliqd talium exterminamus, manifeſtum quia & videre aut picturas aut ſermones inhoneſtos. Curæ quidẽ igitur ſit principibus nihil, neque ſculpturã, neq; picturam, eſſe taliũ actionum imitationem, niſi apud aliquos Deos tales, quib⁹ & laſciuiã attribuit lex. Ad hęc aũt dimittit lex eos qui habent ætatẽ amplius prouectam, & pro ipſis & pueris cultu honorare Deos, iuniores aũt neque iamborũ neq; comediæ ſpectatores ponendũ anteq̃ ętatem accipiãt in qua exiſtet cõicare.

ll Iam demiſſione & ab ebrietate, & ab eo quod fit a talibus nocumento, oẽs impaſſibiles faciet diſciplina. Nunc quidẽ igitur in tranſcurſu horũ fecimus ſermonẽ, poſterius aũt inſiſtentes oportet determinare magis ſiue non oportet primo, ſiue oportet dubitantes, & qualiter oportet, ſm̃ præſens aũt tempus meminimus tamq̃ neceſſario.

F *Hæc enim ætas uſque ad annos ſeptẽ neceſſarium eſt ut domi alatur. Rationabile eſt ergo præcipere in hac ætate, ut ab auditu & uiſu ſeruilium rerum abſint.*

*Omnino igitur obſcenitas uerborũ per legiſlatorem exterminanda eſt de ciuitate. Ex turpiter enim loquendi licentia ſequitur & turpiter facere.* G *Potiſſimum igitur ſtatim a pueris, neque dicant, neque audiant quicquam turpe. Siquis uero dicere aut facere quicquam prohibitorum deprehenſus fuerit, is ſi liber ſit, ſed nondum in conuentum comeſſatorum dignatus aſſumi, honore prohibeatur, & uerberibus caſtigetur. Sed ſi ſit maioris ætatis ſeruili infamia afficiatur.*

H *Cum uero dicere quicquam turpe interdixerimus, clarum eſt quòd & aſpicare, aut picturas, aut actus deformes prohibebimus. Sit igitur cura magiſtratibus nullam neque picturã, neque ſtatuam eſſe talium rerum imitatricem, niſi apud deos quoſdam, quibus etiam laſciuiam mos tribuit, apud hos permittet lex iam homines factos pro ſe & filiis & uxoribus ſacra facere. Iuniores autem neque iamborum, neque tragœdiarum ſpectatores eſſe ſinat, niſi cum ad eam peruenerunt* I *ætatem, ut in comeſſationibus una cũ aliis ſedere.*

*Et potus eſſe participes eſſe poſſint & ab huiuſmodi labe inſontes diſciplina omnes præſtabit. Nos quidem nunc curſim iſta attingimus, poſtea uero inſiſtentes oportebit determinare magis, ſiue oportet ſiue non oportet, primo quærentes & quomodo, ſed in præſenti mentionem de his facere, neceſſarium fuit.* K



mm ¶ Inducit quoddam ſignum, quo oſtenduntur ea, quæ in principio audimus, & cognoſcimus fieri nobis delectabilia, & quòd eis fauemus & conſequenter in eis perſiſtimus; tamquam in re nobis grata & delectabili: dicit enim quòd Theodorus tragœdiarum actor non male in hoc cenſebat, quòd cum erat acturus aliquid, nolebat ꝙ aliquis prius aliquid repreſentaret, quàm ipſe, qualiſcũque hyſtrio eſſet. & hoc ideo, quia auditores magis fauent his, quos primo audierint; ex quo patet ꝙ amamus ea, quæ primo cognoſcimus, & quibus primo aſſueſcimus. Manifeſtũ enim eſt quod idẽ accidit, quantum ad aſſuefactionem hominum in locutionibus & rerum operationibus. In vtriſq; enim conſuetudo inclinat ad ſimilia. omnia .n. q̃ primo operamur, ſeu vidẽdo ſeu audiẽdo, ſeu alitercũq;, puta in prima ętate, magis diligimus, quia magis delectamur in eis admirãtes ea ſicut noua: ea autẽ quę magis diligimus, magis poſſum⁹ operari, quare ſi expedit in prima ætate pueros audire comœdias, aut tragœdias, magis inclinabuntur ad ea, q̃ repreſentantur ꝑ eas in ætate futura quod eſt inconueniens, & ideo oportet a iuuenibus omnia turpia, etiam in honeſta in prima ętate facere extranea, vel per aſſuefactionem in contrariis, vel per afflictionem pœnæ operantibus. Inter iſta autem magis illa quæ maioris ſunt adhęſionis & facilioris, puta inhoneſtatem, quæ circa venerea, & circa potũ & cibum, concupiſcentia enim talium, quaſi innata eſt nobis ſtatim ex iuuẽtute, ſecundum philoſophum ſecundo Ethicorũ. Deinde cum dicit.

nn ¶ Declarat qualiter inſtruendi ſunt in habita ætate, puta a fine quinti anni vſq; ad finẽ ſeptimi breuiter ſe expedit, dicẽdo ꝙ tranſactis quinque annis, duobus ſequentibus vſque ad finẽ ſeptimi oportet iuuenes eſſe inſpectores diſciplinarum, in quibus erudiendi ſunt, vt ſi ſunt erudiendi in æqueſtri, oportet fieri inſpectores æqueſtrium, ſi in muſica, muſicalium, vt per auditum & inſpectionem talium aſſueti, magis inclinentur ad ea. Deinde cum dicit.

oo ¶ Volens ſe continuare ad ſequentia diſtinguit tempus ſequens conueniens diſciplinæ dicens, quòd duæ ſunt ætates ſecundum quas neceſſarium eſt diuidi diſciplinam conuenientem A vnicuique illarum, puta illam quæ eſt a fine ſeptimi anni vſque ad pubeſcentiam, id eſt vſque ad finem .14. & illam quæ eſt a pubeſcentia vſque ad duodecimum annum. Qui autem omnes ætates diſtinguunt per ſeptemnia, dicentes primam ætatem continere primum ſeptemnium, & ſecundam ſecundum, & tertiam tertium quantum ad omnes ætates, non bene dicunt: oportet enim, quòd diuiſio ætatis conſequenter accipiatur diuiſioni naturalis diſpoſitionis hominis vt menſuratur tempore, & ideo ſecundum diuerſitatem ſtatus conuerſationis & diſpoſitionis naturalium, vt menſurantur tempore, oportet ætates diuerſificari ſed iſte ſtatus aliquando diuerſificatur in minori tempore quàm in ſeptennio, quandoque in ampliori. Alius enim eſt ſtatus cõuerſationis naturalis hominis in tribus primis annis; alius in duobus ſequentibus, & alius in duobus ſẽſibiliter ſequẽtibus, & ideo ſecundũ hoc tres ætates ante ſeptem annos perfectos diſtinguuntur. Deinde alius ſtatus cõuerſationis & modi viuendi eſt in ſequenti ſeptemnio a precedẽtibus & alius in ſequenti, & ideo iſtæ duæ ętates ſeptẽniis diſtinguuntur. Status autem vel modus viuendi conuerſationis ſequens longior eſt & protenditur vſque ad 37. vel circa, & ita non menſuratur vno ſeptemnio, ſed pluribus, & ſic de aliis. Et ideo non diuiduntur ętates vniuerſaliter ſeptemniis, ſed oportet eſſequi diſtinctioni naturali: omnis autem ars & diſciplina in actu nata eſt ſupplere defectum naturæ, & inquantum perficit aptitudinem naturæ ad ipſam per hoc quòd ſciens in aptitudinem fit ſciens in actu, vel per hoc quòd formam inducit in materia extrinſeca apta nata, & ideo erudiendi ſunt ad vnamquamque diſciplinam ad quam apti ſunt: eſt igitur conſiderandum primo, vtrum ſit facienda aliqua cura circa diſciplinam propriam puerorum, & dato quòd ſic. Secũdo vtrum oporteat ipſam eſſe communem vel propriã, ſicut nunc faciunt in multis ciuitatibus, & dato quòd magis expediat eſſe communem. E Tertio eſt conſiderandum qualem oportet eſſe huiuſmodi diſciplinam, & de iſtis conſiderabit in ſequenti libro, ſtatim incipiens octauum librum a determinatione primi iſtorum, & in hoc terminat philoſophus intentione ſuam in iſto ſeptimo.

mm Forte aũt non male dicebat quod tale, Theodorus tragediæ geſticulator. Nulli enim vnquam ꝑmiſit ante ſe inducere, neque vilium Hyppocritarũ tanquam appropriatis theatris primis auditibus. Accidit autẽ idẽ hoc & ad hominum collocutiones & ad eas quæ rerũ. B Omnia enim amamus, prima magis. Propter quod oportet iuuenib⁹ facere omnia extranea quę praua, maxime autem ipſorũ quæcumq; habẽt infectionem, aut inhæſionem.

nn Tranſactis aũt quinque annis, duobus vſque ad ſeptẽ, oportet ſpeculatores fieri diſciplinarũ quas oportet addiſcerẽ ipſos.

oo Duę aũt ſunt ętates ad quas neceſſarium diuidi diſciplinam poſt eã quæ a ſeptẽ annis vſque C ad pubeſcentiã, & iterũ poſt eã quæ a pubeſcentia vſq; ad annos viginti & vnũ. Qui autẽ enim ſeptennis diuidunt ætates vt ad multum dicunt non bene, oportet autẽ diuiſionẽ naturæ conſequi. Omnis .n. ars & diſciplina, qđ deficit naturę vult ſupplere. Primo quidẽ igitur conſiderandum, ſi eſt faciendum ordinẽ aliquem circa pueros. deinde vtrũ expedit cõiter facere curã ipſorum, D vel ſecundum propriũ modum, quod fit & nunc in plurimis ciuitatũ, tertio aũt qualem quendam oportet omnẽ hunc.

*Forſitan enim non male circa hoc cenſebat Theodorus tragœdiarum actor: nulli enim umquam concedere uoluit ut ante ſe ageret. Neque ex uilibus etiam hyſtrionibus, quaſi magis faueant auditores illis, quos primo audierint. Contingit hoc idem in conuerſationibus hominum & rerum,* B *omniũ enim prima nos magis delectãt. Quapropter oportet a pueris omnia turpia procul remouere. Et maxime quæcũque habent in ſe, uel obſcenitatem, uel improbitatem.*

*Tranſactis uero annis quinque in duobus uſque ad ſeptem, oportet iam diſciplinas ſpectare, quas addiſcere eos oportet.*

*Duæ ſunt ætates in quas neceſſariũ eſt diſciplinas diuidere, Vna poſt ſeptimum annum uſque ad pubertatem.* C *Altera a pubertate uſque ad annum uigeſimum primum. nam qui Hebdomadibus diuidunt ætates, ut plurimum non dicunt bene, itaque ſequenda eſt naturalis diſtinctio. Omnis enim ars & diſciplina implere uult id quod deeſt naturæ. Primum igitur uidendum eſt, ſi facienda ſit inſtitutio quædam circa pueros. Deinde ſi utile ſit publice curam eorum ſuſcipere, uel magis* D *priuatim, quomodo nunc fit in pluribus ciuitatibus. Tertio qualem hanc eſſe curam oportet.*

# ARISTOTELIS POLITICORVM

## LIBER OCTAVVS.

Cum Sancti Thomæ Aquinatis præclariſsimis commentarijs.

## LECTIO PRIMA.

POſtquàm Philoſophus declarauit qualiter & quibus iuuenes ſint diſponendi & inſtruendi quantum ad corpus & vſque ad finem tertiæ ætatis, quæ ſecundũ ipſum terminatur in fine ſeptimi anni, nunc intendit declarare qualiter inſtruendi & diſponendi ſunt ſecundum intellectum in duabus ſequentibus ætatibus, quæ terminantur in fine.xxi.anni, & ſecundum ordinẽ præmiſſum prius diuiditur liber iſte in partes tres, quoniam primo oſtẽdit ꝙ puerorum oportet facere curam circa diſciplinã in ciuitate optima. Secundo cum dicit. {Quoniã autẽ.} Declarat ꝙ communem. Tertio cum dicit. {Quæ autẽ ſit.} Declarat quæ ſit illa, & qualiter erudiendi ſint in ipſa. Circa primum præmittit primo concluſionẽ ſuã dicens, ꝙ nullus habens rectum vſum rationis dubitat quin legiſlatori curanti de bono communi ciuitatis, maxime negociandum ſit circa diſciplinam & bonam diſpoſitionem iuuenum. Deinde cum dicit. {Nam mos.} Probat hoc per vnam rationem. Secundo cũ dicit. {Adhuc aũt.} Per aliam. In prima parte ipſe intẽdit rationem hanc. De illo oportet negociari legiſlatorem & curã habere, quod non factum in ciuitatibus lædit & corrũpit Reſpu. maxime enim debet intendere bonum, & ſaluationem Reipub. ſed non curare de bona diſpoſitione puerorum, & dimittere eos aſſueſci in quibus volunt lædi & corrumpi Rempub. Cuius declaratio eſt, quia expedit ciuitatem gubernanti aſſueſcere & diſponere futuros ciues ad vnamquamque Rempub. ſecundum modum conuenientem ei, ſicut materiam ad formam, conſuetudo enim vniuſcuiuſque Reipub. & diſpoſitio conueniens principium eſt inſtituendi Rempub. & conſeruandi ipſam inſtitutam, ſicut bona præparatio materiæ ad formam principium eſt educendi formã illam in eſſe & conſeruandi illam eductam, ſicut videmus ꝙ cõſuetudo popularis principium eſt inſtituendi & ſaluandi popularem ſtatum, & conſuetudo paucorum potentiæ ſtatum paucorum, & ſimiliter in alijs. Et ſemper conſuetudo melior principium inſtitutionis eſt & ſaluationis ſiue conſeruationis melioris Reipub. ſicut excellentior diſpoſitio materiæ eſt principium generationis excellentioris formæ. Ex quo manifeſtum eſt, ꝙ bona diſpoſitio & conſuetudo iuuenum ad Rempub. inſtituit & ſaluat ipſam, quare per oppoſitum indiſpoſitio ipſorum & negligentia circa hoc deſtruit & corrumpit eandem, quare de bona diſpoſitione ſeu diſciplina puerorum oportet legiſlatorẽ curare. Deinde cum dicit.

b ¶ Ponit ſecundam rationem dicens, quòd adhuc ſicut eſt in G alijs potentijs & artibus operatiuis reſpectu operationum, ſic eſt in virtutibus politicis & ſcientia politica reſpectu actionum politicarum, ſed ita ſe habet in alijs potẽtiis & artibus, quòd omnibus oportet p̃exiſtere aliquam bonam diſpoſitionem materiæ, aut aliquã eruditionem, aut aſſuefactionem, hoc ẽt videmus in ſpeculatiuis, quoniam omnis ars & omnis doctrina ratiocinatiua fit ex præexiſtenti cognitione, & in operatiuis ſimiliter, ſicut in fiſtulatiua, debens enim recte fiſtulare prius aſſueſcit in quibuſdam præludiis & rudimentis, ſimiliter autẽ & in aliis ſe habet, oportet enim materiam bene diſponi ad actionẽ, quia act[9] actiuorum fiũt in patiẽte bene diſpoſito: quare in virtutibus, & ſcientia politica oportet ad actionem rectam futuram præ erudiri & aſſuefieri, & diſponi in quibuſdam, & de hoc debet curare legiſlator, cuius eſt intendere bonum & ſaluationem Reipub. Deinde cũ dicit.

c ¶ Volens probare ꝙ oportet de pueris curam cõmunem habere, probat prius ꝙ omnium in ciuitate vnam oportet eſſe diſciplinam, vnam intendens rationem hanc. Quorumcumque eſt vnus finis per ſe, eorum eſt diſciplina vna de eis, quæ ad finem ordinantur, quia ratio eorum quæ ſunt ad finem ex fine ſumitur, & quorum eſt ratio vna, & diſciplina K vna, ſecundum quòd hujuſmodi. omnium autem viuentium in ciuitate ſecundum Rempublicam vnam, eſt vnus finis, puta finis Reipublicæ, Quare manifeſtum eſt quòd omnium oportet eſſe vnam & eandem diſciplinam de neceſſitate. Deinde cum dicit.

d ¶ Probat, ꝙ oportet de his fieri curam cõmunem quantũ ad diſciplinam, & primo per rationes, Secundo com dicit. (Laudabit vtique) per exemplum. Circa primum ponit rationes duas, quarum primam tangens dicit, quòd de diſciplina puerorum oportet legislatorem facere curam vnam & non diuiſim, ſicut nunc in quibuſdam ciuitatibus vnuſquiſque curat de proprijs pueris ſecundum quòd videtur ſibi ſeorſum inſtruens diſciplina propria quæcũq; videtur ſibi vtilis, alius & alius in alia & alia. Et huius ratio eſt, quoniam eorum quorũ eſt diſciplina vna & cõis, expedit facere curam cõmunẽ & ſtudium, vt cura ſit proportionalis

### LECTIO I.

QVòd quidẽ igitur legiſlatori maxime vigilandum circa iuuenum diſciplinam, nullus vtique dubitabit, etenim in ciuitatibus nõ factum hoc lædit politias. Oportet autem ad vnamquamq; politizare, mos enim politiæ vniuſcuiuſque qui conueniens & cõſeruare conſueuit politias & inſtituit a principio, H puta qui quidem Democraticus, Democratiam. Qui autem Oligarchicus, Oligarchiam, ſemper autẽ optimus mos melioris cã politiæ.

b Adhuc aũt ad omnes potentias & artes ſunt quæ oportet p̃ erudiri & præaſſueſcere q̃d ſingularũ operationes. Quare palam ꝙ & ad actiones virtutis.

c Quoniam aũt vnus finis ciuitati omni, manifeſtũ ꝙ & diſciplinam vnam & eandem neceſſarium eſſe omnium.

d Et huius curam eſſe communem & non ſeorſum, quomodo vnuſquiſque nunc curat de ſuis pueris, Seorſum & diſciplina ꝓpria quacumque videbitur docens, oportet aũt communium cõmune facere & ſtudioſum.

### *LECTIO I.*

*QVòd igitur a legiſpoſitore maxime intendendum ſit circa diſciplinam iuuentutis nemo uique dubitabit, nam id quidem neglectum in ciuitatibus affert Reipub. detrimentum, oportet enim ad ſingula gubernandi genera diſciplinam accõmodari, nam mos uniuſcuiuſque proprius conſueuit & ſeruare Rempub. & ab initio conſtituere, ceu popularis mos popularem, & paucorum potentiæ accommodatus mos, eam quæ conſiſtit in paucorum gubernatione. Semper autem melior mos cauſa eſt melioris Reipublicæ.*

*Præterea in cunctis facultatibus & artibus ſunt quædam ad quæ erudiri prius oportet, & aſſuefieri ad earum opera, itaque manifeſtum eſt quòd & ad uirtutis actiones.*

*Cum uero unus ſit finis ciuitati toti, clarum eſt oportere diſciplinã quoque eſſe unam & eandem omnium.* I

*Et huius curam eſſe publicam, & non priuatam, quemadmodum nunc unuſquiſque curam habet ſuorum filiorum, priuatimque docens, & priuatã diſciplinam, prout ei uidetur, ſed oportet publicorum publice exercitationem fieri.*



proportionalis diſciplinæ. Sed omnium in ciuitate vna eſt diſci A plina, & vna & eadem ratio, vt probatum eſt prius. Ergo de omnibus eſt facienda cura communis, & eadem quantum ad illam. Deinde cum dicit.

e ¶ Ponit ſecundam rationem & eſt. Cura de parte & diſpoſitio debent eſſe ſecundum habitudinẽ ad totum, tũ quia pars eſt propter ipſum totum, tum quia ratio nem & eſſe habet ab ipſo, nunc autem ſimul cum his quæ dicta ſunt oportet intelligere vnumquemque ciuem non eſſe ſuiipſius ſolum neq; gratia ſui, ſed omnes ciuitatis & gratia ei[9] ergo cura vniuſcuiuſque ciuium & diſpoſitio facienda eſt ſecũdum habitudinẽ ad totam ciuitatem, & bonum ipſius, ſecundum igitur eundem modum curandi ſũt & diſponendi iuuenes, ſecundum ꝙ tota ciuitas curatur & diſponitur ad bonũ commune, ſed de iſtis facienda eſt cura communis, ergo & d̃ iuuenibus. Deinde cum dicit.

f ¶ Manifeſtat idem per exemplum dicẽs, ꝙ rationabiliter poterit aliquis laudare Lacedæmonios, qui reputantur bene gubernare in hoc, maximam enim curam & ſtudium impẽdũt circa diſciplinã puerorum, & hoc nõ priuatim ſed communiter, bene exiſtimãtes quòd bona diſpoſitio puerorum cõmunis induceret bonam Rempub. conſequenter. Quòd igiẽ oportet legislatorem curare & ferre leges de diſciplina iuuenum, & ꝙ hanc curã & diſciplinam de ea oportet eſſe communem, manifeſtum eſt ex dictis. Deinde cum dicit.

g ¶ Declarat quæ ſit illa diſciplina, & qualiter ſunt erudiendi in ea, & circa hoc primo præmittit intentum, & neceſſitatem conſiderationis de ipſo. Secundo cum dicit. {Quòd quidem igitur.} Proſequitur. E In prima parte dicit ꝙ ciuitatis gubernatorem oportet non latere quę ſit huiuſmodi diſciplina puerorũ communis, & qualiter & vſque quo oportet pueros erudiri in ipſa. Cuius ratio eſt, quoniam multi dubitant de ipſa ſicut apparet ex operibus & diuerſis opinionibus de ea, non enim omnes opinantur pueros debere erudiri in eiſdem diſciplinis, neque in ordine ad virtutem, neque in ordine ad idem optimum, ſed quidam in vna, puta in iudicatiua ſeu rhetorica, quidam in alia, puta medicatiua vel exercitiua vel huiuſmodi. Nec etiam manifeſtum eſt omnibus, vtrum magis oportet eos erudiri ſeu aſſuefieri in his quæ pertinent ad intellectum, puta in virtutib[9] intellectualibus, vel in his quæ pertinent ad morem animæ, hoc eſt in virtutibus moralibus, quæ ſunt in parte appetitiua ipſi[9]. Iterum conſideratio de diſciplina quæ ordinatur ad vitam actiuam plena eſt turbatione, quæ ſcilicet ſit optima, cui magis intẽdendum ſit, diuerſi enim diuerſas ponunt, ſecundum ꝙ diuerſos fines in agibilibus ſibi conſtituunt. Adhuc non eſt manifeſtum, vtrum magis ſtudendum ſit circa operationes vitæ actiuæ, aut circa ea quę tendunt ad virtutem quæ eſt principium illius, aut circa ſuperflua, puta circa delectationes ſenſibiles non neceſſarias, diuerſi enim circa hoc diuerſa opinantur, & quilibet illorũ habet proprios iudices. Iterum de virtutibus quæ ſit principalis nihil concorditer dicunt, non enim omnes honorant eandẽ ſicut principaliorem ſed alij & alij, aliam & aliam, quia igitur de his diuerſi diuerſimode exiſtimant, & ſecundum diuerſitatem exiſtimationis ſeqtur diuerſitas ſtudij, rationabiliter diuerſificãtur circa ſtudium illorum, quilibet enim ſtudet & intendit circa id quod ſibi melius & poſſibilius exiſtimat. Quare rationabiliter conſiderandum eſt quæ ſit diſciplina omnis circa quam ſit ſtudẽdum ſicut circa optimam pueris. Deinde cum dicit.

h ¶ Proſequitur, & primo declarat ĩ vniuerſali in quibus erudiendi ſunt, quoniã in vtilibus & liberalibus. Secundo cum dicit. {Sunt autẽ quatuor.} Magis determinate declarat quæ ſint illæ. Circa primum primo oſtendit ꝙ in vtilibus & liberalibus ſunt erudiendi. Secundo cum dicit. {Sunt etiam quædam.} Declarat vſq; ad quid & cuius gratia. Et circa primum eſt intelligendum ꝙ homo liber eſt, qui ẽ ſuiipſius cauſa, & in ratione cauſæ mouẽtis & in ratione finis ſicut dictum eſt pri[9]. In ratione quidẽ mouentis quando ab illo per quod ẽ homo, & quod eſt principale in eo, puta ab intellectu mouetur præiudicando & ordinando modum, & rationem agendi. In ratione autem finis cum mouetur ad bonum & finem ipſius ſm illud idem quod principale eſt in eo ſm intellectum, & tanto tpe magis liber eſt ſm naturam, quanto magis natus eſt moueri ab eo quod principaliſſimum eſt in eo, & ad finem & bonum eius ſm illud idem. Homo aũt ſeruus dicitur qui non eſt natus moueri pp indiſpoſitionẽ materiæ ab intellectu proprio per quẽ determinatur, ſed ab intellectu & ratione alterius. Nec etiã operatur ſui gratia, ſed gratia illius alterius, & quãto minus natus eſt moueri a ſe & magis ab alio & ad finẽ alterius, tanto magis ſeruus eſt. Ad hoc aũt ꝙ moueatur ab alio & agat ad finẽ alterius, requiritur robur corporale. Et hoc rationabiliter accidit, quia vbi deficit virtus intellectus & formæ, excedit virtus corporis & materiæ. Et pp hoc dixit Ariſt. in Primo huius ꝙ vigẽtes intellectu, & ſi deficiant corpore, ſunt naturaliter aliorũ domini, robuſti aũt corpore deficiẽtes intellectu, ſũt naturaliter ſerui. Et ſm hoc ſciẽtia libera vel liberalis dicta eſt ab antiquis ſm quã homo p ſe diſponiẽ ſm intellectũ ad finẽ propriũ, illa aũt ſm quã diſponiẽ in ordine ad bonũ corpis p ſe & ad bona exteriora ſeruilis, qa ordinatur ad bonũ eius ſm hoc debet ſeruire, in hoĩe vt mechanica, quia mechari facit quodãmodo intellectũ circa ea q̃ nõ ſunt ꝓpria ſibi ſm ꝙ hmõi: & inter liberas illa libera eſt maxime q̃ immediate diſponit intellectum ad finem optimum, puta

e Simul aũt neq; oportet putare ciuiũ ipſorũ aliquẽ ſibi eſſe, ſed omnes ciuitatis. Cura autẽ vniuſcuiuſque partis nata eſt reſpicere ad eã quæ totius curã.

f Laudabit aũt vtique aliquis, & ĩ hoc Lacedæmonios, etenim plurimum faciunt ſtudium circa pueros, B & hoc cõiter. Quòd quidem igitur leges ferendũ de diſciplina & hanc communiter faciendum, manifeſtum.

g Quæ autem ſit diſciplina, & qualiter oportet erudiri, oportet non latere, nunc autem dubitatur per opera, non enim eadem omnes exiſtimant oportere addiſcere iuuenes, neque ad virtutem, neque ad vitam optimam neq; manifeſtum, vtrum ad intellectũ oportet magis aut C ad animæ morem, & ex ea quæ ad actiuã vitam diſciplina turbatione plena conſideratio, & nulli palam vtrum ſtudere oportet circa oportuna ad vitam, vel circa tendẽtia ad virtutem, vel circa ſupflua, omnia enim hæc acceperũt iudices quoſdam, & de iis quæ ad virtutem nihil eſt concordatum, etenim virtutem non eandem mox omnes honorant. Quare rationabiliter diuerſificãtur, & ad ſtudiũ ipſius. D

h Quòd quidem igitur neceſſaria vtilium doceri non immanifeſtũ, quòd aũt nõ omnia diuiſis liberalibus operib[9] & illiberalib[9], manifeſtũ ꝙ talibus oportet participare quęcũq; vtilium facient participantẽ non banauſum: banauſum.n. opus oportet

*Et ſimiliter nõ debet quiſq; ciuis ſe ſuum exiſtimare, ſed omnes ciuitatis, particula enim ciuitatis unuſquiſque eſt; cura uero ſingularum particularũ reſpicere nata eſt ad curam totius.*

*Laudari poſſunt in hoc Lacedæmonij, nam plurimam circa pueros diligentiam faciunt, & quidem publice. Quòd igitur lege prouidendum ſit circa diſciplinam iuuentutis, & hoc publice faciendum, patet.*

*Quænam uero iſta ſit diſciplina, & quomodo tradenda, latere non debet, nam nunc quidem in ambiguo eſt nec eadem omnes cenſent iuuentutem addiſcere debere, neque ad uirtutem, neque ad uitam optimam, neque conſpicuum eſt, utrum per intelligentiam magis deceat, uel per animi morem. Impedimentorum quoque reſpectus conſiderationem diſciplinæ conturbat cum manifeſtum non ſit, utrum exercitatio noſtra accommodanda ſit ad ea quæ ſunt utilia ad uitã, uel ad ea quæ tendunt ad uirtutem, uel ad ea quæ ad maiorem quendam ſuperfluumq; pertinent apparatum, hæc enim omnia patronos quoſdam ſuſcepere. De his quoque, quæ ad uirtutem tendunt, nihil cõfeſſum exiſtit. Etenim uirtutem non eandem omnes ſtatim honorant, ex quo fit ut diſcordent circa illius exercitationem.*

*Quòd igitur ex utilibus neceſſaria ſint addiſcenda, manifeſtum eſt, quòd autem non omnia diſtinguentibus liberalia opera ab illiberalibus, patebit illa talia eſſe recipienda, quæ cum utilia ſint faciunt exercentem, habentemque, non uilis exercitij operatorẽ. Vile aũt exercitiũ putandũ eſt & ars, &*

F illa in cuius operatione conſiſtit fœlicitas: illa autem quæ mediate diſponit intellectum ad ipſum minus, ſicut ſcientiæ poſteriores in quibus ſcire cõtingit ordinare ad ſcire in ſuperiori, quamuis contingat ipſum quærere propter ſeipſum & illa minime liberalis eſt inter ſpeculatiuas, in qua minime quæritur ſcire propter ſe & ꝙ per plura media ordinatur ad bonũ hominis vltimum. Similiter inter ſeruas illa magis ſerua eſt, in qua magis deprimitur intellectus ſeu ratio circa viliora & magis extranea ab homine ſecũdum ꝙ homo, ſicut illa quæ ordinatur ad bona exteriora magis q̃ illa quæ ordinatur ad bonũ corporis. Quíuis autẽ liberali maxime non contingat vti male quãtum ad vſum per ſe ipſius poſterioribus, tamen etiam minus liberalibus quãtum etiam ad vſum earum per ſe contingit, ſicut circa finem vltimũ hominis ſimpliciter nõ contingit male ſe habere: his autem quæ ſunt ad ipſum, contingit quandoq; male vti, & hoc contingit quando per conſiderationem vel exercitium in eis retrahitur aliquis vel a fine vel ab his quæ propinquiora ſunt fini, ſicut cõtingit per cõſiderationem in aliqua ſcientia poſteriori reſpectu alicuius minus ſcibilis retrahitur aliquis a conſideratione in prima reſpectu maxime ſcibilis: hoc igitur viſo ſupponens. Ariſt. ꝙ expedit pueros erudiri in diſciplinis vtilibus ad finem, ſicut manifeſtum, probat quòd non in omnibus vtilibus, ſed in liberalibus, dicens ꝙ manifeſtum eſt ex ſe quòd expedit pueros in ciuitate bene ordinata erudiri in diſciplinis vtilibus ad finem Reipublicæ, illa enim quę ordinantur ad finẽ aliquem expedit præparari & diſponi ad ipſum. Pueri autem ordinandi ſunt ad finem Reipublicæ, & diſciplina & eruditio sũt quædam præparationes ipſorum ad ipſum. Quòd autem non expediat eos erudiri in omnibus vtilibus vniuerſaliter: ſed tantum in vtilibus & liberalibus manifeſtum eſt diſtinctis diſciplinis per liberales quę per ſe diſponunt intellectum ad finem, & illiberales quæ per ſe ordinantur ad bonum corporis, ſicut dictũ eſt, ſed talibus expedit eos participare quæcumque de numero vtilium ad finem per ſe faciunt participantem mercenarium: mercenariam autem operationem & artem & doctrinam oportet intelligere eas quęcumque corpora liberorum aut animam, aut etiam intellectum male, & inutiliter diſponunt ad vſus, & actiones virtutum moralium & intellectualium, vel etiam ad vſum perfectiſſimæ virtutis quæ eſt fœlicitas, propter quod & huiuſmodi artes quæcumque diſponunt corpus deterius ad huiuſmodi artes & in quarum operationibus abſorbetur intellectus viles dicimus, ſicut artes forenſes vel artes etiam in quibus corpus maculatur, quoniam per vſum earum faciunt mentem non vacantem circa ea quæ ſunt bona eius per ſe, & deprimunt eam ad ea in quibus perfectio ipſius ſecundũ ſe non inuenitur. Deinde cum dicit.

i ¶ Declarat vſque ad quid & cuius gratia oportet erudiri in liberalibus & aſſueſieri, & dicit ꝙ quamuis eruditio & vſus pri-

putare eẽ hoc, & artẽ hãc & doctrinã quæcũq; ad vſus & actiones virtutis efficiunt inutile liberorum corpꝰ, aut animã, aut intellectum. Propter quod tales artes quæcumq; faciunt corpus deterius diſponi, banauſas vocamus & mercenarias operationes, non vacantem enim faciũt mentem & depreſſam. G

i Eſt aũt & liberalibus ſcientiis aliquibus vſque ad aliquid participare non illiberale. Aſſiduare valde aũt ad perfectionẽ, obnoxium dictis nocumentis, habet aũt multam differentiam & quod cuius gratia agit quis aut addiſcit: ipſius quidem .n. gratia aut amicorũ, aut pp virtutẽ non illiberale. Qui autẽ id ipsũ agit pp alios ſæpe mercennariũ H & ſeruile vtique videbitur agere, ꝑmiſſæ quidẽ igitur nunc erudientes eruditiones, ſicut dictũ eſt prius, ad vtrũlibet ſe habẽt.

k Sunt autẽ quatuor fere quæ addiſcere conſueuerunt, literas & luctatiuã, & muſicã, & quartam quidã protractiuam. Et literas quidem & protractiuã tã quam vtiles ad vitã exiſtẽtes & valde bonas, luctatiuã aũt tamq̃ conferentem ad fortitudinem.

l De muſica aũt dubitabit vtiq; aliquis. Nunc quidem .n. vt delectationis gratia plurimi participant ipſa, alii aũt a principio in ſtituerũt ĩ diſciplina pp naturã

*diſciplina quæcumque corpus, aut animum, aut mentem liberi hominis, ad uſum & opera uirtutis inutile reddũt. Itaque & artes illæ quæ deterius diſponunt corpus, & cuncta mercenaria exercitia ſordida nuncupamus, mẽtem enim occupatam & uilem reddunt.*

*Sunt etiam quædam ex liberalibus ſcientiis, quas uſque ad aliquid diſcere honeſtum ſit, penitus uero ſeſe illis tradere, ac ad extremum uſque proſequi uelle, nocumentis illis quæ ſupra diximus obnoxios facit: ſed refert plurimum cuius gratia quis agat, uel diſcat, nam ſi gratia ſui uel amicorum, uel propter uirtutem non eſt illiberale; qui uero idipſum agit* H *propter alios, ſæpe utique uidebitur illiberaliter ac ſordide agere. Diſciplinæ igitur illæ de quibus diximus, ad utrãque partem ſe habent.*

*Sunt autem fere quatuor quas diſcere iuuenes conſueuerunt, literas, gymnaſticam, muſicam; addunt uero quidam figurandi peritiam: literas quidem & figurationem tamquam utiles, ac ualde expedientes ad uitam. Gymnaſticam uero tamquam pertinẽtem ad fortitudinem.*

*De muſica uero ambigitur. Nam nunc quidem plurimi uoluptatis gra-* I *tia illam addiſcunt. Veteres autem inter diſciplinas eam collocauerunt, ex eo quod natura quærit, ut ſæpe dictũ*

F mæ & principalis virtutis quærenda fuit quantacumque & ſine termino, tamen participare ſcientiis liberalibus aliquibus, puta quarum vſus ordinatur ad vſum excellentiorem vſque ad aliquẽ terminum, non illiberale eſt. Continue autem & aſſidue exercere ſe in eis vſque ad quantamcumque perfectionem valde nociuum eſt, propter dicta nocumẽta, quia ſcilicet acceſſio & cõſideratio cõtinua in eis retrahit aut ſimpliciter aut in parte ab vſu optimæ virtutis. Et iterum manifeſtum eſt, ꝙ ſcientiæ iſtæ & vſus earum ordinantur in finem vlteriorem. Quamuis autem appetitꝰ finis infinitus ſit, appetitus tamen eorum q̃ ad finem ordinãtur, non eſt infinitus, ſed determinatus a fine vſque ad aliquid erudiri & conſiderare in eis liberale eſt, ſcilicet inquantum vtiles ſunt ad finem, & non amplius. Sed multa differẽtia eſt, ad quem finem aliqs addiſcit aut exercetur in eis, ſi enim ꝑpter actum virtutis excellentioris ſuiipſius non eſt paruum nec illiberale, aut ſi etiam propter bonũ virtutis aliquorum amicorum, quia amicus eſt velut alter ipſe. Si autem aliquis addiſcat eas & operetur in eis ſæpe propter alios, vt inde reportet commodum, & vtilitatem ſecundum bona exteriora ſicut multi iuriſtarũ, & medicorũ faciũt, mercenarium & ſeruile erit: dictũ enim eſt prius diſciplinam ſeruilem eſſe, quæ ordinatur ad corpus & ad bona exteriora cum depreſſione intellectus. Dicit autem ꝙ hoc agit ſæpe pp alios, quia quãdoq; bonum eſt vti talibus ſciẽtiis ad alios, aliquando pp bonum aliorum tantum ſine vtilitate propria, vt qñ neceſſitatem habentes a ſe vel ab aliis non poſſunt iuuari opportune, aliquando etiam pp vtilitatem propriã, vt reportent lucrum rationabile, ſ̃m tamen ꝙ vtile eſt ad finem & bonum ſ̃m intellectum, non deprimendo intellectum ipſum in vſu ipſo. Præmiſſæ igitur diſciplinæ ſeu eruditiones ad vtrũque ſe habent, quia contingit eis bene vti ad finem & male, quẽadmodum dictum eſt. Conſequenter cum dicit.

K ¶ Declarat determinate quę ſunt ſcientiæ conuenientes pueris, & primo præenumerat eas. Secundo cum dicit. {De muſica vero.} Declarat cuius gratia & qualiter ſunt in eis erudiendi. In prima parte dicit, ꝙ quatuor ſunt diſciplinæ fere, quas cõſueuerunt iuuenes addiſcere in ciuitatibus quæ bene gubernantur, ſcilicet diſciplinam literarum, puta grammaticam ſeu rationalem vniuerſaliter, & luctatiuam, & muſicam, & artem figurãdi, quæ communis eſt pictorię & ſcriptoriæ, ſicut valde vtiles ad operationes vitæ humanæ, & valde bona ſecundum ſeipſas inquantum in eis aliqualiter perficitur intellectus. Gymnaſtica vtilis eſt tamquam conferens ad fortitudinem & robur iuuenum. Deinde cum dicit.

l ¶ Declarat cuius gratia & qualiter erudiendi ſunt in eis, & primo facit hoc. Secundo cum dicit. {De muſica autem.} Regreditur ad inquirẽdum de muſica, vt magis appareat veritas de ea. Circa primum primo oſtendit, quare & cuius gratia erudiendi ſunt pueri in muſica. Secundo cum dicit. {Adhuc autem.}





cuius gratia in diſciplina literarum. Tertio cum dicit. {Ac etiã A de vtilibus.} Cuius gratia in figuratiua. Quarto cum dicit. {Similiter vero.} Cuius gratia & vſque ad quid & qualiter in gymnaſtica. Circa primum primo facit quod dictum eſt. Secundo cum dicit. {Quod igitur.} Recolligit dicta. Circa primum adhuc primo oſtendit, quòd ſunt quædam ſciẽtiæ quas expedit addiſcere ꝑpter deductionem in vacatione. Secundo cum dicit. {Quapropter muſicam, & cætera.} Ex his concludit muſicam addiſcendam eſſe propter delectationem in vacatione, non propter vtilitatem. Circa primum adhuc primo tangit, quòd non vacatio eſt propter vacationem. Secundo cum dicit. {Itaque manifeſtum & cætera.} Ex dictis concludit propoſitum ſuũ. Adhuc in prima parte oſtendit quòd nõ vacatio eſt, propter vacationem habentẽ delectationem ſecundum ſeipſam. Secũdo cum dicit. {Si .n. vtroque, & cætera.} quod vacatio quę eſt in quiete rationem finis habet ſecundum ſe, & quęrenda eſt nõ propter aliud. Tertio cum dicit. {Ociũ autem, & cætera.} Oſtendit quòd vacatio in his quæ ad intellectum pertinent habet delectationem ſecundum ſeipſam & rationem finis. In prima parte dicit, ꝙ de diſciplina muſicæ, cuius gratia iuuenes erudiendi ſunt in ea dubitabit aliquis propter diuerſitatẽ quæ accidit circa eam. Quidam enim participant ea propter delectationem quæ eſt circa ſenſum. Sonus enim muſicus proportionaliter mouet auditum, cuius apprehenſionem ſequitur delectatio ſenſibilis, ſicut participant iam rurales. Alii autem inſtituerunt eam vt diſciplinam quandam videlicet propter cognitionem proportionum & ipſarum harmoniarum ſpeculationem, propter hoc quòd natura humana ſecundum intellectum appetit, ſicut ſæpe dictum eſt, non ſolum non vacare, ideſt agere operationes extrinſecas recte, ſed etiam poſſe bene vacare, ideſt vacando ab operationibus exterioribus intendere circa ſpeculationem. Speculatio enim primi intelligibilis rationem primi principii habet in operationibus. Eſt enim vltimus finis hominis ſicut dictum eſt prius, quãuis enim ambo ſint eligibilia ſcilicet non vacare, ideſt intendere exterioribus operationibus, & vacare, ideſt intendere interioribus, vacatio tamen magis habet rationem eligibilis & boni q̃ non vacare. Inquirenda eſt ergo vacatio aliqua ſicut finis omnium aliorum quæ oportet facere gratia ipſius. Sicut bellum propter pacem, & hoc ſatis oſtenſum eſt prius, & decimo Ethicorum. Deinde cum dicit.

m ¶ Quia forte aliquis crederet, quòd cum in ludo ſit delectatio quædam delectabilis quòd ipſa haberet rationem finis, cuius gratia alia quærenda eſſent. Et ideo oſtendit contrarium huiuſmodi dicens, quòd quamuis non vacare eligẽdum ſit propter vacationem, non tamen propter eam quam exercemus ludentes. Si enim ita eſſet tunc ludus & exercitium in ipſo eſſet finis vitæ noſtræ: quia igitur hoc eſt impoſſibile, ludus enim laboriosus eſt & cum triſtitia & nocumento ſæpe, manifeſtum eſt quòd inconueniens eſt non vacationis finem eſſe ludum, & manifeſtum eſt magis intendendum ludis in non vacationibus, vt magis poſſint operari, qua laborans in operando indiget requie propter reſtitutionem & ſaluationem virtutum. Cuiuſcumque enim eſt aliquod tempus determinatum ad operationem agere ſi exceſſerit illud neceſſe eſt lãgueſcere, ſicut Philoſophus dicit libro de ſomno, propter hoc indiget remiſſione illius: ludus autem propter requiem eſt, vel eſt requies quædam: Sed operari operationes exteriores accidit cum labore & fatigatione, tum propter motum membrorum præter naturam, tum propter cõſumptionẽ ſpirituũ. Et ideo oportet ludos introducere, obſeruantes tempus & locum opportunum, & alias circumſtantias ad vſum ipſorũ tamquàm ad requiẽ adducant, & quęrantur quaſi gratia farmaciæ, ideſt medicinæ. Vt ſicut medicina amara exiſtens, ad ſanitatem deducit, ita etiam ludus, & ſi ſit cum triſtitia & labore ad reſtitutionẽ virtutum. Remiſſio enim motus laborioſi animæ propter delectationem cõſequẽtem requies quędam eſt virtutum animæ. Sic igitur vacatio q̃ in ludo rationem finis non habet: ſed magis quæritur propter requiem a fatigatione quæ in operatione eſt, huiuſmodi autem requies propter ipſam operationem quæritur. Deinde cum dicit.

n ¶ Oſtendit quòd in vacatione in operationibus circa ſpeculabilia eſt fœlicitas & delectatio ſecundum ſe, dicens quòd operatio circa ſpeculabilia habet ſecundum ſeipſum delectationem & fœlicitatem & vitam beatam, ſicut oſtenſum eſt prius. Beate autem viuere non exiſtit in non vacatione: ſed in vacatione magis. Non vacans enim, ideſt exercens operationes exteriores, operatur gratia alicuius finis non exiſtentis in illa operatione; ſed in aliqua vlteriori. Sicut bellum exercens operatur E propter eũ pacem, & currens in ſtadio currit propter brauium. Fœlicitas autem perfecta rationem finis vltimi habet, quæ non eſt cum triſtitia, ſed cum delectatione excellentiſſima. Operationem enim excellentiſſimam ſequitur excellentiſſima delectatio. Siquidem operationem per ſe ſequitur delectatio: ſed hanc fœlicitatem & operationem non eandem ponunt omnes: ſed diuerſi diuerſam ſecundum diuerſitatem æſtimationum, & habituum. Vnuſquiſque enim operationem ſecundũ habitum quem exiſtimat perfectiſſimum, ponit fœlicitatem eſſe & delectationem propriam ei. Secundum veritatem autem operatio quæ eſt ſecundum excellentiſſimum habitum fœlicitas eſt & delectatio, conſequens ipſam excellentiſſimam. Habitus autem ille optimus eſt, qui eſt ſecundum virtutem perfectiſſimam & reſpectu perfectiſſimi obiecti. Per iſta enim duo determinatur, puta per potentiam, & obiectum. Deinde cum dicit.

ipſam quęrere, quod quidem ſępe dictum eſt, non ſolum non vacare recte, ſed & vacare poſſe bene, hoc enim principiũ omniũ, vt & iterum dicamus de ipſa.

m Si enim ambo quidem oportet, magis autem eligibile vacare quám non vacatio, & finali- B ter quærendum quod facientes oportet vacare, non itaque ludentes: finem enim neceſſarium eſſe vitæ nobis ludum, ſi autem hoc impoſſibile, & magis in nõ vacationibus vtendum ludis, laborans enim indiget requie, ludus autem gratia requiei eſt, nõ vacare autem accidit cum labore & fatigatione, propter hoc oportet ludos introducere obſeruantem tempus ad vſum, tã quam adducentem pharmaciæ gratia. Remiſſio enim talis motus animæ, & propter delectationem requies. C

n Vacare autẽ videtur ipſum habere delectationem, & fœlicitatem, & viuere beate: hoc autẽ non exiſtit non vacantibus, ſed vacantibus. Non vacans quidẽ non vacat gratia alicuius tamquam non exiſtentis, fœlicitas autem finis eſt, quam non cum triſtitia ſed cũ delectatione putant eſſe omnes, hanc vero delectationem non adhuc eandem ponunt, ſed ſecundum ſe ipſos vnuſquiſque & ſecundum habitum ſuum, optimus autem.

*eſt, non ſolum in negocio recte, uerum etiam in ocio laudabiliter poſſe uerſari. Hoc enim principium eſt omnium, ut rurſus de illo dicamus.*

*Si enim utroque opus eſt, magis autem expetendum eſt ocium quàm negocium. Nec id quidem in ioco. Nam ſic neceſſe foret iocum eſſe finem uitæ, quòd ſi ſit impoſſibile, magiſque in negociis utendum eſt ioco. Nam qui laborant, indigent relaxatione, & huius gratia eſt iocus. Negocia uero ſunt cum labore & conatu. Et propterea oportet iocum adhibere, qui tamquam medicinam eo tẽpore afferat. Nam relaxatio eſt huiuſmodi motus animi & requies per uoluptatem.*

*Ocium autem ipſum uidetur in ſe uoluptatem habere, & fœlicitatem, & uitam beatam, & hoc non negocioſis, ſed ocioſis exiſtit. Nam qui negociatur, alicuius gratia negociatur, quod ſibi deſit. Fœlicitas autem finis eſt quam non cum labore, ſed cum uoluptate eſſe omnes putant. Hanc tamen uoluptatem, nõ eandem* D *omnes poſuerunt, ſed ſecundum ſe unuſquiſque, & ſecundum ſuum habitum. Optimus tamen, optimam, & eam quæ ſit ab honeſtiſſimis.*

*o Itaque manifeſtum eſt, quòd oportet ad ocium quoque degendum addiſcere quædam & erudiri, & has eruditiones ac diſciplinas ſuiipſarum eſſe gratia. Illas uero quæ ad negocium tamquam neceſſarias & gratia aliorum.*

*p Quapropter muſicam antiqui inter diſciplinas collocauere, non tamquam rem neceſſariam. Nihil enim habet tale, neque tamquam utile ut literæ ad lucrum & ad rem familiarē, & ad ſtudia & ad ciuiles actiones cō plurimas. Videtur quoque figurandi peritia utilis eſſe ad iudicandum melius artificum opera. Neque ut gymnaſtica ad ſanitatem & robur, nullū enim horum uidimus ex muſica fieri. Reſtat ergo quòd ad degendū in ocio ad quod & apparet eam adhiberi, quā enim putant degentiam eße ingenuorum hominum, in ea inſtituunt.*

*q Quapropter Homerus in poemate ſuo ita inquit. Sed quale eſt uocari ad menſam opipare paratam. Deinde nominans quoſdam alios, ſubdit & Cyharedum qui omnes demulceat, & alio loco ait Vlyxes, optimam eſſe degendi rationem, quando letis hominibus, conuiuæ audiunt Cytharedum ſedentes per ordinem.*

o ¶ Concludit ex dictis, ꝙ ſunt aliquę diſciplinæ quærendæ propter delectationem quæ in vacatione eſt, dicens, quia in vacatione conſiſtit fœlicitas, quę rationem finis habet & delectationem maximam, vt dictum eſt. Ea autem quæ ſunt ad finem quærenda ſunt propter ipſum & delectationem quæ in ipſo eſt, & ſunt quædam diſciplinę vel eruditiones ordinatæ ad fœlicitatem per ſe, manifeſtum eſt, ꝙ oportet ad vacationē quæ in contemplatione, & delectatione quæ in ipſa eſt, addiſcere diſciplinas quaſdam & erudiri in eis, & iſtas eſſe gratia ſuiipſius tamquam bonas ſecundum ſeipſas, quāuis valeant ad fœlicitatem. Eas autem q̄ ordinantur ad non vacationē ſeu ad operationes exteriores, vel opera exteriora eſſe neceſſarias, quāuis non ſimpliciter bonas ſecundum ſeipſas, ſicut extrinſeca bona ad quæ ordinantur ſunt neceſſaria ad vitam, ſicut organa quædam ſeu materia, & non ſimpliciter bona ſecundū ſeipſa. Deinde cū dicit

p ¶ Ex dictis declarat ꝙ muſica addiſcēda eſt propter eruditionem & delectationem non ſicut neceſſaria. Et primo declarat hoc per rationē. Secundo cum dicit. {Quapropter, &c.} Per dicta Homeri. In prima parte ipſe dicit, ꝙ propter prædicta antiqui muſicam dixerunt eſſe quærēdam propter eruditionem & delectationem quæ in vacatione, & non propter aliquam vtilitatem extrinſecam. Neceſſe eſt enim muſicam quærere, aut propter neceſſitatem extrinſecorum bonorum, aut propter delectationem quæ eſt in vacatione, & non propter aliquam vtilitatem extrinſecam. Omnis enim ſcientia aut propter hoc, aut illud quęritur. Speculatiua quidem propter delectationem quæ in vacatione, practica autem propter opus. Sed ipſa non eſt quærenda propter neceſſariū vel vtile aliquod extrinſecum. Non enim ſecundum ſe eſt vtilis ad acquiſitionem pecuniarum ſeu iconomiam, ſicut ſcientia literarum vtilis eſt ad iſtas & ad doctrinā aliarum, & ad actiones politicas multas, nec etiam vtilis eſt, ſicut videtur figuratiua eſſe vtilis ad recte iudicandum artificum opera, vt non decipiantur. Nec etiā eſt vtilis ad ſanitatem & robur per ſe, ſicut luctatiua. Neutrum enim iſtorum facit muſica per ſe, quamuis quandoque faciat per accidens, ergo relinquitur debere ipſam addiſcere propter ſcire & deductionem quæ in vacatione eſt, ad quod antiqui ſapientes ordinauerunt ipſam, delectationem enim quam credunt eſſe liberorum, & in qua eos exerceri dicūt fieri per muſicam, ad hoc eam ordinantes. Deinde cum dicit.

q ¶ Declarat hoc p dicta Homeri tria, quæ imperfecte ponit. Dicit igitur ꝙ propter prædicta, Homerus in quodā metro ita inquit de ipſa, quaſi aduerſando quibuſdam dicentibus ipſam eſſe neceſſariam dicens ita non eſſe. Sed contingit delectari in ea per ſe, ſicut vocari ad epulas delectabile eſt per ſe multis. Et iterum in alio metro dicens alteros quoſdam eſſe qui dicunt cātatiuam naturam, hoc eſt muſicam eſſe valde delectabilem, ſicut delectantem omnes. Et in aliis introduxit Vlyxem dicentē hanc eſſe optimam hominum delectationem, ipſis gaudentibus in epulando, ſi audiant cautilenas muſicas, a Cytharedo ipſi dico reſidentes. In primo autem dicto dicit habere omnem delectationem abſolute. In ſecundo delectationem naturalem. In tertio optimam. Deinde cum dicit.

r ¶ Recolligit dicta, dicens ꝙ ex his quæ dicta ſunt, manifeſtū

F

eſt ꝙ eſt aliqua diſciplina in qua erudiendi ſunt pueri, non ſicut in vtili aut neceſſaria propter extrinſeca bona: ſed ſicut in liberali & honeſta ſecundum ſeipſum. Vtrum autem ipſa ſit vna vel plures ſecundum numerum, & ſi ſint plures quæ ſunt hæ, & qualiter addiſcendæ poſterius determinabitur. Nunc autem tantū præmanifeſtum eſt nobis, ꝙ ab antiquis habemus teſtimoniū quoddam, ꝙ ſunt aliqua erudimenta puerorū liberalia, & honeſta ſecūdum ſe, & ꝙ muſica hoc operatur manifeſte. Deinde cum dicit.

*r Quod igitur ſit diſciplina quædam quam non ut utilem, neque ut neceſſariam docendi ſunt filii, ſed ut liberalē & honeſtam, manifeſtum eſt. Vtrum autem una ſit numero, an plures, & quænam iſtæ, & quomodo, poſterius dicetur. Nunc tantum id præmiſſum ſit quòd apud antiquos habemus teſtimonium ex his diſciplinis quas diximus, muſica enim hoc manifeſtat.*

G

*s Ac etiam de utilibus, quod aliqua addiſcere pueros oportet. Non modo propter utilitatē, ut patet in literis, uerum etiam propter multas diſciplinas alias, quæ per literas addiſcuntur.*

*t Similiter uero figurandi peritiam, non ut in uenundando emendoque uaſa, non decipiantur, ſed potius quia cōtemplari facit pulchritudinem corporum.*

H

*Quærere enim utilitatem ubiq;, minime congruit magnanimis & ingenuis hominibus.*

*u Cum uero manifeſtum ſit, utrum moribus an ratione ſit diſciplina tradēda, & an circa corpus primo, uel circa mentem, patet ex his, quòd adoleſcentes gymnaſticæ & pedotriuicæ ſunt tradendi, quarum altera qualem aliquam facit habitudinem corporis, altera operationes.*

s ¶ Declarat cuius gratia addiſcenda eſt ſcientia literarum, dicens, ꝙ adhuc manifeſtum eſt ꝙ oportet pueros erudiri in quibuſdā diſciplinis vtilibus, non tantum ꝓpter vtilitatem exteriorum quæ ſequitur ex eis: ſed ꝓpter hoc ꝙ ad ſciencias & ad liberales actiones valent, ſicut in ſcientia literarum quæ non tantum vtilis eſt ad extrinſeca bona, ſicut dictum eſt prius, & propter hoc addiſcenda: ſed etiam propter hoc quòd per ipſam cōtingit fieri eruditiones multas in aliis ſciētiis, puta eas quæ fiūt per diſciplinam audiēdo ab alio ꝙ non fit niſi per ſermonē ſignificatiuū, cuius ſignificationē, & rationem modi ſignificandi, ſimul autem, & ordinationē conuenientem docet prædicta ſcientia. Deinde cum dicit.

I

t ¶ Declarat cuius gratia erudiendi ſunt in figuratiua. Dicēs quòd ſimul expedit pueros erudiri in figuratiua, quæ ſub ſe cōtinet ſcriptiuam & pictiuam, aut etiam ſculptiuam, non ſolum vt non decipiantur in vendendo propria, ſed etiam vt ſint in ſe ductibiles circa emptionem & venditionem vaſorum vniuerſaliter, quorum valor præter eum qui materiæ cognoſcitur per artem prædictam, quod pertinet ad vtilitatem: aut magis erudiendi ſunt in ea, quia per ipſam magis poſſunt conſiderare pulchritudinem corporū quæ conſiſtit in debita proportione quantitatis membrorum adinuicem, & ad totum & etiam ad colorē quod eſt bonum & delectabile ſecundum ſeipſum. Et huiuſmodi gratia erudiendi ſunt magis liberi & magnanimi, quærere enim in omnibus vtilitatem in exteriorib⁹ bonis, & illud quod amplius eſt in eis, non congruit liberis & magnanimis ſecundū quod huiuſmodi. Liberi enim ſunt vigentes intellectu magis quàm ſecundum corpus. Et ideo magis intendunt bonum ſecundum intellectum quàm ſecundum corpus & quàm exterio-

K

ra: magnanimi enim ex inclinatione animi & virtute habitus inclinantur ad maxima & honorabiliſsima, quæ ſunt bona ſecū dum intellectum, & ideo reſpectu iſtorum deſpiciunt extrinſeca bona. Vnde dicit Philoſophus quarto Ethico. ꝙ neque bene fortunatus gaudioſus erit, neque infortunatus triſtis, & etiam bonum corporis. Vnde dicit in eodem, ꝙ eſt magnorum factiuus, & cum periclitetur in magnis & bonis non parcens vitæ, & ideo ad liberum & ad magnanimum pertinet magis quærere præeminentiam in bonis, quæ ſecūdum intellectum ſunt, quàm in bonis exterioribus & ſecundum intellectum magis amare ſe ipſum, ſicut idem Philoſophus dicit in nono Ethicorum. Deinde cum dicit.

u ¶ Declarat cuius gratia, & quibus, & qualiter exercitādi ſūt in luctatiua ſeu agonaſtica. Et circa hoc primo manifeſtat cuius gratia. Secundo cum dicit. {Nunc autem &c.} Qualiter & in quibus agonibus. Primo igitur dicit quoniam ex his quæ dicta ſunt prius iam manifeſtum eſt, vtrum erudiendi ſunt prius in conſuetu-



conſuetudinibus diſponentibus appetitum, vel in his quæ pertinent ad intellectum, quoniam ſecundum appetitum prius & etiam circa corpus prius, quàm circa intellectum, manifeſtum eſt, quòd pueri in hac ætate tradendi ſunt luctatiuæ & etiam pedotriuicæ, quarum prima facit bonum habitum corporis ad fortitudinem & ad armorum vſum. Secunda autem bene dirigit & regulat operationes ipſorum in ordine; dicitur autem pedotriuica diſciplina, qua pedonomus dirigit operationes puerorum ad virtutem, a pedos ꝙ eſt puer, & triue quòd eſt exercitium. Deinde cum dicit.

*x Nunc autem quæ ciuitates curam habere puerorum maxime videntur, partim athletarum habitudinem inducere ſtudent, in quo deformant corpora, ac augmentationem eorum impediunt. Lacones vero in hoc quidem non errant, ſed efferatos laboribus reddunt adoleſcentes, quaſi hoc vtile ſit maxime ad fortitudinem.*

*y Atqui, vt iam ſæpius diximus, neque ad vnam virtutem, neque ad hanc maxime reſpiciendum eſt ab eo qui curam facit inſtitutionis.*

*z Etſi*

aa †Secūdū p̄ualētes alijs. Nūc aūt & luctatiuis agonib⁹ & bellicis deficiētes ab alijs nō.n. eo quod iuuenes exercitabāt iſto modo differebāt, ſed eo ſolum quod ad eos qui non ſtuduerant conabantur.

C

bb Quare qđ bonū, ſed non qđ ferale oportet præagonizare, neque.n.lupus, neq; aliarū ferarū aliqua agonizaret vtique aliqđ bonū periculū, ſed magis vir bon⁹. Qui aūt valde ad hoc remittūt pueros, & q ſine pedagogo neceſſariorū faciūt, banauſos efficiūt, & ſm virtutē ad vnū ſolū op⁹ vtiles politiæ faciētes, & ad hoc deterius alijs vt ait ſermo.

In græco codice verſus 25. ſunt qui hic deſiderantur.

x ¶ Primo declarat qualibus agonibus erudiendi ſint. Secundo cū dicit. {Quod igitur &c.} quo ordine; & circa primum adhuc primo declarat quòd non in nimijs laboribus. Secundo ex hoc concludit magis erudiendos eſſe indignis & humanis agonibus, cum dicit. {Quare quod bonum &c.} Primum probat reprobando opinionem & vſum contrarium quę primo ponit. Secundo cū dicit. {Atqui vt} improbat. In prima parte ipſe dicit, quòd nunc ciuitates quæ magis videntur habere ſolicitudinē de bono habitu puerorū, inducunt in eis habitum athleticū, ideſt habitū ad robur athletæ exercentes eos in operationibus laborioſis, tollētes pulchritudinem corporum, & augmentum impedientes propter exceſſum laboris in eis. Lacedæmonij enim qui magnam curam habuerūt de eis, peccauerunt manifeſte in iſto peccato, faciētes eos efferatos in huiuſmodi operationibus, ac ſi huiuſmodi efferatio conferret maxime ad fortitudinem bellicam. Deinde cum dicit.

D

y ¶ Reprobat vſum & opinionem iſtorum. Et primo in hoc, quòd eos exercitabant tantum ad vnam virtutem. Secundo cū dicit. {Si.n.ambo &c.} quia nec ad illā bene. Vnde in prima parte dicit quòd prædictæ ciuitates ſic exercitabant pueros propter fortitudinem, quamuis manifeſtum ſit, ſicut dictum eſt prius, quòd non expedit futuros bene gubernare exercitari tantum ad vnam virtutem, ſed magis ad omnes. Si quidem fœlicitatem oportet habere omnes virtutes vt probatum fuit: ipſi autem tantum exercitabant eos ad vnam. Iterum dato quòd ſufficiat exerceri ad vnam maxime, non tamen ad hanc quam ipſi opinabantur, puta ad fortitudinem. Maxima enim expedit exercitari ad optimam virtutem. Optima autem virtus non eſt fortitudo, ſed aut iuſtitia, aut prudentia magis. Deinde cum dicit.

E

z ¶ Oſtendit, quòd neque ad hanc conuenienter exercitabant eos per duas rationes, quarum ſecundam ponit cum dicit. {Præterea ſcimus &c.} In prima dicit, quòd & ſi expedit pueros exercitari maxime ad fortitudinem ſecundum opinionem ipſorum, tamen non bene inuenerunt agones & modos exercitandi ad ipſam, exercitantes eos in operibus ad crudelitatem & immiſericordiam, puta in homicidijs, rapinis, & alijs huiuſmodi. Et hoc apparet, quia neque illa animalia bruta magis aſſequuntur fortitudinem ſecundum veritatem quæcumque ſunt ſilueſtria, & crudelia magis, puta lupus aut draco, ſed magis illa quæ habent mores mitiores & leoninos, & ſunt magis aſſueta prędictis, ſicut leo qui fortiſſimus animalium dicitur eſſe & multas habere proprietates ſimiles proprietatibus quarundam virtutum. Et canes quidam qui ex hoc etiam nobiles dicuntur, nec etiam gētes

A

quæ magis crudeles & immiſericordes ſunt, magis habent fortitudinem ſecundum veritatem, multæ enim inueniuntur quæ inclinantur vel ex natura quadam corrupta, vel ex conſuetudine ad interficiendum homines & comedendum carnes humanas. Sicut Achęi & Eniochi dicuntur & circa pontum habitantes, ſicut etiam Tartari. Similiter & aliæ gētiū non habitantium iuxta mare, quędā ſunt ſimiles prædictis. Quædam autē ſunt quæ inclinantur ad rapinas & latrocinia facienda, & tamē omnes iſtæ participāt parū fortitudine. Quare exerceri in huiuſmodi operib⁹ ad crudelitatem pertinentibus non eſt exerceri ad fortitudinem veram. Fortitudo enim vera habitus eſt in medietate conſiſtens, quæ circa timores & audacias ſufferentes faciens, & periculorum, & mortis quādo oportet, & vbi, & veri boni gr̄a ſecundum quam oportet, quādoq; aliquos aggredi, aliquādo refugere, aliquando interficere, & aliquando parcere. Exercitati autem in operibus feralibus, quāuis multum aggreſſiui ſint, non tamen boni gratia, non conſiderantes quando, & vbi oportet, nec etiā parcentes cuicumque. Deinde cum dicit.

*z Et ſi ad hanc, non tamen id conſequuntur, neque enim in aliis animalibus, atque in gentibus videmus fortitudinem adeſſe maxime efferatis, ſed potius manſuetioribus & leoninis moribus. Multæque ſunt gentes que ad cædes hominum, & ad eorum comeſtionem inſultant, vt circa pontum*

B

*Achæi & Eniochi, & ex mediterraneis aliæ gentes, ſimiliter his vel magis, quæ quidem gentes clanculum per inſidias latrocinantur, ad bellica tamen opera nihil valent.*

*Præterea ſcimus Lacones, dum ipſi ſoli exercebantur præſtitiße cæteris, nunc autem eße aliis inferiores. Non enim ob id præſtabant, quòd iuuentutem exercerent, ſed quòd ipſi exercitati contra non exercitatos pugnabant.*

C

*Itaque honeſtas, ac non feritas, eſt in certaminibus præferenda, neque enim lupus, neque alia beſtia honeſtum periculum pugnando ſubiret, ſed magis vir bonus. Qui uero adoleſcentes in hoc nimium tradunt, & in neceſſarijs abſque diſciplina dimittunt, uere illos ſordidos reddunt. At unum enim opus Reipublicæ utiles faciunt, & illud ipſum deterius, ut ratio oſtendit.*

aa ¶ Ponit ſecundā rationem dicens, ꝙ adhuc nos ſcimus ꝙ Lacedæmonij quamdiu exercitauerunt ſe in huiuſmodi laboribus, præualuerunt vicinis, præliantes aduerſus eos, nunc autem deficiunt ab alijs quibuſdam vicinis eorum in agonibus luctatiuis & bellicis non habentes artem luctandi & modum, & prudētiam bellandi, ſicut alij habent. Et ideo non dominātur nunc. Non enim differebāt prius ab alijs præualentes eis propter hoc per ſe, quòd exercitabant pueros ad habitus ferales. Sed quoniam exercitati in talibus habitibus pugnabant cum eis qui ad hoc nō ſtuduerant omnino: præualet enim aliquis, quandoque alicui, quia ipſe exercitatus eſt ad prælium. Alter vero nō, aut propter inexperientiam & inexercitium eius cui præualet, quamuis prę ualens non habeat artem bellandi. Nunc autem vicini eorum exercitati ſunt in luctatiua arte & bellica. Et ideo præualent eis feralibus exiſtentibus, non exercitatis autem in artibus prædictis, Deinde cum dicit.

bb ¶ Concludit ex dictis, quòd magis exercitandi ſunt pueri in agonibus humanis & in ordinatis ad virtutem. Et primo facit hoc. Secundo cum dicit. {Oportet autem nō ex proprio &c.} remouet obiectionem quæ poſſet fieri. Primo igitur dicit, quoniam prædictæ ciuitates non conuenienter erudiunt pueros exercitantes eos in feralibus operibus, manifeſtum eſt quòd magis expediens eſt, multum præexercitare eos in agonibus & actibus ad bonum deducentibus, quàm in feralibus, quia nec lupus nec alia aliqua fera, quantumcumq; crudeles ſint, non bene ſe haberent in experiendo aliquod periculum bonum. Similiter nec homo habens proprietates ipſorum propter declinationem a ratione recta ad alterum extremum, ſed vir ſtudioſus ſecundum rationem operans magis. Quicumque vero permittunt pueros exercitari in huiuſmodi, & ſine pedagogo in neceſſarijs faciunt eos ſordidos, hoc eſt depreſſos ſecundum intellectum, & magis intendentes bonum corporis, & diſponunt eos ſecundum veritatem ad vnum opus Reipublicæ, puta ad robur corporis, quāuis magis expediret eos eſſe diſpoſitos ad plura vel ad omnia. Et iterum ad illud vnum multo deterius diſponunt ipſos quàm alij

ſecundum

cc Oportet aūt nō ex prioribus operibus iudicare, ſed ex ijs quę quæ nunc. Contra agōnizantes enim diſciplinæ nunc habent, prius autem non habebant.

dd Quòd quidem igitur vtendum luctatiua, & qualiter vtendum, confeſſum eſt, vſque ad pubeſcentiam enim leuiora exercitia afferendum violentum alimentū, & eos qui ad neceſsitatē labores reiiciētes, vt nullum impedimentum ſit ad incremētum. Signū.n. nō paruum quòd poſſunt hæc inſtituere. In Olympionicis.n. quidem vir duos vel tres inueniat eoſdem viciſſe viros & pueros, propter iuuenes inuoluntarios auferre potentiā a neceſſarijs exercitijs.

ee Qn̄ aūt a pubeſcentia annis tribus ad alias eruditiones fiūt, tūc cōgruit & laboribus, & ſiccis alimentis ſubmittere ſequētem ætatem. Simul.n. intellectui & corpori laborare nō oportet, contrarium.n. efficere natus eſt vterq; laborum impediens, qui quidem corporis labor, intellectum, qui autem huius, corpus.

## LECTIO II.

De muſica autem quædā quidem dubitauimus ratione & prius, bene autem habet, & nunc reſumentes ipſa producere, vt ſicut aditus fiat rationibus quas vtique aliquis dicet enuncians de ipſa.

b Neque.n. quam potentiā habet, facile de ipſa diſcutere, neque cuius gratia oportet participare ipſa, vtrū ludi gratia & requiei, ſicut ſomno & ebrietate. Hæc.n. ſm̄ ſe quidē, neq; ſtudioſorum ſunt, ſed delectabilia ſimulq; ſolicitudinem ceſſare fā-

*Oportet autem non ex prioribus operibus, ſed ex his quæ nunc ſiunt, iudicare. Nam nunc quidem illi qui repugnant, diſciplinam habent, tunc vero non habebant.*

*Quòd igitur vtendum ſit gymnaſtica, & quomodo vtendum, confeſſum exiſtat. Vſque enim ad pubertatem leuiores exercitationes ſunt adhibendæ abſque victu illo violento, & laboribus coactis, ne corpora creſcere impediantur. Signum erit non paruum, quòd ita contingat, quia inter eos qui olympia vicerunt, duo vel tres tantum reperiuntur qui idem adoleſcentes, & uiri, ſint uictoriam conſecuti. Propterea quòd per exercitationes pueris adhibitas, ſublata ſit uis ac robur a uiolentis laboribus.*

*Poſt pubertatem uero, cum annis tribus ad alia perdiſcenda intenderint, tunc congruit & laboribus, & uictu neceſſario, illos occupare. Nam ſimul mente & corpore non oportet, cum ſe inuicem impedire nata ſint. Labor quidem corporis, mentem: mentis autem, corpus.*

## LECTIO II.

*De muſica uero dubia quædam poſuimus antea, & nunc rectum erit illa reſumere, ut tamquam conſentanea fiat rationibus quas quid de ea dicens oſtendat.*

*Neque enim facile eſt demonſtrare quam potentiam habeat, neque cuius gratia illam adipiſci oportet, utrū ſolatij cauſa & requietis, quemadmodum ſomnus & potus. Nam hæc per ſeipſa non ſunt honeſta, ſed iocunda, & ſimul ceſſare curas faciunt, ut inquit Euripides. Quapropter inſti-*

ſecundum quòd dixit ratio vel ſermo prius. Sed quia aliquis poſſet dicere, quòd exercitatio in feralibus expedientior eſſet ciuitatibus quoniam antiqui in talibus exercitati præualuerunt alijs, ſicut Lacedæmonij hoc remouet. Conſequenter cum dicit.

cc ¶ Dicens, quòd de his quæ conueniunt ciuitatibus & Rebuſpublicis rectis, non debemꝰ iudicare ex operibus ciuitatum antiquarum & ex diſpoſitionibus priorū hominum omnino, ſed magis ex his quę fiunt nunc. Antiqui enim pugnabant cōtra inexercitatos & inſuetos ad arma, cōtra quos non erat neceſſe habere multum exercitium & artem ipſorum: parum .n. exercitati poterant eis præualere. Nunc autem homines ſunt exercitati in agonibus & vſu armorum magis; & ideo diſciplinæ & eruditiones in talibus nūc habēt opus & locum magis cōtra tales quàm priꝰ haberent. Deinde cum dicit.

dd ¶ Manifeſtat quo ordine ſunt exercitādi in iſtis. Et primo oſtendit, quòd vſque ad pubeſcentiam cōtinue erudiendi ſunt in facilioribus. Secūdo cum dicit. {Quādo autem a pubeſcentia &c.} quod in ſequenti ætate exercitādi ſunt in intenſioribus, & debent vti alimentis ſiccis magis quàm prius. In prima dicit, quòd cū ex dictis manifeſtum ſit quòd pueri exercitādi ſunt in luctatiua quæ inclinat ad habitus morales virtutū, manifeſtum etiā poteſt eſſe, qualiter, & quo ordine ſūt exercitandi, vſq; enim in finem pubeſcentiæ exercitādi ſunt in leuioribꝰ exercitijs & moderatis magis reiicientes ab eis exercitium violentum, & labores qui ordinantur ad neceſſitatē vitæ, qui ad ſeruos pertinent, ita vt per violentiam per talia non fiat aliquod impedimentum ad incrementum & bonam diſpoſitionem corporis. Per labores enim immoderatos debilitantur virtutes & complexio. Signum autem, ꝙ exerceri in facilioribus valet ad bonam diſpoſitionem corporis, exerceri autem in violentis grauat, eſt quia ſi ponamus quòd aliquis vir exercitatus recte prius inueniat duos alios homines in violentis exercitatoa in iuuentute, vt in olympionicis continget, iſtum deuincere illos viros iam exiſtentes perfectos ſecundū ætatem, quamuis pueros ſecundum fortitudinem, propter hoc quòd exercitia violenta & neceſſaria abſtulerunt ab huiuſmodi iuuenibus in prima ætate potentiam & vigorem. Deinde cum dicit.

ee ¶ Declarat in quibus exercendi ſunt in ætate ſequenti, dicēs, quòd quando fiunt apti ad alias eruditiones fortiores, puta poſt pubeſcentiam, vel poſt tres annos ſequentes vel circa, tunc expedit eos exercitari in exercitiis magis laborioſis, conuenientibus tamen ætati, ita vt ſicut natura magis & magis perficitur, ita plus & plus addatur ad exercitia proportionaliter, & tunc etiam expedit eis magis adminiſtrare alimentum ſiccum, quod magis diſponit ad fortitudinem. Sed cauendum eſt, quòd ſimul non exerceātur in eis quæ pertinent ad bonam diſpoſitionem intellectus & ad bona corporis per ſe. Contrariantur enim ſibi inuicem & cōtraria operantur, & labor in exercitio corporali impedit intellectum; & labor in his quæ ad intellectum & diſpoſitionē corporis. Cuius ratio eſt, quia quandocumque aliquæ duæ potētiæ fundantur in aliqua ſubſtantia, vna intenſio in actu vnius remittit operationem alterius, quia omnis virtus diuiſa minor eſt ſeipſa vnita. Potentia autem ad operationem corporalem, puta ad augmentationem & nutritionem, & potentia intellectiua ad vnam ſubſtantiam pertinent. Et ideo intenſio in actu alterius impedit aliā.

## LECTIO II.

Poſtquam Philoſophus oſtēdit q̄ ſunt diſciplinæ in quibus conſueuerunt pueri erudiri in ciuitatibꝰ, & cuiꝰ gratia erudiēdi ſint in eis. Regreditur nunc ad declarādum certius cuius gratia erudiendi ſint in muſica, & quando & in quibus partibus eius. Et circa hoc primo præmittit intentionem ſuam & cauſam intenti. Secundo cum dicit. {Qd̄ igitur &c.} proſequitur. Circa primū præmittit intentionem ſuam. Secundo cum dicit. {Neq;.n.&c.} aſſignat rationem ipſius, recolligēdo quædam dicta prius. Primo igitur dicit quòd de diſciplina muſicę quædam dubitando rationabiliter diximus prius. Et ideo vt dubium certificetur, bene expediens eſt nunc producere ſermonem de ipſa reſumentes quæ dicta ſunt prius, vt ſint ſicut aditus rationibus, quas aliquis faciet determinando de ipſa. Deinde cum dicit.

b ¶ Recolligendo quædam dicta prius, aſſignat rationem intēti dicens, quòd certius determinandum eſt de ipſa, quia non eſt facile cognoſcere de ipſa quam virtutem & potentiam, & cuius ſciētia habeat, & etiam vtrum participandum ſit ea, cauſa ludi & requiei, ſicut aliqui requirunt ſomnū vel ebrietatem. Somnus enim & ebrietas ſecundum ſe, nec bona, nec ſtudioſa ſunt, vtrūque enim in potentia quadam eſt operationum, & tamen delectabilia ſunt hominibus. Somnus quidem propter remiſſionem laboris & requiem, ebrietas autem quia delectabilis eſt propter ſpirituum multiplicationem, & iterum faciunt ceſſare ſolicitu-

dinem



ciūt, vt ait Euripides, propter quod & ordinant ipſam, & vtuntur ijs omnibus ſimiliter, vino, ebrietate, & muſica, ponunt autē & ſaltationem in ijs. Aut magis ad virtutē tendere ſm̄ aliqd extimandū muſicā, tamquā potentē, ſicut exercitatiua quale aliqd corpus efficere, & muſicā morē qualē quendā facere aſſueſcētē gaudere recte ad deductionē, aut aliquid confert & ad prudentiam, etenim hoc tertium ponendum dictorum.

c Quòd quidem igitur oportet iuuenes non ludi gratia erudire, non immanifeſtum, non enim ludunt addiſcentes, cum triſtitia enim addiſcere.

d At vero neque in deductionē pueris & talibus ætatibus congruit attribuere, neq; enim imperfecto conuenit finis.

e Sed forte vtiq; videbitur puerorū ſtudiū ludi gratia eſſe viris factis & perfectis. Sed ſi hoc eſt tale, cuius vtiq; gratia oportet addiſcere ipſos, ſed nō ſicut Reges Perſarum & Medorum per alios facientes ipſum tranſumere delectationē & eruditionē, Etenim neceſſarium melius efficere opus eos, qui hoc ipſum fecerūt & artē ijs, qui tanto tēpore curauerūt, quātū ad addiſcere ſolum, ſi autē alia oportet celebrare ipſos, & circa negociū pulmentorum ipſos oportebit præparare, ſed inconueniens.

*tuunt in illa, & vtuntur cunctis iſtis ſimiliter, ſomno, & potu, & muſica. In his quoque ſaltationem poſuerunt. An magis putandum eſt ad virtutem tendere muſicam, vt potentem. Quemadmodum gymnaſtica tale aliquod corpus reddit, ſic & muſica talem aliquem morem efficere aſſuefacientem poſſe recte lætari. An ad degendi rationem aliquid confert, & ad prudentiam. Nam hoc tertium ponendum eſt ex his quæ dicuntur.*

*Quòd igitur oporteat pueros non ſolatii gratia diſcere, manifeſtum eſt. Non enim ſolantur diſcentes, nam cum labore eſt diſciplina.*

*Atqui, nec degendi rationem pueris, neque illi ætati congruit attribuere, nulli enim imperfecto competit perfectio.*

*Sed forſan videbitur puerorum ſtudium ſolatii eſſe gratia viris factis & perfectis. Quòd ſi hoc tale eſt, cuius gratia oportet ipſos addiſcere, ac non potius inſtar Perſarum Medorumque regum per alios idem facientes, uoluptatis ac diſciplinæ participes fieri. Etenim neceſſe eſt melius perfici ab his, qui hoc opus ſuum fecerunt & artem quam ab his, qui tanto ſolum tempore in eo laborauerūt quāto addiſcunt. Quòd ſi oportet in his eos laborare, ſimiliter, & circa epularum apparatum oportebit utique eos addiſcere, quod eſt abſurdum.*

dinem de agibilibus. Non enim ſolicitatur de agibilibus qui nō conſiderat de eis. Somnus autem & ebrietas, conſiderationem remouent & rationis vſum. Et propter delectationem hanc & remotionem ſolicitudinis quidam ordinant ipſas, & vtuntur cō ſimiliter ad iſta vino, ebrietate, & muſica, addunt autem aliqui iſtis ſaltationem. Nō eſt igitur facile diſſerere de muſica an q̄rēda ſit propter hoc. Aut magis exiſtimandum ſit ipſam valere ad virtutem tamquā potentem morē qualem quendam facere in aſſueſcendo recte iudicare & delectari ſecundum rationē, ſicut exercitatiua quale quoddā corpus efficit & diſponit ad virtutem. Ad deductionem autem & prudētiam cōfert aliquid, ſicut videbitur, etenim hoc ponendum eſt tertium eorum cuius gratia quærenda eſt. Eſt autem intelligendum, quòd ſonus harmonię muſicę primo comprehenditur ab auditu, & cum proportionaliter mouet ipſum & ſecundū mediam rationem, in qua cōſtitutus eſt delectationem inducit, & huic delectationi poſſunt participare omnes. Sed vlterius in intēſione ſoni harmoniaci intellectus conſiderat rationem & cauſam proportionis, quaſi aliquod intelligibile ſecundum ſeipſum, in quo eſt quædam perfectio intellectus, quam videtur hic Philoſophus vocare degendi rationem: & hæc eſt vna cauſa propter quam dicet ſtatim quærendam eſſe muſicam, ſcilicet propter cognitionem veritatis in ea. iſtam autem cognitionē veritatis de proportionibus muſicalibus conſequitur delectatio intellectualis, ſicut omnem operationem intellectualē. Et hæc eſt alia cauſa propter quam dicit Philoſophus eam eſſe quærendam, non tamen ſeorſum nominat eā a delectatione de qua dictū eſt prius, vel a degendi ratione. Sed iudicium de proportionibus harmoniacis & delectatio conſequens ſunt de his quæ ſunt ſecundum rationem rectam, & ſimilia his quæ ſunt ſecundum virtutem. Et propter hoc exercitium in iudicando de ipſis, & in delectando circa ipſas eſt quodammodo exercitium ad ea quæ ſunt ſecundū virtutem, ſicut dicetur conſequenter. Et ſecundum hanc viam muſica dicitur habere potentiam ad mores, & hoc eſt tertium, cuius gratia expedit ſecundum Philoſophum exercitari in ea. Deinde cum dicit.

c ¶ Proſequitur producens ſermonem de ipſa ad veritatis inquiſitionem. Et primo procedit circa prędicta diſputando. Secundo cum dicit. {Prima vero quæſtio &c.} magis determinando veritatem. Circa primum, primo arguit quòd pueri non ſunt erudiendi in muſica cauſa ludi, nec deductionis. Secundo cum dicit. {Eadem quoque dubitatio.} quod non propter virtutem. Circa primum, primo facit quod dictum eſt. Secūdo cum dicit. {Sed forſan videbitur &c.} ponit opinionem quorundam contra quoddam dictum & arguit in contrarium. Circa primum, primo arguit quòd non ſint erudiendi in ea cauſa ludi, dicens quòd ex ratione ſequenti manifeſtum eſt, quòd iuuenes nō ſunt erudiendi in muſica cauſa ludi, ludus enim nō quæritur niſi propter delectationem quę in eo eſt. Illud igitur non eſt quærendū propter ludum quod delectationem non habet, ſed addiſcere in pueris delectationem non habet, eſt enim eis cum triſtitia, quia laborioſum, & quia non apprehendunt bonum quod eſt in eo, ergo ab eis non eſt quærendum addiſcere muſicam, vel quodcūque aliud propter ludum. Deinde cum dicit.

d ¶ Arguit, quòd nec propter deductionem dicēs, quòd adhuc pueris, & alijs ætatibus ſimilibus ſecundum morem, pueris non oportet attribuere degendi rationem, quę eſt, vt dictū eſt, perfectio intellectus in cognitiōe veritatis. Perfectio autē in cognitione veritatis quodammodo rationem finis habet, & ſecundum ſe boni. Finis autem & bonum per ſe non congruūt pueris, & ſimilibus ſecundum ætatem hāc, quia finis ſecundum ſe debetur ei quod ꝑfectum eſt, pueri autē & ſimiles ſecundum ætatem hanc imperfecti ſunt. Deinde cum dicit.

e ¶ Ponit opinionē contrariam cuidam dicto dicens primo, quòd forte aliter videbitur contra illud quod concluſum eſt per primam rationē, quòd pueri erudiēdi & exercitādi ſunt in muſica non gratia ludi, ſeu delectationis ſecundum ſenſum in exiſtentium, tūc quādo erudiuntur vel exercitantur, tunc enim non inſunt ſicut concludit ratio, ſed futurorum in ætate perfecta quando erūt iam viri perfecti. Sed ipſe cōtra hoc arguit cum dicit. {Quòd ſi hoc tale &c.} dicens, quòd ſi propter delectationem futuram in ætate perfecta quærenda eſt muſica, non oportet ipſos futuros perfectos addiſcere ipſam cum ſunt pueri, ſed ſicut reges Perſarum & Medorum delectari in actibus muſicalibus exercitatis per alios cantatores, vel hiſtriones, non per ipſos. Similiter enim videntur delectari & erudiri cum exercentur per alios, ſicut cum per ſeipſos. Sed ipſe ſoluit rationem hanc cum dicit. {Et enim neceſſe eſt melius &c.} dicens, quòd immo expedit magis ipſos pueros addiſcere & exercitari in ea propter delectationem futuram in ætate perfecta, quia eſt neceſſarium eos qui exercitati ſunt in operibus ſecundum aliquam artem, & ex illis acquiſierunt habitum ipſius, melius facere operationem, quæ ſecundum illam quàm hi qui laborauerunt aliquanto tempore in ea quantum addiſcere propter lucrum proprium, & delectationem aliorum, ſicut exercitatus in operibus cytharizandi, & ex hoc habens habitum, melius cytharizat & magis delectatur. Operationes enim conſuetæ, & quæ ſunt ſecundum habitū magis ſunt delectabiles, ſicut innuit Philoſophus ſecundo Rhetoricorum. Dicit tamen interpres, quòd ante illam literam. {Etenim &c.} neceſſarium videtur ſibi aliquid deficere: conſequenter cum dicit. {Quòd ſi oportet &c.} arguit contra ſolutionem prædictam dicens, ſi oportet pueros addiſcere muſicam, quia melius operantur in ætate perfecta, & magis delectantur, tunc eadem ratione oportebit eos laborare circa præparationem pulmentorum & alia ſeruilia, vt melius ipſimet operentur & delectentur poſterius. Sed hoc eſt inconueniens, ergo & primum videbitur

eſſe

eſſe inconueniens. Sed manifeſtum eſt quòd non eſt ſimile, quia muſica & operatio quæ ſecundam ipſam liberales ſunt, & delectationem, & deductionem liberales habent quæ decent liberos, præparatio autem pulmenti & aliorum ſeruilium, nec deductionem, nec delectationem habent liberalem ſecundum ſeipſa, ſed ſunt ſeruilia, & ideo conueniunt ſeruis & nullo modo liberis. Deinde cum dicit.

f ¶ Arguit, quòd nō oporteat in ea erudiri iuuenes propter mores, per duas rationes, quarum ſecundā ponit cum dicit. { Conſiderare hoc. } Circa primum primo ponit rationem, Secundo cum dicit. { Eadem quoq; &c. } extendit eam ad probandum, quòd non valet ad deductioné liberalem. Dicit igitur primo, quòd eadē ratio q̄ dicta eſt prius facit dubitare, ſi muſica poteſt meliores ſecundum mores facere, & propter hoc addiſcenda ſit, non enim poteſt meliores ſecundum mores facere, niſi propter conſuetudinem iudicando & delectando, circa ea quæ ſecundū rationem ſunt. Sed ad recte iudicari & delectari proportionibus muſicalibus, nō oportet ipſosmet addiſcere muſicam, audientes enim ab alijs iſta videntur poſſe facere ſicut Lacedæmonij, ipſi enim met non addiſcunt muſicam, & tamē poſſunt recte iudicare, vt dicunt melodias bonas & non bonas. ergo non oportet eam ipſosmet addiſcere. Sed eſt intelligendum q̄ mentiuntur Lacedæmonij dicentes ſe recte poſſe iudicare melodias, nō edocti priꝰ. Nullus enim recte iudicat niſi quæ nouit. Non nouit niſi quę accepit vel inueniendo per ſe, vel addiſcendo ab alio ſecundum Ariſt. in Elenchis, ergo nullus poteſt recte iudicare, niſi de his quæ didicit. Sumitur autem hic addiſcere, ſecundum quòd communiter ſe habet ad accipere ab alio, vel inuenire per ſeipſum, ad propoſitum enim non refert. Deinde cum dicit.

g ¶ Extendit eam ad probandum de deductione dicens, quòd eadem ratio dubitare facit, ſi vtendum eſt ipſa muſica addiſcendo eam propter deductionem & occupationem diuturnam, ſunt enim liberales. Poſſunt enim occupari & deduci æqualiter, vt videtur circa muſicalia & ipſis, & alijs operātibus. Deinde cū dicit.

h ¶ Ponit ſecundam rationem, & loquens ſecundum opinionē gentilium qui multitudinem deorum ponebant, inter quos Iouem principalem credebant, dicit quòd ad declarationem eius quod dictum eſt, expedit conſiderare exiſtimationem quam habemus de dijs, & de his quæ circa ipſos, & etiam ea quæ dicunt poetæ de ipſis. Iupiter enim qui exiſtimatur principalis ſecundū eos, & cui attribuunt actiones liberales non cantat, nec cytharizat poetis, hoc eſt poetæ non attribuunt ſibi has operationes, quamuis attribuant ei auditum & iudicium de talibus, ſed illos qui exercent operationes tales vocamus viles magis, & adhuc recte agere actiones liberales non intereſt viri inebriati, aut etiam ludentis. Sed cantans muſicalia, aut quaſi inebriatus eſt, aut ſi- F cut ludens. ergo cantare muſicalia non eſt viri perfecti. Et poſſet hæc eſſe tertia ratio principalis, & adiungit quòd de his forte cōuenienter fiet conſideratio. Deinde cum dicit.

i ¶ Determinat veritatem circa prædicta, & primo reſumit dubitationes. Secundo cum dicit. { Rationabiliter &c. } diſſoluit eas. Dicit igitur primo, quòd prima quæſtio de muſica eſt, vtrum ſit ponenda diſciplina quædam ad virtutem moralem ſecundum ſe appetibilis, aut non, & quid poteſt, & quam virtutem habet. Iterū quæ dubitata ſunt prius, vtrum diſciplinæ, aut ludi, aut deductiōes. Deinde cum dicit.

k ¶ Diſſoluit prædictas dubitationes, manifeſtans quòd participandum eſt muſica propter tria prædicta, & primo facit hoc. Secundo cum dicit. { Vtrum aūt &c } inquirit, vtrum debeat participare vtrique parti muſicæ, & ei quæ cōſiſtit in proportionibus ſonorū, quæ cantatiua dicit, & ei quæ in inſtrumētis quæ inſtrumentalis vocatur. Circa primum primo declarat quòd participandum eſt muſica propter ludum & deductionem. Secundo cum dicit. { De cōmunione autem &c. } quod valet ad virtutem & mores, in his diſſoluuntur tria quæſita priꝰ. Circa primum primo facit quod dictū eſt. Secundo cum dicit. { Quæcumq;.n. } declarat propter q̄d plures requieſcūt in delectationibus, quæ ſecundum muſicam, & finē in eis ponūt. In prima parte dicit, quòd rationabile eſt addiſcere muſicam & ei participare propter tria prædicta ſcilicet ludum, deductionem & diſciplinam, & mores; & de ludo, & deductione, hoc manifeſtum eſt primo. Ludus enim propter requiem quæritur & gratia ipſius. Requies autem de neceſſitate delectationem habet ſibi adiunctam, quia requies medicina quædam eſt triſtitiæ inductæ per laborē prius, K per ipſam enim eſt remiſſio laborioſi motus fatigantis, & triſtitiam inducentis. Remiſſio autem fatigantis & contriſtantis eſt delectabilis, deductio autem quæ eſt operatio quædam intellectus ſecundum rationem, non ſolum ſecundum ſe rationem boni & eligibilis habet, ſed etiam delectationem conuenientem, operatio enim cōnaturalis delectationem habet adiunctam, & fęlicitas aggregatur ex his duobus, videlicet ex perfecta operatione intellectuali & ex delectatione, ſed ex perfecta operatione intellectuali per ſe & eſſentialiter, ex delectatione autem ſicut ex conueniente per ſe, perficit enim delectatio fœlicitatem ſicut ſuperueniens finis, vt decor iuuentutem, ſicut dicitur Decimo Ethicorum. Ex quo manifeſtum eſt, quòd ex quo ludus ſecundum ſe delectationem habet, & deductio quoddam bonum intellectuale eſt, & delectationem habet ſecundum ſeipſam, & quicquid eſt bonum ſecundum intellectum, & ſecundum ſe delectationem habens, quærendum eſt quodammodo gratia ludi cuiuſdam & deductionis, muſica autem ſecundum ſe delectabiliſſima eſt, & nuda exiſtens, ideſt non cū melodia, & cum melodia: dicit enim

f Eandem autem dubitationē habet, & ſi pōt mores meliores facere, hoc enim quid oportet addiſcere ipſos, ſi non alios audientes recteque gaudere & poſſe iudicare, ſicut Lacedæmonij. Illi enim non addiſcentes tamē poſſunt iudicare recte, vt aiunt, bonas & non bonas melodiarū. G

g Eadem autem ratio vtriq;, & ſi ad bonam diurnationem & deductionem liberalem vtendum ipſa, quòd oportet addiſcere ipſos, ſed non alijs vtentibus frui.

h Conſiderare autem licet extimationem quam habemus de dijs, non.n, Iupiter ipſe cantat & cytharizat poetis, ſed etiā Banauſos vocamus tales, & agere non viri non inebriati aut ludentis, ſed forte de ijs quidem poſterius conſiderandum. H

i Prima autē quæſtio eſt: vtrum non ponendum in diſciplinam muſicam. Muſica, aut ponendū, & quid poteſt dubitatorū triū, vtrum diſciplinam, aut ludum, aut deductionem.

k Rationabiliter autem in omnia ordinatur & videtur participare, ludus enim gratia requiei eſt. Requiem autem neceſſariū delectabilem eſſe, eius enim quę per labores triſtitiæ medicina quædam eſt. I Et deductionē confeſſe oportet non ſolum habere quod bonū, ſed & delectationē, fœlicitari.n. ex ambobus ijs eſt, Muſicam autem omnes eſſe dicimus delectabiliſsimorum, & nudam exiſtentem, & cum me-

*Eadem quoque dubitatio cadit, ſi poſſit mores facere meliores. Quid enim opus eſt, eos hæc addiſcere, ac non ex alijs audientes recte lætari, & iudicare poſſe, quemadmodum Lacones, illi enim quanquam non didicerint, poſſunt tamen recte iudicare, vt aiunt, quæ ſit bona vel non bona melodia.*

*Eademque ratio foret ad ſolatium & ad rationem degendi ocii, libero homine dignam. quid enim, oportet eos diſcere ac non alijs utentibus frui.*

*Conſiderare hoc licet ex opinione quam habemus de alijs, non enim Iupiter cantat, aut cytharam pulſat ſecundum poetas, immo illos qui talia faciunt, appellamus viles, & opus illud non viri, neque ſobrij: ſed iocantis. At enim de his poſtea erit conſiderandū.*

*Prima vero quæſtio eſt, vtrum muſica ſit in ioco reponenda vel non, & quid poteſt efficere de his tribus, in dubitatione propoſitis, vtrum diſciplinam an ſolatium, an rationem ocij degendi.*

*Rationabiliter quidem ad omnia inſtituitur, & videtur omniū particeps: nam & iocus gratia requietis eſt, ac requietem neceſſe eſt eſſe iocundam, eſt enim medicina moleſtiæ illius, quæ per labores ſuſcipitur, & ratio degendi ocij non ſolum honeſtatem habere debet, verum etiam voluptatem. Fœlicitas enim ex ambabus iſtis eſt, muſicam vero omnes fatentur eſſe ex iocundiſſimis, ſiue nuda ſit, ſiue cum modulatiōe. Inquit profecto & Muſeus, carnem dulciſſimam rem eſſe morta-*



enim Muſeus quòd cantare delectabiliſſimum eſt homini, propter quod in conuentibus hominum & deductionibus rationabiliter vtuntur ipſa, ſicut potente inducere lætitiam & delectationem. Sunt etiam in ipſa theoremata, in quorum conſideratione conſiſtit bonum intellectus per ſe & delectatio, ergo manifeſtum eſt, quòd rationabiliter quærenda eſt gratia ludi cuiuſdam & deductionis, & propter hoc aliq̄s opinabitur ſecundū rationem, quòd expedit iuniores erudiri & aſſuefieri in ea. Quæcumque enim ſunt delectabilia ſine nocumento operantis vel alterius, nō ſolum cōuenientia sūt ad finem inquantum augent operationē, ſed etiam ad requiē, inquantum permittunt triſtitiam, quæ a labore eſt. Deinde cum dicit.

l ¶ Declarat, propter quid plures quærunt requieſcere in delectationibus muſicalibus & finem ponunt in eis. Primo facit primum. Secundo cum dicit. { Contingit autem &c. } ſecundum. In prima parte dicit, quoniam pauci homines attingunt ad finem vltimum vitæ humanę & raro, tum propter impedimenta ex parte naturæ, aut conſuetudinis, aut etiam exteriora, multi autem & frequenter requieſcūt, quia fugiunt naturaliter triſtitiam, quæ eſt ab operatione laborioſa quæ remittitur per ipſam, & vtū tur ludis muſicalibꝰ, & alijs nō quantum ad plus, ideſt ad pluralia, ſed propter delectationem ſolam, vtile videtur eis requieſcere in delectationibus, quæ ſunt in actibus ipſius, ex quo enim non poſſunt attingere ad fœlicitatē, quæ in fine humano eſt, quærūt autem ipſam delectationem p̄ ſe & requieſcunt in ea quæ ī ludo & muſica, ad iſtam enim attingere poſſunt. Deinde cum dicit.

m ¶ Declarat propter quid finem in ipſis faciunt, dicens q̄ cōtingit homines facere ludos & delectationē quę eſt in eis, finem. Et ratio huius eſt, quia finis vitæ humanæ quandam habet delectationem, non quamcumque, ſed maximam. Similiter ludus & muſica habent quandam delectationem, & ideo quęrentes primam quæ in fine eſt, non attingentes, accipiunt illam quæ in ludis eſt muſica, pro ipſa quæ nobilior eſt. Nec hoc quòd iſta ſimilitudinem quandam habet vltimi finis. Finis enim vlti- A mus non eſt gratia alicuius futuri, aut etiam facti eligibilis. Hoc enim dicimus finem vltimum, propter quod ſunt omnia alia, & ipſum non propter aliud. Delectationes etiam tales quæ ſunt in Ludis, aut muſica non quæruntur propter aliquod futurum, nec ſunt gratia ipſius, ſed magis gratia laboris & triſtitię factorum, vt remittantur vel exterminentur. Cauſa igitur propter quam aliqui quęrunt fœlicitatem & finem ſibi per huiuſmodi delectationes, hæc eſt, & hanc rationabiliter exiſtimabat aliquis. Deinde cum dicit.

n ¶ Oſtendit, quòd participandū eſt muſicæ, quia aliquo modo diſponit ad virtutes morales, & primo præmittit intentum ſuum. Secundo cum dicit. { Sed videre ſiqua &c. } dat modum & ordinem conſiderandi. Tertio cū dicit. { At vero quod efficiantur &c. } proſequit. In prima parte dicit, quòd quærēdum eſt conſequenter, vtrum expediat communicare muſicæ non propter hanc cauſam ſolam, puta deductioné, ſed propter hoc, quòd vtilis eſt ad requiem operationis laborioſæ, & nō ſolum ad hoc, ſed quærendum eſt, quia forte prædicta accidunt ipſi, an natura ipſius honorabilior exiſtēs ordinetur ad aliquid honorabiliꝰ, quàm ſint dictæ opportunitates, oportet enim in muſica non ſolum communicare communi delectationi, quæ ſecundum ipſam eſt, quam ſentiūt vniuerſaliter omnes, talem enim delectationem naturalē habet quæ cauſatur ex motu proportionali auditus per actum ipſius, propter quod exercitium ipſius diligitur ab omnibus ætatibus & ab habentibus quoſcumque mores. ſed etiam videre oportet vlterius, ſi aliquid confert ad virtutem moralem, & ad operationem rectam quæ eſt ſecundum animam. Deinde cum dicit.

o ¶ Dat ordinem cōſiderandi dicens, q̄ hoc ipſum, quòd aliquid confert ad mores & ad animā, manifeſtum erit, ſi quales quidam, hoc eſt, diſpoſiti ad mores efficiantur per ipſam, & hoc declaratum fuit prius. Deinde cum dicit.

p ¶ Proſequitur, & primo oſtendit, quòd quales quoſdam & bene diſpoſitos ad mores facit. Secundo cum dicit. { Palam quia docendum &c. } ex hoc concludit iuuenes debere erudiri in ea

Primum

lodia, ait enim & Muſeus eſſe hominibus delectabiliſsimū cātare, propter quod in conuētus & deductiones rationabiliter aſſumunt ipſam, tamquam potentem lætificare, quare & hinc exiſtimabit vtique aliquis oportere ipſam erudiri iuniores.

l Quæcūq; enim innocua delectabiliū non ſolū congruunt ad finem, ſed ad requiem. Quoniā autē in fine quidē accidit hominibus raro fieri, ſępe autem requieſcunt, & vtuntur ludis, non quātum ad plus, ſed & propter delectationem, vtile vtique erit requieſcere in delectationibus quæ ab ipſa. B

m Accidit autem hominibus facere ludos, finem, habet enim forte delectationem quandam & finis, ſed non quantācumq;. C Quærentes autem hanc, accipiunt vt hanc illam: propterea quòd finis actionis habet ſimilitudinem quandam, finis enim nullius gratia futurorum eſt eligibilis, & tales delectationū nullius gratia futurorum ſunt, ſed factorum, laborum & triſtitiæ, propter quam quidē igitur cauſam quærunt fœlicitatē fieri per has delectatiōes, hāc merito vtique quis exiſtimabit cauſam.

n De eo autem quod eſt cōmunicare Muſica, non propter hāc ſolā, ſed neq; propterea quod vtilis eſt ad requies, vt videt̄, non ſolum, ſed quærendum, ne forte hoc quidem accidat. D Honorabilior eſt aūt natura ipſius, quàm ſecundū dictā oportunitatē, & oportet non ſolum cōmuni delectatione participare ab ipſa cuius habent ſenſum omnes. Habet.n. Muſica delectationē naturalem, propter quod omnibus ætatibus & omnibus moribus vſus ipſius eſt amicus. E

o Sed videre, ſiqua & ad morē cōfert & ad animā, hoc aūt vtiq; erit palā, ſi quales quidā moribus ſumus per ipſam.

p At vero, q̄ efficiamur quales quidam, manifeſtū per mul-

*libus. Quapropter & ad cætus familiarium, & ad vitam in ocio degendam rationabiliter illam recipiunt, vt potentem lætitiam afferre, vnde & ex hoc quis intelligat illam pueris eſſe perdiſcendam.*

*Quæcumque enim iocunda ſunt, atque eadem innocua, non ſolum congruunt ad finem, verum etiam ad ceſſationem. Cum vero contingat hominibus perraro eſſe in fine, perſepe autem ceſſent, & vtantur iocis, non ob aliud modo, ſed etiam ob delectationem, utile foret requieſcere in his, quæ ab illa proueniunt uoluptatibus.*

*Contingit autem hominibus feciſſe iocos, finem, cum & habeat fortaſſe finis uoluptatem quandam, ſed non quamcumque, quærentes uero iſtam, accipiunt hanc pro illa, ex eo quòd cum fine agendi ſimilitudinem habet. Nam finis, gratia nullius futuri expetitur, & tales uoluptates nullius futuri gratia, ſed gratia eorum quæ anteceſſerunt, laborum ſcilicet & moleſtiarum. Per quam igitur cauſam quærunt fœlicitatem fieri, per huiuſmodi uoluptates, hanc utique aliquis rationabiliter exiſtimet cauſam.*

*De communione autem muſicæ, nō per hæc ſolum, ſed etiam quia utilis ſit ad ceſſationes ut uidetur, nec per eas modo. Sed inſuper quærendum, num aliquando aliud ex ea proueniat, precioſior quidem natura eius eſt, quàm ſecundum eum uſum de quo ſupra dicitur, & oportet non ſolum ab ipſa uoluptatem capere, quam percipiunt omnes ſecundum ſenſum, habet enim muſica naturalem uoluptatem per quam illius uſus cunctis ætatibus, cunctiſque moribus eſt acceptus.*

*Sed uidere, ſi quo modo ad mores extenditur & ad animum, id autem patebit, ſi aliquando tales aliqui ſecundum mores per illam efficiamur.*

*Atqui, quòd efficiamur per Olympi modulationem, manifeſtum eſt, ea*

ta quidem & alteram, non minime autē & per melodias Olympi, hę enim confeſſe faciunt animas raptas. Raptus autem eius qui circa animam moris, paſſio eſt.

q Adhuc autem audientes mutationum fiunt omnes compatientes, & ſine rythmis & melodijs ipſis. G

r Quoniam autem accidit muſicam eſſe delectabilium, virtutem autem circa gaudere recte, & amare, & odire, palam quòd oportet addiſcere & aſſueſieri nihil ita, vt iudicare recte, & gaudere dicentibus moribus, & bonis actionibus.

ſ Sunt autem ſimilitudines, maxime penes veras naturas ī rythmis & melodijs iræ, & manſuetudinis, adhuc aūt fortitudinis & tēperātiæ, & oīum cōtrariorum ijs, & aliorum moralium, palā autem ex operibus, tranſmutamus.n. animā audientes talia. H

*namque abſtrahit animam, & quodammodo rapit: raptus vero & abſtractus animæ circa morem affectio eſt.*

*Præterea audientes repreſentationem omnes afficiuntur, etiam ſine melodijs & verſibus.*

*Cum vero contigerit muſicam eſſe delectabilium, virtutem autem eſſe circa lætandum recte, & amare, & odiſſe, oportet profecto addiſcere, & aſſueſieri ad nullam rem, adeo ut ad iudicandum recte, & ad gaudendum manſuetis moribus, & laudabilibus operibus.*

*Sunt autem in rythmis & melodijs ſimilitudines, maxime penes ueras naturas iræ & manſuetudinis, ac fortitudinis, & temperantiæ, & contrariorū his, & aliorum omnium quæ ad mores pertinent: patet id ab effectu, mutamus enim animum talia audientes.*

Primum oſtendit, primo per ſigna. Secundo cum dicit. { Quoniam autem accidit &c. } per rationem. Adducit autem duo ſigna, quorum ſecundum ponit cum dicit. { Adhuc autem &c. } In prima parte dicit, quòd manifeſtum eſt, quòd per vſum muſicæ quales quidam & bene diſpoſiti ad mores ſumus, & per alia multa, & ꝑ melodias Olympi quibus ſacerdotes gentiles Iouis qui colebatur in Olympo monte Greciæ vtebantur in ſacris ipſius, ad deductionem colentium exercitandam. Per vſum enim iſtarum rapiebantur animæ hominum quaſi alienatorum a ſenſibus exterioribus & immobilium factorum propter intentionem animæ circa aliq̄d intrinſecū. Raptus autem eſt paſſio quędā factiua moris, ſeu conſuetudinis circa animam ad aliquid ſimile. Ex quo manifeſtū eſt, quaſi per ſignum quoddam, quòd melodiæ muſicæ quales quoſdam & diſpoſitos faciūt ad mores. Sed ad videndum q̄d ſit raptus & ſecundū quam partem animæ & propter quam cauſam, eſt intelligendū, quòd raptus proprie & principaliter dict⁹, motus quidā tractus eſt, tractus autem motus violentus eſt ab alio ad ſe vel ad alterum, ſicut dicitur. 7. Phiſicorum. Violentum autem eſt cuius principium eſt ab extra, non conferens vim paſſo. Et ideo raptus eſt motus alicuius præter inclinationem eius naturalem vel voluntariam a principio extrinſeco. Huiuſmodi autem violentia poteſt conſiderari vel quantum ad terminum & modum motus ſimul, vt cum ignis ab aliquo extrinſeco rapitur deorſum, vel quantum ad modum motus tantum, vt cum velocius propellitur ſurſum quām natus ſit moueri. Deinde autem per ſimilitudinem hanc tranſlatum eſt nomen eius ad ſignandum motum hominis ſecundum animam ad aliquid, ad quod ſecundum ſe non habet inclinationem, vel eo modo quo non habet, ſed non ad quemcumque talem. Sed cum naturale ſit homini intelligere ex phantaſmatibus ſenſibilibus exterioribus ſecundum actum exiſtentibus tranſlatum eſt ad ſignificandum operationem intellectualem, qua homo fertur in aliquod intellectuale vel ſibi connaturale vel ſupra naturam per auerſionem ſenſuum ad interiora, & eorum immobilitationem. Ex quo apparet quid ſit raptus vt hic ſumitur. Eſt enim operatio partis animæ intellectualis, ſecundum quam ab aliquo extrinſeco fertur in aliquid non naturale ſibi, aut naturale per auerſionem & immobilitationē ſenſuum. Et quia operatio partis animæ appetitiuę eſt ſecundum eius inclinationem, & a principio intrinſeco non violento. Raptus autem econtrario, non poteſt eſſe operatio partis animæ appetitiuæ ſenſibilis vel intellectualis, cauſa autem ipſius per ſe & naturalis videtur eſſe intenſio vehemens animæ circa aliquid, quæ eſt vel ex vehementi deſiderio attingendi ad aliquid, vel fugiendi ab aliquo, vel vehemens adhæſio ad aliquid per dilectionem, vel delectationem, vel delectatio maxima circa aliquid. Ex hoc enim, quòd aliquis vehementer intendit circa aliquid intrinſecum contingit, quòd anima reuocet ſpiritum, qui eſt primum inſtrumentum ſenſus & motus ab exterioribus ad ſenſitiuum & cogitatiuum primū, circa quæ magis tunc laborat. Hoc enim eſt de proprietatibus naturæ mittere ſpiritum ad locum vbi magis indiget, & per conſequens ſenſus exteriores & membra immobilitantur, & efficitur homo quaſi immobilis, & ſine ſenſu exteriori in actu, & tunc anima non laborans in ſenſu vel motu exteriori corporis quaſi libera ſpeculatur magis circa aliqua, quæ vel ſunt ſupra communē poteſtatem hominum, aut ſecundum naturam, non tamen cum ſenſu exteriori, quod eſt magis naturale, qui autem paucos & debiles ſpiritus habent & bene mobiles cum minori intenſione animæ circa aliquid intrinſecum rapiuntur. Nō enim poſſunt pau- F ci ſpiritus & debiles, ſufficere ad motum fortem interiorem & exteriorem, ſicut accidit in mulieribus quibuſdam. Qui autem habent abundantes ſpiritus, non rapiuntur niſi cum vehementiſſima intenſione animę circa aliquid, ſicut in viris quibuſdam accidit. Vehemens autem deſiderium, ſeu dilectio vel delectatio quæ faciunt vehemētem intenſionem animæ vel cauſantur a vehementi conſideratiōe intellectus immediate vel ab aliqua ſuperiori cauſa immediate mouente voluntatem ipſam, vel ab interiori, ſcilicet cauſa ſuperiori mediante intellectu. Deinde cum dicit.

Ethi. 3. ca. 2 & 3.

q ¶ Cōfirmat id qđ dixit ſumpto loco ab eo quod minus videtur dicit enim quòd etiam audientes aliqua verba, quæ repreſentēt aliquid aut triſte, aut iocundum afficiuntur, etiam ſi cū nulla melodia, aut verſu exprimantur, quod tamen minus videbatur, ergo cum verbis adiūgitur melodia quę habet maiorem vim ad mouēdum propter conformitatem ad animam, & potētiam auditus, multo magis per muſicam afficietur animus audientis ad diuerſas animi paſſiones. Deinde cum dicit.

r ¶ Hoc idem per rationem declarat. Videtur autem ratio ipſius eſſe hæc. Aſſueſieri iudicare recte de actionibus moralibus, & recte gaudere, & delectari in eis, eſt efficaciſſimum ad rectitudinem morum & actionum moralium: ſed aſſueſieri iudicare recte de harmoniis muſicalibus, & delectari ſecundum rationem in eis eſt aſſueſieri recte iudicare de actionibus moralibus, & delectari in eis recte, ergo hoc eſt efficaciſſimum ad rectitudinem actionum moralium. Iſtius rationis primo probat maiorem. Secundo cum dicit. { Sunt autem ſimilitudines &c. } minorem. I Maiorem autem probat ſic, Quoniā muſicæ id eſt, actiōes quæ ſunt ſecundum muſicam ſunt de numero delectabilium ſecundum ſe, ſicut dictum eſt prius, virtus autem moralis conſiſtit circa delectationes & triſtitias, amorem & odium, & circa alias huiuſmodi paſſiones, ſicut circa propriam materiam, circa quam quærit illud quod ſecundum rationem. Et medium eſt manifeſtum, quòd nihil oportet addiſcere, & nihil ita aſſueſieri ad generationem habituum moralium rectorum & actionum ipſorum, ſicut iudicare recte de motibus ipſarum paſſionum, & de his quæ circa ipſas, & delectari ſecūdum rationem in eis, cuius ratio eſt, quia ad rationem & generationem virtutis moralis requiritur recta ratio, per quam diſcernatur illud quod rectum eſt & ſecundum ra rationem, quas conſequitur delectatio proportionalis, ſicut apparet ex ſecundo Ethicorum. Deinde cum dicit.

ſ ¶ Probat minorem, videtur autem probare eam per rationē hāc: K Aſſueſieri iudicare de eo quod eſt ſimile actionibus & delectationibus moralibus, eſt aſſueſieri iudicare de ipſis actionibus moralibus & delectari in eis: ſed harmoniæ muſicæ ſunt ſimiles paſſionibus, & habitibus, & actionibus moralibus, ergo aſſueſieri iudicare & delectari recte in harmonijs muſicis, eſt aſſueſieri iudicare & delectari recte in habitibus & actionibus moralibus. Iſtius rationis primo ponit minorem cum quadam declaratiōe eius. Secundo cum dicit. { Aſſuetudo autem in ſimilibus &c. } maiorem & probationem eius. Tertio cum dicit. { Accidit autem ſenſibilium &c. } regreditur ad declarandum minorem. Dicit igitur primo, quòd paſſionum ſimilitudines, puta iræ & manſuetudinis, timoris & audacię, & huiuſmodi, adhuc autem & habituum ſicut fortitudinis, & temperantiæ, liberalitatis & illiberalitatis & huiuſmodi, & aliorum habituum contrariorum, his & vniuerſaliter aliorum moralium, puta electionum & operationum inueniuntur naturaliter in melodijs muſicalibus & rythmis. Melodiæ enim muſicæ & rythmi in quibuſdam determinatis proportionibus numerorum circa ſonos vel temperantiam



t Aſſuetudo aūt in ſimilibus ei quod eſt triſtari & gaudere prope eſt eo quod ad veritatem eodem habeat modo, puta ſiquis gaudet, imaginem alicuius videns, nō propter aliam cauſam, ſed propter formā ipſam, neceſſarium huic illam viſionem cuius videt imaginem ſecundum ſe eſſe delectabilem. B

v Accidit aūt ſenſibiliū in alijs nullam quidem exiſtere ſimilitudinem ad mores, puta in tangibilibus & guſtabilibus, ſed in viſibilibus debiliter. Figurę enim ſunt tales, ſed ad modicum, & omnes tali ſenſu communicant. Adhuc autem non ſunt hæ ſimilitudines morum, ſed ſigna magis, factæ figuræ, & colores morum, & hoc eſt a corpore in C paſsionibus, non ſolū, ſed quantum differt, & circa horum ſpeculationem, oportet non quæ Pauſionis cōtēplari iuuenes, ſed quæ Polygnoti, & ſiquis alius pictorū, aut ſculptorū eſt moralis.

x In melodijs autem ipſis ſunt imitationes morum, & hoc eſt manifeſtum, mox enim armoniarum diſtat natura vt audientes aliter diſponātur, ſed nō eodē modo ſe habeant ad vtramq; ipſarum, ſed ad quaſdā quidem D planctiue & contrarie magis, velut ad eā que vocatur myxolydiſte, ad has aūt mollius mente,

*Mos autem dolendi, ac lætandi in ſimilibus prope eſt, vt erga veritatem eodem modo ſe habeat, ceu ſiquis gaudet, imaginem alicuius videns, non propter aliam cauſam, ſed propter formam ipſam, neceſſarium eſt huic & aſpectum ipſum illius, cuius imaginem contemplatur, eſſe iocundum.*

*Contingit autem in alijs quidem ſenſibilibus nullam exiſtere ſimilitudinē morum, vt in his quæ tactu vel guſtu percipiuntur, in his etiam quæ viſu, admodum parum, figuræ enim ſunt talia, ſed ad modicum, & omnes huiuſcemodi ſenſus participant. Inſuper non ſunt hæ ſimilitudines morum, ſed ſigna magis, quæ fiunt figuræ & colores morum, & ſunt hæc a corpore in paſſionibus, attamen quantum refert circa horum viſionem, oportet pueros non figuras inſpicere Pauſonis ſed Polygnoti, & ſiquis alter pictor vel ſtatuarius ſit moralis.*

*At in melodijs ipſis ſunt imitationes morum, & hoc eſt manifeſtum, ſtatim enim harmoniarum diſtincta eſt natura, ita vt qui audiunt aliter diſponantur, nec eodem modo ſe habeant ad vnam quamque ipſarum, ſed ad quaſdam flebiliter & contracte magis, puta ad eam quæ appellatur Lydia mixta, Ad quaſdam vero mollius ſecundum mentem, ceu ad illas quæ*

tiam conſiſtunt, ſimiliter paſſiones animæ conſiſtunt in quadam A determinata proportione agentis ad paſſum, & conſequuntur aliquam determinatam proportionem calidi & frigidi, humidi & ſicci, ira enim eſt accenſio ſanguinis circa cor, & timor infrigidatio quædam, habitus etiam morales in quadam determinata ratione appetitus ad rationem mouendi, virtutes etiā in quadam media ratione extremorum conſiſtunt. Similiter & omnia alia moralia, & hoc etiam manifeſtū eſt ad ſenſum, q̄a audientes aliquas melodias, aut rythmos, trāſmutantur, ſecundū animam, aliquando quidem ad iram, aliquando ad manſuetudinem, aliquando ad audaciam, aliquando ad timorem, quod nō eſt niſi ꝑpter aliquā ſimilitudinem iſtorū ad illa. Deinde cum dicit.

t ¶ Ponit maiorem, & probat dicens, ꝙ aſſueſci gaudere & triſtari in eis quę ſunt ſimilia delectationibus & triſtitijs moralibus, eſt propinquū ei quod eſt delectari in eiſdem, quia illud qđ eſt ſimile alicui, quaſi eodem modo ſe videtur habere ad veritatem ſicut illud, ſimilia enim parum diſtare videntur, ſimilitudo enim vnitas quædam eſt, talia autem accipit intellectus vt eadem frequēter, ſicut dicitur ſecūdo Phyſicorum. Et ideo aſſueſieri in eis quæ ſunt ſimilia alicui, eſt aſſueſieri quodam modo in illo, v.g. ſi aliq̄s reſpiciēs vel conſiderans imaginem formæ alicuius, puta Herculis, & delectetur in ipſa ſecundum quòd imago eſt forma illius, viſio formæ ipſius Herculis ſecūdum ſeipſam de neceſſitate erit ſibi delectabilis & magis, quoniam propter quod vnumquodque tale & illud magis, ſicut dicitur primo Poſteriorum. Deinde cum dicit.

v ¶ Regreditur ad declarandum minorem, & primo tangit ꝙ, in ſenſibilibus ſecūdum alios ſenſus, aut nullæ, aut modicę ſunt ſimilitudines morum. Secundo cum dicit. { In melodijs autem ipſis &c. } declarat, quòd in his quæ ſunt ſecundum auditum, ſunt manifeſtæ. Circa primum eſt intelligēdum, quòd in ſenſibilibus E ſecundum vnumquemq; ſenſum, ſunt aliquæ ſimilitudines paſſionum & habituum moralium, & actionum, quoniam omnia ſenſibilia conſiſtunt in aliquibus proportionibus determinatis primorum ſuorum, quemadmodum paſſiones & habitus, & alia moralia. Adhuc etiam videmus, quòd ad aliquas alterationes factas ab ipſis ſenſibilibus ſecundum vnumquemque ſenſum mouemur ad aliquas actiōes vel paſſiones morales bonas vel malas, quod non eſt niſi propter aliquam ſimilitudinem, quare in omnibus inuenitur aliqua ſimilitudo iſtorum, verum tamen non in omnibus æqualiter, cum enim omnia moralia ſequantur apprehenſionem aliquam ſecūdum rationem, rationabile videtur, quòd ſenſibilia ſecundum illos ſenſus quæ nos magis cognoſcere faciunt ſecundum rationem, maiorem habeant ſimilitudinem ſecundum quòd huiuſmodi ad moralia, tales autem ſunt viſus & auditus ſecūdum Ariſt. lib. de Senſu. Et ideo in ſenſibilibus ſecūdum iſtos ſenſus magis exiſtunt ſimilitudines morum, in tangibilibus autem quæ maxime materialia ſunt & prima ſecundum viam generationis minime, in guſtabilibus autem & odorabilibus modice propter propinquitatem eorum ad tangibilia. Adhuc autem magis manifeſte inueniuntur in audibilibus quàm in viſibilibus, rationabile enim eſt, quòd in ſenſibilibus ſecundum illum ſenſum inueniantur magis manifeſte, qui magis faciunt ad cognitionem ſecundum rationem quam præexigunt omnia moralia in actu, ad hoc autē magis facit auditus ſecūdum accidens. Sermo enim audibilis exiſtens cauſa eſt diſciplinæ non ſecundum ſe ſed ſecundum accidens, ex nominibus enim conſtat, nominum vero vnūquodque ſimbolum eſt, ſicut dicitur libro prædicto de Senſu. Et idō rationabiliter in audibilibus inueniuntur magis manifeſtæ ſimilitudines moralium in actu quàm in viſibilib⁹. Adhuc autem audibilia fortius mouent quàm viſibilia & pluribꝰ modis: viſibilia enim mouēt viſum ſola quadam alteratione tenui, & quaſi inſenſibili. Audibilia autem mouēt ſecundum alterationem quandam, & ſecundum motum quēdam localem medij & organi. Quare manifeſtius excitant paſſiones ſimilitudinem habentia. Hoc ſuppoſito dicit Ariſt. quòd in ſenſibilibus quæ ſunt ſecundum alios ſenſus contingit nullam exiſtere ſimilitudinem morum, ſicut in guſtabilibus & tāgibilibus. Similiter autem & odorabilibus. Dicit autem nullam, quia paucam, & immanifeſtam, qđ autem paucum & immanifeſtum eſt nihil reputatur, in viſibilibus autem inuenitur aliqua ſed debilis, figuræ enim quæ maxime comprehenduntur a viſu maxime videntur eſſe tales. Sunt enim quædam acutæ, quædam obtuſæ, ſicut & paſſiones, ſed ſecundum modicum ſunt ſimiles, & ideo non multum mouet hæc ſimilitudo. Et iterum omnia viſum habentia habent ſenſum huiuſmodi figurarum, & tamen non omnia attingunt ad mores, quod tamen videtur ſi proprie ſimilitudinem haberent ad ipſos. Iterum figuræ & colores non ſunt proprie ſimilitudines morum expreſſæ ſicut harmonię, ſed magis ſigna quædam coincidētia cum ipſis moribus, & talia ſigna morum bene contingit accipere in paſſionibus ſenſibilibus, non ſolum in viſibilibus, ſed in odorabilibus & tangibilibus & alijs. Sed differt ſecundum quantitatem, quia manifeſtius inueniūtur in viſibilibus quàm in alijs, & circa horum ſpeculationem quantum ad rectum iudicium & delectationem conuenientem oportet contemplari iuuenes, intendentes conſiderationem iſtorum propter mores, non figuras & picturas Pauſitoris, qui pictor erat imaginum repreſentantium turpia & inhoneſta, ſed eas quas Polignotus, qui pingebat figuras repreſentatiuas honeſtorum, & ſiquis alius fuerit pictor, aut ſculptor figurarum repreſentiuarum moralium. Deinde cum dicit.

x ¶ Declarat, quòd in audibilibus manifeſte inueniuntur ſimilitudines morum, & hoc primo declarat in melodijs muſicis. Secundo cum dicit. { Eodem modo habent &c. } declarat eodē modo ſe habere in rythmis. Tertio cū dicit. { Ex his quidē igitur. } infert concluſionem principalem. In prima parte dicit, quòd in ipſis melodijs muſicalibus manifeſte inueniuntur imitationes morum, & hoc manifeſtum eſt, natura enim ipſarum harmoniarum

rum tantum differt, vt audientes ſtatim aliter & aliter diſponantur ſecundum paſſiones & motus, & non eodem modo ſe habeāt hoīes in audiēdo vnāquāq; ipſarū, ſed in audiēdo quaſdā efficiunt plāctiui, & quaſi cōtracti per retractionē ſpirituum ad interiora, cuius eſt illa quam dicimus Lydiam mixtam, eſt autē Lydia mixta melodia vel cantilena ſeptimi toni, quæ propter acumen magnarum vocum, fortiter percutit ſpiritus & retrahit ad interiora, propter qđ ad compaſſionem diſponit, alias autē audiētes, puta remiſſas, magis diſponūtur ad mollitiem, cuiuſmodi ſunt forte ea quæ dicitur lydia, quæ eſt melodia quinti toni, & ea quę dicitur Hypolydia, quę eſt ſexti toni, quæ propter remiſſionem vocum & motuum maxime ꝑ ſemitonia, q̄ frequenter accipiunt, manifeſte videmus mouere ad mollitiē, alias aūt audiētes bene diſponuntur & conſtanter ſe habēt in operibus. Talis autem eſt illa quæ dicitur Dorica ſola quę eſt cantilena primi toni, quæ maxime moralis eſt. Aliæ autem ſunt quę raptos faciunt, ſicut ea quæ dicitur Phrygia, quæ eſt melodia tertij toni, quæ propter fortem percuſſionem ī vocibus fortiſſime reuocat ſpiritus ab exterioribus ad interiora quod diſponit ad raptū, iſta enim dicuntur, & cōuenienter illi qui circa hunc ludum muſicæ philoſophati sūt, & accipiunt teſtimonia rationum ſuarū ex ipſis operibus. Sic igitur apparet, quòd in melodijs maxime ſunt ſimilitudīes morum, & quòd homines per ipſas diſponuntur ad eos, quod maxime videtur contingere propter duo, quorum alterum accidit ex parte operationis vel conſequentis ipſam operationem animæ. Senſus enim auditus in quadam media ratione conſiſtit. Et ideo cum mouetur a ſono ſibi proportionabili, eſt delectatio ſecūdum ipſum ſenſum, cum etiam ratio in auditu ſecundum actum iudicat mediam rationē ſonorum, & in intelligendo eſt delectatio intellectualis proportionalis delectationi, quæ eſt in operibus moralibus conſiſtentibus in eadem proportione, delectatio autem in aliqua operatione adauget operationem illam, ſicut dicitur in. 10 Ethi., & per conſequens eam quæ ei aſſimilatur. Alterum autem ex parte diſpoſitionis materiæ & organi, quoniam ſpiritus organū eſt primum omnium virtutum animæ & ſenſitiuarum & motiuarum, & ideo diuerſus motus ſpirituum vel per alterationem, vel per hanc & motum localem ex quibus contingit contractio vel ebullitio vel expulſio, diuerſimode diſponitur homo ad paſſiones vel actiones. Hoc autem modo harmoniæ muſicæ maxime poſſunt mouere ſpiritum diuerſimode ſecundum diuerſitatē earum. Deinde cum dicit.

y ¶ Declarat idem de rythmis dicens, ꝙ eodem modo ſe habēt illa quæ circa rythmos. Quidam enim ipſorum habent virtutem per quam diſponunt ad morē ſtabilē. Alij aūt per quam diſponunt, & ad inſtabilē. Et iterum quidā ipſorum habent motus ad

F onerosa & illiberalia magis. Alij autem ad delectabilia & liberalia. Eſt autem rythmus numerus ſyllabarum determinatus in oratione ſimili fine terminatus. Deinde cum dicit.

z ¶ Infert concluſionem principalem dicens, quòd ex his quæ dicta ſunt, manifeſtum eſt quòd muſica qualem quendam & bene diſpoſitum ad morē poteſt facere, quare manifeſtum eſt ꝙ vtilis eſt ad mores. Deinde cum dicit.

aa ¶ Concludit ex dictis iuuenes debere erudiri in ea adiungēdo nouam rationem ad hoc, & dicit, ſi muſica qualem quendā & bene diſpoſitū ad mores nata eſt facere. In eo autem quòd diſponit ad mores, expedit iuuenes erudiri & aſſuefieri in muſica. Eſt etiam diſciplina muſicæ conueniēs naturę puerorum tātillæ & paruæ exiſtēti propter aliam rationem. Iuuenes .n. non poſſunt ſuſtinere aliquid indelectabile, vel contriſtans propter ætatem, habent enim operationes ſenſuū perfectas propter vigorem virtutum. Tales autem operationes cōſequūtur fortes delectationes, & ideo fortiter delectantur, nec poſſunt ſuſtinere triſtitias. Harmoniæ autē muſicæ ſunt de natura delectabilium. Similiter autē & rythmi. Eſt enim quędā ſimilitudo naturalis rytmorum ad harmonias. Vtrumque .n. cōſiſtit in proportionibus numeralibus, & quia harmonia eſt delectabilis ſecundū ſe, multi antiquorum ſapientum dixerunt. Alij animam eſſe idē quod harmoniā, alij autē habere harmoniam, ſicut Plato & ſequentes ipſum, dicentes animam eſſe numerum ſeipſum mouentem. Deinde cum dicit.

bb ¶Inquirit, vtrum oporteat participare muſicam quantum ad actum vtriuſque partis eius, cantatiuę, ſcilicet & inſtrumentalis. Et primo manifeſtat ꝙ ſic. Secundo cum dicit. {Dicens autem, & non dicens &c.} declarat ꝙ differenter oportet ſe habere quantum ad hoc, ſecundum diuerſas ætates. Circa primum primo pręmittit dubitationem, dicens quòd poſt ea quæ dicta ſunt eſt conſiderandum, vtrum opportunum ſit ad bonam diſpoſitionem ciuium eoſdem addiſcere muſicam & exercitari in ea quantum ad vtendum actu, ideſt cantando & manu operando, hoc eſt tangēdo organa, aut non, ſecundum quòd propoſitum fuit prius. Deinde cum dicit.

cc ¶ Diſſoluit eā, oſtendēs ꝙ expedit cōmunicare muſicā ſecundum vtrūq; modum per duas rationes. Quarum ſecundam tangit cū dicit. {Simul aūt &c.} Primo igitur dicit, ꝙ manifeſtū eſt, quòd cōmunicare actibus muſicalibus magnā differentiā ſecundū præeminentiam habet ad faciendum iuuenes, quales quoſdā & bene diſpoſitos. Studioſum enim iudicium de moralibus vel de eorum ſimilibus multum valet ad bene diſponendum eos ad mores, ſicut dictum eſt prius. Sed ex hoc, quòd aliquis communicat operibus muſicæ ſtudioſius iudicat de eis quæ ſunt ſimilia moribus. Vnum enim de numero impoſſibilium eſt, aut valde difficillimum

puta ad remiſſas, medio autem modo & conſtanter maxime ad alteram, quale videtur facere quæ doriſtæ ſola armoniarum, raptos autem quæ phrygiſtæ, hoc enim bene dicunt qui circa ludum hunc philoſophati ſunt, accipiunt enim teſtimonia rationum ex ipſis operibus.

G

y Eodem modo habent & quæ circa rythmos, ij quidem habent enim morem ſtabiliorem, ij autem motiuum, & horum ij quidem honorabiliores habent motus, ij autem liberiores.

z Ex ijs quidem igitur quòd poteſt morem animæ qualem quēdam muſica facere.

aa Palam, quia docendum & erudiendum in ipſa iuuenes, eſt autem congruum ad naturam tantillum doctrinę muſicæ, iuuenes quidem enim propter ætatē indelectabile nihil ſufferunt volentes. Muſica autem naturę delectabilium eſt, & quædam videtur cognatio armonijs & rythmis eſſe, propter quod multi aiunt ſapientum ij quidem armoniam eſſe animam, ij autem habere.

H

bb Vtrum autē addiſcere eoſdem cantantes & manu operantes, aut non, ſicut dubitatum eſt prius, nunc dicendum.

I

cc Nō ī manifeſtū, ꝙ multā hēt differētiā ad fieri quales quoſdā, ſi qs ipſe cōicet operib⁹, vnū enim aliqd impoſſibiliū, aut difficiliū eſt eos q nō cōicauerunt operibus, iudices eſſe ſtudioſos.

K

*ſunt remiſſæ. Ad aliam vero mediocriter & compoſite plurimum, vt videtur dorica facere omnium harmoniarum, phrygia vero diſtrahit ac rapit animum, & quaſi extra ſe ponit. Hoc enim recte dicunt qui circa huiuſmodi diſciplinam philoſophantur. Capiunt enim verborum teſtimonia ex rebus ipſis.*

*Eodem modo ſeſe habet circa rythmos. Alij enim morem continent grauius. Alij concitant, alij violentiores afferunt motus, alij liberiores.*

*Ex his igitur patet, quòd muſica poteſt animi morem aliquem facere.*

*Quòd ſi hoc poteſt muſica, clarum eſt quòd ad puerorum diſciplinam eſt adhibenda, & in ea pueri ſunt inſtituendi. Congruit autem naturæ huiuſmodi diſciplina. Nam pueri propter ætatem nihil ferunt ſponte, quod non habeat in ſe iocunditatem. Muſica uero ex his eſt quæ ſunt iocunda ſecundum naturam, & videtur cognatio quædam eſſe nobis cum harmonijs & rythmis. Quapropter multi ſapientum dixere. Alij quidem animum eſſe harmoniā, alij vero habere harmoniā.*

*Vtrum autem addiſcere eos oportet cantando, & manibus agendo, uel nō quemadmodum prius dubitatum eſt, nunc erit dicendum.*

*Non eſt obſcurum intereſſe multū ad hoc, ut efficiamur aliquales, ſiquis operum ipſe ſit particeps. Nempe impoſſibile eſt, uel certe admodum difficile, ut qui opera ipſa non tractat, perite ualeat iudicare.*



difficillimum eſt illos iudicare de agibilibus bene, qui non communicauerunt operationibus. Studioſum enim iudicium eſt per facilem & delectabilem reductionem in principia prima. Facilis autem & delectabilis reductio in principia non eſt niſi per habitum inclinantem ad modum naturæ, qui generatur in nobis ex frequenti operatione. Et iterum ad rectitudinem iudicij exigitur certitudo q maxime videtur in agibilibus cauſari ex operibus. Opportunum eſt igitur participare muſicam quātum ad actus operationes. Deinde cum dici.

dd ¶ Ponit ſecundā rationem dicens, ꝙ ſimul cum eo quod dictum eſt, quòd oportet pueros mobiles exiſtentes habere aliquid circa quòd occupentur. Et ideo cōuenienter introductum eſt inſtrumentum quod dicitur Architæ tabella ita dictū ab inuentore Archita quem attribuūt pueris, vt circa iſtam occupati nō deſtruāt aliquid eorū quæ in domo ſunt. Iuuenes enim propter multitudinem motuum in eis exiſtentium, propter ætatem quieſcere nō poſſunt. Et propter hoc ludius illius tabellæ cōueniēs eſt, eis ſaltem ad occupationē. Diſciplina autem, ideſt rectus vſus ipſius reſeruanda eſt magis prouectis ſecūdum ętatem, qui magis diſcernere poſsūt quid eſt ſecūdum artem & quid non. Quòd igitur expediat iuuenes erudiri in muſica per cōmunicationem operum, manifeſtum eſt. Deinde cum dicit.

ee ¶ Declarat, quòd differenter oportet ſe habere in hoc ſecūdum ætates diuerſas, ſimul cum hoc remouendo quandam increpationē adductā in contrarium prius. Et primo præmittit intentum ſuum. Secūdo cum dicit. {Primo quidē &c.} proſequitur. In prima parte dicit, quòd in vſu muſicę quid ſit decens & non decens ſecundum ætates diuerſas, puta iuuentutis & ſenectutis non eſt difficile ſapientem determinare, nec etiam ſoluere rationem opinantium exercitium in muſica inutile & ſordidum eſſe. Deinde cum dicit.

ff ¶ Proſequitur, & primo primum. Secundo ſecundum, cum dicit. {De increpatione autem facta &c.} primo igitur dicit, quòd exercitium in his quæ ſecundum muſicam non æqualiter competit, nec eodem modo ſecundum omnem ætatem. Primo enim hoc manifeſtum eſt, ꝙ operibus muſicæ cantatiuæ. ſ. & inſtrumētalis oportet participare propter rectitudinē & certitudinē iudicij, qđ ſm ſe bonum & delectabile eſt, ſicut quædam perfectio intellectus & in ordine ad mores, ſicut dictum eſt prius. Iuniores autem rectitudinem iudicij ſimpliciter habere non poſſunt pro-

A pter motum multum exiſtentem in eis, & propter inexperiētiā. Poſſunt tñ multū laborare. Seniores aūt ecōtrario, minus laborare poſſunt. Rectius aūt iudicare propter quietationē & experientiā. Et ꝓp hoc opportunū eſt iuuenes participare muſicā vtendo operibus, & cantādo & inſtrumenta tangēdo. Seniores exiſtētes opera ipſa dimittere propter debilitatem. Audiendo autem bene poſſe iudicare rationes harmoniarū propter virtutē & ꝑfectionem intellect⁹, & delectari recte conſequēter, propter hoc ꝙ eruditi ſunt prius in his in iuuentute. Deinde cum dicit.

gg ¶ Intendit remouere increpationem quorundam volentium excludere muſicam a iuuenibus. Et primo tangit ex quibus contingit eam remoueri. Secundo cū dicit. {Manifeſtū igitur &c.} declarat quę & qualia oportet iſta. Primo igitur dicit, ꝙ non eſt difficile diſſoluere increpationē ꝑ quam quidam increpant muſicā & vſum ipſius. Illud enim rationabiliter increpādū videtur, qđ iuuenes viles facit & male diſpoſitos ſecundū intellectum, hoc aūt facit muſica & vſus ipſius, vt dicūt. Quædam enim melodiæ ad molliciem diſponunt, quædam autē ad iram, quædam ad alia quę diſtrahūt ab operibus ſecundū rationē, & ideo rationabiliter increpāda eſt. Non eſt inquit, difficile ſoluere ipſam cōſiderādo, vſq; ad quātum oportet communicare muſicam eis q intendunt ordinare actiones puerorū ad bonum ciuile, nō .n. quantumcumq; communicandum eſt ei, ſed inquantum vtilis eſt ad Remp. & conſiderādo qualibus melodijs & qualib⁹ rythmis cōmunicādū eſt. Adhuc etiā in qualibus organis erudiendum & exercitandū. In iſtis enim eſt differentia quędam ad propoſitum, & in ipſis eſt ſolutio increpationis propoſitę. Nihil enim prohibet, immo manifeſtum eſt melodias & rythmos & organa aliqua male diſponere iuuenes ſecundum intellectum & viles facere. Alia autē bene diſponere ad intellectum & mores. Et ideo expedit conſiderare quibus organis melodijs & rythmis vtendum eſt ad bonū intellectus & mores, & quibus non. Et per hoc tolletur prædicta increpatio. Deinde cum dicit.

hh ¶ Declarat quæ & qualia oportet eſſe muſicalia, quibus vtendū ad bonū intellectus & mores. Et primo in vniuerſali. Secūdo cū dicit. {Palā aūt ex ijs &c.} in particulari. In prima parte ipſe dicit, ꝙ manifeſtū eſt, ꝙ eruditionē & vſum ipſius muſicæ oportet eſſe tantū & talē, & per talia vt non impediant hominem, ad actiones ciuiles futuras, neq; faciāt corpus ipſius male diſpoſitū ad operationes intellectus & inutile ad bellicas opportunitates & ci-

dd Simul autē, & oportet pueros habere quandā occupationē, & archyte platagē quā dāt pueris, quaten⁹ vtētes hac nihil deſtruant eorum quæ in domo, non .n. poteſt ꝙ iuuene quieſcere, hic quidē igitur eſt congruēs paruis ludorum, diſciplina autē platagæ maioribus iuuenū.

B

Quòd quidē igiť erudiendū muſicam, ita vt cōmunicetur omnibus, manifeſtum ex talibus.

ee Decens autem, & non decēs ætates, non difficile determinare, & ſoluere ad dicentes banauſam eſſe curam.

ff Primo quidem enim, quoniā gratia iudicij oportet participare operibus, propter hoc oportet iuuenes quidem exiſtentes vti opib⁹, ſeniores aūt factos, opera qdē dimittere, poſſe āt bona iudicare, & gaudere recte, ꝓp eruditionē factam in iuuentute.

C

gg De increpatione aūt facta, qua quidē increpāt tāquā faciēte muſica banauſos, nō difficile ſoluere, cōſiderātes vſq; ad quātū operibus cōmunicandū ijs q politizant ad virtutē politicā, & qualibus melodijs, & qualibus rythmis cōmunicandū. Adhuc aūt in qualib⁹ organis eruditionē faciendū, etenim veriſimile hoc differre, in ijs .n. ſolutio eſt increpationis, nihil enim prohibet modos quoſdam muſicæ operari quod dictum eſt.

D

hh Manifeſtū igitur quòd oportet eruditionem ipſius, neq; impedire ad poſteriores actiones; neq; corp⁹ facere Banauſum & inutile ad bellica & politica exercitia, ad vſus quidē, iā, ad eruditiones aūt poſterius. Accidit aūt vtiq; circa eruditionem, ſi neque qui intendunt ad agonē technicos elaborauerunt, neq;

E

*Et ſimul opus eſt, vt pueri habeant exercitationem aliquam. Et Architæ tabella recte reperta eſt, quam pueris dant, vt in ea occupati, illa quæ ſunt domi non frangant. Neſcit enim pueritia quieſcere. Hic eſt ergo infantibus conueniens ludus. Diſciplina vero maioribus tamquam tabella quædam. Quód igitur docendi ſint muſicam ita, vt in opere ipſo verſentur, ex his patet.*

*Quid autem deceat vel non deceat ſecundum ætates, non difficile eſt determinare, ac reſpondere vituperatoribus, vile hmōi exercitiū eſſe dicētib⁹.*

*Primum igitur cum iudicandi cauſa ſint hæc opera perdiſcenda, oportet in pueritia illis operam dare. In maiori uero ætate exercitationem eorum dimittere, tantummodo autem iudicare poſſe per diſciplinam adeptam, ac lætari recte.*

*Vituperatoribus autem qui aiunt ſordidos, ac uiles muſicam facere, non difficile eſt reſpondere, ſi conſideremus quouſque illi opera danda ſit, ab his qui ad uirtutem ciuilem erudiuntur, & quæ melodiæ, quæ rythmi ſint addiſcendi, & præterea quibus inſtrumentis percipiatur. Nam in eo quidem plurimum refert, conſiſtitque in his obiectionis ſolutio, nihil .n. uetat modos quoſdam muſicæ illud quod aiunt efficere.*

*Clarum eſt igitur oportere diſciplinam eius, neque impedimentum afferre cæteris operationibus, neque corpus efficere inutile ad bellicas ciuileſque exercitationes. Ad vſus quidem iam, ad diſciplinas uero poſtea. Erit autem hoc, ſi neque hic in illis laborabunt quæ ad certamen artificij pertinent, neq; circa admirabilia quædā, & ſuperflua, quæ in certamina prius,*

& eluſſia exercitia propter debilitationem ad exercitium quidē & paulatinam aſſueſactionem nunc, ad eruditiones autem prædictas poſterius. Omnia enim quę circa iuniores ſunt, oportet commenſurari & determinari ſecūdum hoc quòd vtilia ſunt ad finem Reipu. quod eſt bonum perfectum ſecundum intellectum, Contingit autem bene ſe habere iuuenes circa eruditionem in muſicalibus, ſi illi q incipiunt ire ad agones non elaborauerint in cognitis organis laborioſis & grauantibus corpus ad motum, labore immoderato grauante corpus & virtutē eorum, nec etiam exerceant ſe in mirabilibus & ſuperfluis operibus qui nunc deduxerunt ad ludum agonaſticum, & ex eo deuenerunt ad eruditionem volentes iuuenes erudiri in eis, ſed magis ſi exercitētur in facilioribus & moderatis laboribus, cantibus, & organis muſicalibus vſq; ad hoc quòd poſſint delectari rectè in harmonia muſica & rythmis conſiderantes, & non ſolum in communi muſica in qua omnes ſenſum habētes delectantur, ſicut quędā animalia bruta & multitudo puerorum, & etiam viliū hominum ſiue ſeruilium. Deinde cum dicit.

ij ¶ Declarat in ſpeciali quæ & qualia oportet eſſe muſicalia, & in quibus exercitādum eſt ad mores. Et primo declarat, quæ & qualia oportet eſſe organa in quibus exercitandum eſt. Secundo cū dicit. { Cōſiderādū adhuc &c. } quibus, & qualibus melodijs & rythmis vtēdum eſt magis ad mores. Circa primū primo oſtēdit ex præcedentibus in quib⁹ organis exercitandū vel non exercitandū. Secundo cum dicit. { Adhuc autem non eſt ipſa fiſtula &c. } manifeſtat hoc per rationē. In prima parte dicit qm̄ nō eſt vtendū organis in quibus mouēdis grauatꝰ corpus immoderate, & quę immoderate per ſonum eorum excitant ſpiritus, ſed magis moderatis. Manifeſtum eſt ex hoc qualibus organis vtendum ad mores, & qualibus non. Non enim vtendum eſt ad diſciplinam fiſtulis. Fiſtula autem eſt organum vniuerſaliter, quòd ſonat per expulſionē ſpiritus. Et eſt intelligendum dictum Ariſtotelis vt videtur de fiſtulis illis quæ ex ſufflatione multi ſpiritus indigent ad hoc vt reddant ſonum, & immoderatum ſonum faciant, ſicut tibię & muſæ quædam. Tales enim propter multam exſufflationem ſpiritus grauant corpus, & propter magnitudinem ſoni nimis excitant ſpiritus. Nec etiam vtendum eſt organis, quæ propter magnitudinem & confuſionem ſoni confundunt ſpiritus, ſicut cythara, & ſiquid alterum tale eſt, ſed illis magis vtendum eſt quæ bene diſponunt auditores ſecundum corpus & ſecundum animā

F q mirabilia & ſuperflua operū, q̄ nūc venerūt ad agones, ex agonibus aūt ad eruditionē, ſed talia quouſq; vtiq; poſsint gaudere bonis melodijs & rythmis, & nō ſolū eo qđ cōe muſicæ, ſicut & aliorum quædam animaliū, adhuc autem & multitudo humilium & puerorum.

G ij Palā aūt ex ijs & quib⁹ organis vtendū, neq; .n. fiſtulas ad diſciplinam adducendū, neque aliud aliquod organicū, puta cytharam, & ſiquid tale alterū eſt, ſed quæcumque facient ipſorū auditores bonos, aut muſici ludi, aut alterius.

kk Adhuc autem non eſt ipſa fiſtula morale, ſed magis iræ excitatiuum. Quare ad talia tempora ipſa vtendum, in quibus

H ſpeculatio poteſt purificationē magis quàm eruditionem.

ll Apponam⁹ aūt qđ accidit ipſi contrariū ad diſciplinā, & prohibere vti ratione fiſtulationē; propter qđ bene reprobauerūt priores ipſius vſum a iuuenibus & liberis quàmuis prīo vſi fuiſſent ipſa. Magis.n. vacātes facti propter abundātias & magnanimiores ad virtutē. Adhuc & prius, & poſt medica ſapientes facti ex operibus, omnē ſequebantur eruditionē nihil diſcernētes, ſed ſuper inquirentes pp

I qđ & fiſtulatiuā adduxerunt ad eruditiones, etenim in Lacedæmonia quidā chori ductor fiſtulauit choro & circa Athenas ita deuenit. Quare ferè plurimi liberorū participāt ipſa, palā aūt ex titulo quē ſtatuit Thraſippus Elephantidi, cū chorū duxiſſet, poſterius autē reprobata eſt p experientiā ipſam melius potētibus iudicare qđ ad virtutem, & qđ nō ad virtutē tendit. Simi-

K liter aūt & multa organorū antiquorū, puta pictides & barbiti, & q̄ ad delectationē faciūt audiētib⁹ vtētiū. Septigona, & Trigona, & Sambucæ, & oīa quæ indigent manuali ſcientia.

*& de certaminibus in doctrinam ueniēe. ſed eo vſque, vt gaudere valeant probabilibus melodiis, & rithmis, & non communi ſenſu muſicæ ſolum, vt animalia quædam, & turba ſeniorum, ac puerorum.*

*Patet etiam ex his quibus inſtrumentis ſit utendum: neque enim tibiæ ſunt in diſciplina recipiendæ: nec aliud artificioſum inſtrumentum: ut cythara: & ſiquid aliud tale. Sed quæcū que faciunt auditores bonos uel muſicæ diſciplinæ, uel alterius.*

*Inſuper tibia non eſt morale, ſed potius ſuſcitatiuum & concitatiuum. Itaque ad huius tempora eſt utendū illa in quibus ſpectacula magis purificationem patiuntur, quàm diſciplinam.*

*Adiungamus autem & illud quod contrarium diſciplinæ efficit, impediens ratione uti per tibiarum ſonum, Quapropter bene reprobauerunt illarum uſum antiqui: licet prius uſi fuiſſent. Studioſiores enim facti propter diuitias & animoſiores ad uirtutem poſt uictoriam contra Medos habitā: ac ex rebus geſtis magnum de ſe opinantes diſciplinam omnē arripuerunt. nō iudicantes, ſed experientes. Quapropter tibiarum quoque uſus tunc receptus eſt. Nam & apud Lacedæmonios quidam qui ludos exibebat, ipſemet tibiis modos fecit: & Athenis eouſque in conſuetudinem uenit, ut fere ingenui omnes addiſcerent, Quod patet ex tabula a Thaſippo poſita, cum ludos pro tribu ſua dedit. Poſtea uero in deſuetudinem abiit, & improbari cepta eſt, cum iam melius per experientiam iudicare poſſent, quid ad uirtutem pertineret, & quid non. Eodemque modo permulta inſtrumentorum antiquorum improbata ſunt, ueluti pectades, & barbiti, & quæ ad uoluptatem audientium intendebant, heptagona & trigona & ſambucæ, & & cuncta quæ indigent perita manuū geſticulatione.*

ad mores, aut ad ludos muſicos, aut alios q eis proportionant. Deinde cū di.

kk ¶ Probat hoc p rationem. Et primo de fiſtula. Secundo cū dicit. { Quoniam autem organorū &c. } de organis. Circa primum primo probat, quòd ad aliud vtendum eſt fiſtula. Secūdo cum dicit. { Apponamus autem quod accidit &c. } quod nō ad diſciplinam. In prima igiť parte dicit, quòd præter ea quæ dicta ſunt, manifeſtū eſt quòd fiſtula non eſt organum diſponens ad mores, ſed magis propter magnitudinem & multitudinem ſoni eſt excitatiuum iræ, propter fortem motum ſpirituum. Et ideo magis vtēdum eſt ipſa in talibus temporibus in quibus exercitium eſt in ea propter purificationem, ideſt diſpoſitionem ad iram & audaciam, puta in bellis & inſultibus, quam eruditionem vel diſpoſitionem ad mores, ſicut nunc videmus vti eadem in bellicis, & ad illud quod dictum eſt, & ad terrorem aduerſariorum. Deinde cum dicit.

ll ¶ Probat, quòd non eſt vtendū ea ad diſciplinam. Et primo per rationem. Secūdo cum dicit. { Rationabiliter autē habet &c. } per dictum fabulare. In prima parte dicit, quòd in his quæ dicta ſunt adiungendum eſt, ꝙ ex vſu fiſtulæ accidit contrarium diſciplinę, puta ī diſciplina, quia contingit fiſtulationē prohibere vſum rationis rectum, propter quòd rationabiliter antiqui virtutē eius conſiderantes, prohibuerunt vſum ipſi⁹ a iuuenib⁹ & liberis bene diſpoſitis ſecundū intellectū, quamuis primo vſi fuiſſent ipſa: cū.n. primo incœperunt vacare ſtudio & diſciplinæ propter abundantiā neceſſariorum ad vitam & magnanimiores exiſtētes ad virtutē, hoc eſt ad fortitudinem prius, poſtea in operationibus facti prudentiores, ſequebantur eruditionem in doctrina quacumq;, non diſcernentes quæ eſſet vtilis & quæ non. Et ſuperinquirentes quamcumque propter quod adduxerunt fiſtulationem ad eruditiones, volentes in ea erudiri, quoniam in Lacedæmonia primo quidem



quidem choreator in chorea fiſtulauit, & dehinc deuenit Athenas: propter quod plurimi liberorum Athenienſium voluerunt participare ipſa propter nouitatem ipſius ſecundum conſuetudinem eorum. Et hoc manifeſtum eſt ex titulo quem Thraſippus ſtatuit qui bene duxerit chorum. Non autem ponit titulū, forte autem potuit eſſe. Hic iacet fiſtulator optimus, vel aliquid tale alterum, poſterius autem quando melius potuerunt iudicare propter experientiam longam, quid vtile vel inutile eſſet ad virtutem, cōſiderantes quòd non diſponit ad eam, ſed magis ad contrarium reprobauerūt ipſam, prohibentes eruditionem & vſum ipſius a iuuenibus. Similiter autem & multa alia organorum antiquorū ſimilia fiſtulis quātum ad hoc, ſicut pectales & barbiti, qđ nos dicimus muſam & alia, quæ & ſi faciāt ad delectationem vtētium, tamen nihil diſponunt ad mores, ſicut heptagona, ideſt inſtrumentum ſeptē angulorum, vel ſeptē chordarum, & trigona, ideſt trium angulorum vel chordarū, & ſambuca ex duab⁹ longis chordis. Forte & omnia quæ indigent manuali ſcientia multa prohibentes ex hoc conſideratione intellectus. Huiuſmodi autem organa communiter non ſunt nota nobis, aut non ſub iſtis nominibus. Deinde cum dicit.

m ¶ Hoc idem manifeſtat per dictum fabulare dicens, quòd propter hoc rationabiliter dictum eſt, ꝙ de quibuſdam alijs in fabula dictum eſt ab antiquis, quòd cum Pallas inueniſſet fiſtulas & conſideraſſet eas & vſum earū, abiecit eaſdem. Nec eſt malum dicere propter quid, quia ſcilicet cōtriſtata eſt propter hoc, quòd in vſu ipſarum dehoneſtabatur facies. Oportet enim fauces inflari ad retentionem ſpiritus exſufflandi ad motū ipſarum, quod deformat faciem. Et multitudo ſpiritus exſufflantis debilitat corpus. Nec ſolum propter hoc, ſed magis veriſimile eſt, quia eruditio & vſus fiſtulationis ad perfectionem intellectus nihil facit. Palladem autem dicimus Deam ſcientiæ & artis. Sic igitur Pallas, ideſt ratio recta & ars recte diiudicans, reprobat vſum fiſtulæ, quia inutile ad corpus, tū quia deformat, tum quia debilitat, & quia non diſponit ad perfectionem intellectus, ſed ad contrarium magis, quia nimis commouet & confundit ſpiritus. Deinde cum dicit.

n ¶ Probat ludum artificioſum non valere ad mores dicens, ꝙ iuſte reprobamus ludum artificioſum organorū & operationis. Ludum autem artificioſum hunc dicimus ludum qui fit in agonibus vel Theatris ad excitandum homines ad fortiter agonizādum vel delectandum ſolum. In iſto enim ludo operans non operatur propter exercitium ad virtutem in ſeipſo, ſed ad excitādum audientes & gratia delectationis eorum non cuiuſcumque, ſed oneroſæ & ſeruilis. Et quia operatio & delectatio liberorum non ſunt tales, nō iudicamus talem ludum eſſe ludum liberorū, ſed ſeruorum, & quæ facit viles & depreſſos ſecūdum intellectum. Finis enim ad quem faciunt iſtos ludos & intentio, non eſt bonus ſecundum ſeipſum. Intendunt enim ad delectationem audientium tantum, aut lucrum proprium. Operationes enim iſtius ludi oneroſi exiſtentes, conſueuerūt mutare muſicam, modo ludentes vel cātantes vno modo, nunc vero alio ſecundum diuerſitatē audientium, & finis intenti ad quem intendunt eos deducere, propter quod artifices, ideſt authores ludi facti, ſecundum artem qui cogit, aut ad ludū ipſum, facit quales quoſdam, ideſt diſpoſitos ſecundum paſſiones animæ ſecundum modum dictum prius, & etiam ſecundum corpus propter motus & geſtus, quos exercet in ludēdo, non autem bene diſponit ad mores, niſi forte ſecundum accidens.

A mm Rationabiliter autem habet, & quod de fiſtulis ab antiquis in fabulis dictū eſt, aiūt.n. Palladem, cum inueniſſet fiſtulas abieciſſe, non male.n. habet dicere & propter inhoneſtatem faciei hoc feciſſe contriſtantem Deam, non ſolum, ſed magis veriſimile, qa ad intellectū nihil ē

B eruditio fiſtulatiōis. Palladi autē attribuimus ſcientiā & artē.

nn Qm̄ autē organorū & operationū reprobamus technicum ludum. Technicum autem dicimus eum qui ad agones. In hoc enim agens non gratia virtutis ſuimet operatur, ſed gratia delectatiōis audiētiū, & huius oneroſæ, propter quod non liberorum iudicamus eſſe operationem, ſed ſeruiliorem & banau-

C ſos vtique accidit fieri. Mala enim intentio ad quam faciunt finis. ſpeculator enim oneroſus exiſtens, tranſmutare conſueuit Muſicam. Quare & artifices qui ad ipſum cogitant, facit & ipſos quales quoſdam, & corpora, propter motus.

*Rationabiliter quoque illud ſe habet quod antiqui de tibijs fabulantur. Aiunt enim Mineruam repertricem tibias abieciſſe ob deformitatem oris. Atqui non male ſe habet dicere feciſſe hoc Deam, deformitate oris inſenſam. Sed tamen multo magis ob id, quia nihil confert tibiarum vſus ad intelligentiam, & mentem, cum ſcientia & ars Mineruæ ſit attributa.*

*Cum uero inſtrumentorum, & operis improbauerimus artificioſam diſciplinam. Artificioſam vero illam poſſumus, quæ uerſatur in certaminibus. In illis enim qui agit, non propriæ virtutis gratia agit, ſed vt audientes delectet, & oneroſa quidem delectatione. Quapropter non ingenui hominis cenſemus eſſe huiuſcemodi opus, ſed per viles, ac ſordidos contingit illud fieri. Nam finis cuius gratia faciunt, improbus eſt, cum ſpectator oneroſus exiſtens, modo hoc, modo illud exigere conſueuit, ita vt artifices quoque placere ſtudentes illiuſmodi efficiantur, & corpora ſimiliter propter motus.*

## LECTIO III.

Conſideraudum adhuc circa harmonias, & rythmos, & ad erudi-

D tionem, vtrum harmonijs omnibus vtendum & omnibus rhythmis, aut diuidēdum. Deinde ijs qui ad eruditionem laborant, vtrum eandem determinationē ponemus, aut oportet tertiam aliquam aliam.

b Qm̄ Muſicā quidē videmus p melodiarū factionē & p rythmos exiſtētes, horū aūt vnūqđque non oportet latere, quam potentiam habeat ad diſciplinam, & vtrū eligendū magis be-

E ne melodizatam Muſicam, aut bene rythmizatam.

## LECTIO III.

*Conſiderandum eſt autem, vtrum omnibus vtendum ſit harmonijs, & omnibus rythmis, an diſtinguendum. Deinde vtrum illis qui eruditionis cauſa laborant, eandem diſtinctionem tribuamus, an tertium quiddam aliud.*

*Quoniam uidemus muſicam eſſe per melodiam & rythmos, horum vtrumque latere non debet, quam vim habeat ad doctrinam. Et utrum præferenda ſit ea pars quæ in melodijs cōſiſtit, an ea quæ in rithmis.*

## LECTIO III.

Poſtquam Philoſophus oſtēdit quib⁹ organis vtendum, & non vtendum ad mores, tranſit nunc ad conſiderandum quibus & qualibus melodijs, & rythmis ſit vtēdum & ſimpliciter, & ad eruditionem i. diſciplinam. Et circa hoc primo præmittit intentum ſuum. Secūdo cum dicit { Quoniam autem diuiſionem &c. } proſequiť. Adhuc in prima parte primo proponit intentum ſuum principale. Secundo cum dicit. { Quoniam muſicam quidem videmus &c. } tangit quid conſiderandum eſt ad declarationem intēti principalis. Tertio cū dicit. { Putantes igiť multa &c. } tangit q̄ de p̄dictis ſupponēda ſunt ab alijs. Dicit igiť prīo, ꝙ poſt p̄dicta cōſiderādū ē circa naturā, & vſū harmoniarū & rythmorū, & ſimpliciter & in ordine ad eruditionē. i. diſciplinā, ſimplr qdē, vtrū oībus harmonijs & rythmis vtēdū ſit in ciuitate, aut oportet diuidere ipſas & dicere, ꝙ quibuſdā vtēdū eſt, qbuſdā aūt nō, Deinde per comparationē ad eruditionē, vtrū.ſ. his quæ laborāt ad ipſam vtendū ſit oībus ad eā. Aut etiā vtrū ſit ponenda eadem determinatio in ipſis per comparationem ad diſciplinam, quæ & ſimpliciter, aut aliqua alia diuerſa. Deinde cum dicit.

b ¶ Tangit quæ conſideranda ſunt ad declarationem dictorum. Dicens, quoniam ad ſenſum videmus muſicam diſtingui per

per melodiam in cantu vel organis & per rythmos, oportet conſiderare ad euidentiam propoſiti, quam potentiam & virtutem habeat vnaquæque iſtarum ad diſciplinam & mores. Illis enim quæ habent virtutem conuenientem ad ipſa, vtendum eſt ad ea, alijs autem non. Adhuc autem vtrum magis eligenda ſit ad mores & eruditionẽ muſica bene melodizata, aut ea quæ bene rythmizata eſt. Deinde cum dicit.

c ¶ Quæ de iſtis ſupponẽda ſunt ab alijs. Dicens, quòd nos opinantes, quòd multi modernorum conſiderãtium in muſica, & alii ex philoſophis antiqui qui perfecti fuerunt, bene ſe habẽtes in hac diſciplina ex parte, ideſt participari, muſicæ conſiderationem ſpecialem circa ſingula prædictorũ, omittemus requirẽdum ab eis, vel a ſcriptis ipſorum. Nunc vero in vniuerſali dicemus de ipſis ſecundum quòd ad propoſitum facit, diuidẽtes legaliter modos ipſius muſicæ, declarantes quibus vtẽdum eſt ad mores vel ſimpliciter ad quamcumque. Deinde cũ dicit.

d ¶ Proſequitur. Et circa hoc duo facit. Primo enim præmittit quaſdam diuiſiones. Secundo cùm dicit. {Tertio autem ad deductionem &c.} concludit quibus & qualibus harmonijs vtendum eſt. Primo igitur dicit, quoniã diuiſionem melodiarum muſicalium approbamus rationabiliter ſecũdum quam quidem approbati in philoſophia diuidũt eas, dicentes, alias illarum eſſe morales, ſeu diſponẽtes ad mores, alias autem practicas, ideſt paſſionum iræ & manſuetudinis factiuas, alias autem raptus factiuas, quæ faciunt audientem quaſi immobilem & non ſentientem, exquiſitius aſſignantes melodiam & harmoniam determinatam ad vnumquemque ipſorum naturaliter. Phrygiam dicunt raptus factiuam. Lydiam mixtam autem diſponẽtem ad planctum & compaſſionem. Doricam autem ad mores, ſicut dictum eſt prius. Dicimus quòd muſica non eſt ſimpliciter quærẽda gratia alicuius vtilitatis vnius, nec vtendum eſt ipſa propter vnum ſolum, ſed gratia plurium. Etenim vtendum eſt eadẽ cauſa ludi & purificationis. Quid autem dicimus purificationem, nunc quidem ſimpliciter ſupponatur. In poetica autem magis manifeſte dicetur de ea. Videtur autem eſſe purificatio corruptio alicuius paſſionis votiuæ inexiſtentis. Et quia corruptio vnius eſt per generationem alterius, ideo eſt corruptio vnius paſſionis, vel per generationem contrariæ, ſicut iræ corruptio per generationem manſuetudinis. Tertio autem vtilis ad deductionem eſt, ſeu delectationem intellectualem & mores, ſicut dictum eſt prius. Deinde cum dicit.

e ¶ Concludit ex prædictis quibus harmoniis vtendum eſt, & qualibus. Et primo facit in vniuerſali. Secũdo cum dicit. {Quoniam autem ſpectator &c.} Oſtendit quibus in ſpeciali vtendum

F eſt. Circa primum primo facit quod dictum eſt. Secundo cum dicit. {Quæ enim circa quaſdam animas &c.} probat quoddam ſuppoſitum. Dicit igitur primo, quòd ex his quæ dicta ſunt prius manifeſtum eſt quòd ad remiſſionem laboris, & ad requiem diſtentionis, hoc eſt operis vnius diſtenſi vtẽdum eſt vniuerſaliter omnibus harmoniis muſicis quantum ad bene diſpoſitos natura. Omnes enim harmoniæ muſicę quæ in media quadam ratione conſiſtunt quãtum ad ſenſum qui ſimiliter in quadã media ratione conſiſtit, videntur delectationem inducere in habentibus ſenſus bene diſpoſitos natura, quod dico propter eos qui indiſpoſiti ſunt ſecũdum ſenſum vel animam, qui in harmoniis bene proportionatis contriſtantur propter contrarietatem. In proportionatis autem & diſtortis delectantur propter ſimilitudinem, vt conſequenter dicetur. Sed ad diſciplinã & mores vtẽdum eſt maxime moralibus, ideſt diſponentibus ad mores ſecundum auditum eorum qui manu vel corpore, vel etiam anima laborant in aliqua paſſione. Practicis & raptiuis hoc eſt ducentib⁹ ab aliqua paſſione ad contrariũ vel ad medium. Deinde cum dicit.

f ¶ Probat quoddã ſuppoſitum. Suppoſuit enim, quòd ſunt harmoniæ quædã purificatiuæ a paſſionibus nociuis quibuſdam per generationẽ oppoſitarum vel mediarum. Hoc autem intendit manifeſtare hic per illud quod apparet ad ſenſum. Et eſt intelligendum, ꝙ paſſio animę ſecũdũ quòd hic loquitur eſt motus partis animæ appetitiuæ ſub phantaſia boni vel mali. Et ideo ſequitur apprehenſionem boni conuenientis vel mali diſconuenientis, & ſi ſequatur apprehenſionem boni conuenientis cum delectatiõe eſt

K ſecundum quòd huiuſmodi. Si autem apprehenſionem mali diſconuenientis cum triſtitia, & quia pars animæ appetitiua eſt virtus quædam in corpore & organo, ideo ſequitur in eſſe & operatione ſua diſpoſitionem materiæ & corporis, & ideo huiuſmodi paſſiones ipſius aliquam diſpoſitionem qualitatum primarum ſequuntur, ſicut audaciam abundatia caliditatis circa cor. Timor autem infrigidationem quandam. Ira autem accenſionẽ ſanguinis vel ſpiritus. Et quia huiuſmodi diſpoſitio qualitatum in omnibus hominibus eſt inquantum omnes compoſiti ſunt ex ipſis ſicut ex materia, ſed tamen magis & minus ſecundum quòd quidam magis calidi, quidam minus, & ſecundum quòd quidam magis frigidi, quidam autem minus ſunt, propter hoc omnes huiuſmodi paſſiones quadam aptitudine & virtute ſunt in omnibus. Sed in quibuſdam magis ſecundum actum & intenſe. In quibuſdam autem magis ſecundum potentiam & remiſſe. Et ideo dicit, quòd bene dictum eſt quòd Harmoniæ quędam ſunt factiuæ paſſionum, quoniam

c Putãtes igitur multa bene dicere de ijs, quoſdã modernorũ muſicorũ & eorũ qui ex philoſophia quicũq; exiſtũt, expertes ſe habẽtes in diſciplina, quæ circa muſicã, eã quidẽ quæ per ſingula diſceptationem committemus quærere volẽtibus ab illis, nũc aũt legaliter diuidim⁹ modos Typus ſolũ dicẽtes de ipſis.

d Qm̃ aũt diuiſionẽ acceptam⁹ melodiarũ, vt diuidũt quidã eorũ q in philoſophia, has qdẽ morales, has aũt practicas, has qdẽ raptus factiuas ponẽtes, & armoniarũ naturã ad ſingula horũ cõuenientẽ aliã ad aliã partẽ ponũt. Dicimus aũt nõ vnius vtilitatis gr̃a oportere vti Muſica, ſed plurium gratia, etenim ludi gratia & purificatiõis. Quid autẽ dicim⁹ purificationẽ, nũc qdẽ ſimpliciter. Iterũ in ijs quæ de Poetica, dicemus manifeſtius.

e Tertio aũt ad deductionẽ ad remiſſionẽque, & ad diſtẽſionis requiẽ, manifeſtũ quòd vtendũ quidem omnibus armoniis, nõ tamẽ eodem modo omnibus vtendum. Sed ad diſciplinã quidam maxime moralibus, ad auditum autem aliorum manu laborantium & practicis & raptiuis.

f Quę. n. circa quaſdã animas accidit paſſio fortiter, hæc in omnibus exiſtit, differt autem in eo quod min⁹ & magis, velut miſericordia & timor. Adhuc autẽ raptus, etenim ab hoc motu decentes quidam ſunt, ex ſacris autẽ melodijs videm⁹ hos, quando vſi fuerint melodiis deiraſcentibus animã, reſtitutos

*Putantes igitur multa de his eſſe dicta recte a muſicis quibuſdam, qui nunc ſunt, & a philoſophis qui peritiam habent huius diſciplinæ, diſcuſſionem & examen ſingularum partiũ illis dimittemus, qui perquirere volent Nos autem ſolummodo in genere de*

G *ipſis dicamus.*

*Cum illa probetur a nobis melodiarum diuiſio, quam faciunt quidam philoſophi, quód aliæ ſunt morales, aliæ effectiue, aliæ abſtractiuæ, ponentes naturam earum ad ſingula iſtarum propriam. Dicimus autem non vnius vtilitatis gratia oportere muſica vti, ſed multarum. Nam & doctrinæ gratia, & purificationis. Quid autem purificationem intelligamus, nũc*

H *ſimpliciter. Alias vero diligentius in his quæ de poetis ſcribimus, dicetur.*

*Tertio gratia degendi ocij quietiſque cauſa, & remiſſionis curarum, patet omnibus harmonijs eſſe utendũ, ſed non eodem modo. Verum ad doctrinam quidem moralibus eſt utendum maxime, ad auditionem uero alio pulſante effectiuis & abſtractiuis.*

I

*Nam affectio illa quæ contingit circa animos quorundam uehementer in cunctis exiſtit. Differt autem ſecundum magis & minus, ceu commiſeratio & mœtus. Et præterea abſtractio animi. Nam per hunc motum deuoti & ſupplices quidam fiunt. Videmus autem & ſacris melodijs ita affici, quando utuntur expiantibus animam carminibus, quaſi medicina fretos, &*



niam paſſiones quæ fiunt in animalibus quorumdam ſecũdum excellentiam quandam, ſecundum ꝙ quidam ſunt excellenter audaces, quidam excellenter timidi, & ſic de aliis exiſtunt vniuerſaliter in omnibus virtute ſicut calidum & frigidum, & humidum & ſiccum, quę ſunt principia iſtorum ſecundum magis & minus, ſecundum ꝙ magis vel minus dominantur qualitates quæ diſponũt ad eas, ſicut miſericordia timor & raptus q eſt immobilitas ſenſuum & partium exteriorum propter reuocationem caloris, & ſpiritus ad interiora. Sunt enim aliqui qui a paſſione huiuſmodi detinentur. Videmus enim ad ſenſum ꝙ quando aliqui vſi fuerunt melodiis quibuſdam quibus antiqui ſolẽt vti in veneratione Deorum, ꝙ reſtituunt & fiũt maxime d̃ iraſcẽtibus manſueti quaſi ſortiti medicinã quãdam & purificationẽ a paſſione nociua, & pręter naturam. Idẽ autem hoc contingit exiſtẽtibus in paſſione miſericordię & timiditatis, & vniuerſaliter in quacumq; alia paſſione quantũcumque adiacet vnicuique, & omnibus inſit quædam alleuiatio & purificatio paſſionis propter delectationem factam ex melodia diſponente ad contrarium. Eodẽ autem modo huiuſmodi melodiæ purificatiuæ faciunt regionem innocuã hominibus inquantum paſſiones reprimunt, propter quas ſibi inuicem iniuriabãtur. Et eſt intelligendum ꝙ omnes huiuſmodi paſſiones in aliqua ꝓportione calidi & frigidi & aliarum qualitatum primarum conſiſtunt diſpoſitiue & materialiter, quamuis alterius iſtarum ſit a dominio, & omnes cum delectatione quadam vel triſtitia exiſtunt, vel cum vtroque, quamuis cum altero magis, quæ enim cauſantur ex phantaſia boni conuenientis ſecundum ꝙ huiuſmodi, cum delectatione ſunt, quæ autem ex phantaſia mali diſconuenientis, cum triſtitia. Harmonię autem muſicæ ſimiliter in quadam media ratione ſonorum exiſtunt, quę ſimiles ſunt aliquando proportioni in qua conſiſtit paſſio aliqua, aliquando autem diſſimiles. Declaratur autem quilibet in eo quod conueniens, & proportionale eſt ei ſecundum naturam, triſtatur autẽ per contrarium, propter quod exiſtens in paſſione aliqua ſiue cum delectatione ſiue contra audiens melodiam in conſimili ꝓportione magis intenditur in eadem paſſione, audiens autem melodiam in contraria proportione exiſtentem remittitur quaſi per contrarium, ſicut ſi aliquis ſit in paſſione iræ quæ eſt cum triſtitia & accenſione quadam audiat melodiam in contraria ꝓportione cauſantem delectationem & remittentem calidum ſedabitur ab ira. Similiter autem & in aliis paſſionibus ſe habet, & propter hoc tractantes muſicam vti debent melodiis & harmoniis talibus contrariis ad ſe dandum exceſſus paſſionum. Deinde cum dicit.

g ¶ In ſpeciali declarat quibus & qualibus melodiis vtendum eſt, & primo quibus & qualibus vtendum eſt ad requiem indiſciplinatorum & vilium. Secundo cum dicit. {Ad ludum aũt.}

A Quibus vtendum eſt ad diſciplinam liberorum & diſciplinatorum magis. In prima parte dicit ꝙ ſpectator, ideſt auditor harmoniæ muſicalis duplex eſt. Vnus quidem liber, ideſt bene diſpoſitus ad opera intellectus & bene diſciplinatus. Alter autem ſeruus & oneroſus compoſitus ex vilibus & mercenariis & aliis huiuſmodi: indoctis oneroſis & ſeruilibus aſſignandi ſunt agones & ſpeculationes conuenientes eis ad requiem & delectationem. Laborantes enim iſtis indigent quandoque. Sicut autem ipſi ſecundum animam malo diſpoſiti ſunt, & diſtorti ab illo habitu qui eſt ſecundum naturam, ita ſunt quædam harmoniæ rigidæ valde & diſtortæ a media ratione, omnibus autem delectabile ẽ id quod conueniens eſt eis ſecundum naturalem inclinationẽ eorum, quia delectatio eſt operatio connaturalis habitus non impedita ſicut dicitur 7 Ethic. Et ideo agonizantibus & operantibus in muſicalibus concedendum eſt ꝙ poſſint vti aliquo tali genere muſicæ, rigido ſcilicet & diſtorto ad talem ſpectatorem vilem & indiſpoſitum, vt ipſo delectatus quieſcat, ſecundũ ꝙ dicimus communiter ꝙ plus valet ruralis fiſtula quàm aliquod nobilius inſtrumentum, intelligendum eſt ꝙ anima poteſt conſiderari ſecundum ſeipſam, vt eſt forma quædam ſpecifica hominis, vel ſecundum diſpoſitionem materiæ in hoc indiuiduo, vel in illo ſi conſideretur ſecundum naturam ꝓpriam, ſic nulla inclinatio ad imperfectionem, nec etiam imperfectio inuenitur in ea, immo quantum in ſe eſt perfecta eſt naturaliter, quantum eſt ex inclinatione eius, tale enim eſt vnũquodque ſecundum naturam quale eſt generatione perfecta, ſicut dicitur in Primo huius. Et ſic anima cuiuſcumque hominis non inuenitur diſtorta a naturali habitu, & ſecundum ꝙ huiuſmodi quilibet liber eſt. Si autem conſideretur ſecundum diſpoſitionem materiæ in hoc indiuiduo & in illo, quia inueniũtur quædam diſpoſitiones quæ non diſponunt eam ad illud ad quod

E inclinantur ſecundum naturam ſuam, ſed quædam ad contrarium magis, ſic anima vel homo ſecundum eam diſtortus eſt a perfectione ad quam inclinatur ſecundum naturam. Deinde cum dicit.

h ¶ Declarat quibus moralibus vtendum eſt ad diſciplinam, & primo facit hoc. Secundo cum dicit. {Sunt autem duæ conſiderationes.} Declarat ꝙ omnes & omniquaq; non debent vti illis, ſed cum determinatione. Circa primum primo facit quod dictum eſt. Secundo cum dicit. {In politia autem Socrates.} Reprobat opinionem Platonis circa quoddam dictum. Tertio cũ dicit. {Iterum de Doriſtica.} Regreditur ad declarandum quoddam ſuppoſitum. In prima parte dicit ꝙ ad diſciplinam quæ delectabilis eſt ſicut ludus, vtendum eſt moralibus melodiis & harmoniis diſponentibus ad hanc. Talis autem eſt illa quæ vocatur Dorica, ſicut diximus prius & apparebit conſequenter, ergo ad diſciplinam vtendum eſt ea, & adiungendum eſt ei aliquas ſi quas

ſicut medicina ſortitos & purificatione, idem aũt hoc neceſſariũ pati & miſericordes & timidos, & totaliter paſſiuos. Alios autem quantum talium adiacet vnicuiq; & omnibus fieri quandam purificationem & alleuiari cum delectatione. Similiter aũt & melodiæ purificatiuæ exhibent innocuam regionem hominibus, pp quod talibus quidem armoniis & talibus melodiis ponendũ theatralem Muſicam tractantes agonizatores.

g Quoniam aũt ſpectator duplex, hic quidem liber & eruditus, hic aũt oneroſus ex Banauſis & mercennariis & aliis talibus compoſitus aſſiguandũ agones & ſpeculationes, & talibus ad requiẽ, ſunt autem ſicut ipſorum animæ diſtortæ ab eo qui ſecundũ naturam habitu, ſic & armoniarũ tranſgreſſiones ſunt & melodiarum rigidæ & diſcerptæ, facit aũt delectationem ſingulis quod conueniens ſecundũ naturam, propter quod dãdum poteſtatẽ agonizantibus ad ſpectatorem talem tali aliquo genere muſicę vti.

h Ad ludũ autem, ſicut dictum eſt moralibus melodiarũ vtendum, & armoniis talibus, talis aũt quæ doriſtice, ſicut diximus prius. Suſcipere aũt oportet & ſiquã aliã nobis approbauerint cõmunicantes eo quòd in philoſophia & exercitio & diſciplina quæ circa Muſicam.

*purificatione hoc idem euenire neceſſarium eſt his qui commiſeratione & qui mœtu, & qui aliis affectibus detinentur, & aliis, quatenus cuique talia contingant, fierique in omnibus purificationem quandam & alleuationem cum uoluptate. Similiter autem carmina purificatiua lætitiam afferunt in*

B *nocuam hominibus. Quapropter talibus harmoniis & talibus carminibus, ſpectandi ſunt hi qui theatralem muſicam tractant certatores.*

*Sed cum ſpectator ſit duplex, alter ingenuus & doctus, alter uilis & indoctus ex opificibus turbaq; urbana. His quoque accommodanda ſunt certamina & ſpecula ad ceßationem, & requietem, ut enim illorum animæ diſtortæ ſunt a naturali habitudine, ſic*

C *harmoniarum & melodiarum diſtorſiones ſunt quædam illæ quæ ſunt uehementes & infractæ. Delectat uero ſingulos id quod ſuæ naturæ ſit aptum, quamobrem licentia permittenda eſt his qui de arte muſica certant in theatro, ut ad huiuſmodi ſpectatorẽ tali genere utantur muſicæ.*

*Ad doctrinam uero moralibus melodiis eſt utendum, & talibus harmoniis qualis eſt Dorica, ut ſupra diximus, recipienda eſt & alia quamcum*

D *que nobis ſuadent, qui in philoſophia muſicaque uerſantur.*

quas approbauerint ſicut conuenientes ad hoc qui exercitati ſunt in philoſophico exercitio & diſciplina muſicali. Deinde cum dicit,

i ¶ Reprobat opinionem Platonis circa prædicta, & primo facit hoc. Secundo cum dicit. {Manifeſtat autem poeſis.} Declarat quoddam ſuppoſitum. In prima parte dicit ꝙ Socrates in Repub. ſua ideſt Plato introducẽs Socratem loquentem, non conueniẽter dicit ſolam Phrygiam melodiam cum ea quam dicimus Doricam debere recipi in ciuitate ad diſciplinam & mores iuuenum, ſimul cum hoc reprobans fiſtulã inter organa tamquàm nõ cõuenientem ad ea, illam enim eandem naturam & virtutem quam habet fiſtula inter organa habet melodia Phrygia inter harmonias, ambo n. prouocant iram, & ſunt illatiua paſſionis ad quam diſponit calidum propter fortitudinem motus & percuſſionis, ratione quorũ habent excitare caliditatem in ſpiritibus. Si ergo fiſtula reprobanda eſt ſicut inepta ad diſciplinam & mores, eadem ratione & melodia Phrygia, & ſi iſta vtilis eſt eadem ratione & illa. Deinde cum dicit.

K ¶ Declarat quoddam ſuppoſitum, puta ꝙ eandem naturã habeant Phrygia in melodiis & fiſtula in organis dicens, ꝙ ea habere eandem naturam manifeſtat poeſis, quæ dicit, ꝙ omnis bacchatio, ideſt impetuoſitas & omnis motus conſimilis paſſionis violentæ, maxime cauſatur a motu fiſtulæ in organis, & in harmoniis muſicalibus a melodia Phrygia. Accipiunt autem ad huiuſmodi declarationem hoc quod conueniens & verũ videtur, puta ꝙ Dithyrambus manifeſte videtur eẽ modus quidam melodiæ Phrygię, ad hoc autem exempla multa adducunt illi qui circa obiectum huius ſenſus, ſcilicet auditus laborant, & alia. Et quia Philoxenus muſicus fabulans aliquando viſus fuit Dithyrambum facere in melodia Dorica, ſcilicet primi toni, non potuit autem, quia non conueniebat illi, ſed ex ipſa inclinatione naturæ eius incidit in Phrygiam, cum qua magis conueniebat, hoc autem non eſſet niſi Dithyrambus de quo manifeſtum eſt ꝙ conuenit cum fiſtula vel tuba propter fortitudinẽ motus, & eſt factiuus iræ & paſſionis fortis. Et eſt modus quidã cantus qui dicitur Phrygius, ſcilicet tertii toni apud nos & per conſequens Phrygia conueniret cum fiſtula. Deinde cum dicit.

l ¶ Regreditur ad probandum minorem rationis prędictæ, ſcilicet ꝙ melodia Dorica maxime ſit moralis dicens, ꝙ Dorica melodia loquentes omnes vniuerſaliter confitentur, ꝙ inter omnes melodias ſtabiliſſima exiſtit, propter quod conuenit cũ virtute ad quam requiritur conſtantia mentis in his quæ ſunt ſecundum rationem, & maxime habet morem virilem, ideſt virtuoſum, quod quidem per rationem apparet, medium enim inter duas ſuperabundantias excellentiæ & defectus laudamus, & approbamus magis & in his quæ ſunt ſecundum naturam, puta complexionem temperate calidam laudamus magis q̃ eam quæ

i In politia autem Socrates nõ bene Phrygiſtem ſolam admittit cum ea quę doriſtice, & hæc reprobãs organorum fiſtulam: habet enim eandem potentiam Phrygiſta armoniam, quam quidem fiſtula inter organa: ambo enim iram prouocantia & paſſionis illatiua.

k Manifeſtat aũt poeſis, omnis enim petulantia, & omnis talis motus, maxime autẽ organorũ eſt in fiſtulis, armoniarum autẽ ĩ melodiis, Phrygiſticis accipiũt hoc quod decens, puta dithyrãbus confeſſe videtur eſſe Phrygium, & huius exẽpla multa dicunt qui circa ſenſum hũc, aliaque, & quia Philoxenus conatꝰ in doriſtica facere dityhrambũ fabulam non fuit potens, ſed ab ipſa natura decidit in Phrygiſtã conuenientem armoniam.

l Iterum de Doriſtica autẽ omnes confitentur, tamquam ſtabiliſſima exiſtente, & maxime habente morẽ virilem. Adhuc autem quoniam mediũ quidẽ ſuperabundantium laudamus & dicimus perſequi oportere. Doriſtica autem hanc habet naturam ad alias armonias, manifeſtum ꝙ Doricas melodias oportet erudiri magis iuniores.

m Sunt autẽ duæ conſiderationes, quod poſſibile, & quod decens, etenim q̃ poſſibilia oportet tractare magis, & quæ decẽt ſingulos. Sunt autem & hæc determinata ætatibus, velut abdi-

F excellenter frigida eſt, & in his quę ſunt ſecundum artem & ſecundum rationem, virtutem enim quæ in medio conſiſtit laudamus, ſuperabundantiam autem & defectum quæ rationem extremorum habent, vituperamus. Adhuc autem dicimus, ꝙ medium in omnibus magis proſequendum eſt ſicut bonum, melodia autem Dorica rationem medii habet reſpectu aliarum, nõ enim ita excellenter acuta ẽ ſicut illa quæ dicitur Lydia mixta, quæ eſt ſeptimi toni nec etiam ita depreſſa in grauitate, ſicut hypodorica vel hypophrygia quæ eſt ſecũdi vel quarti toni, & ideo manifeſtum eſt ꝙ maxime laudanda eſt & proſequenda ſicut diſponens ad virtutem, propter quod iuuenes magis exercitandi ſunt in ea. Deinde cum dicit.

m ¶ Declarat quòd non quocumque modo quibuſcumq; moralibus vtendum eſt a quibuſcumque, ſed ſecundũ diuerſas determinationes ſecundum diuerſitatẽ ætatum, & circa hoc primo declarat quibus & qua determinatione expedit vti ſenibꝰ. Secundo cum dicit. {Adhuc aũt ſiqua.} Quibus & qualibus iuuenibus, concludẽs conditiones vniuerſaliter quæ requiruntur in melodia conueniente vnicuique ætati. Dicit igitur primo ꝙ non omnibus melodiis, & moralibus & mediis expedit vti omnibus quomodocũque, ſed cum determinatiõe. Sunt autem duo per quæ determinatũ, videlicet qđ poſſibile, & qđ decẽs: illa enim magis oportet agere aut operari inter bona operabilia quæ poſſibilia ſunt operanti, nullus enim manum immittit ad illud quod impoſſibile reputat vel ſimpliciter vel ſibi, quamuis etiam bonum ſit ſecundum ſe, & illa quæ decent ipſum operantem, aliqua enim ſunt bona & poſſibilia operanti quæ tamen non decent ipſum, ſicut bonum eſt dare paruum munuſculum, & poſſibile eſt regi, non tamẽ decet ipſum, ſiquidem magnificus eſt, & ideo illa quæ bona ſunt, K & poſſibilia operanti & decentia ipſum, magis facienda ſunt, poſſibilitas autem & decentia diſtinguuntur ſecundum diuerſitatẽ ætatum, aliqua enim ſunt poſſibilia viro perfecto & decentia ipſum quæ nõ ſunt poſſibilia iuueni & decentia ipſum, & ideo ſunt aliquæ harmoniæ vtiles ad mores ſecundum ſe, quę tamen non conueniunt quibuſdam, quia non ſunt eis bene poſſibiles, ſicut eis qui ſunt abdicati, hoc eſt declinantes per tempus vel ſenium ab æqualitate, non faciliter poſſunt cantare harmonias rigidas & acutas propter debilitatem virtutis & ſpiritus, ſed magis remiſſas ſecundum naturam, propter quod quidam poſteriorum muſicorum conuenienter reprobauerunt Socratem qui reprobauit omnes harmonias remiſſas vtiliter tamquam inutiles ad mores & diſciplinam, dicens eas eſſe ſicut inebriatiuas hominum, ſed cum ebrietas duo faciat in homine, ſcilicet motus impetuoſitatem & declinationem a ſobrietate & diſpoſitione naturali, dixit eſſe ipſas inebriatiuas non ſecundum potentiam ebrietatis, ideſt ſecundum impetuoſitatem. Verum enim eſt, ꝙ ebrietas impetuoſum hominem facit, huiuſmodi enim melodiæ remiſſæ

*Socrates uero in libris de Republ. non recte Phrygiam tantummodo adiungit ad Doricam, licet improbans tibiam ex inſtrumentis, habet enim eãdem uim Phrygia in harmoniis, quã habet tibia in inſtrumẽtis, ambæ enim concitant animos, & in affectus impellunt.*

G *Oſtendit hoc poeſis, tota enim bacchatio & tota huiuſmodi cõcitatio maxime omnium inſtrumentorum per tibias fit. Harmonia uero Phrygia maxime hunc modum habet ceu Dithyrãbus manifeſte uidetur eſſe Phrygius, cuius quidem rei plura afferunt argumenta qui circa huius rerum intelligẽtiam uacant. Et inter cætera illud, qđ Philoxenus aggreſſus Dorice facere Dithyrambos in fabulis non potuit, ſed*

H *ui illius naturæ tractus fuit ad Phrygiam harmoniam, quæ maxime illis congruebat.*

*Doricam autem fatentur omnes cõſtantem eſſe ac firmam, moremq; ſummopere continere uirilem. Præterea cum medium extremorum ſumendum eſſe diximus, Dorica autem hanc habeat naturam ad alias harmonias, manifeſtum eſt ꝙ Doricam præ cæteris decens eſt iuniores addiſcere.*

I *Sed duo conſideranda ſunt, unum quid poſſit, alterum quid deceat. Nã poſſibilia quiſque aggredi & conuenientia ſibi debet. Sunt autem hæc diſtincta ætatibus, ceu defeſſis iam tempore non facile eſt alti ſpiritus canti-*



remiſſæ talem impetuoſitatem nõn inducunt, ſed dixit eas eſſe inebriatiuas ſicut abdicatiuas, ideſt declinantes ab æqualitate & medio. Et propter hoc inclinantes homines ad ea, quæ declinant ab æqualitate & rectitudine. Hoc autem dicebat Plato ac ſi omnes homines & ſemper exiſterent in ſtatu & æqualitate medii ſecundum naturam, & nullus declinaret ab ea, ſi enim ita eſſet, nulli expediret vti harmoniis remiſſis, ſed quia quidam ſunt in ſtatu & æqualitate, quidam autem ab ea declinãt per ſenium vel alio modo, vnumquodq; autem delectatur in eo quod conueniens eſt ei ſecundum naturam, ſicut dictum eſt prius, ideo non expedit oẽs vti melodiis, mediis ſed quibuſdã expedit vti remiſſis mediis, & ideo ad ętatem futuram ſenum qui declinant ab æqualitate prædicta, & ſunt debilis virtutis expedit vti melodiis & harmoniis remiſſis. Deinde cum dicit.

n ¶ Oſtendit quæ expediunt iuuenibus concludens conditiones quę exiguntur in muſica ordinanda ad A mores vtiliter dicens, quòd ſi adhuc eſt harmonia talis media non remiſſa, quæ decet ætatem puerorum, propter hoc quòd ornatum quendam habet propter conſonantiam, rationecuius delectat, ſimiliter autem & doctrinam, hoc eſt diſponit ad diſciplinam, huiuſmodi autẽ vim videtur maxime habere harmonia ea q̃ dicitur Lydia, quæ ẽ cantilena quinti toni, ſicut dictum eſt prius, manifeſtum ẽ quòd ĩ muſica diſponente ad diſciplinam oportet tria præexiſtere, videlicet quòd rationem medii habeat inter acutas & graues, & quòd poſſibilis ſit ipſi vtenti, & decens conditionem ipſius. Si enim talis fuerit, manifeſtum ẽ, quòd vtentes ea magis inclinabuntur ad virtutẽ & mores, inclinati autem magis operabuntur ſecundum rationem, operantes autem ſecundum rationem faciliter attingunt ad fœlicitatem, quæ cõſiſtit in perfectiſſima operatione hominis ſẽm ſupremã eius virtutẽ reſpectu perfectiſſimi obiecti ipſius, qui eſt Deus benedictus in ſecula ſeculorum.

catis per tẽpus non facile cantare rigidas armonias, ſed remiſſas natura in iir talibus, propter quod bene increpant & hoc aduerſus Socratem quidã eorum qui circa muſicam, ꝙ remiſſas armonias reprobauerit ad diſciplinam tamq̃ inebrietatis petulantia, impetuoſum.n. ebrietas facit magis, ſed abdicatas, quare ad futuram ętatẽ ſeniorum oportet tales armonias tãgere, & melodias tales.

n Adhuc autẽ ſiqua eſt talis armoniarum, aut decet puerorũ ętatem, propterea quod poteſt ornatũ habere ſimul & intellectũ, vt quæ lydiſtica videtur pati maxime armoniarũ, palã, q a tres hos terminos faciendũ ad diſciplinã quod medium, quod poſſibile, & quod decens.

*lenas canere, ſed talibus ſubiicit natura remiſſas, ex quo Socratem in hoc quoque merito reprehendunt quidam ex his qui circa muſicam uerſantur, quòd remiſſiores harmonias improbauit ad doctrinam, quaſi uinolentas accipiens eas, non ſecundum uinolentiæ naturã, nam uinolentia magis debacchari facit, ſed defeſſas, quare &*

B *ad futuram ætatem ſeniorum opus eſt huiuſcemodi harmonias attingere, & huiuſcemodi melodias.*

*Præterea ſiqua eſt talium harmoniarum quæ conueniat puerorum ætati, ex eo quia poſſi ornatum ſimul doctrinamque afferre, quod Lydia maxime omnium harmoniarum habere uidetur, manifeſtum quòd hæ tres determinationes ſunt in doctrina faciendæ, medium, poſſibile, ac decens.*

C

Expoſitionis Diui Thomæ Aquinatis ſuper octo libros Politicorum Ariſtotelis, Finis.

# REGISTRVM

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T.

Omnes ſunt Quaterniones prçter T, qui eſt Duernio.




# ROMAE

Apud hæredes Antonij Bladij, & Ioannem Oſmarinum Liliotum ſocios.

M D L X X.